UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theodōritu Episkopu Kyru Kai Eyagriu Scholastiku Ekklēsiastikē Istoria, Eklogai Apo Tōn Istoriōn Philostorgiu Kai Theodōru

Theodoretus <Cyrrhensis>

Mogvntiae, 1679

urn:nbn:de:hbz:466:1-14162

Visual Library

K. VI. 21.

Th. 1356a

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

THEODORITI
ET
EVAGRII
HISTORIA ECCLESIASTICA.
ITEM
EXCERPTA EX HISTORIA ECCLESIASTICA
PHILOSTORGII
ET
THEODORI LECTORIS
GRÆCE ET LATINE.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ΘΕΟΔΩΡΙΤΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΥΡΟΥ

ΚΑΙ

ΕΥΑΓΡΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ

ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗ ΙΣΤΟΡΙΑ,

ΕΚΛΟΓΑΙ ΑΠΟ ΤΩΝ ΙΣΤΟΡΙΩΝ

ΦΙΛΟΣΤΟΡΓΙΟΥ

ΚΑΙ

ΘΕΟΔΩΡΟΥ.

Ex Legatione Celsiss. Principis Ferdinandi, Filii Paderb. et Monaster. A. 1683.

THEODORITI EPISCOPI CYRI

ET

EVAGRII SCHOLASTICI

HISTORIA ECCLESIASTICA.

ITEM

EXCERPTA EX HISTORIIS

PHILOSTORGII

ET THEODORI LECTORIS.

HENRICVS VALESIVS Græca ex MSS. Codicibus emendavit, Latinè vertit, & Annotationibus illustravit.

Cum Privilegio Sacr. Cæs. Majestatis.



Juxta Exemplar quod antea PARISIIS excudebat PETRUS LE PETIT,

Nunc verò

Verbotenus & correctius edebant

Collegii Soc. MOGUNTIÆ, JESU Paderb.

SIMONES BECKENSTEINII.

M. DC. LXXIX.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



ILLUSTRISSIMO VIRO, DOMINO

JOANNI BAPTISTÆ COLBERTO,

EQUITI, MARCHIONI DE SEIGNELAY,

REGIS CHRISTIANISSIMI A CONSILIIS

ET A SECRETIS,

MODERATORI REGALIS ÆRARII,

CURATORI PALATIORUM ET ÆDIUM REGIARUM.

DIVTVRNO ac moleſtiſſimo labore perfunctus, jamque ad metam delatus operis mei, VIR ILLVSTRISSIME, non tantam ex ſuccedente otio capio voluptatem, quantam ex eo, quòd librum hunc nomini tuo nuncupaturus, non ingratum id tibi munus fore confido. Nam quod jam pridem omnibus votis optaveram, ut locus aliquando mihi daretur publice teſtificandi, quantum tibi ſtudia noſtra debeant, id in hujus operis limine mihi tandem videor conſecutus. Habent hoc præcipuum litteræ noſtræ, quòd Regibus & Principibus viris gratias agere norunt, & accepta ab iis beneficia in publicam lucem ac notitiam proferunt, & ad poſterorum memoriam cum

immortali laude transmittunt. Ac Regi quidem Christianissimo ante aliquot annos gratias egi ob eximia ejus in rempublicam litterariam merita. Tibi vero hoc volumen peculiariter dicatum est, cui uni plus debent litteræ nostræ, quàm reliquis unquam debuerunt omnibus. Excipio Regem Christianissimum. Sit hæc eximia laus Principis maximi. Qui cunctos retro Principes consiliorum magnitudine & rerum gestarum gloriâ supergressus, patronum se litterarum palam professus est, & labentibus disciplinis salutarem manum porrexit: nec populares modo, verum etiam exteros, ad optimarum artium studia liberalitate sua incitavit. Qui cum nihil unquam nisi excellente quodam judicio & dicat & faciat, tum in hoc præcipue negotio Regiam prudentiam universis hominibus ostendit. Scit enim Rex sapientissimus, litteras summum decus esse atque ornamentum Reipublicæ. Scit Gallos suos, id quod ab antiquis etiam proditum est, non minus ingenii, quam armorum gloriâ semper illustres fuisse. Atque idcirco hanc laudem temporibus suis imminui non patitur: Sed eos qui laboribus ac vigiliis suis hoc tanquam hereditarium bonum patriæ suæ asserere conantur, præmiis ac muneribus ornare non desinit. Novit præterea, longe maximam utilitatem ex litteris in rempublicam redundare. Eos qui liberalibus disciplinis exculti sint, reliquis hominibus longe antecellere: & sive in consiliis, sive in legationibus, sive in aliis publicis muneribus ad quæ animum applicuerint, supra cęteros eminere. Hinc est

quod Principem Delphinum, ſpem ac decus Imperii ſui, liberalibus diſciplinis non leviter ac perfunctoriè, ſed ſerio & cum cura inſtitui jubet, ut ad ſplendorem Regii generis, litterarum quoq; ornamentum accedat. Intelligit enim Rex maximus ac prudentiſsimus, veriſsimam eſſe vocem illam à Senatu Romano olim in Imperatoris nuncupatione prolatam: litteratos Principes optime imperare. Hujusmodi igitur Principem, Muſarum ac liberalium Artium ſtudioſisſimum cùm reperiſſes, tam propenſæ ejus in litteras voluntati minime defuiſti: ſed eam pro virili parte foviſti atque adjuviſti, tuâq; operâ ac miniſterio perfeciſti, ut ejus fructus ad quamplurimos perveniret. Nam primum quidem cunctos eruditionis laude florentes, tam in Gallia, quam in externis regionibus, ſollicitè perveſtigaſti. Eorum deinde nomina qui liberalitate regia digni præ cæteris videbantur, Chriſtianiſsimo Principi indicaſti. Nemo itaque præteritum ſe conqueratur in hoc albo. Omnes enim adſcripti ſunt, qui publicatis ingenii ſui monumentis nomen ſibi aliquod in litteris comparaſſent. Jam verò quoties ex hoc eruditorum numero quispiam, Opus à ſe elaboratum Regi maximo offerre voluerit, quanta cum humanitate eum excipis, & in ipſum Regiæ Majeſtatis ſacrarium introducis, munusque ejus ſuffragio tuo ac teſtimonio commendas: Perficis denique, ut viſo Principe maximo lætus atque hilaris abſcedat. Illud autem quantæ benignitatis eſt, & quam providæ diligentiæ, quòd recurrente quotannis tempore Regalium largitionum, ſingulorum nomina Regi opportune ſuggeris,

Vopiſcus in Tacit.

utq; annuum cuiq; stipendium Regiæ manus annotatione tribuatur, sedulo curas. Merito igitur omnes omnium gentium eruditi, te Suffragatorem suum, te fautorem studiorum, te alterum Mæcenatem agnoscunt. Nam ut ille eruditos sui temporis Augusto Cæsari cõmendabat, sic tu viros in omni genere doctrinæ excellentes LUDOVICO MAGNO in manum tradis, præmiis ejus ac muneribus locupletandos. In hoc etiam Mæcenati similis, quod ut ille Arcanorum Augusti consiliorum particeps fuit, sic tu non in iis modo quæ ad litteras spectant, sed in publicis etiam Regni negotiis utilissimam Principi operam ac ministerium præstas. Testantur hoc, ut reliqua omittam, rationes ærarii, tuis consiliis prudentissimè ac diligentissimè ordinatæ. Antehac enim vacuefactum erat ærarium, avaritiâ ac rapacitate quorundã hominum qui regiis opibus inhiabant, qui publicam pecuniam, velut aquam, ex canalib9 publicis per occultos cuniculos suas in ędes derivabant. At nunc compressis eorum fraudibus ac rapinis, tanta quotidie vis auri atq; argenti absq; ullo Provinciarum damno in regios thesauros influit, ut ad res maximas seu bello seu pace aggrediendas ac perficiendas abunde sufficiat. Miranturadvenæ, & exterarum gentium Legati, tantã Christianissimi Principis opulentiam. Obstupescũt cùm vident magnificentiam ædium regiarum, quæ tot abhinc annis curâ tuâ ac sollicitudine extruuntur, Regum nostrorũ magnitudini nunc demũ respondentes: cum tam numerosos exercit9 conscribi, tot pecunias consumi vident in stipendia militum, in classes nostras ac sociorum, in dona deniq;

ac

ac munera quæ in dies pæne singulos ex ærario Principis erogantur. Quæ quidem omnia, non aliunde quam ex proba administratione pecuniæ Regiæ, tanquam ex fonte, proveniunt. Ac Regi quidem Christianissimo id præcipuè acceptum ferre debemus, qui ærarium suum superiorum temporum negligentiâ exhaustum penitùs & exinanitum, providentiâ suâ restituit. Non exigua tamen laus debetur etiam obsequio ac ministerio tuo, quippe qui sapientissimi Regis consulta executioni mandaveris. Quod quanti momenti sit, nemo est, ut opinor, qui non intelligat. Pleraque enim Regum consilia, quamvis optima ac saluberrima; nisi diligens Minister accesserit, in irritum cadere solent. Hæc sunt industriæ ac diligentiæ tuæ, hæc Fidei atque integritatis illustrissima documenta, quibus ne ipsa quidem refragari possit invidia. Modestiam vero & frugalitatem ac temperantiam, quis unquam pro dignitate valeat prędicare? Non enim amplitudo dignitatis tuę, te à recto virtutis tramite ad luxum ac delicias, aut ad otium ac desidiam abduxit. Nihil tibi amplius contulit fortuna tua, quàm ut plus tibi laboris indiceres; ut contentiore studio, Regis negotiis & publicis commodis invigilares. Dies me deficiet, si reliquas dotes ac virtutes tuas velim percensere. Tua vero privatim in me collata beneficia tacitus prętерire, nec possum, nec debeo. Hujus enim rei potissimum causâ compellare te hac Epistolâ instituí. Sed quoniam nec Præfationis hujus brevitas, nec modestia tua, hæc latius commemorari sinit, finem dicendi faciam, generaliter tantum

ea indicasse contentus; cum præsertim nefas esse existimem, gravissimas occupationes tuas prolixiori sermone detinere. Id unum abs te peto, ut tertium hoc volumen Ecclesiasticę Historię quod in tuo nomine apparere volui, benivole atque amanter excipias. Sit hoc meæ erga te observantiæ gratique animi perenne monumentum. Sit immortale præconium tuorum in me meritorum. Testetur nostris atque externis hominibus, quantum tibi, quantum Illustrissimo Fratri tuo NICOLAO COLBERTO, Altissiodorensi Episcopo debeam. Opto interim, ut in hac statione in qua bono publico collocatus es, Deus Opt. Max. te florentissimum conservet, quo & Christianissimo Principi, & Patriæ tuæ ac Reipublicæ litterariæ quam diutissime prodesse possis.

Illustrissimo nomini tuo addictissimus
HENRICUS VALESIUS.

AD STVDIOSOS ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ LECTORES.

PRÆFATIO.

HABES hic, Lector, tertium ac postremum volumen Græcorum Ecclesiasticæ Historiæ Scriptorum, pari curâ ac diligentiâ quâ superiora duo, à me elaboratum. Nam & Græcus textus innumeris in locis ex optimorum exemplarium fide à me expurgatus est, & lacunæ quæ in prioribus editionibus occurrebant, ex eorundem Codicum authoritate expletæ sunt, præcipue in libris Evagrii ac Philostorgii. Novam præterea interpretationem Latinam adjeci: adeo ut universum jam corpus Historiæ Ecclesiasticæ, uno eodemque stylo expositum legi possit. Satius enim esse duxi novam interpretationem procudere, quam in aliorum versionibus corrigendis molestam atque invidiosam operam impendere. Nihil juris in opus eorum qui ante nos hoc in stadio decurrerunt, nobis arrogare voluimus. Sua cuique laus & suus honor debetur: quem quidem nos integrum atque illibatum augere potius quam minuere perpetuo studebimus. Annotationes denique subjeci, quibus & emendationum mearum rationem redderem, & si qua obscura essent, & aliquid Ecclesiasticæ aut sæcularis antiquitatis reconditum continerent, exponerem. Et hæc quidem de omnibus Scriptoribus qui hoc volumine continentur, generaliter dicta sint. Nunc de singulis agamus.

Primus in hoc volumine est Theodoritus Episcopus Cyri, vir tum suis scriptis, tum aliorum testimonio celeberrimus. De quo ne plura hic necesse habeam dicere, fecit diligentia doctissimi viri Jacobi Sirmundi, qui in editione operum Theodoriti, de ejus vita & scriptis abunde præfatus est. Quædam duntaxat de Ecclesiastica ejus Historia hic prænonenda esse duxi: ac tum demum quid in hac nova ejusdem Historiæ editione à me præstitum fuerit, exponam. Titulus quidem operis in editione Basileensi ita concipitur. τῦ μακαρίυ θεοδωρήτυ ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας τόμοι πέντε. Mirari quis non immerito possit, quid sit quod Theodoritus, tum in titulo horum librorum, tum alibi passim, beatus tantum cognominatur, nec ut alii Patres, sancti Patris pronomine deco-

ratur. Nam cùm eximiâ vitæ sanctitate præditus fuerit, & à prima ætate in Monasterio institutus, inde ad Episcopatum non sponte sed invitus accesserit: cum pro Ecclesiæ utilitate tot ac tantos labores pertulerit, tot tamque eruditis voluminibus, partim utriusque Testamenti libros interpretatus sit, partim adversus hæreticos & Gentiles decertaverit; titulum sancti Patris meritus profecto esse mihi videtur si quis alius. Hoc enim titulo affici interdum videmus eos qui Episcopi nunquam fuerunt. Exemplo sit beatus Ephrem, qui à Gregorio Nysseno & in Græcorum Menologio, hoc pronomine insignitur, licet non ultra Diaconi gradum processerit. Multi præterea in eodem Menologio appellantur sancti Patres, ob id unum quod Episcopali munere summa cum laude perfuncti essent, quamvis nulla eorum scripta ad nos pervenerint. Fatendum certe est, Theodoritum nostrum & sanctitate vitæ & doctrinâ, multis sanctorum Patrum æqualem fuisse. Sed ne inter sanctos Patres referretur, duo præcipue ei obstiterunt. Primum est, quòd adversus duodecim anathematismos Cyrilli Alexandrini ex professo scripsit. Contra Cyrillum autem scribere, idem pæne est quod adversus Synodum Oecumenicam cui præfuit Cyrillus. Itaque Nicephorus Callistus in procœmio Ecclesiasticæ Historiæ diserte affirmat Theodoritum contra tertiam Oecumenicam Synodum scripsisse. Nocuit præterea Theodorito liber Apologeticus, quem pro defensione Theodori Mopsuesteni Episcopi elucubravit, ut ipse testatur in epistola sexta ad Irenæum Episcopum Tyri. Quo loco Theodoritus magistrum suum diserte appellat Theodorum Mopsuestenum. Sanè plures libros pro defensione Theodori Mopsuesteni à Theodorito conscriptos esse, testatur Imperator Justinianus in edicto de confessione rectæ Fidei ad universos Catholicos, cujus verba infra referemus. Cùm igitur Theodorus Mopsuestenus, pater Nestorianæ impietatis habitus sit, ejusque scripta Synodi universalis judicio fuerint condemnata, non sine causâ Theodoritus qui illum tam studiosè defenderat, in suspicionem venit hæreseos. Atque idcirco, tametsi de Ecclesia Catholica optime meritus fuerit, nec natalis ejus dies annuâ commemoratione honoratus est, nec ipse inter sanctos Patres locum suum habet in Menologio. Atque hæc dicta sint de illo τῷ μακαρίτῃ pronomine, quo Theodoritus noster tum in hujus Historiæ, tum in aliorum operum inscriptione afficitur. Nunc ad ipsam historiam accedamus: & quonam consilio, quo tempore à Theodorito conscripta, quot libris comprehensa fuerit; quodnam item de illa judicium fuerit antiquorum simul ac recentiorum, breviter inquiramus. Quo consilio Theodoritus ad scribendam Ecclesiasticarum rerum Historiam se contulerit, satis ipse declarat in procœmio sui operis: ut scilicet res memoratu dignas, quæ ab iis temporibus in quibus Eusebius Cæsariensis finem scribendi fecit, in Ecclesiis contigerant, posterorum memoriæ commendaret. Idem quoque consilium fuit Socratis atque Sozomeni. Hi enim tres uno eodemque tempore, id est, sub exitum imperii junioris Theodosii, rerum Ecclesiasticarum Historiam scribere aggressi, idem omnes scribendi principium sumpserunt, eundem-

que finem historiæ suæ imposuerunt. Ab iis enim temporibus exorsi quibus Eusebius historiam suam terminaverat, ad extrema usque Theodosii junioris tempora narrationem suam produxerunt: adeo ut difficile sit dicere, uter illorum prior, uter posterior scripserit. Ac de Socrate quidem & Sozomeno, antè hos quatuor annos cum novam eorum editionem in lucem emitterem, in Præfatione mea ita sensi: Socratem Scholasticum priorem Sozomeno ad Historiam scribendam se contulisse: idque firmis ac probabilibus argumentis, quantum fieri potest, adstruere sum conatus. Nunc vero de Theodorito idem affirmare ausim; videri illum post Socratem atque Sozomenum ad res Ecclesiasticas scriptis mandandas animum applicuisse. Rationes vero quibus, ut id sentiam, inducor, hæ fere sunt. Primo enim omnes fere antiquos in ea fuisse sententia animadverto. Certè Cassiodorus Senator in Præfatione quam Tripartitæ Historiæ præfixit, ex tribus illis quos supra memoravi Ecclesiasticæ Historiæ Scriptoribus, Theodoritum postremo loco nominat. Justinianus quoque Imperator in edicto de confessione veræ Fidei, & Photius in Bibliotheca eundem ordinem servat. Sed & Nicephorus Callistus in exordio Historiæ suæ, Ecclesiasticorum Scriptorum indicem texens, Theodoritum nostrum post Sozomenum collocat. Nec aliter Evagrius in procœmio operis sui. Præterea Historiam Ecclesiasticam Theodoriti nihil fere aliud esse quam supplementum Historiarum Socratis atque Sozomeni, facile deprehendet quisquis eam attente perlegerit. Quæ enim ab illis prætermissa erant, Theodoritus noster accurate commemorat. Quippe illi cùm Constantinopoli degerent, ea potissimum quæ in Ecclesia Constantinopolitana contigerant, scriptis prodiderunt: quod quidem ipse Socrates alicubi testatur. Reliqua vero aut penitus ab iis prætermissa sunt, aut leviter tantum perstricta. At Theodoritus, utpote qui in Orientis partibus vixit, res Orientalis Ecclesiæ diligentissime persequitur. Cujusmodi sunt ea quæ de Meletio Antiocheno, de Flaviano item ac reliquis ejus successoribus narrat. Item quæ de Eusebio Samosatense Episcopo, de Barse Edesseno, de Protogene atque Eulogio, de Pelagio Laodiceno, de Acacio Beroœnsi, de Marcello denique Apamensium Episcopo scripta nobis reliquit. De quibus cum Socrates ac Sozomenus nullam in historiis suis mentionem fecerint, res tantorum virorum præclare gestæ, oblivioni penitus mandatæ essent, nisi Theodoriti nostri diligentia eas ab interitu vindicasset. Certè Theodoritus in principio operis sui id nobis innuere videtur, cum scribit, ea se litteris mandare instituisse quæ Historiæ Ecclesiasticæ deerant. τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας τὰ λειπόμενα συγγράψαι πειράσομαι. Quanquam hæc Theodoriti verba aliter etiam intelligi possunt; ut in Annotationibus meis observavi. Ad hæc Theodoritus errores qui à Socrate ac Sozomeno admissi fuerant, non raro in Historia sua corrigit, nam cum illi in rebus gestis Athanasii præcipuè Alexandrini & Pauli Constantinopolitani referendis multa peccassent, Theodoritus suppresso eorum nomine, quod est hominis probi ac modesti, errorem illorum emendare solet, quemadmodum in Annotationibus meis

monui, pag. 18. & 19. Ex his omnibus apparet, Theodoritum aliquanto post Socratem atque Sozomenum Historiam suam edidisse. Is enim Scriptor qui alios supplet atque emendat, post illos scripsisse convincitur. Denique Theodoritus post annum Christi 448. quo Eutyches errorem suum palam disseminare cœpit, Historiam suam publicavit; cum Socrates atque Sozomenus Consulatu Theodosii decimo septimo, id est, anno Christi 439. Historias suas absolverint. Certè Theodoritus noster in libro quinto hujus Historiæ, capite tertio, Eutychetis opinionem jam tum cum exscriberet, turbas in Ecclesia concitasse scribit. Sic enim ait pagina 201. *Ex hac radice* (Apollinaris scilicet Laodiceni doctrina) *pullulavit in Ecclesiis opinio illa, unam esse naturam carnis ac Deitatis; & illa quæ Unigeniti Divinitati passionem attribuit, & aliæ plures quæ tum inter populos, tum inter Sacerdotes aliarum Provinciarum, magnam discordiam concitarunt. Verum hæc postea gesta sunt.* Quibus verbis Eutychianos & Theopaschitas haud obscure designat, qui ex Apollinaris stirpe prognati erant, ut in Annotationibus observavi. Hinc est quod in epistola 82. ad Eusebium Episcopum Ancyræ, quæ data est anno natalis Dominici 445. Consulatu Valentiniani sexto & Nomi, omnium opusculorum suorum indicem texens, nullam Ecclesiasticæ Historiæ mentionem facit. Quam certè nunquam omissurus erat, si tunc edita fuisset in lucem, cum ista scribebat. Alia enim recenset opuscula quæ longe inferioris sunt meriti; puta, vitam Sanctorum, id est, Historiam Philotheon. Scio quidem, Baronium hanc Theodoriti ad Eusebium Ancyranum epistolam in annum Christi 443. contulisse. Putavit enim Illustrissimus Cardinalis, Theodoritum cuncta illic opuscula sua recensere, tam quæ ante Synodum Ephesinam, quam ea quæ duodecim annis post eandem Synodum in vulgus ediderat. Sed quod pace summi viri dictum sit, non id dicit Theodoritus. Verba Theodoriti sunt hæc, ut interpretatus est Sirmundus: *Ac ne quis existimet metu perculsum me ista nunc dicere, integrum est cui animus fuerit, antiqua opera mea evolvere, tum ea quæ ante Synodum Ephesinam, tum quæ post illam rursum ante duocim annos scripsi.* Græca Theodoriti sic habent: τοῖς πρὸ τῆς συνόδου τῆς ἐν ἐφέσῳ, καὶ τοῖς μεθ' ἑπτὰν πάλιν πρὸ δυοκαίδεκα ἐτῶν. Si vera esset Baronii sententia, Theodoritus dixisset διὰ δυοκαίδεκα ἐτῶν, id est, *per continuos duodecim annos.* Verum cum Theodoritus non per duodecim annos, sed ante duodecim annos diserte scripserit, alius sensus sit oportet horum verborum: ut scilicet Theodoritus quinque circiter aut sex annis post Synodum Ephesinam libris scribendis vacaverit: exinde vero per annos duodecim silentium tenuerit. Græca certè ejus verba quæ modo protuli, alium sensum non admittunt, sed & Theodoritus ipse in Epistola 113. ad Leonem Papam, sententiam nostram aperte confirmat. Quod si cui Baronii sententia magis arrideat, equidem non magnopere repugnabo. Nam sive anno Christi 448 quæ mea est opinio, sive, ut Baronio placet, anno 443 scripta sit hæc epistola, semper ex ea efficitur id quod dixi, Theodoritum scilicet post Socratem ac Sozomenum Historiam Ecclesiasticam edidisse. Sed dicet aliquis: Si

Theodoritus Historiam suam scripsit post Socratem, cur ergo Socrates quidem hæresin Nestorii & Ephesinæ Synodi gesta commemoravit: Theodoritus vero ne mentionem quidem ullam fecit Nestorii? Cur Socrates Maximinianum & Proclum Constantinopolis Episcopos qui Nestorio successerunt, resque sub illis gestas, in Historia sua retulit. Theodoritus autem noster in Sisinnio Constantinopolitano Episcopo qui decessor Nestorii fuit, Historiam clausit? Huic quæstioni non difficile est respondere. Theodoritus cum ad Nestorii tempora perveniisset, eorum narrationem de industria declinavit, ne vulnus jam prope sopitum ac sanatum refricaret: neve tumultus ac perturbationes Ecclesiæ, quarum ipse maxima pars fuerat, commemorando, aut sanctissimos Antistites offendere, aut semetipsum reprehendere cogeretur. Hac de causa Theodoritus harum rerum Historiam, velut scopulum quendam, consulto vitavit: non quod ante Concilium Ephesinum Historiam suam scripsisset; sed quia periculosum existimabat & lubricum, res in eo Concilio gestas scriptis tradere. Satis enim constat, Theodoritum post supradictam Synodum Ephesinam, Ecclesiasticam Historiam edidisse. Idque tum ex his quæ supradixi, manifestissime convincitur: tum ex eo quod Theodoritus ipse scribit in libro quinto, capite 36. Ubi de Joannis Chrysostomi obitu scribens ait, ejus reliquias diu postea in urbem Regiam allatas fuisse jussu junioris Theodosii qui tum regnabat. Porro corpus Joannis Chrysostomi relatum est Constantinopolim Consulatu Theodosii decimo sexto, ut testatur Socrates, id est, anno Christi, 438. elapsis jam fere annis septem à Concilio Ephesino. Ex quo apparet verissimum esse id quod dixi, historiam scilicet Ecclesiasticam diu post Ephesinam Synodum, & post damnationem Nestorii, à Theodorito scriptam fuisse. De tempore quo Theodoritus Historiam suam edidit, satis jam dixi. Quod vero attinet ad numerum librorum ejusdem Historiæ, quinque duntaxat ejus libri ad nos pervenerunt. Nec plures agnovit Photius ac Nicephorus, & ante illos Cassiodorus Senator, atque Evagrius. Gennadius tamen in libro de Scriptoribus Ecclesiasticis, decem Historiæ Ecclesiasticæ libros à Theodorito scriptos esse affirmat, exemplo Cæsarienses Eusebii: eosque à fine librorum Eusebii, id est, à vicennalibus Constantini, usque ad Imperium Leonis senioris continua serie progredi; Sed Gennadii sententiam ipse refellit Theodoritus, qui in fine libri quinti disertè testatur, se Historiam suam claudere in obitu præstantissimorum Antistitum, Theodori Mopsuesteni & Theodoti Antiocheni: eamque complecti res annorum quinque supra centum spatio gestas. Gerardus quidem Vossius in libro de historicis Græcis, duplicem fuisse censet editionem Historiæ Theodoriti. Priorem, in qua sex duntaxat continebantur libri. Alteram vero, quæ alios quinque adjunctos haberet libros, quibus res in Ecclesia gestæ à fine Theodosii junioris usque ad Leonis Imperium narrabantur. Verùm hos quinque posteriores libros temporis injuriâ periisse. Sed cum nemo ex veteribus plures quam quinque Ecclesiasticæ Historiæ Theodoriti libros unquam agnoverit, equidem Gennadium hallucinatum esse potius crediderim, præsertim

cum in Theodoriti operibus recensendis valde negligens fuisse deprehendatur. Porro de historia Theodoriti, optime omnino judicavit Photius in Bibliotheca. Ejus stylum ait præstantiorem esse Socratis ac Sozomeni stylo. Perspicuum enim esse & grandem, nec tamen redundantem, sed Historiæ rerū Ecclesiasticarum aptissimè convenientem: nisi quod translationibus interdum utitur audacius, & ut ita dicam, putide. Certè dum hanc Theodoriti Historiam in Latinum sermonem converterem, verissimum esse id quod de metaphoris illis dixerat Photius, non sine fastidio deprehendi. Hujusmodi enim figuræ, præcipuè in historia rerum gestarum, maximam molestiam pariunt interpreti. Illud præterea in historia Theodoriti reprehendendum mihi videtur, quod in toto opere nullam notam temporum adhibuit. Nam neque Consules nominat, nec quo cujusque Imperatoris anno res gestæ sint, observat. Quanto magis laudanda est Socratis diligentia, qui nullum fere generale aut particulare Concilium, nullum majoris momenti negotium referre solet, quin Consulatum simul adjungat, quæ certissima est temporum nota. Sed jam tempus est, ut de hac editione nostrâ pauca dicamus. Tres omnino hujus historiæ editiones Græcæ hactenus prodierunt. Prima omnium excusa est Basileæ, anno natalis Dominici 1536. quam proxime sequenti anno in Latinum sermonem conversam edidit Joachimus Camerarius. Octo post annis eadem Theodoriti historia Regiis typis excusa prodiit Parisiis ex officinâ Roberti Stephani, unà cum reliquis Ecclesiasticæ historiæ Scriptoribus. Tertiam demum ejus editionem curavit Jacobus Sirmundus anno Christi 1642. quæ habetur in tomo tertio operum ejusdem Theodoriti. Et Basileensis quidem editio ex optimo Codice Manuscripto expressa est, cujusmodi multis exemplaribus civitas illa olim abundavit. In Parisiensi autem editione, Robertus Stephanus duobus usus est MSS. Codicibus Bibliothecæ Regiæ: quorum ex altero variantes lectiones ad calcem editionis suæ subjunxit: quæ quidem nobis non inutiles fuerunt. Jacobi autem Sirmundi editio, cum in quibusdam locis à duabus illis prioribus dissentiat, ex quibus MSS. exemplaribus emendata fuerit, nobis adhuc incompertum est, cum Sirmundus in Præfatione suâ istud notare omiserit. Quantum tamen conjecturâ assequi possumus, duobus illis Bibliothecæ Regiæ Codicibus, quos Robertus Stephanus sequutus fuerat, usus videtur. Ego vero duos alios MSS. Codices Theodoritianæ Historiæ, eosque optimæ notæ nactus, editionem hanc adornavi, ut omnium ultimam, sic etiam emendatissimam. Primus fuit Codex Leonis Allatii, Tripartitam historiam continens, quam Theodorus Lector ex tribus Historiæ Ecclesiasticæ Scriptoribus, Theodorito scilicet, Sozomeno ac Socrate collegerat, in duos distributam libros. Ex hoc Codice variantes lectiones in historiâ Theodoriti nostri, Samuelis Tennulii Professoris Noviomagensis manu descriptas, dudum ad me misit Doctissimus vir, & de litteris optime meritus Leo Allatius. Porro hic Codex ultra secundum Theodoriti librum non procedit. Secundus Codex fuit olim Henrici Savilii Doctissimi viri, qui nunc in Auxonensi Bibliotheca servatur, ut

accepi

accepi. Ex eo codice variantes Lectiones, ad latus editionis Roberti Stephani idem Savilius suâ manu annotarat, ut docet Scholium quod in fronte primæ paginæ adscripsit his verbis : *Christophorsonus ex tribus præstantissimis MSS. exemplaribus, Vaticano, Veneto & Florentino, vulgatum hunc à Roberto Stephano codicem emendavit. Variæ Lectiones ex editione Christophorsoni locis dubiis inspiciendæ sunt ad finem editionis Latinæ Coloniæ anno* 1581. *Nam eæ quæ hic apponuntur, sunt ex manuscripto meo, & cum illis fere conveniunt.* Extat penes me editio illa Roberti Stephani, manu Henrici Savilii annotata, quam Jacobus Usserius Armacanus, vir optimus ac doctissimus, dudum ad me misit. Hujus igitur exemplaris ope, tùm alia loca quam plurima in Historia Theodoriti emendavi, tum indicem Episcoporum qui Patriarchales sedes obtinuerunt à vicesimo anno Imperii Constantini usque ad Principatum Theodosii junioris, quem Jacobus Sirmundus mendosissimum ediderat, puriorem atque integriorem dedi. Et initio quidem, Jacobi Sirmundi interpretationem sufficere existimabam, nec novæ translationis laborem suscipere decreveram. Postea verò cum animadvertissem, & ordinem capitum & alia quædam contra auctoritatem scriptorum exemplarium ab illo esse immutata, & ejus versionem quibusdam in locis ferri non posse, novam tandem versionem aggressus sum. Hactenus de Theodorito.

Secundum in hoc volumine obtinet locum Evagrius Scholasticus. Fuit hic Syrus genere, perinde ac Theodoritus : ortus ex urbe Epiphania, quæ civitas fuit Syriæ secundæ, ut ipse in titulo operis sui prodidit. Itaque miror Gerardum Vossium, qui in libro de Historicis Græcis p. 498. Evagrium Antiochensem fuisse scribit. Atqui Evagrius ipse, tum in titulo Historiæ, tum in libro tertio, capite 34. disertè testatur, se domo Epiphaniensem fuisse. Illic enim de Cosma Episcopo Epiphaniæ loquens ita scribit : Κοσμᾶς, inquit, *Episcopus nostræ Epiphaniæ, quam Orontes fluvius alluit, &c.* Sed & Photius in Bibliotheca cap. 29. Evagrium oriundum fuisse dicit Epiphaniâ, urbe Syriæ Coeles. Mirum tamen est, Evagrium nostrum non Epiphanienſem, sed Ἐπιφανῆ, id est, *Illustrem*, duobus in locis appellari à Nicephoro Callisto. Nam in capite primo libri primi Nicephori ita scribitur : ὅ γε μὴν Εὐάγριος ὁ Ἐπιφανὴς, &c. Et in libro 16. cap. 31. locum Evagrii adducens Nicephorus, ex libro tertio capite 34. cujus paulò ante mentionem feci, ita scribit : διὰ ὃ καὶ Εὐάγριος ὁ Ἐπιφανὴς ὧδε Ἑωὐτὸν ἱστόρησεν. Sed utrobique erratum esse censeo ab antiquariis, qui Ἐπιφανὴς scripserunt pro Ἐπιφανδὸς. Certè Nicephorus ex ipsius Evagrii verbis quæ illic adducit, & quæ superius à nobis prolata sunt, perspicue discere poterat Evagrium Epiphanienſem fuisse. Porro natus est Evagrius principatu Justiniani Augusti, anno natalis Dominici 536. vel 537. ut ex ipsius Evagrii testimonio demonstravi pag. 107. Annotationum. Anno Christi 540 ludimagistro traditus est à parentibus, ut litteras disceret. Quo quidem tempore cum Thomas Apamensium Episcopus finitimis urbibus denuntiasset, se vivificum Crucis lignum quod Apamiæ servabatur, certo die ostensurum esse, deductus est Evagrius à parentibus in eam urbem, & miraculum illud quod tum in Ecclesiâ factum est, oculis suis spectavit, ut testatur in lib. 4. capite 26.

Id autem contigit anno Christi 540. cum Persæ in Syriam irruptione facta Antiochiam incendissent: quod factum est Justino juniore Consule, ut Marcellinus Comes, & Marius in Chronico tradiderunt. Biennio post cum lues inguinaria in Oriente grassari cœpisset, Evagrius adhuc sub ludimagistro litteras discens, eâ pestilentiâ correptus est, ut ipse testatur in capite 29. libri 4. Relictis deinde Grammaticorum Scholis, Rhetoricæ operam dedit. Cumque magnos in hac arte progressus fecisset, Advocatorum numero adscriptus est. Unde etiam cognomentum retulit Scholastici: quæ vox Causidicum significat, ut docet Macarius in homilia decima quinta his verbis: ὁ θέλων μαθεῖν γράμματα, ἀπέρχετ) καὶ μανθάνει τὰ Ϲημεῖα· καὶ ὅταν γένητ) ἐκεῖ πρῶτος, ἀπέρχετ) εἰς τὴν σχολὴν τῶν ῥωμαϊκῶν, καὶ ἔστιν ὅλων ἔσχατος. πάλιν ἐκεῖ ὅπαν γένητ) πρῶτος, ἀπέρχετ) πρὸς τὴν σχολὴν τῶν γραμμάτων, καὶ ἔστι πάλιν ἐκεῖ ὅλων ἔσχατος, ἀρχάριος. εἶτα ὅταν γένητ) σχολαστικὸς, ὅλων τῶν δικολόγων ἀρχάριος καὶ ἔσχατος ἐστί. πάλιν ὅταν ἐκεῖ γένητ) πρῶτος, τότε γίνετ) ἡγεμών. καὶ ὅταν γένητ) ἄρχων, λαμβάνει ἑαυτῷ βοηθὸν τὸν συγκάθεδρον, id est, ut interpretor, *qui negotia forensia vult discere, abit primum & discit notas. Et postquam ibi primus evaserit, vadit ad Scholam Romanorum, & est omnium postremus. Deinde cum hic primus extiterit, pergit ad Scholam Pragmaticorum: & hic rursus fit omnium postremus, Novitius. Postea cum factus fuerit Scholasticus, omnium causidicorum postremus est Novitius. Deinde cum ibi primus evaserit, tum fit Præses: & postquam fuerit Præses seu Rector Provinciæ, adjutorem sibi assumit Consiliarium sive Assessorem.* In Græco textu Macarii emendavi ὁ θέλων μαθεῖν πράγματα, non ut vulgo legitur γράμματα. Porro qua in urbe Evagrius Causidicinam exercuerit, incertum est. Suspicor tamen eum Antiochiæ causas egisse: qua in urbe tria erant fora seu tribunalia, ac totidem Advocatorum Scholæ, ut ex Libanio observavi in meis ad Evagrium Annotationibus pag. 62. Certè Epiphaniæ, quam ejus patriam fuisse supra docuimus, Advocatus esse non potuit, cum ea civitas forum judiciarium non haberet, sed causas suas Apamiam deferret, quâ in civitate Consularis Syriæ secundæ jus dicebat. Verum ut Antiochiæ potius quam Apamiæ Advocatum fuisse credam Evagrium, hæc potissimum ratio facit, quòd in ea urbe plurimum versatus est, & uxorem ibi duxit, filiosque ex ea sustulit. Filiam quoque ea in urbe nuptui dedit, ut testatur ipse in libro quarto capite trigesimo nono. Quæ cum pestilenti morbo extincta fuisset unà cum filio, anno Imperatoris Mauricii decimo, Evagrius conjuge ac liberis suis orbatus ad secundas nuptias transiliit, & virginem puellam matrimonii jure in eadem urbe sibi sociavit, uti refert in libro sexto capite octavo. Ubi etiam testatur, universam urbem ea de causa ferias egisse, ac publicam festivitatem, tum in pompa, tum circa thalamum celebrasse. Ex quo obiter apparet, quanta ejus fuerit auctoritas Antiochiæ. Præterea Historiam suam scripsit Antiochiæ, ut colligitur ex capite 20. libri primi. Ubi loquens de profectione Hierosolymitana Eudociæ Reginæ, ait eam venisse Antiochiam: χρόνοις ὕστερον ἐπὶ τὴν ἁγίαν ἐπειγομένη πόλιν, ἐνταῦθα τὲ γίνετ), id est, *quæ diu postea ad sanctam pergens civitatem, huc venit* (Antiochiam scilicet). Degebat igitur Antiochiæ tum cum ista scriberet Evagrius.

Hinc eſt quod Evagrius opera & ædificia publica urbis Antiochiæ tam ſtudioſe recenſet, ut videre eſt in libro primo capite 18. & in libro tertio capite 28. Quibus in locis non obſcure indicat, ſe dum iſta ſcriberet, Antiochiæ vixiſſe. Hinc etiam eſt, quod terræmotus quibus Antiochia ſubinde concuſſa eſt, tantâ curâ ac diligentiâ commemorat: & quod in temporum notatione annis Antiochenorum perpetuo utitur. Denique iſtud etiam colligitur ex capite ſeptimo libri ſexti, ubi ſcribit Gregorium Patriarcham Antiochenum, cùm apud Joannem Comitem Orientis accuſatus fuiſſet inceſti à quodam argentario, ad Imperatorem & ad Synodum provocaſſe. Cumque Conſtantinopolim pergeret, coram Imperatore ac Synodo cauſam ſuam proſecuturus, Evagrium ſecum deduxiſſe, velut Aſſeſſorem & Conſiliarium, ut ejus conſilio uteretur. Quibus verbis Evagrius ſatis apertè ſignificat, ſe Advocatum & Juriſperitum fuiſſe. Ex horum enim corpore Aſſeſſores ſumi ſolebant à magiſtratibus, tam civilibus, quàm militaribus. Non ſolum autem in hoc criminali negotio, verum etiam aliis in cauſis Gregorius Conſiliarium habuit Evagrium. Nam cùm eſſet Patriarcha Orientalis Eccleſiæ, & innumerabiles quotidie cauſas diſceptare eum oporteret, omnino Aſſeſſore aliquo opus habuit, qui Juris & Legum formulas ipſi ſuggereret. Certe verba Evagrii prorſus ſignificant id quod dixi. Ait enim περὶ τούτων οὖν ἐμοῦ παρεδρεύοντος καὶ παρόντος γε αὐτῷ κατὰ τὴν βασιλέως γέγονε, τὴν ἀπολογίαν ὑφέξων. Verum hac de re Studioſi pro arbitrio ſuo judicabunt. Mihi ſufficit conjecturam meam lectoribus propoſuiſſe. Cæterum idem Gregorius non ſolum in judiciis, ſed etiam in ſcribendis epiſtolis & in relationibus quas ad Imperatorem ſubinde mittebat, in concionibus item & orationibus, ingenio utebatur Evagrii, quemadmodum teſtatur Evagrius in fine operis ſui. Quod quidem volumen cum Evagrius non ſine conſenſu Gregorii Patriarchæ in lucem edidiſſet Principatu Tiberii Conſtantini, Quæſtorii dignitate ab eodem Imperatore donatus eſt. Nec multo poſt cùm orationem compoſuiſſet de laudibus Mauricii Auguſti ob natalem Theodoſii nobiliſſimi pueri, codicillos Præfecturæ ab eodem Mauricio accepit, ut ipſe in Epilogo Hiſtoriæ ſuæ teſtatur. Verba Evagrii ſic interpretatus eſt Chriſtophorſonus: *Pro quibus duos honoris gradus conſecuti ſumus: Quæſturam à Tiberio Conſtantino, & munus tabularum ſervandarum, in quibus Præfectorum nomina inſcribebantur, à Mauricio Tiberio.* Quæ quidem prava interpretatio impoſuit Gerardo Voſſio & Philippo Labbæo. Nam Voſſius quidem in libro de Hiſtoricis Græcis, Chriſtophorſoni veſtigiis inſiſtens, ita dicit: *Pro duobus autem hiſce libris ait gemino ſe honore eſſe affectum. Nam à Tiberio Conſtantino Quæſturâ fuiſſe ornatum: ſed à Mauricio conſecutum eſſe, ut Tabulis publicis præeſſet.* Philippus autem Labbæus in Diſſertatione de Scriptoribus Eccleſiaſticis, verſionem Chriſtophorſoni ſic interpolavit: *Seque duos honoris gradus ait conſecutum: & primùm à Tiberio Conſtantino ad quæſturam evectum; tum à Mauricio munus adeptum ſervandarum Tabularum, in quibus non tam nomina, quàm ipſa Præfectorum acta inſcribebantur.* Quantò melius Muſculus, qui Evagrii locum ita vertit. *Quarum etiam gratiâ duas dignitates ſumus conſe-*

cuti: à Tiberio Constantino quæstoratum largiente, Mauricio vero Tiberio litteras Hyparchicas mittente. Codicillos Præfecturæ voluit dicere, quos Latini etiam litteras appellant, ut jam pridem observavi in Annotationibus ad Ammianum Marcellinum. Hinc est quod Evagrius in titulo Historiarum suarum, se ἀπὸ ἐπάρχων appellat, eo quod codicillis honorariæ præfecturæ ab Imp. donatus fuisset. Edidit posteà idem Evagrius sex libros Historiæ Ecclesiasticæ, exorsus ab iis temporibus in quibus Theodoritus ac Socrates desierant, id est ab Ephesinâ Synodo in qua damnatus ac depositus est Nestorius: ab anno scilicet Christi 431. Eamque ad duodecimum Mauricii Imperatoris annum perduxit, qui fuit annus natalis Dominici 594. Certè in libro 3. capite 33. de Severo Antiochensi Episcopo loquens, quo tempore ista scribebat, annum Antiochenorum fuisse dicit 641. Cum igitur hera Antiochenorum octo & quadraginta annis natalem Christi antevertat, deductis ex hoc numero annis 48. remanet annus Christi 594. Idem etiam conficitur ex cap. 29. libri 4. ubi scribit Evagrius, dum ista litteris mandaret, luem illam inguinariam quæ totum orbem pervastavit, annis jam duobus & quinquaginta grassatam esse. Grassari autem cœperat hæc lues biennio post captam à Persis Antiochiam, hoc est anno Christi 542. Cui annorum numero si duos & quinquaginta annos adjeceris, fiet annus Christi 594. Cæterum laudanda est inprimis Evagrii diligentia, qui cum historiam Ecclesiasticam scribere aggressus esset, quæcunque ad id argumentum spectabant, ex optimis Scriptoribus collegit, puta ex Prisco, Joanne, Zacharia, Eustathio, & Procopio Rhetoribus. Stylus quoque ejus non improbandus est. Habet enim elegantiam & venustatem, ut testatur etiam Photius. Sed quod præcipuè in Evagrio laudandum est, ex Græcis Ecclesiasticæ historiæ Scriptoribus, solus hic recte fidei doctrinam integram atque illibatam servavit, ut post Photium observavit Baronius in Annalibus. Illud tamen in eo reprehensionem meretur, quòd non tantam diligentiam adhibuit in conquirendis antiquitatis Ecclesiasticæ monumentis, quantam in legendis profanis Scriptoribus. Certè totus fere liber sextus in belli Persici narratione consumitur. Stylus præterea plerisque in locis redundat ac luxuriat, ut recte judicavit Photius in Bibliothecâ. Cujus περιττολογίας exemplum habes in capite 2. lib. 1. ubi de Nestorio ita dicit: ἡ θεόμαχος γλῶσσα, τὸ καϊάφα δεύτερον συνέδριον, &c. & in capite 3. libri 2. ubi templum sanctæ Euphemiæ describit quod erat Chalcedone, & aliis in locis quæ studiosus Lector per se ipse facile observabit. Porro historiam Evagrii primus omnium Robertus Stephanus Græcè edidit ex unico Codice MS. Bibliothecæ Regiæ, admodum recente, nec valde bono. Pluribus enim in locis mancus est ac mutilus. Nos vero ex duobus MSS. optimæ notæ Codicibus, historiam Evagrii tot in locis emendavimus ac supplevimus, ut nunc primum edita possit videri. Primus fuit Codex Florentinus ex Bibliotheca S. Laurentii, quem cum editione Genevensi contulit vir clarissimus Michaël Erminius, & varias ejus lectiones manu sua descriptas ad me misit. Quo quidem nomine plurimum ei me debere profiteor. Hic Codex omnium Evagrii exemplarium optimus est ac vetustissimus.

Scriptus est enim in membranis ante annos plus minus quingentos, ut mihi retulit αὐλόπτης Emericus Bigotius, vir doctissimus ac de litteris optime meritus : cujus beneficio atque interventu supra memoratas varias lectiones à Michaele Erminio V.C. missas accepi. In eodem Codice Florentino adscripta erant in margine scholia quædam non inerudita, quæ nos in Annotationibus nostris suo loco retulimus. Cæterum monendus est Lector, in hoc Codice Florentino Socratis Scholastici Historiam etiam contineri, cujus variantes Lectiones manu sua annotatas idem Erminius ad me dudum transmisit, ut ante annos quatuor testatus sum in ea præfatione quam Socratis ac Sozomeni editioni præfixi. Secundus Codex depromptus est ex Bibliotheca illustrissimi Antistitis Dionysii Tellerii, Rhemensi Archiepiscopi: non valde vetustus ille quidem; bonus tamen & docti hominis manu descriptus. Hic Codex multis in locis magno nobis adjumento fuit, ut in Annotationibus nostris subinde ostendimus.

Sequuntur deinde Excerpta ex Historia Ecclesiastica Philostorgii, quæ Photius Patriarcha Constantinopolitanus ex duodecim ejus libris collegit. Ea primus omnium ante annos triginta in lucem edidit Jacobus Gothofredus Jurisconsultus, vir doctus quidem ac diligens, sed qui Græcas litteras primoribus tantum labris degustaverat, nec in pervolvendis MSS. exemplaribus Græcis satis erat exercitatus. Itaque ejus editio atque interpretatio Latina, mendis prope innumeris referta est: quod quidem Gothofredus ipse in Prolegomenis non diffitetur. Ego vero cum duos Historiarum Philostorgii manuscriptos codices nactus essem, novam hanc editionem aggressus sum: in quâ tum loca plurima quæ in editione Gothofredi corrupta erant, restitui, tum lacunas aliquot supplevi. Primus codex fuit Scoriacensis, quem cum editione Gothofredi olim contulit vir doctissimus Lucas Holstenius, & variantes ejus lectiones manu sua ad latus ejusdem editionis adscriptas, paulo ante obitum suum ad me misit. Interpretationem quoque Gothofredi idem Holstenius ad marginem libri sui interdum emendaverat, & quædam alia annotaverat: quorum ego in Annotationibus meis sedulo mentionem feci, nè doctissimi viri & de antiquitate Ecclesiasticâ bene meriti studium ac labor suâ laude fraudaretur. Alter codex fuit nuper in Bibliotheca Samuelis Bocharti, viri eruditissimi, qui in libro de Animalibus sacræ Scripturæ, hujus codicis interdum mentionem facit. Est ille quidem admodum recens, & paulo ante editionem Gothofredi in Italia descriptus ex manuscripto exemplari Veneto ut opinor. Extat enim Venetiis manuscriptum exemplar Historiarum Philostorgii, ut accepi ab Emerico Bigotio clarissimo viro, qui omnes Italiæ Bibliothecas diligentissimè pervestigavit. Longè tamen præstantior est eo codice quo usus est Gothofredus. Hujus enim unius auxilio, prioris editionis vitia persanata sunt & expletæ lacunæ. Cæterum de Philostorgio plura hic dicere superfluum puto, cum & Photius in horum Excerptorum Proœmio abunde de illo dixerit, & Jacobus Gothofredus in Prolegomenis suis cuncta quæ de illo dici poterant, ad satietatem usque congesserit.

Postremus in hoc volumine est Theodorus Byzantius, Lector majoris Ecclesiæ Constantinopolitanæ. Hic duplex opus Historiæ Ecclesiasticæ conscripsit. Primum opus nihil aliud erat quàm Historia Tripartita, duobus libris comprehensa, quam ex Socrate, Sozomeno, ac Theodorito unum in corpus collegerat, à vicesimo anno Imperatoris Constantini usque ad Principatum Juliani. Hujus Tripartitæ Historiæ notitiam Leoni Allatio debemus, qui primus hoc monumentum ex tenebris eruerat, & publica luce donaturum se esse promiserat. Ejusdem Historiæ manuscriptum exemplar Venetiis in Bibliotheca sancti Marci extare, jam pridem monuit Possevinus : quod etiam ab se visum illic esse mihi testatus est Emericus Bigotius. Et initio quidem erat animus, hanc Tripartitam Theodori Lectoris Historiam cum hoc volumine in lucem edere. Sed quoniam non integra ad nos missa fuerat ab Allatio, sed initia duntaxat singulorum capitum, adjectis ad marginem nominibus Scriptorum ex quibus descripta erant, & notatis paginis editionis Roberti Stephani, in quibus reliqua continebantur: ejus editionem superfluam fore existimavi, præsertim cum Scriptores ipsos ex quibus collecta est, integros habeamus; & varias lectiones ex eadem Historia excerptas, in Annotationibus meis ad Socratem & Sozomenum ac Theodoritum accurate retulerim. Secundum opus Historiæ Ecclesiasticæ Theodori Lectoris, duobus pariter libris comprehensum fuit, quibus Theodorus res in Ecclesia gestas ab iis temporibus in quibus desierat Socrates, usque ad Principatum Justini senioris complexus est. Ex iis duobus posterioribus libris Excerpta quædam duntaxat seu Collectanea ad nos pervenerunt, à Nicephoro Callisto conscripta, ut titulus ipse indicat. Porro duplex hoc Opus Theodori Lectoris, quidam ex veteribus unum in corpus compingebant, atque ita quatuor libros Ecclesiasticæ Historiæ Theodori numerabant. Ex horum numero fuit Joannes Damascenus, qui in libro tertio de Imaginibus insigne fragmentum profert ex libro quarto Ecclesiasticæ Historiæ Theodori, quod ad calcem excerptorum Theodori in hac editione nostra studiosus Lector inveniet. Hinc etiam est, quod Suidas in Lexico ait, Theodorum Lectorem scripsisse Historiam Ecclesiasticam à temporibus Constantini usque ad Principatum Justiniani. Non quod Theodorus res in Ecclesia gestas à tempore Constantini ad tempora Justiniani, seu potius Justini, continua serie scripsisset: sed quod duos libros Historiæ Tripartitæ ex Socrate, Sozomeno, ac Theodorito excerptos, qui à Constantini temporibus exordiebantur, duobus aliis libris Historiæ Ecclesiasticæ ab se compositæ præfixerat. Cæterum inter secundum ac tertium hujus Operis librum ingens erat hiatus, annorum circiter decem & sexaginta, ab obitu videlicet Constantii ad extrema usque tempora Theodosii junioris: propterea quod Theodorus Lector Historiam suam Tripartitam non absolverat integram, sed in obitu Imperatoris Constantii desierat. Alii vero duplex illud Opus Theodori Lectoris distinxerunt, & quidem rectius, ob eam rationem quam modo dixi. Ita certè Nicephorus Callistus, qui Excerpta seu Collectanea ex secundo Opere Theodori Lectoris nobis reliquit, non ex tertio & quarto

Ecclesiasticæ Historiæ Theodori libro, sed ex primo & ex secundo ea prænotavit. Idem in libro primo Historiæ Ecclesiasticæ, dum omnes enumerat qui Ecclesiasticam Historiam ante ipsum conscripserant, nullam prioris operis Theodori Lectoris mentionem facit, eo quod pars illa nihil aliud contineret quàm excerpta ex Sozomeno & Socrate ac Theodorito. Solum vero commemorat opus posterius Historiæ Ecclesiasticæ Theodori Lectoris, quam ille ab iis temporibus in quibus Socrates & Sozomenus ac Theodoritus scribendi finem fecerant, ad sua usque tempora, id est, ad principatum Justini senioris deduxerat. Ejus enim Imperatoris electionem refert in excerptis quæ supersunt. Porro excerpta ista ex Historia Ecclesiastica Theodori Lectoris, primus in lucem edidit Robertus Stephanus, unà cum reliquis Ecclesiasticæ Historiæ Scriptoribus, ex manuscripto codice Bibliothecæ Regiæ. Ego vero cum nullum alium hujus Historiæ codicem manu exaratum nanciscì potuissem, ex Theophane ac Nicephoro Callisto qui integram Theodori Historiam habuerunt, excerpta ista multis in locis emendavi atque supplevi, ut ex Annotationibus meis studiosus Lector poterit cognoscere. Novam quoque horum Collectaneorum Latinam interpretationem dictavi, cum Musculi versio, quæ sola hactenus in cunctis editionibus lecta est, quam plurimis in locis ferri non posset. Utinam vero Historiam Ecclesiasticam Theodori integram hodie haberemus. Multa enim scitu digna in ea continebantur: Consulatus quoque quibus quidque gestum fuerat, accurate erant adscripti, ut patet ex fragmentis quæ à me collecta sunt. Cæterum re nunc attentius examinata, dubito utrùm Nicephorus integram Theodori Lectoris Historiam legerit. Quantum enim ex accurata lectione Nicephori colligere possum, Nicephorus integrum opus Historiæ Ecclesiasticæ Theodori non viderat, sed excerpta duntaxat quæ nunc habemus. Certè si integrum opus Theodori legisset Nicephorus, multo plura ac meliora inde in suam Historiam transtulisset. Quod cum ille non fecerit, sed sola ea retulerit quæ hodie leguntur in excerptis Theodori, apparet verissimum esse id quod dixi, integram scilicet Theodori Lectoris Historiam à Nicephoro visam non fuisse. Quare verba illa ἀπὸ φωνῆς νικηφόρου, quæ leguntur in titulo Excerptorum Theodori, non ita accipienda sunt, quasi horum Excerptorum auctor fuerit Nicephorus. Sed id tantum significant, Nicephorum Callistum hæc Excerpta Amanuensi suo dictasse. Eodem plane modo Leontii Scholastici liber de Sectis, quem primus in lucem edidit Leunclavius, inscriptus est ἀπὸ φωνῆς θεοδώρου τοῦ θεοφιλεστάτου ἀββᾶ, eo quod Theodorus Abbas librum illum Leontii Amanuensi suo dictasset.

Sequuntur Annotationes nostræ in quatuor supra memoratos Ecclesiasticæ Historiæ Scriptores. De quibus præter id quod hujus Præfationis initio dictum est, nihil amplius habeo quod dicam. His annexi sunt observationum Ecclesiasticarum libelli duo; Prior, de Petro Fullone Antiochensis Ecclesiæ Episcopo, & de Synodis in quibus damnatus est. Alter verò de duplici Synodo Romanâ, & de duabus damnationibus Acacii Episcopi Constantinopolitani. In his duobus libellis multa, ut

spero, studiosus Lector inveniet, quæ ante me nemo, quod quidem sciam, hactenus observaret. Appendicis autem loco subjunxi Dissertationes tres Lucæ Holstenii viri doctissimi, quas ille paulo ante obitum mihi tradi mandaverat, edendas ipsius nomine. Earum porro editionem consultò ad hoc usque tempus distuli, propterea quod duæ quidem priores agunt de epistola Synodica Alexandri Episcopi Alexandrini, quæ in hoc volumine continetur. Tertia vero est de Episcopatu Synesii, cujus mentionem facit Evagrius noster. Quod quidem idcirco te monendum esse duxi, ne quis fortasse quereretur earum Dissertationum editionem nimium diu à me suppressam fuisse. Fruere igitur Lector hoc labore nostro: & si quid commode à nobis translatum & observatum inveneris, Deo Optimo Maximo mecum gratias age, qui mihi oculorum acie propemodum destituto, opus hoc Historiæ Ecclesiasticæ ad exitum perducere concessit. Sicubi verò lapsum me esse deprehenderis, humaniter ignosce. Homines enim sumus, & ad errandum proclives. In nullo autem unquam labi, Divinum est, ut vetus Poëta cecinit;

Μηδὲν ἁμαρτεῖν ἐστὶ θεῷ, καὶ πάντα κατορθοῦν.

VETERVM TESTIMONIA DE HISTORIA ECCLESIASTICA THEODORITI.

Theodoritus in libro 4. hæreticarum fabularum, cap. 1. de Ario.

Ἀλλὰ ταῦτα διὰ πλάτους ἐν τῇ ἐκκλησιαστικῇ ἱστορίᾳ συγγεγράψας, περιττὸν ἡγοῦμαι ταὐτὰ λέγειν. *Id est:*

Sed cum hæc in Historia Ecclesiastica copiosè conscripserim, superfluum puto eadem hîc dicere.

Item in cap. 2. ejusdem libri, de Eudoxio.

Καὶ ἵνα μὴ πάντα λέγων μηκύνω, τέτων γὰρ πάντων ἐμνήσθην ἐν ἐκείνῃ τῇ συγγραφῇ, ἴσχυσε καὶ τὸν τῆς πόλεως ἐκείνης ἁρπάσαι θρόνον, καὶ τῶν κηρύκων τῆς ἀληθείας τὰς ἐκκλησίας γυμνῶσαι. *Id est:*

Ac ne omnia sigillatim referendo prolixior fiam: horum enim omnium in historia illa Ecclesiastica mentionem feci: eò potentiæ pervenit, ut & sedem illius urbis invaserit, & multas Ecclesias prædicatoribus veritatis orbaverit.

Cassiodorus Senator in Præfatione Historiæ Tripartitæ.

Hanc igitur Historiam Ecclesiasticam, quæ cunctis Christianis valde necessaria comprobatur, à tribus Græcis auctoribus mirabiliter constat esse

esse conscriptam: uno scilicet Theodorito, venerabili Episcopo, & duobus disertissimis viris, Sozomeno & Socrate.

Gennadius in libro de Scriptoribus Ecclesiasticis.

Theodoretus Cyri civitatis Episcopus, à Cyro enim Rege Persarum condita, servat hodieque apud Syriam nomen auctoris: scripsisse dicitur multa. Ad meam tamen notitiam ista sunt quæ venerunt. De Incarnatione Domini adversus Eutychen Presbyterum, & Dioscorum Alexandriæ Episcopum, qui humanam in Christo carnem fuisse negant, scripta fortia, per quæ confirmat & ratione & testimoniis Scripturarum, ita illum veram maternæ substantiæ carnem habuisse quam ex Matre virgine sumpsit: sicut & veram Deitatem, quam æterna nascibilitate Deo Patre gignente ipse nascendo accepit. Sunt & ejus decem Historiæ Ecclesiasticæ libri, quos imitatus Eusebium Cæsariensem scripsit, incipiens à fine librorum Eusebii usque ad suum tempus, id est, à vicennalibus Constantini usque ad Imperium Leonis senioris, sub quo & mortuus est.

Theodorus Lector in Epistolâ quam præfixit Historiæ Ecclesiasticæ.

Post admirandum Eusebium cognomento Pamphilum, qui plurimùm studii posuit in colligendis libris doctissimorum virorum qui res Ecclesiasticas conscripserant, non solùm apud Christianos, verùm etiam apud Judæos: & qui Historiam suam perduxit ad annum vicesimum piissimi & re verâ ordinati à Deo principatus laudatissimi ac beatissimi Imp. Constantini: idem argumentum tractare aggressi viri Deo chari, pari curâ ac diligentiâ, sicut ipsorum libri fidem facient, sequentium temporum Historiam conscripserunt: Theodoritus scilicet beatæ recordationis, Episcopus Cyri, & Sozomenus ac Socrates. In scribendâ autem Historia non eandem omnes viam tenuerunt: sed singuli peculiari modo ratiocinati sunt, & res gestas scriptis prodiderunt.

Imperator Justinianus in edicto de Confessione rectæ Fidei ad omnes Catholicos, de Theodoro Mopsuesteno ita scribit pag. 853. Chronici Alex.

Καὶ ταῦτα μαρτυροῦσι σωζόμενος καὶ ἡσύχιος καὶ σωκράτης ὁ θεοδωρήτου, ὁ πολλὰς ὑπὲρ θεοδώρου λόγους τε καὶ ἐπαίνους ἐκθείνας. *Id est:*

Atque hæc testantur Sozomenus, Hesychius, Socrates ac Theodoritus, qui pro Theodoro multos libros scripsit, eumque multis laudibus celebravit.

Evagrius Scholasticus in libro primo Historiæ Ecclesiasticæ cap. 1.

Eusebius inquam Pamphili, & Sozomenus, ac Theodoritus & Socrates, benignissimi Servatoris nostri adventum in terras, ejusdemq; adscensum in cœlum; tum ea quæ à divinis Apostolis & à fortissimis martyribus pro fide certantibus præclarè sunt gesta: quidquid præterea, aut laude, aut vituperatione dignum actum est à nostris usq; ad principatum Theodosii, omnium optimè ac diligentissimè scriptis prodiderunt.

Photius in Bibliothecâ cap. 31. de Theodorito.

Ἀνεγνώσθη θεοδωρίτου ἐκκλησιαστικὴ ἱστορία. πάντων τῶν εἰρημένων κατάλληλον φράσιν τῇ ἱστορίᾳ μᾶλλον ἑαυτὸν ἐπέθηκε· Σαφῆς τε γὰρ καὶ ὑψηλὸς καὶ ἀπέριττος. πλὴν ὅτι ἐνίοτε ταῖς μεταφοραῖς παραβόλως, καὶ ὥσπερ ἀπειροκάλως ἐχρήσατο. ἑαυτὸν καὶ πλατύτερον τῶν εἰρημένων, τὰ περὶ τῆς δευτέρας συνόδου διέλαβε, σχεδόν τι τῶν ἄλλων ὥσπερ μόνον διὰ τῆς ἐπιδρομῆς ἀφοσιουμένων, ἀλλ' οὐ βουλομένων τι περὶ αὐτῆς εἰπεῖν. πλὴν ἀλλὰ καὶ ἑαυτὸν οὐ πάντα λεπτομερῶς λέγει. ἄρχεται δὲ τῆς ἱστορίας ἀπὸ τῆς ἀρείου αἱρέσεως, καὶ καταλήγει μέχρι τῆς θεοδοσίου τοῦ νέου βασιλείας, καὶ μέχρι τῆς θεοδώρου τελευτῆς, ἡνίκα καὶ κωνσταντινουπόλεως σισίννιος ἦρχεν. *Idest:*

Lecta est Theodoriti Historia Ecclesiastica. Hic magis quam reliqui quos supra nominavi, convenientem Historiæ stylum adhibet. Clarus enim & grandis est minimeque redundans: nisi quòd translationibus interdum audaciùs, & pene ineptè utitur. Hic etiam fusius cæteris, secundæ Synodi gesta commemorat, quæ alii tanquam in transcursu & obiter ac perfunctoriè narrant, nec videntur de ea loqui velle. Veruntamen ne ipse quidem omnia sigillatim refert. Historiam inchoavit ab hæresi Arii, & ad Principatum Theodosii junioris pertexuit, & in morte Theodori Mosuesteni desiit, quo tempore Sisinnius Constantinopolis erat Episcopus.

Nicephorus Callistus in libro primo Historiæ Ecclesiasticæ. cap. 1.

Porro Hermias Sozomenus, qui & Salaminius dicitur, & Doctissimus Theodoritus Episcopus Cyri, qui tertiam Synodum impugnavit: item Deo invisus Philostorgius, & qui cognomento quidem καθαρὸς, sed animo minus puro fuit Socrates, à fine Eusebii Cæsariensis exorsi, usque ad Tempora Theodosii junioris Historiam suam perduxerunt, cùm omnes nescio quo pacto idem sibi argumentum proposuissent.

In Theodoritum Epigramma ex veteri codice descriptum ab Henrico Savilio.

Τῆς εὐεπείας καὶ λόγων εὐγλωττίας
Κα' ῥητορικῆς δεινότητος καὶ τέχνης
Ὡς ἄγαμαί σε καὶ τεθηπά σε πλέον,
Ὦ συγγραφεῦ ἄριστε καλλίστων λόγων.
Ὄντως διαυγεῖς καὶ φαεινοὶ λυχνῖται,
Καὶ μάργαροι στίλβοντες οἱ σοὶ δὴ λόγοι,
Καὶ πρόξενοι μὴν ἀρετῆς τῆς ἐνθέου,
Τῆς ἀθέου δὲ στηλιτευταὶ κακίας.

Eustathius in Commentariis ad lib. 2. Iliadis, pag. 264. edit. Rom.

Ὁ ἐπίκτητος κύριον ὄνομα διὰ ἰκτὸς τοὺς τεχνικοὺς καὶ ὁ θεοδώριτος. *Id est:*

Epictitus nomen proprium scribitur per i, itemque Theodoritus juxta Grammaticos.

Suidas in Lexico.

Θεοδώριτος ὄνομα κύριον· Θεοδώρητος ὃ, διὰ τοῦ η, ἡ δωρεὰ τοῦ θεοῦ. *Id est:* Theodoritus nomen proprium. Θεοδώρητος autem per η, adjectivum est, significans Donum Dei.

VETERVM TESTIMONIA DE HISTORIA EVAGRII.

Ex actione quinta septimæ Synodi Oecumenicæ, pag. 613.

Ἐκ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας διαγέγε, ἐν τῷ τετάρτῳ λόγῳ. μὴ γὰρ τὸ προσβαλεῖν τῇ πόλει τὸν χοσρόην, & cætera quæ habentur in cap. 27. libri quarti pag. 400. hujus editionis.

Ex Bibliotheca Photii cap. 29.

Ἀνεγνώσθη διαγρίου σχολαστικοῦ, ἀπὸ ὑπάρχων, πόλεως δὲ ἐπιφανοῦς τῆς κοίλου συρίας, ἐκκλησιαστικὴ ἱστορία ἐν τόμοις ἕξ, ἀρχὴν ποιουμένη τὸ τέλος τῆς σωκράτους καὶ θεοδωρήτου ἱστορίας, καὶ καλύπτα μέχρι τῆς βασιλείας μαυρικίου, ἔτος δωδέκατον ἐν τῇ βασιλείᾳ διανύοντος. ἔστι δὲ τῷ φράσιν οὐκ ἄχαρις, εἰ καί πως πρὸς τὸ εὐθὲς ἐνίοτε δοκεῖ· ἐν δὲ τῇ τῶν δογμάτων ὀρθότητι ἀκριβὴς τῶν ἄλλων μᾶλλον ἱστορικῶν. ἔχει δὲ χρήσεις περὶ εἰκόνων· *Id est:*

Lecta est Evagrii Scholastici Expræfecti, nati Epiphaniâ urbe Cœlesyriæ, Ecclesiastica Historia libris sex: inchoans à fine Socratis & Theodoriti Historiarum, pertingensque ad Mauricii annum duodecimum imperii. Stylus huic non ingratus, tametsi interdum redundare quodammodo videatur. Verùm in dogmatum veritate cæteris historicis accuratior est. Habet autem & de imaginibus quædam testimonia.

Nicephorus Callistus in libro primo cap. 1.

Deinceps vero Theodorus Lector Byzantius, & Basilius Cilix, & Expræfectus Evagrius, superiorum ante ipsos temporum res prætergressi, & tempora sua stylo prosecuti, eorum quos modo diximus Historiis suas conjunxerunt, difficultatem reformidantes. Nonnulli etiam è vita interscribendum excedentes, institutum opus minimè compleverunt. Ipse quidem Evagrius Epiphanensis, historiam usque ad Justini ætatem deducit, maxima ex parte res prophanas tractans: quarum argumenta & materiam ex Eustathio Syro, Zosimo, Prisco, Joanne, Procopio Cæsarensi, Agathia, qui illis temporibus continuâ serie insignes fuêre Oratores, & præterea ex aliis non pœnitendis Historicis decerpsit.

Idem in libro 16. cap. 31.

Quæ vero de Severo Evagrius Epiphanensis memoriæ mandaverit, verbis hic ejus apponam. Scribit enim ad hunc modum, & cætera, quæ extant in libro 3. Evagrii cap. 34.

VETERVM TESTIMONIA DE PHILOSTORGIO.

Photius in Bibliotheca cap. 40.

LEcta est Philostorgii Ariani veluti Ecclesiastica Historia. Narrat autem fere contraria omnibus Ecclesiasticis Historicis; laudibus extollens quos novit Arianismo infectos, & conviciis Orthodoxos perfundens: ita ut hoc ejus opus non tam Historia esse videatur, quàm hæreticorum laudatio, cum nudâ & merâ vituperatione atque accusatione Catholicorum. Stylus illi comptior; & poëticis sine tædio, minimeque ingratis vocibus utitur. Tropi quoque ac verba significantia gratiam ipsi cum jucunditate conciliant. Nisi quòd interdum audaciùs ipsis, vel nimium detortis utendo, in frigidum & importunum sermonem incidit. Ornatur ab illo variè oratio, vel ad satietatem; ita ut in obscuritatem, nec eam semper gratam, occultè trahatur auditor. Sæpe etiam sententias apte suis locis inserit. Incipit autem ab Arii studio in hæresin atque exordio, usque ad Aëtii impii hominis revocationem. Hic autem Aëtius ab ipsis qui idem cum illo sentiebant hæreticis, propterea quod ipsos impietate superaret, ut ipse Philostorgius vel invitus refert, Diaconatu submotus, postea ab impiissimo Juliano Imp. revocatus humaniterque acceptus est. Et hæc quidem ejus historia, uno volumine sex libros complexa, ad hoc usque tempus progreditur. Ipse vero scriptor mendax est, & à fabulis minimè abstinens. Prædicatque doctrinæ quidem causâ Aëtium maxime & Eunomium: solos illos pietatis dogmata quæ temporis longinquitate obruta erant, repurgasse fingens. Miraculorum vero & vitæ gratiâ laudat Eusebium Nicomediæ Episcopum, quem etiam Magnum nominat, & Theophilum Indum, aliosque complures. Reprehendit vero Acacii maximè Cæsareæ Palæstinæ Episcopi, vim dicendi intolerabilem, & versutiam inexpugnabilem; quibus eum artibus oppressisse ait præ omnibus, tam eos qui idem sentire viderentur, odio tamen quodam divisi erant: quàm eos qui contraria in religione sentiebant. Et hæc quidem jam à nobis lecta sunt. Exiguo autem post tempore lecti sunt in alio volumine sex quoque alii ejus libri: adeo ut totum ejus opus compleatur libris duodecim. Quorum librorum principes litteræ si connectantur, scriptoris Philostorgii nomen conficiunt. Progreditur autem usque ad Theodosii junioris tempora, finem scribendi faciens quo tempore Theodosius post mortem Honorii, Romani Imperii sceptra Valentiniano juniori, Placidiæ & Constantini filio, Patrueli suo tradidit. Quantumvis autem Philostorgius hic in Orthodoxos fureret, in Gregorium tamen cognomento Theologum, incurrere non est ausus, cujus doctrinam vel invitus prædicat. Basilio verò magno calumniam texere ausus est, quâ illustriorem eum reddidit. Vim enim & venustatem sermonis in concionibus, ipsâ rei evidentia fateri coactus

est: temerarium tamen ipsum homo futilis appellat, nec in refutando exercitatum, eò quòd, ut ait, Eunomii libris respondere ausus esset.

Nicephorus Callistus in libro primo cap. 1.

Porro Hermias Sozomenus, qui & Salaminius dicitur, & doctissimus Theodoritus Cyri, qui tertiam Synodum impugnavit: item Deo invisus Philostorgius, & qui cognomento quidem καθαρὸς, sed animo minus puro fuit Socrates, à fine Eusebii Cæsariensis exorsi, usque ad tempora Theodosii junioris historiam suam perduxerunt, cùm omnes nescio quo pacto, idem sibi argumentum proposuissent.

Idem in libro 9. cap. 19.

Sed enim quæ Deo invisus Philostorgius, res gestas supradicti Theophili narrans fusius commemoravit, ea nunc paucis perstringemus. Ait igitur, & cætera quæ leguntur in lib. 3. Philost. pag. 479. hujus editionis.

Idem in libro 12. cap. 29.

Hunc Eunomium, ut divinum hominem plurimùm admiratur Ecclesiasticus scriptor Philostorgius. Prudentiam enim & virtutem ejus incomparabilem fuisse fingit, & oris formam & corporis partes decentissimas cum multa venustate prædicat, & cætera quæ leguntur in libro decimo, capite 6.

Joannis Antiocheni, Suidæ, ac Nicetæ testimonia de Philostorgio habentur in Supplemento Philostorgii.

VETERVM TESTIMONIA DE HISTORIA ECCLESIASTICA THEODORI LECTORIS.

Suidas in Lexico.

Θεόδωρος ὁ ἀπὸ ἀναγνωστῶν τῆς μεγάλης ἐκκλησίας κωνσταντινουπόλεως· ἔγραψεν ἱστορίαν ἐκκλησιαστικὴν ἀπὸ τῶν χρόνων κωνσταντίνου, ἕως τῆς βασιλείας ἰουστινιανοῦ. *Id est:*

Theodorus ex Lectore magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ, scripsit Historiam Ecclesiasticam à Constantini temporibus ad imperium usque Justiniani.

Nicephorus Callistus in libro primo Historiæ Ecclesiasticæ, cap. 1.

Ἐντεῦθεν πάλιν ὁ βυζάντιος ἀναγνώστης θεόδωρος, καὶ ὁ κίλιξ βασίλειος, καὶ ὁ ἀπὸ ἐπάρχων εὐάγριος, τὰ τῶν ἀνωτέρω χρόνων καὶ πρὸ αὐτῶν ὑπερβάντες, οἱ μὴν τοῦ οἰκείους χρόνους τοῖς ἐκείνων παρέζευξαν, τὸ τῆς πραγματείας δυσχερὲς ὑπολογισάμενοι. ἄλλοι δὲ καὶ τὸν βίον τῷ συγγράφειν ἀπολιπόντες, τὴν τῆς ἐπιβολῆς ὑπόστασιν ἥκιστα συνετέλεσαν. *Id est:*

Deinceps vero Theodorus Lector Byzantius, & Basilius Cilix, & Ex-

præfectus Evagrius, superiorum ante ipsos temporum res prætergressi, & tempora sua stylo prosequuti, eorum quos modo diximus Historiis suas conjunxerunt, operis difficultatem reformidantes. Nonnulli etiam è vita inter scribendum excedentes, institutum opus minimè compleverunt.

Reliquorum testimonia de Theodoro Lectore, Joannis scilicet Damasceni, Theophanis, & Patrum Synodi septimæ, habes infra in fragmentis Theodori Lectoris.

Proœmium Historiæ Ecclesiasticæ Tripartitæ Theodori Lectoris.

Θεοδώρε ἀναγνώστε κωνσταντινουπόλεως ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας βιβλίον πρῶτον.

Ἐκ πνος ψήφε ἐπιξενόσας μοι λαχόντι τὸ ἡμέτερον παφλαγόνων ἔθνος ἐν μητροπόλει τινὶ ταύτῃ γάγγρᾳ, ἐν αὐτῇ τε διατρίβειν τῆς σῆς ἱερᾶς ὁμοῦ τε καὶ πρεσβυτικῆς κεφαλῆς, ἠναγκάζομεν παρ' αὐτῆς, ἐξ αὐτῆς τὰς ὑποθέσεις ληψόμενος συναγαγεῖν τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἱστοριῶν σοῦ ἐκθέντας, καὶ μίαν τινα ἐξ αὐτῶν ἁρμόσασθαι σύνταξιν. ἐπεὶ δὴ ἡ πατρικὴ κελεύσει ἀντιλέγειν οὐκ ὅσιον, εἰ καὶ φράσεως τῆς πρεπούσης ἐλαττόμενος ἀλλ' ἐπὶ τοιοῦτον ἔργον ἀμελητὶ ἦλθον, ὑμεναίοις δ' ἐχαῖς τε θαρρητικῶς δυσεδίᾳ τε θαυμασιωτάτῳ τῷ ἐπικλῆν πάμφιλε, κεκμηκότος εἰς τὸν συλλογὴν τῶν ἀνεκαθεν τὰς τοιαύτας ἐκκλησιαστικὰς ὑποθέσεις λογίων ἀνδρῶν συγγραφότων, ἐμόνον λέγω τῶν παρὰ χριστιανοῖς φιλοσοφησάντων, ἀλλὰ καὶ παρ' ἑβραίοις. καὶ τήνδε τὴν ἰσοεικῆ σύνταξιν ποιησαμένῳ ἄχει δ' εἴκοσι ἔτεσι τῆς φιλοχρίστε καὶ ὡς ἀληθῶς ὑπὸ θεοῦ χθεσινοτάτης βασιλείας κωνσταντίνε τοῦ πανευφήμε καὶ μακαριωτάτε ὠδε καταλύσαντος, ἐπὶ τοιοῦτον τὴν ὑποθέσεως σχῆμα μὴ πολλῆς τῆς ἀκριβείας, ὡς γε τῶν ἐκλεκτέων ἡ γραφὴ μαρτυρήσει, τοῖς πρὸ ἡμῶν πεποιήκεσαν θεοφιλεῖς ὁμοῦ καὶ λογιώτατοι ἄνδρες· λεγω δὴ θεοδώρητος ὁ τῆς ὁσίας μνήμης, γρηγόριος ἐπίσκοπος κύρε, καὶ σωζόμενος, καὶ σωκράτης· τῶν ἐπιλοίπων χρόνων ποιούμενοί τε πραγματείαν, οὐκ ἄμφω τὸν τοιοῦτον ὅμιλον θέμενοι, ἀλλ' ἰδίᾳ ἑκάτερος φιλοσοφήσας, καὶ οὐ λόγους ἀναγράψας· ἐπεὶ ἔν τινα μὲν τῶν καιρὸς παρεχθέντων, ὑποτῆς ἀκολουθίας ὠθούμενοι ἑκάτερος ἀπεδείχθησαν φράσαντες· πάνδειδιαζόντως, οὐλογον ᾠήθην, τὰ κοινῶς αὐτοῖς συμφωνούμενα διὰ τὸ σαφέστερον καὶ σύφραδέστερον διηγεμένε τῇ παρούσῃ βιβλῳ καταλέξαι, ἐν τῇ παρόψει πᾶσαν μανόμενος ὡς ἄμφω συμπεφωνήκασι τὰ ἑκάστῳ πάλιν ἰδίως ἐκλεκτέα πᾶσαν δηλώσω· ἄρξομαι δὲ τῆς ὑποθέσεως ἐκ τῆς ἱστορίας τοῦ μακαρίτε σωζομένε.

Προσφωνητικὸν εἰς θεοδόσιον τὸν βασιλέα σωζομένε.

Φασὶ τῶν πάλαι αὐτοκρατόρων ἐπιμελές τι χρῆμα γενέσθαι, &c. ut habentur pag. 393. editionis nostræ usque ad finem pag 397.

Theodori Lectoris urbis Constantinopolitanæ, Ecclesiasticæ Historiæ liber primus.

Cum nescio quam ob causam mihi contigisset, ut in vestrâ Paphlagonum Provinciâ hospitarer in ipsâ Metropoli quæ dicitur Gangra, utque sacro ac venerando mihi conspectu tuo illic fruerer, compellebas me, ut eos qui Ecclesiasticam Historiam ediderant, colligerem, argumenta abs te sumpturus, eorumque unum quasi corpus componerem. Quando igitur nefas est paternis jussibus refragari, ego quamvis dictionis elegantiâ destitutus, ejusmodi opus incunctanter aggressus sum,

tuis orationibus confisus. Post admirandum Eusèbium cognomento Pamphilum, qui plurimum studii impendit in colligendis libris doctissimorum virorum, qui res Ecclesiasticas conscripserant, non solùm apud Christianos, verùm etiam apud Judæos: & qui Historiam suam perduxit ad annum usque vicesimum piissimi & re verâ à Deo ordinati Principatus, laudatissimi ac beatissimi Imperatoris Constantini: Idem argumentum tractare aggressi viri Deo chari, pari curâ ac diligentiâ, sicut ipsorum libri fidem facient, sequentium temporum Historiam conscripserunt: Theodoritus scilicet Beatæ recordationis, Episcopus Cyri, & Sozomenus ac Socrates. In scribendâ autem Historiâ non eandem viam omnes tenuerunt: sed singuli peculiari modo ratiocinati sunt, & res gestas scriptis prodiderunt. Quoniam igitur nonnulla quidem eorum quæ singulis temporibus gesta sunt, utrique similiter retulisse noscuntur, rerum scilicet ordine eos compellente: quædam vero diversa ratione commemorarunt: rationi consentaneum esse existimavi, ut ea quidem in quibus inter se consenserunt, verbis illius qui apertiùs & elegantiùs eadem retulerat, huic libro insererem, notans in margine ambos Scriptores inter se convenire. Ea verò quæ peculiariter ac diverso modo ab unoquoque eorum exposita sunt, pariter demonstrabo. Ordiar autem ab Historia beati Sozomeni.

Allocutio Sozomeni ad Imp. Theodosium.

Priscos Imperatores, diversarum quemque rerum studiosos fuisse memorant, &c.

In Proœmium Theodori Lectoris, Annotatio.

κατὰ τὸ ὑμέτερον παφλαγόνικον ἔθνος. In MS. Codice Veneto legitur ὑμέτερον. Sed magis probo scripturam Codicis Allatiani. Quod si hanc lectionem sequi placet, necessario efficitur Theodorum Lectorem oriundum fuisse ex Provinciâ Paphlagoniâ. Certè ejus dictio nescio quid Paphlagonicum redolet. Ipse quoque Theodorus in hoc Proœmio ingenuè fatetur, se in dicendo rudem esse & parum exercitatum. Tales autem erant Paphlagones, ut de Helpidio testatur Ammianus Marcellinus in libro 21. p. 186. his verbis : *Ad Præfecturam promovetur Helpidius, ortus in Paphlagonia, aspectu vilis & linguâ.* Si quis tamen Venetum Codicem secutus, ὑμέτερον scribere maluerit: equidem non magnopere repugnabo, præsertim cùm verbum ἔθνος quod præcessit, hanc scripturam confirmare videatur. Porro Theodorus Lector opus hoc suum cuidam Episcopo, aut potius Presbytero Gangrensis Ecclesiæ, hâc Epistolâ nuncupat. Hinc est quod sacrum caput & patrem eum appellat, ejusque precibus adjuvari se optat.

UT *Theodoriti Episcopi Cyrensis & Evagrii Scholastici historia Ecclesiastica: Item Excerpta ex historiis Philostorgii & Theodori Lectoris; juxta Exemplar antehac Parisiis à Petro Le Petit excusum, typis Moguntinis recudantur, harum vigore licentiam impertimur. Moguntiæ 18. Augusti, 1679.*

ANDREAS BIRNBECK S. Theol. Licent. Officialis & Consiliar. Ecclesiasticus Moguntinus, librorum Censor.

ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ

ΘΕΟΔΩΡΙΤΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΥΡΟΥ

ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ

ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΤΟΜΟΙ ΠΕΝΤΕ.

THEODORITI

EPISCOPI CYRI

ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ

LIBRI QUINQUE.

HENRICO VALESIO Interprete.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ΤΑΔΕ ΠΕΡΙΕΧΕΙ ΤΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ
λόγ. πρῶτ.

α'. Ὁ τῆς ἱστορίας σκοπός.
β'. Πότεν ἤρξατο τὰ ἀρειανῶν ἡ αἵρεσις.
γ'. Κατάλογ. τῶν πρωθυπάτων ἐπισκόπων.
δ'. Ἀλεξάνδρου ἐπισκόπου ἀλεξανδρείας ἐπιστολὴ πρὸς ἀλέξανδρον ἐπίσκοπον κωνσταντινουπόλεως.
ε'. Ἀρείου ἐπιστολὴ πρὸς εὐσέβιον τὸν νικομηδείας ἐπίσκοπον.
ς'. Εὐσεβίου ἐπισκόπου νικομηδείας ἐπιστολὴ πρὸς παυλῖνον ἐπίσκοπον τύρου.
ζ'. Τὰ κῆ τοῦ μεγάλην σύνοδον τοῦ ἐν νικαίᾳ.
η'. Ἔλεγχ. τῶν ἀρειανιζόντων ἐκ τῶν εὐσταθίου καὶ ἀθανασίου συγγραμμάτων.
θ'. Τὰ κῆ μελέτιον αἰγύπτιον, ἐξ ὧν μελετιανοὶ σχισματικοὶ μέχρι τοῦ παρόντος διέμειναν· καὶ συνοδικὴ περὶ τούτου ἐπιστολή.
ι'. Ἐπιστολὴ τοῦ βασιλέως κωνσταντίνου πρὸς τοὺς ἀπολφθέντας ἐπισκόπους, περὶ τῶν ἐν τῇ συνόδῳ τυπωθέντων.
ια'. Περὶ τῶν σίτησιν τῶν ταῖς ἐκκλησίαις χορηγηθέντων, καὶ τῆς ἄλλης ἐξ βασιλέως δωρεᾶς.
ιβ'. Ἐπιστολὴ εὐσεβίου ἐξ καισαρείας ἐπισκόπου περὶ τ ἐκλεθείσης ἐν νικαίᾳ πίστεως.
ιγ'. Ἐλεγχ. τῶν νῦν βλασφημούντων ἀρειανῶν, ἐκ τῶν εὐσεβίου τοῦ καισαρείας ἐπισκόπου συγγραμμάτων.
ιδ'. Περὶ τῆς ἀρείου τελευτῆς, ἐκ τῆς ἀθανασίου ἐπιστολῆς.
ιε'. Ἐπιστολὴ τοῦ βασιλέως κωνσταντίνου, περὶ τῆς τῶν ἐκκλησιῶν οἰκοδομίας.
ις'. Ἄλλη ἐπιστολὴ τοῦ αὐτοῦ περὶ τῆς τῶν θείων γραφῶν καλλιγραφίας.
ιζ'. Ἄλλη ἐξ αὐτοῦ ἐπιστολὴ πρὸς μακάριον τὸν ἐπίσκοπον ἱεροσολύμων περὶ τῆς οἰκοδομίας ἐξ θείου ναοῦ.
ιη'. Περὶ ἀλένης τῆς τοῦ βασιλέως κωνσταντίνου μητρὸς, καὶ τῆς περὶ τοῦ οἰκοδομίαν τοῦ θείου ναοῦ σπουδῆς.
ιθ'. Περὶ τῆς παλαιᾶς εὐσεβίου τοῦ νικομηδείας μεταθέσεως.
κ'. Ἐπιστολὴ τοῦ βασιλέως κωνσταντίνου κῆ εὐσεβίου καὶ θεογνίου γραφεῖσα νικομηδεῦσι.
κα'. Περὶ τῆς νεωτὶ εὐσεβίου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ γεγραμμένης κῆ τοῦ ἁγίου εὐσταθίου τοῦ τῆς ἀντιοχέων ἐπισκόπου συσκοπῆς.
κβ'. Περὶ τῶν μὴ τὴν ἔξοδον τοῦ ἁγίου εὐσταθίου καλασάντων ἐν ἀντιοχείᾳ ἐπισκόπων αἱρετικῶν.
κγ'. Περὶ τῆς ἰνδῶν πίστεως.
κδ'. Περὶ τῆς ἰβήρων πρὸς τοὺς εὐσεβεῖς πολιτείας.
κε'. Ἐπιστολὴ τοῦ βασιλέως κωνσταντίνου πρὸς σαπώρην τὸν βασιλέα πέρσων.
κς'. Περὶ τῆς κῆ τοῦ ἁγίου ἀθανασίου τυραννικῆς ἐπιβουλῆς.
κζ'. Ἐπιστολὴ τοῦ βασιλέως κωνσταντίνου πρὸς ἀλεξανδρείας.
κη'. Ἄλλη κῆ ἀθανασίου ἐπισκόπου ἐπιβουλή.
κθ'. Ἐπιστολὴ τοῦ βασιλέως κωνσταντίνου πρὸς τὴν σύνοδον.
λ'. Περὶ τῆς ἐν τύρῳ γεγραμμένης συνόδου.
λα'. Περὶ τῶν ἐγκαινίων τῶν ἐν ἱεροσολύμοις γεγραμμένων καὶ τῆς ἐξορίας τοῦ ἁγίου ἀθανασίου.
λβ'. Περὶ τῆς τοῦ μακαρίου κωνσταντίνου βασιλέως διαθήκης.
λγ'. Ἀπολογία ὑπὲρ τοῦ αὐτοῦ βασιλέως.
λδ'. Περὶ τῆς τοῦ βασιλέως τελευτῆς.

IN LIBRO PRIMO ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ hæc continentur.

CAP. I. Historiæ scopus.
II. Unde cœperit hæresis Arianorum.
III. Enumeratio præcipuorum Sacerdotum.
IV. Epistola Alexandri Alexandriæ Episcopi ad Alexandrum Constantinopolitanum.
V. Epistola Arii ad Eusebium Nicomediensem Episcopum.
VI. Eusebii Nicomediensis Epistola ad Paulinum Tyri.
VII. De rebus gestis in magna Synodo Nicæna.
VIII. Confutatio Arianorum ex libris Eustathii & Athanasii.
IX. De rebus Meletii Ægyptii, ex cujus nomine dicti sunt Meletiani schismatici, qui ad hunc usque diem perdurant, & Synodica de illo epistola.
X. Epistola Imp. Constantini ad Episcopos qui Synodo non interfuerant, de iis quæ decreta erant in Concilio.
XI. De annonis quas Ecclesiis tribui jussit: & de aliis Imperatoris virtutibus.
XII. Eusebii Cæsarienſis Episcopi epistola de fide Nicææ exposita.
XIII. Confutatio Arianorum nostri temporis ex scriptis Eusebii Cæsarienſis.
XIV. De morte Arii ex epistola Athanasii.
XV. Constantini Imper. epistola de constructione Ecclesiarum.
XVI. Alia ejusd. Imp. epistola de conficiendis sacris codicibus.
XVII. Alia ejusd. Imper. epistola ad Macarium Hierosolymitanum Episcopum de Constructione sacrosanctæ Ecclesiæ.
XVIII. De Helena matre Imp. Constantini, deque ejus studio in ædificatione Ecclesiæ.
XIX. De illegitima translatione Eusebii Nicomediensis.
XX. Epistola Imp. Constantini adversus Eusebium & Theogonium ad Nicomedienses scripta.
XXI. De fraudulenta machinatione Eusebii & sociorum ejus adversus Eustathium Episcopum Antiochenum.
XXII. De Episcopis hæreticis qui Antiochiæ ordinati sunt post discessum beati Eustathii.
XXIII. De Indorum fide.
XXIV. De Iberorum conversione ad fidem.
XXV. Epistola Imp. Constantini ad Saporem Regem Persarum.
XXVI. De insidiis adversus sanctum Athanasium comparatis.
XXVII. Epistola Imp. Constantini ad Alexandrinos.
XXVIII. Aliæ insidiæ adversus eund. Athanasium.
XXIX. Imp. Constantini epistola ad Synodum Tyri.
XXX. De Synodo apud Tyrum celebrata.
XXXI. De Ecclesiæ dedicatione Hierosolymis facta, deque exilio sancti Athanasii.
XXXII. De testamento beatissimi Imp. Constantini.
XXXIII. Ejusd. Imp. defensio.
XXXIV. De morte sanctissimi Imperatoris Constantini.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΘΕΟΔΩΡΙΤΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΥΡΟΥ

Λόγος Α'.

THEODORITI EPISCOPI CYRI ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ

LIBER PRIMUS.

Κεφ. Α'.

Ὁ τῆς ἱστορίας σκοπός.

Caput Primum.

Historiæ scopus.

ΖΩΓΡΑΦΟΙ μὲν Ϛανίσι καὶ τοίχοις τὰς παλαιὰς ἐγγράφουσες ἱστορίας, τέρψιν μὲν τοῖς ὁρῶσι προσφέρουσι τῷ δὲ γεγραμμένων τὴν μνήμην, ὅπι πλεῖσον ἀνθοῦσαν φυλάττουσι. λογογράφοι δὲ, ἀντὶ μὲν σανίδων, ταῖς βίβλοις. ἀντὶ δὲ χρωμάτων, τοῖς τῶν λόγων ἄνθεσι κεχρημένοι, διαρκεστέραν καὶ μονιμωτέραν τῶν πεπραγμένων τοιοῦτοι τὴν μνήμην. ὁ γὰρ χρόνος λωβᾶται τῶν ζωγράφων τὴν τέχνην. τούτου δὴ χάριν κἀγὼ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας τὰ λειπόμενα συγγράψαι πειράσομαι. ὑγὰρ ὅσιον ὠήθην, λαμπροτάτων ἔργων καὶ ὀνησιφόρων διηγημάτων τὸ κλέος παιδιᾶς ἕνεκα τῆς λήθης συλήμονον. διὰ γὰρ δὴ τοῦτο, καὶ τῶν σωτήρων τινὲς ὅπι τόνδε με τὸν πόνον πολλάκις παρώτρυναν. ἐγὼ δὲ, τῇ μὲν ἐμαυτοῦ δυνάμει τόδε τὸ ἔργον σαθρὸν ὄν, τὴν ἐγχείρησιν ὀρρωδῶ. θαρρῶν δὲ τῷ φιλοτίμῳ δόσει τῶν ἀγαθῶν, μείζοσιν ἢ καθ' ἐμαυτὸν ἐγχωρῶ. εὐσεβεῖ μὲν οὖν ὁ παλαμναῖος, ἀπὸ τῶν ἱερῶν ἀποστόλων τῆς ἱστορίας ἀρξάμενος, μέχρι τῆς κωνσταντίνου θεοφιλοῦς βασιλείας, τὰ ταῖς ἐκκλησίαις συμβεβηκότα συνέγραψεν. ἐγὼ δὲ τῆς συγγραφῆς ἐκείνης τὸ τέλος, ἀρχὴν τῆς ἱστορίας ποιήσομαι.

PICTORES quidem, dum veteres Historias in tabulis & in parietibus depingunt, non modo intuentium oblectant oculos, verum etiam memoriam rerum gestarum quam diutissime florentem conservant. Historiarum vero scriptores, qui tabularum loco libris, & colorum vice, orationis pigmentis utuntur, multo diuturniorem ac stabiliorem præstant memoriam rerum præteritarum. Etenim opus pictorum longinquitate temporis consumitur. Hanc ob causam ea quæ Historiæ Ecclesiasticæ adhuc deerant, ipse quoque scriptis mandare institui. Nefas enim esse duxi, æquo animo pati, ut clarissimorum facinorum gloria, & fructus utilium narrationum, oblivioni tradantur. Qua etiam de causa quidam ex familiaribus meis sæpenumero me cohortati sunt, ut hunc laborem susciperem. Ego vero hinc vires meas, illinc opus ipsum æqua lance perpendens, aggredi quidem illud reformido. Fretus tamen munificentia largitoris bonorum omnium, majora viribus meis aggredior. Et Eusebius quidem Palæstinus, à sanctissimorum Apostolorum temporibus exorsus, res in Ecclesiis gestas usque ad Deo acceptum Constantini principatum perscripsit. Ego vero à fine Historiæ illius, initium operis mei sumam.

A

Cap. II.

Unde cœperit hæresis Arianorum.

SUblatis de medio scelestis illis atque impiis tyrannis, Maxentio scilicet, Maximino & Licinio, sedata est tempestas, quam furiæ illæ ac velut turbines quidam adversus Ecclesiam concitaverant: & compressis violentis flatibus, firma deinceps tranquillitate fruebatur Ecclesia. Quam quidem tranquillitatem Ecclesiæ præstitit Constantinus, omni laude dignissimus Imperator: qui non ab hominibus nec per homines, sed plane divinitus, quemadmodum Paulus Apostolus, ad id vocatus fuerat. Leges enim tulit, quibus & victimas immolari simulacris vetabat, & Ecclesias exstrui præcipiebat. Rectores quoque eos provinciis præficiebat, qui Christiana religione exornati essent; mandans iis ut Sacerdotes honore afficerent: iis vero qui Sacerdotes contumelia afficere ausi essent, capitis supplicium intentans. Quo quidem tempore, alii Ecclesias quæ dirutæ fuerant, denuo instaurarunt: alii novas prioribus laxiores ac splendidiores ædificarunt. Quæ dum ita fierent, res quidem nostræ lætæ ac prosperæ erant: adversarii vero mœrore ac luctu confundebantur. Nam simulachrorum quidem templa erant occlusa: in Ecclesiis vero dies festi, & hominum conventus frequentes agebantur. Verum invidus ac pessimus dæmon, pernicies generis humani, cum Ecclesiam tam felici cursu ferri cerneret, pati id non potuit: sed fraudulenta consilia excogitavit, Ecclesiam quæ ab omnium conditore ac dominatore regitur, submergere omni studio connisus. Videbat enim patefactum jam esse Gentilium errorem, & varias dæmonum fraudes deprehensas: & res quidem creatas à plerisque jam non amplius adorari: earum autem loco conditorem ipsum hymnis celebrari. Quocirca jam non apertè adversus Deum Servatoremque nostrum bellum excitavit: sed homines nactus Christianorũ quidem vocabulo exornatos, verum ambitioni & inani gloriæ mancipatos, eos malitiæ suæ ministros designavit. Eorumq; operâ multos ad priorẽ superstitionis errorẽ revocavit. Non id quidem molitus, ut creaturam denuo colerent: sed efficiens, ut opifex & Conditor universi in eodẽ cum crea-

B C D

Κεφ. Β'.

Πόθεν ἤρξατο τῶν Ἀρειανῶν ἡ αἵρεσις.

Τῶν ἀνοσιουργῶν ἐκείνων καὶ δυστεβῶν καταλυθέντων τυράννων, Μαξεντίου φημὶ καὶ Μαξιμίνου καὶ Λικινίου, καὶ πνεύματα σκληρὰ τῆς ἐκκλησίας ἠζάλη, καὶ ὑπὸ ἀλάστορες ἐκεῖνοι καθάπερ πνεύματα καταιγίδες ἐκίνησαν καὶ γαλήνης λοιπὸν ἀπήλαυε σαθερᾶς, τῆς σφοδρῶν παυσαμένων ἀνέμων. καὶ κατεστάλη ὁ πανδύφημος βασιλεὺς, ὃς οὐκ ἀπ' ἀνθρώπων, οὐδὲ δι' ἀνθρώπου, ἀλλ' ἔνθεν καὶ τὸν θεῖον δοκοῦντος τῆς κλήσεως ταύτης ἔτυχε, ταύτην αὐτῇ ἐπεσύστησε νόμους γὰρ ἔγραψε, θύειν μὲν εἰδώλοις ἀπείργων, δομεῖσθαι δὲ τὰς ἐκκλησίας παρεσκευῶν. καὶ ἀρχοντας μὲν ἔστησε κοσμικοὺς ἐφίστη τοῖς ἔθνεσι, γεραίρειν κελεύων θεοῦ ἱερέας, καὶ τοῖς παρανομεῖν εἰς τέτους ἐπιχειροῦσιν, ὀλέθρου ἀπειλῶν. τότε δὴ, καὶ τὰς καταλυθείσας ἐκκλησίας ἀνήγειρον. καὶ ἑτέρας εὐρυτέρας ἀνῳκοδόμουν καὶ λαμπροτέρας. Τέτων ἔτω θρωμένων, τὰ μὲν ἡμέτερα, χαρᾶς ἦν ἔμπλεα καὶ εὐημερίας τὰ δὲ τῆς ἐναντίων, καὶ ἀφείας καὶ ἀθυμίας μεστά. τὰ μὲν γὰρ τῆς εἰδώλων ἀπεκέκλειστο τεμένη. ἐν δὲ ταῖς ἐκκλησίαις, ἑορταὶ καὶ πανηγύρεις ἐπετελοῦντο συχναί. ἀλλ' ὁ παμπόνηρος καὶ βάσκανος δαίμων ὁ τῆς ἀνθρώπων ἀλάστωρ, οὐκ ἤνεγκεν ἐξ ἀρχῆς φερομένην τὴν ἐκκλησίαν ὁρῶν· ἀλλὰ τὰς κακομηχάνους ἐκίνει βελὰς, καθοδύσας φιλοψύχων τινὰ ὑποστὰς ποιητὴν καὶ θεοστύγητον τῆς ὅλων κυβερνωμένου. ἑώρα γὰρ τὴν ἑλληνικὴν πλάνην δηλονμένην, καὶ φωραθέντα τὰ ποικίλα τῆς δαιμόνων τεχνάσματα. καὶ τινὰ μὲν κλίσιν, ὡς τῆς πλείστων οὐκέτι προσκυνουμένου, τὸν δὲ ποιητὴν ἀνὰ παντὸς ὑμνούμενον. ἔδη χάειν, οὐκέτι προφανῶς τὸν κύριον καὶ θεὸν καὶ σωτῆρα ἡμῶν ἀνερρίπιζε πόλεμον. ἀλλ' ἄνδρας εὗρεν, τῆς μὲν χριστιανικῆς προσηγορίας ἠξιωμένους, φιλοτιμίᾳ δὲ καὶ κενῇ δόξῃ δεδουλωμένους, ὄργανα τέτους τῆς οἰκείων ἀπέφηνε τεχνασμάτων· καὶ διὰ τέτων πολλοὺς εἰς τὴν προτέραν ἐπανήγαγε πλάνην, ἃ τὸν κλίσιν πάλιν προσκυνεῖσθαι παρασκευάσας, ἀλλὰ τὸν ποιητὴν καὶ δημιουργὸν σωζεσθῆναι

τῇ κλίσῃ καθασκευάσας· ὅπου ἔστιν ἀρχὴ, καὶ ὅπως ἔσπαρται τὰ ζιζάνια, ἐγὼ διηγήσομαι. ἀλεξάνδρεια πόλις ἐστὶ μεγίστη καὶ πολυάνθρωπος· οὐκ αἰγυπτίων μόνον, ἀλλὰ καὶ θηβαίων καὶ λιβύων τῶν πρὸς αἰγύπτῳ τιμωμένη μητροπολις. ταύτης μὴν ἕτερον ἐκεῖνον τὸν νικηφόρον ἀγωνιστὴν, ὃς ἐπὶ τῶν δυσσεβῶν ἐκείνων τυράννων τὸ μαρτυρίου τὸν στέφανον ἀνεδήσατο, ἀχιλλᾶς μικρὸν ὀλίγον χρόνον προέστη, καὶ τὰ τῆς ἐκκλησίας καλέσας πηδάλια. μετὰ τοῦτον, ἀλέξανδρος ὁ γνησίως τῶν διαγγελικῶν δογμάτων γνώμων προμαχος. Κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον, ἄρειος τῷ μὲν καταλόγῳ τῶν πρεσβυτέρων ἐνελέγετο, τῶν τε θείων γραφῶν περιουσίαν ἐξήγησιν, εἰδὼν τὸν ἀλέξανδρον τῆς ἀρχιερωσύνης ἐγχειρισθέντα τὰς διακονίας, οὐκ ἤνεγκε τὸν φθόνον τῶν προσβολῶν. ἀλλ' ὡς τότε νυπόμνων, ἀφορμὰς ἔρευνᾶτο ἐπιζήτησίς καὶ μάχης. καὶ τὸν μὲν ἀξιέπαινον τοῦ ἀνδρὸς πολιτείαν θεώμενος, συκοφαντίας ὑφαίνειν οὐκ ἠδύνατο· ἡσυχίαν τε ὅμως ἄγειν αὐτὸν ὁ φθόνος οὐκ ἐνῴκνει. τοῦτον δὲ ὁ τῆς ἀληθείας ἀντίπαλος, δι' ἀπάτης καὶ πανουργίας τῆς ἐκκλησίας τὸν ζάλον. τῇ γὰρ ἀποστολικῇ ἀλεξάνδρου διδασκαλίᾳ, προφανῶς ἀντιπίπτειν ἀνέπεσθε. καὶ ὁ μὲν τοῖς θείοις λόγοις ἐπόμενος, ὁμοούσιον ἔλεγε τοῦ πατρὸς τὸν υἱὸν, καὶ τὸν αὐτὸν οὐσίαν ἔχειν τῷ γεγεννηκότι θεῷ. ὁ δὲ ἄρειος ἀντίκρους τῇ ἀληθείᾳ μαχόμενος, κτίσμα καὶ ποίημα προσηγόρευεν καὶ τὸ ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν προσελίττε, καὶ τἄλλα ὅσα ἐκ τῶν ἐκείνου γραμμάτων ἀφέσεσθαι μαθησόμεθα. καὶ ταῦτα οὐ μόνον ἐν ἐκκλησίᾳ διεξελθὼν λέγων, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔξω συλλόγοις καὶ συνεδρίοις. καὶ τὰς οἰκίας περιόδοις, ἐξηνδραπόδιζεν ὅσους ἴσχυεν. ἀλέξανδρος δὲ ὁ τῶν ἀποστολικῶν δογμάτων συνήγορος, πρῶτον μὲν αὐτὸν παραινέσεσι ἐπῳδαῖς τὸ πῶς μεταπείσειν ἐπεδήμησε κορυφαιοῦντα εἶδε, καὶ ἀναφανδὸν κηρύττοντα τὴν ἀσέβειαν, τῶν ἱερατικῶν ἐξήλασε καταλόγων. ἤκουσε γὰρ τοῦ θείου νόμου βοῶντος, ἐὰν ὁ ὀφθαλμός σου ὁ δεξιὸς σκανδαλίζῃ σε, ἔξελε αὐτὸν καὶ βάλε ἀπὸ σοῦ.

A turis ordine censeretur. Porro quo primum in loco, & qua ratione hujusmodi sparserit semina, hic exponam. Alexandria urbs est maxima & incolarum multitudine abundans; non Ægypti solum, verum etiam Thebaidis ac Libyæ quæ Ægypto finitima est, metropolis. In hac urbe, post Petrum celebrem illum & glorioſum athletam, qui sub impiis illis tyrannis palmam martyrii est consecutus, Achillas exiguo tempore Ecclesiam gubernavit. Post illum vero Alexander, qui Evangelicæ doctrinæ propugnator fuit acerrimus, Ecclesiæ clavum susceptit. Eodem tempore Arius, qui in presbyterorum ordinem erat adscriptus, & cui sacrorum voluminum expositio commissa erat, cum Alexandrum videret Ecclesiæ administrationem susceptisse, livoris impetum ferre non potuit: sed invidiæ stimulis exagitatus, contentionis ac discordiæ causas aucupari cœpit. Et calumnias quidem adversus illum contexere nullas poterat, cum vitam ejus & conversationem omni laude dignam videret. Invidia tamen eum quiescere non sinebat. Hunc igitur nactus dæmon veritatis inimicus, ejus operâ Ecclesiam miscere ac perturbare cœpit. Persuasit enim illi, ut Apostolicæ Alexandri doctrinæ palam contradiceret. Et Alexander quidem sacrarum litterarum vestigiis insistens, Filium ejusdem esse dignitatis cum Patre, eandemque cum Deo, qui ipsum genuit, habere substantiam, asserebat. Arius vero aperte veritatem impugnans, Filium Dei creaturam & factu-ram vocabat. Addebat etiam fuisse tempus cum non esset, & alia nonnulla, quæ ex ejus scriptis clarius cognoscemus. Atq; hæc ille, non in Ecclesia solum, verum etiam in exterius conventibus ac cœtibus assidue disserebat. Quin etiam domos circumiens, quot-quot poterat in sententiam suam traducebat. Verum Alexander Apostolicorũ dogmatum vindex & patronus, primum admonitionibus & consiliis hominem ab instituto revocare conatus est. Sed ubi eum insanire, & impietatem suam palam prædicare animadvertit, ex presbyterorum ordine eum ejecit. Auscultaverat enim divinam legem ita jubentem: Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue illum, & projice abs te.

A

Cap. III.

Enumeratio præcipuorum Sacerdotum.

PORRO ea tempestate, Romanam quidem Ecclesiam regebat Silvester, successor Miltiadis illius, qui post Marcellinum eum qui persecutionis temporibus inclaruit, ejusdem Ecclesiæ administrationem susceperat. Antiochiæ verò, post tyrannum, pace Ecclesiis primum restituta, Episcopatum sortitus est Vitalis, qui & in Palæa Ecclesiam quæ à Tyrannis destructa fuerat, instauravit. Quem deinceps excipiens Philogonius, & opus residuum fabricæ consummavit, & pro veritatis defensione singulare studium Licinii temporibus declaravit. Hierosolymis vero, post Hermonam Macarius Ecclesiam gubernavit, vir nomine suo dignissimus, & omni virtutum genere decoratus. Denique Constantinopoli per idem tempus Alexander Pontificalem sedem tenebat, vir donis Apostolicis ornatus. Tunc igitur Alexander Alexandrinæ Antistes Ecclesiæ, cùm Arium dominandi cupiditate abreptum, eos quos ad impietatem suam traduxerat congregare, & privatos conventus agere cerneret, Ecclesiarum Præsidibus blasphemiam illius per litteras indicavit. Ego vero epistolam illam quam ad gentilem suum Alexandrum scripsit, in qua impietas Arii manifeste exponitur, hoc loco apponam, ne quis forte suspicetur hæc à me temere confingi. Post hanc vero alteram ipsius Arii, ac deinde alias subjiciam, quæ sunt ad Historiæ narrationem prorsus necessariæ: tum ut veritatem Historiæ nostræ testimonio suo confirment, tum ut res gestas manifestius exponant. Sic igitur Alexander ad gentilem suum scribit.

Κεφ. γ'.

Καταλογ@ τῶν πρωτευόντων ἐπισκόπων.

ΚΑΤὰ τοῦτον δὲ τὸν χρόνον, τῆς μὲν Ῥωμαίων ἐκκλησίας Σίλβεστρ@ καθῆκε τὰς ἡνίας, μιλτιάδην διαδεξάμεν@, ὃς μετὰ μαρκελλῖνον τὸν ἐν τῷ διωγμῷ διαπρέψαντα, τὴν τῆς αὐτῆς ἀρχιερωσύνης χειροτονίαν ἐδέξατο. ἐν Ἀντιοχείᾳ δὲ μετὰ τύραννον, τῶν ἐκκλησιῶν ἀρξαμένης εἰρήνης, Βιτάλι@ τὴν ἡγεμονίαν παρέλαβεν, ὃς καὶ τὴν ἐν τῇ Παλαιᾷ καταλυθεῖσαν ὑπὸ τῶν τυράννων ᾠκοδόμησεν ἐκκλησίαν. Φιλογόνι@ δὲ μετὰ τοῦτον τὴν θεοσεβείαν λαβών, τὰ τελεσθέντα τῇ οἰκοδομίᾳ προσέθηκε, καὶ τὸν ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ἐν τοῖς λυκιννίοις καιροῖς ἐπεδείξατο ζῆλον. τὴν ἐν Ἱεροσολύμοις δὲ μετὰ Ἕρμωνα, Μακάρι@ διεδέξατο, φερώνυμ@ ἀνὴρ καὶ πανταπασιν κοσμούμεν@ ἀγαθοῖς. τῆς δὲ κωνσταντινουπόλεως κατὰ τοῦτον αὐτὸν τὸν καιρὸν, Ἀλέξανδρ@ τὴν ἱερατικὴν ἀξιοπρεπῶς λειτουργίας, ἀποστολικοῖς χαρίσμασι λαμπρυνόμεν@. τότε τοίνυν ὁ τῆς Ἀλεξανδρέων Ἀλέξανδρ@, ὁρῶν τὸν ἄρχοντα τῶν τῆς φιλαρχίας καὶ ἐχόμενον οἶστρον, καθὼς ὑπὸ τῆς βλασφημίας ἐζωγρημένης ἀγείρουσα, καὶ συλλόγους ἰδίους ποιούμενον, τοῖς τῶν ἐκκλησιῶν ἡγεμόσι τὴν τότε βλασφημίαν διὰ γραμμάτων ἐδήλωσεν· ἐγὼ δὲ τὴν πρὸς τὸν ὁμώνυμον αὐτῷ γραφεῖσαν ὑπόθεσιν ἐνθήσω τῇ συγγραφῇ σαφῶς ἅπαντα τὰ καθ' ἐκεῖνον διδάσκουσαν, ὡς ἂν μή τις ὑπολάβῃ, ταῦτα πλάττοντά με συγγράφειν· ἵν' μὴ τήνδε, τὴν αὐτοῦ γε αἱρέσεως, καὶ μεθ' ἑκείνων τὰς ἄλλας, ὧν ἦν ἰσοτίμως δεῖ διϊσχυρίσωμαι, ἵνα μαρτυρῶσι τῇ ἀληθείᾳ τὴν συγγραφὴν, καὶ σαφέστερον τὰ γεγονότα διδάσκωσιν. γράφει δὲ ὁ τῆς Ἀλεξανδρέων Ἀλέξανδρ@ πρὸς τὸν ὁμώνυμον ταῦτα.

Cap. IV.

Epistola Alexandri Alexandriæ Episcopi ad Alexandrum Constantinopolitanum.

CHARISSIMO & unanimi fratri Alexandro Alexander in Dno salutem. Improborum hominum voluntas, dominationis & pecuniæ avida, majoribus Ecclesiis semper insidiari solet, dum illi per varias occasiones Ecclesiasticam pietatem oppugnant. Etenim à diabolo qui in ipsis operatur, ad

Κεφ. δ'.

Ἀλιξάνδρου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας ἐπιστολὴ πρὸς Ἀλέξανδρον ἐπίσκοπον κωνσταντινουπόλεως.

ΤΩ πιμιωτάτῳ ἀδελφῷ καὶ ὁμοψύχῳ Ἀλεξάνδρῳ, Ἀλέξανδρος ἐν κυρίῳ χαίρειν. Ἡ φιλαρχ@ τῶν μοχθηρῶν ἀνθρώπων καὶ φιλάρσυρος θεσμοθέσις, ταῖς δοκούσαις ἀεὶ μείζοσι παροικίαις πέφυκεν ἐπιβουλεύειν, διὰ ποικίλων προφάσεων τοιούτων ἐπιβεμένων τῇ ἐκκλησιαστικῇ εὐσεβείᾳ. οἱ συναλλόμενοι γὰρ τῷ ἐνερ-

ἐνεργὸς ἐν αὐτοῖς διαβολὴ, εἰς τὴν προκειμένην αὐτοῖς ἡδονὴν, πάσης εὐλαβείας ἀποκηρήσαντες, πάσι τὸν τῆς κρίσεως καὶ θεοῦ φόβον· περὶ ὧν ἀναγκαῖον ἔμοιγε τῷ παρόντι, δηλῶσαι τῇ ὑμετέρᾳ εὐλαβείᾳ, ἵνα φυλάξησθε αὐτοὺς τοιούτους, μήτις αὐτῶν τολμήσῃ καὶ ταῖς ὑμετέραις παρουσίαις ἐπιβῆναι, ἤτοι δι' ἑαυτῶν, εἴτε δι' ἄλλων. ἱκανοὶ γὰρ ὑποκρίνασθαι πρὸς ἀπάτην οἱ γόητες. ἢ διὰ γραμμάτων ψευδῶς κεκομψευμένων, καὶ δυναμένων ὑφαρπάσαι τὸν ἁπλῆ πίστει καὶ ἀκεραίῳ προσεχηκότα· ἄρειος γὰρ καὶ ἀχιλλᾶς, συνωμοσίαν ἔναγχος ποιησάμενοι, τὴν κολλούθου φιλαρχίαν πολὺ χεῖρον ἢ ἐκεῖνος ἐζήλωσαν. ὁ μὲν γὰρ αὐτοῖς τούτοις ἐγκαλῶν, τὰ ἑαυτοῦ μοχθηρὰς προῃρέσεως ἔνεπεφάσιν. ἵνα δὲ τὴν ἐκείνου χειροποιΐαν θεωρῆσαι, οὐκ ἔτι τῆς ἐκκλησίας ὑποχείριοι μένειν ἐκαρτέρησαν. ἀλλ' ἑαυτοῖς ἀσήλαια λῃστῶν οἰκοδομήσαντες, ἀδιαλείπτως ἐν αὐτοῖς ποιεῖσθαι συνόδους, νύκτωρ τε καὶ μεθ' ἡμέραν ἐν ταῖς κατ' αὐτὸν ἁμαρτωλοῦ διαβολαῖς ἀσκέμμενοι. οἱ πάσης τῆς ἀποστολικῆς εὐσεβοῦς δόξης καταγορεῦσαι, ἰουδαϊκῷ προσχήματι χειρομάχον συνεκρότησαν ἐργαστήριον, τὴν θεότητα τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἀρνούμενοι, καὶ τοῖς πᾶσιν ἴσον εἶναι κηρύσσοντες· πᾶσαν τε ἀπὸ τῆς σωτηρίου οἰκονομίας καὶ δι' ἡμᾶς ταπεινώσεως φωνὴν ἐκλεξάμενοι, ἐξ αὐτῶν συναγείρειν πειρῶνται τῆς ἀσεβείας ἑαυτῶν τὸ κήρυγμα, τῆς ἀρχῆθεν θεότητι αὐτοῦ καὶ πατρὶ παρ' αὐτοῖς γελᾶται προσμαθόμενοι. κατ' ἐμοῦ δὲ ἡμῶν καθ' ἡμέραν καὶ διωγμὸς ἐπεγείροντες· καὶ τοῦτο μὲν, δικαστήρια συγκροτοῦντες, δι' ὀλυχίας γυναικείων ἀτάκτων ἀνέπτησαν. τοῦτο δὲ, τὸν χριστιανισμὸν διασύροντες, ἐν τῷ περιπορεύειν πᾶσαν ἀγυιὰν ἀσέμνως τὰς παρ' αὐτοῖς νεωτέρας. ἀλλὰ καὶ τὸν ἄρραφον τοῦ χριστοῦ χιτῶνα, ὃν οἱ δήμιοι διελεῖν οὐκ ἐβουλεύσαντο, αὐτοὶ σχίσαι ἐτόλμησαν. ἡμεῖς μὲν οὖν ἃ καὶ πρὸ βίου αὐτῶν καὶ τῇ ἀνοσίῳ ἐπιχειρήσει πρέπει, διὰ τὸ

A proposítam ipsis libidinem incitati, abjecta omni religione, divini judicii metum conculcant. De quibus ego qui patior, necesse habui significare pietati vestræ, ut ab hujusmodi hominibus caveatis, ne quis illorum in vestras etiam Ecclesias pedem inferre præsumat, sive per se, sive per alios: callent enim malefici simulatione uti ad fraudem faciendam: & per litteras mendaciis compositas atq; adornatas, quæ hominem ad simplicẽ ac sinceram fidem intentum possint decipere. Arius igitur & Achillas nuper conjuratione facta, Colluthi ambitionem æmulantes, longè pejores illo extiterunt. Nam Colluthus quidẽ, B qui hos ipsos reprehendit, mali propositi sui prætextum nactus est. Isti vero impiam illius ex Christo nundinationem cernentes, non amplius Ecclesiæ subjacere voluerunt: sed speluncis latronum sibi constructis, sine intermissione conventus in illis agunt, noctu atque interdiu calumnias adversus Christum & adversus nos comminiscentes. Qui cùm omnem piam & Apostolicam doctrinam incusent, Judaico more ad impugnandum Christum officinam instituerunt: Servatoris nostri Deitatem negantes, & reliquis omnibus æqualem eum esse prædicantes. Collectisque omnibus locis in quibus sermo C est de salutari ejus dispensatione, & de abjectione, nostri causa ab eo susceptа, impietatis suæ doctrinam eorum auctoritate confirmare nituntur; loca quibus æterna ejusdem divinitas, & inexplicabilis apud Patrem gloria adstruitur, averlantes. Cum igitur Gentilium ac Judæorum impiam de Christo sententiam confirment, laudem ab illis omni arte ac ratione aucupantur: ea quidem quæ illi in nobis deridere solent, omnia confingentes: seditiones autem ac persecutiones adversus nos quotidie excitantes. Et nunc quidem D ad judicum tribunalia nos trahunt per interpellationes mulierum disciplinam non servantium, quas ipsi in errorem induxerunt: nunc Christianæ religioni probrum atq; infamiam adspergunt, dum juvenculæ ipsorum per omnes vicos & compita turpiter circumcursant. Sed & indissolubilem Christi tunicam, quam carnifices olim dividere noluerunt, isti ausi sunt dissindere. Ac nos quidem, cùm ea quæ vitæ ipsorum ac nefariis conatibus competunt, serius propter ipsorum

latebras deprehendissemus, communi omnium suffragio ex cœtu Ecclesiæ quæ Christi divinitatem adorat, eos ejecimus. Ipsi verò contra nos huc & illuc discurrentes, ad collegas nostros idem nobiscum sentientes, proficisci instituerunt: specie quidem pacem & concordiam expetere se simulantes: re ipsa verò quosdam eorum blandis sermonibus in errorem suum traducere conantes. A quibus etiam verbosiores epistolas flagitant, ut eas legentes hominibus quos ipsi deceperunt, eos pertinaciter in errore perseverare faciant absq; ullo pœnitentiæ sensu, in impietate obduratos, quasi qui Episcopos idem secum sentientes ac sibi suffragantes habeant. Ea porro quæ apud nos perperam docuerunt & egerunt, & quorum causa à nobis sunt expulsi, nequaquam illis confitentur: sed vel silentio ista tradunt, vel fictis sermonibus & libellis conscriptis velantes, fucum faciunt. Probabilibus itaq; & ad assentationem compositis colloquiis pestiferam suam doctrinam obtegentes, simpliciorem quemq; & fraudi expositum circumveniunt: neq; interim parcunt pietatem nostram apud omnes calumniari. Unde fit, ut nonnulli litteris eorum subscribentes, in Ecclesiam eos recipiant. Cum tamen comministris nostris qui hoc ausi sunt, gravissima, ut opinor, reprehensionis immineat infamia, eo quod nec Apostolica regula id permittit, & diabolica in ipsis operatio adversus Christum hoc facto validius accenditur. Quamobrem nihil cunctatus, fratres dilectissimi, animum ac fiduciam sumpsi, ut perfidiam istorum vobis indicarem, qui dicunt: fuit tempus cum non esset Filius Dei; & qui prius non erat, postea extitit, talis factus quandocunq; demum factus est, qualis quilibet hominum nasci solet. Omnia enim, ut ajunt, Deus fecit ex nihilo; in creatione omnium rerum, tam rationalium, quam ratione carentium, etiam Filium Dei comprehendentes. Quibus etiam consequenter addunt, eum mutabilis esse naturæ, virtutisque ac vitii capacem. Positaque semel hac sententia, Filium Dei ex nihilo esse, divinas literas de æternitate ejus evertunt, quibus immutabilitas & divinitas Sapientiæ ac Verbi, quæ sunt Christus, ostenditur. Possumus ergo, ut ajunt isti scelerati, nos quoque esse Filii Dei, perinde ac

A λανθάνειν, βραδέως ἐπισήσαντες, παμψηφεὶ τῆς προσκυνούσης χριστὸν τὴν θεότητα ἐκκλησίας ἐξηλάσαμεν. ἐπεχείρησαν δὲ φειδομαῖς χρώμενοι καθ' ἡμῶν, παρεκβαίνειν πρὸς σφᾶς ὁμόφρονας συλλείβειν, σχήματι μὲν εἰρήνης καὶ ἑνώσεως ἀξιοῦντες ὑποκρινόμενοι. τοὺς δὲ ἁπλουστέρους συναρπάσαι τινὰς αὐτῶν εἰς τὴν ἰδίαν νόσον διὰ χρηστολογίας πειρῶνται. ἃς δὲ ἀπαιτοῦσιν ἐπιστολὰς ἐμπλήκτους, ἵνα φιλονεικῶσιν αὐτὰ τοῖς ὑπ' αὐτῶν ἠπατημένοις, ἀμελανοήτως ἐφ' οἷς ἐσφάλησαν καλασκυβάζωσιν, ἐπιτρεπομένους εἰς ἀσέβειαν, ὡς ἂν συμψήφους αὐτοῖς καὶ ὁμόφρονας ἔχοντες ἐπισκόπους. ἃ γὰρ παρ' ἡμῖν πονηρῶς ἐδίδαξάν τε καὶ διεπράξαντο, ὁμολογοῦσιν αὐτοῖς, δι' ἃ ἐξώσθησαν. ἀλλ' ἢ σιωπῇ ταῦτα παραδιδόασιν, ἢ πεπλασμένοις λόγοις καὶ ἐγγράφοις ἐπισκιάζοντες ἀπατῶσιν. πειθανωτέραις γὰρ καὶ ὁμολόγοις ὁμιλίαις τὴν φθοροποιὸν αὐτῶν διδασκαλίαν ἐπικρύπτοντες, συναρπάζουσιν τὸν εἰς ἀπάτην ἐκκείμενον, οὐκ ἀπεχόμενοι καὶ τὰ παρὰ πᾶσι συκοφαντεῖν τὴν ἡμετέραν εὐσέβειαν. ὅθεν καὶ συμβαίνει τινὰς τοῖς γράμμασιν αὐτῶν ὑπογραφοῦντας, εἰς ἐκκλησίαν εἰς δέχεσθαι. μεγίστης ὡς οἶμαι διαβολῆς ἐπικειμένης τοῖς τοῦτο τολμῶσι συλλείβουργοῖς, τῷ μήτε τὸν ἀποστολικὸν κανόνα τοῦτο συγχωρεῖν, ἀλλὰ καὶ ὑποκαίειν τὴν ἐπ' αὐτοῖς διαβολικὴν καὶ κατὰ χριστοῦ ἐνέργειαν. διὸ δὴ καὶ ἐγὼ μελλήσας ἀγαπητοί, δηλῶσαι ὑμῖν τὴν τῶν τοιούτων ἀπιστίαν ἐμαυτὸν διανέσησα, λεγόντων ὅτι ποτὲ ὅτε οὐκ ἦν ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, καὶ γέγονεν ὕστερον ὁ πρότερον μὴ ὑπάρχων, τοιοῦτος γενόμενος ὅτε καί ποτε γέγονεν, οἷος καὶ πᾶς εἶναι πέφυκεν ἄνθρωπος. πάντα γάρ, φασὶν, ὁ θεὸς ἐξ οὐκ ὄντων ἐποίησε, συναναλαμβάνοντες τῇ τῶν ἀπάντων λογικῶν τε καὶ ἀλόγων κτίσει καὶ τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ. οἷς ἀκολούθως καὶ φασὶν αὐτὸν τρεπτὸν εἶναι φύσεως, ἀρετῆς τε καὶ κακίας ὑποδεκτικόν. καὶ τῷ ἐξ οὐκ ὄντων ὑποθέσει, καὶ τὰς θείας τοῦ εἶναι αὐτὸν ἀεὶ συναναιρεῦντες γραφὰς, αἳ τὸ ἄτρεπτον τοῦ λόγου, καὶ τὴν θεότητα τῆς σοφίας τοῦ λόγου σημαίνουσιν, ἅ ἐστιν ὁ χριστός. δυνάμεθα γὰρ καὶ ἡμεῖς, φασὶν οἱ ἀλάστορες,

υἱοὶ γνώσῃ θεοῦ, ὥσπερ κἀκεῖνο. γέγεννα γὰρ, φησὶν, υἱοὺς ἐγέννησα καὶ ὕψωσα. ὑπερφρονήσαντες δὲ αὐτοῦ τὸ λεγόμενον ἐξῆς τοῦ ῥητοῦ, αὐτοὶ δέ με ἠθέτησαν. ὅπερ ἐ φυσικόν ἐστιν τῷ σωτῆρι, ὄντι τῆς φύσεως ἀτρέπτῳ, πάσης εὐλαβείας ἑαυτοὺς ἐρημώσαντες, τοῦτο φασὶ, προγνώσῃ καὶ προθεωρίᾳ τοῦ αὐτὸ εἰδότα τὸν θεὸν, ὅτι οὐκ ἀθετήσῃ, ἐξειλέχθαι αὐτὸν ἀπὸ πάντων. ἐ γὰρ φύσῃ καὶ κατ' ἐξαίρετον τῶν ἄλλων ἔχοντά τι. ὅτε γὰρ φύσῃ υἱὸς τίς ἐστιν τοῦ θεοῦ φασίν. ὅτε τινὰ ἔχοντα ἰδιότητα πρὸς αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τρεπτῆς τυγχάνοντα φύσεως, διὰ τρόπων ἐπιμελείαν καὶ ἄσκησιν μὴ τρεπόμενον ἐπὶ τὸ χεῖρον, ἐξελέξατο· ὡς εἰ καὶ παῦλος τοῦτο βιασαίμην κἀ πέτρος, μηδὲν διαφέρειν τούτων τὴν ἐκείνου γνῶσιν· εἰς παράσασιν ἧς τῆς φρενοβλαβοῦς ταύτης διδασκαλίας, καὶ ταῖς γραφαῖς ἐμπαροινοῦντες, κἀ παραθέμενοι τὸ ἐν ψαλμοῖς πρὸς χριστὸν ῥητὸν, ὅτως ἔχον. ἠγάπησας δικαιοσύνην, ἐμίσησας ἀδικίαν. διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ θεός σου ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου. πρὸς μὲν ὖν ὅτι ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, ὅτε ἐξ οὐκ ὄντων γεγένηται, ὅτε οὐ ποτὲ ὅτε οὐκ ἦν, αὐτάρκης παιδεῦσαι ἰωάννης ὁ εὐαγγελιστὴς, γράφων ὅτως πρὸς αὐτό. ὁ μονογενὴς υἱὸς, ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ πατρός. προνοούμενος γὰρ ὁ θεῖος δεικνῦναι διδάσκαλος, ἀλλήλων ἀχώριστα πράγματα δύο, τὸν πατέρα κἀ τὸν υἱὸν, ὄντα αὐτὸν ἐν τοῖς κόλποις τοῦ πατρὸς ὠνόμασεν. ἀλλὰ γὰρ κἀ ὅτι τοῖς ἐξ οὐκ ὄντων γινομένοις ὁ λόγος τοῦ θεοῦ συναριθμεῖται, πάντα δι' αὐτοῦ γεγονέναι ὁ αὐτὸς φησιν ἰωάννης. τὴν γὰρ ἰδιότροπον αὐτοῦ ὑπόστασιν ἐδήλωσεν εἰπών. ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, κἀ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεὸν, κἀ θεὸς ἦν ὁ λόγος. πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, κἀ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδ' ἓν ὃ γέγονεν· εἰ γὰρ πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, πῶς ὁ τοῖς γινομένοις τὸ εἶναι χαρισάμενος, αὐτὸς πότε οὐκ ἦν; ἐ γάρ πως ὁ λόγος τὸ ποιεῖν, τοῖς γινομένοις τῆς αὐτῆς εἶναι φύσεως διορίζει. εἴγε αὐτὸς μὲν ἦν ἐν ἀρχῇ πάντα ὢν δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ ἐξ οὐκ ὄντων ἐποίησεν. ἐναντίον γὰρ δοκεῖ τοῖς ἐξ οὐκ ὄντων γενομένοις τὸ ὄν, καὶ ἀφεστηκὸς σοφόν. τὸ μὲν γὰρ, μεταξὺ

A ille. Scriptum est enim: Filios genui & exaltavi. Cùm verò illis objectum fuerit id quod sequitur: Ipsi autem spreverunt me, quod quidem non convenit naturæ Servatoris, qui suapte natura est immutabilis, illi omni reverentia ac religione abjecta, Deum ajunt cùm præsciret ac prævidisset, quod Filius ipsum spreturus non esset, illum ex omnibus elegisse. Non enim ut naturâ & prærogativâ quadam præcipuum quidquam præ cæteris filiis habentem, eum elegit: quippe qui natura filius non sit, ut inquiunt: neque ut qui aliquam haberet proprietatem B ac dotem ad ipsum proximè accedentem, sed ipsum quoque mutabilis existentem naturæ, ob studium tamen & accuratam morum diligentiam ad vitium neutiquam deflectentem, elegit Deus. Adeo ut si Paulus ac Petrus contento studio in id incubuisset, nihil ab istorum filiatione discrepatura fuerit hujus filiatio. Atque ut insanam istam doctrinam confirment, Scripturis sacris contumeliosè illudentes, afferunt illud quod in Psalmis de Christo dictum est: Dilexisti justitiam & odisti iniquitatem. Propterea unxit te Deus C tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Verum quòd Filius Dei factus non sit ex nihilo, & quod tempus non fuerit cùm non esset, abunde docet Joannes Evangelista, de illo ita scribens: Unigenitus Filius qui est in sinu Patris. Nam cùm Divinus magister ostendere vellet, Patrem ac Filium duas res esse à se mutuo inseparabiles, hunc in sinu Patris esse dixit. Jam verò quòd verbum Dei inter res ex nihilo creatas non contineatur, idem Joannes testatur cùm ait, omnia per ipsum facta esse. Propriam enim ejus hypostasin declaravit dicens. In principio erat Ver- D bum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil quod factum est. Nam si omnia per ipsum facta sunt, quomodo is qui rebus factis præstitit, ut essent, ipse aliquando non extitit? Verbum enim quod facit, nequaquam ejusdem esse naturæ, cum rebus factis intelligitur. Quippe cùm ipsum quidem esset in principio: cuncta verò per illud facta sint & ex nihilo condita. Porro id quod est, contrarium esse videtur & longe diversum ab illis quæ facta sunt ex nihilo. Nam illud quidem declarat,

nullum esse intervallum inter Patrem & Filium, cùm animus ne simplici quidem cogitatione fingere possit ullam inter utrumque distantiam. Ex nihilo verò creari mundum, recentiorem indicat ac nuperam substantiæ originem, cùm universa hujusmodi essentiam à Patre acceperint per Filium. Cùm igitur Divini Verbi essentiam longissime, & ultra omnem cogitationem eorum quæ genita sunt positam contemplaretur piissimus Joannes, generationem ejus & facturam dicere noluit, factorem iisdem verbis quibus ea quæ facta sunt, designare minime ausus. Non quòd verbum sit ingenitum: solus enim Pater ingenitus est: sed quia solertissimam Evangelistarum, ipsorumque adeo Angelorum comprehensionem transcendit unigeniti Filii inexplicabilis subsistentia. Quare inter pios meo quidem judicio censendus non est, qui ultra ista aliquid inquirere præsumit; non auscultans id quod scriptum est: Altiora te ne quæsieris, & sublimiora te ne scruteris. Nam si multarum aliarum rerum cognitio quæ hac longe inferiores sunt, humanæ mentis captum excedit: cujusmodi sunt apud Paulum Apostolum, ea quæ oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparavit Deus diligentibus se: cujusmodi etiam sunt stellæ, quas Deus Abrahamo dicit non posse numerari: & illud: Arenam maris & guttas pluviæ quis dinumerabit? Quomodo Divini Verbi essentiam curiosius investigare quispiam poterit, nisi atra bile sit percitus. De qua propheticus Spiritus ita dicit: Generationem ejus quis enarrabit? Et Servator noster totius mundi columnas beneficio obstringens, hujus rei notitiam tanquam onus ab illis removere studuit: omnibus quidem ipsis supra naturam esse dicens istud animo comprehendere; Soli vero Patri competere Divini hujus mysterii perceptionem. Nemo enim, inquit, novit quis sit Filius præter Patrem, & nemo novit Patrem præterquam Filius. Qua de re etiam Patrem dixisse arbitror, Arcanum meum mihi & meis. Quod verò extremæ dementiæ sit, Filium Dei ex non extantibus factum opinari, cùm id, quod ex non extantibus factum est, temporalem habeat essentiam, res ipsa indicat, licet stupidi isti insaniam vocum suarum non intelligant.

A παλεῖς κ' ὑὲ ὐδὲν δείκνυσιν εἶναι διάστημα, ὐδ' ἀχρι τινὸς ἐννοίας τὸ φαντασθῆναι τῆς ψυχῆς δυναμένης. τὸ ὃ ἐξ ὐκ ὄντων δημιουργεῖν τὸν κόσμον, νεωτέραν ἔχει τῆς ὑποστάσεως κ' προσφατον τὴν γένεσιν, ὑπὸ δ' παλρὸς διὰ τὲ ὑὲ πάντων εἰληφότων τὴν τοιαύτην ὐσίωσιν. μακρὰν γὰν θεωρήσας τὲ θεὲ λόγε τὸ ἰδ, κ' ὑπεξαίρων τῆς τῶν ἡμετέρων διανοίας ὁ εὐλαβέσταλος ἰωάννης, γένεσιν αὐτὲ κ' ποίησιν ἀπηξίωσεν εἰπεῖν, ὐδὲ ταῖς ὁμοσοίχοις συλλαβαῖς τὸ ποιῆν τοῖς γιγνομένοις ὀνομάσαι τολμήσας, ἀχ' ὅτι ἀγέννητος ἰδ. ἐν γὰ B ἀγέννητον ὁ παλήρ· ἀλλ' ὅτι τ' ἐξεσμένης τῶν εὐαγγελιστῶν, τάχα δὲ κ' ἀγγέλων καὶ ἀληψεως ὑπέξεκεινα ἐστὶν ἡ τε μονογνῦς θεὲ ἀνεκδιήγητος ὑπόστασις. εἰς εὐσεβεῖς ὐκ ὄιμαι λογιζομένε τὲ μέχρι τέτον ἐπερωτᾶν τὲ τολμῶντα, διὰ τὸ ἀνήκοον τῆ, χαλεπώτερά σε μὴ ζήτ, κ' ὑψηλότερά σε μὴ ἐξέταζε. εἰ γὰ τέτων πολλῶν ἡ γνῶσις, κ' τέτων ἀσυγκρίτως κολοβωτέρων, κέκρυπται τὴν ἀνθρωπίνην καταληψιν. διό ἐστι φησὶ παῦλ, ἃ ὀφθαλμὸς ὐκ εἶδε κ' ὠς ὐκ ἤκεσε, κ' ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπε ὐκ ἀνέβη ἃ ἡτοίμασεν ὁ θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν. ἀλ C λὰ κ' τὰ ἄστρα φησὶν ὁ θεὸς τῆ ἀβραὰμ ἀριθμῆσαι μὴ δύναδαι. κ' ἔτι, ἄμμον θαλασσῶν κ' σταγόνας ὑετῆ, φησὶ, τίς ἐξαριθμήσ. πῶς ἂν περιεργάσαιτό τις τὴν τῆ θεῆ λόγε ὑπόστασιν, ἐκτὸς εἰ μὴ μελαγχολικῆ διαθέσ ληφθεὶς τυγχάνοι· περὶ ἧς τὸ προφητικὸν πνεῦμά φησι. τὴν γενεὰν αὐτῆ τίς διηγήσε; διὸ κ' αὐτὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν, εὐεργετῆσαι δὲ πάντων τῶν ἐν κόσμω κίονας, τὴν περὶ τέτων γνῶσιν αὐτῶν ἀποφορτίσαδαι ἐσπούδασε. πᾶσι μὲν ὖν αὐτοῖς ἀφύσικον εἶναι λέγων εἰς καταληψιν, D μόνῳ δὲ τῷ παλεὶ ἀνακεῖδαι τὴν τε θειοτάτε τέτε μυσηρίε εἴδησιν· ὐδεὶς γὰ ἔγνω τίς ἐστιν ὁ υἱὸς, λέγων, εἰ μὴ ὁ παλήρ. κ' τὸν παλέρα ὐδεὶς ἔγνω εἰ μὴ ὁ υἱός. περὶ ὃ κ' τὸν παλέρα οἶμαι λέγειν, τὸ μυστήριόν με ἐμοὶ κ' τοῖς ἐμοῖς. ὅτι δὲ μανιῶδες, τὸ ἐξ ὐκ ὄντων τὸν υἱὸν γεγονέναι φρονεῖν, χρονικὴν ἔχοντα τὴν περιβολὴν, αὐτόθεν δείκνυται τὸ ἐξ ὐκ ὄντων, κὰν ἀγνοῶσιν ④ ἀνόητοι τὴν τῆς φωνῆς αὐτῶν μανίαν.

ἢ χρόνοις ἐμπολιτεύεσθαι δεῖ τὸ οὐκ ὄν, ἢ αἰῶνός τινι διαστήματι. εἰ τοίνυν ἀληθὲς τὸ πάντα δι' αὐτοῦ γεγονέναι, δῆλον ὅτι καὶ πᾶς αἰὼν καὶ χρόνος καὶ διαστήματα καὶ τὸ ποτέ, ἐν οἷς τὸ οὐκ ὂν ὑπῆρξε, δι' αὐτοῦ ἐγένετο. καὶ πῶς οὐκ ἄπιστον, τὸν καὶ χρόνους καὶ αἰῶνας καὶ καιροὺς, ἐν οἷς τὸ οὐκ ὂν συμπέφυρε, ποιήσαντα, αὐτόν ποτε μὴ εἶναι λέγειν. ἀδιανόητον γὰρ καὶ πάσης ἀμαθίας ἀνάπλεων, τὸν αἴτιον ψεύδους τινὸς, αὐτὸν μεταψεύστην λέγειν τῆς ἑαυτοῦ ψεύσεως. προηγεῖται γὰρ κατ' αὐτὸν τῆς τὰ ὅλα δημιουργούσης τοῦ θεοῦ σοφίας ἐκεῖνο τὸ διάστημα, ἐν ᾧ φασὶ μὴ γεγεννῆσθαι τὸν υἱὸν ὑπὸ τοῦ πατρός. ψευδομένης καθ' αὑτὸν καὶ τῆς πρωτοτόκον αὐτὸν εἶναι πάσης κτίσεως ἀναγορευούσης γραφῆς. σύμφωνα γὰρ τούτοις βοᾷ καὶ ὁ μεγαλοφωνότατος παῦλος, φάσκων περὶ αὐτοῦ. ὃν ἔθηκε κληρονόμον πάντων, δι' οὗ καὶ τοὺς αἰῶνας ἐποίησεν. ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα, τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, τὰ ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα, εἴτε ἀρχαὶ, εἴτε ἐξουσίαι, εἴτε κυριότητες, εἴτε θρόνοι· πάντα δι' αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτὸν ἔκτισαι· καὶ αὐτός ἐστι πρὸ πάντων. ἀσεβεστάτης οὖν φανείσης τῆς ἐξ οὐκ ὄντων ὑποθέσεως, ἀνάγκη τὸν πατέρα ἀεὶ εἶναι πατέρα, ἔστι δὲ πατὴρ ἀεὶ παρόντος υἱοῦ, δι' οὗ χρηματίζει πατήρ. ἀεὶ δὲ παρὼν τῷ αὐτῷ υἱῷ, ἀεί ἐστιν ὁ πατὴρ τέλειος, ἀνελλιπὴς τυγχάνων ἐν τῷ καλῷ. οὐ χρονικῶς οὐδὲ διαστηματικῶς, οὐδὲ ἐξ οὐκ ὄντων γεννήσας τὸν μονογενῆ υἱόν. πῆ οὐκ ἀνόσιον τὸ λέγειν, πότε μὴ εἶναι τὴν σοφίαν τοῦ θεοῦ, τὴν λέγουσαν. ἐγὼ ἤμην παρ' αὐτῷ ἁρμόζουσα, ἐγὼ ἤμην ἡ προσέχαιρεν· ἢ τὴν δύναμιν τοῦ θεοῦ μὴ ὑπάρχειν ποτὲ· ἢ τὸν λόγον αὐτοῦ ἠκρωτηριάσθαι ποτὲ, ἢ τἆλλα ἐξ ὧν ὁ υἱὸς γνωρίζεται ὁ πατὴρ χαρακτηρίζεται. τὸ γὰρ ἀπαύγασμα τῆς δόξης μὴ εἶναι λέγειν, συναναιρεῖ καὶ τὸ πρωτότυπον φῶς. ἔστιν ἀπαύγασμα. εἰ δὲ καὶ ἡ εἰκὼν τοῦ θεοῦ ἀεὶ ὑπῆρχεν ὅτι δὲ ἔστιν εἰκὼν, ἔστιν ἀεί. ἀλλὰ καὶ τῷ μὴ εἶναι τὸν τῆς ὑποστάσεως τοῦ θεοῦ χαρακτῆρα, σωναιρεῖται καὶ κἀκεῖνο, ὁ πάντως παρ' αὐτοῦ χαρακτηριζόμενος. οὗ ἧς ἔστιν ἰδεῖν τὴν υἱότητα τοῦ σωτῆρος ἡμῶν, οὐδὲ μίαν ἔχουσαν κοινωνίαν πρὸς τὴν τῶν λοιπῶν υἱότητα.

A Illud enim, non erat, in tempore censeri oportet aut in aliquo ævi spatio. At si verum est omnia per ipsum facta esse, constat utique & ævum & tempus, & spatium omne, & illud aliquando, in quibus non fuisse reperitur, per ipsum facta esse. Et quomodo absurdum non sit, eum qui tempora & secula ac tempestates condidit, in quibus illud, non erat, confusum est, ipsum aliquando non extitisse dicere. Est enim alienum à sensu, omniq; plenum insciitia, eum qui alicujus rei auctor sit, eadem re posteriorem affirmare. Quippe juxta illorum sententiam, spatium temporis quo dicunt, Filium Dei non extitisse ex Pa-
B tre, præcessit sapientiam Dei omnium rerum conditricem: mentiturq; secundùm eos scriptura, quæ primogenitum omnis creaturæ illum vocat. Quibus consona sunt, quæ vocalissimus Paulus de illo prædicat ita dicens: Quem constituit hæredem universorum: per quẽ fecit & sæcula. Sed & in ipso condita sunt universa in cœlis & in terra, visibilia & invisibilia, sive principatus sive potestates, sive dominationes, sive throni: omnia per ipsum creata sunt, & ipse est ante omnia. Proinde cùm ab omni pietate alienissimam esse appareat
C sententiam illam de non extantibus, necessariò dicendum est Patrem semper esse Patrem. Pater autem est, præsente semper Filio, ob quem dicitur Pater. Quocirca cùm semper ei præsens sit Filius, semper est perfectus Pater, nulla re destitutus in bono: qui non in tempore, neq; ex intervallo, neq; è non extantibus, unicum Filiũ genuit. Quomodo autem impium non sit dicere, Sapientiam Dei aliquando non extitisse, quæ de se ipsa ita loquitur. Ego eram apud ipsum cuncta componens: ego eram cui adgaudebat: Aut virtutem
D Dei aliquando non extitisse: aut verbũ ejus aliquando fuisse mutilatum: aut alia quandoque defuisse, ex quibus Filius cognoscitur & Pater designatur. Is enim qui negat splendorem gloriæ existere, simul tollit primitivum lumen cujus est splendor. Et si imago Dei semper non fuit, nec illum semper fuisse liquet cujus imago est. Denique negando figuram substantiæ Dei semper fuisse, simul tollitur ille qui perfecte ab eo exprimitur. Ex quo licet perspicere filiationem Servatoris nostri nihil prorsus habere commune cum reliquorũ filia-

tione. Nam quemadmodum inexpli- A cabilem ejus substantiam incomparabili excellentia præstare ostensum est reliquis omnibus, quibus ille essentiam tribuit, sic & ejus filiatio quæ juxta naturam est Paternæ Divinitatis, ineffabili quadam præstantia superat filiationem eorum, qui per ipsum adoptati sunt filii. Nam ipse quidem immutabilis est naturæ, undecunque perfectus, nec ullius rei indigens. Hi vero cùm mutationi in utramque partem sint obnoxii, opus habent illius auxilio. Quem enim profectum facere potest Dei sapientia? Quod augmentum accipere potest ipsa veritas & Deus Ver- B bum? Qua ratione melior fieri possit vita & lux vera? Quod si ita se habet, quanto absurdius est, ut sapientia aliquando stultitiæ capax fuerit, ut virtus Dei infirmitati conjuncta sit, aut ut ratio obscurata fuerit vecordiâ, aut tenebræ cum vera luce permixtæ? cùm Apostolus disertè dicat: Quæ societas luci cum tenebris, aut quæ conventio Christo cũ Belial: & Salomon neget fieri posse, ut cogitatione comprehendatur via colubri super petram, quæ Christus est juxta sententiam Pauli. Homines verò & Angeli, qui sunt ejus creaturæ, benedictionem acceperunt ut pro- C ficerent, in virtutis studio & in mandatis legis sese exercentes, ne in vitia dilabantur. Quamobrem Dominus noster, cùm natura sit Filius Patris, ab omnibus adoratur. Hi verò depositò spiritu servitutis, ubi ex fortibus factis & ex continuo progressu spiritum adoptionis acceperint, beneficio ejus qui natura est Filius, filii fiunt adoptivi. Ac germanam quidem & propriam ac naturalem, eximiamque ejus filiationem Paulus declaravit, ita dicens de Deo: Qui proprio Filio non perpecit, sed pro nobis non naturalibus scilicet filiis, D illum tradidit. Nam ut illum distingueret ab iis, qui non sunt propriè filii, proprium Filium esse eum dixit. In Evangelio verò legitur: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Præterea in Psalmis Servator ait: Dominus dixit ad me, Filius meus es tu. Ubi se germanum ac genuinum esse demonstrans, alios præter se genuinos non esse significat. Jam verò quidnam illud est? Ex utero ante luciferum genui te. An non apertè indicat naturalem Paterni partus filiationem, quam non accurata morum castigatione, non exercita-

Ὃν τρόπον γὰρ ἡ ἄῤῥητος αὐτοῦ ὑπόστασις, ἀσυγκρίτῳ ὑπεροχῇ ἐδείχθη ὑπερκειμένη πάντων ὅσοις αὐτὸς τὸ εἶναι ἐχαρίσατο, ἕτως καὶ ἡ υἱότης αὐτοῦ καὶ φύσιν τυγχάνουσα τῆς πατρικῆς θεότητος, ἀλέκτῳ ὑπεροχῇ διαφέρει τῶν δι' αὐτοῦ θέσει υἱοθετηθέντων. ὁ μὲν γὰρ ἀτρέπτου φύσεως τυγχάνει, τέλειος ὢν καὶ διὰ παντὸς ἀνενδεής, ὁ δὲ, τῇ εἰς ἑκάτερα τροπῇ ὑποκείμενοι, τῆς ἄνωθεν τούτου βοηθείας δέονται. πῶς γὰρ ἂν καὶ προκόψαι ἔχοι ἡ θεία Σοφία, ἢ πῶς προσλαβεῖν ἡ αὐτάλήθεια, ἢ ὁ θεὸς λόγος; πῶς ἂν ἔχοι βελτιωθῆναι ἡ ζωὴ, τὸ ἀληθινὸν φῶς. εἰ δὲ τοῦτο, πόσῳ πλέον ἀφύσικον τυγχάνει, μωρίας ποτὲ δεκτικὴν γενέσθαι τὴν Σοφίαν, ἢ τὴν θεῖαν δύναμιν ἀσθενείᾳ προσπλακῆναι, ἢ ἀλογίᾳ τὸν λόγον ἀμαυρωθῆναι, ἢ τῷ ἀληθινῷ φωτὶ ἐπιμιχθῆναι σκότος. τί μὴν δεῖ πολλὰ αὐτοθεν λέγοντος, τίς κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος, ἢ τίς συμφώνησις χριστῷ πρὸς βελίαρ. τὸ δὲ Σολομῶντος, ὅτι ἀδύνατον ἂν εἴη καὶ μέχρι πρὸς ἐννοίας ἁιρεθῆναι ὁδὸν ὄφεως ἐπὶ πέτρας, ἥτις καὶ παύλου ἐστὶν ὁ χριστός. οἱ δὲ κτίσματα αὐτοῦ τυγχάνοντες, ἄνθρωποί τε καὶ ἄγγελοι, καὶ εὐλογίας εἰλήφασι προκόπτειν, ἀρεταῖς ἀσκούμενοι καὶ νομίμοις ἐντολαῖς, πρὸς τὸ μὴ ἁμαρτάνειν. διὸ δὴ ὁ κύριος ἡμῶν φύσει μὲν πατρὸς υἱὸς τυγχάνων, ὑπὸ πάντων προσκυνεῖται. οἱ δὲ, ἀποθέμενοι τὸ πνεῦμα τῆς δουλείας, ἐξ ἀνδραγαθημάτων καὶ προκοπῆς τὸ τῆς υἱοθεσίας λαβόντες πνεῦμα, διὰ τὸν φύσει υἱὸν ἐνεργοῦντα, γίγνονται αὐτοὶ θέσει υἱοί. τὴν μὲν οὖν γνησίαν αὐτοῦ καὶ ἰδιότροπον, καὶ φυσικὴν καὶ κατεξαίρετον υἱότητα ὁ παῦλος ἕτως ἀπεφήνατο, φησὶ θεὸν εἰπών· ὅς γε τοῦ ἰδίου υἱοῦ οὐκ ἐφείσατο, ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν, δηλονότι τῶν μὴ φύσει υἱῶν, παρέδωκεν αὐτόν. πρὸς γὰρ ἀντιδιαστολὴν τῶν οὐκ ἰδίων, αὐτὸν ἴδιον υἱὸν ἔφησεν εἶναι. ἐν δὲ τῷ εὐαγγελίῳ· ἕτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός, ἐν ᾧ εὐδόκησα. ἐν δὲ ψαλμοῖς, ὁ σωτὴρ φησιν· κύριος εἶπε πρός με, υἱός μου εἶ σύ· γνησιότητα ἐμφανίζων, σημαίνει μὴ εἶναι αὐτοῦ γνησίους υἱοὺς ἄλλους τινὰς παρ' αὐτόν· τί δὲ καὶ τὸ, ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε, οὐχὶ ἀντικρυς τῆς πατρικῆς γενέσεως φυσικὴν ἐνδείκνυται υἱότητα, ἡ τρόπων ἐπιμέλειᾳ καὶ προκοπῆς ἀσκήσει,

ἀλλὰ φύσεως ἰδιώματι ταύτῃ λαχόντος. ὅθεν καὶ μεταπίπτον ἔχει τὴν ἰδιότητα ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ πατρός. τὴν δὲ τῶν λογικῶν υἱοθεσίαν, οὐ κατὰ φύσιν ὑπάρχουσαν αὐτοῖς, ἀλλὰ τρόπων ἐπιτηδειότητι καὶ δωρεᾷ θεοῦ, καὶ μεταπίπτουσαν εἶδεν ὁ λόγος. ἰδόντες γὰρ οἱ υἱοὶ τοῦ θεοῦ τὰς θυγατέρας τῶν ἀνθρώπων, ἔλαβον ἑαυτοῖς γυναῖκας, καὶ τὰ ἑξῆς. καὶ, υἱοὺς ἐγέννησα καὶ ὕψωσα· αὐτοὶ δέ με ἠθέτησαν, διὰ ἠσαΐου εἰρηκέναι τὸν θεὸν ἐδιδάχθημεν. πολλὰ λέγειν ἔχων ἀγαπητοὶ παρέρχομαι, φορτικὸν εἶναι νομίσας, διὰ πλόνων διδασκάλων ὁμόφρονας ὑπομιμνήσκειν. αὐτοὶ γὰρ θεοδίδακτοί ἐστε, οὐκ ἀγνοοῦντες ὅτι ἡ ἐναντίον ἐπανασᾶσα τῇ ἐκκλησιαστικῇ εὐσεβείᾳ διδασκαλία, ἐβδόμος ἐστὶ κληδεμὼν καὶ ζῆλος τοῦ κατὰ ἀνιόχειαν πάλαι τε σαμοσατέως, σωσόδιός τε καὶ κείσης τῶν ἀπανταχοῦ ἐπισκόπων ἀποκηρυχθέντος τῆς ἐκκλησίας· ὃν διαδεξάμενος λουκιανὸς, ἀποσωάγωγος ἔμεινε τριῶν ἐπισκόπων πολυετεῖς χρόνους. ὧν τὴν ἀσεβείας τῶν τρυγαῖρροφηκότες, νῦν ἡμῖν ἐξ οὐκ ὄντων ἐπεφύησαν, τὰ ἐκείνων κεκρυμμένα μοχθήματα, ἄρειός τε καὶ ἀχιλλᾶς, καὶ ἡ τῶν σὺν αὐτοῖς ὠνηρθυομμένων σύνοδος· καὶ οὐκ οἶδ' ὅπως ἐν συνείᾳ χρόνου τινὲς ἐπίσκοποι τρεῖς, διὰ βοσωανεῖν αὐτοῖς, ἐπὶ τὸ χεῖρον ὑπεκκαίουσι· ᾧ δὴ ὧν ἡ κρίσις ὑπανακείσθω τῇ ὑμετέρᾳ δοκιμασίᾳ· οἵτινες μὲν ἐν σωτηρίᾳ πάθους, ταπεινώσεως τε καὶ κενώσεως καὶ τῆς καλυμμένης ἀπὸ πωχείας, καὶ ὧν ἔπτηξε ὁ σωτὴρ δι' ἡμᾶς ἀνεδέξατο φωνάς, διὰ μνήμης ἔχοντες, σφαλεῖεν ἐπὶ σφαγερὰν φῆ τῆς ἀνωτάτω καὶ ἀρχῆθεν ἀπὸ θεότητος· τῶν δὲ τῆς φυσικῆς ἀπὸ δόξης τε καὶ δυνάμεως καὶ σφὰ τῷ πατρὶ μόνης σημαντικῶν λόγων ἐπλήσμονες γεγόνασιν· οἷόν ἐστι τὸ, ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἓν ἐσμέν. ὅπερ φησὶν ὁ κύριος, ἀ πατέρα ἑαυτὸν ἀναγορεύων, ἀδελφὰς τῇ ὑποστάσει δύο φύσεις μίαν εἶναι σαφηνίζων· ἀλλ' ὅτι τῶν παρεικὼς ἐμφέρειαν ἀκριβῶς πέφυκε σῴζειν ὁ υἱὸς τοῦ πατρὸς, τὴν καὶ πάντα ὁμοιότητα ἀπὸ φύσεως ἀπομαξάμενος, καὶ ἀπαραλλάκτου εἰκὼν τοῦ παντὸς τυγχάνων, καὶ τοῦ προσώπου ὑπὲρ ἔκλυπος χαρακτήρ· ὅθεν καὶ τῷ τὸν ἑωρακότα τὸν πατέρα ἰδεῖν φιλίππῳ ἀφθόνως ὁ κύριος ἐμφανίζει πρὸς ὃν λέγοντα, δεῖξον

A tione virtutum ac profectu, sed naturæ proprietatem sortitus est? Quamobrē unigenitus quidem Filius Patris firmam ac stabilem possidet Filiationem. Rationalium vero filiorum adoptionē non natura illis competere, sed morum probitate & Dei beneficio parari, mutabilemque esse agnoscit Scriptura. Videntes enim filii Dei filias hominum, acceperunt sibi uxores, & quæ sequuntur. Et alibi: Filios genui & exaltavi, ipsi autem spreverunt me: Deum per Esaiam Prophetam dixisse accepimus. Plura cùm possim dicere, fratres carissimi, consulto prætereo, quippe qui importunum esse ducam, Doctores qui
B nobiscum consentiunt, pluribus admonere. Ipsi enim è Deo docti estis: nec ignoratis, eam doctrinam quæ adversus Ecclesiasticam pietatem nuper caput extulit, Ebionis esse & Artemæ: nec aliud esse quàm imitationem Pauli Samosateni Antiochiæ Episcopi, qui omnium ubique Episcoporum concilio ac judicio ab Ecclesia remotus est. Cui succedens Lucianus, pluribus annis à communione trium Episcoporum sese abjunxit. Horum impietatis fæcem cùm haurissent, nuper nobis orti sunt Exucontii: occulta illorum germina,
C Arius scilicet & Achillas, & reliqua impiorum istis adhærentium turba. Ac nescio quo modo ordinati in Syria tres Episcopi, illis consentiendo, eos ad pejora incitant. Quorum judicium vestro examini reservetur. Qui salutaris passionis & abjectionis atque exinanitionis, & paupertatis quam vocant, eorum deniq; omnium quæ Servator noster nostrâ causâ susceptit, adscititias voces memoria retinentes, eas ad supremam æternamque illius Divinitatem refellendam afferunt. Eorum autem verborum quæ naturalem ejus gloriam
D ac nobilitatem & apud Patrem mansionem designant, prorsus immemores sunt. Cujusmodi est illud: Ego & Pater unum sumus. Quod quidem Dominus dicit, non quo seipsum Patrem renuntiet, nec quo duas personas unam esse demonstret: sed quoniam Patris Filius expressam Patris similitudinem exactissimè servat, quippe qui omnimodam ejus similitudinem à natura impressam habeat, sitq; imago Patris, nulla in re discrepans, & primitivi exemplaris expressa figura. Unde etiā Philippo tunc videre cupienti Domin⁹ abunde commonstrat. Dicenti enim, Ostē de nobis,

Patrem, respondet: Qui vidit me, vidit & Patrem. Quippe cum per purissimũ & animatum speculum Divinæ imaginis ipse conspiciatur Pater. Quibus simile est id quod Sancti dicunt in Psalmis. In lumine tuo videbimus lumen. Quocirca qui honore afficit Filium, simul honore afficit Patrem: & qui honorant Patrem, honorat etiam Filium, & quidem merito. Omne enim impium verbum quod profertur in Filium, ad personam Patris pertinet. Posthæc vero cui mirum videatur id quod scripturus sum, si calumnias ab illis conflictas adversus me & adversus religiosissimam plebem exposuero. Nam qui Divinitatem Filii Dei oppugnare aggressi sunt, nos quoque ingrato animo conviciis appetere non verentur. Qui nec ullos ex antiquis sibi comparari volunt: nec eos quibus nos ab ineunte ætate magistris usi sumus, exæquari sibi patiuntur. Sed nec ullum ex omnibus qui hodie sunt collegæ nostri, ad mediocrem scientiam perveniſſe censent: Solos sapientes ac nihil possidentes, solos dogmatum inventores se esse jactantes, sibiq; solis ea revelata esse, quæ nemini unquam eorum qui sub cœlo sunt in mentem venerint. O impiam arrogantiam! ô vesaniam immensam! ô inanem gloriam, atra bile percitis convenientem! ô superbia Satanæ, quæ sceleratis eorum mentibus insedit. Non illis pudorem incussit veterum Scripturarum perspicuitas religiosa: nec collegarum nostrorum consentiens de Christo doctrina, audaciam eorum adversus illum repressit. Quorum impietatem ne ipsi quidem dæmones laturi sunt, quippe qui cavent, ne quam adversus Filium Dei impiam vocem emittant. Atque hæc pro virili parte nunc à nobis disputata sint, adversus eos qui in imperita materia tanquam in pulvere volutati, Christum impugnare aggressi sunt, & nostram erga illum pietatem calumniari instituerunt. Ajunt enim isti ineptarum fabularum inventores, nos qui impiam & nullo scripturarum testimonio fultam blasphemiam, ex non extantibus, aversamur, duo ingenita asserere. Duorum enim alterum necessario esse dicendum affirmant imperiti: aut illum ex non extantibus esse, aut certe duo esse ingenita: nec intelligunt rudes atque ignari, multum interesse inter Patrem ingenitum, & res ab illo creatas ex nihilo,

ἡμῖν τὸν πατέρα, λέγε· ὁ ἑωρακώς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν πατέρα· ὥσπερ δι' ἐσόπτρου ἀκηλιδώτου καὶ ἐμψύχου θείας εἰκόνος, ἀπὸ θεωρεμένου τοῦ πατρός· ὧν ὅμοιον ἐν ψαλμοῖς οἱ ἁγιώτατοι φασίν· ἐν τῷ φωτί σου ὀψόμεθα φῶς. διὸ δὴ καὶ ὁ τιμῶν τὸν υἱὸν, τιμᾷ τὸν πατέρα, καὶ εἰκότως. πᾶσα γὰρ ἀσεβὴς φωνὴ εἰς τὸν υἱὸν λεγομένη τολμωμένη, εἰς τὸν πατέρα τὴν ἀναφορὰν ἔχει· καὶ τὸ λοιπὸν ἔπι θαυμαστὸν ὃ μέλλω γράφειν ἀγαπητοὶ, εἰ τὰς καθ' ἡμῶν ψευδεῖς διαβολὰς καὶ τοῦ δυσεβεστάτου ἡμῶν λαοῦ ἐκθήσομαι· οἱ γὰρ τοῦ θεοτόκου καὶ υἱοῦ τοῦ θεοῦ κατηγοροῦμενοι, οὐδὲ τὰς καθ' ἡμῶν ἀχαρίστους παροινίας κατηγοροῦσιν· λέγω· οἳ οὐδὲ τῶν ἀρχαίων παῖδας συγκρίνειν ἑαυτοῖς ἀξιοῦσιν, οὐδὲ οἷς ἡμεῖς ἐκ παίδων ὡμιλήσαμεν διδασκάλοις, ἐξισοῦσθαι ἀνέχονται· ἀλλ' οὐδὲ τῶν νῦν πανταχοῦ συλλειτουργῶν τινὰ εἰς μέτρον σοφίας ἡγοῦνται· μόνοι σοφοὶ καὶ ἀκτήμονες καὶ δογμάτων εὑρεταὶ λέγοντες εἶναι, καὶ αὐτοῖς ἀποκεκαλύφθαι μόνοις, ἅπερ οὐδενὶ τῶν ὑπὸ τὸν ἥλιον ἑτέρῳ πώποτε ἐλθεῖν εἰς ἔννοιαν. ὦ ἀνοσίου τύφου καὶ ἀμέτρου μανίας, καὶ μελαγχολικῆς ἁρμοσμένης δόξης κενῆς, καὶ σατανικοῦ φρονήματος, εἰς τὰς ἀνοσίους αὐτῶν ψυχὰς ἀποσκιρτῶσαν. ἐκαλλώπισεν αὐτοὺς ἡ τῶν ἀρχαίων γραφῶν φιλόθεος σαφήνεια. οὐδὲ ἡ τῶν συλλειτουργῶν σύμφωνος περὶ χριστοῦ ἀλάθεια, τὴν καθ' ἁπάντων θρασύτητα αὐτῶν ἡμαύρωσεν. ὧν οὐδὲ τὰ δαιμόνια τῆς ἀνοσιουργίας ἀνέξεται, φωνὴν βλάσφημον κατὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ εἰπεῖν φυλαττόμενα. ταῦτα μὲν ἐν ἡμῖν καθὸ τὴν παροῦσαν δύναμιν ἐπαποροῦμεν, περὶ σοῦ ἀπαιδεύτου ὕλην καὶ τοῦ χριστοκονισαμένου, καὶ τὴν εἰς αὐτὸν εὐσέβειαν ἡμῶν συκοφαντεῖν προθεμένου. φασὶ γὰρ ἡμᾶς οἱ φληναφον ἐφευρεταὶ μύθων, ἀποστρεφομένους τὴν ἐξ οὐκ ὄντων ἀσεβῆ καὶ ἄγραφον κατὰ χριστοῦ βλασφημίαν, ἀγένητα διδάσκειν δύο· δυοῖν θατέρου λέγοντες δεῖν εἶναι οἱ ἀπαίδευτοι, ἢ ἐξ οὐκ ὄντων αὐτὸν εἶναι φρονεῖν, ἢ πάντως ἀγένητα λέγειν δύο· ἀγνοοῦντες οἱ ἀσκητοι, ὡς μακρὸν ἂν εἴη μεταξὺ πατρὸς ἀγενήτου, καὶ τῶν κτιστέντων

ὑπ'

τῶ' αὐτῷ ἐξ οὐκ ὄντων, λογικῶν τε καὶ ἀλό- A tam rationales, quam rationis expertes. Inter quæ duo medium obtinens
γων. ὧν μεσιτεύουσα φύσις μονογενὴς, δι' ἧς unigenita natura Dei Verbi, per quam
τὰ ὅλα ἐξ οὐκ ὄντων ἐποίησεν ὁ πατὴρ τοῦ θεοῦ λό- Pater universa condidit ex nihilo, ex
γου. ἢ ἐξ αὐτοῦ τοῦ ὄντος πατρὸς γεγέννηται. ὡς ipso vero Patri progenita est. Sicut
καὶ αὐτός που διεμαρτύρατο λέγων ὁ κύριος, ὁ ipse Dominus quodam loco testatus
ἀγαπῶν τὸν πατέρα, ἀγαπᾷ καὶ τὸν υἱὸν τὸν est his verbis; Qui diligit Patrem, dili-
γεγεννημένον ἐξ αὐτοῦ. περὶ ὧν ἡμεῖς οὕτως πι- git etiam Filium qui ex eo genitus est.
στεύομεν, ὡς τῇ ἀποστολικῇ ἐκκλησίᾳ δοκεῖ, De quibus nos ita credimus, quemad-
εἷς μόνον ἀγέννητον πατέρα, ἀδέναι τοῦ εἶναι modum Apostolica sentit Ecclesia: In
αἰτίαν ἔχοντα, ἄτρεπτόν τε καὶ ἀναλ- unũ ingenitum Patrem, qui à nullo cau-
λοίωτον, ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχον- sam habet essentiæ suę: nec conversio-
τα, οὔτε προκοπὴν, οὔτε μείωσιν ὑποδεχόμενον. νόμον καὶ προφήτας εὐαγγελίων δο- B ni obnoxium nec mutationi: qui sem-
τῆρα, πατριαρχῶν καὶ ἀποστόλων καὶ ἁπάντων per eodem modo se habet: nec profe-
ἁγίων κύριον. καὶ εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, ctum nec diminutionem admittit: qui
τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ τὸν μονογενῆ, γεγενημένον οὐκ ἐκ legem & Prophetas & Evangelia nobis
τοῦ μὴ ὄντος, ἀλλ' ἐκ τοῦ ὄντος πατρὸς, ὑ κα- dedit: qui Dominus est Patriarcha-
τὰ τὰς τῶν σωμάτων ὁμοιότητας, ταῖς το- rum & Apostolorum, Sanctorumq; o-
μαῖς ἢ ταῖς ἐκ διαιρέσεων ἀπορροίαις, ὥσπερ mnium. Et in unum Dominum Jesum
σαβελλίῳ καὶ Βαλεντίνῳ δοκεῖ. ἀλλ' ἀῤῥήτως Christum, Filium Dei unigenitum:
καὶ ἀνεκδιηγήτως, καθ' τὸν εἰπόντα, ὡς non ex nihilo genitum, sed ex eo qui
ἀνωτέρω παρεθήκαμεν, τὴν γενεὰν αὐτοῦ τίς Pater est; non corporum more, per
διηγήσεται. τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ πάσῃ τῇ incisiones aut defluxus divisionum,
γεννητῇ φύσει ἀπεριεργάστου τυγχανούσης, κα- quemadmodum Sabellio videtur &
θὼς καὶ ἀόρατος ὁ πατὴρ ἀπεριέργαστός ἐστι, διὰ C Valentino: sed inexplicabili & in-
τὸ χωρεῖν τὴν τῶν λογικῶν φύσιν, τῆς πατρικῆς enarrabili quodam modo, juxta Pro-
θεογονίας τὴν εἴδησιν. ἅπερ ὁ παρ' phetæ verba, quæ supra retulimus: Ge-
ἐμοῦ δεῖ μαθεῖν ἄνδρας τῷ τῆς ἀληθείας nerationem ejus quis enarrabit? Quip-
πνεύματι κινουμένους, ὑπηχούσης ἡμᾶς καὶ pe cùm ejus subsistentiam nulla mor-
τῆς φθασάσης χθὲς περὶ τούτου φωνῆς καὶ talis natura pervestigare possit, sicut
διδασκούσης. οὐδεὶς οἶδεν τίς ἐστιν ὁ πατὴρ, εἰ nec Pater ab ullo investigari potest, C
μὴ ὁ υἱός. καὶ οὐδεὶς οἶδε τίς ἐστιν ὁ υἱὸς, εἰ propterea quòd rationalis natura mo-
μὴ ὁ πατήρ. ἄτρεπτον τοῦτον καὶ ἀναλ- dum divinæ illius ex Patre generatio-
λοίωτον ὡς τὸν πατέρα, ἀπρόσδεη, καὶ τέ- nis percipere haudquaquam valet. Ve-
λειον υἱὸν, ἐμφερῆ τῷ πατρὶ μεμαθήκαμεν, rum homines qui Spiritu veritatis mo-
μόνῳ τῷ ἀγεννήτῳ λειπόμενον ἑαυτοῦ. ventur, non opus habent ista à me di-
εἰκὼν γάρ ἐστιν ἀπηκριβωμένη καὶ ἀπα- scere, cùm auribus nostris insonent
ραλλάκτῳ τοῦ πατρός. πάντων γὰρ εἶναι τὴν verba jam olim à Christo hac de re pro-
εἰκόνα πλήρη, δι' ὧν ἡ μείζων ἐμφέρεια δῆ- lata, nosque ita doceant; Nemo novit
λον, ὡς αὐτὸς ἐπαίδευσεν ὁ κύριος. ὁ πατήρ Patrem nisi Filius, & nemo novit quis
μου, λέγων, μείζων μού ἐστί. καὶ κατὰ τοῦτο sit Filius nisi Pater. Hunc conversionis
καὶ τὸ ἀεὶ εἶναι τὸν υἱὸν ἐκ τοῦ πατρὸς πι- ac mutationis expertem perinde ac Pa-
στεύομεν. ἀπαύγασμα γάρ ἐστι τῆς δό- trem, nullius egentem, & perfectum
ξης, καὶ χαρακτὴρ τῆς πατρικῆς ὑποστάσεως. ἀλλὰ μή τις τὸ ἀεὶ πρὸς ὑπόνοιαν Filium Patrisque similem esse didici-
ἀγεννήτου λαμβανέτω, ὡς οἱονεί τινα τὰ ψυχῆς mus, hoc solo inferiorem Patre, quod
αἰσθήματα πεπηρωμένοι. οὔτε γὰρ τὸ λόγιον, οὔτε ingenitus non est. Est enim imago
D Patris exactissima & in nullo discre-
pans. Quippe liquet eum imaginem
esse plene omnia continentem, quibus
maxima similitudo declaratur, sicut
ipse Dominus docuit, cùm ait: Pater
major me est. Et secundum hoc Filium
è Patre semper existere credimus. Est
enim splendor Paternæ gloriæ, & figu-
ra substantiæ ejus. Sed nemo eam vo-
cem, Semper, ad suspicionem trahat
ingeniti, sicut existimant ii qui sensus
animi occæcatos habent. Nam nec
verbum erat, nec semper, nec ante

secula idem est quod ingenitum. Sed A neq; aliud ullum vocabulum humana mens comminisci potest, quod significet ingenitum. Atque ita vos intelligere credo, vestroq; in omnibus recto consilio ac proposito confido, quandoquidem hæc verba nullatenus ingenitum significant. Etenim hæc verba nihil aliud videntur esse quam temporis productio: sed Divinitatem, & quasi antiquitatem Unigeniti pro dignitate exprimere non possunt: à sanctis autem viris prolata sunt, dum singuli hoc mysterium pro captu suo nituntur ex- B primere, veniam petentes ab auditoribus, cum justa ac probabili excusatione dicendo; huc usque pertigimus. Quod si qui sunt qui ab ore mortali vocem aliquam expectent præstantiorem humano sensu captuque, abolita esse, dicentes, ea quæ ipsis ex parte sunt cognita; longe profecto inferius est illorum spe atq; expectatione verbum erat & semper, & ante secula. Et quidquid tandem prolatum fuerit, non idem est cum Ingenito. Itaq; Patri quidem ingenito propriam dignitatem servare oportet, nullam eum habere existentiæ suæ causam profitendo. Filio vero competens honor tribuendus C est, principio carentem ex Patre generationem ei assignando, cultumque ei sicut diximus exhibendo: ita ut tantummodo, erat, & semper, & ante secula, pie ac religiose de illo prædicemus: Divinitatem quidem ejus nequaquam rejicientes; sed imagini atque exemplari Patris respondentem in omnibus similitudinem ei adscribentes. Solum vero ingenitum, Patris proprium esse dicamus, cum & ipse Servator dixerit, Pater major me est. Præter hanc autem piam de Patre & Filio sententiam, unum insuper Spiritum sanctum, ut divinæ Scripturæ nos docent, confi- D temur, qui & sanctos homines veteris Testamenti, & divinos doctores ejus quod novum appellatur, innovavit. Unam præterea ac solam Catholicam, Apostolicam Ecclesiam: quæ semper quidem inexpugnabilis est, licet universus orbis eam oppugnet: victrix una est omnis impiæ factionis hæreticorum qui adversus ipsam consurgunt. Quippe sponsus illius, animos nostros confirmavit his verbis: Confidite, ego vici mundum. Ad hæc novimus resurrectionem mortuorum, cujus primitiæ fuit Dominus noster Jesus

τὸ ἀεὶ ἔστε τὸ πρὸ αἰώνων, ταὐτόν ἐστι τῷ ἀγεννήτῳ. ἀλλ' οὐδ' ὁτιοῦν ἀνθρώπων ἔννοια ὀνομάζοποιῆσαι πρὸς δύναται, δηλοῖ τὸ ἀγέννητον. ὡς καὶ ὑμᾶς ἔτως ἐνδέχεσθαι πείθω, καὶ τεθάρρηκα τῇ πρὸς πάντων ὑμῶν ὀρθῇ προθέσει, καὶ μηδένα τρόπον τούτων τῶν ὀνομάτων τὸ ἀγέννητον δηλοῦντων. ἔοικε γὰρ ὁ χρόνων εἶναι παρέκτασις ταῦτα τὰ ὀνόματα, τὴν μέντοι καθ' ἀξίαν τοῦ μονογενοῦς θεότητα, καὶ ὅσον ἀρχαιότητα σημαίνειν μὴ δυνάμενα. τῶν ὑπὸ ἁγίων ἀνδρῶν ὡς δύναμις ἑκάστῳ ἐμφανίσαι τὸ μυστήριον βιαζομένων, καὶ συγγνώμην αἰτούντων παρὰ τῶν ἀκροατῶν διὰ εὐλόγου ἀπολογίας, διὰ τοῦτο λέγοντες εἰς ἀεφθάσαμεν. εἰ δέ τις παρὰ τὸ ἀνθρώπινον, διὰ χειλέων φθέγμα μεῖζόν τι προσδοκῶσιν οἱ ἄνδρες, τὰ ἐκ μέρους αὐτοῖς γνωσθέντα καταργεῖσθαι λέγοντες, δῆλον ὅτι πολὺ τοῦ ἐλπιζομένου λείπεσθαι τὸ ὑπ' αὐτῶν καὶ τὸ ἀεὶ καὶ τὸ πρὸ αἰώνων, ὅπερ ἐστὶν οὐκ ἔστι ταὐτὸν τῷ ἀγεννήτῳ. ἀκεῖ τῷ μὲν ἀγεννήτῳ πατρὶ, οἰκεῖον ἀξίωμα φυλακτέον, μηδένα τοῦ εἶναι αὐτῷ τὸν αἴτιον λέγοντας· τῷ δ' υἱῷ τὴν ἁρμόζουσαν τιμὴν ἀπονεμητέον, τὴν ἀναρχον αὐτῷ πρὸ τοῦ παντὸς γέννησιν ἀναπλάττοντας, καὶ ὡς ἐφθάσαμεν αὐτῷ σέβας ἀπονέμοντες, μόνον εὐσεβῶς καὶ εὐφήμως τὸ ἀεὶ καὶ τὸ πρὸ αἰώνων λέγοντες ἐπ' αὐτοῦ. τὴν μέντοι θεότητα αὐτοῦ μὴ προσαναμένοι, ἀλλὰ τῇ εἰκόνι καὶ τῷ χαρακτῆρι τοῦ πατρὸς ἀπηκριβωμένῳ ἐμφέρειαν καὶ πάντα ἀναπλάττοντες. τὸ δ' ἀγέννητον τῷ πατρὶ μόνον ἰδίωμα παρεῖναι δοξάζοντες, ἅτε δὴ καὶ αὐτὸς φάσκοντος τοῦ σωτῆρος, ὁ πατήρ μου μείζων μού ἐστί. πρὸς δὴ τὴν εὐσεβῆ ταύτην περὶ πατρὸς καὶ υἱοῦ δόξαν καθὼς ἡμᾶς αἱ θεῖαι γραφαὶ διδάσκουσιν, ἓν πνεῦμα ἅγιον ὁμολογοῦμεν, τὸ καινίσαν τούς τε τῆς παλαιᾶς διαθήκης ἁγίους ἀνθρώπους, καὶ τοὺς τῆς χειραγωγίας καινῆς παιδαγωγοὺς θείους. μίαν καὶ μόνην καθολικὴν, τὴν ἀποστολικὴν ἐκκλησίαν. ἀκαθαίρετον μὲν ἀεὶ, κἂν πᾶς ὁ κόσμος αὐτῇ πολεμεῖν βουληθῇ. νικηφόρον δὲ πάσης τῆς τῶν ἑτεροδόξων ἀσεβοῦς ἀπάνης ἐπανάστασεως, εὐθαρσεῖς ἡμᾶς καθίστησιν ὁ θεμελιώσας αὐτὴν, διὰ τοῦ βοᾶν. θαρσεῖτε, ἐγὼ νενίκηκα τὸν κόσμον. καὶ τοῦτον τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν οἴδαμεν, ἧς ἀπαρχὴ γέγονεν ὁ κύριος ἡμῶν

ἰησοῦς χριστὸς, σῶμα φορέσας ἀληθῶς καὶ δο-
κήσει, ἐκ τῆς θεοτόκου μαρίας, ἐπὶ συντελείᾳ τῶν
αἰώνων εἰς ἀθέτησιν ἁμαρτίας ἐπιδημήσας τῷ
γένει τῶν ἀνθρώπων, σταυρωθεὶς καὶ ἀποθανὼν,
ἀλλ' οὐ διὰ ταῦτα τῆς ἑαυτοῦ θεότητος ἧττον γεγε-
νημένος ἀναστὰς ἐκ νεκρῶν, ἀναληφθεὶς ἐν δό-
ξῃ, καθήμενος ἐν δεξιᾷ τοῦ μεγαλωσύνης.
Ταῦτα ἐκ μέρους ἐνεχάραξα τῇ ἐπιστολῇ, τὸ
καθ' ἕκαστον ἐπ' ἀκριβείας γράφειν, φορτικὸν
ὡς ἔφην, εἶναι νομίσας, διὰ τὸ μὴ οὐ τὴν εἰδὼς
ὑμᾶς ταῦτα λεληθέναι σπουδήν. ταῦτα διδά-
σκομεν, ταῦτα κηρύττομεν, ταῦτα τῆς ἐκκλη-
σίας τὰ ἀποστολικὰ δόγματα, ὑπὲρ ὧν καὶ ἀπο-
θνήσκομεν, τὸ ἐξόμνυσθαι αὐτὰ βιαζομένων ἥττον
πεφρονηκότες, εἰ καὶ διὰ βασάνων ἀναιρεῖσθαι,
τὴν ἐν αὐτοῖς ἐλπίδα μὴ ἀποβεβλημένοι. ὧν
ἐναντίοι γινόμενοι οἱ ἀμφὶ τὸν ἄρειον καὶ ἀχιλ-
λᾶν καὶ οἱ τῆς ἀληθείας σὺν αὐτοῖς πολέμιοι, ἀ-
πεώσθησαν τῆς ἐκκλησίας, ἀλλότριοι γινόμενοι
τῆς εὐσεβοῦς ἡμῶν διδασκαλίας, καὶ τὸν μακά-
ριον παῦλον λέγοντα. εἴτις ὑμᾶς εὐαγγελίζεται
παρ' ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω, κἂν ἄγγελος
ἐξ οὐρανοῦ εἶναι προσποιῆται. ἀλλὰ καὶ εἴ τις ἑτε-
ροδιδασκαλεῖ, καὶ μὴ προσέρχεται τοῖς ὑγιαί-
νουσι λόγοις τοῖς τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ, καὶ τῇ
κατ' εὐσέβειαν διδασκαλίᾳ, τελούφωται, μηδὲν
ἐπισταμένος, καὶ τὰ ἑξῆς. τούτους οὖν ἀναθεμα-
τίζοντας ὑπὸ τῆς ἀδελφότητος, μηδεὶς ὑμῶν δε-
χέσθω, μὴ οὐ ἀνέχεσθω τῶν λεγομένων ἢ γρα-
φομένων ὑπ' αὐτῶν. πάντα γὰρ οἱ γόητες ψεύ-
δονται, ἀλήθειαν δὲ μὴ λαλήσουσι. περιέρχονται
γὰρ τὰς πόλεις, οὐδὲν ἕτερον σπουδάζοντες, ἢ τῷ τῆς
φιλίας προσχήματι καὶ τῷ τῆς εἰρήνης ὀνόματι, δι'
ὑποκρίσεως καὶ κολακείας γράμματα διδόναι
καὶ λαμβάνειν, πρὸς τὸ πλανᾶν διὰ τούτων τὰ
ὑπ' αὐτῶν ἠπατημένα ὀλίγα γυναικάρια, σε-
σορευμένα ἁμαρτίαις, καὶ τὰ ἑξῆς. τούτους οὖν
οὐ τὰ τοσαῦτα καὶ χριστὸν τολμήσαντας οὐ
τὸν χριστιανισμὸν τοῦτο μὴν δημοσίᾳ διασύ-
ραντας, ἵστο οὐ ἐπὶ δικαστηρίων ἐπιδεικνύειν φι-
λοτιμουμένους, οὐ διωγμὸν ἡμῖν ἐν εἰρήνῃ τὸ
ὅσον ἐπ' αὐτοῖς ἐπεγείραντας, οὐ τὸ ἄρρητον
μυστήριον τῆς χριστοῦ γενέσεως ἐκνευρίσαντας,
τούτους ἀποστραφέντες ἀγαπητοὶ καὶ μόψυχοι
ἀδελφοὶ, συμψηφοῦσι γίνεσθε καὶ τῷ μανιώδει
αὐτῶν τόλμῃ, καθ' ὁμοιότητα τῶν ἀγανακ-
τησάντων συλλειτουργῶν ἡμῶν, καὶ ἐπισταλάντων

A Christus, qui carnem revera gestavit, non sola specie, sumptam ex Maria Deipara, qui in fine seculorum, ut peccatum tolleret, ad humanum genus advenit, crucique fixus & mortuus est; nec tamen idcirco divinitatis suæ detrimentum sensit: suscitatus ex mortuis, assumptus in cœlum, sedensq; ad dexteram majestatis. Hæc ex parte perscripsi in hac epistola, singula accurate persequi importunum arbitratus, ut antea dixi, eo quod religiosam vestram diligentiam non lateant. Hæc
B docemus, hæc prædicamus. Hæc sunt Apostolica Ecclesiæ dogmata, pro quibus mortem quoque libenter oppetimus: parvi facientes eos qui nos ista negare compellunt, spemque in iis positam non abjicientes, licet isti tormentis adhibitis vim afferant. Quibus adversantes Arius & Achillas, & qui cum illis sunt hostes veritatis, Ecclesia expulsi sunt, utpote alieni à nostra pia doctrina, juxta beatum Paulum, qui ait: Si quis vobis evangelizaverit præter id quod accepistis, anathema sit, licet Angelum de cœlo se esse simulet. Sed &, Si quis aliud doceat & non acquiescat sacris sermoni-
C bus Domini nostri Jesu Christi, & ei quæ secundùm pietatem est doctrinæ, is inflatur nihil sciens: & quæ sequuntur. Hos igitur ab universis fratribus anathematizatos nemo vestrûm suscipiat, nec ea quæ ab illis aut dicuntur aut scribuntur admittat. Omnia enim mentiuntur præstigiatores, nec veritatem unquam loquentur. Circumeunt siquidem civitates, nihil aliud molientes, quam ut amicitiæ specie, & sub nomine pacis, per simulationem & blanditias dent litteras atque accipiant; quibus mulierculas
D paucas ab ipsis deceptas & peccatis onustas in errorem inducant; & cætera. Hos ergo qui tot ac tanta ausi sunt contra Christum; qui Christianam religionem partim irriserunt publicè, partim in judiciis traducere ac denotare studuerunt: qui pacis tempore persecutionem adversus nos quantum in ipsis est, excitarunt: qui ineffabile mysterium generationis Christi enervarunt: hos inquam aversantes, charissimi atque unanimes fratres, suffragamini nobis adversus furiosam illorum audaciam, perinde ac collegæ nostri, qui indignati sunt & nobis epistolas scripserunt adversus illos, & tomo

nostro subscripserunt. Quæ etiam ad A vos misi per filium meum Apionem diaconum, partim ex universa Ægypto ac Thebaide, partim ex Libya ac Pentapoli: item ex Syria, Lycia, Pamphylia, Asia, Cappadocia aliisq; finitimis provinciis. Quorum exemplo à vobis quoque litteras me accepturum esse confido. Nam cùm multa à me præsidia comparata sint ad sanandos eos qui læsi sunt, tum illud præcipue remedium excogitatum est ad curandam multitudinem quæ ab illis decepta est, ut collegarum nostrorum consensui obtemperent, & per hoc ad pœnitentiam redire festinent. Salutate B vos invicem una cum fratribus qui vobiscum sunt. Opto vos in Domino valere Dilectissimi; meque ex vestra in Christum pietate fructum percipere. Porro hæreticorum qui anathemate damnati fuerunt hæc sunt nomina. Ex Presbyteris quidem Arius; ex Diaconis vero, Achillas, Euzoius, Aithalas, Lucius, Sarmates, Julius, Mena, Arius alter, & Helladius. His consona scripsit ad Philogonium Antiochensis Ecclesiæ Antistitem, & ad Eustathium qui tunc temporis Berrhoënsem regebat Ecclesiam, & ad alios, quotquot Apostolicæ doctrinæ defensores erant. Sed neq; Arius quiescere sustinuit. Nam & C ipse scripsit ad illos quos idem secum sentire existimabat. Porro nihil falso adversus illum à divino Alexandro scriptum esse, ipse Arius testatur in litteris ad Eusebium Nicomediensem. Quas quidem huic historiæ idcirco inseram, ut impietatis illius consortes nescientibus demonstrem.

μοι καὶ' αὐλῶν, & τῷ τόμῳ συνυπογεγραφότων. ἀκ δι' ἐπεμψάμην ὑμῖν διὰ τοῦ υἱοῦ μου ἀπίωνος τοῦ διακόνου, τοῦτο μὲν πάσης αἰγύπτου & θηβαΐδος. τοῦτο δὲ λιβύης τε κ πενταπόλεως, καὶ συρίας, κ ἔτι λυκίας & παμφυλίας, ἀσίας, καππαδοκίας, καὶ τῶν ἄλλων ἐθνῶν. ὧν καὶ' ὁμοιότητα, κ παρ' ὑμῶν δέξασθαι ποιοῦμαι. πολλῶν γάρ μοι βοηθημάτων πρὸς τὰς βλαβείσας παρεσκευασμένων, κ τοῦτο εὑρῆσθαι λυσιφάρμακον τὸ ὑπ' αὐλῶν ἀπατηθέντος λαοῦ, πειθομένων καὶ ταῖς τῶν συλλειτουργῶν ἡμῶν συγκαταθέσεσιν, εἰς μετάνοιαν διὰ τούτου ἔρχεσθαι παρασκευάζόντων. ἀσπάσασθε ἀλλήλους σὺν τῇ παρ' ὑμῶν ἀδελφότητι. ἐρρῶσθαι ὑμᾶς ἐν κυρίῳ εὔχομαι ἀγαπητοί. ὀναίμην ὑμῶν τῆς φιλοχρίστου ψυχῆς. εἰσὶ δὲ οἱ ἀναθεματισθέντες αἱρεσιῶται, ἀπὸ πρεσβυτέρων μὲν, ἄρειος. ἀπὸ διακόνων δὲ, ἀχιλλᾶς, εὐζώϊος, ἀιθαλᾶς, λούκιος, σαρμάτης, ἰούλιος, μηνᾶς, ἄρειος ἕτερος, κ ἑλλάδιος. συνῳδὰ τούτοις ἐπέστειλε καὶ φιλογονίῳ τῷ τῆς ἀντιοχέων ἐκκλησίας προέδρῳ, κ εὐσταθίῳ τῷ τηνικαῦτα τὴν βερροιέων ἰθύνειν πεπιστευμένῳ, καὶ τοῖς ἄλλοις ὅσοι τῶν ἀποστολικῶν ἦσαν δογμάτων σωτήριοι. ἀλλ' οὐδὲ ὁ ἄρειος ἡσυχίαν ἄγειν ἠνέσχετο. ἔγραψε δὲ καὶ αὐτὸς πρὸς ἐκείνους, ὡς ὁμόφρονας ἔχειν ἡγεῖτο. ὅτι δὲ οὐδὲν ψευδὲς καὶ' αὐτοῦ ἔγραψεν ὁ θεῖος ἀλέξανδρος, αὐτὸς ἄρειος ἐν τοῖς πρὸς εὐσέβιον τὸν νικομηδείας μεμαρτύρηκε γράμμασιν· ἐνθήσω δὲ κ ταύτην τῇ συγγραφῇ, ἵνα καὶ σοῦ κοινωνὸς τῆς ἀσεβείας, δήλους τοῖς ἀγνοοῦσι ποιήσω.

Cap. V.

Epistola Arii ad Eusebium Nicomediensem Episcopum.

DOMINO desideratissimo, viro Dei, fideli, orthodoxo Euse- D bio, Arius qui injustè persecutionem patitur ab Alexandro Papa ob victricem omnium veritatem, quam tu quoque defendis, in Domino salutem. Cùm pater meus Ammonius Nicomediam pergeret, officii mei esse judicavi, ut te per illum salutarem: simulque ut insitam tibi charitatem & dilectionem, quâ fratres propter Deum & Christum ejus prosequeris, admonerem, quam vehementer nos oppugnet ac persequatur, omnemque

Κεφ. ε'.

Ἀρείου ἐπιστολὴ πρὸς εὐσέβιον τὸν νικομηδείας ἐπίσκοπον.

Κυρίῳ ποθεινοτάτῳ, ἀνθρώπῳ θεοῦ πιστῷ, ὀρθοδόξῳ εὐσεβίῳ, ἄρειος ὁ διωκόμενος ὑπὸ ἀλεξάνδρου τοῦ πάπα ἀδίκως διὰ τὴν πάντα νικῶσαν ἀλήθειαν, ἧς καὶ σὺ ὑπερασπίζῃ, ἐν κυρίῳ χαίρειν. τοῦ παληοῦ μου ἀμμωνίου ἐρχομένου εἰς τὴν νικομήδειαν, εὔλογον ὠφειλόμην ἐφάνη προσαγορεῦσαί σε δι' αὐτοῦ. ὁμοῦ τε ὑπομνῆσαι τὴν ἔμφυτον σε ἀγάπην καὶ διάθεσιν, ᾗ ἔχεις εἰς σοῦ ἀδελφοὺς διὰ τὸν θεὸν κ τὸν χριστὸν αὐτοῦ, ὅτι μεγάλως ἡμᾶς ἐκπορθεῖ κ ἐκδιώκῃ, κ

πάντα καλῶν κινεῖ καθ' ἡμῶν ὁ ἐπίσκοπος· ὡς τε καὶ ἐκδιῶξαι ἡμᾶς ἐκ τῆς πόλεως ὡς ἀνθρώπους ἀθέους, ἐπειδὴ ἃ συμφωνοῦμεν ἀπασι δημοσίᾳ λέγομεν, ἀεὶ ὁ θεὸς, ἀεὶ ὁ υἱός· ἅμα πατὴρ, ἅμα υἱός. συνυπάρχει ἀγεννήτως ὁ υἱὸς τῷ θεῷ, ἀεὶ γεννητής ἐστιν, ἀγεννητογενής ἐστιν· ὅτε ἐπινοίᾳ, ὅτε ἀτόμῳ τινὶ προεφάνη ὁ θεὸς τοῦ υἱοῦ. ἀεὶ θεὸς, ἀεὶ υἱός. ἐξ αὐτοῦ ἐστὶ τοῦ θεοῦ ὁ υἱός· καὶ ἐπειδὴ εὐσεβὴς ὁ ἀδελφός σου ὁ ἐν καισαρείᾳ, καὶ θεόδοτος καὶ παυλῖνος καὶ ἀθανάσιος καὶ γρηγόριος καὶ ἀέτιος, καὶ πάντες οἱ κατὰ τὴν ἀνατολὴν λέγουσιν ὅτι προϋπάρχει ὁ θεὸς τοῦ υἱοῦ ἀνάρχως, ἀνάθεμα ἐγένοντο, δίχα μόνου φιλογονίου καὶ ἑλλανίκου καὶ μακαρίου, ἀνθρώπων αἱρετικῶν ἀκαλήκτων, τῶν τὸν υἱὸν λεγόντων οἱονεὶ μὴν, ἐρυγμὸν. οἱονεὶ προβολήν· οἱονεὶ συναγμόν. καὶ τούτων τῶν ἀσεβείων ἀδὲ ἀκοῦσαι δυνάμεθα, ἐὰν μυρίας ἡμῖν θανάτους προαπειλήσωσιν οἱ αἱρετικοί. ἡμεῖς οὖν πάλιν λέγομεν καὶ φρονοῦμεν, καὶ ἐδιδάξαμεν καὶ διδάσκομεν. ὅτι ὁ υἱὸς οὐκ ἔστιν ἀγέννητος, οὐδὲ μέρος ἀγεννήτου καθ' ἕνα τρόπον, οὐδὲ ἐξ ὑποκειμένου τινός. ἀλλ' ὅτι θελήματι καὶ βουλῇ ὑπέστη πρὸ χρόνων καὶ πρὸ αἰώνων πλήρης θεὸς, μονογενὴς, ἀναλλοίωτος· καὶ πρὶν γεννηθῇ, ἤτοι κτισθῇ, ἢ ὁρισθῇ, ἢ θεμελιωθῇ, οὐκ ἦν· ἀγέννητος γὰρ οὐκ ἦν. διωκόμεθα ὅτι εἴπαμεν, ἀρχὴν ἔχει ὁ υἱός· ὁ δὲ θεὸς ἀνάρχος ἐστί. διὰ τοῦτο διωκόμεθα, καὶ ὅτι εἴπαμεν, ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων ἐστίν. ὅπως δὲ εἴπαμεν, καθότι οὐ μέρος θεοῦ ἐστιν, οὐδὲ ἐξ ὑποκειμένου τινός· διὰ τοῦτο διωκόμεθα· λοιπὸν σὺ οἶδας. ἐρρῶσθαί σε ἐν κυρίῳ ἔχομαι, μεμνημένον τῶν θλίψεων ἡμῶν, συλλειτουργὲ ἀληθῶς εὐσεβείᾳ. τούτων τῶν ὑπὸ τούτου καλουμένων, εὐσεβοῦς μὲν καισαρείας ἐπίσκοπος ἦν. θεόδοτος δὲ λαοδικείας, τύρου δὲ παυλῖνος, ἀναζάρβου δὲ ἀθανάσιος, γρηγόριος δὲ βηρυτοῦ· ἀέτιος δὲ λύδδων. λύδδα δέ ἐστιν, ἡ νῦν καλουμένη διόσπολις. τούτους μὲν οὖν μόνους συμφώνους ἔχειν ὁ ἀρὶς ἐσεμνύνετο. ἀντιπάλους δὲ κέκληκε, φιλογόνιον τὸν ἀντιοχέων τὸν πρόεδρον, καὶ ἑλλανικὸν τὸν τριπόλεως, καὶ τὸν ἱεροσολύμων μακάριον· συκοφαντίας καὶ τούτων συρράψας, ἐπειδήπερ ἀΐδιον καὶ προαιώνιον ἔφασαν τὸν υἱόν, καὶ τοῦ πατρὸς ὁμότιμόν τε καὶ ὁμοούσιον. ταύτην δεξάμενος εὐσεβοῦς τὴν ἐπιστολήν,

A adversus nos machinam moveat Episcopus: adeo ut nos etiam velut impios urbe expulerit, eo quod ipsi non assentimur ista publice prædicanti: Semper est Filius: simul Pater, simul Filius: Filius Deo coexistit ingenite, semper genitus est, ingenite genitus est: nec cogitatione nec ullo temporis puncto Deus præcedit Filium: semper Deus, semper Filius: ex ipso Deo existit Filius. Et quoniam Eusebius frater tuus, Episcopus Cæsareæ, & Theodotus, ac Paulinus, Athanasius, Gregorius & Aetius, omnes denique per Orientem Episcopi asserunt Deum principii omnis expertem existere ante Filium, anathemate damnati sunt: exceptis duntaxat Philogonio, Hellanico & Machario, hominibus hæreticis nec eruditis in fide: qui Filium esse dicunt, alter eructationem, alter projectionem, alter coingenitum. Quas impietates ne audire quidem possumus, etiamsi mille mortes nobis minentur hæretici. Nos verò, quid dicamus & quid sentiamus, & professi jam sumus & nunc profitemur: Filium non esse ingenitum, nec partem ingeniti ullo modo, neque ex aliqua subjecta materia: sed voluntate & consilio substitisse ante omnia tempora & C secula perfectum Deum, unigenitum, immutabilem: & antequam gigneretur, aut crearetur, aut terminaretur aut fundaretur, eum non fuisse. Ingenitus enim non erat. Persecutionem patimur propterea quod dixerimus eum esse ex non extantibus. Quod ideo diximus quia nec pars Dei est, nec ex ulla subjecta materia. Ob id exagitamur reliqua tu nosti. Opto te in Domino valere, memorem vexationum nostrarum, vere Conlucianista, vere Eusebi. Porro ex iis quos Arius in hac epistola recenset, Eusebius quidem Episcopus erat D Cæsareæ, Theodotus verò Laodiceæ: Paulinus Tyri: Athanasius Anazarbi: Gregorius Beri: Aetius autem Lyddæ. Lydda vero civitas est quæ nunc Diospolis appellatur. Atque hos quidem opinionis suæ fautores habere se Ari⁹ gloriabatur. Adversarios verò nominat, Philogonium Antiochensis Ecclesiæ Antistitem; Ellanicũ Tripoleos, & Macarium Episcopũ Hierosolymorum. Calumnias adversus eos concinnans, propterea quod Filium æternum & ante secula esse dixissent, æqualemq; & consustantialem Patri. Hanc igitur epistolam cùm accepisset Eusebius,

ipse quoq; impietatem suam evomuit: & ad Paulinum Episcopum Tyriorum scripsit in hæc verba.

ἤμεσε καὶ αὐτὸς τὴν οἰκείαν ἀσέβειαν. γεγράφηκε δὲ καὶ αὐτὸς πρὸς παυλῖνον τὸν τύρου ἐπίσκοπον τάδε.

Cap. VI.

Eusebii Nicomediensis epistola ad Paulinum Tyri.

DOMINO meo Paulino Eusebius in Domino salutem. Nec domini mei Eusebii in tuenda veritate studium silentio mandatum est, sed ad nostras usq; aures pervenit: nec tua, Domine, in eodem negotio taciturnitas. Et sicut consentaneum erat, domini quidem mei Eusebii causâ gavisi sumus: Tua verò causa magnopere dolemus, tanti viri silentium, condemnationem nostram esse arbitrantes. Quamobrem hortor te, qui scias quam indecorum sit viro prudenti, aliena sentire, & veritatem reticere, ut intelligentiam spiritu suscitans, hac de re scribere aggrediaris, quod tibi & auditoribus tuis utile futurum est: præsertim si Scripturæ vestigiis insistens, juxta ejus sermones ac sententias scribere volueris. Quandoquidem nec duo ingenita unquam audivimus, nec unum divisum in duo, aut corporeum quidquam passum esse didicimus aut credidimus, domine. Sed unum quidem ingenitum; alterum autem ab eo vere, & non ex ejus substantia factum, nec ullo modo particeps naturæ illius, nec è substantia ejus existens: sed natura & virtute prorsus diversum, ad perfectam tamen similitudinem naturæ virtutisq; factoris sui conditum. Cujus initium non modo verbis inexplicabile esse, sed ne cogitatione quidem, non dicam hominum, sed omnium qui supra homines sunt, comprehendi posse credimus. Atque hęc non ratiocinatione nostra collecta, sed à scripturis edocti dicimus: creatum ac fundatum esse, & genitum substantia, & immutabili atq; ineffabili natura ac similitudine quam habet ad factorem suum, didicimus ex ipsius Domini verbis qui ait: Deus creavit me initium viarum suarum, & ante seculum fundavit me, & ante omnes colles genuit me. Quod si ex ipso, hoc est, de ipso esset, tanquam pars ejus, vel ex defluxu substantiæ, non jam creatus, nec fundatus amplius diceretur. Nec tu profecto id ignoras Domine. Nam quod est ex ingenito, non amplius sive ab altero, sive

Κεφ. ϛ'.

Εὐσεβίου ἐπισκόπου νικομηδείας ἐπιστολὴ πρὸς παυλῖνον ἐπίσκοπον τύρου.

Τῷ δεσπότῃ μου παυλίνῳ, εὐσέβιος ἐν κυρίῳ χαίρειν. ὅτε ἡ τοῦ δεσπότου μου εὐσεβίου σιωπὴ, ἡ ὑπὲρ τῆς ἀληθοῦς λόγου παρεσιωπήθη, ἀλλ' ἐφθασενέως καὶ ἡμῖν, ὅτε ἡ σὴ ἐπὶ τούτῳ σιωπὴ δέσποτα. καὶ ὡς ἦν ἀκόλουθον, ἐπὶ μὲν τῷ δεσπότῃ μου εὐσεβίῳ εὐφράνθημεν. ἐπὶ δὲ σοὶ λυπούμεθα, σοχαζόμενοι καὶ τὴν σιωπὴν ἀνδρὸς τοιούτου ἡμῖν εἶναι· διὸ παρακαλῶ εἰδότα σε, ὡς ἀπρεπὲς ἀνδρὶ φρονίμῳ, ἄλλοια φρονεῖν καὶ σιωπᾶν ἀληθῆ, ἀνασκαλεύσαντα τῷ πνεύματι τὸν λογισμὸν, περὶ τοῦ γράφειν περὶ τούτου ἀρχου, λυσιτελοῦν καὶ σοὶ καὶ τοῖς ἀκούουσί σου. μάλιστα ὅταν καὶ ἀκολουθήσαντες τῆς γραφῆς καὶ τοῖς ἴχνεσι τῶν λόγων αὐτῆς καὶ τῶν βουλημάτων ἐθέλῃς γράφειν. ὅτι γὰρ οὔτε δύο ἀγέννητα ἀκηκόαμεν, οὔτε εἰς δύο διῃρημένον, οὐδὲ σωματικόν τι πεπονθὸς μεμαθήκαμεν ἢ πεπιστεύκαμεν δέσποτα. ἀλλ' ἓν μὲν τὸ ἀγέννητον, ἐξ οὗ τὸ ὑπ' αὐτοῦ ἀληθῶς, καὶ οὐκ ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ γεγονὸς, καθόλου τῆς φύσεως τῆς ἀγεννήτου μὴ μετέχον, ἢ ὂν ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ· ἀλλὰ γεγονὸς ὁλοσχερῶς ἕτερον τῇ φύσει καὶ τῇ δυνάμει, πρὸς τελείαν ὁμοιότητα διαθέσεώς τε καὶ δυνάμεως πεποιηκότος νοούμενον. ἣν τὴν ἀρχὴν λόγῳ μόνον οὐ διηγητὸν, ἀλλὰ καὶ ἐννοίᾳ οὐκ ἀνθρώπων μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ὑπὲρ ἀνθρώπους πάντων εἶναι καταληπτὸν πεπιστεύκαμεν, καὶ ταῦτα οὐκ ἐκ λογισμοῦ ἐμαυτῶν ὑποθέμενοι, ἀλλ' ὑπὸ τῆς γραφῆς μεμαθηκότες λέγομεν· κτιστὸν εἶναι καὶ θεμελιωθὲν καὶ γεννητὸν τῇ οὐσίᾳ, καὶ τῇ ἀναλλοιώτῳ καὶ ἀῤῥήτῳ φύσει, καὶ τῇ ὁμοιότητι τῇ πρὸς τὸν πεποιηκότα μεμαθήκαμεν, ὡς αὐτὸς ὁ κύριος φησὶν· ὁ θεὸς ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ, καὶ πρὸ τοῦ αἰῶνος ἐθεμελίωσέ με. πρὸ δὲ πάντων βουνῶν γεννᾷ με· εἰ δὲ ἐξ αὐτοῦ, τοῦτ' ἔστιν ἀπ' αὐτοῦ ἦν, ὡς ἂν μέρος αὐτοῦ, ἢ ἐξ ἀπορροίας τῆς οὐσίας, οὐκ ἂν ἔτι κτιστὸν, οὐδὲ θεμελιωθὲν εἶναι ἐλέγετο. οὐδὲ αὐτὸς ἀγνοεῖς κύριε ἀληθῶς· τὸ γὰρ ἐκ τοῦ ἀγεννήτου ὑπάρχον, κτιστὸν ἔτι

ὑφ' ἑτέρου ἢ ὑπ' αὐτοῦ ἢ θεμελιωθὲν οὐκ ἂν εἴη, ἐξ ἀρχῆς ἀγέννητον ὑπάρχον. εἰ δὲ τὸ γεννητὸν αὐτὸν λέγειν φασίν τινα παρέχειν, ὡς ἂν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρικῆς αὐτὸν γεγονότα, καὶ ἔχειν ἐκ τούτου τὴν ταυτότητα τῆς φύσεως, γινώσκομεν ὡς οὐδὲ αὐτὸ μόνον τὸ γεννητὸν εἶναι φησὶν ἡ γραφή, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν ἀνομοίων αὐτῷ κατὰ πάντα τὴν φύσιν. καὶ γὰρ καὶ ἐπ' ἀνθρώπων φησίν, υἱοὺς ἐγέννησα καὶ ὕψωσα. αὐτοὶ δέ με ἠθέτησαν· καὶ θεὸν τὸν γεννήσαντά σε ἐγκατέλιπες· καὶ ἐν ἑτέροις φησί, τίς ὁ τεκὼν βώλους δρόσου; τὴν φύσιν ἐκ τῆς φύσεως δηγούμενος, ἀλλὰ τὴν ἐφ' ἑκάστῳ τῶν γενομένων ἐκ τοῦ βουλήματος αὐτοῦ γένεσιν. οὐδὲν γάρ ἐστιν ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ. πάντα δὲ βουλήματι αὐτοῦ γενόμενα, ἕκαστον ὡς καὶ ἐγχωρεῖ ἐστίν. ὁ μὲν γὰρ, θεός. τὰ δὲ, πρὸς ὁμοιότητα αὐτοῦ λόγῳ ὅμοια ἐσόμενα. τὰ δὲ καθ' ἑκάστην μὲν γενόμενα. τὰ δὲ πάντα δι' αὐτοῦ ὑπὸ τοῦ θεοῦ γενόμενα. πάντα δὲ ἐκ τοῦ θεοῦ. ἅπερ λαβὼν καὶ ἐξεργασάμενος καὶ τὴν προσοῦσάν σοι θεόθεν χάριν, γράψαι τῷ δεσπότῃ μου Ἀλεξάνδρῳ πρόδασον πεπίσθυκα γὰρ ὡς εἰ γράψειας αὐτῷ, ἀντέψυξας αὐτὸν πρὸς πάντας τοὺς ἐν κυρίῳ. ἐρρωμένον σε καὶ ὑπὲρ ἡμῶν εὐχόμενον ἡ θεία χάρις διαφυλάττοι δέσποτα. Τοιαῦτα καὶ ἕτεροι πρὸς ἀλλήλους ἐπέστελλον, εἰς τὸν κατὰ τῆς ἀληθείας καθοπλιζόμενοι πόλεμον. ἦν δὲ τὰ βλασφημίας ἐν ταῖς καθ' ἑκάστην πόλιν καὶ τὴν αἰγυπτίαν καὶ τὴν ἑῴαν ἐκκλησίαις διασπαρείσης, ἔριδες ἐν ἑκάστῃ πόλει καὶ κώμῃ, καὶ μάχαι περὶ τῶν θείων δογμάτων ἐγίγνοντο. ὁ δὲ λοιπὸς ὅμιλος, θεατὴς ἦν τῶν γινομένων, καὶ τῶν λεγομένων κριτής. καὶ οἱ μὲν, τὰ τούτων. οἱ δὲ τὰ ἐκείνων ἐπῄνουν· καὶ τραγῳδίας τὰ δρώμενα καὶ θρήνων ἄξια ἦν. ἐγὼ δὲ ἀλλόφυλοι καὶ πολέμιοι, καθάπερ πάλαι, τὰς ἐκκλησίας ἐπολιόρκουν. ἀλλ' ὁμόφυλοι καὶ ὁμορρόφιοι καὶ ὁμοτράπεζοι, καθ' ἑαυτῶν ἀνὶ δορατον ἐκίνουν τὰς γλώσσας· μᾶλλον δὲ, μέλη ἀλλήλων ὄντες, καὶ εἰς ἓν τελοῦντες σῶμα, καθ' ἑαυτῶν ὡπλίζοντο.

A ab eodem creari ac fundari potest, cum sit ab initio ingenitum. Si vero ex eo quod genitus esse dicatur, subindicari videtur eum ex Paterna substantia ortum eandem quoque cum Patre naturam habere, scimus Scripturam non de illo solo dicere quod genitus sit, sed etjam de aliis quæ natura prorsus ab illo discrepant. Nam & de hominibus dicit: Filios genui & exaltavi: ipsi autem spreverunt me. Et alibi: Deum qui te genuit, dereliquisti. Et de aliis rebus ait: Quis est qui genuit stillas roris? Non quo naturam ex natura esse declaret, sed ut singula quæ facta sunt, arbitrio & voluntate ejus facta esse significet. Nihil enim ex substantia ejus exiB stit: sed omnia nutu illius facta, ita existunt singula prout facta sunt. Nam ille quidem Deus est. Hæc vero ad ejus similitudinem, verbo similia futura, ejus arbitrio facta sunt. Et omnia quidem per ipsum, à Deo tamen facta sunt. Omnia enim ex Deo. Quæ tu cum acceperis, & juxta concessam tibi divinitus gratiam limaveris, fac ut domino meo Alexandro quamprimum scribas. Nam si ad illum scripseris, te illis persuasurum confido. Saluta omnes fratres in Domino. Incolumem te & pro nobis orantem Divina gratia conservet DoC mine. Hujusmodi litteras isti quoque ad se mutuo scribebant, ad oppugnandam veritatem sese instruentes. Porro cum per Ægypti & Orientis Ecclesias hunc in modum sparsa essent blasphemiæ semina, in singulis urbibus ac vicis rixæ & concertationes de Divinis dogmatibus exstiterunt. Reliqua autem multitudo, tum factorum spectatrix, tum eorum quę dicebantur, judex fuit. Et alii quidem his favebant: alii illis assentiebantur. Prorsusque tragœdiâ & luctu digna erant quæ gerebantur. Neque enim extranei & hostes, perinde ac olim, Ecclesias oppugnaDbant: sed contribules, ejusdemque tecti ac mensæ participes, linguis tanquam telis inter se mutuo dimicabant. Immo vero, cum alter alterius membra essent, & in unum corpus coalescerent, adversus se invicem armabantur.

A

Cap. VII.

De rebus gestis in magna Synodo Nicana.

His cognitis sapientissimus Imperator, primùm quidem ipsum malorum fontem obstruere conatus est: & quendam virum solertiæ nomine ubique celebratum Alexandriam cum litteris misit, contentionem extinguere cupiens, & dissidentes ad concordiam revocaturum se esse confidens. Postquam vero spe sua frustratus est, celebre illud concilium in urbe Nicæa collegit: Episcopis eorumque comitibus facultate data, ut B equis ac jumentis publicis uterentur. Cumque convenissent quicunque itineris laborem perferre potuerant, ipse quoque Nicæam venit, tum Episcoporum cœtum videre, tum eos inter se conciliare desiderans. Statimque jussit, ut cuncta illis abunde subministrarentur. Erant porro universi trecenti decem & octo. Episcopus autem urbis Romæ ob extremam senectutem abfuit ipse quidem: duos tamen misit Presbyteros, qui ipsius nomine gestis concilii subscriberent. Porro ea tempestate multi erant qui donis Apostolicis refulgerent: nec pauci qui stigmata Jesu Christi, ut ait Divinus Apostolus, corpori suo impressa circumferrent. Jacobus enim Episcopus Antiochiæ Mygdoniæ, quam Syri vulgo & Assyrii Nisibim appellant, & mortuos suscitavit vitæque restituit, & alia plurima fecit miracula. Quæ quidem superfluum existimo huic operi denuo intexere, cùm in historia quæ Philotheus inscribitur, jam sint à me commemorata. Paulus vero Episcopus Neo Cæsareæ, quod castellum est ad Euphratis ripas positum, Licinii rabiem fuerat expertus. Ambabus enim manibus fuerat debilitatus, candente ferro eis admoto, nervisque quibus articuli moventur contractis atqi enectis. Aliis dextri poplites succisi. Ex quorum numero fuit Paphnutius Ægyptius. In summa, cernere illic licebat turbam martyrum in unum collectam. Nec tamen Divinus ille ac memorandus cœtus viris contrario modo affectis caruit. Erant enim quidam inter illos, pauci quidem numero: subdoli tamen ac velut brevia quædam in mari, improbitatem suam occultantes, qui

Κεφ. ζ.

Τὰ κατὰ τὴν μεγάλην σύνοδον τῆ ἐν νικαίᾳ.

Ταῦτα μαθὼν ὁ σοφώτατος βασιλεὺς, πρῶτον μὲν αὐτὴν ἐπεφάρθη τὴν τῶν κακῶν ἐμφράξαι πηγήν· κἄπειτα τῶν ἐπ' ἀγχινοίᾳ θαυμαζομένων εἰς τὴν ἀλεξάνδρειαν μετὰ γραμμάτων ἀπέστειλε, ζητῆσαι τὸν ἔριν παρεμένοντα, καὶ τὸ σπάζον συναγαγεῖν εἰς ὁμόνοιαν τοὺς διεστῶτας· ἐπειδὴ δὲ τῆς ἐλπίδος ἐψεύσθη, τὴν πολυθρύλητον ἐκείνην εἰς τὴν νικαέων συνήγειρε σύνοδον, δημοσίοις ὄνοις καὶ ἡμιόνοις καὶ ὁρμοῦσι καὶ ἵπποις χρήσασθαι τοῦ ἐπισκόπους καὶ τοῦ σὺν τούτοις ἀφικνεῖσθαι παρεσκεύασε. C ἐπειδὴ δὲ ἠθροίσθησαν ὅσοι τῆς ὁδοιπορίας τὸν πόνον ἐνεγκεῖν ἠδυνήθησαν, ἀφίκετο καὶ αὐτὸς εἰς τὴν νίκαιαν, ἰδεῖν τε τὴν τῶν ἀρχιερέων πληθὺν ἐφιέμενος, καὶ τὴν ὁμόνοιαν αὐτοῖς πρυτανεῦσαι ποθῶν· καὶ δὴ χρῆμα πάντα ἀφθόνως αὐτοῖς χορηγεῖσθαι προσέταξεν. ὀκτωκαίδεκα δὲ καὶ τριακόσιοι συνῆλθον ἀρχιερεῖς. ὁ δὲ τὴν ἑώαν, διὰ γῆρας ἀπελείφθη βαθύ. δύο μέντοι πρεσβυτέρους ἀπέστειλε, συνθέσθαι τοῖς παραγενομένοις παρεσκεύασε. ἦσαν δὲ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον, πολλοὶ μὲν ἀποστολικοῖς χαρίσμασι διαπρέποντες· πολλοὶ δὲ τὰ στίγματα τοῦ κυρίου ἰησοῦ, καὶ τὸν θεῖον ἀπόστολον, ἐν τῷ σώματι φέροντες. ἰάκωβος μὲν γὰρ ὁ ἀντιοχείας τῆς μυγδονίας, σύροι δὲ αὐτὴν καὶ ἀσσύριοι νίσιβιν ὀνομάζουσι, καὶ νεκροὺς ἀνέστησε καὶ ἐν τοῖς ζῶσι συνέταξε καὶ ἄλλα μυρία εἰργάσατο θαύματα· ἀπειπὸν ἡγοῦμαι τῇδε πάλιν ἐνθεῖναι τῇ συγγραφῇ, ἐν τῇ φιλοθέῳ ταῦτα διηγησάμενος ἱστορίᾳ. παῦλος δὲ ὁ νεοκαισαρείας, φρούριον δέ ἐστι τῆς ἐυφράτου παρακείμενον ὄχθαις, τῆς λικιννίου παραπήλωσε λύσσης. ἀμφω γὰρ αὐτῷ τὼ χεῖρε πεπεδημένῳ, σιδήρου πεπυρακτωμένου προσβαλόντος αὐταῖς, καὶ τὰ κινητικὰ τῶν ἄρθρων νεῦρα συστείλαντος καὶ νεκρώσαντος. ἕτεροι δὲ ὀρωρυγμένους εἶχον τοὺς δεξιοὺς ὀφθαλμούς· ἄλλοι δὲ τὰς ἀγκύλας συγκεκομμένοι τὰς δεξιάς. εἰς τούτων ἦν παφνούτιος ὁ αἰγύπτιος· καὶ ἁπαξαπλῶς ἦν ἰδεῖν δῆμον μαρτύρων καὶ ταυτὸν συνηθροισμένον. οὐκ ἦν δὲ ἅμοιρος ὁμωσὶ τῶν ἐναντίων ὁ θεῖος ἔθνος καὶ ἀοίδιμος ὅμιλος· ἀλλ' ἦσαν τινες, εὐαρίθμητοι μέν. ὕπουλοι δὲ καὶ τὰ βρόχη μιμούμενοι, καὶ

τὴν

τὴν ποινὴν καλύπτοντες, καὶ ταῖς ἀρείαις βλα- A
σφημίαις ἀφανῶς συνηγορεῦντες· συν-
ελθόντων δὲ πάντων, οἶκον μέγιστον ἐν τοῖς
βασιλείοις ὑπερέπισεν ὁ βασιλεὺς, βάθρα τε
θέντες ὅτι μάλιστα πλείστους ἐν τούτῳ τεθῆναι
κελεύσας, τῷ τῶν ἀρχιερέων ἀποχρῶντα συλ-
λόγῳ· ἔνθα τὸ πρέπον αὐτοῖς ὑπερπίσας γέ-
ρας, εἰσελθεῖν τε ἐπέτρεψε καὶ περὶ τῶν προ-
κειμένων βουλεύσασθαι. εἰσελήλυθε δὲ καὶ αὐτὸς
ἔκτακτος σὺν ὀλίγοις, ἀξιέπαινον μὲν ἔχων τὸ
μέγεθος, ἀξιάγαστον δὲ τὴν ὥραν. θαυμασιω-
τέραν δὲ τὴν τοῖς μετώποις ἐπικαθημένην αἰδῶ
θέντα δὲ σμικρὸν τεθέντος ἐν μέσῳ κεκάθικεν,
ἐπιτρέψαι τοῦτο θεῖον ἐπισκόπους αἰτήσας. σὺν
αὐτῷ δὲ καὶ ἅπας ὁ θεῖος ἐκεῖνος ἐκαθέζετο χο-
ρός. παραυτίκα δὲ πρῶτος ὁ μέγας εὐσε-
βίου, ὁ τῆς ἀντιοχέων ἐκκλησίας τὴν προεδρίαν
λαχών. Φιλογόνιος γὰρ ἦν προμνήστην, εἰς τὴν
ἀμείνω μεταβεβηκὼς βίον. τοῦτον δὲ ἀκούσας, ποι-
μαίνειν αὖτ' ἐκείνης τὴν ἐκκλησίαν ἐκείνῳ ψή-
φῳ κοινῇ καθυπάσκασαν, ἀρχιερεῖς τε καὶ ἱερεῖς
καὶ ἅπας ὁ λεὼς ὁ φιλόχριστος. ἐφ' οἷς τοῖς ἀνθεσι
τελουμένων τὴν βασιλέως ἐσεφάνωσε κεφα- B
λὴν, καὶ τὴν περὶ τὰ θεῖα σπουδὴν εὐλογίας
ἠμείψατο. παυσαμένου δὲ τούτου, βασιλεὺς
ὁ πανεύφημος ἐφ' ἑνὶ ὁμονοίας τε καὶ συμ-
φωνίας προσηνέσχετο λόγους. τῆς τε τῶν τυ-
ράννων ἐκείνων ἀναμιμνήσκων ὠμότητος, καὶ
τῆς ἐπ' αὐτοῖς θεόθεν παραχθείσης ἐν μι-
ζίστης εἰρήνης. καὶ ὡς δεινὸν εἴη καὶ ἄτλητον δεινὸν, τῶν
πολεμίων καταλυθέντων καὶ μηδενὸς ἀντιτείνον-
τολμῶντος, ἀλλήλους βάλλειν, καὶ τοῖς δυσ-
μενέσιν ἡδονὴν καὶ γέλωτα παρέχειν. ἄλ-
λως τε καὶ περὶ θείων διαλεγομένους πραγμά- C
των, καὶ τὴν παναγίαν πνεύματος τὴν διδασκα-
λίαν ἀνάγραπτον ἔχοντας. εὐαγγελικαὶ γάρ,
φησι, βίβλοι, καὶ ἀποστολικαὶ, καὶ τῶν παλαιῶν
προφητῶν τὰ θεσπίσματα, σαφῶς ἡμᾶς
ἀναγκαῖα περὶ θείων φρονεῖν ἐκπαιδεύουσι. τὴν
πολεμοποιὸν δὲ ἀπελάσαντες ἔριν, ἐκ τῶν θεο-
πνεύστων λόγων λαβωμεν τῶν ζητουμένων τὴν
λύσιν· ταῦτα καὶ τοῦτοις παραπλήσια, ὅσα
δὴ πᾶς φιλοπάτωρ τοῖς ἱεροῦσιν ὡς πατράσι
προσέφερε, τῶν ἀποστολικῶν δογμάτων τὴν
συμφωνίαν πραγματευόμενος. τῆς δὲ συνόδου
τὸ μὲν πλεῖστον τοῖς λεγομένοις ἐπείθετο, καὶ τὴν
τε πρὸς ἀλλήλους ὁμόνοιαν, τήν τε τῶν δογμά- D

Arii blasphemiis occulte patrocinabantur. Cumque universi jam convenissent, amplissimum eis conclave in palatio Imperator præparari jussit, sedesq; ac subsellia plurima in eo locari, quæ Episcoporum cœtui sufficerent. Hunc in modum cùm omnia pro honore illis debito præparassent, ingredi eos jussit, & de rebus propositis deliberare. Ipse quoq; cum paucis comitibus postremus ingressus est: proceritate quidem corporis & forma conspicuus, sed ob verecundiam quæ in ejus vultu insidebat, multo admirabilior. Parvaque sella in medio posita, non prius resedit quàm ejus rei licentiam ab Episcopis postulasset. Ac simul cum eo universus ille Divinus cœtus consedit. Statimq; magnus Eustathius Ecclesiæ Antiochensis Episcopus, qui Philogonio, cujus supra meminimus, ad meliorem sortem translato, communi consensu Episcoporum & Clericorum, Deinque amantissimæ plebis, invitus ad Ecclesiæ illius administrationem evectus fuerat, primus omnium Imperatori panegyricum dixit; ejusque erga res Divinas studium gratulationibus ac votis remuneratus est. Qui cùm dicendi finem fecisset, laudatissimus Imperator de concordia & consensu oratione habuit; priorum tyrannorum crudelitatem eis in memoriam revocans, & honorificentissimam pacem quæ ipsius temporibus eis à Deo concessa esset; Et quam grave atque acerbum foret, hostibus profligatis, cùm nemo esset qui rebellare auderet, ipsos se mutuo impetere, & voluptatem ac ridendi materiam adversariis suppeditare: maxime cum de rebus Divinis differerent, & sanct. Spiritus doctrinam perscriptam haberent. Etenim, ut ajebat, Evangelici atq; Apostolici libri, & veterum Prophetarum oracula, quid sentiendum sit de Deo, nos aperte docent. Quamobrem hostili contentione deposita, ex scripturis Divinitus inspiratis solutionem eorum quæ in controversiam veniunt, requiramus. Hæc & alia his similia, tanquam patris amantissimus filius, Episcopis velut patribus suis proposuit, Apostolicorum dogmatum consensum firmare cupiens. Ex Episcopis vero qui consilio intererant, pars quidem maxima verbis ejus obtemperavit & mutuam inter ipsos concordiam, & sinceram doctrinam amplexata est. Pauci vero, quorum supe-

rius mentionem feci, & præter illos Menophantus Ephesius, Patrophilus Scythopolitanus, Theognius ipsius Nicææ Episcopus, & Neroniadis Narcissus: est autem Neronias urbs secundæ Ciliciæ, quam nunc Irenopolim vocamus: Theonas denique Marmaricæ, & Secundus Ptolemaidis in Ægypto Episcopi, Apostolicæ doctrinæ adversabantur, Ario patrocinantes. Cumque formulam fidei conscripsissent, eam concilio obtulerunt: quam perlectam statim omnes discerpsere, spuriam atque adulterinam eam appellantes. Cùmque ingens omnium tumultus contra eos coortus esset, & tanquam proditores fidei ab universis accusarentur, metu perculsi exsurrexerunt: primique, exceptis Secundo ac Theona, Arium excommunicarunt. Hunc in modum impio illo ab Ecclesia exturbato, cùm formulam fidei, quæ ad hunc usque diem in Ecclesiis obtinet, communi consensu dictassent & subscriptionibus suis confirmassent, concilium dimisere. Verum illi quos supra nominavi, subdole & parum sincere huic fidei consenserunt. Cujus rei fidem faciunt, tum ea quæ iidem postea moliti sunt adversus fidei defensores, tum ea quæ ab his ipsis scripta sunt adversus illos. Nam Eustathius ille Antiochenus Episcopus, cujus jam antea mentionem feci, exponens locum illum Proverbiorum: Dominus creavit me initium viarum suarum ad opera sua, hæc adversus illos scribit, res tum gestas commemorans, & blasphemiam eorum refellens.

A τῶν ὑγείαν ἠπάζετο. ὀλίγοι δέ τινες, ὧν κὴ πρόσθεν ἐμνήσθην, κὴ πρὸς ἐκείνοις μηνόφαντος ὁ ἐφέσιος, κὲ ὁ σκυθοπόλιτης παλαφίλιος, θεόγνιός τε νικαίας αὐλῆς ἐπίσκοπος ὢν, κὴ ὁ νερωνιάδος ἀρκιος· κιλικίας δὲ τῆς δευτέρας νερωνίας ἐστὶ πόλις, λιὰ νῦν εἰρηνόπολιν ὀνομάζομεν. κὴ μετὰ τούτων, θεωνᾶς τε ὁ μαρμαρείτης, κὲ ὁ πτολεμαΐδος τῆς αἰγυπτίας σεκοῦνδος, τοῖς ἀποστολικοῖς ἀντέλεγον δόγμασιν, ἀρείῳ συνηγοροῦντες. ὑπαγορεύσαντες δὲ κὴ πίστεως διδασκαλίαν, ἐπέδωκαν τῷ κοινῷ· λιὰ ἀναγνωσθεῖσαν εὐθέως διέρρηξαν ἅπαντες, νόθον κὴ κίβδηλον ὀνομάσαντες. θορύβου δὲ πλείστου καὶ αὐτῶν γενομένου, κὴ πάντων προδοσίαν αὐτῶν τῆς εὐσεβείας καὶ ἁλωρὰν λόγων, δείσαντες ἐξανέστησαν, καὶ πρῶτοι τὸν ἄρειον ἀπεκήρυξαν, μετὰ σεκοῦνδος κὲ θεωνᾶ· ἕτω δὲ τὸ δυσσεβὲς ἐκποδὼν γενόμενον, συμφώνως ἅπαντες τὴν μέχρι καὶ νῦν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις πολιθυομένην πίστιν ὑπαγορεύσαντες, κὲ ταῖς ὑπογραφαῖς βεβαιώσαντες, διέλυσαν τὸ συνέδριον. ὕστερον μέντοι καὶ σκαιλικεινῶς ἐξερρηθέντες τῆδε τῇ πίστει συνέθεντο. κὴ μετὰ τοῦτα τὰ ὕστερον παρ' αὐτῶν τυρωθέντα κὴ τῶν τῆς εὐσεβείας προμάχων, κὴ τὰ παρ' αὐτῶν ἐκείνων περὶ αὐτῶν συγγραφέντα. εὐσάθιος μὲν γὰρ ἐκεῖνος ὁ τῆς ἀντιοχέων ἐπίσκοπος, ὃν κὴ πρόσθεν ἐμνήσθην, ταῦτα περὶ αὐτῶν ἔγραψε, τότε γεγραμμένα διδάσκων, κὲ τὴν βλασφημίαν ἐλέγχων, κὴ τὴν παροιμιακὴν ἑρμηνεύων ῥῆσιν τὴν φάσκουσαν, κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ. βαδίσμαι δὲ ἐντεῦθεν ἤδη καὶ ἅπτα τὰ πεπραγμένα.

Cap. VIII.

Confutatio Arianorum ex libris Eustathii & Athanasii.

VENIAM autem nunc ad ea quæ gesta sunt. Quid igitur? Cùm ob eas res maxima Synodus Nicæam convenisset, ducentis circiter ac septuaginta Episcopis in unum collectis. Neque enim numerum certò referre possum ob ingentem conventus illius multitudinem, quippe cùm nec in eo investigando valde curiosus fuerim. Postquã de modo fidei quæri cœptum est, libellus Eusebii prolatus est in medium, ejus blasphemiæ certissimum argumentum. Qui cùm palam audientibus cunctis recitatus fuisset, statim

Κεφ. η'.

Ἔλεγχος τῆς ἀρειανιζόντων ἐκ τῆς εὐσαθίου καὶ ἀθανασίου συγγραμμάτων.

ΤΙΝ. ἐπειδὴ διὰ ταῦτα σύνοδος ἐς τὴν νικαέων ἀφικνεῖται μεγίστη, διακοσίων μήπω γε καὶ ἑβδομήκοντα τὸν ἀριθμὸν ὁμόσε συναχθέντων. τὸ γὰρ σαφὲς διὰ τὸν τῆς πολυανδρείας ὄχλον οὐχ' ὅσιος τέθειμι γράφειν, ἐπειδὴ μὴ πάντη τοῦτο ἀδιαπτώστως ἀνίχνευον. ὡς δὲ ἐζητεῖτο τῆς πίστεως ὁ τρόπος, ἐναργὴς μὲν ἔλεγχος τὸ γράμμα τῆς εὐσεβίου προὐβάλλετο βλασφημίας. ἅπαντα δὲ ἀναγνωσθέν, αὐτίκα συμφορὰν

μὴν ἀσάθμητον τῆς συλλοπῆς ἕνεκα τοῖς αὐ- A auditoribus quidem immensum dolo-
τηκόοις προυξένῃ. αἰσχύνην δ' ἀνήκεστον τῷ rem attulit ob doctrinæ pravitatem:
γράψαντι παρεῖχεν. ἐπειδὴ γὰρ τὸ ἐργαστήριον auctorem autem ipsum ingenti pudore
τῶν ἀμφὶ τὸν εὐσέβιον σαφῶς ἐάλω, τὸ βλα- ac dedecore affecit. Porro cùm Euse-
σφημον γράμμα δημοσίᾳ διαρραγέντος ὑπ' ὄψιν bianorum officina jam detecta esset, &
πάντων, ὁμοῦ τινες καὶ συσκιοῦντες, τοὔνομα impius libellus in conspectu omnium
προβαλλόμενοι τῆς εἰρήνης, καλεσίγησαν μὴ discerptus, quidam nihilominus ex
ἅπαντας δεῖν αἴρεσιν λέγειν εἰωθότας. ④ δ' composito nomen pacis prætendentes, reliquis omnibus qui optima dicere consueverant, silentium imposuerunt. Ariani vero metuentes ne tot Episcopis in unum congregatis ipsi Ecclesia ejicerentur, in medium prosilientes, dogma quod improbatum fuerat, anathemate damnarunt, & libello B qui unanimi **omnium** consensu conscriptus fuerat, propria manu subscripserunt. **Verum** Episcopali dignitate per ambitum & assiduas interpellationes retenta, cum eos pœnitentiam agere oporteret, damnatas opiniones nunc clam, nunc apertè defendunt, variis argumentationib9 insidiantes. Cupientes autem zizaniorum semina stabilire, peritos homines reformidant, & sagaces inspectores refugiunt: atq; idcirco pietatis prœcones bello appetunt. Verum ne sic quidem credimus impios homines Divinum numen unquam posse superare. Quamvis vires denuo comparent, denuo vincentur juxta ma- C gnificum Prophetam Esaiam. Et magnus quidem Eustathius ita scribit. Ejus vero conturmalis, & veritatis propugnator Athanasius, qui celeberrimi illius Alexandri in Episcopatu successor fuit, in epistola quam scripsit ad Afros, hæc quoq; adjecit. Cùm Episcopi qui in unum convenerant in animo haberent, impias quidem illas voces ab Arianis excogitatas penitus abolere: Ex non extantibus videlicet, & Filium creaturam esse & facturam; & fuisse tempus cùm non esset; cum denique mutabilis esse naturæ: scripturarum autem voces omnium consensu receptas D conscribere: Filium scil. ex Deo naturaliter unicum esse: eumq; esse verbum, virtutem ac sapientiam solam Patris, Deum verum, sicut Joannes dixit: & splendorem gloriæ ac figuram substantiæ Patris, quemadmodum Paulus scribit: Eusebiani opinionis suæ vesania correpti, inter se dixerunt, consentiamus. Nam nos quoque ex Deo sumus. Unus enim Deus ex quo omnia. Et alibi, vetera transierunt: ecce facta sunt omnia nova. Omnia autem ex Deo. Reputabant etiam id quod scri-

μὴν τὰς συλλοπὰς ἕνεκα τοῖς αὐτηκόοις προυξένῃ. αἰσχύνην δ' ἀνήκεστον τῷ γράψαντι παρεῖχεν. ἐπειδὴ γὰρ τὸ ἐργαστήριον τῶν ἀμφὶ τὸν εὐσέβιον σαφῶς ἐάλω, τὸ βλασφημον γράμμα δημοσίᾳ διαρραγέντος ὑπ' ὄψιν πάντων, ὁμοῦ τινες καὶ συσκιοῦντες, τοὔνομα προβαλλόμενοι τῆς εἰρήνης, καλεσίγησαν μὴ ἅπαντας δεῖν αἴρεσιν λέγειν εἰωθότας. ④ δ' ἀρειομανῖται δείσαντες, μήπως ἅρα τοσαύτης ἐν ταυτῷ συνόδου συγκεκροτημένης ἐξορισθεῖεν, ἀναθεματίζουσι μὲν προπηδήσαντες τὸ ἀπηγορευμένον δόγμα, συμφώνοις γράμμασιν ὑπογράψαντες αὐτοχειρί. τῇ δὲ προεδρίων διὰ πλείστης ὅσης φιλοτιμίας κεκλήσαντες, δέον αὐτοὺς ὑποπίπτειν λαμβάνειν, τότε μὲν λεληθότως, τοτὲ δὲ προφανῶς τὰς ἀποψηφισθείσας πεσούσας δόξας, διαφόροις ἐπιβουλεύοντες τοῖς ἐλέγχοις. βουλόμενοι δὲ παγιῶσαι τὰ ζιζανιώδη φύτευγήματα, δεδοίκασι δὲ ἐπιγνώμονας, καὶ ἐκκλίνουσι δὲ ἐφόρους· καὶ ταύτῃ δὲ τῆς εὐσεβείας κήρυκας ἐν πολέμοις. ἀλλ' οὕτω δὲ πιστεύομεν, ὡς ἀνθρώπους ἀθέους δύνασθαι κρατῆσαι ποτὲ τοῦ θείου. κἂν γὰρ πάλιν ἰσχύσωσι, καὶ πάλιν ἡττηθήσονται κατὰ τὸν σεμνόφωνον προφήτην Ἡσαΐαν. Ταῦτα μὲν δὴ ὁ μέγας εὐσάθιος. ὁ δὲ τότε σωτηριώτατος, καὶ τῆς ἀληθείας προβολὴ ἀθανάσιος, ὁ τῆς ἀλεξάνδρου τοῦ πανευφήμου προεδρείας διάδοχος, οἷς πρὸς δὲ ἄφρας ἐπιστέλλων γέγραφε, καὶ ταῦτα προσέθεικε. τῶν συνελθόντων ἐπισκόπων βουλομένων, τὰς μὲν παρὰ τῶν ἀρειανῶν ἐφευρεθείσας τῆς ἀσεβείας λέξεις ἀνελεῖν, τὸ δὲ ἐξ οὐκ ὄντων, καὶ τὸ λέγειν κτίσμα καὶ ποίημα τὸν υἱὸν, καὶ τὸ ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν, καὶ ὅτι τρεπτῆς ἐστὶ φύσεως. τὰς δὲ τῶν γραφῶν ὁμολογουμένας γράφαι, ὅτι τε οὐκ ἔστι θεοῦ ὁ υἱὸς φύσει μονογενὴς ἐστι, λόγος, δύναμις, σοφία μόνη τοῦ πατρὸς, θεὸς ἀληθινὸς, ὡς εἶπεν Ἰωάννης. καὶ ὡς ἔγραψεν ὁ Παῦλος, ἀπαύγασμα τῆς δόξης καὶ χαρακτὴρ τῆς τοῦ πατρὸς ὑποστάσεως, ⑤ ὥστε εὐσέβειον ὑπὸ τῆς ἰδίας κακοδοξίας ἑλκόμενοι, διελάλουν ἀλλήλοις, σωθώμεθα. καὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς ἐκ τοῦ θεοῦ ἐσμέν. εἷς γὰρ θεὸς ἐξ οὗ τὰ πάντα. καὶ τὰ ἀρχαῖα παρῆλθεν, ἰδοὺ γέγονε τὰ πάντα καινά. τὰ δὲ πάντα ἐκ τοῦ θεοῦ. ἐλογίζοντο δὲ

ptum est in libro Pastoris: Primum omnium crede unum esse Deum, qui omnia creavit atq; absolvit, fecitq; ut ex nihilo extarent. Verum Episcopi cùm eorum malitiam & impietatis dolum intellexissent, illud, ex Deo, clarius exposuerunt, & Filium ex substantia Dei esse scripserunt: ita ut creaturæ quidem propterea quod non ex semetipsis nec absq; causa existunt, sed principium habent ortus sui, ex Deo esse dicantur: Filius vero solus proprie sit ex substantia Patris. Hoc enim proprium est unigeniti ac veri Verbi Patris. Et hæc quidem fuit causa cur illud, ex substantia Patris, scriberetur. Rursus vero cùm Episcopi interrogassent Arianos qui pauci esse videbantur, utrum dicerent non creaturam esse, sed virtutem solamque sapientiam & imaginem Patris, æternum & in nullo prorsus à Patre discrepantem, verumque Deum: deprehensum est Eusebianos nutu sibi invicem significare, quòd hæc etiam nobis convenirent. Nam nos quoque imago & gloria Dei dicimur. Et de nobis dictum est: Semper enim & nos qui vivimus. Sed & virtutes multæ sunt. Scriptum est enim: Egressa est omnis virtus Domini de terra Ægypti. Eruca quoque & locusta, virtus magna appellatur. Et iterum: Dominus virtutum nobiscum, susceptor noster Deus Jacob. Ad hæc ut proprii Dei simus, non simpliciter habemus, cum & ipse Filius Dei nos fratres vocaverit. Quod vero Filium verum Deum esse dicunt, id nobis nihil officit. Verus enim est qui revera factus est. Hujusmodi fuit perversa cogitatio Arianorum. Verùm Episcopi, cùm hic quoque fraudem eorum animadvertissent, has voces ex sacris voluminibus collegerunt, splendorem, fontem ac fluvium, figuram substantiæ: & illud: In lumine tuo videbimus lumen: Item, Ego & Pater unum sumus. Denique clarius ac brevius scripserunt, Filium Patri consubstantialem esse. Cuncta enim superius posita eam vim ac significationem habent. Quod autem obmurmurant, voces illas in Scripturis non reperiri, ex ipsismet inanis esse convincitur eorum obmurmuratio. Nam cùm ipsi verbis non scriptis ad impietatem suam abusi sint: nusquam enim scriptum est illud, ex non extantibus, &

καὶ τὸ ἐν τῷ ποιμένι γραφὲν, πρῶτον πάντων πίστευσον ὅτι εἷς ἐστιν ὁ θεὸς, ὁ τὰ πάντα κτίσας καὶ καταρτίσας, καὶ ποιήσας ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι. ἀλλ' ④ ἐπίσκοποι θεωρήσαντες τὴν κακουργίαν ἐκείνων καὶ τὴν τῆς ἀσεβείας κακοτεχνίαν, λευκότερον εἰρήκασι τὸ ἐκ τοῦ θεοῦ. καὶ ἔγραψαν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ θεοῦ εἶναι τὸν υἱόν. ἵνα τὰ μὲν κτίσματα διὰ τὸ μὴ ἀφ' ἑαυτῶν χωρεῖς αἰτίας εἶναι, ἀλλ' ἀρχὴν ἔχειν τοῦ γίνεσθαι, λέγηται ἐκ τοῦ θεοῦ. ὁ δὲ υἱὸς μόνου ἰδίου ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας. τοῦτο γὰρ ἴδιον μονογενοῦς, καὶ ἀληθινοῦ λόγου τοῦ πατρός. καὶ ὥσπερ μὲν τὸ γεγράφθαι ἐκ τῆς οὐσίας, ἡ τοιαύτη φάσις αὕτη· πάλιν δὲ τῶν ἐπισκόπων ἐρωτώντων τοὺς δοκοῦντας ὀλίγους Ἀρειανοὺς, εἰ λέγοιεν τὸν υἱὸν κτίσμα, ἀλλὰ δύναμιν σοφίαν τε μόνην τοῦ πατρὸς καὶ εἰκόνα, ἀίδιόν τε καὶ ἀπαραλλακτον καθ' ἅπαντα τοῦ πατρὸς, καὶ θεὸν ἀληθινὸν, καταλήφθησαν ④ περὶ εὐσεβίου διανοίας ἀλλήλοις, ὅτι καὶ ταῦτα φθάνει καὶ εἰς ἡμᾶς. καὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς εἰκὼν καὶ δόξα θεοῦ λεγόμεθα. καὶ περὶ ἡμῶν εἴρηται, ἀεὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς οἱ ζῶντες· καὶ δυνάμεις πολλαί εἰσιν. καὶ ἐξῆλθε, πᾶσα ἡ δύναμις τοῦ θεοῦ ἐκ γῆς Αἰγύπτου. ἡ δὲ κάμπη καὶ ἡ ἀκρὶς μεγάλη δύναμις καλεῖται. καὶ κύριος τῶν δυνάμεων μεθ' ἡμῶν, ἀντιλήπτωρ ἡμῶν ὁ θεὸς Ἰακώβ. ἀλλὰ καὶ τὸ ἰδίους ἡμᾶς εἶναι τοῦ θεοῦ, ἔχομεν οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ὅτι καὶ ἀδελφοὺς ἡμᾶς ἐκάλεσεν. εἰ δὲ καὶ θεὸν ἀληθινὸν λέγουσι τὸν υἱὸν, οὐ λυπεῖ ἡμᾶς. ὁμολογοῦμεν γὰρ ἀληθινὸς, ἀληθινός ἐστιν. αὕτη τῶν Ἀρειανῶν ἡ διεφθαρμένη διάνοια. ἀλλὰ καὶ ἐνταῦτα ④ ἐπίσκοποι θεωρήσαντες ἐκείνων τὸ δόλιον, σωτήριον ἐκ τῶν γραφῶν τὸ ἀπαύγασμα, τήν τε πηγὴν καὶ ποταμὸν καὶ χαρακτῆρα πρὸς τὴν ὑπόστασιν, καὶ τὸ, ἐν τῷ φωτί σου ὀψόμεθα φῶς, καὶ τὸ ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ, ἕν ἐσμεν. καὶ λευκότερον λοιπὸν καὶ σωτήριως ἔγραψαν, ὁμοούσιον τῷ πατρὶ τὸν υἱόν. τὰ γὰρ προειρημένα πάντα, ταύτην ἔχει τὴν σημασίαν. καὶ ὁ λογισμὸς ἂν αὐτῶν, ὅτι ἄγραφοί εἰσιν αἱ λέξεις, ἐλέγχεται παρ' αὐτῶν μάτην. ἐξ ἀγράφων γὰρ ἀσεβήσαντες, ἄγραφα γὰρ τὸ ἐξ οὐκ ὄντων, καὶ

τὸ λεγειν πόθε ὅτε οὐκ ἦν, αἰτιῶνται διότι ἐξ ἀγράφων μεν δυσεβείας νοημάτων λέξεων καὶ ἐκφέρεσθαι αὐτοὶ μὲν γὰρ ὡς ἐκ κοπρίας φύντες, ἐλάλησαν ἀληθῶς ἀπὸ γῆς· οἱ δὲ Ἐπίσκοποι, οὐχ' αὑτοῖς φύντες τὰς λέξεις, ἀλλ' ἐκ τῶν παλαιῶν ἔχοντες τὴν μαρτυρίαν, ἔτως ἔγραψαν. Ἐπίσκοποι γὰρ ἦσαν ἀρχαῖοι, περὶ ἐτῶν ἐγγὺς ὡς ἑκατὸν τεσσάκοντα, τῆς τε μεγάλης ἐν Ρώμῃ καὶ τῆς ἡμετέρας πόλεως, οἱ ἠτιάσαντο τὸν τοῦ θεοῦ ποίημα λέγοντας τὸν υἱὸν, καὶ μὴ ὁμοούσιον τῷ πατρὶ. καὶ τοῦτο ἐγίνωσκεν δυσεβείου καὶ ὁμοφρονοῦντος Ἐπισκόπου τῆς καισαρείας, πρότερον μὲν σωτερέχων τῇ Ἀρειανῇ αἱρέσει ὕστερον δὲ ὑπογράψας τῇ ἐν νικαίᾳ συνόδῳ, ἔγραψε καὶ τοῖς ἰδίοις διαβεβαιούμενος, ὅτι καὶ τῶν παλαιῶν τινὰς λόγους καὶ ἐπιφανεῖς Ἐπισκόπους καὶ συγγραφέας εὕρομεν, ἐπὶ τῆς τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ θεότητος, τῷ δὲ ὁμοουσίῳ χρησαμένους ὀνόματι. ἤτοι μὲν ἓν κατακρύψαντες τὴν νόσον, ἔδεισαν γὰρ τῶν Ἐπισκόπων τὸ πλῆθος, τοῖς ἐκτεθεῖσι συνέθεντο, τὴν φρονηματικὴν καὶ ἡγεμονίαν ἐπισπασάμενοι. βοᾷ γὰρ πρὸς αὐτοὺς ὁ τῶν ὅλων θεὸς, ὁ λαὸς οὗτος τοῖς χείλεσί με τιμᾷ, ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόρρω ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ· θεωνᾶς δὲ καὶ σεκοῦνδος, τοῦτο δρᾶσαι μὴ βεληθέντες, πρὸ πάντων συμφώνως ἀπεκηρύχθησαν, ὡς τὴν ἀρείου βλασφημίαν τῆς εὐαγγελικῆς προδεδωκότες διδασκαλίας. αὖθις δὲ συνελθόντες εἰς τὸ συνέδριον, περὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς πολιτείας νόμους ἔγραψαν εἴκοσι.

A illud, fuit tempus cùm non esset, damnatos se queruntur ex verbis non scriptis, pie tamen intellectis. Etenim ipsi quidem velut in stercore repertis vocibus, vere de terra locuti sunt. Episcopi vero non ex se ipsis voces commenti, sed patrum habentes testimonia, ita scripserunt. Prisci enim Episcopi qui ante annos fere centum ac viginti, tum in magna urbe Roma, tum in nostra civitate sederunt, eos qui Filium Dei facturam esse dicerent, non autem Patri consubstantialem, reprehenderunt. Nec hujus rei ignarus fuit Eusebius Episcopus Cæsariensis: qui prius quidem Arianæ opinioni adhæserat, B postea vero Nicænæ Synodo subscripsit. Scripsit enim ad cives suos his verbis; Reperimus, inquit, quosdam ex antiquis disertos & illustres Episcopos ac scriptores, in explicanda Patris ac Filii Deitate, consubstantialis vocabulo usos esse. Hactenus Athanasius. Isti ergo morbum animi sui occultantes: Episcoporum enim multitudinē reformidabant: expositioni Synodi consenserunt, propheticam objurgationem in semetipsos attrahentes. Clamat enim ad illos hujus universi conditor Deus: Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est à me. C Theonas autem & Secundus, cùm id facere abnuerent, ab omnibus uno consensu excommunicati sunt, utpote qui Arii impietatem Evangelicæ doctrinæ anteposuissent. Posthæc Episcopi rursus in unum convenientes, de Ecclesiæ disciplina viginti leges conscripsere.

Κεφ. θ'.

Τὰ κατὰ μελέτιον τὸν αἰγύπτιον, ἐξ ὧν μελετιανοὶ σχισματικοὶ μέχρι τοῦ παρόντος διέμειναν· καὶ συνοδικὴ περὶ τούτου ἐπιστολή.

Cap. IXm.

De rebus Meletii Ægyptii ex cujus nomine dicti sunt Meletiani Schismatici, qui ad hunc usque diem perdurant: & Synodica de illo epistola.

D

Ἐπειδὴ δὲ καὶ μελέτιος τῆς ἐπισκοπικῆς χειροτονίας ἠξιώθη, ὑπὸ πολλῶν τῶν αἱρέσεων μανίας, εἶτα ἐπὶ λύσει ἀνομίας διελεγχθείς, ὑπὸ θεοδότου πέτρου τοῦ τῶν ἀλεξανδρέων ἐπισκόπου, ὃς καὶ τοῦ μαρτυρίου τὸν στέφανον ἀνεδήσατο, καθηρέθη μὲν, οὐκ ἔστερξε δὲ τὴν τοῦ καθαιρέσεως ψῆφον, τήν τε θηβαΐδα καὶ τὴν πελάζουσαν αἰγυπτον θορύβοις καὶ ζάλης ἐνεπίμπλα, τυραννίδι τοῦ ἀλεξανδρέων χρώμενος προεδρίας, ἔγραψαν πρὸς τὴν ἀλεξανδρέων ἐκκλησίαν

ET quoniā Meletius, qui non multo ante exortam Arii vesaniam Episcopus fuerat ordinatus, postea vero quorundam criminum convictus, à Petro sanctissimo Alexandrinorū Episcopo & martyre depositus quidem fuerat, sed tamen depositionis sententiæ minime acquieverat, & Thebaidem ac vicinam Ægyptum tumultu ac perturbationibus implebat adversus Alexandrinum Primatum tyrannidem exercens, litteras ad Alexandrinā Ecclesiam scri-

pserunt, de his quæ contra novatorem istũ decreverant. Sunt autẽ hujusmodi.

Epistolæ Synodicæ.

Sanctæ & magnæ per Dei gratiam Alexandrinorum Ecclesiæ, & dilectis fatribus per Ægyptum, Libyam ac Pentapolim constitutis, Episcopi qui Niceæ congregati magnum & sanctum Concilium celebrarunt, in Domino salutem.

Quandoquidem Deo optimo maximo, eique charissimo Principe Constantino nos ex diversis civitatibus ac provinciis congregamte, sacra & magna Synodus Nicææ celebrata est, prorsus necessarium duximus ab universo sacro concilio etiam ad vos litteras mitti, ex quibus intelligere possitis quænam proposita atque examinata, quænam item decreta ac stabilita sint. Primùm igitur habita est quæstio coram piissimo Principe Constantino de impietate ac perversitate Arii & sociorum ejus. Cunctisque suffragantibus, placuit, ut impia ejus opinio anathemate damnaretur, verbaque ac nomina blasphemiæ plena quibus utebatur, dicens filium Deum ortum ex nihilo, & fuisse aliquando tempus cùm non esset, & pro arbitrii libertate eum vitii ac virtutis capacem esse: & creaturam illum vocans atque facturam. Hæc omnia anathemate damnavit sanctissima Synodus, opinionis hujus impietatem atque amentiam, & verba blasphemiæ plena, ne audire quidem patienter sustinens. Et ea quidem quæ adversus illum gesta sunt, vel comperistis jam, vel brevi comperturi estis, ne nos insultare videamur homini, qui sceleris sui dignam mercedem recepit. Tantam vero vim habuit ejus impietas, ut Theonam Marmaricæ & Secundum Ptolemaidis Episcopum, secum in exitium pertraxerit. Nam & in istos eadem quæ in illum lata sententia est. Sed quoniam Omnipotentis Dei gratia, pravitate quidem illius opinionis & impietate atque blasphemia, & iis hominibus qui in populo antehac pacato turbas ac dissidia concitarunt ausi fuerant, vos jam liberavit: Meletii vero & eorum qui ab illo ordinati sunt, adhuc reliqua erat contumacia: De his etiam quid statuerit Synodus, vobis significamus fatres charissimi. Placuit igitur, clementius erga Meletium agente Synodo: Summo enim jure nullam veniam merebatur: ut is in civitate sua maneat, nec ullam habeat aut

A ἀπῆλθε τῆς τότε νεωτερ ποιίας ἐνομοθέτησαν, ἔστι δὲ ταῦτα.

Συνοδικαὶ Ἐπιστολαί.

Τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ, χάριτι τοῦ θεοῦ, ἀλεξανδρέων ἐκκλησίᾳ, καὶ τοῖς κατὰ τὴν αἴγυπτον καὶ λιβύην καὶ πεντάπολιν ἀγαπητοῖς ἀδελφοῖς, οἱ ἐν νικαίᾳ συναχθέντες καὶ τῷ μεγάλῳ καὶ ἁγίαν σύνοδον συγκροτήσαντες ἐπίσκοποι, ἐν κυρίῳ χαίρειν.

Ἐπειδὴ τοῦ θεοῦ χάριτι, καὶ θεοφιλεστάτου βασιλέως κωνσταντίνου συναγαγόντος ἡμᾶς ἐκ διαφόρων ἐπαρχιῶν καὶ πόλεων, ἡ μεγάλη καὶ ἁγία σύνοδος ἐν νικαίᾳ συνεκροτήθη, ἐξ ἁπάσης τῆς ἱερᾶς συνόδου, ἀναγκαῖον ἐφάνη καὶ πρὸς ὑμᾶς ἀποσταλῆναι γράμματα, ἵνα εἰδέναι ἔχοιτε, τίνα μὲν ἐκινήθη καὶ ἐξητάσθη, τίνα δὲ ἔδοξε καὶ ἐκρατύνθη. πρῶτον μὲν ἐξητάσθη, τὰ κατὰ τὴν ἀσέβειαν καὶ τὴν βλασφημίαν ἀρείου, ἐπὶ τοῦ θεοφιλεστάτου ἡμῶν βασιλέως κωνσταντίνου. καὶ βλασφημοῦντα ἔδοξεν ἀναθεματισθῆναι τοῦτο ἀσεβῆ αὐτοῦ δόξαν, καὶ τὰ ῥήματα καὶ τὰ νοήματα αὐτοῦ τὰ βλάσφημα, οἷς ἐχρῆτο βλασφημῶν, τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ λέγων ἐξ οὐκόντων εἶναι, καὶ πρὶν γεννηθῆναι μὴ εἶναι, καὶ εἶναι ποτε ὅτε οὐκ ἦν, καὶ αὐτεξουσιότητι κακίας καὶ ἀρετῆς δεκτικὸν εἶναι τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ. ταῦτα βλάσφημα ἀνεθεμάτισεν ἡ ἁγία σύνοδος, ἐδὲ ὅσον ἀκοῦσαι τῆς ἀσεβοῦς δόξης καὶ τῆς ἀπονοίας καὶ τῶν βλασφήμων ῥημάτων ἀναχωρήσασα. καὶ τὰ μὲν καθ' ἑκάστους οὕτως τέλος τετύχηκεν, ἢ ἀκηκοάτε ἢ ἀκούσεσθε, ἵνα μὴ δόξωμεν ἐπεμβαίνειν ἀνδρὶ δι' οἰκείαν ἁμαρτίαν ἄξια τὰ ἐπιχειρήματα κομισαμένῳ. τοσοῦτον δὲ ἴσχυσεν ἡ αὐτοῦ ἀσέβεια, ὡς καὶ συναπολαῦσαι θεωνᾶ τὸν ἀπὸ μαρμαρικῆς, καὶ σεκοῦνδον τὸν ἀπὸ πτολεμαΐδος. τῶν γὰρ αὐτῶν κἀκεῖνοι τετυχήκασιν. ἀλλ' ἐπειδὴ ἡ τοῦ θεοῦ χάρις, τὴν κακοδοξίας ἐκείνης καὶ τὴν βλασφημίας, καὶ τῶν προσώπων τῶν τολμησάντων διάσασιν καὶ διαίρεσιν ποιήσασθαι τοῦ εἰρηνευομένου ἄνωθεν λαοῦ, ἠλευθέρωσε τὴν αἴγυπτον· ἐλείπετο ἔτι καὶ τὴν προπετεστάτην μελέτιον καὶ τῶν ὑπ' αὐτὸν χειροτονηθέντων, καὶ τὰ περὶ τούτου δόξαντα τῇ συνόδῳ, ἐμφανίζομεν ὑμῖν ἀγαπητοὶ ἀδελφοί. ἔδοξε μὲν οὖν μελέτιον, φιλανθρωπότερον κινηθείσης τῆς ἁγίας συνόδου· καὶ γὰρ τὸν ἀκριβῆ λόγον, οὐδὲ μιᾶς συγγνώμης ἄξιον ἦν μένειν

ἐν τῇ πόλει ἑαυτοῦ, ⸀μηδεμίαν ἐξουσίαν ἔχειν μήτε προχειρίζεσθαι, μήτε χειροθετεῖν, μήτε ἐν χώρᾳ ἢ πόλει τινὶ φαίνεσθαι ταύτης τῆς προθέσεως ἕνεκεν, ψιλὸν δὲ τὸ ὄνομα τῆς τιμῆς κεκτῆσθαι. οὗτοι δὲ ὑπὸ ἀπορᾶς καθαιρεθέντας, μυστικωτέρᾳ χειροτονίᾳ βεβαιωθέντας, κοινωνεῖν μὲν τούτοις, ἐφ' ᾧ τε ἔχειν, μὴν αὐτοῦ τιμῶν μηδὲν λειτουργεῖν· δεύτερος δὲ εἶναι ἐξάπαντος τῶν ἐν ἑκάστῃ παροικίᾳ καὶ ἐκκλησίᾳ ἐξεταζομένων, ὑπὸ τὸν σιμωτάτιον καὶ συλλειτουργὸν ἡμῶν Ἀλέξανδρον προχειροτονηθέντα· ὡς τούτοις μὲν μηδεμίαν ἐξουσίαν εἶναι ἢ ἀρεσκομένοις αὐτοῖς προχειρίζεσθαι, ἢ ὑπὸ ἄλλου ὄνομα, ἢ ὅλως ποιεῖν τι χωρὶς τῆς γνώμης τοῦ καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας ἐπισκόπου τοῦ ὑπὸ Ἀλέξανδρον. τοὺς δὲ χάριτι θεοῦ καὶ δι' ἡμῶν ὑμετέραις ἐν μηδενὶ σχίσματι εὑρεθέντας, ἀλλ' ἀκηλιδώτους ἐν τῇ καθολικῇ καὶ ἀποστολικῇ ἐκκλησίᾳ οὔσας, ἐξουσίαν ἔχειν καὶ προχειρίζεσθαι, καὶ ὄνομα ὑπολέγεσθαι τῶν ἀξίων τοῦ κλήρου, καὶ ὅλως πάντα ποιεῖν κατὰ νόμον καὶ θεσμὸν τὸν ἐκκλησιαστικόν. εἰ δέ τινα πολλὰ συμβαίη ἀναπαύσασθαι τῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, τιμιωτάτους σωματοειδῶς εἰς τὴν τιμὴν τοῦ τετελευτηκότος, τοὺς ἄρτι προσηλύτους, μόνον εἰ ἄξιοι φαίνοιντο καὶ ὁ λαὸς αἰροῖτο, συνεπιψηφίζοντος αὐτοῖς τοῦ ὑποφαγίζοντος, τοῦ καθολικῆς ἀληθείας ὑποσκόπου. τοῦτο δὲ τοῖς μὲν ἄλλοις ἅπασι συνεχωρήθη· ἐπὶ δὲ Μελετίου προσώπου, ἀκέραιον ἔδοξε, διὰ τὴν ἀνέκαθεν αὐτοῦ ἀταξίαν, καὶ διὰ τὸ πρόχειρον καὶ προπετὲς τῆς γνώμης· ἵνα μηδεμία ἐξουσία αὐθενλίας αὐτῷ δοθῇ, ἀνθρώπῳ δυναμένῳ πάλιν τὰς αὐτὰς ἀταξίας ποιῆσαι. ταῦτά ἐστι τὰ ἐξαίρετα καὶ διαφέροντα αἰσθέσθω, τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ Ἀλεξανδρέων. εἰ δέ τι ἄλλο ἐκανονίσθη, ἢ ἐδογματίσθη, συμπαρόντος καὶ κυρίου καὶ τιμιωτάτου συλλειτουργοῦ καὶ ἀδελφοῦ ἡμῶν Ἀλεξάνδρου, αὐτὸς παρὼν ἀκριβέστερον ἀνοίσει πρὸς ὑμᾶς, ἅτε δὴ κυρίου καὶ κοινωνὸς τῶν γεγενημένων τυγχάνων. διαγγελίζομεθα δὲ ὑμᾶς καὶ περὶ τῆς συμφωνίας τοῦ ἁγιωτάτου ἡμῶν πάσχα, ὅτι ταῖς ὑμετέραις εὐχαῖς καὶ λογισθήσεται τοῦτο τὸ μέρος, ὥστε πάντας τοὺς τέως ἀδελφοὺς, τοὺς πρότερον μὴ ποιοῦντας σύμφωνα ἡμετέροις καὶ ὑμῖν καὶ πᾶσι τοῖς ἐξ ἀρχῆς φυλάττουσι τὸ πάσχα, σὺν τοῖς δυσὶν ὑμῶν ἄγειν χαίροντες

A manus imponendi, aut eligendi, potestatem; nec hujus rei causâ aut in vico aut in urbe ulla compareat, sed nudum honoris sui nomen retineat. Ii vero qui ab ipso constituti sunt, sanctiore ordinatione confirmati, ad communionem admittantur ea lege, ut honorem quidem ac ministerium suum retineant: secundo tamen semper loco sint ab iis omnibus, qui in unaquaque parœcia & Ecclesia versantur, à charissimo collega nostro Alexandro prius ordinati. Adeo ut his quidem nulla facultas suppetat, quos visum fuerit eligendi, aut nomen cujuspiam suggerendi, aut omnino quidquam gerendi sine consensu Episcopi Catholicæ Ecclesiæ qui Alexandro subjectus est. Illi vero qui Dei juvante gratia vestrisque precationibus, nullo unquam in schismate deprehensi sunt, sed in Catholica & Apostolica Ecclesia absque labe ulla perseverant, potestatem habeant eligendi, & proponendi nomina eorum qui in clerum eligi meruerint; cuncta denique peragendi juxta legem & sanctionem Ecclesiæ. Quod si quempiam eorum qui in Ecclesia censentur, diem suum obire contigerit; tum in defuncti locum atque honorem provehantur, ii qui nuper adsciti sunt, modo digni videantur, & modo populus eos eligat, suffragante nihilominus plebisque judicium confirmante, Alexandrinæ urbis Episcopo. Et aliis quidem omnibus id concessum est. De Meletio vero ob pristinam ejus contumaciam, & ob temerarium ac præceps hominis ingenium, aliter placuit decernere, ne potestas auctoritasque ulla tribuatur homini, qui easdem rursus turbas excitare possit. Atque hæc sunt quæ ad Ægyptum, & ad sanctissimam Alexandrinorum Ecclesiam privatim pertinent. Si quid autem præterea, præsente Domino & charissimo collega ac fratre nostro Alexandro, sancitum ac definitum est, id ipse vobis accuratius referet, quippe qui gestorum auctor ac particeps existat. Nuntiamus præterea vobis de concordia sanctissimi Paschæ; hoc etiam negotium, precibus vestris adjuvantibus, feliciter confectum fuisse, cunctosque qui in Oriente sunt fratres, qui antea cum Romanis & vobiscum, & cum omnibus jam inde ab ultima antiquitate Pascha observantibus minime consentiebant, deinceps vobiscum esse celebraturos. Vos ergo

læti atque hilares ob felicem rerum eventum, & ob communem omnium pacem atque concordiam, & quod hæresis omnis penitus excisa est, majore cum honore ac benevolentia collegam nostrum vestrumque Episcopum Alexandrum excipite; qui & sua præsentia maximam nobis attulit voluptatem, & in tam provecta ætate plurimum laboris sustinuit, ut pax inter vos restitueretur. Orate etiam pro nobis omnibus, ut quæ recte constituta sunt, firma permaneant per Dominum nostrum Jesum Christum; facta ut credimus juxta beneplacitum Dei Patris in sancto Spiritu, cui gloria in cuncta secula, Amen.

Trinitas consubstantialis & æterna.

Ac Divinus quidem ille Antistitum cœtus hanc Meletii morbo medicinam adhibuit. Manserunt tamen in hunc usque diem reliquiæ quædam illius vesaniæ. Suntque adhuc illis in locis quædam Sodalitia Monachorum, qui & sanam fidei doctrinam minime amplectuntur, & in vivendi ratione novis quibusdam studiis atq; institutis utuntur; quæ cum Samaritanorum ac Judæorũ stupore consentiunt. Scripsit etiam Maximus Imperator ad Episcopos qui ad Concilium venire non potuerant, de rebus in eo gestis certiores eos faciens. Quam quidem epistolam huic historiæ inserere, operæ pretium duxi, utpote qui pium ac Deo dicatum Imperatoris animum perspicue demonstret.

ἓν Πνεύματι τοῖς καθ' ἡμᾶς, καὶ ἐπὶ τῇ κοινῇ εἰρήνῃ καὶ συμφωνίᾳ, καὶ ἐπὶ τῷ πᾶσαν αἵρεσιν ἐκκοπῆναι, ἀποδέξασθε μετὰ μείζονος τιμῆς καὶ πλείονος ἀγάπης τὸν συλλειτουργὸν ἡμῶν, ἐπίσκοπον ὑμῶν Ἀλέξανδρον, ὃν διὰ φάνατα ἡμᾶς τῇ παρουσίᾳ, καὶ ἐν ταύτῃ τῇ ἡλικίᾳ τοσοῦτον πόνον ὑποστάντα, ὑπὲρ τοῦ εἰρηνεῦσαι τὰ παρ' ὑμῖν. εὔχεσθε δὲ καὶ ὑπὲρ ἡμῶν ἁπάντων, ἵνα τὰ καλῶς ἔχοντα βέβαια μείνῃ διὰ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καθ' ὁμολογίαν γεγενημένα, ὡς γε πεπιστεύκαμεν, τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς ἐν πνεύματι ἁγίῳ· ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

Ἡ τελεία ὁμοούσιος καὶ ἀΐδιος. Ὁ μὲν δὴ θεῖος ἐκεῖνος τῶν ἀρχιερέων ὅμιλος, ταύτῃ τῇ νόσῳ μελετίῳ τὴν θεραπείαν προσήνεγκε. μεμίμηκε δὲ ὅμως μέχρι καὶ τήμερον, τῆς ἐκείνου παραπλησίας τὰ λείψανα· καὶ ἔστιν ἐν ἐκείνοις γε τοῖς χωρίοις μοναχῶν τινα συστήματα, ἅτε τοῖς ὑγιαίνουσι προσθήματα δόγμασι, καὶ κατὰ τὴν πολιτείαν καινοῖς τισὶν Ἰουδαϊσμοῖς κεχρημένα, τῇ Σαμαρειτῶν καὶ Ἰουδαίων φρενοβλαβείᾳ συμβαίνοντα. ἐπέστειλε δὲ καὶ βασιλεὺς ὁ μέγας, σαφεστέρους ἀφικέσθαι μὴ δυνηθέντας τοὺς ἐπισκόπους τὰ πεπραγμένα διδάσκων· καὶ πρότερον νενόμικα καὶ ταύτην ἐνθεῖναι τῇ συγγραφῇ τὴν ἐπιστολήν, τῆς τοῦ γεγραφότος ψυχῆς τὸ θεοφιλὲς σαφῶς ἐκδιδάσκουσαν.

Cap. X.

Epistola Imp. Constantini ad Episcopos, qui Synodonon interfuerant, de iis quæ decreta erant in Concilio.

Constantinus Augustus Ecclesiis.

Cum ex prospero Reipublicæ statu compertum haberem, quanta fuisset erga nos Omnipotentis Dei benignitas; in hoc præcipue mihi elaborandum esse existimavi, ut à sanctissimis Ecclesiæ catholicæ populis una fides, sincera charitas, & consona erga Omnipotentem Deo religio servaretur. Sed quoniam fieri non poterat, ut ea res firme ac stabiliter constitueretur, nisi omnibus Episcopis, vel certe plurimis eorum in unum congregatis, singula quæ ad sacratissimam religionem pertinent, disceptata prius fuissent: hanc ob causam coactis quam fieri potuit, plurimis Sacerdotibus, me

Κεφ. ί.

Ἐπιστολὴ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου πρὸς τοὺς ἀπολειφθέντας ἐπισκόπους, περὶ τῶν ἐν τῇ συνόδῳ τυποθέντων.

Κωνσταντῖνος σεβαστὸς ταῖς ἐκκλησίαις.

Πείραν λαβὼν ἐκ τῆς τῶν κοινῶν εὐπραξίας, ὅσης τε θείας δυνάμεως πέφυκε χάρις, τοῦτον πρὸ πάντων ἔκειτό μοι προσήκειν σκοπὸν, ὅπως καὶ τοῖς μακαριωτάτοις τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας πλήθεσι, πίστις μία καὶ εἰλικρινὴς ἀγάπη, ὁμογνώμων τε περὶ τὸν παγκράτη θεὸν εὐσέβεια τηρῆται. ἀλλ' ἐπεὶ δὴ τοῦτο ἑτέρως ἐκ τοῦ δυνατοῦ μὴ ἐγχωρεῖν βεβαίαν τάξιν λαβεῖν, εἰ μὴ εἰς ταὐτὸν πάντων ὁμοῦ, ἢ τῶν γε πλείστων ἐπισκόπων συνελθόντων, ἑκάστου τῶν προσηκόντων τῇ ἁγιωτάτῃ θρησκείᾳ διάκρισις γένοιτο· τούτου ἕνεκεν πλείστων ὅσων συναθροι-

σθέν-

θέλων ἢ αὐτὸς ὃ καθάπερ εἷς ἐξ ὑμῶν τυγχά- A
νων, συμπαρών. ἐ γὰρ δέ νησαί μοιμὲν ἂν ἐφ' ᾧ
μάλισα χαίρω, συνθεράπων ὑμέτερος πεφυ-
κέναι. ἀλλ' ἐπειδὴ τὰ πάντα τῆς προσηκούσης τε-
τύχηκεν ἐξετάσεως, ἀλλ' ἐπὶ τῷ πάντων ἐφό-
ρῳ θεῷ δόξασα γνώμη πᾶσι τὴν τῆς ἑνότη-
τος συμφωνίαν εἰς φῶς προσήχθη, ὡς μηδὲν
ἔτι πρὸς διχόνοιαν ἢ πίστεως ἀμφισβήτησιν
ὑπολέπεσθαι. ἔνθα καὶ πᾶσι τῆς ἁγιωτάτης τοῦ
πάσχα ἡμέρας γνωμένης ζητήσεως, ἔδοξε
κοινῇ γνώμῃ καλῶς ἔχειν, ἅπαν μιᾶς ἡμέρας
πάντας ἐν τῷ αὐτῷ ἀπαντᾶν ἐπιτελεῖν. τί γὰρ ἡμῖν
κάλλιον, τί δὲ σεμνότερον ὑπάρξαι δυνήσεται, B
τοῦ τὴν ἑορτὴν ταύτην, παρ' ἧς τὴν τῆς ἀθανα-
σίας εἰλήφαμεν ἐλπίδα, μιᾷ τάξει καὶ φανερῷ
λόγῳ πᾶσι καὶ πᾶσιν ἀδιαπτώτως φυλάττεσθαι.
καὶ πρῶτον μὲν, ἀνάξιον ἔδοξεν εἶναι τὴν ἁγιω-
τάτην ἐκείνην ἑορτὴν, τῇ τῶν Ἰουδαίων ἑπομέ-
νους συνηθείᾳ πλημμελῶς, οἷς τὰς ἑαυτῶν χεῖρας
ἀθεμίτῳ πλημμελήματι χεράναντες, εἰκότως
τὰς ψυχὰς οἱ μιαροὶ τυφλώττουσιν. ἔξεστι γὰρ
τοῖς ἐκείνων ἔθνεσι προσηκόντως, ἀληθεστέραν
τάξιν ἐκ πρώτης τοῦ πάθους ἡμέρας μέχρι
τοῦ παρόντος ἐφυλάξαμεν, καὶ ἐπὶ τοὺς μέλλον-
τας αἰῶνας τὴν τῆς ἐπιτηδεύσεως ταύτης συμ-
πλήρωσιν ἐχούσης. μηδὲν τοίνυν ἔστω ἡμῖν κοι- C
νὸν μετὰ τοῦ ἐχθίστου τῶν Ἰουδαίων ὄχλου. εἰλήφα-
μεν γὰρ παρὰ τοῦ σωτῆρος ἑτέραν ὁδόν. πρόκειται
δὲ ἡμῖν τῇ ἱερωτάτῃ ἡμῶν θρησκείᾳ καὶ πρέπων,
καὶ νόμιμον. τούτου συμφώνως ἀπολαμβανό-
μενοι, τῆς αἰσχρᾶς ἐκείνης ἑαυτοὺς συνειδήσεως
ἀποσπάσωμεν ἀδελφοὶ τιμιώτατοι. ἔστι γὰρ
ὡς ἀληθῶς ἀτοπώτατον, ἐκείνους αὐχεῖν, ὡς
ἄρα παρ' ἐκείνοις τῆς αὐτῶν διδασκαλίας ταῦτα
φυλάττειν ἐκείνους ἱκανοί. τί δὲ φρονεῖν ὀρθὸν
ἐκεῖνοι δυνήσονται, οἱ μετὰ τὴν κυριοκτονίαν ἐκεί-
νην ἐκ νηπίων τῶν φρενῶν, ἀγουλαὶ ἐλογισμῷ
τινι, ἀλλ' ὁρμῇ ἀκαθέκτῳ, ὅπου ἂν αὐτοὺς ἡ D
ἔμφυτος αὐτῶν ἀπάγῃ μανία. ἐκεῖθεν τοίνυν
καὶ τούτῳ τῷ μέρει τὴν ἀλήθειαν ἐκφοβοῦσιν, ὡς
ἀεὶ τὸ πλεῖον αὐτοὺς πλανωμένους, αὐτὶ τῆς
προσηκούσης ἐπανορθώσεως, ἐν τῷ αὐτῷ ἔτει
δεύτερον τὸ πάσχα ἐπιτελεῖν. τίνος δὲν χαίειν
τούτοις ἐπόμεθα, οἱ δεινῶν πλάνων νοσεῖν ὠ-
μολογοῦν). δεύτερον γὰρ τὸ πάσχα ἐν ἐνὶ ἐνιαυ-
τῷ, ἐκ ἂν ποτε ποιεῖν ἀνεξοίμεθα. ἀλλ' εἰ καὶ
ταῦτα μὴ πρόκειτο, τὴν ὑμετέραν ἀξιόω

quoq; tanquam uno ex vobis præsente: neq; enim negaverim id quo maxime exultq, conservum me vestrum esse: cuncta competenti examine eo usque discussa sunt, donec inspectori omnium Deo acceptа sententia, ad unitatis concentum proferretur in lucem: Ita ut nullus dissensioni, nullus controversię de fide locus amplius relinqueretur. Ubi cùm de sanctissimo etiam Paschæ die quæsitum fuisset, communi omnium sententia decretum est, eam festivitatem uno eodemq; die ab omnibus ubiq; celebrari oportere. Quid enim pulchrius, quid honestius nobis esse possit, quam ut hæc festivitas, à qua spem immortalitatis accepimus, uno eodemq; ordine & certa ratione ab omnibus inoffense observetur? Ac primùm visum est omnibus rem esse prorsus indignam, ut in sanctissimæ hujus solennitatis celebratione consuetudinem Judæorum sequeremur. Qui cùm manus suas nefario scelere contaminarint, merito impuri homines cæcitate mentis laborant. Quippe rejecta illorum consuetudine, possumus rectiori ordine, quem à primo passionis die ad hæc usq; tempora servavimus, ad futura etiam sæcula hujus observantiæ ritum propagare. Nihil ergo nobis commune sit cum inimicissima Judæorum turba. Aliam enim viam à Servatore accepimus. Propositus est sacratissimæ religioni nostræ cursus legitimus & honestus. Hunc unanimi consensu retinentes, ab illa turpissima societate & conscientia nos abstrahamus, fratres charissimi. Est enim profecto absurdissimum, quòd illi magnifice jactant, nos absque ipsorum magisterio hæc commode observare non posse. Quidnam vero illi recte sentire possint, qui post necem Domini; post illud parricidium mente capti; non ratione sed præcipiti impetu feruntur, quocunque innatus furor ipsos impulerit. Hinc est quod ne in hac quidem parte veritatem ipsam perspiciunt: adeo ut à convenienti emendatione longissime aberrantes, uno eodemque anno duo Paschata celebrent. Quid ergo est cur istos sequamur, quos constat gravissimo erroris morbo laborare? Nam uno eodemque anno geminum Pascha facere, nunquam profecto sustinebimus. Verum etiamsi ea quæ dixi minime suppeterent, vestræ tamen solertiæ est, id curare omnibus modis atq; optare,

ne sanctitas animarum vestrarum, in ullius rei similitudine, eum nequissimorum hominum moribus sociari & commiscri videatur. Illud præterea considerandum est, nefas esse ut in tanti momenti negotio, & in hujusmodi religionis solennitate, dissensio reperiatur. Unum enim libertatis nostræ festum diem, hoc est, diem sacratissimæ passionis, Servator noster nobis reliquit: unamq; esse voluit Catholicam Ecclesiam. Cujus membra licet variis locis dispersa sint, uno tamen spiritu, Dei scilicet voluntate, foventur. Consideret, quæso, vestræ sanctitatis solertia, quam grave sit & indecorum, iisdem diebus alios quidem jejuniis intentos esse; alios vero convivia celebrare: & post dies Paschæ, alios quidem in festivitatibus & animorum remissione versari, alios vero definitis vacare jejuniis. Hoc itaq; convenienti emendatione corrigi, & ad unam eandemq; formam redigi, Divina vult providentia, quemadmodum omnes meo quidem judicio intelligitis. Proinde cùm hoc ita emendari oporteret, ut nihil nobis commune esset cum illorum Domini interfectorum & parricidarum consuetudine; cùmque hic ordo decentissimus sit, quem omnes tam Occidentalium, quam Meridianarum & Septentrionalium orbis partium Ecclesiæ, ac nonnullæ quoq; Orientalium servant: idcirco id æquum rectumq; esse omnes judicaverunt, quod & vobis placiturum esse spopondi; ut scilicet quod in urbe Roma, perque omnem Italiam, Africam, Ægyptum, per Hispaniam, Gallias, Britannias, Libyas; per universam Achaiam; per Asianam & Ponticam diœcesin; per Ciliciam denique; concordi sententia observatur, id vestra quoq; prudentia libentibus animis amplectatur. Illud nimirum attendens, non modo majorem esse numerum Ecclesiarum in locis supra memoratis; verum etiam æquissimum esse, ut omnes in commune id velint, quod stricta ratio exigere videtur, nec ullam cum Judæorum perjurio habet societatem. Atque ut summatim ac breviter dicam, placuit communi omnium judicio, ut sanctissima Paschæ festivitas uno eodemque die celebraretur. Neque enim decet in tanta sanctitate, aliquam esse dissonantiam: præstatque eam sequi sententiam, in qua nulla est alieni

A ἐχέλω ϗ διὰ σπουδῆς ⸂δι' εὐχῆς ἔχειν πάντες, ἐν μηδενὸς ὁμοιώματι τὸ καθαρὸν τῆς ὑμετέρας ψυχῆς κοινωνεῖν δοκεῖν ἀνθρώπων ἤθεσι πανσκάκων. πρὸς τούτοις κἀκεῖνο πάρεστι συνορᾶν, ὡς ἐν πολιτικῷ πράγματι ⸂τοιαύτης θρησκείας ἑορτὴν διαφωνίαν ὑπάρχειν, ἔστιν ἀθέμιτον μίαν γὰρ ἡμῖν τὴν τῆς ἡμετέρας ἐλευθερίας ἡμέραν, τελεῖται τὴν ⸂ἁγιωτάτου πάθους, ὁ ἡμέτερος παρέδωκε σωτήρ. μίαν εἶναι τὴν καθολικὴν ἀπὸ ⸂ἐκκλησίαν βεβούλη⸃ται. ἧς εἰκὸς τὰ
B μάλιστα, εἰς πολλούς τε ϗ διαφόρους τόπους τὰ μέρη διῃρῆσθαι, ἀλλ' ὅμως ἑνὶ πνεύματι, τελεῖσθαι τῷ θείῳ βουλήματι θάλπεται. λογισάσθω οὖν ἡ τῆς ὑμετέρας ὁσιότητος ἀγχίνοια, ὅπως ἐστὶ δεινόν τε ⸂ἀπρεπές, ϗ τὰς αὐτὰς ἡμέρας, ἑτέρους μὲν ταῖς νηστείαις ⸂σχολάζειν, ἑτέρους ⸃δὲ συμπόσια συνελεῖν. ϗ μὴν ⸂τὰς δὲ πάσχα ἡμέρας, ἄλλους μὲν ἐν ἑορταῖς ϗ ἀνέσεσιν ⸂διατρίβειν, ἄλλους ⸃δὲ ταῖς ὡρισμέναις ἐκδεδόσθαι νηστείαις. διὰ τοῦτο γοῦν, τῆς προσηκούσης ἐπανορθώσεως ⸂τυχεῖν καὶ πρὸς μίαν διάλυπωσιν ἄγεσθαι τοῦτο, ἡ θεία πρόνοια βούλεται, ὡς ἔγωγε ἅπαντας ἡγοῦμαι συνορᾶν. ὅθεν ἐπειδὴ τοῦτο ὕτως ἐπανορθοῦσθαι
C προσῆκεν, ὡς μηδὲν μὴ τῶν παλαιόθεν τε ⸂ϗ κυριακόθεν ἐκείνων εἶναι ἡμῖν κοινόν, ἐστί τε ⸂τάξις εὐπρεπὴς, ὧν ἅπασαι αἱ τῶν δυσικῶν τε ϗ μεσημβρινῶν ϗ ἀρκτώων τῆς οἰκουμένης μερῶν ⸂φυλάττουσιν ⸂ἐκκλησίαι, καί τινες τῶν ϗ τὴν ἑῴαν τόπων. ὧν ἕνεκεν ⸂πᾶσι τὸ παρόν καλῶς ἔχειν ἅπαντες ἠξίωσαν⸃, ϗ αὐτὸς ⸃δὲ τῇ ὑμετέρᾳ ἀγχινοίᾳ ἀρέσκειν ὑπεχόμην, ἵν' ὅπερ ⸃δ' ἂν ϗ τὴν ῥωμαίων πόλιν, ⸂Ἰταλίαν τε ⸂ϗ ἀφρικὴν ἅπασαν, αὐσονίους, ⸂ἱσπανίας, γαλλίας, ⸂βρεταννίας, λιβύας, ὅλην τὴν ἑλλάδα, ἀσιανήν τε διοίκησιν ϗ ποντικὴν, ϗ κιλικίαν, μιᾷ ϗ συμφώνῳ
D φυλάττῃ⸃ γνώμῃ, ἀσμένως τοῦτο ϗ ἡ ὑμετέρα ⸂προσδέξηται σύνεσις. λογιζομένη ὡς ἀ μόνον πλειόνων ἐστὶν ὁ τῶν ϗ σὺν προειρημένους τόπους ἐκκλησιῶν ἀριθμὸς, ἀλλὰ ⸂ϗ ὡς τοῦτο μάλιστα κοινῇ πάντας ὁσιωτάτους εἶναι βούλεσθαι, ὅπερ ϗ ὁ ἀκριβὴς λογισμὸς ἅπασιν δοκεῖ, ϗ ὐδὲ μίαν μὴ τ' ἰουδαίων ⸂πορκίας ἔχειν κοινωνίαν. ἵνα ϗ τὸ κεφάλαιωδέστατον σωζόμενον εἴπω, κοινῇ πάντων ἥρεσε κρίσει, τὴν ἁγιωτάτην τοῦ πάσχα ἑορτὴν μιᾷ ϗ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ συντελεῖσθαι. οὐδὲ γὰρ πρέπει ἐν τοσαύτῃ ἁγιότητι εἶναί τινα διαφοράν. ϗ κάλλιον ἕπεσθαι τῇ γνώμῃ ταύτῃ,

ἐν ᾧ ἀδελφία ἐστὶν ἀλλοτρίας πλάνης καὶ ἁμαρτήματος μετοχή. τούτων οὕτω συνεστώτων, ἀσμένως δέχεσθε τὴν ἐπάνιον χάριν καὶ θείαν ὡς ἀληθῶς ἐπιτελοῦντες. πᾶν γὰρ ὅτι δ' ἂν ἐν τοῖς ἁγίοις τῶν ἐπισκόπων συνεδρίοις πραχθήσεται, τοῦτο πρὸς τὴν θείαν βούλησιν ἔχειν τὴν ἀναφοράν. διὸ πᾶσι τοῖς ἀγαπητοῖς ἡμῖν ἀδελφοῖς ἐμφανίσαντες τὰ προγεγραμμένα ἤδη, καὶ τὸν προειρημένον λόγον, καὶ τὴν προσήκουσαν τῆς ἁγιωτάτης ἡμέρας, ὑποδέχεσθαί τε καὶ διατάττειν ὀφείλετε. ἵνα ἐπειδὰν πρὸς τὴν πάλαι μοι ποθουμένην τῆς ὑμετέρας διάθεσιν ὄψιν ἀφίκωμαι, ἐν μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ τὴν ἁγίαν μεθ' ὑμῶν ἑορτὴν ἐπιτελέσαι δυνηθῶ, καὶ πάντων ἕνεκεν μεθ' ὑμῶν εὐδοκήσω, σωζομένων τὴν διαβολικὴν ὁμότητα ὑπὸ τῆς θείας δυνάμεως διὰ τῶν ἡμετέρων πράξεων ἀνηρημένην, ἀκμαζούσης πανταχοῦ τῆς ὑμετέρας πίστεως καὶ εἰρήνης καὶ ὁμονοίας. ὁ θεὸς ὑμᾶς διαφυλάττειν ἀγαπητοὶ ἀδελφοί.

A errorisque scelerisque societas atq; communio. Quæ cùm ita sint, cœlestem gratiam & plane divinum mandatum libenter suscipite. Quidquid enim in sanctis Episcoporum conciliis geritur, id omne ad divinam referendum est voluntatem. Quamobrem ubi ea quæ gesta sunt, dilectis fratribus nostris intimaveritis, supradictam rationem & sanctissimi diei observantiam suscipere & constituere debetis; ut cùm in dilectionis vestræ conspectum jam pridem à me desideratum venero, uno eodemq; vobiscum die sanctam festivitatem peragere possim; utque de omnibus unà vobiscum gaudeam, cernens diaboli crudelitatem Divinâ potentiâ, nobis operam navantibus esse sublatam; florente ubique terrarum vestra fide, & pace atque concordia. Deus vos servet fratres charissimi.

Κεφ. ια'.

Περὶ τῆς συνηρεσίων τῶν τοῖς ἐκκλησίαις χορηγηθέντων, καὶ τῆς ἄλλης τοῦ βασιλέως ἀρετῆς.

Cap. XI.

De annonis quas Ecclesiis tribui jussit: & de aliis Imperatoris virtutibus.

Ταῦτα μὲν τοῖς ἀπολειφθεῖσιν ἐπέστειλε. σὺν δὲ τοῖς συνελθοῦσιν, ὀκτωκαίδεκα δὲ ἦσαν καὶ τριακόσιοι, πολλοῖς μὲν ἐφιλοφρονήσατο καὶ λόγοις καὶ δώροις. πολλὰς δὲ συμβάσεις εὑρεπιωθῆναι κελεύσας, καὶ ταύτην εἰσίασεν ἅπασας· σὺν μὲν ἀξιωτέρους ὁμοτραπέζους λαβών, σὺν δὲ ἄλλους διελὼν εἰς τὰς ἄλλας. θεασάμενος δέ τινας σὺν θεμιτοῖς ὀφθαλμοῖς ἐκκεκομμένους, καὶ μαθὼν ὡς τὸ πρὸς τὴν εὐσέβειαν ἑδραῖον τῶν πάθους ἐγένετο πρόξενον, τὰ χείλη τοῖς τραύμασι προσενήνοχεν, ἐλκύσας ἐκεῖθεν τῷ φιλήματι τὴν εὐλογίαν πιστῶν. πέρας δὲ τῷ συμποσίῳ λαβόντος, ἕτερα πάλιν αὐτοῖς προσενήνοχε δῶρα. καὶ μέντοι καὶ γράμματα πρὸς σὺν τῶν ἐθνῶν προσαλοῦσας δέδωκεν ἄρχοντας, καθ' ἑκάστην πόλιν χορηγεῖσθαι παρεγγυῶν ταῖς ἀεὶ παρθένοις καὶ χήραις, καὶ τοῖς ἀφιερωμένοις τῇ θείᾳ λειτουργίᾳ, ἐτησίαν συνηρεσίαν, φιλοτιμίᾳ μᾶλλον ἢ χρείᾳ ταῦτα μερίσας. τούτων τὸ τριπλοῦν μέρος ἐκτίνειν τὴν χορηγεῖται, ἰουλιανὸς μὲν τὸ δυσσεβὲς πᾶν καθάπαξ ἀφελόμενος· τοῦ δὲ μετ' ἐκεῖνον, τὰ νῦν χορηγούμενα προσαχθῆναι προσέταξε. ὁ γὰρ λιμὸς ὀλίγον ἐποίει τότε

Et hæc quidem absentibus Imperator scripsit. Eos vero qui Nicæam convenerant: erant hi trecenti decem & octo Episcopi: tum verbis, tum muneribus humanissime excepit. Cumq; stibadia plurima parari jussisset, cunctis simul epulum præbuit: præcipuos quidem suæ ipsius mensæ adhibens, reliquos vero in alia stibadia distribuens. Et cùm dextros oculos quibusdam effossos videret, comperissetque eos ob constantiam fidei istud supplicium pertulisse, labra vulneribus admovit, hinc se benedictionem percepturum esse confidens. Finito deinde convivio, alia rursus eis præbuit munera. Litteras quoque ad provinciarum Rectores dedit, quibus mandabat, ut per singulas civitates virginibus ac viduis, & iis qui divino ministerio erant consecrati, annona quotannis præberetur: ex sua potius liberalitate quàm ex usu ac necessitate, modum annonarum definiens. Harum pars tertia nostrâ quoque ætate Ecclesiis præbetur. Nam cùm impius Julianus omnes illas annonas ademisset, successor ejus eas quæ nunc erogantur, præberi jussit. Etenim fames eo tempore, illationis tributariæ modum imminuerat. Quod si modus annonæ, qui tunc erogabatur eo, qui nunc præbetur, triplo major

fuit, quivis ex eo perspicere facile pot- A
est Imperatoris magnificentiam. Sed
neq; istud silentio prætereundum puto. Quidam jurgiis ac simultatibus
dediti, nonnullos Episcoporum accusaverant, & accusationum libellos Imperatori obtulerant. Eos ille cùm ante restituram concordiam accepisset, in unum fasciculum colligavit, & annulo suo obsignatos servari præcepit. Postea verò cùm pacem inter Episcopos composuisset, prolatos in medium libellos coram ipsis exussit, jurejurando affirmans, nihil eorum quæ scripta essent, à se lectum fuisse. Nefas enim esse ajebat, ut Sacerdotum delicta ad B
vulgi notitiam pervenirent, ne populus offendiculi occasionem inde arripiens, licentius ad flagitia prorumperet. Istud quoq; adjecisse dicitur: Se si Episcopum adulterium perpetrantem oculis suis videret, illegitimum facinus paludamento suo obtecturum esse, ne hujus facinoris spectaculum ipsis spectatoribus noxium esset. Cùm igitur Episcopos hoc modo admonuisset, & ejusmodi honore affecisset; ut ad suum quisque gregem rediret, hortatus est. Ego vero Arianorum improbitatis causa, qui non
modo communes nostros Patres de- C
spiciunt, sed etiam suos ipsorum negant, Eusebii Cæsariensis epistolam quam ille scripsit de fide, huic operi intexere constitui, quippe quæ illorum vesaniam manifeste convincat. Nam cùm Ariani præcipuum honorem ei tribuant, tanquam idem cum ipsis sentienti, iis tamen quæ ab illo scripta sunt, palam contradicunt. Scripsit autem eam epistolam ad quosdam Arianæ opinionis sectatores, qui, ut opinari datur, proditionis eum insimulabant. Verum verba ipsa consilium Scriptoris certius aperiunt.

τὴν εἰσφοράν. εἰ δὲ νῦν χορηγουμένου πεπλάσιον ἰῶτὸ τηνικαῦτα ἀπηνέχθη, ῥᾴδιον τὴν τοῦ βασιλέως μεγαλοψυχίαν τῷ βουλομένῳ καταμαθεῖν. ὁ μὲν οὖν οὐκ εἰκαῖον ἡγεῖμαι ἁπάντων εἶναι σιγῇ φιλαπεχθήμονες γὰρ ἄνδρες, ἐγκέκλωπτο τῶν ἐπισκόπων τινὰς, καὶ τῷ βασιλεῖ τὰς ἐγκλήσεις καὶ ἠγορίας ἐπέδοσαν. ὁ δὲ πρὸ τῆς γεγενημένης ὁμονοίας ταύτας δεξάμενος, εἶτα δεσμὸν ἐπιθεὶς κατὰ τοῦ δακτυλίου σημαίνεσθαι, φυλαχθῆναι προσέταξεν. ἔπειτα τὴν σύμβασιν ἐργασάμενος, ταύτας κομίσας παρὰ πάντων αὐτῶν κατέκαυσεν, ὁμωμοκὼς ἢ μὲν μηδὲν τῶν ἐγκεγραμμένων ἀνεγνωκέναι· ἀγαθὸν εἶναι τῶν ἱερέων τὰ πλημμελήματα κρύπτειν τοῖς πολλοῖς, ἵνα μὴ σκανδάλου πρόφασιν ἐντεῦθεν λαβόντες, ἀδεῶς ἁμαρτάνωσι. φασὶ δὲ αὐτὸν καὶ τόδε προσθεῖναι, ὡς εἰ αὐτόπτης ἐπισκόπου γάμον ἀλλότριον διορύττοντος γένοιτο, συγκαλύψαι ἂν τῇ πορφυρίδι τὸ παρανόμως γινόμενον, ὡς ἂν μὴ βλάψῃ θεὸν θεωμένους τῶν δρωμένων ἡ ὄψις. οὕτω παραινέσας, καὶ τοσαύτης ἀξιώσας τὰς ἱερέας τιμῆς, καταλαβεῖν ἕκαστον τὴν οἰκείαν παρεσύρησε ποίμνιον. ἐγὼ δὲ τῆς τοῦ Ἀρειανῶν ἕνεκα βδελυρίας, οἳ μόνον τοῦ κοινῶν ἡμῖν καταφρονοῦσι πατέρων, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἑαυτῶν ἀρνοῦνται, τὴν εὐσεβίᾳ τοῦ καισαρέως ἐπιστολὴν ἣν πρὸς τῆς πίστεως ἔγραψεν, ἐνθεῖναι βούλομαι τῇ συγγραφῇ, τῆς τούτων λύττης ἐλεγχον ἐχέσαν ἐναργῆ. τοῦτον γὰρ γεραίρουσιν ὡς ὁμόφρονα, τοῖς ὑπὸ τούτου γραφεῖσιν αὐτικρυς αὐτιλέγουσιν. γέγραφε δὲ τὴν ἐπιστολὴν πρός τινας τὰ ἀρείου φρονοῦντας, πρόσχασιν, ὡς εἰκὸς, ἐγκαλοῦντας αὐτῷ. δηλοῖ δὲ ἄμεινον τὰ γεγραμμένα τὸν τοῦ γεγραφότος σκοπόν.

Cap. XII.

Eusebii Cæsariensis Episcopi epistola, de fide Nicæa exposita.

QUæ de fide Ecclesiastica in magno concilio Nicææ congregato tractata sunt, ea quidem verisimile est, jam vos aliunde didicisse, fratres charissimi, cùm accuratam rerum gestarum narrationem fama plerumque soleat præcurrere. Verum ne istiusmodi rumore res vobis aliter nuntietur quam se habet, necessarium putavimus ad vos mittere,

Κεφ. ιϛ'.

Ἐπιστολὴ Εὐσεβίου τοῦ καισαρείας ἐπισκόπου, περὶ τῶν ἐκτεθείσης ἐν νικαίᾳ πίστεως.

ΤΑ περὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς πίστεως πραγματευθέντα κατὰ τὴν μεγάλην σύνοδον τὴν ἐν νικαίᾳ συγκροτηθεῖσαν, εἰκὸς μὴ ὑμᾶς καὶ ἄλλοθεν μεμαθηκέναι, τῆς φήμης προτρέχειν εἰωθυίας τὸν περὶ τῶν πεπραγμένων ἀκριβῆ λόγον. ἀλλ' ἵνα μὴ ἐκ τοιαύτης ἀκοῆς τὰ τῆς ἀληθείας ἑτεροίως ὑμῖν ἀπαγγέλλη),

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ἀναγκαίως διεπεμψάμεθα ὑμῖν, πρῶτον μὲν τὴν ὑφ' ἡμῶν προσαθεῖσαν πρώτην πίστεως γραφήν. ἔπειτα τὴν δευτέραν, ἐν ταῖς ἡμετέραις φωναῖς προσθήκας ἐπιβαλόντες καὶ δεδώκασι. τὸ μὲν οὖν παρ' ἡμῶν γράμμα ἐπὶ παρουσίᾳ τοῦ θεοφιλεστάτου βασιλέως ἡμῶν ἀναγνωσθὲν, οὕτε ἔχειν καὶ δοκίμως ἀποφανθὲν, τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον. ἡ ὑφ' ἡμῶν ἐκτεθεῖσα πίστις· καθὼς παρελάβομεν τῶν ἁγίων προ ἡμῶν ἐπισκόπων, καὶ ἐν τῇ πρώτῃ κατηχήσει, καὶ ὅτε καὶ τὸ λουτρὸν ἐλαμβάνομεν, καθὼς ἀπὸ τῶν θείων γραφῶν μεμαθήκαμεν, καὶ ὡς ἐν αὐτῷ τῷ πρεσβυτερίῳ καὶ ἐν τῇ αὐτῇ ἐπισκοπῇ ἐπιστεύομέν τε καὶ ἐδιδάσκομεν, οὕτω καὶ νῦν πιστεύοντες τὴν ἡμετέραν πίστιν προσαναφέρομεν. ἔστι δὲ αὕτη. Πιστεύω εἰς ἕνα θεὸν, πατέρα παντοκράτορα, τὸν τῶν ἁπάντων ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων ποιητὴν, καὶ εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν τοῦ θεοῦ λόγον, θεὸν ἐκ θεοῦ, φῶς ἐκ φωτὸς, ζωὴν ἐκ ζωῆς, υἱὸν μονογενῆ, πρωτότοκον πάσης κτίσεως, πρὸ πάντων τῶν αἰώνων ἐκ τοῦ πατρὸς γεγεννημένον, δι' οὗ καὶ ἐγένετο πάντα· τὸν διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν σαρκωθέντα καὶ ἐν ἀνθρώποις πολιτευσάμενον, καὶ παθόντα, καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καὶ ἀνελθόντα πρὸς τὸν πατέρα καὶ ἥξοντα πάλιν ἐν δόξῃ κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. πιστεύομεν καὶ εἰς ἓν πνεῦμα ἅγιον. Τούτων ἕκαστον εἶναι καὶ ὑπάρχειν πιστεύοντες, πατέρα, ἀληθινῶς πατέρα. καὶ υἱὸν, ἀληθινῶς υἱὸν πνεῦμά τε ἅγιον, ἀληθινῶς πνεῦμα ἅγιον, καθὰ καὶ ὁ κύριος ἡμῶν ἀποστέλλων εἰς τὸ κήρυγμα τοὺς ἑαυτοῦ μαθητὰς, εἶπε. πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. περὶ ὧν καὶ διαβεβαιούμεθα οὕτως ἔχειν, καὶ οὕτως φρονεῖν, καὶ πάλαι οὕτως ἐχηκέναι, καὶ μέχρι θανάτου ὑπὲρ ταύτης συνίστασθαι τῆς πίστεως, ἀναθεματίζοντες πᾶσαν ἄθεον αἵρεσιν. Ταῦτα ἀπὸ καρδίας καὶ ψυχῆς πεφρονηκέναι, ἐξ ὧν ἐσμὲν ἑαυτοὺς, καὶ νῦν φρονεῖν τε καὶ λέγειν ἐξ ἀληθείας, ἐπὶ τοῦ θεοῦ τοῦ παντοκράτορος καὶ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μαρτυρόμεθα. δεικνύναι ἔχοντες καὶ δι' ἀποδείξεως καὶ πείθειν ὑμᾶς, ὅτι καὶ τοὺς παρελθόντας χρόνους οὕτως ἐπιστεύομέν τε καὶ ἐκηρύσσομεν. Ταύτης ὑφ' ἡμῶν ἐκτεθείσης τῆς πίστεως, οὐδεὶς ἦν τόπος ἀντιλογίας. ἀλλ' αὐτός τε πρῶτος ὁ θεοφιλέστατος ἡμῶν βασιλεὺς,

A primùm quidem eam fidei formulam quæ à nobis proposita est: deinde alteram, quam Episcopi quibusdam appendicibus ad nostram adjectis promulgarunt. Nostra igitur formula, quæ in conspectu Imperatoris Deo charissimi lecta, recte ac probe se habere omnibus visa est, sic habet. Fides à nobis exposita. Sicut ab antecessoribus nostris Episcopis accepimus, tunc cum primis fidei rudimentis instructi, & cum salutari lavacro tincti sumus: sicut ex scripturis Divinis didicimus, & quemadmodum ipsi tum in presbyterio, tum in Episcopali gradu constituti, B & credidimus & docuimus, ita nunc etiam credentes, fidem nostram vobis exponimus. Est autem hujusmodi. Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, visibilium omnium & invisibilium Creatorem, & in unum Dominum Jesum Christum, Dei Verbum, Deum de Deo, lumen de lumine, vitam ex vita, Filium unigenitum, primogenitum omnis creaturæ; ante omnia secula ex Deo Patre genitum; per quem omnia facta sunt: qui propter nostram salutem incarnatus est, & inter homines versatus: qui passus est & resurrexit C tertia die: ascendit ad Patrem, & iterum venturus est cum gloria, ut vivos judicet ac mortuos. Credimus etiam in unum Spiritum Sanctum. Horum unumquemque esse ac subsistere credentes: Patrem vere Patrem, Filium vere Filium, & Spiritum Sanctum vere Spiritum Sanctum: sicut & Dominus noster, cùm discipulos suos ad prædicandum mitteret, dixit: Ite ac docete omnes Gentes. baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. De quibus etiam affirmamus, nos ita tenere atque ita sentire, & olim ita te- D nuisse, & usque ad mortem ità retenturos, atque in hac fide constanter permansuros esse, omnem impiam hæresin anathemate damnantes. Hæc nos omnia sincere atque ex animo sensisse, ex quo nosmetipsi nosse potuimus, atque etiamnum sentire & loqui verissime, coram omnipotente Deo, & coram Domino nostro Jesu Christo testificamur, parati certissimis probationibus ostendere & vobis persuadere, nos præteritis etiam temporibus ita credidisse atque ita prædicasse. Cùm hæc à nobis fides esset exposita, nullus erat contradicendi locus. Sed & Imperator ipse noster Deo charissimus,

eam rectissime concepram esse, primus A omnium testatus est, atque ita sentire se affirmavit, cunctosque hortatus est, ut ei assentirentur atque subscriberent, utq; in hanc doctrinam omnes conspirarent: una duntaxat voce, consubstantialis, adjecta. Quam quidem vocem ipse quoque interpretatus est, asserens non juxta corporis affectiones, consubstantialem dici, neque per divisionem aut sectionem quandam Filium ex Patre subsistere. Fieri enim non posse, ut materiæ expers, & intellectualis atque incorporea natura, corpoream ullam affectionem admittat: sed Divinis arcanisque rationibus id esse intelligendũ. Ac sapientissimus quidem & religiosissi- B mus Imperator ita tum philosophatus est. Episcopi vero occasione vocis illius, consubstantialis, hujusmodi formulam conscripserunt. Fides in Concilio edita. Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, omnium visibilium & invisibilium Creatorem. Et in unum Dominum Jesum Christum Filium Dei, genitum ex Patre unicum, hoc est, ex substantia Patris: Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum non factum: consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt, quæ in cœlo sunt & in terra. C Qui propter nos homines, & propter nostram salutẽ descendit, incarnatus q; & homo factus est, & passus. Qui resurrexit tertia post die: ascendit ad cœlos, venturus est ut vivos judicet ac mortuos. Et in Spiritum Sanctum. Eos autem qui dicunt. Fuit aliquando tempus cùm non esset, & antequam gigneretur non erat: vel quòd de non extantibus factus est: aut qui ex altera substantia vel essentia dicunt esse Filium Dei, aut conversioni mutationique obnoxium, anathematizat sancta Catholica, & Apostolica Ecclesia. Cùm D hæc ab illis dictata esset fidei formula, id quod ab illis dictum erat, ex substantia Patris, & consubstantialis, non prætermisimus absque examine. Hinc igitur variæ quæstiones ortæ sunt & responsiones: & quænam esset eorum verborum sententia, accurate expendebatur. Et has quidem voces, ex substantia, fassi sunt hoc significare; Filium quidem esse ex Patre, sed non tanquam partem ipsius Patris. Hunc sensum ut nos quoque amplecteremur, æquum omnino videbatur, cùm

ὀρθόταλα προείχϑν αὐλῶ ἐμαρτύρησεν· ἅτω τε καὶ ἑαυτὸν φρονεῖν συνωμολόγηλαι, καὶ ταυτη σὺν πάνλας συγκαλαλίϑεαι, ὑπογράφειν τε τοῖς δόγμασι, καὶ συμφρονεῖν τούτοις αὐτοῖς παρεκελεύετο· ἑνὸς μόνα προσεγγραφέντος ῥήματος τοῦ ὁμοουσίου, ὃ καὶ αὐτὸ ἡρμήνευσε λέγων· ὅτι μὴ κατὰ σωμάτων πάθη λέγοιτο ὁμοούσιον, οὔτε κατὰ διαίρεσιν, οὔτε καλάτινα ἀποτομὴν ἐκπατρὸς ὑποστῆναι. μηδὲ γὰρ δύνασαι τὴν ἄυλον καὶ νοερὰν καὶ ἀσώματον φύσιν σωματικόν τι πάθος ὑφίσασαι. θείοις δὲ καὶ ἀπορρήτοις λόγοις προσήκε τὰ τοιαῦτα νοεῖν. καὶ ὁ μὲν σοφώταλος ἡμῶν καὶ εὐσεβέστατος βασιλεὺς, τὰ τοιαῦτα διεφιλοσόφει. οἱ δὲ προφάσει τῆς τοῦ ὁμοουσίου προσθήκης, τήνδε τὴν γραφὴν ποιήκασιν. Ἡ ἐν τῇ συνόδῳ ὑπαγορευθεῖσα πίστις. Πιστεύομεν εἰς ἕνα θεὸν πατέρα παντοκράτορα, πάντων ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων ποιητήν. καὶ εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, γεννηθέντα ἐκ τοῦ πατρὸς μονογενῆ, τοῦτέστιν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρός, θεὸν ἐκ θεοῦ, καὶ φῶς ἐκ φωτός, θεὸν ἐκ θεοῦ ἀληθινόν, γεννηθέντα οὐ ποιηθέντα, ὁμοούσιον τῷ πατρί· δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, τά τε ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ τὰ ἐν τῇ γῇ· τὸν δι' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν καταλθόντα, καὶ σαρκωθέντα, καὶ ἐνανθρωπήσαντα· παθόντα καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ· ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανούς, ἐρχόμενον κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. καὶ εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα. Τοὺς δὲ λέγοντας ὅτι ἦν ποτὲ ὅτε οὐκ ἦν, καὶ πρὶν γεννηθῆναι οὐκ ἦν, καὶ ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων ἐγένετο, ἢ ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως ἢ οὐσίας φάσκοντας εἶναι, τρεπτὸν ἢ ἀλλοιωτὸν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, ἀναθεματίζει ἡ ἁγία καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία. Καὶ δὴ ταύτης τῆς γραφῆς ὑπ' αὐτῶν ὑπαγορευθείσης, ὅπως εἴρηται αὐτοῖς τὸ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς καὶ τὸ τῷ πατρὶ ὁμοούσιον, οὐκ ἀνεξέτασον αὐτοῖς καλαλιμπάνομεν. ἐρωτήσας τοιγαροῦν καὶ ἀποκρίσας ἐντεῦθεν ἀνεκινοῦντο· ἐβασανίζετο λόγος τῆς διανοίας τῶν εἰρημένων. καὶ δὴ τὸ ἐκ τῆς οὐσίας, ὡμολόγηντο πρὸς αὐτῶν δηλωτικὸν εἶναι τοῦ ἐκ μὲν τοῦ πατρὸς εἶναι, οὐ μὴν ὡς μέρος ὑπάρχειν τοῦ πατρός. ταύτην καὶ ἡμῖν ἐδόκει καλῶς ἔχειν συγκαταθέσεως τῇ διανοίᾳ, τὸ δὲ σεβὲς διδασκαλίας

ὑπαγορθύσης ἐκ τοῦ πατρὸς εἶναι τὸν υἱόν, ἐ μὴν μέρος τῆς οὐσίας αὐτοῦ τυγχάνειν. διόπερ ταύτῃ τῇ διανοίᾳ καὶ αὐτοῖ σωπτέμεθα. οὐδὲ τὴν φωνὴν παραιτούμεθα, τοῦ τῆς εἰρήνης σκοποῦ πρὸ ὀφθαλμῶν ἡμῶν κειμένου, καὶ τοῦ μὴ τῆς ὀρθῆς ἐκπεσεῖν διανοίας. καὶ ταύτῃ δὴ καὶ τὸ, γεννηθέντα ἐ ποιηθέντα καλεῖν δεξάμεθα, ἐπεὶ δὴ τὸ ποιηθέντα κοινὸν ἔφασκον εἶναι πρόσρημα τῶν λοιπῶν κτισμάτων τῶν διὰ τοῦ υἱοῦ γεγονότων, ὧν οὐδὲν ὅμοιον ἔχειν τὸν υἱόν. διὸ δὴ μηδὲ εἶναι αὐτὸν ποίημα τοῖς δι' αὐτοῦ γεγονόσιν ἐμφερές· κρεῖττον δὴ ἡ κατὰ πᾶν ποίημα τυγχάνειν οὐσίας, ὡς ἐκ πατρὸς γεγονὼς διδάσκει τὰ θεῖα λόγια, ἐ τρόπου τῆς γεννήσεως καὶ ἀνεκφράστου καὶ ἀνεπιλογίστου πάσῃ γεννητῇ φύσει τυγχάνοντος. ἔτι δὲ καὶ τὸ, ὁμοούσιον εἶναι τῷ πατρὸς τὸν υἱόν, ἐξεταζόμενον λόγῳ συνίσησι τοῦ τῶν σωμάτων τρόπου, οὐδὲ τοῖς θνητοῖς ζώοις παραπλήσιος. ἔστε γὰρ κατὰ διαίρεσιν τῆς οὐσίας, ἔστε κατὰ ἀποτομὴν, ἀλλ' οὐδὲ καθ' ὁπαδοῦν ἢ τρόπην, ἢ ἀλλοίωσιν τῆς τοῦ πατρὸς δυνάμεως· τούτων γὰρ ἁπάντων ἀλλότριον εἶναι τὸν ἀγέννητον πατρὸς φύσιν· παρασημαντικὸν δ' εἶναι τὸ ὁμοούσιον τῷ πατρὶ, τὸ μηδεμίαν ἐμφέρειαν πρὸς τὰ γεννητὰ κτίσματα τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ φέρειν· μόνῳ δὲ τῷ πατρὶ τῷ γεγεννηκότι κατὰ πάντα τρόπον ὅμοιον· καὶ μὴ εἶναι ἐξ ἑτέρας τινὸς ὑποστάσεως τε καὶ οὐσίας, ἀλλ' ἐκ τοῦ πατρός· ᾧ καὶ αὐτῷ τοῦτον ἐρμηνευθῆναι τὸν τρόπον, καλῶς ἔχειν ἐφάνη συγκαταθέσθαι· ἐπεὶ καὶ τῶν παλαιῶν λόγιοί τινας καὶ ἐπιφανεῖς ἐπισκόπους, καὶ συγγραφέας, ἐγνωμεν ἐπὶ τῆς τοῦ πατρὸς καὶ υἱοῦ θεολογίας τῷ τοῦ ὁμοουσίου συγχρησαμένους ὀνόματι. Ταῦτα μὲν οὖν περὶ τῆς ἐκτεθείσης εἰρηνικῆς πίστεως· ἣν συνεφωνήσαμεν πάντες, οὐκ ἀνεξετάστως, ἀλλὰ κατὰ τὰς ἀποδοθείσας διανοίας ἐπ' αὐτοῦ τοῦ θεοφιλεστάτου βασιλέως ἐξεταθείσας, καὶ τοῖς εἰρημένοις λογισμοῖς συνομολογηθείσας. καὶ τὸν ἀναθεματισμὸν δὲ τὸν μετὰ τὴν πίστιν πρὸς αὐτὸν τεθέντα, δεκτὸν εἶναι ἡγησάμεθα, διὰ τὸ ἀπείρως ἔχειν ἀγεφύροις χρησάσθαι φωναῖς, δι' ἃς κεδνὸν ἡ πᾶσα ἐγεγόνει σύγχυσις καὶ ἀκαταστασία τῆς ἐκκλησίας· μηδεμιᾶς γὰρ θεοπνεύστου

A pia doctrina prædicet, Filium ex Patre esse, non tamen partem esse illius substantiæ. Quamobrem & nos huic notioni assensum præbemus. Ac ne ipsam quidem vocem, consubstantialis rejicimus, pacis intuitu, & ne à recta intelligentia excidamus. Pari ratione has etiam voces approbavimus, genitum non factum. Nam factum Verbum esse dicebant commune reliquis omnibus creaturis quæ per Filium factæ sunt, quibus nihil simile habeat Filius: ac proinde eum non esse facturam, his quæ per ipsum facta sunt similem, sed longe præstantioris quam reliquas creaturas B esse substantiæ. Quam quidem ex Patre esse Divina docent oracula, arcano quodam generationis modo, qui nec verbis exprimi, nec intelligentia comprehendi ab ulla possit creatura. Sic etiam illud, consubstantialem esse Filium Patri, cùm allatis rationibus discussum esset, convenit non juxta corporum modum, neque instar mortalium animantium accipi debere. Nam neq; per divisionem substantiæ, neque per abscisionem, nec per mutationem Paternæ essentiæ atque virtutis, id posse consistere. Ingenitam enim Patris naturam ab his omnibus alienam esse. C Verum hoc consubstantialem esse Patri, nihil aliud significare, quã Filium Deum nullam cũ creaturis ab ipso factis similitudinm habere; sed solius Patris à quo genitus est, per omnia similem esse; nec ex alia quadam hypostasi aut substantia, sed ex Patre esse. Quod quidem cùm ita expositum fuisset, jure merito approbandum esse censuimus: quandoquidem nonnullos ex Veteribus insignes Episcopos & disertos scriptores, in explicanda Patris ac Filii Divinitate, hoc vocabulo, consubstantialis, usos esse cognovimus. D Atque hæc dicta sint de fide quæ Nicææ promulgata est. Cui quidem consensimus omnes, non leviter & inconsulto, sed juxta sensus allatos, qui coram ipso religiosissimo Imperatore discussi, & ob rationes superius expositas ab omnibus comprobati sunt. Sed & anathematismum, qui post fidei formulam ab illis est promulgatus, haudquaquam moleste suscepimus, eo quod peregrinis & à sacra Scriptura alienis vocibus uti prohibeat, ex quibus omnis fere dissensio ac perturbatio Ecclesiarum exorta est. Cum igitur nulla divinitus

inspirata scriptura istis unquam usa sit vocibus: De non extantibus: &, Fuit aliquando tempus cùm non esset: & aliis quæ ibidem subjiciuntur, visum est nullatenus rationi consentaneum esse, ut hæc vel dicerentur vel docerentur. Proinde etiam huic recto ac salubri decreto consensimus, quippe qui nunquam antea hujusmodi vocibus uti consuevissemus. Quin & istud, priusquã gigneretur non erat, anathemate damnare haud incongruum duximus, eo quòd apud omnes in confesso sit, illum esse Filium Dei etiam ante corporalem nativitatem. Jam verò Imp. noster Deo Charissimus ratiocinando adstruebat, etiam secundùm divinam ipsius generationem illum esse ante omnia secula. Nam priusquam actu gigneretur, potentiâ erat in Patre, ingenita quadam ratione: Cùm Pater semper sit pater, Rex item semper atque Servator; Et omnia sit potentiâ, semperque eodem modo ac similiter se habeat. Hæc vobis necessario scribenda esse duximus, Dilectissimi, ut vobis liquido demonstremus, quanto cum judicio, tum dubitatio, tum assensio nostra librata sit: & quod recte atque ordine, primum quidem ad extremam usq; horam restitimus, quamdiu nonnulla aliter quam oportuit scripta nos offendebant: tandem vero ea quæ nihil offensionis habebant, sine contentione amplexi sumus, postquam nobis verborum sententiam candide examinantibus apparuit, ea prorsus cum illis convenire quæ nos ipsi in fide primùm à nobis exposita confessi fueramus.

γεγραφῆς, τὸ ἐξ οὐκ ὄντων, καὶ τὸ, ἦν ποτὲ ὅτε οὐκ ἦν, καὶ τοῖς ἑξῆς ἐπιλεγομένοις κεχρημένης, οὐκ ἄλογον ἐφάνη ταῦτα λέγειν καὶ διδάσκειν. ᾧ καὶ αὖπαλιν καλῶς δόξαντι συνεθέμεθα, ἐπεὶ μὴ ἦν ὅτε τῷ περὶ τὴν γέννησιν οὐκ ἦν, οὐκ ἄτοπον ἐνομίσθη, τῷ πρὸ πάντων αἰώνων εἶναι αὐτὸν ἰδίως ἐκ θεοῦ πρὸ τῆς κατὰ σάρκα γεννήσεως. ἤδη γὰρ θεοφιλέσταλος ἡμῶν βασιλεὺς τῷ λόγῳ καλεσκεύαζε, καὶ κατὰ τὸ ἔνθεον αὐτοῦ γέννησιν τὸ πρὸ πάντων αἰώνων εἶναι αὐτὸν· ἐπεὶ καὶ πρὶν ἐνεργείᾳ γεννηθῆναι, δυνάμει ἦν ἐν τῷ πατρὶ ἀγεννήτως, ὄντος ἐκ πατρὸς ἀεὶ πατρὸς, ὡς καὶ βασιλέως ἀεὶ καὶ σωτῆρος, καὶ δυνάμει πάντα ὄντος, ἀεί τε καὶ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχοντος. Ταῦτα ὑμῖν ἀναγκαίως διεπεμψάμεθα ἀγαπητοὶ, τὰ κεκεμμένα τῆς ἡμετέρας ἐξετάσεώς τε καὶ συγκαταθέσεως φανερὰ καταστάντες· ὡς εὐλόγως, τότε μὲν καὶ μετὰ ἰσχυρᾶς ὥρας ἰσάμεθα, ὅτ' ἡμῖν τὰ ἑτεροίως γραφέντα προσέκοπτε· τότε δὲ ἀφιλονείκως τὰ μηλοπόντα καλεσθεξάμεθα, ὅτ' ἡμῖν εὐγνωμόνως τῶν λόγων ἐξετάζουσι τὴν διάνοιαν, ἐμφανὴ σύμπαξιν ἔχειν ἔδοξε τοῖς ὑφ' ἡμῶν αὐτῶν ἐν τῇ προεκτεθείσῃ πίστει ὁμολογημένοις.

Cap. XIII.

Confutatio Arianorum nostri temporis, ex Scriptis Eusebii Cæsariensis.

VOCEM igitur, consubstantialis novam non esse, nec à Patribus eo tempore congregatis primùm excogitatã, sed jam olim à majoribus transmissam ad posteros, Eusebius apertè testatur. Omnes verò qui tunc convenerant, uno consensu fidem illic expositã suscepisse, idem ille tum in eadem epistolâ docet, tum in alio opere confirmat, in quo Constantini Magni vitam & conversationẽ summis laudibus extollit. Sic autem ait: Hæc ille cùm Latino sermone dixisset, quæ alius quispiam Græce interpretatus est, deinceps

Κεφ. ιγ'.

Ἔλεγχος τῶν νῦν βλασφημούντων ἀρειανῶν, ἐκ τῶν ἐυσεβίου τοῦ καισαρείας ἐπισκόπου συγγραμμάτων.

Ὅτι μὲν οὖν ἡ καινή τις ἡ ὁμοουσίου πρόρρησις, οὐδ' ὑπὸ τῶν τότε συναθροισθέντων παλαίτερων ἐξευρεθεῖσα, ἀλλ' ἄνωθεν ἐκ προγόνων εἰς ἐγγόνους καταγομένη, σαφῶς μεμαρτύρηκεν ὁ εὐσεβέστατος. ὅτι δὲ ἅπαντες οἱ τηνικαῦτα συναθροισθέντες, συμφώνως τὴν ἐκτεθεῖσαν καλεσθεξάντος πίστιν, καὶ ταῦθ' ἑφ' ἑκάστῳ ἐν ἑτέρῳ συγγράμματι μαρτυρεῖ, τὸ μεγαλοκωνσταντίνου τὴν πολιτείαν εὐφημίαις γεραίρων. λέγει δ' οὕτως. Ὁ μὲν δὴ ταῦτ' εἰπὼν ῥωμαϊστὶ ἐρμηνεύοντος ἑτέρου, παρεδίδου

τὸν

τὸν λόγον τοῖς τῆς συνόδου προέδροις. ἐντεῦθεν δ' οἱ μὲν ἀξιάμωροι καὶ ἠλιωμένοι σὺν πέλας. ⓐ δ' ἀπελογοῦντό τε καὶ ἀντεμέμφοντο. πλείων δ' ἦν ἑκατέρου τάγματος προτεινομένων, πολλῆς τε ἀμφιλογίας τὰ πρῶτα συνισαμένης, ἀνεξικάκως ἐπεκράτει ὁ βασιλεὺς πᾶσι, σχολῇ τε εὐδόκει τὰς προτάσεις ὑποδέχεσθαι. ἐν μέρει τε ἀντιλαμβανόμενος τῶν παρ' ἑκάτερα τασσομένων λεγομένων, ῥέμα συνῆγε σὺν φιλονεικίᾳ συνισαμένους, πρᾴως τε ποιούμενος τὰς πρὸς ἕκαστον ὁμιλίας, ἑλληνίζων τε τῇ φωνῇ, ὅτι μηδὲ ταύτης ἀμαθῶς εἶχε, γλυκερός τις ἦν καὶ ἡδύς. τοὺς μὲν συμπείθων. τοὺς δὲ καταδυσωπῶν τῷ λόγῳ. τοὺς δ' οὐ λέγοντας ἐπαινῶν. πάντας δὲ εἰς ὁμόνοιαν ἐλαύνων, ἕως ὅτε ὁμογνώμονας καὶ ὁμοδόξους αὐτοὺς ἐπὶ τοῖς ἀμφισβητουμένοις ἅπασι καθεστήσατο· ὡς ὁμόφωνον μὲν κρατῆσαι τὴν πίστιν. τῆς δὲ σωτηρίου ἑορτῆς τὸν αὐτὸν ἅπασι τοῖς πᾶσιν ὁμολογηθῆναι καιρόν. ἐκυρώθη δὲ ἤδη καὶ ἐν γραφῇ δι' ὑποσημειώσεως ἑκάστου τὰ κοινῇ δεδογμένα. καὶ οὐ βραχέα, πάλιν καὶ ταῦτα προσέθεικεν. ὕστω δὴ συναξάμενος, ἐπὶ τὰ ἴδια οἰκεῖα τοὺς πάντας ἐπανιέναι ἠφίει. ⓐ δὲ ἐπανήεσαν σὺν εὐφροσύνῃ. ἐκράτει τε τὸ λοιπὸν ἅπασι τοῖς πᾶσι μία γνώμη, ἡ παρ' αὐτῷ βασιλεῖ συμφωνηθεῖσα, σωματουμένων ὥσπερ ὑφ' ἑνὶ σώματι τῶν ἐκ μακροῦ διῃρημένων. καὶ δὴ χαίρων ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τῷ κατορθώματι, τοῖς μὴ παραλυχθεῖσι τῇ συνόδῳ χαρπὸν εὐθαλῆ δι' ἐπιστολῆς ἐδωρεῖτο. λαοῖς τε πᾶσι, τοῖς τε καθ' ἀγρούς, καὶ τοῖς ἀμφὶ τὰς πόλεις, χρημάτων ἀφθόνως ποιεῖσθαι διαδόσεις παρεκελεύετο, ὧδέ πη γεραίρων τὴν ἑορτὴν τῆς εἰκοσαετοῦς βασιλείας. ἔδει μὲν οὖν σὺν τὰ δίκαια φρονοῦντας, εἰ καὶ τοῖς ἄλλοις πατράσιν ἀντιλέγειν οὐκ ἐνόμιζον δυσεβές, τούτῳ γοῦν πιστεύειν, ὃν θαυμάζειν εἰώθασι, σύμφωνον γενομένους τὴν ὁμολογίαν ἐκείνῳ διδάσκοντι· ἐπειδὴ δὲ καὶ πρὸς τὰς τῶν οἰκείων πατέρων διαμάχονται δόξας, ἐχρῆν τὰ δίκαια τὴν αἰρέσιν μεμαθηκότας καὶ φεύξεως γέμουσαν τελέως, φυγεῖν πάντι σθένει τὴν ὑπ' ἐκείνου τεχθεῖσαν ἀσέβειαν. ἐπειδὴ ᾧ εἰκὸς

A Concilii Præsidibus sermonem concessit. Tum vero alii proximos insimulare cœperunt: alii accusantibus respondere & vicissim queri. Multis igitur hunc in modum ex utraque parte propositis, magnaque controversia in ipso principio excitata, Imperator cuncta patientissime auscultans, intento animo propositas quæstiones excepit; & quæ ab utraque parte dicebantur, vicissim astruens atq; adjuvans, pertinacius certantes paulatim conciliavit. Cùmque omnes placide alloqueretur, & Græca uteretur lingua, quippe qui ne hujus quidem linguæ ignarus esset, suavissimus ac jucundissimus fuit; dum alios vi
B rationum adductos in suam sententiam trahit; alios orat & flectit; eosque qui recte dixissent, laudibus afficit; & universos ad concordiam incitat. Donec tandem eos concordes in omnibus, de quibus antea certabatur, & consentientes effecit. Adeo ut non modo unius fidei consonantia apud omnes obtineret; verum etiam unum idemq; tempus in salutaris festi celebratione ab omnibus firmaretur. Porro ea quæ in commune placuerant, scriptis mandata, & singulorum subscriptione roborata sunt. Paucisque interpositis rursus hæc addit: Cùm in hunc modum eis
C valedixisset, cunctis posthæc in patriam redeundi potestatem fecit. Illi igitur summa hilaritate domum reversi sunt; ac deinceps una apud omnes valuit opinio, sub ipsius Imperatoris præsentia, communi omnium consensu firmata; cùm ii qui jamdudum à se mutuo divulsi erant, in unum veluti corpus coaluissent. Hoc igitur rerum successu lætus Imperator, iis qui synodo minime interfuerant, gratissimum fructum per litteras præbuit. Sed & universis populis, tam iis qui per agros, quam qui in urbibus habitabant,
D magnam pecuniæ vim distribui jussit; publicam festivitatem ob vicesimum imperii sui annum hac ratione concelebrans. Quare Arianos, licet aliis patribus contradicere haudquaquam impium ducant, huic tamen quem præcipue admirari solent, credere oportebat, unanimem fuisse professionem illam docenti. Sed quoniam suorum quoque patrum opiniones impugnant, decebat saltem, ut cùm Arii mortem fœdissimam atque horroris plenam didicissent, prolatam ab illo impietatem omni studio devitarent.

Quoniam vero genus mortis illius haudquaquam omnibus notum esse verisimile est, ego, cujusmodi fuerit, hoc loco exponam.

μὴ πᾶσιν εἰδέναι τὸν θάνατον τὸν τρόπον, ἐγὼ καὶ τοῦτον ὡς ἐγένετο διηγήσομαι.

Cap. XIV.

De morte Arii, ex epistola Athanasii.

Hic igitur Alexandriæ diuturno tempore commoratus, in conventibus Ecclesiasticis iterum bacchari studuit, pristinam quidem impietatem suam abnegans, editam vero à patribus confessionem fidei suscepturum se promittens. Sed cùm neque divino Alexandro, neq; cathedræ simul ac pietatis illius successori Athanasio id persuadere potuisset, rursus adjuvante Eusebio Nicomediensi Constantinopolim perrexit. Porro quæ ille ibi molitus fuerit, & quam sententiam à justo judice exceperit, omnium optime exponit Athanasius in litteris quas scripsit ad Apionem: quarum partem huic operi intexam, quæ sic habet; Ipse quidem aberam Constantinopoli, tunc cùm ille mortuus est. Macarius vero presbyter aderat, qui mihi rem narravit. Accitus fuerat Arius ab Imperatore Constantino, opera ac studio Eusebianorum. Qui cùm ingressus esset in palatium, interrogavit eum Imperator, utrum fidem Ecclesiæ catholicæ retineret. Tunc ille juravit se recte credere; & libellum fidei suæ porrexit: ea quidem occultans, quorum causa ejectus fuerat Ecclesia ab Alexandro Episcopo: per fraudem vero & simulationem usurpans verba sacræ Scripturæ Cùm igitur jurasset se minime sensisse ea, quorum causa ipsum ejecerat Alexander, dimisit eum Imperator ita locutus: Si recta est fides tua, recte juraſti. Sin autem impia est fides tua, ac nihilominus juraſti, Deus è cœlo te judicet. Cùm hoc modo digressus esset à Principe, Eusebiani consueta ipsis violentia utentes, eum in Ecclesiam introducere voluerunt. Sed beatæ memoriæ Alexander Constantinopolitanus Episcopus reclamabat, negans auctorem hæreseos in communionem suscipi oportere. Tandem Eusebiani minati sunt Alexandro, ita dicentes: Quemadmodum te invito perfecimus, ut ab Imperatore Arius evocaretur, sic crastino die quamvis renuente te, nobiscum in hac Ecclesia collectas aget. Erat tunc dies Sabbati, cùm

Κεφ. ιδ'.

Περὶ τῆς ἀρείου τελευτῆς, ἐκ τῆς ἀθανασίου ἐπιστολῆς.

Πλεῖσον χρόνον ἐν ἀλεξανδρείᾳ διαλείψας τὸν χρόνον, ἐπικωμάσαι πάλιν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς συλλόγοις ἐβούλετο, ἀρνούμενος τὴν ἀσέβειαν, ἣν τὴν ἐκτεθεῖσαν ὑπὸ τῶν πατέρων ὁμολογίαν ὑπισχνούμενος δέχεσθαι. ὡς δὲ ὅτε τὸν θεῖον ἐκεῖνον ἀλέξανδρον ἔπεισεν, ὅτε μὴ ἀθανάσιον τὸν τῆς ἐκείνου προεδρείας καὶ εὐσεβείας διάδοχον, πάλιν διὰ τῆς εὐσεβίου τοῦ νικομηδέως ἀσεβοῦς, εἰς τὴν κωνσταντινούπολιν ἔδραμε. τὰ δ' ὑπ' ἐκείνου τυρβωθέντα, καὶ ὑπὸ τοῦ δικαίου ψηφισθέντα κελεῦσαι, ἄμεινον ὁ πάντα ἄριστος θεὸς ἀθανασίῳ ἐν τοῖς πρὸς ἀπίωνα διηγήσατο γράμμασιν, ἐγὼ δὲ καὶ τοῦτο τὸ μέρος ἐνθάδε τῇ συγγραφῇ. Ἐγὼ μὲν γὰρ παρήμην ἐν τῇ κωνσταντινουπόλει, ὅτε τελευτήκει ἐκεῖνος. μακάριος δὲ ὁ πρεσβύτερος παρῆν, κἀκείνου λέγοντος ἤκουσα. ἐκέλευσε μὲν γὰρ κωνσταντῖνος βασιλεὺς ἄρειον εἰσαχθῆναι τῶν περὶ εὐσέβιον. εἰσελθόντα δὲ τὸν ἄρειον ἀνέκρινεν ὁ βασιλεύς, εἰ τὴν πίστιν τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἔχοι. ἀυτὸς τε δὴ ὤμοσε πιστεύειν ὀρθῶς, καὶ ἔγγραφον ἐπιδέδωκε πίστεως. κρύψας μὲν ἐφ' οἷς ἐξεβλήθη τῆς ἐκκλησίας ὑπὸ ἀλεξάνδρου τοῦ ἐπισκόπου. ὑποκρινάμενος δὲ ἐτὰς ἀπὸ τῶν γραφῶν λέξεις. ὁμόσαντα τοίνυν αὐτὸν μὴ περφρονηκέναι ἐφ' οἷς ἐξέβαλεν αὐτὸν ἀλέξανδρος, ἀπέλυσεν εἰρηκώς. εἰ ὀρθή σου ἡ πίστις ἐστὶ, καλῶς ὤμοσας. εἰ δὲ ἀσεβὴς ἐστιν ἡ πίστις σου καὶ ὤμοσας, ὁ θεὸς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ κρίναι τὰ κατά σέ. ἔτω δὴ οὖν αὐτὸν ἐξελθόντα τοῦ βασιλέως, ἠθέλησαν εἰσαγαγεῖν αὐτὸν εἰς τὴν ἐκκλησίαν οἱ περὶ εὐσέβιον τῇ συνήθει αὐτῶν βίᾳ. ἀλλ' ὁ τῆς κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοπος ὁ μακαρίτης ἀλέξανδρος ἀνέλεγε, φάσκων μὴ δεῖν εἰς κοινωνίαν δεχθῆναι τὸν τῆς αἱρέσεως εὑρετήν. καὶ λοιπὸν οἱ περὶ εὐσέβιον ἠπείλησαν, ὅτι ὥσπερ μὴ θελόντων ὑμῶν ἐποιήσαμεν αὐτὸν κληθῆναι παρὰ βασιλέως, ἔτως ἄριστον καὶ μὴ κατὰ γνώμην σου τυχήσῃ, σωαχθήσεται ἄρειος μεθ' ἡμῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ταύτῃ. σάββατον δὲ ἦν,

ὅτε ταῦτα ἔλεγεν. ὁ τοίνυν ἐπίσκοπος Ἀλέξανδρος ἀκούσας ταῦτα, καὶ πάνυ λυπηθεὶς, εἰσελθὼν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ τὰς χεῖρας ἄρας πρὸς τὸν θεὸν, ἀπωδύρατο· καὶ ῥίψας ἑαυτὸν ὑπὸ τὸ θυσιαστήριον ἐν τῷ ἱερατείῳ, κείμενος ἐπὶ τοῦ ἐδάφους ἤυχετο. παρῆν δὲ καὶ μακάριος εὐχόμενος σὺν αὐτῷ, καὶ ἀκούων τῆς φωνῆς αὐτοῦ. παρεκάλει δὲ δύο, ταῦτα λέγων. εἰ ἄρειος ἄνδρα σωθῆναι, δὸς μὴ ἀπολύσαι ἐμὲ τὸν δοῦλόν σου, ἵνα μὴ συναπολέσῃς εὐσεβῆ μετὰ ἀσεβοῦς. εἰ δὲ φείδῃ τῆς ἐκκλησίας σου, οἶδα ὃ ὅτι φείδῃ, ἐπίδε ἐπὶ τὰ ῥήματα τῶν θεοστυγῶν εὐσεβίων, καὶ μὴ δῷς εἰς ἀφανισμὸν καὶ ὄνειδος τὴν κληρονομίαν σου. ἆρον ἄρδην, ἵνα μὴ εἰσελθόντος αὐτοῦ εἰς τὴν ἐκκλησίαν, δόξῃ καὶ ἡ αἵρεσις συνεισέρχεσθαι αὐτῷ, καὶ λοιπὸν ἡ ἀσέβεια νομισθῇ ὡς εὐσέβεια. ταῦτ' εὐξάμενος ὁ ἐπίσκοπος ἀνεχώρησε, πάνυ φρενιάζων· καὶ γέγονέ τι θαῦμα φρικτὸν καὶ θαυμάσιον. τῷ γὰρ θεοστυγεῖ εὐσέβιον ἀπειληκότων, ὁ μὲν ἐπίσκοπος θεοστυγήσας. ὁ δὲ ἄρειος ἐθαῤῥεῖ τοῖς θεοστυγέσιν. πολλά τε φλυαρῶν, εἰσῆλθεν εἰς καθέδρας ὡς διὰ χρείαν τῆς γαστρός· καὶ εὐθέως καὶ τὸ γεγραμμένον πρηνὴς ἐρρόμβωσε, ἐλάκησε μέσος, καὶ πεσὼν εὐθὺς ἀπέψυχεν. ἀμφοτέρων τε, τῆς κοινωνίας καὶ ζωῆς ἀπεστερήθη. τὸ μὲν οὖν τέλος τοῦ ἀρείου, τοιοῦτον γέγονε. καὶ οἱ θεοστυγεῖς εὐσέβιον μεγάλως αἰσχυνθέντες, ἔθαψαν τὸν ὁμόφρονα ἑαυτῶν. ὁ δὲ μακάριος Ἀλέξανδρος, χαιρούσης τῆς ἐκκλησίας τὴν σύναξιν ἐπετέλεσεν ἐν εὐσεβείᾳ καὶ ὀρθοδοξίᾳ, σὺν πᾶσι τοῖς ἀδελφοῖς εὐχόμενος καὶ δοξάζων μεγάλως τὸν θεόν. ἐχαίρωσεν ἐπὶ τῷ θανάτῳ, μὴ γένοιτο. πᾶσι γὰρ ἀπόκειται τοῖς ἀνθρώποις ἅπαξ ἀποθανεῖν ἅπαξ. ἀλλ' ὅτι τοῦτο ὑπὲρ τὰς ἀνθρώπων κείσεις ἐδείχθη. αὐτὸς γὰρ ὁ κύριος δικάσας ταῖς ἀπειλαῖς τῶν θεοστυγῶν εὐσεβίων, καὶ τῇ εὐχῇ Ἀλεξάνδρου, καθεῖλεν τὴν ἀρειανὴν αἵρεσιν. δείξας αὐτὴν ἀναξίαν οὖσαν τῆς ἐκκλησιαστικῆς κοινωνίας. καὶ πᾶσι φανερώσας, ὅτι κἂν θεοῦ βασιλέως, καὶ πάντων ἀνθρώπων, ἔχῃ τὴν μαρτυρίαν καὶ τὴν θεοσασίαν, ἀλλὰ παρ' αὐτῆς τῆς ἀληθείας καθῃρέθη· τοιαῦτα τῶν πονηρῶν σπερμάτων ὁ ἄρειος δρεψάμενος δράγματα, καὶ τῶν μὲν ἐσομένων κολασηρίων ἰδὼν τὰ προοίμια, τῆς οἰκείας ἀσεβείας διὰ τῆς τιμωρίας

A hæc dicerent. Quibus auditis Episcopus Alexander incredibili mœrore affectus, manibus ad Deum sublatis lamentari cœpit. Pronusq; humi jacens intra confepta altaris Deum orabat. Aderat una cum illo Macarius, ipse quoque Deum orans, & Alexandri vocem audiens. Porro ille duo postulabat à Deo, ita dicens: Si Arius cras communicaturus est, dimitte me servum tuum, nec pium cum impio simul perdas. Si vero parcis Ecclesiæ tuæ: novi autem quod ei parcas: respice ad verba Eusebianorum, & noli tradere hæreditatem tuam in ruinam & opprobrium. B Tolle è medio Arium, ne illo in Ecclesiam ingresso, hæresis quoq; simul ingressa esse videatur, neve impietas deinceps eodem loco habeatur quo pietas. Hæc precatus Episcopus, Ecclesiâ abscessit mirum in modum sollicitus. Et continuo res accidit mira prorsus atque horrenda & inexspectata. Nam cùm Eusebiani minas intentassent, Episcopus quidem preces ad Deum fuderat: Arius vero Eusebianorum præsidio confidebat, & multa inaniter jactans, ob urgentem alvi necessitatem latrinas petiit. Statimq; pronus, sicut C scriptum est, crepuit medius, collapsusque protinus animam exhalavit, & utroq; pariter, communione scilicet ac vita, privatus est. Hujusmodi fuit exitus Arii. Et Eusebiani quidem maximo pudore affecti, illum, ut potè idem cum ipsis sentientem, tumulo condiderunt. Beatus autem Alexander, cum gaudio totius Ecclesiæ collectas celebravit pie atque orthodoxe, simul cum universis fratribus Deum orans, & impense glorificans. Non quod morte illius lætaretur: absit. Cunctis enim hominibus præscriptum est semel mori. Sed quia id miraculum cunctis mortaD lium judiciis præstantius apparuerat. Nam Dominus ipse de minis Eusebianorum & de Alexandri precibus sententiam ferens, Arianam hæresin condemnavit, Ecclesiæ communione indignam eam esse demonstrans: cunctisque palam ostendens, eam, licet Imperatoris ipsius omniumque mortalium suffragio ac præsidio muniatur, ipsius veritatis judicio esse damnatam. Hujusmodi manipulos pernicioſæ sementis collegit Arius, & pœnarum quæ ipsi in futuro sæculo paratæ erant, intuitus præludia, propriam impietatem supplicio suo confessus est. Ego

vero ad narrandam Imperatoris pietatem sermonem transferam. Omnibus enim Imperio Romano subjectis epistolam scripsit, eos exhortans, ut pristinæ superstitionis errorem abjicerent; & Servatoris nostri doctrinam amplecterentur; cunctosq; ad hujus veritatis callem perducens. Singularum autem urbium Episcopos ad construendas Ecclesias excitabat, non litteris solum eos ad hoc invitans, sed etiam pecuniarum largitione & eorum omnium quæ ad fabricas erant necessaria. Idque declarant litteræ ipsæ, quæ sic habent.

A καλη γόρά. ἐγω ὦ ἐπὶ τὴν τῆς βασιλικῆς εὐσεβείας διήγησιν τρέψομαι. πᾶσι γὰρ τοῖς ὑπὸ τῶν ῥωμαίων τελοῦσιν ἡγεμονίαν ἐπέστειλε δήμοις. τῆς μὲν πρεσβέρας αὐλῆς ἐξαπάτης ἀπαλλαγῆναι παρεγγυῶν. τὴν ὦ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν μεταμαθεῖν διδασκαλίαν προτρέπων, καὶ ἐπὶ ταύτην ἅπαντας τὴν ἀλήθειαν ξεναγῶν. οὗ δὲ γε καὶ πόλιν ἐπισκόπους ἐπὶ τὰς τῶν ἐκκλησιῶν οἰκοδομίας διήγειρεν, ἐ γράμμασι μόνοις ἐπὶ τοῦτο προτρέπων, ἀλλὰ καὶ χρήματα φιλοτίμως δωρούμενος, καὶ τὰ τῆς οἰκοδομίας ἅπαντα χορηγῶν. δηλοῖ ὦ καὶ τὰ γραφέντα, τοῦτον ἔχοντα τὸν τρόπον.

B

Cap. XV.

Constantini Imperatoris epistola de Constructione Ecclesiarum.

Victor Constantinus Maximus, Augustus, Eusebio.

Cum usq; ad hanc diem impia præsumptio & tyrannica violentia ministros Servatoris nostri sit persecuta, pro certo habeo planeq; mihi ipse persuasi, omnium Ecclesiarum ædificia, aut per incuriam corrupta, aut præ metu ingruentis temporũ iniquitatis min9 honorifice exculta esse, frater charissime. Nunc vero cùm libertas restituta sit, & draco ille providentiâ Dei optimi maximi, ministerio autem nostro à Reipublicæ administratione submotus; equidem existimo Divinam potentiam omnibus clarissime innotuisse; & eos qui seu metu, seu incredulitate aliquid peccaverunt, agnito illo qui vere est, ad rectam ac veram vivendi rationem esse redituros. Quotquot igitur Ecclesiis aut ipse præes, aut alios in singulis locis præsidentes Episcopos, & presbyteros ac diaconos nosti; cunctos admone, ut in opera Ecclesiarũ omni studio ac diligentia incumbant: quo aut reparentur quæ adhuc manent, aut augeantur in majus; aut sicubi usus postulaverit, nova ædificentur. Quæcunque autem necessaria fuerint, & ipse, & reliqui alii tuo interventu, tum à Præsidibus provinciarum petent, tum ab officio Præfecturæ Prætorianæ. His enim per litteras præceptum est, ut omni diligentia iis quæ tua sanctitas dixerit obsequantur. Divinitas te servet frater charissime. Atque hæc quidem de Ecclesiarum ædificatione scripsit ad Episcopos, qui in singulis erant

C

D

Κεφ. ιέ.

Ἐπιστολὴ τ βασιλέως κωνσαντίνου, περὶ τῆς τῶν ἐκκλησιῶν οἰκοδομῆς.

Νικήτης κωνσαντῖνος μέγιστος, σεβαστὸς, εὐσεβίῳ.

Ἕως τὸ παρόντος χρόνου, τῆς ἀνοσίου βουλήσεως καὶ τυραννίδος οὗ ὑπηρέτας τὸ σωτῆρος χεῖρ ἔδιωκάσης. πεπίσθυκα καὶ ἀκριβῶς ἐμαυτῷ πέπεικα, πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν τὰ ἔργα, ἢ ὑπὸ ἀμελείας διεφθάρθαι, ἢ φόβῳ τῆς ἐπικειμένης ἀδικίας ἐλάττονα τ ἀξίας γεγυμνᾶς ἀδελφὲ προσφιλέστατε. νυνὶ ὦ τῆς ἐλευθερίας ἀποδοθείσης, καὶ τὸ δράκοντος ἐκείνου ἀπὸ τῆς τῶν κοινῶν διοικήσεως, θεοῦ τὸ μέγιστον προνοίᾳ, ἡμετέρᾳ ὦ ὑπηρεσίᾳ ἐκδιωχθέντος, ἡγοῦμαι καὶ πᾶσι φανερὰν γεγυμνᾶς τὴν θείαν δύναμιν. καὶ οὗ ἢ φόβῳ, ἢ ἀπιστίᾳ, ἢ ἁμαρτήμασί τισι προπεσόντας, ἐπιγνόντας τε τὸν ὄντως ὄντα, ἥξειν ἐπὶ τὴν ἀληθῆ καὶ ὀρθὴν τοῦ βίου κατάστασιν. ὅσων τοίνυν ἢ αὐλὸς προΐσασαι ἐκκλησιῶν, ἢ ἄλλως οὗ καὶ τόπον προϊσαμένους ἐπισκόπους, πρεσβυτέρους τε καὶ διακόνους οἶδα, ὑπόμνησον ταχυδρόμῳ πρὸς τὰ ἔργα τῶν ἐκκλησιῶν, ἢ ἐπανορθοῦσθαι τὰ ὄντα, ἢ εἰς μείζονα αὐξῆναι, ἢ ἔνθα ἂν ἡ χρεία ἀπαιτῇ, καινὰ ποιεῖν. αἰτήσας ὦ καὶ αὐλὸς καὶ διὰ σοῦ οἱ λοιποὶ τὰ ἀναλωθέντα, παρά τε τῆς ἡγεμονευούσης, καὶ τῆς ἐπαρχικῆς τάξεως. τούτοις γὰρ ἐπέσταλη, πᾶσι ταχυδρόμῳ ἐξυπηρετήσασθαι τοῖς ὑπὸ τῆς σῆς ὁσιότητος λεγομένοις. ὁ θεὸς διαφυλάξαι σε ἀδελφὲ ἀγαπητέ. Ταῦτα μὲν ἦν περὶ τῆς τῶν ἐκκλησιῶν οἰκοδομίας πρὸς οὗ καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν ἐπισκόπους

ἐπέστελεν. ὁποῖα δ' ἂν καὶ περὶ τῶν ἱερῶν βιβλίων καλλιγραφίας πρὸς Εὐσέβιον ἔγραψε τὸν παλαιστινὸν, ἐξ αὐτῶν τῶν γεγραμμάτων καταμαθεῖν ἔξεστιν.

provinciis. De sacris autem codicibus conficiendis quæ ad Eusebium Palæstinum scripserit, ex ipsis litteris facile est cognoscere.

Κεφ. ιϛ'.

Ἀναπίπτει δὲ τούτοις, περὶ τῶν θείων γραφῶν κατασκευῆς.

Νικητὴς κοῦ σαλτῖνος μέγιστος, Σεβαστὸς, εὐσεβεῖ

Καὶ τὴν ἐπώνυμον ἡμῖν πόλιν, τοῦ Σωτῆρος θεοῦ σωτηριομένης προνοίας, μέγιστον πλῆθος, ἀνθρώπων τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ ἀναλέθηκεν ἑαυτῷ. ὡς πάντων ἐκεῖσε πολλοῦ λαβόντων αὔξησιν, Φοίβου ἄξιον καὶ λαμπρὸν ἀναφανέντος, καὶ ἐκκλησίας ἐν αὐτῇ καλλιστευομένης πλείους. Εἰκὸς τοι δὲ ἐδέξω προθυμότατα τὴν δόξαν τῇ ἡμετέρᾳ προαιρέσει. πρέπον γὰρ καὶ ἐμφανὲς δηλῶσαι τοῦτο τῇ σῇ συνέσει. ὅπως ἂν πεντήκοντα σώματα ἐν διφθέραις εὐκαλλεστάτοις, εὐαναγνώστως τε καὶ ταχείᾳ τῇ χρήσει διακομίσαι, ἐπὶ τεχνιτῶν καλλιγράφων καὶ ἀκριβῶς τὴν τέχνην ἐπισταμένων γραφῆναι κελεύσεις. τῶν θείων δηλαδὴ γραφῶν, ὧν μάλιστα τήν τε ἐπισκευήν, καὶ τὴν χρῆσιν, τοῖς τῆς ἐκκλησίας λόγῳ ἀναγκαίαν εἶναι γνώσεις. ἀπέσταλται γὰρ γράμματα παρὰ τῆς ἡμετέρας ἡμερότητος πρὸς τὸν τῆς διοικήσεως καθολικὸν, ὅπως ἂν πάντα τὰ πρὸς τὴν ἐπισκευὴν αὐτῶν ἐπιτήδεια παρασχεῖν φροντίσειεν. ἵνα γὰρ ὡς τάχιστα τὰ γραφέντα σωμάτια καλαισκευασθείη, τῆς ἐπιμελείας ἔργον ἔσεσθαι γνώσεις. καὶ γὰρ δύο δημοσίων ὀχημάτων ἐξουσίαν εἰς διακομιδὴν, ἐκ τῆς αὐθεντίας σου γράμματος ἡμῖν δοθῆναι λαβεῖν σε προσήκει. ὅτῳ γὰρ ἂν μάλιστα καλῶς γραφέντα, καὶ μέχρι τῶν ἡμετέρων ὄψεων ῥᾳστα διακομισθείη· ἑνὸς δηλαδὴ τούτου πληρουμένου τῶν ἐκ τῆς ἐκκλησίας διακόνων· ὃς ἐπειδὰν ἀφίκηται πρὸς ἡμᾶς, τὴν ἡμετέραν πραότητος φιλανθρωπίαν ὁ θεὸς σε διαφυλάξει ἀδελφὲ ἀγαπητέ. ἱκανὰ μὲν ἔν γε ταῦτα τεκμηριῶσαι, μᾶλλον δὲ διδάξαι σαφῶς, ὅπως ὁ πανσθενὴς βασιλεὺς πᾶσαν εἰς τὰ θεῖα μεμελέτηκε τὴν σπουδήν. προσθήσω δ' ὅμως τοῖς εἰρημένοις, τὰ περὶ τὸν σωτήριον αὐτοῦ τάφον καλῶς θαυμαζόμενα. μαθὼν γὰρ ὡς κορυβαντιῶντες, καὶ πρὸς τὴν τῶν εἰδώλων θεραπείαν βεβακχευμένοι, τὸν μὲν σωτήριον κατέχωσαν τάφον, λήθην προσάψαι φιλονεικοῦντες τῆς σωτηρίας τὸν μνήμην. ἐπὶ τούτῳ δὲ νεὼν τῇ ἀκολάστῳ δαίμονι ἐδομήσαντο, ταῖς παρθενικαῖς αὐτῶν ἐπιμαίνοντες. κατα-

Cap. XVI.

Alia ejusdem Imp. epistola, de conficiendis sacris codicibus.

Victor Constantinus Maximus, Augustus, Eusebio.

In ea urbe quæ à nobis nomen sortita est, Divinâ Servatoris nostri providentia, maxima hominum multitudo ad sanctissimam Ecclesiam sese adjunxit. Itaque cùm cuncta illic maximum incrementum capiant, consentaneum inprimis videtur, ut plures quoque in ea construantur Ecclesiæ. Accipe igitur libenti animo id quod facere decrevi. Visum est enim id significare prudentiæ tuæ, ut quinquaginta codices Divinarum scripturarum, quarum apparatum & usum maxime necessarium Ecclesiæ esse intelligis, in membranis probe apparatis, ab artificibus antiquariis venuste scribendi peritissimis describi facias; qui & legi facile & ad omnem usum circumferri possint. Litteræ porro à nostra clementia missæ sunt ad Rationalem Diœcesis, ut cuncta ad eorum codicum confectionem necessaria præberi curet. Tuæ erit diligentiæ, ut scripti codices quantocyus apparentur. Cæterum duorum publicorum vehiculorum usum auctoritate hujus epistolæ accipies. Sic enim quæ eleganter descripta sunt, ad conspectum nostrum commodissime perferentur: uno scilicet ex Ecclesiæ tuæ diaconis id ministerium obeunte. Qui quidem ubi ad nos pervenerit, humanitatis nostræ experimentum capiet. Divinitas te servet frater charissime. Ex his quidem satis colligitur, immo vero apertissimo demonstratur, qualiter Imperator omni laude dignissimus omne studium suum ad res Divinas transtulerit. Adjiciam tamen ea quæ circa sepulchrum Servatoris nostri ab eodem præclare gesta sunt. Nam cùm didicisset, insanientes ac furore percitos dæmonum cultores, dum salutis nostræ memoriam student abolere, sepulchrũ quidẽ Domini congesta humo adobruisse: de super vero fanum impudicæ dæmonis extruxisse, ut Virginis patrũ ludibrio afficeret: primo

quidem execrandum illud ædificiũ de-A
strui jussit: humumque illam impuris
sacrificiis contaminatam exportari, &
quam longissime extra urbem projici:
Deinde vero Ecclesiam maximam ac
pulcherrimam eodem in loco ædificari
præcepit. Verum hæc evidentius o-
stendit epistola ipsa, quam ad Eccleſiæ
illius Antistitem misit. Erat hic Macari-
us ille, cujus supra mentionem fecimus;
qui etiam maximæ Synodo interfuerat:
& una cum reliquis impietatem Arii
postraverat. Est autem hujusmodi.

λυθῆναι μὴν προστάξε τὸ μυσαρὸν οἰκοδό-
μημα. τὸν γὰρ ἐκεῖνον τὸν ἀναγέσι μολυ-
σθέντα θυσίαις ἐκφορηθῆναι, καὶ πόρρω περιφῆ-
ναι τῆς πόλεως· εἶτα νεὼν οἰκοδομηθῆναι μέγι-
στόν τε καὶ κάλλιστον. δηλοῖ δὲ ταῦτα σαφέστερον ἡ
ἐπιστολή, ἣν πρὸς τὸν πρόεδρον τῆς ἐκκλησίας
ἐκείνης ἀπέστειλε. μακάριος δ' ἦν οὗτος, ὃν καὶ
πρόσθεν ἐμνήσθημεν, ὃς καὶ τῆς μεγάλης κεκοι-
νωνηκὼς συνόδου, καὶ τὴν ἀρείαν συὺ τοῖς ἄλλοις
καταγωνίσατο βλασφημίαν. ἔστι δὲ αὕτη.

Cap. XVII.

Alia ejusdem Imp. epistola ad Macarium Hierosolymitanum Episcopum, de constructione sacrosanctæ Ecclesiæ.

Victor Constantinus Maximus Macario.

TANTA est Servatoris nostri gratia, ut nulla sermonis copia ad præsentis miraculi narrationem sufficere videatur. Nam sacratissimæ illius passionis monumentum, sub terra jam pridem occultatum tot annorum spatio delituisse, quoad communi omnium hoste sublato, famulis ejus inlibertatem vindicatis affulgeret, omnem revera admirationem superat. Nam tametsi o-C
mnes quotquot ubique terrarum sapientes habentur, in unum coacti, aliquid pro hujus rei dignitate dicere instituerint, ne ad minimam quidem ejus partẽ aspirare posse mihi videntur. Quippe hujus miraculi fides omnem humanæ rationis capacem naturam tantùm excedit, quantum humanis Divina præcellunt. Quocirca hic unus mihi ac præcipuus semper est scopus, ut quemadmodum veritatis fides novis quotidie miraculis inclarescit, sic etiam mẽtes omnium nostrûm ad sanctissimæ legis observantiam, cum omni modestia D
& concordi alacritate incitẽtur. Quod quoniam omnibus perspectissimũ esse confido, illud tibi imprimis persuasum velim, nihil mihi antiquius esse, quam ut sacrum illum locum, quem Dei jussu turpissima adjectione simulachri, velut gravi quodam pondere exoneravi; & qui ab initio quidem Dei judicio sanctus fuit, postea vero multo sanctior effectus est, ex quo Dominicæ passionis fidem in lucem protulit; eum, inquam, locum fabricarũ pulchritudine exornemus. Decet itaque prudentiam tuam, singula ad op⁹ necessaria ita disponere

Κεφ. ιζ.

Β Ἄλλη τοῦ αὐτοῦ ἐπιστολὴ πρὸς μακάριον τὸν ἐπίσκοπον Ἱεροσολύμων, περὶ τῆς οἰκοδομίας τοῦ θείου ναοῦ.

Νικητὴς κωνσταντῖνος μέγιστος μακαρίῳ.

ΤΟσαύτη τῆς σωτῆρος ἡμῶν ἐστὶν ἡ χάρις, ὡς μηδεμίαν λόγων χορηγίαν ἐξαρκεῖν πρὸς θαυμαστὴν ἀξίαν εἶναι δοκεῖν. ὃ δὲ γνώρισμα τῆς ἁγιωτάτης ἐκείνης πάθους, ὑπὸ τῇ γῇ πάλαι κρυπτόμενον, τοσαύταις ἐτῶν περιόδοις λαθεῖν, ἄχρις ἂν διὰ τὴν κοινὴν πάντων ἐχθρὰν ἀναιρέσεως ἐλευθερωθεῖσι τοῖς ἑαυτῆς θεράπουσιν ἀναλάμπειν ἔμελλεν, πᾶσαν ἔκπληξιν ὡς ἀληθῶς ὑπερβαίνῃ. εἰ γὰρ πάντες ⓐ διὰ πάσης
C τῆς οἰκουμένης εἶναι δοκοῦντες σοφοὶ, εἰς ἓν καὶ τὸ αὐτὸ συνελθόντες, ἀξιόν τι τοῦ θαύματος ἐξέλωσιν εἰπεῖν, ἐφ' ᾧ πρὸς τὸ βραχύτατον ἀμιλληθῆναι δυνήσονται. ἐπὶ τοσοῦτον πᾶσαν ἀνθρωπίνην λογισμῶν χωρητικὴν φύσιν ἡ τοῦ θαύματος τούτου πίστις ὑπερβαίνει, ὅσῳ τῶν ἀνθρωπίνων τὰ ἐράνια συνέστηκεν εἶναι δυνατώτερα. διὰ τοῦτο γοῦν ἐμοὶ ἀεὶ καὶ πρῶτος καὶ
D μόνος ἐστὶ σκοπὸς, ἵν' ὥσπερ ἑαυτὴν ὁσημέραι καινοῖς ἔργοις θαύμασιν ἡ τῆς ἀληθείας πίστις ἐπιδείκνυσιν, οὕτως καὶ αἱ ψυχαὶ πάντων ἡμῶν πρὸς τὸν ἅγιον νόμον σωφροσύνῃ καὶ ὁμογνώμονι προθυμίᾳ ἀποδαιόμεναι γένωνται. ὅπερ ἐπιδὴ πᾶσιν εἶναι νομίζω φανερὸν, ἐκεῖνο μᾶλλόν σε πεπεῖσθαι βούλομαι. ὡς ἔργα πάντων μοι μᾶλλον μέλῃ, ὅπως τὸν ἱερὸν ἐκεῖνον τόπον, ὃν θεοῦ πρὸς ἁγμάτων αἰρέσεως εἰδώλων προσθήκης, ὥσπερ τινος ἐπικειμένου βάρους ἐκθέσα, ἅγιον μὴν ἐξ ἀρχῆς θεοῦ κρίσει γεγενημένον, ἁγιώτερον δὲ ἀποφανθέντα, ἀφ' ἑτέρου τοῦ σωτηρίου πάθους πίστιν εἰς φῶς προήγαγε, οἰκοδομημάτων κάλλει κοσμήσωμεν. προσήκει τοίνυν τὴν σὴν ἀγχίνοιαν ἅπαντα διαθέσθαι τε

καὶ ἑκάστου τῶν ἀναγκαίων ποιήσασθαι πρόνοιαν, ὡς ἐ μόνον βασιλικὴν τῶν πανταχοῦ βελτίονα, ἀλλὰ καὶ τὰ λοιπὰ τοιαῦτα γλυφάς, ὡς πάντα τὰ ἐφ' ἑκάστης καλλιστεύοντα πόλεως, ὑπὸ τοῦ κλίσματος τούτου νικᾶσθαι· καὶ ταῦτ' μὲν τῶν τοίχων ἐγέρσεώς τε καὶ καλλιεργίας, θρακιλλιανῷ τῷ ἡμετέρῳ φίλῳ, τῷ διέποντι τῶν λαμπροτάτων ἐπάρχων τὰ μέρη, καὶ τῷ τῆς ἐπαρχίας ἄρχοντι, παρ' ἡμῶν ἐγκεχειρίσθαι τὴν φροντίδα γινώσκει κελεύσαι γὰρ ὑπὸ τῆς ἐμῆς εὐσεβείας, καὶ τεχνίτας καὶ ἐργάτας, καὶ πάντ' ὅσα ταῦτ' τὴν οἰκοδομὴν ἀναγκαῖα λυγχάνειν, ταῦτα τῆσδε καλαμάθοιεν αἰγυπτίας, ταῦτα χρῆμα διὰ τὴν ἐκείνων προνοίας ἀποσαλῆναι. ταῦτ' ἢ τῶν κιόνων εἴτ' ἐν μαρμάρων, ἃ δ' ἂν νομίσητε εἶναι πρεπωτέρα τε καὶ χρησιμωτέρα, αὐτὸς σωφρονήσας γραμένης, πρὸς ἡμᾶς γράψαι σπεύδασον· ἵν' ὅσων δ' ἂν καὶ ὁποίων χρείαν εἶναι διὰ τῶν σῶν γραμμάτων ἐπιγνῶμεν, ταῦτα πανταχόθεν μελλήσειν ἐνθῆναι δυνηθῶμεν. λοιπὸν γὰρ τῷ κόσμῳ θαυμασιώτερον τόπον, καθ' ἀξίαν φαιδρύνεσθαι δίκαιον. τὴν ἢ τῆς βασιλικῆς καμάραν, πότερον λακωναρίαν, ἢ διάλιθος ἑτέρας ἐργασίας γενέσθαι δοκεῖ, ταῦτα σὺ γνῶναι βούλομαι. εἰ γὰρ λακωναρία μέλλοι εἶναι, δυνήσεσθαι καὶ χρυσῷ καλλωπισθῆναι. τολμῶμενον, ἵνα ἡ σπουδαιότης τοῖς προφρονουμένοις δικασταῖς ἧττον γνωρισθῆναι ποιήσῃ, ὅσων τε ἔργα τῶν τεχνιτῶν καὶ ἀναλωμάτων χρεία· ἃ καὶ πρὸς ἐμὲ εὐθέως ἀνενεγκεῖν σπεύδασον, οὐ μόνον περὶ τῶν μαρμάρων τε καὶ κιόνων ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν λακωναριῶν, εἴ τε καὶ τοῦτο κάλλιον ἐπικρίνας. ὁ θεός σε διαφυλάξαι ἀδελφὲ ἀλάπτητε.

A & curare, ut non modo basilica ipsa omnium quæ ubique sunt, pulcherrima, sed & reliqua membra ejusmodi sint, ut omnes quantumvis eximiæ singularum urbium fabricæ, ab hac una facile superentur. Ac de parietum quidem substructione & elegantia, Draciliano amico nostro, agenti vices clarissimorum Prætorio, & Præsidi provinciæ scias curam à me esse commissam. Jussit siquidem pietas nostra, ut artifices & operarii, & quæcunque ad hoc opus necessaria esse ex prudentia tua cognoverint, protinus instante illorum sollicitudine dirigantur. De columnis vero & marmoribus, quæcunque & pretiosiora & utiliora esse inspectione operis facta judicaveris, cura ut ad nos perscribas: ut cùm ex litteris tuis cognoverimus, quot & qualibus opus sit, ea undique possint comportari. Æquum est enim, ut qui præ totius orbis locis maxime admirabilis est locus, pro dignitate sua exornetur. Porro cameram Basilicæ, utrum laqueatam, an alio quopiam operis genere faciendam censeas, certior à te fieri velim. Nam si laqueata fiet, auro quoque poterit exornari. Restat igitur ut sanctitas tua supra memoratis judicibus quam primùm significet, quot operariis & artificibus & sumptibus opus erit: utqui ad me celeriter referat, non modo de marmoribus & columnis, sed etiam de lacunaribus, si hoc opus venustius esse censueris. Divinitas te servet frater charissime.

Κεφ. ιη'.

Περὶ ἑλένης τῆς τοῦ βασιλέως κωνσταντίνου μητρὸς, καὶ τῆς περὶ τὴν οἰκοδομίαν τοῦθείου ναοῦ σπουδῆς.

Cap. XVIII.

De Helena matre Imp. Constantini: deque ejus studio in ædificatione Ecclesiæ.

Τούτοις τοῖς γράμμασιν οὐκ ἄλλος τις διηκόνησεν, ἀλλ' αὐτὴ τοῦ βασιλέως ἡ μήτηρ, ἡ καλλίπαις ἐκείνη, καὶ πάντων ἀοιδιμωτάτων εὐσεβῶν. οἷον μέγαν τοῦτον φωστῆρα τεκοῦσα, καὶ τὴν τῆς εὐσεβείας αὐτῷ προσενεγκοῦσα τροφώ· αὐτὴ τῶν τῆς ὁδοιπορίας πόνων ἀναδεχομένη, καὶ τοῦ γήρως οὐ λογισαμένη τὰ πάθη· πρὸ γὰρ ὀλίγου τῆς τελευτῆς τὴν ἀποδημίαν ταύτην ἐξείλατο, οἰδ' ὁπωσοῦν τις ἢ τοῦ βίου τὸ τέρμα καλείληφεν. ἐπεὶ δὲ ἢ τὸ χωρίον εἶδεν ἐκεῖνο, τὸ τῆς κοινῆς σωτηρίας τὰ σωθῆναι δεξάμενον, εὐθὺς μὲν οἷον μυσαρὸν ἐκεῖνον νεὼν καταλυθῆναι, καὶ οἷον χοῦν ἐκφορηθῆναι προσέταξε. δῆλος

B

C

D

cruces tres juxta Dominicum monumentum defossæ apparuerunt. Ac unam quidem illarum fuisse crucem Domini ac Servatoris nostri Jesu Christi: reliquas vero duas latronum qui una cum illo suffixi fuerant, cuncti pro certo habebant. Sed quænam illarum corpus Domini attigisset & pretiosi sanguinis guttis conspersa fuisset, prorsus ignorabant. Verum sapientissimus ille ac plane divinus Macarius, urbis illius Antistes, hac ratione dubitationem omnem dissolvit. Nam cùm matronæ cuidam nobili, quæ diuturno morbo laborabat, oratione facta, singulas cruces intento animo admovisset, Dominicæ crucis efficaciam deprehendit. Hæc enim cùm mulierem attigisset, gravem illum morbum protinus depulit, & pristinam salutem mulieri restituit. Hoc modo cùm Imperatoris mater, id quod tantopere cupiebat, didicisset, clavorum quidem partē galeæ Imperatoris inseruit, capiti filii sui prospiciens, ut hostium tela ab eo depelleret. Partem vero fræno equi illius admiscuit, simul Imperatori tutelam præstans, simul veteris prophetæ vaticinium complens. Nam Zacharias propheta diu ante prædixerat: Et quod in fræno equi est, sanctum erit Domino omnipotenti. Dominicæ autem crucis partem quidem palatio attribuit. Reliquum argentea theca quam fabricari jusserat incluſū, civitatis Episcopo tradidit, hortata ut salutis nostræ monumentum ad posterorum memoriam diligenter custodiret. Collectis deinde artificibus, cùm omnis generis materiam undique comparasset, amplissimas illas ac pulcherrimas cōstruxit Ecclesias. Quarum amplitudinem ac venustatem describere supervacuum puto, cùm omnes fere pii ac religiosi eo confluant, & operum magnificentiam contemplentur. Aliud præterea memoria dignum gessit laudatissima illa planeq; admirabilis Regina. Nam cùm puellas omnes quæ perpetuam virginitatem profitebantur in unum congregasset, paratisque pluribus stibadiis discumbere jussisset, ipsa ancillæ munus implevit, ministrans cibosque apponens, & pocula porrigens, & vinum infundens. Sed & aquæ manile cùm suppositā pelvi ferens, aquam abluendis earum manibus affudit. His ac similibus aliis ibi gestis rediit ad filium. Nec multo post ad meliorem vitam tranquillo

πώποτε. καὶ γὰρ ἐκ τῆς αὐλῆς συμμορείας μισθωσάμενοι, προσάγουσι τῷ βασιλεῖ βοῶντας ἀνοσιουργίας ἀῤῥήτους τετολμηκέναι πολλὰς τὸν τῆς ἀρείης ἀθλητήν. ἡγεῖτο δὲ τούτων δυσσεβίας τε καὶ θεογονίου καὶ θεοδώρου ὁ ἐξ Ἐρινθοῦ· ἠράκλειαν δὲ νῦν τὴν πέρινθον ὀνομάζουσιν· ἃς ἀνεκτὰ ταῦτα εἶναι λέγοντες, ἀδὲ ἀκοαῖς φορητά. πείθουσι δὴ ἐν τῷ βασιλέα, σύνοδον ἐν καισαρείᾳ τῆς παλαιστίνης ἀθροῖσαι, ἔνθα δὴ πλείους ἦσαν οἱ δυσμενεῖς, καὶ κεῖσε κελεῦσαι κελεῦσαι τὸν ἀθανάσιον. πεισθεὶς δὲ ὡς ἱερεῦσιν ὁ βασιλεὺς, παντάπασι γὰρ ἠγνόει τὰ τυρβαζόμενα, τοῦτο μὲν προσέταξεν. ἀλλ' ὁ θεῖος ἀθανάσιος, τὴν τῶν δικαζόντων δυσμένειαν ἐπισάμενος, οὐκ ἦκεν εἰς τὸ συνέδριον. συνῆλθεν δὲ πλείονα προφάσιν εἰς συκοφαντίαν λαβόντες οἱ τὸν κατὰ τῆς ἀληθείας ἀναδεξάμενοι πόλεμον. πρὸς ταῖς ἄλλαις παρανομίαις, τυραννικὸν αὐθαδείᾳ θρασύτητι ἐπὶ βασιλέως ἐγράψαντο καὶ ἅπαν τὸ ἐλπιζόμενον ἐψεύσθησαν. ὀργὴ γὰρ δὴ τῶν εἰρημένων θυμωθεὶς ὁ πρᾶος βασιλεὺς, ἐπέστειλεν αὐτῷ τὴν ὀργὴν ὑποφαίνων, καὶ καταλαλεῖν τὴν τύρον παρεγγυών. ἐκεῖσε γὰρ προσέταξεν ἀθροισθῆναι τὴν σύνοδον, ὑποπτεύσας, ὡς οἶμαι, τὸν ἀθανάσιον ὑφορᾶσθαι τὴν καισαρέων, διὰ τὸν ἐκείνης ἡγούμενον. ἔγραψε δὲ καὶ τῇ συνόδῳ, ἅπερ ἐχρῆν ὑποπτεῦσαι τὸν δυσσεβείᾳ κοσμούμενον. ἔστι δὲ ταῦτα.

A satores enim ex eadem illa factione iterum conductos, ad Imperatorem adducunt, insignem illum virtutis athletam multa infanda patrasse vociferantes. Eorum duces erant Eusebius ac Theognius, & Theodorus Perinthius: est autem Perinthus civitas quæ nunc Heraclea vocitatur: affirmantes ea esse intolerabilia, ac ne simplici quidem auditu ferenda. Persuadent igitur Principi, ut Cæsareæ in Palæstina synodum cogat, ubi plures erant infensi Athanasio; ibique causam illius jubeat judicari. Imperator vero fidem illis habens ut sacerdotibus: fraudulenta enim eorum consilia penitus ignorabat: id fieri præcepit. Verum Divinus Athanasius, B cum perspectam haberet judicum malevolentiam, ad Concilium non venit. Hinc validiorem ansam calumniandi arripientes ii qui veritati bellum indixerant, præter alia crimina, tyrannidis etiam & contumaciæ coram Imperatore eum insimulant. Neque vero spe sua prorsus frustrati sunt. Etenim Imperator, alioqui clementissimus, eorum verbis exasperatus, scripsit ad Athanasium, iram suam satis ei prodens, &, ut Tyrum pergeret, mandavit. Hic enim synodum congregari jussit, conjectans, C ut opinor, suspectam esse Athanasio Cæsaream ob illius urbis antistitem. Scripsit etiam ad Synodum ea quæ par erat scribi ab homine eximia pietate decorato. Epistola autem sic se habet.

Κεφ. κθ'.

Ἐπιστολὴ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου πρὸς τὴν σύνοδον.

Κωνσταντῖνος σεβαστὸς, τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τῇ ἐν Τύρου.

ΗΝ μὲν ἴσως ἀκόλουθον καὶ τῇ τῶν καιρῶν εὐκαιρίᾳ μάλιστα πρέπον, ἁγιασίαν D εἶναι τὴν καθολικὴν ἐκκλησίαν, καὶ πάσης λοιδορίας ἔξω τοὺς ἁγίους ἔχειν ἔνδον ἀπηλλάχθαι θεράποντας. ἐπειδὴ δ' ἔχ' ὑμᾶς φιλονεικίας ὀίστρῳ τινὲς ἐλαυνόμενοι, ἃ γοῦν εἰπεῖν βιαίους ἑαυτῶν ἀναξίως, τὰ πάντα συγχέειν ἐπιχειροῦσιν, ὅπερ πάσης συμφορᾶς ἐπέκεινα κεχωρηκέναι μοι δοκεῖ· τούτου χάριν θεοῦσας ὑμᾶς, ὡς ἔξωθεν προτρέπομαι, χωρεῖς ἕνος ὑπὲρ θέσεως εἰς ταὐτὸ συνδραμεῖν, καὶ πληρῶσαι τὴν σύνοδον· ἐπαμῦναι τοῖς χρήζουσιν ἐπικουρίας, τοὺς ἀδελφοὺς ἰατρεῦσαι κινδυνεύοντας· εἰς ὁμόνοιαν

Cap. XXIX.

Imp. Constantini epistola ad Synodum Tyri.

CONSTANTINUS Augustus, sanctæ Synodo congregatæ in urbe Tyro. Congruum plane & felicitati temporum nostrorum consentaneum D erat, ut Ecclesia catholica expers seditionis esset, & Christi famuli ab omni nunc probro vacui essent ac liberi. Sed quoniam nonnulli improbæ contentionis stimulis agitati, ne dicam vitâ professione sua indignam agentes, cuncta turbare conantur, quod malum quavis calamitate gravius mihi videtur: idcirco vos sponte, ut ajunt, currentes adhortor, ut absq; ulla dilatione in unum coeuntes, synodum constituatis; & opem vestram indigentibus subveniatis, fratribus periclitantibus medicinâ adhibeatis, dissidentia inter se membra ad con-

cordiam revocetis; delicta deniq; dum tempus adhuc patitur, colligatis: quo scilicet tot ac tantis provinciis per vos restituatur concordia, quam proh scelus! paucorum hominum arrogantia evertit. Id porro summo omnium Domino ac Deo acceptum esse, mihique præ omnibus votis optabile, vobis postremo ipsis, siquidem concordiam restitueritis, honorificum inprimis & gloriosum, inter omnes constare arbitror. Nolite ergo cunctari; sed alacritatem animi vestri magis ac magis intendentes, date operam ut præsentes dissensiones convenienti sententia terminetis, cum omni, ut par est, sinceritate & fide, quam servator ille quem colimus, in omni negotio tantum non inclamans, à nobis præcipue flagitat, in unum convenientes. Cæterùm quantum ad religionem nostram pertinet, nihil quod mearum partium sit, vobis deerit. Cuncta siquidem quæ literis vestris significastis, à me impleta sunt. Scripsi ad quos voluistis Episcopos, ut venientes communi vobiscum cura ac sollicitudine fungerentur. Misi etiam Dionysium ex Consulari, qui & Episcopos illos qui vobiscum adesse debent, commoneat; & omnium quæ gerentur, maximæ vero modestiæ inspector sit. Si quis vero, quod minime arbitramur, præceptum nostrum etiamnum violare præsumens, adesse renuerit, mittetur quamprimum à nobis aliquis, qui Imperiali auctoritate hominem in exilium pellens, docebit Imperatoris sanctionibus pro veritate editis minime esse repugnandum. Quod superest, vestræ Sanctitatis erit providere, ut nec odio nec gratia, sed juxta Ecclesiasticas & Apostolicas regulas, delictis & iis quæ per errorem contigerunt conveniens remedium exquiratis: quo & Ecclesiam omni probro liberetis, & meas curas levetis, & pacis amœnitate turbatis nunc Ecclesiis restituta, vobis ipsis maximam gloriam comparetis. Divinitas vos servet fratres charissimi. Cùm igitur hoc modo Episcopi Tyrum convenissent, eo accesserunt tũ alii quidam, qui ob perversam doctrinam accusabantur; ex quorum numero fuit Asclepas Episcopus Gazæ: tum admirandus Athanasius. Sed primùm quidem accusationis ipsius tragœdiam, deinde vero res in famosissimo illo consessu gestas libet exponere.

A ἐπαναλαγεῖν τὰ διεσῶτα τῷ μελῶν· διορθώσασθε πλημμελούμενα ὡς καιρὸς ἐπιτρέπει· ἵνα ταῖς τοσαύταις ἐπαρχίαις τὴν πρέπουσαν ἀποδῶτε συμφωνίαν, ἵν' φθῇ τὰ τόπας, ἐλαχίστων ἀνθρώπων ἀπώλεσεν ὑπερηφία. ὅτι γὰρ τοῦτο τῷ δεσπότῃ τῶν ὅλων θεῷ ἐστιν ἄρεστον, ἐμοὶ πάσης εὐχῆς ὑπέρτερον, καὶ ὑμῖν αὐτοῖς, ἐάν γε τὴν εἰρήνην ἀνακαλέσησθε, ὑπάρχειν ἀξιον δόξης, ἅπαντας ἀνθρώπους συνομολογεῖν ἡγοῦμαι. μὴ τοίνυν μέλλετε λοιπόν, ἀλλ' ἐπείγεσθε σπεύδειν τὰ προθυμίας, τοῖς προκειμένοις ὅρον ἐπιθεῖναι πρεπόντως τὸν προσήκοντα, μετὰ πάσης εἰλικρινείας δηλαδὴ καὶ πίστεως συνελθόντες, ἵν' ἑκάστας χεῖ μονονουχὶ φωνὴν ἀφιεὶς ὁ σωτὴρ ἐκεῖνος ᾧ λατρεύομεν, ἀπαιτεῖ μάλιστα. παρ' ἡμῶν δὲ ἐν τῶν εἰς τὴν ἐμὴν εὐλάβειαν ἥκόντων ἐνδεήσει. πάντα μοι πέπρακται, ὅσα γράφοντες ἐδηλώσατε. ἐπέστελλα πρὸς οὓς ἐβουλήθητε τῶν ἐπισκόπων, ἵνα παραγενόμενοι, κοινωνήσωσιν ὑμῖν τῶν φροντισμάτων. ἀπέστελλα δὲ καὶ Διονύσιον τὸν ἀπὸ ὑπάτων, ὃς καὶ τοὺς ὀφείλοντας εἰς τὴν σύνοδον ἀφικέσθαι μεθ' ὑμῶν ὑπομνήσει, καὶ τῶν πραττομένων, ἐξαιρέτως δὲ τῆς εὐταξίας κατάσκοπος παρέσται. ἐὰν γάρ πως, ὡς ἔωθα ἥκοιμαι, τὴν ἡμετέραν κέλευσιν καὶ νεῦμα διακρούσασθαι πειρώμενος, μὴ βουληθῇ παραγενέσθαι, ἐνθένδε παρ' ἡμῶν ἀποσταλήσεται, ὃς ἐκ βασιλικῶν προσάγματος αὐτὸν ἐκβαλὼν, ὡς ἂν προσῆκεν ὁρᾶσθαι αὐτοκράτορος ὑπὲρ τῆς ἀληθείας ἐξενεχθεῖσι μὴ ἀντιτείνειν, διδάξει. λοιπὸν ἔσται τῆς ὑμετέρας ὁσιότητος ἔργον, ὁμονοοῦντας κρίσει, μήτε πρὸς ἀπέχθειαν, μήτε πρὸς χάριν, ἀκολούθως τῷ ἐκκλησιαστικῷ καὶ ἀποστολικῷ κανόνι, τοῖς πλημμεληθεῖσιν, εἴτ' ἂν καὶ D σφάλμα συμβεβηκόσι, τὴν ἀρμοστὴν θεραπείαν ἐπινοῆσαι. ἵνα καὶ πάσης βλασφημίας ἐλευθερώσητε τὴν ἐκκλησίαν, καὶ τὰς ἐμὰς ἐπικαθίσητε φροντίδας, καὶ τὴν τῆς εἰρήνης χάριν τοῖς νοσιάζομένοις ἀποδόντες, μεγίστην εὐκλειαν ὑμῖν αὐτοῖς προξενήσητε. ὁ θεὸς ὑμᾶς διαφυλάττοι ἀδελφοὶ ἀγαπητοί. Οὕτω δὴ τῶν ἐπισκόπων εἰς τὸ αὐτὸ συναλισθέντων, ἀφίκοντο μὲν καὶ ἄλλοι τινὲς δογμάτων διαφθορὰν ἐγκαλούμενοι, ὧν εἷς ἦν Ἀσκλεπᾶς ὁ Γαζαῖος· ἀφίκετο δὲ καὶ ὁ θαυμάσιος Ἀθανάσιος. βούλομαι δὲ πρῶτον τὸν τῆς κατηγορίας διηγήσασθαι τραγῳδίαν, εἶθ' ἕτως συγγράψασθαι τὰ κατὰ τὸ πολυθρύλητον δικαστήριον.

A

Κεφ. λ'.

Περὶ τῆς ἐν τύρῳ γενομένης συνόδου.

Ἀρσένιός τις τῶν μελετίου κοινωνικῶν ἐπίσκοπος ἦν. τοῦτον ὁ τῆς ἐκείνου συμμορίας καλυπτούσης, λαθεῖν ἐπὶ πλεῖον ἠξίωσαν. εἶτα χεῖρα δεξιὰν ἀπό τινος σώματος ἐκτεμόντες νεκροῦ, καὶ ταύτην ἐν λάρνακι ξυλίνῃ τελαμῶσι συμμίξαντες ἐνθέντες, πάντοσε περιέφερον, καὶ καθ' ἑλληνῶν λέγοντες τὸν ἀρσένιον, καὶ μιαιφόνον ἀποκαλοῦντες τὸν ἀθανάσιον. ἀλλ' ὁ πάντα ἐφορῶν ὀφθαλμὸς, οὐκ εἴασεν ἐπὶ πλεῖον λαθεῖν τὸν ἀρσένιον. ἀλλὰ πρῶτον μὲν ἐν αἰγύπτῳ καὶ θηβαΐδι, ὅλος γέγονεν ὅτι ζῇ· ἔπειτα ὑπ' αὐτὸν εἰς τύρον ἤγαγεν, ἔνθα ἡ τραγῳδουμένη χεὶρ ἐπὶ τῶν κειτῶν προεφέρετο. τοῦτον ὁ ἀθανασίου θηρώσαντες σύνοικοι, ἤγαγόν τε καὶ ἐν τῇ καταγωγῇ λαθεῖν τέως ἐνάγκασαν, αὐτὸς δὲ ὁ μέγας ἀθανάσιος ἅμα τῇ ἕῳ καλέσας τὸ συνέδριον. καὶ πρῶτον μὲν γύναιον εἰσήγαγον ἀκολασίας συνεχόμενον. ἡ δὲ ἀναιδῶς ἐβόα, παρθενίαν μὲν ἐπηγγέλθαι λέγουσα τὸν δὲ ἀθανάσιον ἐπὶ ξενῳ τέλει βιάσασθαι, καὶ ἄκουσαν διαφθεῖραι. τούτων ἅπερ ἐκείνης εἰρημένων, εἰσῆλθε μὲν ὁ καθηγορούμενος σὺν ἑνὶ τῶν πρεσβυτέρων ἀξιόπιστος, τιμόθεος τοῦτο ὄνομα ἦν. τῶν δὲ δικαστῶν ἀπολογήσασθαι πρὸς τὴν γραφὴν προσταξάντων τὸν ἀθανάσιον, ὁ μὲν ἐσίγησεν, ὡς δ' ἦν οὐκ ὢν ἀθανάσιος. ὁ δὲ τιμόθεος ἔφη πρὸς τὴν γυναῖκα. ἐγώ σοι ὦ γύναι σπουδαίως ἔτυχον ποτὲ ὁμιλήσας, εἰς δὲ τὴν σὴν εἰσελήλυθα οἰκίαν ἢ ἀναιδέστερόν ἐβόα, τῷ τιμοθέῳ διαμαχομένη καὶ τὴν χεῖρα ἐξάγουσα, καὶ τῷ δακτύλῳ δεικνύουσα καὶ λέγουσα· σύ μοι τὴν παρθενίαν ἀφεῖλες· σύ με τῆς σωφροσύνης ἐγύμνωσας, καὶ τἄλλα ὅσα λέγειν εἰώθασιν αἱ δι' ἀκολασίας ὑπερβολὴν οὐκ ἔχουσαι τὴν αἰδῶ. ἔτω δὴ τῶν τὸ δρᾶμα συντεθεικότων καταισχυνθέντων, ἐρυθριασάντων δὲ καὶ τῶν δικαστῶν, ὅσοι συνίσορες ἦσαν, ἐξήγετο ἡ γυνή. τότε δὴ ὁ μέγας ἀθανάσιος ἔλεγε, μὴ χρῆναι ἀφεθῆναι τὸ γύναιον, ἀλλ' ἐξετάσαι καὶ μαθεῖν τὸν ταῦτα συνθεικότα. ἅμα δὲ ἐβόων, ἕτερα εἶναι καθηγορήματα χαλεπώτερα, εἰ δαμῶς τέχνῃ τινὶ καὶ δεινότητι

Cap. XXX.

De Synodo apud Tyrum celebrata.

Arsenius quidam erat Meletianæ factionis Episcopus. Hunc Meletiani cùm occultassent, ut diutissime in latebris manere vellet orarunt. Dextrâ deinde mortui cujusdam abscisâ, eam sale conditam & in arca lignea repositam, ubique circumtulerunt, Arsenio præcisam esse dicentes, & Athanasium vocantes homicidam. Sed ille qui omnia intuetur providentiæ oculus, Arsenium diu latere haudquaquâ passus B est. Nam primum quidem in Ægypto ac Thebaide compertus est vivere. Deinde vero Tyrum quoque eum adduxit Divina providentia, ubi decantata illa manus coram judicibus proferebatur. Hunc ergo cùm deprehendissent contubernales Athanasii, adduxerunt, & in diversorio aliquandiu delitescere coegerunt. Ipse vero magnus Athanasius prima luce ad Concilium venit. Ac primo quidem introducta est quædam impuræ vitæ muliercula. Hæc impudenter vociferati cœpit, se quidem virginitatem Deo vovisse dicens, Athanasium C vero, quem hospitio exceperat, vim sibi intulisse, & invitam violasse. Quæ cùm dixisset, ingressus est is qui accusabatur, & unà cum illo presbyter quidam egregius, Timotheus nomine. Cumque judices Athanasium objecto crimini respondere jussissent, ipse quidem conticuit, perinde ac si non esset Athanasius. Timotheus vero mulierem alloquens: Egone, inquit, tecum aliquando confabulatus sum, mulier, aut in ædes tuas unquam ingressus? Tum illa multo impudentius clamare cœpit, contendens adversus Timotheum & manum exerens, eumque digito demonstrans: Tu, inquit, mihi virginitatem eripuisti; tu me castitate spoliasti: & alia ejusmodi addens, quæ dici D solent à mulieribus propter intemperantiam omni prorsus verecundia destitutis. Hunc in modum pudore confusis iis qui fabulam composuerant, erubescentibus quoque Judicibus qui conscii erant, dimissa est mulier. Tunc magnus Athanasius mulierem dimittendam non esse dixit, sed inquirendũ quis ista concinnasset. Illi vero clamarunt, alia supersesse crimina longe graviora, quæ nulla arte ac solertia

dissolvi possent. Oculis enim, non A auribus, judicanda esse quæ proferrentur. His dictis famosam illam arcam in medium protulerunt, & manum sale conditam monstrarunt. Tum vero spectantium singuli clamorem sustulerunt: alii id scelus verum esse existimantes: alii id quidem falsum esse minime dubitantes; Arsenium vero adhuc occultum esse credentes. Tandem vero ægre impetrato modico silentio, reus judices percontatur, num quis ex ipsis Arsenium nosset. Cumq; multi respondissent se hominem probe nosse, eum adduci jussit. Ac rursus interrogavit, num is ipse esset Arsenius, B quem ipse quidem peremisset, illi autem requirerēt: & qui post cædem contumelia affectus & dextra manu truncatus esset. Illis confitentibus hunc Arsenium esse, Athanasius reducto ejus pallio, utramque illius manum ostendit, dextram ac sinistram. Aliam vero, inquit, nemo præterea requirat. Duas enim duntaxat manus à Conditore omnium Deo singuli homines acceperunt. Quibus in hunc modum demonstratis, cùm accusatores & judices qui fraudis conscii erant, occultare se debuissent, & optare ut tellus ipsis dehisceret, tumultu ac seditione Concilium compleverunt: præstigiatorem vocantes Athanasium, qui artibus quibusdam ac machinamentis oculos hominum deciperet. Eumque discerpere ac jugulare conabantur, quem paulo ante cædis reum egerant: Verum ii qui ad conservandam in Concilio modestiam ac disciplinam ab Imperatore præpositi fuerant, cædem prohibuerunt. Nam cùm egregium illum victorem ex eorum manibus ereptum, navigio imposuissent, hoc modo saluti ejus consuluerunt. Atque is quidem ad Imperatorem profectus, totam illam tragœdiam sicut acta fuerat, edocuit. Illi vero Episcopos quosdam ejusdem cum ipsis sectæ atque sententiæ in Mareoten miserunt; Theognium scilicet Nicææ, Theodotum Perinthi, Marin Chalcedonensem, Narcissum Cilicem, cùm aliis eadem sentientibus. Est autem Mareotes Alexandriæ regio, à Mario lacu cognomentum sortita. Illic contexto mendacio, & falsis actis compositis, cùm calumnias jam ante convictas tanquam veras accusationes concinnassent, eas ad Imperatorem miserunt.

διαλυθῆναι δυνάμενα. ὄψις γὰρ οὐκ ἀκοὴ, δικάσαι τοῖς ἀκουομένοις. ταῦτα εἰπόντες, τὴν πολυθρύλητον ἐκείνην ὑπεδέξαντο λάρνακα, καὶ τῶν τε ἀειχθουμένων ἐγύμνωσαν χεῖρα. τῶν δὲ θεασαμένων, ἕκας ἀνεβόησεν· ὁ μὲν ἀληθὲς εἶναι τὸ μὸσθ ὑποπτόμενος· ὁ δὲ, τὸ μὲν ψεῦδος εἰδότες, κεκρύφθαι δὲ τὸν ἀρσένιον ἐπινομίζοντες· μόλις δὲ βεβαχείας γλυκείας σιγῆς, ἤρξατο τὰς δικάζουσας καὶ κατηγορούμενος, εἴπῃς ἂν αὐτοῖς εἰ τὸν ἀρσένιον ἴσασι. πολλῶν δὲ εἰρηκότων ἀκριβῶς εἰδέναι τὸν ἄνδρα, ἐκέλευσε τοῦτον ἀχθῆναι. καὶ πάλιν ἤρετο, εἰ οὗτος ἐκεῖνος εἴη ἀρσένιος, ὅτου μὲν ἐμὲ μὴ ἀπηγμένου, αὐτὰ δὲ τούτων ἴσασιν, κἀγὼ φανερὸν ὑποκείμενον· καὶ τὸ δεξιᾶς ἐστερημένον. συνομολογησάντων δὲ αὐτῶν τοῦτον εἶναι, τὸ ἔφεδρον αὐτὸν γυμνώσας ὁ ἀθανάσιος, ὑπέδειξεν ἄμφω τὼ χεῖρε, καὶ τὴν δεξιὰν καὶ τὴν ἀριστερὰν. ἄλλην δὲ ἔφη ζητείτω μηδείς. δύο γὰρ ἀνθρώπων ἕκαστος αὐτὰ ἔπεμψε τῷ ὅλων δεσπότῃ χεῖρα. ἀλλὰ καὶ τούτων ἔτι ἀφανισθέντων, καλῶς ἂν ἔχοι τὸν οὗτω καταγορεύοντας, καὶ τῶν δικαζόντων οὕτω σωφρόνως, καὶ ἀκεραίως χάσκειν C ῥύσει τὴν γῆν, βαρύνει καὶ σάσεως ἐνέπλησαν τὸ συνέδριον, γόητα καλοῦντες τὸν ἀθανάσιον, καὶ ποικίλαις μαγγανείαις ἐξαπατᾶν αὐτὸν λέγοντες τῶν ἀνθρώπων τὰς ὄψεις. καὶ διαφθεῖραι ἐπεχείρουν καὶ κατασφάξαι, ὁ τῆς μιαιφονίας φεύγοντες βεβαχεὺς καταγορεύοντες, ἀλλ' ὁ φεύγων βασιλέως τὴν τῆς διαταξίας πρόνοιαν πιστεύοντες, τὸν φόνον ἐκώλυσαν. ἁρπάσαντες γὰρ τὸν νικηφόρον, καὶ σκάφος ἐμβῆναι σκευάσαντες, τὴν σωτηρίαν προύξένησαν. καὶ οὗτος μὲν τὸν βασιλέα κατέλαβεν, πᾶσαν τὴν τολμηθεῖσαν ἐδίδαξε τραγῳδίαν. ἐκεῖνοι δὲ εἰς τὸν μαρεώτην τῶν ὁμογνωμόνων τινὰς ἐπισκόπους ἀπέστελλαν· θεογόνιον φημὶ τὸν νικαίας, καὶ θεόδωρον τὸν περινθίου, καὶ μάριν τὸν χαλκηδόνιον, καὶ τὸν κίλικα νάρκισσον, καὶ τοὺς τούτων ὁμόφρονας· ὁ δὲ μαρεώτης, χώρα πρός ἐστιν ἀλεξανδρείας, τῆς λίμνης μαρίας ἐπώνυμος. ἐν ταύτῃ τὸ ψεῦδος ὑφάναντες, καὶ πανυπομνήματα διαπλάσαντες, καὶ τὰς γυμνωθείσας συκοφαντίας ὡς ἀληθεῖς συνθέντες κατηγορίας, ἀπέστελλαν βασιλεῖ.

A

Κεφ. λα'.

Περὶ τῆς ἐγκαινίων τῆς ἐν ἱεροσολύμοις γενηθείσης, καὶ τῆς ἐξορίας τοῦ ἁγίου ἀθανασίου.

Αὐτοὶ μὲν εἰς τὴν αἰλίαν παρεγένοντο. τὴν μὲν δὴ σύνοδον ἅπασαν ἀπὸ τύρου καταλαβεῖν τὴν αἰλίαν ὁ βασιλεὺς παρῄνεσε. συνελθεῖν δὲ καὶ αὐτὸς ἄλλους ἄπωθεν πανταχόθεν ἐκέλευσε, καὶ αὐτὸς τῶν αὐτοῦ δομητέλας καθιερῶσαι νεώς. συναπέλυσε δὲ καὶ τῶν εὐνουχιδέρων ἀρχόντων τινὰς, εὐσεβείᾳ καὶ πίστει λαμπρυνομένους, φιλοτίμως ἅπασι πάντα χορηγηθῆναι κελεύσας, οὐ μόνον ἀρχιερεῦσι καὶ τοῖς B τούτοις συνεπομένοις. ἀλλὰ καὶ τοῖς δεομένοις ἅπασιν οἱ πανταχόθεν συνέτρεχον. διεκοσμεῖτο δὲ τὸ θεῖον θυσιαστήριον βασιλικοῖς τε στολισμοῖς, καὶ κειμηλίοις λιθοκολλήτοις χρυσοῖς. ἔτους δὲ τῆς ἑορτῆς λαμπρότητος γενομένης, οἱ μὲν εἰς τὰς οἰκείας ἐπανῆλθον παροικίδας. ὁ δὲ βασιλεὺς τὴν τῆς πανηγύρεως μεμαθηκὼς φαιδρότητα καὶ πολυτέλειαν, θυμηδείας τε ἐνεπλήσθη, καὶ τῶν ἀγαθῶν τὸν πρύτανιν ὕμνησεν, ὅτι καὶ ταύτῃ αὐτῷ τὴν αἴτησιν ἔδωκεν. ἐπειδὴ δὲ προσῆλθεν ἀθανάσιος τὴν ἄδικον ὀδυρόμενος κρίσιν, ἀφικέσθαι C τοῦ αἰτιασθέντας τῶν ἐπισκόπων ἐκέλευσεν. οἱ δὲ κατηγοροῦντες, καὶ τὸ τοῦ ἐλέγχου προφανὲς ὑποδεδοικότες, τὰς μὲν προτέρας συκοφαντίας κατέλιπον. ἔφασαν δὲ τῷ βασιλεῖ, ἠπειληκέναι τὸν ἀθανάσιον τὴν σιτοπομπίαν κωλύσειν. τούτοις πιστεύσας τοῖς λόγοις ὁ βασιλεὺς, εἴς τινα πόλιν τῶν καλουμένων γαλλιῶν αὐτὸν ἐξωρίσατο. τρῆβις δὲ ὄνομα ταύτῃ. τεσσαρακοστὸν δὲ τοῦτο ἦν ἀπὸ τῆς βασιλείας ἔτος.

D

Κεφ. λβ'.

Περὶ τῆς τοῦ μακαρίου κωνσταντίνου βασιλέως διαθήκης.

Ἐνιαυτὸς δὲ ἄλλος καὶ μηνῶν διελήλυθότων ὀλίγων ἐν νικομηδείᾳ τῆς βιθυνίας διάγων, ἠῤῥώστησε. τὸ δὲ τῆς ἀνθρωπίνης βιότητος ἄδηλον ἐπισάμενος, τὸ θεῖον βαπτίσματος τὸ σωτήριον ἐδέξατο. ἀνεβάλλετο δὲ μέχρι τοῦδε τὸ χρόνου, ἐν ἰορδάνῃ τῷ ποταμῷ τοῦτο τυχεῖν ἡμιερώμενος. ἦσαν μὲν τρεῖς παῖδες κληρονόμοι τῆς βασιλείας καταλιπὼν κωνσταντῖνον καὶ κώνσταντα τὸν νεώτατον.

Cap. XXXI.

De Ecclesiæ dedicatione Hierosolymis facta: deque exilio sancti Athanasii.

Ipsi vero Æliam profecti sunt. Etenim Imperator universum Concilium relicta Tyro, Æliam proficisci jusserat: aliosque complures undequaque eò convenire præceperat, ut Basilicas ab ipso constructas dedicarent. Quosdam etiam sibi charissimos rectores eò misit, pietate ac fide conspicuos: mandans, ut cuncta abunde omnibus præberentur, non Episcopis solum & illis qui eos comitabantur, sed cunctis etiam egentibus qui eo undiq; confluebant. Porro sacrum altare regalibus velis, & aureis donariis gemmarum fulgore distinctis cernebatur ornatum. Hunc in modum splendidissima festivitate celebrata, Episcopi quidem ad suas quisq; civitates reversi sunt. Imperator vero de conventus illius splendore ac magnificentia certior factus, maximam animo cepit voluptatem, & bonorum omnium auctori gratias egit, quòd ejus quoq; voti compotem ipsum reddidisset. Et quoniam Athanasius ipsum adierat de iniquitate judicii graviter conquerens, Episcopos de quibus querebatur, ad Comitatum venire jussit. Qui cùm adessent, apertissime se convincendos esse prævidentes, priores quidem calumnias missas fecere: Imperatori vero suggesserunt, comminatum esse Athanasium, prohibiturum se exportationem annonæ. His sermonibus inductus Imperator, in urbem quandam Galliarum, cui nomen est Treviris, Athanasium relegavit. Agebatur tunc tricesimus Imperii ejus annus.

Cap. XXXII.

De testamento beatissimi Imp. Constantini.

Annō deinde uno ac mensibus paucis elapsis, Imperator Nicomediæ degens morbo corripitur. Cumque incertum esse exitum vitæ animadverteret, divini lavacri gratiam suscepit. Quod quidem ad id usque temporis distulerat, cùm in Jordane illud suscipere desideraret; ac tres quidem Imperii hæredes reliquit, Constantinum scilicet, Constantium, & Constantem natu minimum. Magnum

autem Athanasium Alexandriam redire jussit, idque præsente Eusebio, & ne hoc fieret magnopere disuadente.

Cap. XXXIII.

Ejusdem Imperatoris defensio.

Nemini porro mirum videatur, quòd fraude circumventus, tantos viros in exilium egerit. Episcopis enim decipientibus credidit, qui malitiam quidem suam tegebant, sed alioqui clari atque illustres erant. Sciunt autem sacrarum litterarum periti, divinum prophetam Davidem perinde deceptum fuisse. Decepit autem illum non Pontifex, sed servus vernaculus ac furcifer: Siba scilicet, qui adversus Mephiboseth mentitus est regi, & agrum illius ita obtinuit. Atq; hæc dico, non ut prophetam incusem, sed ut Imperatoris nostri defensionem proponam, & humanæ naturæ imbecillitatem ostendam: doceamque credendum non esse accusatoribus solis, quamvis fide digni videantur, sed aurium alteram reis esse reservandam. Ac Imperator quidem à terreno regno ad alterum longe præstantius migravit.

Cap. XXXIV.

De morte sanctissimi Imperatoris Constantini.

Præfecti vero & rei militaris duces ac reliqui omnes, corpus ejus in arca aurea conditum Constantinopolim transtulerunt, universo exercitu, partim præeunte, partim subsequente, & orbitatem suam graviter lamentante. Illum quippe patrem mitissimum experti omnes fuerant. Porro quantus honor delatus sit cadaveri, & quàm diu in palatio manserit, dum proceres adventum filii expectarent, superfluum arbitror scribere, cùm hæc alii scriptis suis prodiderint. Quos quidem legere quivis facile potest, atque inde cognoscere, qua ratione omnium arbiter ac moderator Deus fideles sibi famulos remunerari solet. Quod si quis istis non vult credere, is ea intuens quæ nunc ad ejus loculum & statuam geruntur, credat iis quæ scripta sunt, & Domino qui dixit: Glorificantes me glorificabo, & qui me spernunt, ipsi spernentur.

Finis Libri primi.

εἰς ἣ τὴν ἀλεξάνδρειαν ἐπανελθεῖν τὸν μέγαν προσέταξεν ἀθανάσιον, καὶ ταῦτα εὐσεβίου παρόντος καὶ τἀναντία πείθοντος ἐπιχειροῦντος.

Κεφ. λγ'.

Ἀπολογία ὑπὲρ τοῦ αὐτοῦ βασιλέως.

Θαυμαζέτω ἢ μηδεὶς, εἰ τηλικούτους ἄνδρας ἐξαπατηθεὶς ἐξωρόγισεν. ἀρχιερεῦσι γὰρ κρύπτουσι μὲν τὴν πονηρίαν, τὴν δὲ ἄλλως ἔχουσι προφάνειαν, ἐξαπατῶσιν ἔπεισεν. ἴσασι ἢ οἱ τὰ θεῖα προπαιδευμένοι, ὡς καὶ ὁ θεῖος ἐξηπατήθη ποτε Δαβὶδ ὁ προφήτης. ἐξηπάτησε ἢ αὐτὸν οὐκ ἀρχιερεὺς, ἀλλ' οἰκέτης οἰκοτρόπου καὶ μαστιγίας· τὸν σιβᾶ λέγω τὸν κατὰ τοῦ μεφιβοσὲθ τὰ ψεύδη τὸν βασιλέα διαβάλλοντα, καὶ τὸ ἐκείνου χωρίον ἁρπάσαντα. καὶ ταῦτα λέγω, οὐ κατηγορῶν, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦδε τοῦ βασιλέως τὴν ἀπολογίαν προφέρων, καὶ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἐπιδεικνὺς τὴν ἀσθένειαν, καὶ διδάσκων ὡς ἀχρὴ μόνοις τοῖς κατηγορουμένοις πιστεύειν, κἂν ἄγαν ὦσιν ἀξιόχρεοι, ἀλλὰ θατέρου τῶν ἀκοαῖν τοῦ κατηγορουμένου φυλάττειν. ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς εἰς τὴν ἀμείνω βασιλείαν μετέστη.

Κεφ. λδ'.

Περὶ τῆς τελευτῆς τοῦ αὐτοῦ ἁγίου κωνσταντίνου βασιλέως.

Οἱ ἢ ὕπαρχοι καὶ οἱ στρατηγοὶ καὶ οἱ λοιποὶ ἅπαντες, ἐν λάρνακι τοῦτον καταθέντες χρυσῆ, εἰς τὴν κωνσταντινούπολιν μετεκόμισαν, τοῦ στρατιᾶς ἁπάσης ἡγουμένης καὶ ἑπομένης, καὶ πικρῶς ὀλοφυρομένης τὴν στέρησιν. πατρὸς γὰρ ἡπίου πεῖραν εἰλήφεσαν ἅπαντες. ὁπόσης δὲ τιμῆς τὸ σῶμα ἐκεῖνο τετύχηκε, καὶ ὁπόσον ἐν τοῖς βασιλείοις διέμεινε χρόνον, τῶν ἀρχόντων τὴν τοῦ παιδὸς παρουσίαν ἐπανόδου, περιττὸν ἡγοῦμαι γράφειν, ἅπασι ταῦτα συγγραφότων. ὃς ῥᾴδιον ἐπιτυχεῖν, καὶ μαθεῖν, ὅπως τῶν ὅλων ὁ πανύτατος γεραίρει θεὸς ἑαυτοῦ θεράποντας. εἰ δέ τις ἐκείνοις διαπιστεῖ, τὰ νῦν παρὸν τὴν ἐκείνου θήκην καὶ τὸν ἀνδριάντα γινόμενα βλέπων, πιστευσάτω τοῖς γεγραμμένοις, καὶ τῷ φήσαντι δεσπότῃ, ὅτι δοξάζοντάς με δοξάσω, καὶ οἱ ἐξουθενοῦντές με ἐξουθενωθήσονται.

Πρώτου λόγου τέλος.

ΤΑΔΕ ΠΕΡΙΕΧΕΙ ΤΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ λόγος Β'.

α'. Περὶ τῆς ἐπανόδου τοῦ ἁγίου ἀθανασίου.

β'. Επιστολὴ τοῦ βασιλέως κωνσταντίνου ὑοῦ κωνσταντίνου πρὸς ἀλεξανδρεῖς.

γ'. Ὅπως κωνστάντιος ὁ βασιλεὺς ἐκ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως μετετράπη.

δ'. Περὶ τῆς τοῦ μακαρίου ἀθανασίου δευτέρας ἐξορίας, καὶ τῆς γρηγορίου καταστάσεώς τε καὶ τελευτῆς.

ε'. Περὶ παύλου τοῦ γενομένου ἐπισκόπου κωνσταντινουπόλεως.

ϛ'. Περὶ μακεδονίου καὶ τῆς ἐπ' αὐτοῦ συστάσης αἱρέσεως.

ζ'. Περὶ τῆς ἐν σαρδικῇ γενομένης συνόδου.

η'. Συνοδικὸν ὑπὸ τῶν αὐτόθι συνεληλυθότων ἐπισκόπων πρὸς τοὺς κατὰ τὴν οἰκουμένην ἐπισκόπους γραφέν.

θ'. Τὰ κατὰ εὐφρατᾶν καὶ βικέντιον τοὺς ἐπισκόπους, καὶ τὴν ἐν ἀντιοχείᾳ κατ' αὐτῶν γεγενημένην συσκευήν.

ι'. Περὶ τῆς στεφάνου καθαιρέσεως.

ια'. Ἐπιστολὴ κωνσταντίνου πρὸς ἀθανάσιον.

ιβ'. Περὶ τῆς δευτέρας ἐπανόδου τοῦ ἁγίου ἀθανασίου.

ιγ'. Περὶ τῆς τρίτης ἐξορίας αὐτοῦ καὶ φυγῆς.

ιδ'. Περὶ γεωργίου καὶ τῶν ἐν ἀλεξανδρείᾳ τολμηθέντων κακῶν.

ιε'. Περὶ τῆς ἐν μεδιολάνῳ γενομένης συνόδου.

ιϛ'. Διάλογος λιβερίου ἐπισκόπου ῥώμης καὶ κωνσταντίου βασιλέως.

ιζ'. Περὶ τῆς ἐξορίας καὶ ἐπανόδου τοῦ ἁγίου λιβερίου.

ιη'. Περὶ τῆς ἐν ἀριμίνῳ γενομένης συνόδου.

ιθ'. Ἐπιστολὴ συνοδικὴ παρὰ τῶν αὐτόθι συνεληλυθότων ἐπισκόπων πρὸς τὸν βασιλέα γραφεῖσα κωνστάντιον.

κ'. Ἄλλη ἐπιστολὴ πρὸς κωνστάντιον.

κα'. Περὶ τῆς ἐν νίκῃ τῆς θρᾴκης γεγενημένης συνόδου καὶ ἔκθεσις πίστεως παρ' ἐκείνων γραφεῖσα.

κβ'. Συνοδικὸς τόμος παρὰ δαμάσου ἐπισκόπου ῥώμης καὶ τῶν δυτικῶν ἐπισκόπων πρὸς ἰλλυριοὺς ἐπισκόπους γραφεῖσα περὶ τῆς κατ' ἀρίμινον συνόδου.

κγ'. Ἀθανασίου ἐπισκόπου ἀλεξανδρείας περὶ τῆς αὐτῆς συνόδου.

κδ'. Περὶ τῆς λέοντος τοῦ τῆς ἀντιοχέων ἐπισκόπου κακοτεχνίας, καὶ τῆς φλαβιανοῦ καὶ διοδώρου παῤῥησίας.

κε'. Περὶ τῆς εὐδοξίου τοῦ γερμανικέως καινοτομίας καὶ βασιλείου τοῦ ἀγκύρας, καὶ εὐσταθίου τοῦ σεβαστίας κατὰ τούτου γεγενημένης σπουδῆς.

κϛ'. Περὶ τῆς ἐν νικαίᾳ πάλιν γεγενημένης συνόδου.

κζ'. Περὶ τῆς ἐν σελευκείᾳ τῆς ἰσαυρίας γεγενημένης συνόδου καὶ ἐν κωνσταντινουπόλει τοῖς ὀρθοδόξοις ἐπισκόποις συμβεβηκότων.

κη'. Συνοδικὴ ἐπιστολὴ κατὰ αἐτίου γραφεῖσα.

κθ'. Ποία πρόφασις τοὺς εὐνομιανοὺς τῶν ἀρειανῶν ἀπεσχοίνισεν.

λ'. Περὶ τῆς πολιορκίας νισίβεως πόλεως καὶ τῆς ἰακώβου τοῦ ἐπισκόπου ἀποστολικῆς πολιτείας.

λα'. Περὶ τῆς ἐν ἀντιοχείᾳ γεγενημένης συνόδου καὶ τῶν κατὰ τὸν ἅγιον μελέτιον αὐτόθι συμβάντων.

λβ'. Περὶ εὐσεβίου ἐπισκόπου Σαμοσάτων.

IN SECUNDO ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ libro hæc continentur.

CAP. I. De reditu S. Athanasii.
II. Imp. Constantini Junioris epistola ad Alexandrinos.
III. Quomodo Imp. Constantinus à recta fide abductus fuerit.
IV. De secundo exilio B. Athanasii: & de ordinatione & obitu Gregorii.
V. De Paulo Episc. Constantinopolitano.
VI. De Macedonio & de hæresi ab eo conflata.
VII. De Synodo Serdicensi.
VIII. Epist. Synodica ab Episcopis Serdicæ congregatis ad totius orbis Episcopos scripta.
IX. De Euphrata ac Vincentio Episcopis, & de insidiis quæ illis structæ sunt Antiochiæ.
X. De Stephani depositione.
XI. Epistola Constantii ad Athanasium.
XII. De secundo reditu B. Athanasii.
XIII. De tertio exilio Athanasii & de ejus fuga.
XIV. De Georgio, & de malis quæ Alexandriæ perpetrata sunt.
XV. De Synodo Mediolanensi.
XVI. Colloquium Liberii Romani, & Imp. Constantii.
XVII. De exilio & reditu B. Liberii.
XVIII. De Concilio Ariminensi.
XIX. Epist. synodica ab Episcopis Arimini congregatis ad Imperat. Constantium scripta.
XX. Alia Episcoporum epistola ad eundem Constantium.
XXI. De Synodo apud Nicen Thraciæ congregata, & de fidei Formula ibi conscripta.
XXII. Epist. Synodica Damasi Episc. Rom. & aliorum occidentalium ad Episcopos Illyrici scripta, de Concilio Ariminensi.
XXIII. Athanasii Alexandriæ Episc. epist. de ead. Synodo.
XXIV. De Leontii Antiochensis Episc. fraudulentiâ, & de fiducia Flaviani ac Diodori.
XXV. De Eudoxii Germaniciensis Episc. novitate: & de Basilii Ancyrani atque Eustathii Sebasteni adversus illum contentione.
XXVI. De Concilio Nicææ ac postea Seleuciæ in Isauria congregato.
XXVII. De iis quæ Constantinopoli orthodoxis Episc. acciderunt.
XXVIII. Epist. Synodica contra Aetium scripta.
XXIX. Qua occasione Eunomiani ab Arianis dirempti fuerint.
XXX. De obsidione Nisibis: & de Apostolica conversatione Jacobi Episcopi.
XXXI. De Synodo Antiochiæ celebrata, & de his quæ S. Meletio illic contigerunt.
XXXII. De Eusebio Episcopo Samosatensi.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ

ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΘΕΟΔΩΡΙΤΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΥΡΟΥ

Λόγος Β'.

Κεφ. Α'.

Περὶ τῆς ἐπανόδου τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου.

ΟΜὲν δὴ θεῖος Ἀθανάσιος ἔτη δύο καὶ μῆνας τέσσαρας ἐν τῇ τριβέρῃ διατρίψας, εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἐπανῆλθεν. ἔγραψε δὲ καὶ Κωνσταντῖνος ὁ βασιλεὺς, ὁ τῶν Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου παίδων πρεσβύτατος. αὐτὸς γὰρ πρὸς δυόμενον ἥλιον ἐβασίλευε Γαλατίας, τῇ Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίᾳ τάδε γράμματα.

Caput Primum.

De reditu sancti Athanasii.

BPORRO Divinus Athanasius, cum per biennium ac menses quatuor Treviris moratus esset, Alexandriam reversus est. Constantinus autem Imperator, Constantini filiorum natu maximus, qui tunc in Galliis imperium regebat, ad Ecclesiam Alexandrinorum hujusmodi litteras scripsit.

Κεφ. Β'.

Ἐπιστολὴ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου υἱοῦ Κωνσταντίνου πρὸς Ἀλεξανδρεῖς.

ΚΩνσταντῖνος καῖσαρ τῷ λαῷ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας πόλεως τῶν Ἀλεξανδρέων. Ἀδὲν τὴν τῆς ὑμετέρας ἱερᾶς ἐννοίας ὑποπτερφυγμάγωσιν οἶμαι, διὰ τοῦτο Ἀθανάσιον τὸν τοῦ προσκυνητοῦ νόμου ὑποφήτην πρὸς καιρὸν εἰς τὰς Γαλλίας ἀπεσάλθαι σπεύδω, ὡ ἐπῴδὴ ἡ ἀγριότης τῶν αἱμοβόρων ἀπὸ τῆς πολεμίων ἐχθρῶν εἰς κίνδυνον τῆς ἱερᾶς ἀπὸ κεφαλῆς ἐπέμενε, μὴ ἄρα διὰ τῶν φαύλων διαστροφῆς ἀνήκεστα ὑποστῇ. πρὸς τὸ διαπαῖξαι δίνυν ταύτην, ἀφαιρεθεὶς τῶν φαύγων τῶν ἐπικειμένων ἀπὸ ἀνδρῶν, ὑπ' ἐμοὶ διάγειν κελεῦσαι ὅπως ὡς ἐν αὐτῇ τῇ πόλει ἐν ᾗ διέτριβε, πᾶσι τοῖς ἀναγκαίοις ἐμπλεονάζῃ, εἰ δὲ καὶ μᾶλλον ἀπὸ ἡ ἀοίδιμος ἀρετὴ ταῖς θείαις πεποιθυῖα βοηθείαις, καὶ τὰ τῆς ταχυτέρας τύχης ἄχθη ἔξθενεῖ. τοιγαροῦν εἰ δὲ μᾶλλον πρὸς τὴν προσφιλεστάτην ὑμῶν θεοσέβειαν ὁ δεσπότης ἡμῶν ὁ τῆς μακαρίας μνήμης Κωνσταντῖνος ὁ θεοσεβέστατος ὁ ἐμὸς πατὴρ τὸν αὐτὸν ἐπίσκοπον τῷ ἰδίῳ τόπῳ ἀπαχθῆναι προῃρεῖτο, ὅμως ἐπῴδὴ ἀνθρωπίνῳ κλήρῳ προληφθεὶς, πρὸ τοῦ τὴν εὐχὴν πληρῶσαι ἀνεπαύσατο, ἀκόλουθον ἡγησάμην, τὴν προαίρεσιν τοῦ τῆς θείας μνήμης βασιλέως διαδεξάμενος

Cap. II.

Imperatoris Constantini Junioris epistola ad Alexandrinos.

CCONSTANTINUS Cæsar, populo Ecclesiæ Catholicæ civitatis Alexandrinorum. Nec sanctissimæ mentis vestræ notitiam illud arbitror præterire, Athanasium venerandæ legis interpretem, ad tempus idcirco missum esse in Gallias, ne quoniam cruentorum ejus hostium feritas sacratissimo illius capiti extremum periculum minabatur, ipse per nefariam improborum hominum pervertitatem mala insanabilia sustineret. Quamobrem ut hanc feritatem evitaret, ereptus est faucibus eorum qui ipsius capiti imminebant: jussusque sub mea ditione degere, ita ut D in ea urbe quam incolere præceptum ei fuerat, omnibus necessariis abundaret: tametsi ejus eximia virtus Divino freta præsidio, asperioris etiam fortunæ ærumnas parvipendat. Proinde etsi dominus ac parens noster, divæ memoriæ Constantinus Augustus, eundem Episcopum in pristinum locum restituere proposuerat, ac vestræ sacratissimæ pietati reddere: quoniam tamen humana sorte præventus, priusquam votum suum impleret, ex hac luce migravit, consentaneum esse existimavi, ut divæ memoriæ Principis propositum ego, utpote hæres, executioni mandarem.

Quanta porro reverentia illi à nobis exhibita fuerit, ex eo ipso, simul atq; in conspectum vestrum venerit, cognoscetis. Nec mirum est, ejus gratia aliquid à me factum fuisse. Ad hoc enim & imago quædam amoris vestri, & tanti viri species, animum meum movit atque incitavit. Divina providentia vos servet, fratres charissimi. Cum his Litteris reversus est Divinus Athanasius: quem omnes urbani & rustici, primores ac plebeji, cupide excepêre. Solos Arianæ dementiæ sectatores reditus illius cruciabat. Itaque consuetas iterum machinas adversus eum commoverunt Eusebius ac Theognius, & quicunq; eorum partibus adhærebant: rursusque Imperatoris adhuc juvenis aures obtundunt. Qua autem ratione Imperator iste à recto tramite Apostolicæ doctrinæ deflexerit, dicam hoc loco.

A πληρῶσαι. ὅσις ἐπέδειξε τὴν ὑμετέρας τύχης πρὸς ὄψεως, ὅσης παρ' ἐμοῦ αἰδοῦς τετύχηκε γνώσεσθε. ἐγὼ θαυμαστὸν, εἴτι δ' ἂν ὑπὲρ αὐτοῦ πεποίηκα. ἔδυ τὴν ἐμὴν ψυχὴν, ἥτε τοῦ ὑμετέρου προθύμου εἰκὼν, καὶ τοῦ τηλικούτου ἀνδρὸς τὸ σχῆμα, εἰς τοῦτο ὤκινε καὶ προέτρεπεν. ἡ θεία πρόνοια ὑμᾶς διαφυλάξοι ἀδελφοὶ ἀγαπητοί. Μετὰ τούτων ὁ θεῖος Ἀθανάσιος ἀφίκετο τῶν γραμμάτων. πάντες δ' αὐτὸν ἀσμένως ἀπέλαβον, καὶ ἀστοὶ καὶ χωρητικοὶ, καὶ ὀλίγοι καὶ πολλοί. μόνους δ' ἦνία τὰ ἀρείου μανίας τοὺς ὀπαδοὺς ἐπανελθών. διὸ δὴ πάλιν τὰς οἰκείας ἐκίνησαν μηχανὰς Εὐσέβιός τε καὶ Θεόγνιος, καὶ ὅσοι τῆς τούτων ὑπῆρχον συμμορίας· καὶ πάλιν τοῦ βασιλέως νέου γε ὄντος διώρυττον ἀκοάς. ἐρῶ δὲ καὶ ὅπως ἔσφαλται τῶν ἀποστολικῶν δογμάτων οὗτος παρεισάπη.

B

Cap. III.

Quomodo Imperator Constantius à recta fide abductus fuerit.

Constantia soror Constantini Magni fuit, vidua autem Licinii. Huic familiaris fuit presbyter quidam, Ariani dogmatis labe contaminatus. Is morbum quidem suum minime prodebat: assidue tamen cum ea colloquens, Arium calumniam passum esse affirmabat. Eam admirandus Constantinus post impii viri mortem, omni cura ac sollicitudine fovebat, nec ulla viduitatis incommoda sentire patiebatur. Morienti quoque ei adfuit, omne genus officii prout decebat, ei exhibens. Quo tempore, cùm presbyterum illum acciri jussisset, Imperatorem rogavit, ut curam illius gerere vellet. Constantinus vero, & tum se id facturum promisit, & non multo post pollicitationem suam implevit. Maximam enim libertatem ei apud se concessit. At presbyter, quamvis summo cultu atq; honore afficeretur, morbum tamen suum detegere nunquam est ausus, cùm Imperatoris animum in religione firmum & stabilem videret. Postea vero, cùm Constantinus ad immortale regnum jamjam migraturus, caducum hoc imperium inter filios divideret: nullus porro eorum morienti patri aderat, testamenti tabulas huic uni presbytero commisit, mandavitque ut Constantio traderētur. Hic enim cùm

C

D

Κεφ. γ'.

Ὅπως κωνσταντίου ὁ βασιλεὺς τῆς ὀρθῆς πίστεως παρεισάπη.

Κωνσταντία, γυνὴ μὲν ἐγεγόνει γαμετὴ κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου, ἀδελφὴ δὲ αὐτοῦ τοῦ δευτέρου· τὴν ὀρθοδοξικὴν εἰσδεξάμενος λώβην, συνήθης ἐγίνετο. καὶ τῷ μὲν νόσον ἐπροφανῶς ἐδείκνυ. συνεχῶς δ' αὐτῇ προσδιαλεγόμενος, ἔλεγε συκοφαντίαν ὑπομεμενηκέναι τὸν ἄρχοντα. ταύτην ὁ πανόσιος κωνσταντῖνος μετὰ τὸν δυσσεβῆ ἀνδρὸς τελευτὴν, πανθαπῆς κηδεμονίας ἠξίου, καὶ τῶν τῆς χηρείας ἀνιαρῶν πεῖραν ἀκεῖα λαβεῖν. καὶ παρ' αὐτὴν δ' τελευτὴν παρῆν αὐτῇ, τὴν ἀρμόσθησαν θεραπείαν προσφέρων. τότε δὴ τοῦτον κληθῆναι κελεύσασα τὸν πρεσβύτερον, τῆς βασιλέως ἀξιοῖ προμηθείας ἱκέτευσεν. ὁ δὲ κωνσταντῖνος καὶ τηνικαῦτα τοῦτο ποιήσειν ὑπέσχετο, καὶ μετὰ ταῦτα πεπλήρωκε τὴν ὑπόσχεσιν. μεγέθωκε γὰρ αὐτῷ παῤῥησίας ὅτι μάλιστα πλείστης. ἀλλ' ὅμως καὶ πολλῆς ἀξιούμενος θεραπείας, οὐκ ἐτάῤῥησεν ἀποκαλύψαι τὴν νόσον, βεβαίαν ὁρῶν περὶ τὰ θεῖα τοῦ βασιλέως τὴν γνώμην. ἐπεὶ δὲ ὁ κωνσταντῖνος εἰς τὴν ἀνώλεθρον μεθισάμενος βασιλείαν, τοῖς παισὶν ἐν διαθήκαις τῷ ἄπικηρον ταύτην βασιλείαν διένειμεν. ἑνὶ δὲ τούτων τελευτῶντι παρῆν, τούτῳ μόνῳ τῷ πρεσβυτέρῳ τὰς διαθήκας ἐπίστευσε, κωνσταντίῳ ταύτας δοθῆναι κελεύσας. ἔδει γὰρ τῶν

ἄλλων πλησιέστερος ὢν, πρὸ τῶν ἄλλων ἀφίξε- A
ως προσδόκιμος ἦν. ἐνταῦθα ἔοικε τῷ κωνσαν-
τίῳ γραμματα γνώμην, ἀπέδωκε γὰρ τὰς
διαθήκας ὡς παρεσκεύαστο, φιλικὸς ἐγένε-
το, καὶ θαμὰ φοιτᾶν παρ' αὐτὸν ἐκελεύετο. καὶ-
δὴ ὁ εὐσεβὴς τὸν κωνσαντίου τὴν γνώμην, καὶ
καλάμοις ὑπ' ἀνέμων ἀναντίων τῇδε κἀκεῖσε
κλινομένοις παρεικασεν, ἐθάρρησε τὸν κῦ
τῶν διαγγελικῶν δογμάτων ἀναδέξασθαι πό-
λεμον· καὶ τῶν ἐκκλησιῶν ἤψατο τὴν ζάλην ὁ
λοφυρόμενος, αἰτίους ἔλεγε τοὺς τὴν ἄγραφον
ὁμοουσίᾳ φωνὴν ἐντεθεικότας τῇ διδασκα- B
λίᾳ τῆς πίστεως· καὶ τοῦτο καὶ τοῖς ἱερωμένοις καὶ τοῖς
πολλοῖς ἐργάζεσθαι τὴν διάστασιν. ἐνταῦθα ἀ-
θανασίῳ καὶ τῶν τὰ ἴσα φρονούντων καὶ ἡγουμένων,
τὰς κῦ λόγων ἐπιβουλὰς ἐτεκταίνετο. τούτῳ συν-
εργῶ κεχρημένος δυσεβὴς τε καὶ θεόγνιος, καὶ
θεόδωρος ὁ περινθίων ἐπίσκοπος· ἐλλόγιμος δὲ διαφε-
ρόντως ὁ θεόδωρος ἦν, καὶ δὴ καὶ τῶν θείων διαγ-
γελίων τὴν ἑρμηνείαν συνεγράψατο· ἡρακλεώ-
την δὲ αὐτὸν ὀνομάζουσιν οἱ πολλοί. ἔτοι συνε-
χῶς, ἅτε δὴ γείτονας ὄντες, τὸν βασιλέα ὁρῶντες,
τὴν ἀπὸ τῆς ἐξορίας ἐπάνοδον ἀθανασίου παμ-
πόλλων ἔλεγον αἰτίαν γεγονυῖαν κακῶν, καὶ οὐ C
μόνον τῇ αἰγύπτῳ μεταλαχάνειν τὸ κλύδω-
νος, ἀλλὰ καὶ τὴν παλαιστίνην καὶ τὴν φοι-
νίκην, καὶ τὰ ἄλλα ὅμορα ἔθνη.

A propius abesset quam cæteri, ante reliquos fratres venturus esse sperabatur. Hinc cùm in notitiam venisset Constantii: testamentum enim ei tradidit, sicut in mandatis acceperat: familiaris eidem factus est, & crebro ipsum adire jussus. Porro cùm Constantii animum mobilem esse deprehendisset, & arundinibus quæ vento hac illac impelluntur haud absimilem; adversus Evangelicæ fidei doctrinam bellum suscipere in animum induxit. Itaque tempestatem qua Ecclesiæ jactabantur deplorans, auctores hujus mali dicebat esse eos, qui vocem consubstantialis, quæ in scripturis non legitur, doctrinæ fidei inseruissent: idque tum inter sacerdotes, tum inter laicos discordiam excitare. Deinde Athanasium & eos qui de fide idem cum illo sentiebant incusans, insidias adversus eos comparabat. Hunc adjutorem nacti Eusebius ac Theognius & Theodorus Perinthius: Fuit autem hic Theodorus vir singularis doctrinæ, qui inter cætera expositionem sacrorum Evangeliorum conscripsit, & vulgo Heracleotes vocatur: cùm Imperatorem, utpote vicini, crebrius viserent, Athanasii reditum ab exilio plurima mala importasse dixerunt: nec Ægyptum solum, sed Palæstinam præterea ac Phœnicem, & finitimas provincias ea tempestate involvi.

Κεφ. δ'.

Περὶ τῆς τοῦ μακαρίου ἀθανασίου δευτέρας ἐξορίας, καὶ τῆς γρηγορίου κατασάσεώς τε καὶ τελευτῆς.

Cap. IV.

De secundo exilio Beati Athanasii: & de ordinatione atque obitu Gregorii.

Τούτοις δὲ τοῖς τοιούτοις λόγοις τὴν κεφαλὴν τοῦ λοιποῦ πολιορκήσαντες γνώμην, ἔπεισαν αὐτὸν ἐξελάσαι τῆς ἐκκλησίας τὸν ἀθανάσιον. ὁ δὲ πυθόμενος τὴν ἐπιβουλὴν, ὑπεχώρησε, καὶ τὴν ἑσπέραν καταλείπει. καὶ γὰρ τῷ ῥώμης ἐπισκό- D
πῳ, ἰουλίῳ δὴ τινι καὶ τότε τὴν ἐκκλησίαν ἐκεί-
νων ἐποίμαινεν, οἱ περὶ δυσέβιον τὰς κῦ ἀθα-
νασίου συκοφαντίας ἐξέπεμψαν. ὁ δὲ τῶν τῆς ἐκκλησίας ἐπόμενος νόμων, καὶ αὐτὸς καταλαβεῖν τὴν ῥώμην ἐκέλευσε, καὶ τὸν θεῖον ἀθανάσιον εἰς τὴν δίκην ἐκάλεσε· καὶ ἔοικε μὴν ἑτοίμως ἔχειν τὸν μὲν τὴν κλῆσιν δε-
χόμενον. οἱ δὲ τὸ δρᾶμα συνειθεικότες, εἰς μὲν τὴν ῥώμην οὐκ ἀπῆλθον, δυσφοροῦντα εἰδότες τὸ ψεῦδος. ἔρημα δὲ τὰ πρόβατα τοῦ νομέως θεασάμενοι, λύκον αὐτοῖς ἀντὶ

Is & similibus aliis sermonibus cùm levissimum Imperatoris animum expugnassent, persuaserunt ei ut Athanasium Ecclesia expelleret. Verum Athanasius cognitis ante insidiis secessit, & in Occidentis partes se contulit. Namque Eusebiani Julio Episcopo, qui tunc temporis Romanam Ecclesiam administrabat, compositas adversus Athanasium calumnias perscripserant. Is vero Ecclesiasticam legem secutus, & ipsos Romam venire jussit, & Athanasium ad dicendam causam evocavit. Et Athanasius quidem citationi obtemperans, statim iter arripuit. Ii vero qui fabulam composuerant, Romam venire noluerunt, eo quod mendacium facile deprehensum iri cernerent. Cæterum cùm oves pastore suo destitutas viderent, lupum illis veriùs quàm pastorem præfe-

cerunt, Gregorium nomine. Qui cùm A per sex annos instar feræ belluæ gregem omni crudelitate vastasset, pœnas tandem improbitatis suæ dedit, ab ipsis quibus misere discerptus. Athanasius vero ad Constantem profectus: Constantinus enim qui inter fratres natu maximus fuit, in acie perierat: Arianæ factionis insidias coram eo deploravit, & Apostolicam fidem bello appeti conquestus est. Simul patrem suum ei in memoriam revocavit, & magnam Synodum quam ille convocaverat: & quemadmodum ea quæ ab Episcopis conscripta fuerant, ille, utpote eorum particeps, lege lata confirmavisset. B Hæc cum lamentis prosecut°, Imperatorem ad patris sui æmulationem excitavit. His enim auditis, statim ille ad fratrem litteras dedit, quibus eum hortabatur, ut paternæ pietatis hæreditatem integram atque inviolatam custodiret. Etenim ille cùm imperium pietate sua constabiliisset, & Romanorum tyrannos devicerat, & omnes in circuitu Barbaros sub ditionem suam redegerat. His litteris adductus Constantius, Orientis atque Occidentis Episcopos jussit Serdicam convenire: est autem Serdica urbs Illyrici, metropolis provinciæ Daciæ. Nam & alia multa Ecclesiæ mala suberant, quæ Synodicam curam ac medelam deposcerent.

ποιμήν ἐπέσησαν· γεηγόριος ὁ τότῳ ὀνόμα λῶ. ἓξ ἔτη ὁ θηρῶν ἀγελῶν ὠμότερον τῆ ποίμνη χρησάμενος, δίκας ἔπισε τῆς πονηρίας, ὑπ' αὐτῶν πικρῶς διαφθαρεὶς ὧν πεφθάτων. ἀθανάσιος ὁ πρὸς κώνσανλα ἀφικόμενος κωνσανλῖνος γὰρ ὁ πρεσβύταλος πολεμῷ ἐτεθνήκει· τῆς ἀρειανικῆς φάλαγγος τὰς ἐπιβελὰς ἀπωδύρετο, καὶ τὸν ὑπὲρ τῆς ἀποσολικῆς πίσεως ὠλοφύρατο πόλεμον· καὶ ὅτε πατρὸς ἀνέμνησε, καὶ τῆς συνόδου τῆς μεγίσης, ἣν ἐκεῖνος συνέλεξε· καὶ ὡς τὰ παρ' ἐκείνων γραφέντα, ὑπ' αὐτοῦ ἐβεβαιώθη κοινωνῶν, ἐκεράτυνε νόμῳ. τοιαῦτα ποτνιώμενος, εἰς τὸν πατρῷον ζῆλον τὸν βασιλέα διήγειρε· παραυτίκα γὰρ τότων ἀκούσας, ἐπέστελλε τῷ ἀδελφῷ, τῶν πατρῴας εὐσεβείας ἄσυλον φυλάξαι τὸν κλῆρον. ἦν γὰρ ἐκεῖνος εὐσεβείαν τὴν βασιλέαν κεραύνας, καὶ τοὺς ῥωμαίων τυράννους κατέλυσε, καὶ τοὺς ἐν κύκλῳ βαρβάρους ὑπέταξε. τότοις πεισθεὶς τοῖς γράμμασιν ὁ κωνσάντιος, προσέταξεν εἰς τὴν ζαρδικὴν, ἰλλυρικὴν οὖσαν πόλιν, ἣ δακῶν ἔθνους μητρόπολις καὶ τοὺς τῆς ἑῴας καὶ τὰς τῆς ἑσπέρας συνδραμεῖν ἐπισκόπους. πολλὰ γὰρ καὶ ἕτερα τῆς ἐκκλησίας παθήματα, τῆς συνοδικῆς θεραπείας ἐδεῖτο.

Cap. V.

De Paulo Episcopo Constantinopolitano.

QUIPPE & Paulum Constantinopolitanum Episcopum, rectæ fidei acerrimum defensorem, Arianæ tanquam seditionis auctorem accusaverant; aliis quoque criminibus adjectis, quæ adversus veræ pietatis præcones solent confingere. Verum populus eum Serdicam abduci tum quidem passus non est, cùm adversariorum insidias metueret. Paulo post vero Ariani, cùm levissimum Imperatoris animum in sententiam suam traxisset, Paulum urbe Regia expulerunt, & Cucusum relegarunt. Id exiguum oppidũ est, olim quidem provinciæ Cappadociæ; nunc vero Armeniæ secundæ attributum. Sed rerum omnium perturbatores nequaquam id sibi sufficere existimarunt, quod Paulus in solitudine moraretur. Missis enim cruentæ voluntatis suæ ministris, violenta morte eum

Κεφ. ε'.

Περὶ παύλου τοῦ γενομένου ἐπισκόπου κωνσανλινουπόλεως.

ΚΑὶ γὰρ παῦλον κωνσανλινουπόλεως ὄντα ἐπίσκοπον λῶ ἔδοξε, λῶν ὀρθῶν πεοκινδυνεύοντα δογμάτων· ὑπ' ἀρειανικῆς μελάγχολος νόσου ἐγράψαντες, ὡς σάσεως ἀρχηγόν· καὶ ἄλλα τινὰ προσθέντες, ἃ συκοφαντεῖν εἰώθασι τοὺς εὐσεβείας τοὺς κήρυκας· ἀλλὰ τοῦτον τὸν τρόπον οὐκ εἴασεν ὁλεως εἰς τὴν ζαρδικὴν ἀπαχθῆναι, λῶς τῶν ἐναντίων ὀρρωδήσας ἐπιβελάς. μικρὸν ὕστερον τὴν κεφαλὴν λῶ βασιλέως θαμπέσαντες γνώμην, τὴν μὲν βασιλευούσης ἐξωρύξαντες πόλεως· μελώκισαν ὑπὲρ εἰς κερκυσον. πόλις ὑπάρτη μικρὰ, πάλαι μὲν εἰς τὸ καππαδοκῶν ἔθνος τελοῦσα, νῦν δὲ γε τῆ ἀρμενίᾳ τῆ δευτέρᾳ συναριθμουμένη. ἀλλ' οὐκ ἀπέχρησε τοῖς πάντα κυκῶσιν ἡ ἐν ἐρημίᾳ θαυμασία παύλου διατριβή. πέμψαντες γὰρ μιαιφόνους γνώμης τοὺς ὑπηρέτας, βιαίῳ θανάτῳ παρε-

παρέδοσαν. καὶ τοῦτο ἡμᾶς ὁ θεῖος ἐδίδαξεν ἀθανάσιος, ἐν τῇ περὶ τῆς οἰκείας φυγῆς ἀπολογίᾳ καὶ ταῦτα προσεθεικώς. τὸν γὰρ τῆς κωνσταντινουπόλεως παῦλον τὸν ἐπίσκοπον διώξαντες καὶ εὑρόντες, περιφανῶς ἀποπνιγῆναι πεποιήκασιν ἐν τῇ λεγομένῃ κακοσβᾷ καππαδοκίας, δήμιον ἐσχηκότες εἰς τοῦτο φίλιππον τὸν ἡγούμενον ἔπαρχον. ὧν γὰρ καὶ τῆς αἱρέσεως αὐτῶν προστάτης, καὶ τῶν πονηρῶν βουλευμάτων ὑπηρέτης. τοιαύτας μιαιφονίας ἡ ἀρειανὴ βεβλάστηκεν βλασφημία. τῇ γὰρ καὶ τὸ μονογενῆ λύσῃ, συμβαίνει τὰ καὶ τῶν ἐκείνου θεραπόντων τολμήματα.

A

B

Κεφ. ε'.

Περὶ μακεδονίου καὶ τῆς ἐπ' αὐτοῦ συστάσης αἱρέσεως.

Ἀλλὰ τοῦτον οὕτω τῷ θανάτῳ, μᾶλλον δὲ τῇ τῶν οὐρανῶν προσαπέμψαντες βασιλείᾳ, μακεδόνιον αὐτὶ τούτου προύβαλλοντο, ὁμογνώμονα τοῦτον ὑπειληφότες, ἐπειδὴ παραπλησίως αὐτοῖς ἐβλασφήμει τὸ πανάγιον πνεῦμα. ἀλλὰ μικρὸν ὕστερον καὶ τοῦτον ἐξήλασαν, κτίσμα λέγειν οὐκ ἀναχώρουν, ὃν γὰρ προσαγορεύει ἡ θεία γραφή. ἔδει χάριν τούτων ἐκείνων ἀποκεκριμένος, ἰδίας αἱρέσεως προστάτης γεγένηται. ὁμοούσιον μὲν οὐδὲ ἕνα τῷ πατρὶ τὸν υἱὸν εἶναι λέγων, ὅμοιον δὲ εἶναι καὶ πάντα τῷ γεννήσαντι διδάσκων. κτιστὸν δὲ τὸ πνεῦμα προφανῶς ὀνομάζων. ταῦτα μὲν ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ ὕστερον οὕτω γέγονεν ὡς εἰρήκαμεν.

C

Κεφ. ζ'.

Περὶ τῆς ἐν σαρδικῇ γενομένης συνόδου.

Εἰς δὲ τὴν σαρδικὴν πεντήκοντα μὲν καὶ διακόσιοι συνῆλθον ἀρχιερεῖς, ὡς διδάσκει τὰ παλαιὰ ὑπομνήματα. ἀφίκετο δὲ καὶ ὁ μέγας ἀθανάσιος, καὶ ἀσκληπᾶς ὁ γαζαῖος, ὃν καὶ πρόσθεν ἐμνήσθην, καὶ μάρκελλος ὁ ἀγκύρας τῆς γαλατῶν μητροπόλεως, ὃς καὶ ἐπὶ τῆς συνόδου τῆς μεγάλης ἐπίσκοπος ἦν. ἀφίκοντο δὲ καὶ οἱ τούτων κατήγοροι. καὶ οἱ τῆς αἱρετικῆς προσταῖοι φαλαγγες, ὡς πάλαι τῷ περὶ ἀθανάσιον γενόμενοι δικασαί. ἀλλὰ τῆς συνόδου μεμαθηκότες τὸ ἀκλινὲς καὶ τὴν ἐν τοῖς θείοις προσάγμασιν ὑγείαν, οὐδὲ κληθέντες εἰσῆλθον εἰς τὸ συνέδριον. ἀλλ' ἀπέδρασαν σὺν τοῖς ἀδίκοις

D

sustulerunt. Atque id nos docuit divinus Athanasius, qui in defensione quam scripsit de fuga sua, ista quoque inseruit. Nam cùm Paulum Constantinopoleos Episcopum persecuti essent, repertum apud Cucusum in Cappadocia palam strangulari fecerunt, carnificem ad hoc facinus nacti Philippum Præfectum prætorio. Hic enim & sectæ ipsorum patronus, & minister erat improborum consiliorum. Tales tamque cruentas cædes edidit Ariana blasphemia. Nam cùm ipsorum adversus Unigenitum rabie ac furore, apte conveniunt facinora adversus famulos illius perpetrata.

Cap. VI.

De Macedonio, & de hæresi ab eo conflata.

Hunc in modum Ariani cùm Paulum morte affecissent, vel potius ad cœleste regnum transmisissent, Macedonium in ejus locum substituerunt, suæ illum sectæ atque sententiæ esse arbitrati, eo quod de Spiritu sancto perinde ac ipsi impie loqueretur. Sed non multo post eum quoq; ejecerunt, cùm creaturam dicere abnueret eum quem sacra Scriptura Filium appellat. Quam ob causam ab illis sejunctus, propriæ sectæ auctor ac patronus extitit: quippe qui consubstantialem quidem Patri Filium esse ipse quoque negaret: similem vero per omnia genitori suo diceret: Spiritum autem sanctum disertis verbis creaturam appellaret. Et hæc quidē haud multo post ad hunc modum quem diximus, contigerunt.

Cap. VII.

De Synodo Serdicensi.

Serdicam vero ducenti & quinquaginta convenerunt Episcopi, sicut antiqua monumenta testantur. Eodem accessit magnus Athanasius, & Asclepas Gazæus, cujus supra mentionem feci; & Marcellus Episcopus Ancyræ quæ caput est Galatiæ; qui magnæ synodi Nicænæ temporibus jam tum erat Episcopus. Advenerunt etjam horum accusatores, & Arianæ factionis principes, qui in Athanasii causa jampridem judices fuerant. Verum cùm synodi constantiam & incorruptam divinorum dogmatum sanitatem comperissent, ne vocati quidem ad Concilium venerunt: sed una cùm

iniquis judicibus ipsi quoque accusatores fugam arripuerunt. Quod quidem multo melius docent litteræ ipsius Concilii, quas certioris documenti causâ huic operi intexam.

Cap. VIII.

Epistola synodica ab Episcopis Serdicæ congregatis ad totius orbis Episcopos scripta.

Sancta synodus Dei gratia Serdicæ congregata ex urbe Roma, Hispania, Gallia, Italia, Campania, Calabria, Africa, Sardinia, Pannonia, Mœsia, Dacia, Dardania, altera Dacia, Macedonia, Thessalia, Achaia, utraq; Epiro, Thracia, Rodopa: Asia, Caria, Bithynia, Hellesponto, Phrygia, Pysidia, Cappadocia, Ponto, altera Phrygia, Cilicia, Pamphylia, Lydia insulis Cycladibus, Ægypto, Thebaide, Libya, Galatia, Palæstina, Arabia, omnibus ubique Episcopis & comministris Catholicæ, & Apostolicæ Ecclesiæ, dilectis fratribus in Domino salutem. Multa quidem frequenter aussi sunt Ariomanitæ, adversus servos Dei qui rectam fidem custodiunt. Nam cùm adulterinam doctrinam suppositiam, Orthodoxos persequi instituerunt. Tantopere denique adversus fidem insurrexerunt, ut id latere non potuerit aures Deo charissimorum Imperatorum. Itaque opitulante Dei gratia, ipsi quoque Deo charissimi Principes, nos ex diversis provinciis & civitatibus congregarunt, & sanctam hanc synodum in urbe Serdicensi celebrari permiserunt: quo tum omnis discordia tolleretur, tum omni fidei pravitate expulsa, sola in Christum pietas apud omnes ubique servetur. Venerunt enim Episcopi ab Orientis partibus, ipsi quoque à piissimis Principibus impulsi, maxime ob ea quæ identidem jactabant de dilectis fratribus & comministris nostris, Athanasio scilicet Episcopo Alexandriæ, Marcello Episcopo Ancyræ Galatiæ, & Asclepa Gazæ. Nam & ad vos forsitan pervenerunt calumniæ: vestras quoq; aures ipsi forsitan commovere tentarunt, ut iis quidem quæ adversus innocentes ab ipsis dicuntur crederetis; ipsi vero improbæ suæ hæreseos suspicionem vitarent. Sed non diu hæc illis facere liberum fuit. Est enim præses ac defensor Ecclesiarum Dominus,

δικασαῖς καὶ οἱ καθηγορεῖ. καὶ τοῦτο ἄμεινον διδάσκει τῆς συνόδου τὰ γράμματα, ἃ σαφῶς ἕνεκα διδασκαλίας ἐνθήσω τῇ συγγραφῇ.

Κεφ. η'.

Συνοδικὸν ὑπὲρ τῶν ἁγίων συνελθόντων ἐπισκόπων πρὸς τοὺς καθ' ὑπεκμίνλιν ἐπισκόπους γραφήν.

HUnc in modum cùm rediisset Athanasius, Constantius benigne eum excepit, & Alexandrinæ Ecclesiæ Episcopatum denuo obtinere jussit. Sed qui tunc in palatio plurimum poterant, Ariana labe contaminati, suggesserunt Imperatori, Athanasium iis qui cùm ipso communicare nollent, unam Ecclesiam concedere debere. Hæc cum illi quidem Imperatori, Imperator vero dixisset Athanasio, respondit Athanasius, æquum esse, ut Imperatoris mandatis obsequeretur: sed velle se vicissim suggerere aliquid ac postulare. Cumque Imperator pollicitus esset libenti animo daturum se esse quidquid ille petiisset, subjecit Athanasius, eos quoque, qui cum illis qui Ecclesias obtinebant, Antiochiæ communicare nollent, Ecclesia aliqua opus habere: proinde æquum esse, ut iis quoque una ex Ecclesiis concederetur. Ad hæc cùm annuisset Imperator,

Κεφ. ιβ'.

Περὶ τῆς δευτέρας ἐπανόδου τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου.

Οὕτως οὖν ἐπανελθόντα, ὑμενῶς τε εἶδε, καὶ τῷ Ἀλεξανδρέων ἀπολαβεῖν ἐκκλησίαν ἐκέλευσεν. ἀλλ' ὅτε παραδυναστεύοντες, τῷ Ἀρειανικῷ εἰσδεδεγμένοι νόσον, ἔφασκον χρῆναι τὸν Ἀθανάσιον μίαν παραχεῖν ἐκκλησίαν τοῖς κοινωνεῖν οὐ βουλομένοις αὐτῷ. ταῦτα ἐκείνου μὲν τῷ βασιλεῖ, τὰ δὲ βασιλέως πρὸς αὐτὸν εἰρηκότος, ἔφη δίκαιον εἶναι τοῖς τὰ βασιλέως προστάγματα εἰδόσι βούλεσθαι μὴν καὶ αὐτὸν ἐπαγγεῖλαί τινα καὶ αἰτῆσαι. τὰ δὲ βασιλέως ὑποκρινομένου δώσειν ὅπερ ἂν αἰτήσοι προθύμως, δεῖσθαι ἔφη καὶ τοὺς ἐν ἀνοχείᾳ τοῖς τὰς ἐκκλησίας κατέχουσι κοινωνεῖν οὐ βουλομένους, οἰκτηρίου νεώ. καὶ δίκαιον ἕνα καὶ τούτοις τῶν οἴκων παραχεθῆναι τῶν θείων. ἐπειδὴ δὲ ἐπένευσε βασιλεὺς

ὀρθὴν εἶναι καὶ δικαίαν ἐπιψηφίσας τῷ αἰτήσει, ἀνέῳκτον ⟨ὁ⟩ τῆς αἱρετικῆς φάλαγγος θεασαμένους, μηδὲ ἑτέροις χρῆναι τὰς ἐκκλησίας παραχεθῆναι εἰπόντες ἕως τὸν ἀθανάσιον θαυμάσας κωνσάντιος, ἀπέπεμψεν εἰς τὴν ἀλεξάνδρειαν. ἐτεθνήκει δὲ γρηγόριος, ὑπ' αὐτῶν ἐκείνων δεξάμενος τὴν σφαγήν. θεασάμενοι δὴ ἔν τε νομεσι, δημοσιονίαις ἐπέλεγεν καὶ ἑορταῖς λαμπροτάτας, αὖθίς τε γεωργίας, καὶ τὸν θεὸν ἀνυμνοῦντες. ἀλλὰ πάλιν σμικρὸν διελθόντος χρόνου, κώνσας μὲν βίου τὸ τέρμα καλείληφε.

A justam rectamq; esse judicans petitionem, Arianæ factionis principes reclamarunt, neutris Ecclesias tribuendas esse dicentes. Itaque Constantius Athanasium plurimum admiratus, Alexandriam dimisit. Mortuus jam erat Gregorius, ab ipsis Alexandrinis interfectus. Quare viso Pastore suo, Alexandrini publica convivia celebrare ac festos dies maximo splendore agere cœperunt, honorem exhibentes Athanasio, & Deum laudibus extollentes. Verum brevi interjecto tempore, Constans quidem ex hac vita migravit.

B

Κεφ. ιγ'.

Περὶ τῆς τρίτης ἐξορίας αὐτοῦ καὶ φυγῆς.

Cap. XIII.

De tertio exilio Athanasii & fuga.

Κωνσάντιον ὁ ⟨ὁ⟩ ἄγοντες ὅπῃ ἐβούλοντο, ἀνεμίμνησαν τὰ ἀθανασίου χάριν πρὸς τὸν ἀδελφὸν γεγονυίας διαφορᾶς. καὶ ὡς μικρὸν δεῖν τῇ φύσεως δεσμὰ διαῤῥήξαντες, πόλεμον ἂν καὶ ἀλλήλων ἐκίνησαν. τούτοις ὑπαχθεὶς ὁ κωνσάντιος, οὐκ ἐλαθῆναι μόνον, ἀλλὰ καὶ σφαλῆναι τὸν θεῖον προσέταξεν ἀθανάσιον. καί τινα σεβαστιανὸν ἐξέπεμψε στρατηγὸν μετὰ στρατιᾶς ὅτι μάλιστα πλείστης, ἀνελεῖν κελεύσας ὡς ἀλιτήριον. ὅπως δὲ καὶ ἔδει ἐπεστράτευσε, κἀκεῖνος διέφυγε. αὐτὸς δὲ ταῦτα πεπονθὼς καὶ παρὰ δόξαν σωθεὶς, κάλλιον διῆσε). ἐν δὲ τῇ τῆς φυγῆς ἀπολογίᾳ ταῦτα διεξέρχεται. Ἐξεβιάσατωσαν ὅμως καὶ τὸν τρόπον τῆς ἀναχωρήσεως, ὡς μανθανέτωσαν παρὰ τῶν ἰδίων. ἦσαν γὰρ ἀρειανοὶ, συνδραμόντες τοῖς στρατιώταις εἰς τὸ παροξύναι αὐτοὺς, καὶ ἀγνοοῦσι δηλοῦναι ἡμᾶς. εἰ καὶ ἔτως ὁ ἀσυμπαθὴς τυγχάνουσιν, ἀλλὰ καὶ ἀκούοντες ἠρεμείτωσαν αἰσχυνόμενοι. νὺξ μὲν γὰρ ἦν ἤδη, καὶ τοῦ λαοῦ τινες ἐπανυχίζον, προσδοκωμένης ὥρας ἐξόδου. ὁ δὲ στρατηλάτης ἐξαίφνης ἐπέστη μετὰ στρατιωτῶν πλέον ἢ πενταχιλίων, ἐχόντων ὅπλα, καὶ ξίφη γυμνὰ, καὶ τόξα καὶ βέλη καὶ ῥόπαλα, καθάπερ πρότερον εἰρηται). καὶ τὴν μὲν ἐκκλησίαν αὐτὸς περιεκύκλωσε, στήσας τοὺς στρατιώτας σύνεγγυς, ὡς μηδένα δύνασθαί τινας ἐξελθόντας ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας παρελθεῖν αὐτούς. ἐγὼ δὲ ἄλογον ἡγούμενος ἐν τοσαύτῃ συγχύσει καταλεῖψαι τὸν λαὸν, καὶ μὴ μᾶλλον προκινδυνεύειν αὐτῶν, καθεσθεὶς ἐπὶ θρόνου πρεσβύτερον, τὸν μὲν διάκονον

Tum vero ii qui Constantii animum pro arbitratu suo impellebant, revocarunt illi in memoriam dissidium, quod ipsi cum fratre intercesserat propter Athanasium: & quemadmodum parum abfuisset quin ruptis naturæ vinculis ad bellum civile prorumperent. His sermonibus inductus Constantius, non expelli tantum, verum etiam mactari Athanasium jussit. Missoque cum ingentibus copiis Sebastiano Duce, Athanasium tanquam scelcratum, è medio tolli præcepit. Quonam autem modo ille quidem cum armatis militibus irruperit, hic vero fuga evaserit, melius ipse referet qui periclitatus ac præter omnium opinionem servatus est. Is igitur in defensione fugæ suæ ita dicit. Requirant tamen modum secessionis meæ, & ex suis discant. Aderant enim Ariani, & cum militibus irruperant, ut illorum animos incitarent, meque illis ignotum monstrarent. Et quanquam nulla eos tangit miseratio, vel audientes tamen quiescant pudore suffusi. Jam nox erat, & ex plebe quidam pernoctabant, cùm collecta expectaretur. Cùm repente supervenit Dux cum quinque & amplius militum millibus, qui arma & strictos gladios habebant, & sagittas ac tela gestabant & clavas, uti jam antea dictum est. Et ipse quidem Ecclesiam circumsedit, militibus quam proxime collocatis, ne quis forte egredientium ex Ecclesia eos effugere posset. Ego vero cùm absurdum existimarem plebem in tanta perturbatione deserere, ac non potius pro salute illius fortiter propugnare, sedens in cathedra mandavi Diacono, ut

psalmum recitaret, utque populus re- A sponderet; Quoniam in seculum misericordia ejus. Ac deinde ut omnes abscederent ac domum suam rediret. Sed cùm Dux tandem irrupisset,& milites altare circumsepsissent ad me intercipiendum, clerici quidem & laici qui tunc ibi remanserant, clamabant rogabantq; ut nos jam abscederemus. Ego vero pertinacius refragabar, me non ante discessurum affirmans, quàm universi se subduxissent. Cumque surrexissem & orationem fieri jussissem, rogabam: ut postea universi discederent: satius esse dicens, ut ipse discrimen subirem, quam ut ulli ipsorum quidpiam accideret incommodi. Proinde B cùm jam plurimi excessissent, ac reliqui subsequerentur, monachi qui illic nobiscum erant, & quidam ex cleticis adscendentes abstraxerunt me. Atq; ita, veritatem ipsam testor, per medios milites quorum alii altare circundederant, alii per Ecclesiam oberrabant, transivimus Domino ducente nos ac protegente. Et clam illis excessimus, Deum ipsum glorificantes, quòd non prodidissemus plebem: sed illâ ante dimissâ, ipsi salutem nobis quærere & C manus insidiatorum effugere potuissemus.

Cap. XIV.

De Georgio, & de malis quæ Alexandriæ perpetrata sunt.

Cum Athanasius hoc modo ex crudentis illorum manibus evasisset, Georgio, alteri, post Gregorium, lupo, cura gregis illius commissa est. Hic vero crudelius quam quivis lupus aut ursus aut pardus, in oves grassatus est. Etenim puellas quæ perpetuam virginitatem voverant, non solùm Athanasii communionem ejurare compulit, ve- D rum etiam fidem Patrum anathemate damnare. Porro ministrum ac socium crudelitatis suæ habebat Sebastianum quendam, Ducem rei militaris. Qui media in urbe accenso rogo, virgines nudas igni propius admotas, abnegare fidem jubebat. Verum illæ, triste ac miserandum spectaculum Christianis simul ac Gentilibus præbentes, & ignominiam hanc maximi honoris instar habuerunt, & inflicta pro fide verbera libenti animo sustinuerunt. Sed hæc luculentius exponet ipse eorum pastor Athanasius. Veniens deinde tē-

ἀναλινώσκειν ψαλμὸν, τὰς δὲ λαὰς ὑπακούειν ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ· καὶ πάντας ἕως ἀναχωρεῖν, καὶ εἰς τὰς οἰκίας ἀπιέναι. ἀλλὰ τὸ στρατήλατον λοιπὸν ἐπεισελθόντος, καὶ τῶν στρατιωτῶν περικαθιζόντων τὸ ἱερατεῖον ἕνεκεν τοῦ συλλαβεῖν ἡμᾶς, ἡμῶν μὲν διατριβόντες ἐκεῖ καὶ κληρικοὶ καὶ ἀπὸ τῶν λαῶν ἐκόντων, καὶ ἠξίουν ἀναχωρεῖν ἤδη ἡμᾶς. ἐγὼ δὲ μᾶλλον ἀντέλεγον μὴ πρότερον ἀναχωρήσειν, εἰ μὴ πάντες καθ' ἕκαστον ὑπεξέλθοιεν. ἀναστὰς δὲ καὶ προσάξας βιάζομαι, ἕως ἀπιέναι τοὺς πάντας. βέλτιον εἶναι λέγων, ἐμὲ κινδυνεύειν, ἢ βλαβῆναί τινας ἐξ ἡμῶν. ἐξελθόντων τοίνυν τῶν πλείστων, καὶ τῶν λοιπῶν ἑπακολουθούντων, σὺν ἡμῖν ὄντες ἐκεῖ μοναχοί τινες τῶν κληρικῶν ἀνελθόντες εἵλκυσαν ἡμᾶς. καὶ ἕως ἐπὶ μάρτυρι τῇ ἀληθείᾳ, τῶν στρατιωτῶν τῶν μὴ πρότερον ἐκστάντων τὸ ἱερατεῖον, τῶν δὲ περιερχομένων τὴν ἐκκλησίαν, διήλθομεν ἐν κύκλῳ ὁδηγοῦντος καὶ ἀσπαζομένου. καὶ λανθάνοντες αὐτοὺς, ἀνεχωρήσαμεν δοξάζοντες μεγάλως αὐτὸν τὸν θεὸν, ὅτι μὴ προδεδώκαμεν τὸν λαὸν, ἀλλὰ προπέμψαντες αὐτοὺς, διασωθῆναι καὶ διεκφυγεῖν τὰς χεῖρας τῶν ζητούντων ἠδυνήθημεν.

Κεφ. ιδ'.

Περὶ γεωργίου καὶ ὅτι ἐν ἀλεξανδρείᾳ τολμηθέντων κακῶν.

Οὕτω τούτου τὰς μιαιφόνους ἐκείνων διαφυγούσης χεῖρας, γεώργιος μὲν λύκος ἕτερος τῶν προβάτων ἐκείνων ἐπίσευθη τὴν ἐξουσίαν· ὠμότερον δὲ λύκου παντὸς καὶ ἄρκτου καὶ παρδάλεως τοῖς προβάτοις ἐχρῆτο. τὰς μὲν γὰρ διὰ βίου τὴν παρθενίαν ὑποσχημένας, οὐ τὴν ἀθανασίου μόνον ἀρνεῖσθαι κοινωνίαν, ἀλλὰ καὶ τῶν πατέρων ἀναθεματίζειν τὴν πίστιν ἠνάγκαζε. σύνεργον δὲ τῆς ὠμότητος εἶχε σεβαστιανόν τινα τῶν στρατιωτικῶν καταλόγων ἡγούμενον, ὃς ἐν μέσῃ τῇ πόλει πυρὰν ἀνάψας, καὶ ταύτῃ τὰς παρθένους γυμνὰς προσήσας, ἀρνεῖσθαι τὴν πίστιν ἐκέλευεν. αἱ δὲ θέαμα δεινὸν καὶ ἐλεεινὸν πιστοῖς ὁμοῦ καὶ ἀπίστοις προκείμεναι, πολὺ μεγάλου τοῦ ἀπιέναι ἐνόμιζον, καὶ τὰς ὑπὲρ τῆς πίστεως μάστιγας ἀσμένως ὑπέμενον. καὶ ταῦτα δὲ σαφέστερον ὁ τούτων ποιμὴν διηγήσεται. Εἶτα ἐλθὼν τὴ στρα-

τεσαρακοστὴ ὁ παρ' αὐτῶν ἀποσταλεὶς ἐκ καπ- A pore Quadragesimæ Georgius, qui ab
παδοκίας γεώργιος, ἤνυξησεν ἃ παρ' αὐτῶν με- illis missus fuerat è Cappadocia, mala
μάθηκε κακά. μετὰ γὰρ τὰ ἑβδομαδικὰ πάσχα, quæ ab eis didicerat adauxit. Nam
παρθένοι εἰς δεσμωτήριον ἐβάλλοντο. ὑπηκό- post septimanam Paschæ, virgines in
ποιητοι τῶν στρατιωτῶν δεδεμένοι. ὀρφανῶν carcerem conjectæ sunt: Episcopi vin-
καὶ χηρῶν ἥρπαζοντο αἱ οἰκίαι. καὶ ἀπῆγον καὶ cti à militibus ducebantur: pupillorum
ἔφοδοι καὶ τῶν οἰκιῶν ἐγίνοντο, καὶ νυκτὸς χειρα- ac viduarum ædes direptæ: prædæ &
γωγοῦντες ἐπεσφραγίσθησαν οἰκίαι, καὶ irruptiones in domos factæ: noctuque
ἀδελφοὶ κληρικῶν ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν ἐκιν- exportabantur Christiani. Ædes ob-
δύνευον· καὶ δεινὰ μὲν ταῦτα. δεινότερα δὲ τὰ signatæ sunt: & fratres clericorum pro
μὴ ταῦτα τολμήματα. τῇ γὰρ ἑβδομάδι μετὰ fratribus in discrimen vocati. Et hæc
τὴν ἁγίαν πεντηκοστὴν ὁ λαὸς νηστεύσας, ἐξῆλ- quidem gravia. Sed longe graviora
θε πρὸς τὸ κοιμητήριον εὔξασθαι, διὰ τὸ πάντας sunt quæ postea admiserunt. Nam se-
ἀποστρέφεσθαι τὴν πρὸς γεώργιον κοινωνίαν. B ptimana post sacram Pentecosten, po-
ἀλλὰ τοῦτο μαθὼν ὁ παμπόνηρος αὐτὸς, παρ- pulus quidem peracto jejunio ad cœ-
οξύνει τὸ στρατιωτικὸν σεβαστιανὸν, μανιχαῖον meterium processit orationis causâ, eo
ὄντα. καὶ λοιπὸν αὐτὸς μετὰ πλήθους στρατιωτῶν quod omnes communionem Georgii
ὅπλα καὶ ξίφη γυμνὰ καὶ τόξα καὶ βέλη φερόν- averterentur. Sed cùm hoc didicisset
των, ὥρμησεν ἐν αὐτῇ τῇ κυριακῇ κατὰ τοῦ λαοῦ. scelestus ille, Sebastianum Ducem, se-
καὶ ὀλίγους εὑρὼν εὐχομένους. οἱ γὰρ δὴ πλεῖστοι cta Manichæum, contra illos incitavit.
λοιπὸν διὰ τὴν ὥραν ἀναχωρήσαντες ἦσαν. Itaq; ille cum militibus arma & distri-
τοιαῦτα εἰργάσατο, οἷα παρ' αὐτῶν ἀκέστατα ctos gladios, arcusque & tela gestanti-
ἔπρεπε πρᾶξαι. πυρκαϊὰν γὰρ ἀνάψας, καὶ bus, in eos impetum fecit ipso die Do-
στήσας παρθένους γυμνὰ τὸ πῦρ, ἵνα ἀναγκάζῃ λέγειν C minico. Cùmq; paucos admodum o-
ἑαυτὰς τῆς ἀρείου πίστεως εἶναι. ὡς δὲ νικώσας rantes reperisset: plerique enim utpo-
αὐτὰς ἔβλεπε, γυμνώσας λοιπὸν ἔτω αὐτὰς te sero jam vespere discesserant: talia
καὶ ἔκοψεν, εἰς τὰ πρόσωπα τύπτεσθαι κελεύων, perpetravit, qualia perpetrare par erat
ὡς μὴ χρόνον αὐτὰς μόλις ἐπιγνωσθῆναι. ἄνδρας eum qui illis obtemperaret. Accenso
δὲ κρατήσας ἑξηκοντάκοντα, καινοτέρῳ τρόπῳ enim rogo, cùm virgines illi admovis-
κατέκοψε. ῥάβδοις γὰρ ταῖς ἀπὸ τῶν φοι- set, eas cogebat ut Arianæ fidei se esse
νίκων ἐν αὐταῖς ἐχούσαις ἔτι σὺν σκόλοπας, τὰ profiterentur. Sed cùm illas invicto
νῶτα τούτων ἔστιν ὅτε διέδρυε, ὡς πολλὰς μὴν πολ- animo stare animadverteret, nudatas
λάκις χειρουργηθῆναι, διὰ σὺν ἀποπαγέντας tandem ita concîdit, in os verberari
ἐν αὐτοῖς σκόλοπας. τινὰς δὲ καὶ μὴ φέρειν τὰς, eas jubens; ut diu postea ægre agnosci
ἀποθανεῖν. πάντας μὲν οὖν σὺν ἐλεεινῶς θέν- potuerint. Deinde quadraginta homi-
τας ἀθρόως καὶ τὰς παρθένους, ἐξώρισαν εἰς D nes apprehensos, novo quodam atq; in-
τὴν μεγάλην ὄασιν. τὰ δὲ σώματα τῶν τετε- usitato more laceravit. Virgis enim
λευτηκότων, οὐδὲ τοῖς ἰδίοις καὶ τὴν ἀρχὴν ἀπο- palmarum, suos adhuc aculeos retinen-
δοθῆναι πεποιήκασιν. ἀλλ' ἔκρυψαν ὡς ἠθέ- tibus, eorum dorsa ita laniavit, ut qui-
λησαν, ἀταφα βαλόντες, ὑπὲρ δὲ δοκεῖν αὐτὸς dam eorum ob aculeos altius defixos à
λανθάνειν τὴν τοσαύτην ὠμότητα. πράττουσι chirurgis diu curati sint: alii qui cura-
δὲ τοῦτο πεπλανημένοι τὴν διάνοιαν οἱ φρένες. tionis dolorem ferre non poterant,
τῶν γὰρ οἰκείων τῶν τελευτηκότων, mortem oppetierint. Cunctos deniq;
χαιρόντων μὲν διὰ τὴν ὁμολογίαν, θρηνούντων qui superfuerant, ipsasq; adeo virgines
δὲ διὰ σώματα μείζων ἐξηχεῖτο καθ' αὐτῶν ὁ in magnam Oasim simul omnes depor-
τῆς ὠμότητος ἔλεγχος. καὶ γὰρ εὐθὺς ἀπὸ τῆς αἰ- tavit. Porro mortuorum corpora initio
γύπτου καὶ τῶν λιβυῶν ἐξώρισαν μὲν ἐπισκό- ne proximis quidem ad sepulturam tra-
di permiserunt, sed ea pro arbitrio suo
occultarunt, insepulta projicientes, eo
consilio, ut tanta crudelitas latuisse
ipsos videretur. Verum in eo falsi sunt
amentes illi. Nam cùm mortuorum
propinqui, ob confessionem quidem
illorum gauderent, lugerent vero pro-
pter negata ipsis cadavera, crudelita-
tis eorum indicia magis magisque di-
vulgabantur. Confestim enim ex Æ-
gypto & utraq; Lybia relegarunt, Epi-
scopos quidem Ammonium, Mujum,

Cajum, Philonem, Hermen, Plinium, Psinosirim, Nilammonem, Agapium, Anagamphum, Marcum, Dracontium, Adelphium, Ammonium alterum, Marcum alterum, & Athenodorum: Presbyteros vero Hieracem & Dioscorum; tantaq; acerbitate eos abduxerunt, ut quidam eorum in itinere, nonnulli in exilii loco occubuerint. Interfecti autem sunt ab illis plures quam triginta Episcopi. Unum enim ipsis studium fuit, perinde atq; Achaabo, ut veritatem, si fieri posset, è medio tollerent. Idem porro Athanasius in epistola consolatoria quam scripsit ad virgines illas, quæ tam atrocia perpessæ fuerant, hæc quoque inseruit. Ob hæc, inquit, nulla vestrum dolore crucietur, licet impii sepulturam vobis invideant, & efferri ad tumulum prohibeant. Ad hæc enim usq; processit improbitas Arianorum. Portas quidem occludunt. Sedent autem circa sepulcra veluti dæmones, ne quis mortuorum eo inferatur. Hæc & hujusmodi alia à Georgio perpetrata sunt Alexandriæ. Divinus autem Athanasius nullum sibi locum satis tutum existimabat, cùm Imperator jussisset, ut aut vivus adduceretur, aut mortui ad se adportaretur caput; eique qui istud faceret, maximam mercedem promisisset.

πυς, ἀμμώνιον, μάϊον, γάϊον, φίλωνα ἑρμῆν, πλήνιον, ψινόσιριν, νιλάμμωνα, ἀγάπιον, ἀνάγαμφον, μάρκον, δράκόντιον, ἀδέλφιον, ἀμμώνιον ἕτερον, καὶ ἕτερον μάρκον, ἀθηνόδωρον· καὶ πρεσβυτέρους ἱέρακα καὶ διόσκορον. καὶ ὕτω πικρῶς ἤλασαν αὐτοὺς, ὡς τινὰς μὲν αὐτῶν ἐν ταῖς ὁδοῖς, τινὰς δὲ ἐν αὐτῷ τῷ ξενισμῷ ἀποθανεῖν. ἐφόνευσαν δὲ ἐπισκόπους πλείους ἢ τριάκοντα. πρὸ δὲ τοῦ αὐτοὺς καὶ τὸν ἀχαάβ, εἰ δυνατὸν, ἐξάραι τὴν ἀλήθειαν. καὶ ὡς ἀμυθητικὸς ὁ λόγος ταῖς παρθένοις ἐκείναις, αἱ τὰ παγχάλεπα ἐκεῖνα ὑπέμειναν, γεγράφων, καὶ ταῦτα ἐπέθεικε. διὰ τοῦτο, φησὶ, μή τις ὑμῶν θρηνείτω τοὺς ἀθλίους, εἰ δὲ θαπτομένους ὑμῖν φθονοῦσιν οἱ δυσσεβεῖς, καὶ κωλύουσι τὰς ἐκφοράς. καὶ μέχρι γὰρ τούτων ἡ κακαισχροσύνη τῶν ἀρειανῶν ἔφθασε. καὶ τὰς μὲν πύλας κλείουσι. θεῖοι δὲ τὰ μνήματα ὡς δαίμονες καθέζονται, ἵνα μή τις τῶν ἀποθνῃσκόντων ἀπολεθῇ. Ταῦτα μὲν ἐν τῷ προσόμοια τούτοις ὁ γεώργιος ἐν ἀλεξανδρείᾳ εἰργάζετο. ὁ δὲ θεῖος ἀθανάσιος, οὐδὲν χωλεῦον ὁρῶν ἐνόμιζεν εἰς ἀσφάλειαν, τὸ βασιλέως ἢ ζῶντα ἀχθῆναι προαιρούμενος, ἢ τεθνεῶτος κομισθῆναι αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν, καὶ μισθὸν τῷ τοῦτο δρῶντι ὑποσχνούμενος ὅτι μάλιστα πλεῖστον.

Cap. XV.

De Synodo Mediolanensi.

Interea cùm Magnentius post Constantis necem, Occidentis Imperium occupasset, Constantius ad extinguendam ejus tyrannidem, cum exercitu in Europam profectus est. Sed ne hoc quidem gravissimum bellum bello adversus Ecclesias finem attulit. Etenim Ariani persuadent Constantio, cui facillimum erat quidvis persuadere, & qui opinionem Arii amplexus fuerat, ut Mediolani quæ civitas est Italiæ, synodum congregaret: Ac primum quidem omnes qui eo convenissent, sigillatim assentiri cogeret depositioni illi, quæ olim apud Tyrum ab iniquis illis judicibus facta esset. Deinde vero eosdem cogeret, expulso jam ab Ecclesiis Athanasio, aliam fidei formulam conscribere. Sed Episcopi quidem, cùm Imperatoris litteras suscepissent, in eam urbem convenerunt: neutrum tamen eorum, quæ jam dixi, facere sustinuerunt. Immo cùm Imperatorem

Κεφ. ιέ.

Περὶ τῆς ἐν μεδιολάνῳ γενομένης συνόδου.

Αὐτὸς δὲ ἡνίκα ὁ κώνσας ἀντίου, μαγνεντίου μὲν τὴν κώνσαντος τελευτὴν τῆς ἑσπέρας κρατήσαντος, ἐπὶ τὴν εὐρώπην ἐξώρμησε, καὶ τῆς ἐκείνου τυραννίδος γραλούων. ἀλλ' οὐδὲ ὁ χαλεπὸς οὗτος πόλεμος τὸν καὶ τῶν ἐκκλησιῶν καθέλυσε πόλεμον· πείθουσι γὰρ δὴ τὸν πάντα ῥᾳδίως πειθόμενον, καὶ τὴν αἱρετικὴν εἰς δεξάμενον νόσον, εἰς μεδιόλανον. τὸ δόλις δὲ αὐτῷ τῆς ἰταλίας. σύνοδον συναγεῖραι. καὶ πρῶτον μὲν αὐτοὺς συνελθόντας ἅπαντας ἀναγκάσαι, τῇ κατὰ τὰ ἀδίκων ἐκείνων δικασῶν καθήκαν ἐκ τύρου γεγενημένῃ καθαιρέσει συνθέσθαι. εἶθ' ὕστερον ἀθανασίου τῶν ἐκκλησιῶν ἐξελαθέντος, ἑτέραν πίστεως ἐκθέσθαι διδασκαλίαν. ἀλλὰ συνῆλθον μὲν τὰ βασιλικὰ δεξάμενοι γράμματα. ἐφ' ἕτερον δὲ οὐδὲν τῶν εἰρημένων ἠνέσχοντο. ἀλλ' ἀνίκητος παρόντα τὸν βασιλέα διελέξαντες ὡς ἄδικα κατεγνωσμένα

καὶ δυστεβῆ, καὶ τῶν ἐκκλησιῶν ἐξηλάθησαν, καὶ τὰς τῆς οἰκουμένης ἐσχατίας οἰκεῖν καλεκέθησαν. καὶ τέτο ὃ πάλιν ἀθανάσιος ὁ θαυμάσιος ἐν ἐκείνῃ τῇ ἀπολογίᾳ συνέγραψε. Τίς τοσέτον δύναται μνημονεῦσαι, ὅσον ἐκεῖνοι πεποιήκασιν. ἄρτι γὰρ εἰρήνης ἐχόσης τῶν ἐκκλησιῶν, καὶ τῶν λαῶν εὐχομένων ἐν ταῖς συνάξεσιν, ὁ μὲν ἐπίσκοπος τῆς ῥώμης λιβέριος, καὶ παυλῖνος ὁ τῆς μητροπόλεως τῶν γαλλιῶν, καὶ διονύσιος ὁ τῆς μητροπόλεως τῆς ἰταλίας, καὶ λευκίφερ ὁ τῆς μητροπόλεως τῶν κατ' σαρδανίαν νήσων, καὶ εὐσέβιος ἀπὸ τῆς ἰταλίας, οἱ πάντες ἐπίσκοποι ἀγαθοὶ καὶ τῆς ἀληθείας κήρυκες, ἁρπάζονται καὶ ἐξορίζονται. φασὶν δὲ μίαν ἔχοντες ἢ ὅτι μὴ συνέθεντο τῇ ἀρειανικῇ αἱρέσει, μὴ ὑπέγραψαν αὐτοῖς καθ' ἡμῶν ἐν αἷς ἔπραξαν συκοφαντίαις. φεῦ γε μεγάλης καὶ εὐγενοῦς καὶ ὁμολογητοῦ ἀληθῶς ὁσίου, φεῦ τοῦ γέροντος. ἴσως γὰρ ἐγνώσθη πᾶσιν, ὅτι τέτου ἐξορισθῆναι πεποιήκασιν. ἐγὼ γὰρ οἶμαι, ἀλλὰ καὶ πάντων μᾶλλον φεῦ φανὴς ὁ γέρων. ποίας γὰρ οὐκ ἠγήσαλο συνόδου, καὶ λέγων ὀρθῶς οὐ πάντας ἔπεισε; ποία ἐκκλησία τέτου φεῦ σοφίας οὐκ ἔχει μνημόσυνα τὰ κάλλιστα; τίς ὀδυρόμενος πρὸς φεῦ σε ἐλθὼν αὖθις, οὐ χαίρων ἀπῆλθεν ἀπ' αὐτοῦ; τίς ἤτησε δέομενον, καὶ οὐκ ἀνεχώρησε τυχὼν ὧν ἠθέλησε; καὶ ὅμως καὶ κατ' τέτου τετολμήκασιν, ὅτι καὶ οὐκ εἰδὼς ἃς ποιοῦσι διὰ τὴν ἀσέβειαν αὐτῶν συκοφαντίας, οὐ γέγραφε ταῖς καθ' ἡμῶν ἐπιβολαῖς. Οποῖα μὴν δὴ κατ' τῶν ἀγίων ἐκείνων ἀνδρῶν ἐβλήθη, τὰ συγγεγραμμένα διδάσκει. ὁπόσα δὲ καὶ ἄλλοις ἐπεβλήθησαν πλείοσιν οἱ ἀρειανικῆς φάλαγγος φεῦ σε αἱρέσεις, πάλιν ὁ θεῖος οὗτος ἀνὴρ ἐν τῷ δευτέρῳ συγγράμματι. Τίνα γάρ πόλιν διώκωνται καταβαλόντες, οὐχ ὕβρισαν ὡς ἠθέλησαν. τίνα ζητοῦντες καὶ εὑρόντες οὐχ ὕτως διέθηκαν, ὡς ἢ τελευτῆσαι κακῶς, ἢ λωβηθῆναι παντὶ τρόπῳ. ἀλλὰ δίκας αἰδοῦσι ποιεῖν, καὶ ταῦτα ἐκείνων ἐσὶν ἐνεργήματα. ἐμᾶλλον ἔτοιμοί τ' ἐκείνων φεῦ σε αἱρέσεως καὶ πονηρίας εἰσὶν ὑπηρέται. ποῖος τοίνυν τόπος οὐκ ἔχει τῆς κακίας αὐτῶν ὑπόμνημα; τίνα φρονήματα καθ' αὐτῶν ὁ σωθεὶς καθυάσανθος, πλασάμενοι προφάσεις κατ' τὴν ἰεζάβελ; ποῖα νῦν ἐκκλησία ὀθρηνεῖ διὰ

A ipsum coram arguissent, quod injusta atque impia ipsis præciperet, Ecclesiis suis exturbati, & in ultimos orbis Romani fines relegati sunt. Qua de re rursus admirandus Athanasius in Apologetico suo ita scribit: Quis tanta commemorare potest, quanta isti perpetrarunt? Nam cùm Ecclesiæ reddita paulo ante pace fruerentur, & populi in collectis preces ad Deum funderent, repente Liberius Episcopus urbis Romæ, Paulinus metropolis Galliarum, Dionysius metropolis Italiæ, Lucifer metropolis Sardiniæ insulæ, & Eusebius ab Italia, probi omnes Episcopi &
B veritatis præcones, rapiuntur & in exilium deportantur: nullam aliam ob causam, quam quod Arianæ hæresi consentire, & falsis illorum contra nos calumniis subscribere noluissent. De magno enim & felicis senectæ viro, & confessore revera Hosio, superfluum arbitror dicere. Omnibus enim, ut opinor, innotuit, eum quoq; ab illis relegatum esse. Quippe hic senex minime obscurus est, sed omnium longe clarissimus: Cui enim Concilio ille non præfuit, & cùm recte diceret, omnibus non persuasit? Quænam Ecclesia patrocinii illius pulcherrima non habet monumenta? Quis cùm ad illum mœstus venisset, non lætus ab illo discessit? Quis ab
C eo petiit aliquid quo indigebat, & voti sui compos non rediit? Et tamen in hunc quoq; sævire ausi sunt, propterea quod cùm probe nosset calumnias quas illi præ impietate concinnare solent, structis contra nos insidiis non subscripsit. Qualia igitur adversus sanctos illos viros moliti sint Ariani, ex supradictis licet cognoscere. Qualiter vero plurimis quoque aliis insidiati sint Arianæ factionis principes, Divinus ille vir in eodem libro ita narrat. Quem enim unquam persecuti, comprehensum omnibus contumeliis pro arbitra-
D tu suo non affecerunt; Quem conquisitum cùm reperissent, non ita tractarunt, ut vel misere mortuus sit, vel membris omnibus debilitatus? Nam quæ judices facere videntur, ea sunt istorum opera. Illi vero, voluntatis istorum ac malitiæ ministri sunt potius quam judices. Quis est locus, qui improbitatis istorum vestigia non habeat? Quem diversa ab ipsis sentientem, falsis criminationibus, sicut olim Jezabel, non oppresserunt? Quæ nunc Ecclesia propter illorum insidias non luget?

Antiochia quidē ob Eustathium Confessorem & Orthodoxum, Balaneæ propter Euphrationem, Paltus & Antaradus ob Cymatium & Carterium. Hadrianopolis vero ob Christi amantem Eutropium, & ob successorem ejus Lucium, qui istorum operâ non semel catenas gestavit, atque ita tandem mortem oppetiit. Et Ancyra quidem, in luctu est propter Marcellum, Berœa vero propter Cyrum, & Gaza propter Asclepam. Hos enim fraudulenti isti, multis antea contumeliis affectos in exilium trudi fecerunt. Theodulum vero atq; Olympium Episcopos Thraciæ; nos quoq; & Presbyteros nostros, ita conquiri fecerunt, ut si reperti essemus, capitali supplicio afficeremur. Ac fortasse ita periissemus, nisi tunc quoque præter illorum opinionem aufugissemus. Ejusmodi enim sunt litteræ adversus Olympium quidem datæ ad Proconsulem Donatum: contra nos vero datæ ad Philagrium. Hæc sunt quæ impia illa factio adversus Sanctos perpetrare non dubitavit. Porro hic Hosius, Cordubensis erat Episcopus; qui & in magna synodo Nicæna inclaruerat, & postea inter eos qui Serdicæ congregati sunt, primum locum obtinuit. Jam vero celeberrimi Liberii fiduciam & admirabiles sermones, quos pro veritatis defensione habuit coram Imperatore Constantio, hoc loco libet adscribere. Descripti sunt enim à piis viris qui illo tempore vixerunt, utpote qui studiosos rerum Divinarum acuere & ad æmulationem excitare possint. Is autem post Julium, qui Silvestro successerat, tunc Romanam Ecclesiam administrabat.

τὰς ἐκείνων ἐπιβουλάς; ἀνλιόχεια μὲν δι' εὐσέβιον τὸν ὁμολογητὴν καὶ ὀρθόδοξον. βαλανεῖαι δὲ δι' εὐφρασίωνα. καὶ πάλτος μὲν καὶ ἀνταράδος διὰ κυμάτιον καὶ καρτέριον. ἡ δὲ ἀδριανόπολις, διὰ εὐτρόπιον τὸν φιλόχριστον, καὶ τὸν μετ' αὐτὸν λούκιον, τὸν πολλάκις παρ' αὐτῶν δεσμὰ φορέσαντα, καὶ ὕστερον ἀποθανόντα· καὶ ἄγκυρα μὲν διὰ μάρκελλον, βέρεια δὲ διὰ κῦρον, καὶ γάζα δι' ἀσκλαπᾶν. τούτους γὰρ πολλὰ πρότερον ὑβρίσαντες, καὶ ἐξορίαν ἡναγκοποίησαν οἱ δόλιοι θεόδουλον δὲ καὶ ὀλύμπιον ἀπὸ τῆς θρᾴκης ὕλας, καὶ ἡμᾶς δὲ καὶ πρεσβυτέρους ἡμετέρους ὕστερον ἐποίησαν ἐκζητηθῆναι, ὡς εἰ ἐυρεθείημεν, κεφαλῆς ἂν ἔσεσθαι τιμωρίαν· καὶ τάχα ἂν ἀπεθανόμεθα ὕστερον, εἰ μὴ παρὰ γνώμην αὐτῶν ἐφυγόμεθα καὶ τότε. τοιαῦτα γάρ ἐστι τὰ μὲν κατὰ τῶν περὶ ὀλύμπιον πρὸς τὸν ἀνθύπατον δονάτον, τὰ δὲ καθ' ἡμᾶς πρὸς φιλάγριον δοθέντα γράμματα. ταῦτα τῆς δυσσεβοῦς συμμορίας τὰ κατὰ τῶν ἁγίων τολμήματα. ὅσιος δὲ ὁ κορδούβης ἐπίσκοπος ἦν, καὶ τῇ μεγάλῃ διαπρέψας καὶ νίκαιαν συνόδῳ, καὶ τῶν ἐν σαρδικῇ συνελθόντων πρωτεύσας. Ἐγὼ δὲ καὶ λιβερίου τὴν παῤῥησίαν καὶ τοὺς ἀπὸ τῆς ἀληθείας παῤῥησίαν, καὶ οὓς ἀξιαγάστους λόγους ὑπὲρ τῆς κοινῆς εὐσεβείας πρὸς κωνσάντιον, ἐνθένδε βούλομαι τῇ συγγραφῇ. ἀναγραπτέον γὰρ καὶ τοὺς τηνικαῦτα φιλοθέους γεγενῆσθαι, ὡς ἱκανοὺς καὶ ἀθλῆσαι καὶ διεγεῖραι πρὸς ζῆλον τοὺς θείους ἔρωτας. ὅστις δὲ μετὰ ἰούλιον, ὃς σίλβεστρον διεδέξατο, τὴν ῥωμαίων ἐκύβερνα ἐκκλησίαν.

Cap. XVI.

Colloquium Liberii Episcopi Romani & Imperatoris Constantii.

Constantius Imperator dixit: Nos, quoniam & Christianus es & Episcopus nostræ civitatis, idcirco te evocandū duximus, & admonendum, ut nefariæ dementiæ impii Athanasii comunionem abjicias. Id enim æquum esse orbis terrarum censuit, eumq; ab Ecclesiastica comunione alienum esse synodali sententia decrevit. Lyberius Episcopus dixit. Judicia Ecclesiastica, ô Imperator, summa cùm æquitate fieri debent. Quare si placet pietati tuæ,

Κεφ. ιε'.

Διάλογος λιβερίου ἐπισκόπου ῥώμης καὶ κωνσταντίου βασιλέως.

Κωνσάντιος ὁ βασιλεὺς εἶπεν. ἡμεῖς καὶ διὰ τὸ χρεισιανόν σε, ὃ ἐπίσκοπον τῆς ἡμετέρας πόλεως, ἄξιον ἐκείναμεν, καὶ τοῦτο μεταστειλάμενοι παραινεῖν σοι, τῆς ἀπορρήτου ἀπονοίας τοῦ ἀνοσίου ἀθανασίου τὴν κοινωνίαν ἀρνήσασθαι. τοῦτο γὰρ ἡ οἰκουμένη ἅπασα ἔχειν ἐδοκίμασε, συνόδου τε ψηφίσματι ἀλλότριον τῆς ἐκκλησιαστικῆς κοινωνίας ἔκρινε. λιβέριος ἐπίσκοπος εἶπε. βασιλεῦ, τὰ ἐκκλησιαστικὰ κρίματα μετὰ πολλῆς δικαιοκρισίας γίνεσθαι ὀφείλει. διόπερ εἰ σοι δοκεῖ τῇ εὐσε-

βέα, κελήσειον ζυσαθῆναι κέλευσον. καὶ εἰ ὀφθείη ἀθανασίου ἄξιος καταδίκης, ὥστε κατὰ τὸν τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἀκολουθίας τύπον, ἐξενεχθήσεται ἡ κατ' αὐτοῦ ψῆφος. ἐδὲ γὰρ οἷόν τε καταψηφίσασθαι ἀνδρὸς οὗ σὺκ ἐκείναμεν. Κωνστάντιος ὁ βασιλεὺς εἶπε. πᾶσα ἠδικημένη κατεψηφίσατο θεὸς τῆς ἀνοσιότητος αὐτοῦ, καὶ ὡς ἐξ ἀρχῆς τὸν καιρὸν διατείνει. λιβέριος ἐπίσκοπος εἶπεν. ὅσοι ὑπέγραψαν, σὺκ αὐτόπται τῶν γεγονημένων ἦσαν, ἀλλὰ διὰ δόξαν καὶ φόβον καὶ ἀτιμίαν τὴν παρὰ σοῦ. ὁ βασιλεύς. τίνι δόξα καὶ φόβος καὶ ἀτιμία; λιβέριος. ὅσοι τὴν δόξαν τοῦ θεοῦ σὺκ ἀγαπῶσι, τὰς παρὰ σοῦ μᾶλλον δωρεὰς προτιμήσαντες, οὓς μὴ ταῖς ὄψεσιν εἶδον, ἐκείνους κατεδίκασαν ὅπερ ἐστὶν ἀλλότριον χριστιανῶν. ὁ βασιλεύς. καίτοι κέκριται πρόσωπον ἐν τῇ γενομένῃ συνόδῳ ἐν τύρῳ, καὶ ἐν τῇ συνόδῳ καταψηφίσαντο πάντες οἱ ἐπίσκοποι τῆς οἰκουμένης. λιβέριος. ἐδὲ πολέκριται πρόσωπον κέκριται ὁ ἄνθρωπος. ὅσοι γὰρ τότε συνελθόντες καταψηφίσαντο αὐτοῦ, ἀναχωρήσαντος ἀθανασίου ἐκ τοῦ κριτηρίου, καταψηφίσαντο ἀλόγως. εὐσέβιος ὁ εὐνοῦχος εἶπεν. ἐν τῇ συνόδῳ τῇ νικαέων ἀλλότριος ἀπεδείχθη τῆς καθολικῆς πίστεως λιβέριος. πέντε μόνοι ἐκρίναν τῶν συμπλευσάντων αὐτῷ ἐν τῷ μαρεώτῃ, ὃς ἀπέστειλαν τοῦ ἐγκαλουμένου ζυσήσαντες κατ' αὐτοῦ ὑπομνήματα. ἀπὸ τούτων τοίνυν τῶν ἀποστειλάντων, δύο τεθνήκασι, θεόγνιος καὶ θεόδωρος. οἱ λοιποὶ τρεῖς ζῶσι, τέλεσις μάρις καὶ οὐάλης καὶ ὑρσάκιος. ἀπὸ τούτων τῶν ἀποσταλέντων τῇ σαρδικῇ τὸ πρᾶγμα τοῦτο ἕνεκα συνεκροτεῖτο ψῆφος. οἱ ἐν τῇ συνόδῳ βιβλία ἐπιδεδώκασι, συγγνώμην αἰτοῦντες, ἐφ' οἷς ἐν τῷ μαρεώτῃ τῇ συκοφαντίαν ἐκ μονομερῶς συνεθήκαντο τῇ ἀθανασίῳ ὑπομνήματα. ἅπινα βιβλία αὐτῶν νῦν ἔχομεν ἐν χερσὶν; τίνι τούτων δεῖ πείθεσθαι ἡμᾶς βασιλεῦ κοινωνεῖν, τοῖς πρότερον καταψηφισαμένοις, ἢ ἐν δευτέρᾳ συγγνώμην αἰτήσασιν, ἢ τοῖς νυνὶ τῶν καταψηφισαμένοις; ἐπίληψις ἐπίσκοπος εἶπε. βασιλεῦ, ὑπὲρ πίστεως ἕνεκεν σήμερον, ἐδὲ κριμάτων ἐκκλησιαστικῶν ἀλιποιούμενος λιβέριος τὸν λόγον ποιεῖται, ἀλλ' ἵνα τοῖς ἐν ῥώμῃ συγκλητικοῖς καυχήσηται, ὡς συλλογισάμενος τὸ βασιλέα. ὁ βασιλεὺς εἶπε λιβερίῳ.

A judicium constitui jube. Et si quidem Athanasius condemnatione dignus videbitur, tunc juxta Ecclesiastici ordinis formam, in illum sententia proferetur. Neq; enim à nobis condemnari potest vir, quem non judicavimus. Constantius Imperator dixit: Totus terrarum orbis de ejus impietate sententiam tulit, eo quod jam inde ab initio temporibus illudat. Liberius Episcopus dixit: Quicunque subscripserunt, res gestas ipsi non viderant; sed ob inanem gloriam ac metum, neve abs re ignominia afficerentur, subscripserunt. Imperator dixit: Quænam est gloria, quis metus, quæ ignominia? Liberius
B respondit. Quicunque non diligunt gloriam Dei, ii tua munera anteponentes, eum quem ipsi non viderant, nec judicaverant, condemnarunt: quod alienum est à Christianis. Imperator dixit. Atqui præsens judicatus est in concilio Tyri: & omnes totius orbis Episcopi eum in Concilio damnarunt. Liberius dixit. Nunquam ille præsens judicatus est. Quotquot enim eo tempore congregati illi damnarunt, post Athanasii è judicio discessum, absque ratione eum condemnarunt. Eusebius eunuchus dixit: In Concilio Nicæno,
C alienus à Catholica fide demonstratus est. Liberius dixit: Quinque soli judicarunt, ex iis qui cum Ischyra navigarunt in Mareotem: quos quidem illi miserant, ut adversus reum acta conficerent. Ex iis qui tunc eo missi fuerant, duo ex hac luce migrarunt, Theognius scilicet ac Theodorus. Reliqui tres adhuc superstites sunt, Maris, Valens & Ursacius. Contra hos qui missi erant in Mareotem, Serdicæ ob hoc ipsum negotium lata est sententia. Qui postea in synodo libellos obtulerunt, veniam poscentes, ob acta quæ
D per calumniam, altera duntaxat parte præsente, adversus Athanasium in Mareote confecerant. Quos quidem libellos nunc in manibus habemus. Utris horum assentiri & communicare debemus, Imperator? Hisne qui prius Athanasium condemnarunt, & postea veniam petierunt? an illis qui nuper istos condemnarunt. Epictetus Episcopus dixit. Non fidei causa, nec pro defensione judiciorum Ecclesiasticorum Liberius verba facit; ô Imperator, sed ut apud Romanæ urbis senatores glorietur, Imperatorem à se esse superatũ. Imperator Liberio dixit.

Quota pars es orbis terrarum, ut tu solus homini impio suffragari velis, & orbis Romani ac totius mundi pacem dissolvas. Liberius dixit; Etiamsi solus sim, fidei causa non idcirco minuitur. Nam & olim tres tantum reperti sunt, qui regis mandato resisterent. Eusebius eunuchus dixit: Imperatorem nostrum facis Nabuchodonosor. Liberius dixit: Nequaquam. Sed tu temere hominem condemnas, de quo non judicavimus. Ego vero postulo, ut primum quidē generalis præcurrat subscripto, quæ fidem Nicææ expositam confirmet. Deinde ut revocatis ab exilio fratribus nostris, & in sedes suas restitutis, si ii qui tumultus in Ecclesiis nunc excitant, Apostolicæ fidei consentire visi fuerint, tunc universi Alexandriam convenientes, ubi & accusatus ipse & accusatores sunt & defensor eorum, examinato illorum negotio, concordem sententiam proferamus. Epictetus Episcopus dixit: Verum cursus publicus haudquaquam sufficiet subvectioni Episcoporum. Liberius dixit: Ecclesiastica negotia non indigent publico cursu. Ecclesiæ enim singulæ Episcopos suos ad mare usq; perducere suis sumptibus facile possunt. Imperator dixit. Quæ jam formam excepere judicii, ea resolvi amplius non possunt. Valere enim debet plurium Episcoporum sententia. Tu solus es, qui impii illius amicitiam retineas. Liberius dixit: Nunquam audivimus, Imperator, absente reo judicem impietatem ei objicere, quasi privatas inimicitias cum eo gerat. Imperator dixit: Omnes quidem ille in commune affecit injuria: neminem tamen æque ac me. Qui non contentus exitio fratris mei majoris natu, felicis memoriæ Constantem ad suscipiendas mecum inimicitias incitare nunquam destitit: nisi nos majori mansuetudine, & incitantis, & incitati impetum pertulissemus. Nullam itaque victoriam tanti facio, ne illam quidem quam de Magnentio retuli ac de Silvano; quanti ut hunc sceleratum ab Ecclesiæ administratione submoveam. Liberius dixit; Noli, Imperator, inimicitias tuas per Episcopos vindicare. Ecclesiasticorum enim manus ad benedicendum ac sanctificandum vacare debent. Jube igitur si placet, ut Episcopi ad proprias sedes revocentur ac si quidem visi fuerint consentire cū illo qui rectam fidem Nicææ olim

Πόσον εἶ μέρος τ̃ οἰκουμένης, ὅτι σὺ μόνος συναίρῃ ἀνθρώπῳ ἀνοσίῳ, καὶ τ̃ οἰκουμένης τὴν εἰρήνην καὶ ὅλως τὰ κόσμου λύεις. Λιβέριος. Ἐὰν διὰ τὸ εἶναί με μόνον, ὁ τ̃ πίστεως ἐλαττοῦται λόγος. καὶ γὰρ καὶ τὸ παλαιὸν τρεῖς μόνοι εὑρέσκοντο ἀντιστάντες πρὸς ἅπαντας. Εὐσέβιος εὐνοῦχος εἶπε. τὸν βασιλέα ἡμῶν ναβουχοδονόσορ ἐποίησας. Λιβέριος εἶπεν. οὐχί, ἀλλ' ἔτως ἀλόγως κατεδίκασε ἄνθρωπον οὐκ ἐκείνα μεν. ἀλλὰ κἀγὼ ἀξιῶ πρότερον οἰκουμενικῷ ὑπογραφὴν προχωρῆσαι, βεβαιοῦσαν τὴν πίστιν τὴν κατὰ νίκαιαν ἐκτεθεῖσαν· ἵν' ἔτως ἀνακληθέντων τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν ἀπὸ ὁρισμοῦ καὶ ἀποκατασταθέντων τοῖς ἰδίοις τόποις, εἰ ὀφθεῖσαν ὑπὸ πάντων ἐνθουσιώντες ἐν γεννῶντες ταῖς ἐκκλησίαις, συγκαλεσθέντες τῇ ἀποστολικῇ πίστει, τότε ἐπὶ τὴν ἀλεξανδρέων πάντες ἀπαντήσαντες, ἔνθα ὁ ἐγκαλούμενος καὶ ἐγκαλοῦντες, εἰσὶ, καὶ ὁ ἀνιποιούμενος αὐτῶν, ἐξετάσαντες τὰ πρὸς ἀλλήλων συμπεσόντα θῶμεν. Ἐπίκτητος ἐπίσκοπος εἶπεν. ἀλλ' ὁ δρόμος τ̃ δημοσίων οὐχ ὑποστήσεται τὴν χρείαν τ̃ ἐπισκόπων παρέξειν. Λιβέριος. Οὐ χρείαν ἔχει τὰ ἐκκλησιαστικὰ δημοσίου δρόμου. αἱ γὰρ ἐκκλησίαι, ἱκαναί εἰσιν ἕως τ̃ θαλάσσης διαπέμψαι σὺν ἑαυτῶν ἐπισκόπους. ὁ βασιλεύς. τὰ ἤδη τύπον ἐχόντα οὐ λύεται ὑπὸ δυναμένων. τῶν γὰρ πλειόνων ἐπισκόπων ἡ ψῆφος ἰσχύειν ὀφείλει. σὺ μόνος εἰ ὁ ἀνιποιούμενος τ̃ φιλίας τ̃ ἀνοσίου ἐκείνου. Λιβέριος εἶπεν. βασιλεῦ οὐδέποτε ἠκούσαμεν μὴ παρόντος καὶ ἐγκαλουμένου, κρίσιν ἀνοσιότητος καταγέλωτος, ὡς ἰδίαν ἔχθραν εἰς φέρον τὸν ἄνθρωπον· ὁ βασιλεύς. πάντας μὲν κοινῶς ἠδίκησεν, οὐδένα δ' ἔτως ὡς ἐμέ. ὃς εἰ μὴ ἀρκεσθεὶς ἐπὶ τῇ ἀπωλείᾳ τ̃ μείζονος μου ἀδελφοῦ, οὐδὲ τὸν μακαρίτην Κώνσταντα ἐπαύσατο παροξύνων εἰς ἡμᾶς ἔχθραν, εἰ μὴ ἡμεῖς πλείονι ἡμερότητι ὑπηνέγκαμεν τὴν τ̃ παροξύνοντος καὶ παροξυνομένου ῥοπήν. οὐδὲν δὲ μοι τοιοῦτον καθέστωκα. οὐδὲ τὸν μαγνέντιον καὶ σιλβανόν, ὡς τὰ μιαρὰ ἐκείνου πρειμήμου τ̃ ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων. Λιβέριος. μὴ δι' ἀ τ̃ ἐπισκόπων ἀμύνου τὴν ἔχθραν βασιλεῦ. αἱ γὰρ χεῖρες τ̃ ἐκκλησιαστικῶν, εἰς τὸ ἁγιάζειν εὐκαιρεῖν ὀφείλουσιν. ὅθεν εἴσοι δοκεῖ, κέλευσον ἀνακληθῆναι τὰς ἐπισκόπους εἰς ἰδίους τόπους. καὶ εἰ ὀφθεῖσαν ὁμόφρονες τ̃ σήμερον ἀνιποιουμένου τ̃ νίκαιαν ἐκ-

τε θείσης ὀρθοδόξου πίστεως, ὅτε ζωνελθόντες ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἴδοιεν ὑπὲρ εἰρήνης τὴν κόσμου, ἵνα μὴ τὸν μηδὲν ἁμαρτήσαντα ἄνδρα χαραχθῆναι δοκιμαθῇ. ὁ βασιλεύς, ἓν ἐστὶ τὸ ζητούμενον. βούλομαι γάρ σε ἀπασάμωμον τὴν πρὸς τὰς ἐκκλησίας κοινωνίαν, πάλιν εἰς τὴν Ῥώμην ἀποστεῖλαι. διὰ τοῦτο πείθου τῇ εἰρήνῃ, καὶ ὑπογράψας ὑπόστρεψον εἰς τὴν Ῥώμην. Λιβέριος. ἤδη τοῖς ἀδελφοῖς τοῖς ἐν Ῥώμῃ ἀπεταξάμην. μείζους γάρ εἰσιν αἱ ἐκκλησιαστικοὶ θεσμοὶ, τῶν ἐν Ῥώμῃ διατριβῆς. ὁ βασιλεύς. ἐκεῖ τριῶν ἡμερῶν ἔχεις σκέψεως διάστημα, εἰ βούλει ὑπογράψας ὑποστρέψαι εἰς τὴν ἐμὴν, ἢ ἐννοῆσαι ἐν ποίῳ τόπῳ μεταστῆναι βούλει. Λιβέριος. τὸ τῶν τριῶν ἡμερῶν ἢ μηνῶν διάστημα οὐ μεταλήψεται λογισμόν. ὅθεν ὅπου βούλει ἀπόστειλόν με. Καὶ ὁ βασιλεύς, μὴ δυοῖν ἡμέραις κληθεὶς Λιβερίου, καὶ μὴ μεταλαβεῖν λογισμοῦ, εἶπεν ἐξορισθῆναι εἰς τὴν Βέροιαν τῆς θρᾴκης. ἐκβάντος δὲ Λιβερίου, ὁ βασιλεὺς ἀπέστειλε πεντακοσίους ὁλοκοίνικας αὐτῷ εἰς δαπάνας. Λιβερίῳ εἶπε τῷ κομίσαντι. ἄπελθε, δὸς αὐτὰ τῷ βασιλεῖ. χρείαν γὰρ ἔχει δοῦναι τοῖς στρατιώταις αὐτοῦ. ὁμοίως καὶ βασίλισσα ἐπεμψεν αὐτῷ τὰ αὐτὰ. Λιβερίῳ εἶπεν. ἀπόδου αὐτὰ τῷ βασιλεῖ. χρείαν γὰρ αὐτῶν ἔχει εἰς τὴν τῶν στρατιῶν ἐξοδίασιν. ἐὰν δὲ μὴ χρείαν ἔχῃ ὁ βασιλεὺς, δότω αὐτὰ τῷ αὐξεντίῳ καὶ Ἐπικήτῳ. χρείαν γὰρ ἔχουσιν τούτων. ὡς δὲ παρ' αὐτῶν οὐκ ἔλαβεν, εὐσεβὴς ὁ εὐνοῦχος προσφορὰ αὐτῷ ἑτέρας. Λιβέριος δὲ εἶπεν αὐτῷ. τὰς ἐκκλησίας τῆς οἰκουμένης ἠρήμωσας, καὶ ὡς καταδίκῳ ἐλεημοσύνην μοι προσφέρεις. ἄπελθε, πρῶτον γενοῦ χριστιανός. καὶ μὴ τρεῖς ἡμέρας μηδὲν δεξάμενος, ἐξορίσθη.

A exposita nunc tuetur, tunc in unum convenientes paci orbis terrarum provideant, ne virum, qui nihil deliquit, notatum esse comprobetur. Imperator dixit. Unum est quod quæritur. Te namque, ubi Ecclesiarum communionem fueris amplexus, Romam remittere volo. Assentire igitur paci, & subscribe, atque ita Romam revertere. Liberius dixit. Fratribus qui Romæ sunt jam valedixi. Potiores enim sunt Ecclesiasticæ leges quam domicilium Romæ. Imperator dixit. Ergo trium dierum spatium habes ad deliberandum, uterum subscribens Romam redire velis, aut ad cogitandum quem in locum cupias deportari. Liberius dixit. Trium dierum aut mensium intervallum non mutat sententiam. Itaque mitte me quo voles. Biduo post Imperator cùm Liberium accivisset, atque is de sententia non decederet, eum Beræam Thraciæ relegari præcepit. Cumque egressus esset Liberius, Imperator quingentos ei solidos misit ad sumptus faciendos. Liberius vero dixit ei qui attulerat. Abi. Redde hos Imperatori. Opus enim his habet, ut præbeat militibus suis. Similiter Augusta totidem ei solidos misit. Liberius dixit. Redde hos Imperatori. Hisce enim opus habet ad stipendium militum. Quod si Imperator his opus non habet, det eos Auxentio & Epicteto. His enim opus habent. Cum igitur ab his noluisset accipere, Eusebius Eunuchus alios ei attulit. Cui Liberius dixit. Ecclesias orbis terrarum vacuas ac desertas fecisti: & mihi tanquam noxio eleemosynam adfers. Abi, & prius Christianus fias. Et post triduum relegatus est, cùm nihil accepisset.

Κεφ. ιζ.

Περὶ τῆς ἐξορίας καὶ ἐπανόδου τοῦ ἁγίου Λιβερίου.

Ὁ μὲν δὴ νικηφόρος τῆς ἀληθείας ἀθλητὴς, τὴν θρᾴκην ὡς προσετάχθη καὶ ἐλάβε. δύο δὲ διελθυθότων ἐτῶν, ὁ μὲν κωνσάντιος εἰς τὴν Ῥώμην ἀφίκετο. αἱ δὲ τῶν ἐν τέλει καὶ ἀξιωματικῶν ὁμόζυγοι, τοὺς ἄνδρας ἐλιπάρουν ἱκετεύσαι τὸν κωνσάντιον, ἀποδοῦναι τὸν νομέα τῇ ποίμνῃ· φάσκουσαι εἰ μὴ πείσοιεν, αὐτὰς μὴν καταλείψειν, πρὸς δὲ τὸν μέγαν ἐκεῖνον διαφορμεῖσθαι ποιμένα. οἱ δὲ ἔφασαν δεδιέναι τὸν βασιλέως θυμόν. ἄνδρας γὰρ ὄντας, οὐδὲ μιᾶς ἴσως

Cap. XVII.

De exilio & reditu beati Liberii.

Gloriosus igitur veritatis athleta in Thraciam, uti præceptum fuerat, perrexit. Elapso autem biennio Constantius Romam profectus est. Senatorum vero & honoratorũ conjuges à viris suis petierunt, ut Principem adirent, rogarentq; ut pastorem gregi suo redderet: addentes nisi hoc ab ipsis impetrarent, discessuras se ab illis & ad magnum illum pastorem migraturas. At illi, iram Principis reformidare se dixerunt. Nobis enim, ajebant, utpote viris,

nullam fortasse veniam indulgebit. Vobis autem rogantibus procul dubio parcet: duorumque alterum eveniet, ut aut precibus vestris annuat; aut si abnuerit, saltem illæsas dimittat. Hoc consilium amplexæ præstantissimæ feminæ, cum solenni cultu atque ornatu Imperatorem adierunt, ut cùm ex veste eas nobiles esse conjecisset, cum reverentia ac lenitate ipsas exciperet. Sic igitur ornatæ cùm ad Imperatorem venissent, suppliciter ab eo petierunt, ut tantæ urbis pastore suo orbatæ & luporum insidiis expositæ misereretur. Ille vero matronis respondit, urbem alio pastore non egere: habere enim antistitem idoneum, qui ipsius curam gerat. Quippe post magnum Liberium ordinatus fuerat quidam ex ejus Diaconis, Felix nomine. Qui formulam fidei à Nicænis patribus expositæ, integram quidem atq; inviolatam servabat; cum iis tamen qui eam labefactabant, libere communicabat. Atq; ob hanc causam nemo ex civibus Romanis in Ecclesiam ingressus est, dum ille intus esset. Idque tum mulieres illæ Imperatori suggesserunt. Flexus itaque Imperator, egregium illum omnique laude dignissimum ab exilio redire jussit: Ambos vero in commune Ecclesiam administrare. Hæc Imperatoris epistola cùm in Circo recitata esset, populus exclamavit, æquam esse Imperatoris sententiam. Spectatores enim divisos esse in factiones duas, ex coloribus suis cognominatas. Alterum igitur Episcopum huic factioni, alterum illi præesse oportere: Hac ratione cùm Imperatoris epistolam explosissent, omnes unâ voce acclamârunt; Unus Deus, unus Christus, unus Episcopus. Ipsa enim eorum verba hic apponere, æquum existimavi. Post has Christianissimæ plebis acclamationes pietate ac justitia plenas, reversus est admirandus ille Liberius. Felix vero recedens, ad aliam urbem se contulit. Hæc cùm iis quæ Mediolani Episcopis contigerunt, copulanda esse duxi, ut narrationis aptum ac decorum ordinem servarem. Nunc ad ipsum rerum gestarum ordinem revertamur.

A ἀξιώσῃ συγγνώμης. ὑμῖν δὲ ἀνυβολέσαις, φῇδὲς δήπουθεν μεταδώσῃ. καὶ δυοῖν θάτερον, ἢ τὴν ἱκετείαν δέξεται, ἢ μὴ πειθόμενος, ἀπαθεῖς ἀποπέμψῃ. ταύτην δὲ ἐξαμέναι τὴν εἰσήγησιν αἱ ἀξιέπαινοι γυναῖκες, μετὰ τῆς συνήθους πολυτελείας προσῆλθον τῷ βασιλεῖ, ὅπως σεμνὰς ἐκ τῆς ἐσθῆτος ὑπολαβών, αἰδεσθεὶς αὐτὰς καὶ φεισθεὶς ἀξιώσῃ. ἔτω δὲ προσελθοῦσαι, ἱκέτευον οἰκτεῖραι πόλιν τοσαύτην ποιμένος ἔρημον, καὶ ταῖς τῶν λύκων ἐπιβουλαῖς ἐνάλωτον γενέσθαι. ὁ δὲ ἔφη, μὴ δεῖσθαι νομέως ἑτέρου τὴν πόλιν. ποιμένα δὲ ἔχειν B προμηθείας δυνάμενον. ἦν γὰρ ἐκ προβολῆς μετὰ τὸν μέγαν Λιβέριον, τῶν διακόνων τις τῶν ἐκείνου· Φίληξ ἦν ὄνομα τούτῳ· ὃς τὴν μὲν ἐκτεθεῖσαν ἐν νικαίᾳ πίστιν ἄσυλον διεφύλαττε· τοῖς δέ γε διαφθείρουσι ταύτην, ἀδεῶς ἐκοινώνει. ἀδεὶς μέντοι τῶν οἰκείων τὴν ῥώμην εἰς εὐκλεέστερον εἰσεληλύθει οἶκον, ἔνδον ὄντος ἐκείνου. τοῦτο δὴ καὶ αἱ γυναῖκες ἔφασαν ἐκεῖναι τῷ βασιλεῖ. ὁ δὲ ἡσθεὶς ὑπακούσας, προσέταξε μὲν ἐν πᾶσι ἄριστον ἐκεῖνον ἐπανελθεῖν. κοινῇ δὲ ἀμφοτέρους τὴν ἐκκλησίαν ἰθύνειν. τούτων ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ τῶν γραμμάτων ἀναγνωσθέντων, ἐξεβόησε τὸ πλῆθος, δικαίαν εἶναι λέγον τὴν βασιλέως C ψῆφον· δίχα γὰρ διῃρῆσθαι τοὺς θεατὰς, ἀπὸ τῶν χροιῶν τὰς ἐπωνυμίας ἐσχηκότας· καὶ χρῆναι, τὸν μὲν τούτων, τὸν δὲ ἐκείνων ἡγεῖσθαι. ἔτω κωμῳδήσαντες τὰ βασιλέως γράμματα, κοινὴν ἀφῆκαν φωνήν· εἷς θεὸς, εἷς χριστὸς, εἷς ἐπίσκοπος. οὐδὲν γὰρ θεῖναι τὰς φωνὰς ὑπελάβον δίκαιον. μετὰ ταύτας δὲ φιλοχρίστους δήμους τὰς εὐσεβείᾳ καὶ δικαιοσύνῃ κοσμουμένας βοὰς, ἐπαινῆσαι μὲν λιβέριον ὁ θεοσέβιος· ὁ δὲ φίληξ ὑποχωρήσας, ἑτέραν ᾤκησε πόλιν. ταῦτα τοῖς ἐν μεδιολάνῳ τοῖς ἐπισκόποις συμβεβηκόσι συνῆψα, τὴν δὲ διηγήσεως ἁρμονίαν φυλάττων. ἐπὶ δὲ τὴν τῶν γεγενημένων πάλιν ἐπανειμι τάξιν.

A

Κεφ. ιή.

Περὶ τῆς ἐν Ἀριμίνῳ γενομένης Συνόδου.

Τῶν γὰρ τῆς πίστεως ἀγωνιστῶν ἐξελαθέντων, νομίσαντες οἱ τῷ βασιλέως γνώμῃ μεθαρμοσθέντες εἰς ἅπαν ἐβεβήκεσαν, εὐπετέστερον μᾶλλον καταλύσειν τὴν ἀνύπαλον αὐτῶν πίστιν, καὶ τὴν αἱρετικὴν βεβαιώσειν διδασκαλίαν, ἔπεισαν τὸν κύριον ἀνθύπατον εἰς τὸ ἀρίμινον δεῦρο τῆς ἑσπέρας Συναγαγεῖν ἐπισκόπους, καὶ προσάξαι τῇ οὐσίαν τὸ ὁμοούσιον ἐξελεῖν ἐκ τῆς πίστεως, τὰ κατὰ τῆς αἱρετικῆς κακοτεχνίας ἐξευρεθέντα, ἀπὸ τῶν παλαιῶν μηχανήματα. B ταῦτα γὰρ ἔλεγον τῷ τῶν ἐκκλησιῶν προποιήσειν διαίρεσιν. ἐπειδὴ οὖν συνῆλθον, φενακίσαι μὲν ἐπειράθησαν οἱ τῆς αἱρετικῆς λώβης μεθέλκοντες τῶν συναθροισθέντων τὸ πλῆθος, καὶ διαφερόντως τὰς ἑσπερίους, ἁπλοῦς ἤθεσι κεχειμένους. ἔφασκον οὐ μὴ χρῆναι δυοῖν ἕνεκα λέξεων, καὶ τούτων ἀγράφων, διασπασθῆναι τὸ ἐκκλησίας σῶμα. ἀλλ' εἰπεῖν μὲν ὅμοιον τῷ γεγεννηκότι τὸν υἱὸν κατὰ πάντα· τὸ δὲ τῆς οὐσίας παραλιπεῖν ὡς ἄγραφον ὄνομα. ἀλλὰ γὰρ τῆς ἀπάτης αὐτόμυοι, τοὺς μὲν ταῦτα λέγοντας ἀπεκήρυξαν· αὐτοῖς δὲ τῷ βασιλεῖ τὴν C οἰκείαν γνώμην διὰ γραμμάτων ἐδήλωσαν. παῖδες γὰρ ἔφασκον εἶναι καὶ κληρονόμοι τῶν ἐννικαίᾳ συνελθόντων πατέρων· εἰ δέ τι παρ' ἐκείνων γραφέντων ἀφελεῖν ἢ προσθεῖναί τι τοῖς ἀρίστοις κηρύγμασι τολμήσαιμεν, νόθους ἑαυτοὺς ἀποφανοῦμεν, καὶ ἡγορεῖ τῶν γεγεννηκότων γρώμενοι. ζαφέστερον δὲ αὐτῶν τὸν ἀκριβῆ κανόνα τῆς πίστεως τὰ παρ' αὐτῶν γραφέντα πρὸς κύριον ἀνθύπατον δηλώσει.

Cap. XVIII.

De Concilio Arimintensi.

EXPULSIS fidei propugnatoribus, ii qui Imperatoris animum pro arbitrio suo impellebant, cùm sibi persuasissent, se adversantem ipsis fidem nullo deinceps negotio subversuros, & Arii doctrinam firmaturos esse, suggesserunt Constantio, ut Orientis atq; Occidentis Episcopos Arimini congregaret; juberetq; ut substantiæ & consubstantialis vocabula, quæ velut machinæ quædam ad evertendas Arii fraudes à patribus excogitatæ fuerant, ex fidei formula tollerentur. Ajebant enim hæc nomina dissidium Ecclesiarum peperisse. Cùm igitur convenissent Episcopi; hi qui Ariana labe infecti erant, reliquam Episcoporum multitudinem decipere conati sunt, ac præcipue Occidentales, utpote qui simpliciore ingenio prædíti essent. Dicebant enim, ob duas voces quæ in sacris voluminibus non extarent, corpus Ecclesiæ distrahi non debere: sed similem quidem per omnia Filium dicendum esse: substantiæ vero vocabulum reticendum, quippe quod in scripturis minime inveniretur. Verum Episcopi cùm fraudem intellexissent, eos quidem qui ista dixerant à communione removerunt: ipsi vero sententiam suam Imperatori per litteras significarunt. Se namque filios esse ajebant & successores Patrum, qui Nicæam olim convenissent. Quod si quid ex iis quæ ab illis scripta sunt auferre, aut iis quæ optime constituta sunt, aliquid addere voluerimus, spurios nos esse demonstrabimus, accusatores facti parentum nostrorum. Verum accuratam illorum fidei regulam apertius indicabit epistola quam ad Constantiũ scripserunt.

D

Κεφ. ιθ'.

Ἔκθεσις ὀλη Συνοδικὴ παρὰ τῶν αὐτόθι συνελθόντων ἐπισκόπων πρὸς τὸν βασιλέα χαράξασα κανόνα πίστεως.

ἘΚτεθεῖσα θείᾳ κελεύσει, καὶ τῇ τῆς εὐσεβείας προσάγματος, τὰ παλαιὰ δογματισθέντα γεγραπται πεφύκαμεν. εἰς γὰρ ἀρίμινον ἐκ πασῶν τῶν πρὸς δύσιν πόλεων εἰς τὸ αὐτὸ πάντες οἱ ἐπίσκοποι συνήλθομεν, ἵνα καὶ ἡ πίστις τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας γνωρισθῇ, καὶ οἱ τἀναντία φρονοῦντες ἔκδηλοι γένωνται. ὡς γὰρ ἐπὶ πλεῖστον διασκοποῦντες εὕρηκαμεν, ἄριστον

Cap. XIX.

Epistola Synodica ab Episcopis Arimini congregatis ad Imp. Constantium scripta.

JUBENTE Deo & præcepto pietatis vestræ credimus esse dispositum, ut ad Ariminensium locum ex diversis provinciis, Occidentalium Episcopi veniremus: ut & fides clarescceret omnibus Ecclesiæ Catholicæ, & hæretici noscerentur. Dum enim omnes qui recte sapimus, contractaremus, placuit quidem, ut fidem ab antiquitate perseve-

N

rantem, quam per Prophetas, Evangelia & Apostolos, per ipsum Deum & Dominum nostrum Jesum Christum, Salvatorem Imperii tui, & largitorem salutis tuæ accepimus, & quam semper obtinuimus, teneamus. Nefas enim duximus, recte & juste sancitorum aliquid mutilare, & eorum qui in Nicæno tractatu consederant. Qui tractatus manifestatus est & insinuatus mentibus populorum, & contra hæresin Arianã tunc oppositus invenitur, ut non solum ipsa, sed etiam reliquæ hæreses inde sint expugnatæ. A quo si aliquid demptum fuerit, venenis hæreticorum aditus panditur. Ideo Ursacius & Valens in suspicionem ejusdem hæreseos Arianæ venerunt aliquando, & suspensi erant à communione. Et rogaverunt veniam, sicut eorum continent scripta. Quam meruerunt tunc temporis à Concilio Mediolanensi, assistentibus etiam Legatis Romanæ Ecclesiæ. Constantino præsente in hoc, cum magno examine fuisset conscriptum, quod tenens baptizatus ad quietem Dei commigravit, nefas putamus inde aliquid mutilare, & tot sanctos & confessores & successores Martyrum, ipsius tractatus conscriptores, in aliquo removere, cùm & ipsi præteritorum Catholicæ Ecclesiæ Scriptorum cuncta servaverint. Mansitque usq; in hæc tempora, quibus pietas tua à Deo Patre per Deum & Dominum nostrum Jesum Christum potestatem regendi orbis accepit. Verum miseri homines & infelici sensu præditi, iterum ausu temerario se præcones impiæ doctrinæ renuntiarunt: & nunc etiam conantur convellere quod fuerat positum ratione. Etenim cùm pietatis tuæ litteræ jusserint tractari de fide, offerebatur nobis à supradictis turbatoribus Ecclesiarum, associato Germinio

A ἐφάνη τὴν πίστιν τὴν ἔκπαλαι διαμένουσαν, ἣν καὶ οἱ προφῆται, καὶ τὰ εὐαγγέλια καὶ οἱ ἀπόστολοι διὰ ἰησοῦ χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν ἐκήρυξαν, τοῦ καὶ τῆς σῆς βασιλείας φρουροῦ καὶ τῆς σῆς ῥώσεως προστάτου, ἵνα ταύτην κατέχοντες φυλάξωμεν, καὶ φυλάττοντες μέχρι τέλους διατηρήσωμεν. ἄτοπον γὰρ ἐφάνη καὶ ἀθέμιτον, τῶν ὀρθῶς καὶ δικαίως ὡρισμένων τι μεταλλάξαι, καὶ τῶν ἐν νικαίᾳ κοινῇ μετὰ τοῦ ἐνδοξοτάτου κωνσταντίνου τοῦ σοῦ πατρὸς καὶ βασιλέως ἐσκεμμένων. ὧν ἡ διδασκαλία καὶ τὸ φρόνημα, διῆλθε τε καὶ ἐκηρύχθη εἰς πάσας ἀνθρώπων ἀκοάς τε καὶ διανοίας· ἥτις ἀντίπαλος μόνη καὶ ὀλετὴρ τῆς ἀρείου αἱρέσεως ὑπῆρξε· δι' ἧς οὐ μόνον αὐτὴ, ἀλλὰ καὶ αἱ λοιπαὶ αἱρέσεις καθῃρέθησαν· ἐν ᾗ ὄντως καὶ τὸ προσθεῖναί τι σφαλερὸν, καὶ τὸ ἀφελέσθαι ἐπικίνδυνον ὑπάρχει. ὡς εἴπερ θάτερον γένοιτο, ἔσται τοῖς ἐχθροῖς ἄδεια τοῦ ποιεῖν ἅπερ βούλονται. ὅθεν οὐρσακιός τε καὶ οὐάλης, ἐπειδὴ μέτοχοί τε καὶ σύμφωνοι τοῦ ἀρειανικοῦ δόγματος ἦσαν καθεστῶτες, τῆς ἡμετέρας κοινωνίας χωρισθέντες ἀπεφάνθησαν. ἧς ἵνα μετάσχωσιν, ἐφ' οἷς ἑαυτοῖς συνεγνώκεισαν πλημμελήσαντες, μετανοίας τε καὶ συγγνώμης ἠξίουν τυχεῖν. καὶ τὰ ἀντίγραφα τὰ ὑπ' ἐκείνων γεγενημένα μαρτυρεῖ, δι' ὧν ἁπάντων φειδὼ γεγένται, καὶ τῶν ἐγκλημάτων συγγνώμη. ἦν δὲ ὁ καιρὸς καθ' ὃν ταῦτα ἐπράττετο, ὅτε ἐν μεδιολάνῳ τὸ συνέδριον τῆς συνόδου συνεκροτεῖτο, συμπαρόντων δὴ καὶ τῶν πρεσβυτέρων τῆς τῶν ῥωμαίων ἐκκλησίας. ἐγνωκότες δὲ ἅμα καὶ τὸν μετὰ τὴν τελευτὴν ἄξιον μνήμης κωνσταντῖνον μετὰ πάσης ἀκριβείας καὶ ἐξετάσεως τὴν συγγραφεῖσαν πίστιν ἐκτεθεικότα. ἐπειδὴ δὲ ὡς ἐξ ἀνθρώπων ἐγένετο βαπτισθεὶς, καὶ πρὸς τὴν ὀφειλομένην εἰρήνην ἀνεχώρησεν, ἄτοπον ἐνομίσαμεν εἶναι μετ' ἐκεῖνον τι καινοτομεῖν, καὶ τοσούτους ἁγίους ὁμολογητὰς καὶ μάρτυρας, τοὺς καὶ τοῦδε τοῦ δόγματος συγγραφεῖς τε καὶ ἐφευρετὰς παριδεῖν, οἵτινες κατὰ τὸν παλαιὸν τῆς ἐκκλησίας θεσμὸν, ἅπαντα φρονοῦντες διαμεμενήκασιν. ὧν ὁ θεὸς τὴν πίστιν καὶ εἰς τοὺς σοὺς χρόνους τῆς βασιλείας μετέδωκε, καὶ διὰ τοῦ δεσπότου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ, δι' οὗ σοὶ καὶ τὸ βασιλεύειν οὕτως ὑπῆρξεν, ὡς καὶ τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης κρατεῖν. πάλιν γοῦν οἱ ἐλεεινοὶ καὶ οἰκτροὶ τῷ φρονήματι, ἀθεμίτῳ τολμήματι τῆς δυσσεβοῦς φρονήσεως κήρυκας ἑαυτοὺς ἀνήγγειλαν, καὶ ἐπιχειροῦσιν ἀνατρέπειν πᾶν ἀληθείας σύνταγμα. ὡς γὰρ κατὰ τὸ σὸν πρόσταγμα συνέδριον τῆς συνόδου συνεκροτεῖτο, κἀκεῖνοι τῆς ἰδίας ἀπάτης ἐγύμνουν τὴν σκέψιν. ἐπειρῶντο γὰρ πανουργίᾳ τινὶ καὶ ταραχῇ προσφέροντες τι καινοτομεῖν. τῆς τοιαύτης ἑταιρίας συναλισκομένους εὑρόντες γερμάνιον τινὰ καὶ αὐξέντιον καὶ γαῖον, τοὺς τὴν

αἵρεσιν καὶ διχοστασίαν ἐμποιοῦσας· ὧν ἡ διδασκαλία διαμφίβολα, πᾶν πλῆθος βλασφημιῶν ὑπεδέδεκτο· ὡς ἂν σωφρονέστερον ἔχειν δοκοῦν αὐτῆς τῆς αἱρέσεως οὔσας, ὅτε ὁμογνωμονοῦσας ἐφ' οἷς κακῶς ἐφέροντο, εἰς τὸ συμβούλιον ἡμῖν μετήγαγον ἑαυτούς, ὡς δοκεῖν τι γράφειν. ἵνα οὖν ὁ καιρὸς βραχὺς, ὁ καὶ τὰς γνώμας αὐτῶν ἐξελέγχων. ἵνα ἐν μηδεσὶν αὐτοῖς ἀεὶ τὰ τῆς ἐκκλησίας πεπίπτῃ, καὶ ταραχὴ καὶ θόρυβος καὶ νῦν δὲ μεθ' ἅπαντα συγχέῃ, βέβαιον ἐφάνη τὰ πάλαι ὡρισμένα ἔννομα καὶ ἀμεταχίνητα διαφυλάττειν. οὓς δὴ προφθάσαντες τὸ μέτρας κοινωνίας ἀποκεχωρίκασι διὰ ταῦτα πάντας ἀναδιδάξαι πρέσβεις πρὸς τὴν σὴν ἐπιείκειαν ἀπεστάλκαμεν, τὴν γνώμην τῆς σωφροσύνης διὰ τῆς ἐπιστολῆς μηνύσοντας. τοῖς δὲ πρέσβεσι προσέταξε τοῦτο παρεκελευσάμεθα, ὅπως τὴν ἀληθείαν πιστώσασθαι ἐκ τῶν πάλαι δοκούντων καὶ δικαίων ὁρισμένων. ὃ καὶ τὴν σὴν ὁσιότητα ἀναδιδάξουσιν, ὅτι οὐχ ὥσπερ ἔφησαν ἐρασίκιός τε καὶ ἄκαλης, ἔσαι εἰρήνην, εἴπερ τι τῶν δικαίων ἀνατραπείη. πῶς γὰρ εἰρήνην οἷόν τε ἄγειν τὸν τὴν εἰρήνην καταλύοντας; μᾶλλον γὰρ ἔρεις καὶ ταραχὴ ἐκ τούτων σὺν ταῖς λοιπαῖς πόλεσι καὶ τῇ Ρωμαίων ἐκκλησίᾳ γενήσεται. διὸ δὴ ἱκετεύομεν τὴν σὴν ἐπιείκειαν, ἵνα προσηνέσιν ἀκοαῖς καὶ γαληνῷ βλέμματι τοὺς ἡμετέρους πρέσβεις ἀσπάσῃ, μήτε πρὸς ὕβριν τῶν τελεσθησομένων καινόν τι μεταλλάξῃ ἐπιτρέψας. ἀλλ' ἐάσῃς ἐμμένειν ἡμᾶς τοῖς πατρίοις ἔθεσιν ὁρισθεῖσι καὶ νενομοθετημένοις, ἐς ἅπαντα μὴ ἀλχινοίας τε καὶ φρονήσεως ἐνδεῶς πεποιηκέναι φήσαιμεν ἄν. τὰ γὰρ νεωτερισθέντα παρ' ἐκείνων καινοτομήματα, τοῖς μὲν πιστεύσασιν ἀπιστίαν ἐμποιεῖ, τοῖς δὲ ἀπίστοις ὠμότητα. ἱκετεύομεν δὲ ἵνα κελεύσῃς τοὺς ἐν ἀλλοδαπαῖς διατρίβοντας, ἐς ἐκ τὸ τῆς ἡλικίας πρέπον καὶ τὸ τῆς πενίας ἐνδεὲς τυχεῖν, τὴν εἰς τὰ οἰκεῖα ἀνακομιδὴν ῥᾳδίαν ποιήσασθαι, ἵνα μὴ ἔρημοι τῶν ἐπισκόπων ἀφηρημένων αἱ ἐκκλησίαι διαμφίωσιν. ἔτι δὲ καὶ πρὸς ἅπασι τοῦτο δεόμεθα, ἵνα μηδὲν μήτε ἐλλείπῃ τῶν προϋπαρξάντων, μήτε πλεονάζῃ· ἀλλὰ πάντα ἀῤῥηκλα διαμένῃ ἐκ τῆς σεπτῆς εὐσεβείας, καὶ εἰς τὸν νεῶν καὶ εἰς τὸν ἑξῆς χρόνον διαφυλαττόμενα· μήτε λοιπὸν ἡμᾶς μοχθεῖν, καὶ τῶν ἰδίων παρεργιῶν ἀλλοτρίας ἐπιτρέψας χρείας· ἀλλ' ἵνα ὁ ἐπίσκοποι σὺν τῷ ἰδίῳ λαῷ μετ' εἰρήνης εὐχαῖς τε καὶ λατρείαις σχολὴν ἄγοιεν, ἱκετεύοντες ὥσπερ τῆς βασιλείας τε καὶ σωτηρίας καὶ εἰρήνης· ἣν ἡ θειότης εἰς τὸ διηνεκὲς διαπαίται. ὁ ἡμέτεροι πρέσβεις

A Auxentio, & Cajo, novum nescio quid considerandum, quod multa perversæ doctrinæ continebat. At vero cum videretur displicere, quod offerebant publice in concilio, putaverunt aliter esse conscribendum. Et quidem hæc brevi tempore sæpe mutasse manifestum est. Sed ne Ecclesiæ frequentius perturbentur, placuit instituta vetera rata atq; inviolabilia servari: supradictos vero à communione nostra removeri. Ad instruendam igitur tuam clementiam Legatos nostros direximus, Concilii sententiã per litteras nuntiaturos. Quibus hoc ipsum solum mandavimus, ut non aliter legationem perferrent, quàm statuta vetera permanere firmissima; ut sapientia tua cognosceret, non hoc quod promiserant supradicti Valens & Ursacius, Germinius & Cajus, si sublatum fuisset quidpiam, pacem posse compleri. Quo enim modo pax servari possit ab iis qui pacem subvertunt? Magis enim turbatio cunctis regionibus, & præcipue Romanæ Ecclesiæ immissa est. Ob quam rem tuam rogamus clementiam, ut placidis auribus & sereno vultu universos legatos nostros & aspicias & audias: neve permittat clementia tua, jura vetera convelli, sed manere ea quæ à majoribus nostris accepimus; quos & fuisse prudentes, & sine Spiritu sancto Dei non egisse confidimus. Quia ista novitate non solum fideles populi perturbati sunt, verum etiam infideles ad credulitatem vetantur accedere. Oramus etiam ut præcipias, tos Episcopos qui Arimino detinentur, inter quos plurimi sunt qui ætate & paupertate defecti sunt, ad suam provinciam remeare, ne destituti suis Episcopis laborent populi Ecclesiarum. Hoc etiam frequentius postulamus, ut nihil innovetur, nihil minuatur; sed maneant incorrupta quæ patris sanctæ pietatis tuæ temporibus, & tuis religiosis sæculis permanserunt. Nec jam nos fatigari, aut convelli à sedibus nostris, tua sancta prudentia permittat: sed quieti cum populis suis Episcopi, vacent semper postulationibus, quas habent pro salute tua & pro regno tuo, & pro pace quam tibi Divinitas promeritis tuis profundam ac perpetuam largiatur. Legati autem nostri, & sub-

scriptiones, & nomina Episcoporum vel Legatorum perferent; sicut iidem aliâ scripturâ instruent tuam sanctam religiosamque prudentiam. His litteris scriptis, & Legatis ad Imperatorem missis, palatii proceres qui hæresi patrocinabantur, ipsam quidem epistolam Imperatori tradiderunt: sed Legatos minime introduxerunt; Principem publicis negotiis districtum esse asseverantes. Hæc autem idcirco faciebant, quod crederent Episcopos longioris moræ tædio cruciatos, & civitates sibi commissas revisere cupientes, vallum quod advetsus hæresin oppositum fuerat subruere ac dissipare coactum iri. Verum ista fraus nihil profuit. Nam generosi illi fidei propugnatores, alteram rursus epistolam ad Imperatorem miserunt, poscentes, ut & Legati susciperentur, & Concilium dimitteretur. Quam quidem Epistolam hic quoque apponam.

τὰς ὑπογραφὰς καὶ τὰς τῶν ἐπισκόπων φρονήσεις κομίζουσιν, οἵτινες καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν θείων γραφῶν τὸ σὸν ὁσιότητα ἀναδιδάξουσιν. Τούτων γραφέντων, καὶ τῶν πρέσβεων ἀποσταλέντων, οἱ βασιλεῖ προσκαθήμενοι δοῦλοι καὶ τῆς αἱρέσεως πρόξενοι δοῦλοι, τὸν μὲν ἐπιστολὴν λαβόντες ἀπέδοσαν τῷ βασιλεῖ. σὺ δὲ πρέσβεις ἐκέλευσας εἰσήγαγον, οὐ τὰς κοινὰς εἰλείας φρονήσαντες τὸν κραταιὸν φήσαντες· ταῦτα δὲ ὁρῶντες ἡμεῖς οἱ ἐπισκοποι δυσχεραίνοντες τὸ μῆκος, καὶ τὰς ἐκκλησιαστικὰς πόλεις ποθοῦντες καὶ ἀναλαβεῖν, ἀναγκαζόμεθα διορύξαι καὶ καταλῦσαι τὸν τῆς αἱρέσεως ἐξορυχθέντα χοῦν. ἀλλ' οὐδὲν ὤνησε τὸ μηχάνημα. πάλιν γὰρ οἱ γνήσιοι τῆς πίστεως πρόμαχοι, ἑτέραν ἐπιστολὴν ἐξέπεμψαν τῷ βασιλεῖ, καὶ σὺ πρέσβεις δεχθῆναι καὶ σφᾶς ἀπολυθῆναι προσκαλοῦντες· ἐνέτυχον ἐγὼ καὶ ταύτην τῇ συγγραφῇ.

Cap. XX.

Alia Episcoporum epistola ad Constantium.

Victori Constantio Imperatori Episcopi apud Ariminum congregati.

Accepimus litteras clementiæ tuæ, Domine Imperator gloriosissime, quibus significas, ob publicorum negotiorum necessitatem, tibi non licuisse hactenus Legatos nostros ad conspectum tuum admittere: jubesque ut eorum reditum eo usque expectemus, quoad pietas tua per illos cognoverit ea, quæ sunt à nobis convenienter majorum nostrorum traditioni decreta. Nos vero nunc quoque profitemur his litteris, & affirmamus, nullatenus nos à proposito nostro discedere. Id enim etiam Legatis nostris mandavimus. Petimus autem ut placido ac sereno vultu, tum præsentia mediocritatis nostræ scripta jubeas perlegi, tum ea quæ per Legatos nostros mandavimus, benigne susciptas. Cæterum quam grave sit & minime consentaneum, ut felicissimis temporibus tuis tot Ecclesiæ Episcopis destitutæ esse videantur, clementia tua nobiscum intelligit. Iterum ergo oramus, gloriosissime Imperator, ut ante hyemis asperitatem, si id benignitati tuæ placuerit, ad Ecclesias nostras remeare nos jubeas: quatenus omnipotenti Deo, & Domino ac

Κεφ. κ'.

Ἄλλη ἐπιστολὴ πρὸς κωνστάντιον.

Νικηφόρῳ κωνσταντίῳ βασιλεῖ, οἱ ἐν Ἀριμίνῳ ἐπίσκοποι.

Τὰ γράμματα τῆς σῆς βουλήσεως ἐδεξάμεθα δέσποτα ἐνδοξότατε αὐτοκράτορ, ἅπινα προείχετο διὰ τὴν δημοσίαν ἀνάγκην, τέως τοὺς ἡμετέρους πρέσβεις θεωρῆσαι οὐκ ἠδυνήθης· καὶ ἡμᾶς ἐκελεύσθης τὴν τούτων ἐπάνοδον ἐκδέχεσθαι, ὅπως τὸν ἡμέτερον σκοπὸν καὶ τὰ δόγματα τῶν προγόνων ἡ σὴ βασιλεία ἐπιγνῷ. ἀλλὰ μὲν ἐκεῖνο ὃ ἀπηγγείλαμεν, ὅτι ἐν τρόπῳ ἑαυτοῦ ἀπὸ τῆς ἰδίας προθέσεως ἀναχωρήσαντας, καὶ νῦν ἐν τούτοις τοῖς γράμμασιν τὴν σὴν βουλὴν ἐμμένειαν ἀναδιδάσκομεν, καὶ προσκαλούμεθα βουλομένῃ προσφωνεῖν τὰ γράμματα τῆς ἡμετέρας ταπεινότητος, ἐν οἷς νῦν τῇ βασιλείᾳ σου ἀποκρινόμεθα, καὶ ἐκεῖνα ἅπινα διὰ τὴν ἡμετέρων πρέσβεων τῇ σῇ βουλήσει ἀνήνεκται ἃ ἐνεχλάμεθα, ἡδέως προσδέξῃ· ὡς ἂν εὐσυγκατάβατον καὶ ἀνακόλουθον, ἵνα ἐν τοῖς μακαριωτάτοις σου καιροῖς τοσαῦται ἐκκλησίαι ἄνευ ἐπισκόπων δοκῶσιν εἶναι, ἡ σὴ βουλήσεται ὁμοίως ἡμῖν γνώσκῃ. διὸ δὴ πάλιν ἐνδοξότατε αὐτοκράτορ δεόμεθα, ἵνα πρὸ τοῦ χειμῶνος, εἰ ἀρέσκῃ τῇ σῇ φιλανθρωπίᾳ, εἰς τὰς ἐκκλησίας ἡμῶν ἐπανελθεῖν κελεύσῃς ὅπως δυνηθῶμεν τῷ παντοκράτορι θεῷ, καὶ

τῷ χριστῷ τῷ υἱῷ αὐτοῦ, τῷ δεσπότῃ καὶ σωτῆρι ἡμῶν, ὑπὲρ τῆς βασιλείας σου κράτιστα ἅμα τῷ λαῷ, καθὼς ἐποιήσαμεν, καὶ ποιοῦμεν, μεγίστας ἱκεσίας προσενεγκεῖν.

A Servatori nostro Jesu Christo, Filio ejus unigenito, solennes pro Imperio tuo preces unà cum populis celebrare possimus, sicut & antea semper fecimus, & nunc cum maxime optamus.

Κεφ. κα'.

Περὶ τῆς ἐν νίκῃ τῇ θρᾴκης γεγενημένης συνόδου, καὶ ἔκθεσις πίστεως παρ' ἐκείνων γραφεῖσα.

Cap. XXI.

De synodo apud Nicen Thraciæ congregata, & de fidei formula ibi conscripta.

Μετὰ τήνδε τὴν ἐπιστολὴν τὸν βασιλέως θυμὸν προσθήξαντες, ἄγουσιν ἀκοντας τοὺς ἐπισκόπων οὐ πλείους εἰς τινα πόλιν τῆς θρᾴκης νίκην ὄνομα ταύτῃ καὶ πείσαντες, οὓς μὲν βιαιολήσαντες δι' ἁπλότητα, οὓς δὲ δεδιξάμενοι, τῷ πάλαι καὶ τὸ δυσσεβείας αὐτοῖς ἐξευρεθεῖσαν ἐξεργάσασθαι μηχανήν. Καὶ τὴν μὲν οὐσίαν καὶ τὸ ὁμοούσιον ἐξορύξαι τῆς πίστεως· ἐνθεῖναι δὲ ἀντὶ τούτων τὸ ὅμοιον· ἐνέθημι δὲ καὶ ταύτην τῇ πίστει, οὐχ ὡς οὐκ ἔχουσαν, ἀλλ' ὡς τὴν δέουσαν συμμορίαν διελεῖχουσαν. Οὐδὲ γὰρ ταύτης οἱ νῦν δυσσεβεῖς ἀνέχονται, ἀλλ' ἀντὶ τοῦ ὁμοίου κηρύττουσι τὸ ἀνόμοιον. Πίστις ἐκτεθεῖσα ἐν νίκῃ τῇ θρᾴκης, οὐκ οὖσα.

Πιστεύομεν εἰς ἕνα καὶ μόνον ἀληθινὸν θεὸν πατέρα παντοκράτορα, ἐξ οὗ τὰ πάντα· καὶ εἰς τὸν μονογενῆ υἱὸν τοῦ θεοῦ, τὸν πρὸ πάντων αἰώνων καὶ πρὸ πάσης ἀρχῆς γεννηθέντα ὑπὸ θεοῦ· δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, τά τε ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα· γεννηθέντα υἱὸν μονογενῆ μόνον ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς, θεὸν ἐκ θεοῦ, ὅμοιον τῷ γεγεννηκότι αὐτὸν πατρικῇ τὰς γραφάς· ὃν γέννησιν οὐδεὶς οἶδεν, εἰ μὴ μόνος ὁ γεννήσας αὐτὸν πατήρ. Τοῦτον οἴδαμεν μονογενῆ θεοῦ υἱὸν, πρὸ πάντων τοῦ πατρὸς πρὸ γεγεννῆσθαι ἐκ τῶν οὐρανῶν καθὼς γέγραπται, εἰς καθαίρεσιν ἁμαρτίας καὶ θανάτου, καὶ γεννηθέντα ἐκ πνεύματος ἁγίου καὶ Μαρίας τῆς παρθένου, καθὼς γέγραπται, καὶ σάρκα. καὶ σωναναστραφέντα μετὰ τῶν μαθητῶν, καὶ πάσης τῆς οἰκονομίας πληρωθείσης κατὰ τὴν βούλησιν τοῦ πατρὸς, σαρκὶ προσπλωθέντα, ὑποθανόντα καὶ ταφέντα, καὶ εἰς τὰ καταχθόνια καταλθόντα. ὃν ἀνέστησεν ἐκ νεκρῶν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ· συναναστραφέντα μετὰ τῶν μαθητῶν τεσσαράκοντα ἡμερῶν πληρωθεισῶν καὶ ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ καθεζόμενον ἐκ δεξιῶν τοῦ πατρός· ἐρχόμενον τετῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ τῆς ἀναστάσεως κατὰ δόξαν

Post allatam hanc epistolam, Ariani cùm Imperatoris animum ad iracundiam incitassent, plerosque ex Episcopis invitos ad oppidum Thraciæ B duxerunt, cui nomen est Nice. Cumq; ex his alios dolo decepissent ob simplicitatem, alios metu oppressissent, persuaserunt illis ut fraudem quam ipsi dudum adversus pietatem excogitarant, absolverent: & substantiæ quidem ac consubstantialis vocabula ex fidei formula removerent; eorum autem loco, simile substituerent. Porro fidem tunc ab illis promulgatam, hoc loco adscribam, non quod recte se habeat, sed quod Arii factionem manifeste coarguat. Neque enim nostri temporis Ariani eam amplectuntur, sed pro simili, dissimile prædicant.

Fides apud Nicen Thraciæ exposita, quæ non recta est. C

Credimus in unum solum ac verum Deum Patrem omnipotentem, ex quo omnia. Et in unum Filium Dei unigenitum, qui ante omnia sæcula & ante omne principium genitus est ex Deo: per quem omnia facta sunt, visibilia & invisibilia. Qui genitus est Unigenitus solus ex solo Patre, Deus ex Deo, similis Patri qui ipsum genuit secundùm Scripturas: cujus generationem nemo novit, nisi Pater qui ipsum genuit. Hunc unigenitum Filium Dei, à Patre missum D è cœlo descendisse novimus, sicut scriptum est, ad culpam mortemq; abolendam: & ex Spiritu Sancto natum de Maria virgine, sicuti scriptum est, secundùm carnem. Et cum discipulis versatum esse: & universâ dispensatione juxta Patris voluntatem impletâ, crucifixum, mortuum & sepultum, ad inferos descendisse: quem inferi ipsi tremuerunt. Eundem tertia die resurrexisse, & cum discipulis versatum fuisse per quadraginta dies. Deinde assumptum in cœlos, sedere ad dexteram Patris: & in ultimo resurrectionis die venturum

cum gloria Patris, ut reddat unicuique mercedem operum suorum. Et in Spiritum Sanctum: quem unigenitus ipse Filius Dei, Jesus Christus, Deus ac Dominus noster, missurum se promisit generi humano; consolatorem sicut scriptum est, Spiritum veritatis. Quem etiam misit post ascensum suum in cœlos sedens ad dexteram Patris: unde venturus est ut judicet vivos ac mortuos. Nomen vero substantiæ, quod à patribus simplicius positum, à populo vero minime intellectum, offensioni est plurimis, propterea quod in Scripturis non continetur, placuit omnino removeri, nec ullam deinceps substantiæ fieri mentionem, quoniam Scripturæ sacræ nusquam meminerunt substantiæ Patris & Filii: neque item in persona Patris & Filii & Spiritus sancti unam hypostasin nominari oportere. Similem vero Patri Filium dicimus, quemadmodum divinæ Scripturæ dicunt ac docent. Omnes vero hæreses, seu quæ jam prius damnatæ, seu quæ postea exortæ sunt huic fidei expositioni contrariæ, anathema sint. His igitur alii metu compulsi, alii fraude inducti, subscripserunt. Quotquot vero consentire his recusarunt, in ultimos orbis fines relegati sunt.

A ωατρικῆς, ἀποδοῦναι ἑκάστῳ τὰ ἔργα αὐτοῦ· εἰς πνεῦμα ἅγιον, ὅπερ αὐτὸς ὁ μονογενὴς τοῦ θεοῦ υἱὸς ἰησοῦς χριστὸς ὁ θεὸς καὶ κύριος ἐπηγγείλατο ἀποστεῖλαι τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων, τὸν παράκλητον καθὼς γέγραπται, τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας. ὅπερ καὶ αὐτὸς ἀπέστειλεν ἀνελθὼν εἰς τοὺς οὐρανούς, καὶ καθίσας ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρός, ἐκεῖθεν ἐρχόμενος κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. τὸ δὲ ὄνομα τῆς οὐσίας, ὅπερ ἁπλούστερον ὑπὸ τῶν πατέρων, ἀγνοούμενον δὲ τοῖς λαοῖς σκάνδαλον ἔφερε, διὰ τὸ ἐν ταῖς γραφαῖς μὴ ἐν-
B φέρεσθαι, ἤρεσε πάντως περιαιρεθῆναι, καὶ παντελῶς μηδεμίαν μνήμην οὐσίας ἕτερον γίνεσθαι, διὰ τὸ μάλιστα τὰς θείας γραφὰς μηδαμοῦ περὶ πατρὸς καὶ υἱοῦ οὐσίας μεμνῆσθαι. μήτε μὴν δεῖν ἐπὶ προσώπου πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος, μίαν ὑπόστασιν ὀνομάζεσθαι· ὅμοιον δὲ λέγομεν τὸν πατρικὸν υἱόν, καθὼς καὶ αἱ θεῖαι γραφαὶ λέγουσι καὶ διδάσκουσι. πάσας δὲ τὰς αἱρέσεις τὰς ἤδη προτέρου καθαιρεθείσας, ἢ καί τινες νεωστὶ ἀνεφύησαν ὑπεναντίαι ταύτης τῆς γραφῆς τῆς ἐκτεθείσης, ἀνάθεμα ἔσεσθαι. ταῦτα μὲν οὖν, οἱ μὲν δείσαντες, οἱ δὲ φενακισθέντες ὑπέγραψαν. οἱ δὲ συνθέσει μὴ βουληθέντες, εἰς τοὺς
C τῆς οἰκουμένης ἐσχάτους ἐξεπέμφθησαν.

Cap. XXII.

Epistola Synodica Damasi Episcopi Romani & aliorum Occidentalium, ad Episcopos Illyrici scripta, de Concilio Ariminensi.

PORRO hanc fidei formulam ab universis veritatis propugnatoribus, maxime vero ab Occidentalibus reprehendi, testatur eorundem epistola ad Episcopos Illyrici conscripta. Inter eos vero qui hanc epistolam scripserunt, principem locum obtinet Damasus, qui tunc temporis post Liberium Romanæ Ecclesiæ præsidebat; vir omni
D genere virtutis ornatus. Scripserunt autem unà cum illo eas litteras nonaginta Episcopi Romæ congregati, ex Italia & Gallia. Quorum etiam nomina hoc loco apposuissem, nisi superfluum id esse existimarem. Epistola autem sic habet: Episcopi Romæ in sacrosancta synodo congregati, Damasus, Valerianus & reliqui, dilectis fratribus & Episcopis in Illyrico constitutis, in Domino salutem. Confidimus quidem sanctitatem vestram Apostolorũ institutione fundatam, eam tenere

Κεφ. κϛ'.

Συνοδικὸς τόμος παρὰ δαμάσου ἐπισκόπου ῥώμης καὶ τῶν δυτικῶν ἐπισκόπων πρὸς ἰλλυρίους ἐπισκόπους γραφεὶς περὶ τῆς καθ' ἀρίμινον συνόδου.

Ὅτι μέντοι τῆς τοιαύτης ἐκθέσεως ἅπαντες κατηγοροῦσιν οἱ τῆς ἀληθείας ἀγωνισταὶ καὶ διαφερόντως οἱ τὴν ἑσπέραν οἰκοῦντες, μαρτυρεῖ τὰ πρὸς ἰλλυριοὺς παρ' ἐκείνων γραφέντα. ἦρχε δὲ τῶν γεγραφότων δάμασος, ὁ μὲν ῥωμαίων ἐκκλησίας μετὰ λιβέριον τὸν πρεσβυτέραν λαχὼν, παμπόλλοις δὲ ἀρείης κοσμούμενος εἴδεσιν. ἐνενήκοντα δὲ κοινωνοὶ ἔγρα-
ψαν τῶν γραμμάτων, ἔκ τε ἰταλίας καὶ γαλατίας τῆς νῦν γαλλίας ὀνομαζομένης, εἰς τὴν ῥώμην συνελθόντας. ἐνέθηκα δ' ἂν καὶ τούτων ὀνόματα, εἰ μὴ παρέλκον ὑπελάμβανον. ἔγραψαν δὲ ταῦτα· Οἱ ἐπίσκοποι οἱ ἐπὶ τῆς ῥωμαίων εἰς τὸ ἱερὸν συνελθόντες συνέδριον, δάμασος καὶ οὐαλεριανὸς, καὶ λοιποὶ, τοῖς ἀγαπητοῖς ἀδελφοῖς τοῖς ἐν ἰλλυρικῷ καθεσταμένοις ἐπισκόποις, ἐν θεῷ χαίρειν. πιστεύομεν τὴν ἁγίαν πίστιν ὑμῶν ἐν τῇ διδασκαλίᾳ τῶν ἀποστόλων θεμελιωθεῖσαν,

ταύτην κατέχειν, καὶ ταύτην τῷ λαῷ ὑφηγεῖσθαι, ἥτις ἀπὸ τῶν ὁρισθέντων παρὰ τῶν πατέρων οὐδενὶ λόγῳ διαφωνεῖ, θεοῦ ἱερεῖς, ὑφ' ὧν δίκαιόν ἐστι τοὺς λοιποὺς παιδεύεσθαι. ἀλλὰ δι' ἀναφορᾶς τῶν ἐν γαλλίᾳ καὶ βενετίᾳ ἀδελφῶν ἐγνωμεν, τινὰς εἰς αἵρεσιν σπουδάζειν· ὅπερ κακὸν οὐ μόνον παραφυλάττεσθαι ὀφείλουσιν οἱ ἐπίσκοποι, ἀλλὰ καὶ ὅσα ἀπειρίᾳ τινῶν ἢ ἁπλότητι τῶν σκαιαῖς κεχρημένων ἑρμηνείαις γέγονεν, ἀνθίστασθαι ἀπὸ τοῦ νῦν διαφόροις διδασκαλίαις, διανοουμένους μὴ πάλιν ὀλισθαίνειν, ἀλλὰ μᾶλλον τῶν πατέρων ἡμῶν κατέχειν τὴν γνώμην, ὁσάκις ἂν διάφοροι βουλαὶ ταῖς ἀκοαῖς αὐτῶν ἐπεισφέρωνται. τοιγαροῦν αὐξέντιον τὸν μεδιολάνου ἐξαιρέτως ἐν τούτῳ τῷ πράγματι κατακεκρίσθαι προσγέγραπται· δικαίων οὖν ἐστὶ πάντας τοὺς ἐν τῷ ῥωμαίων κόσμῳ διδασκάλους τοῦ νόμου, τὰ περὶ τοῦ νόμου φρονεῖν, καὶ μὴ διαφόροις διδασκαλίαις τὴν πίστιν μιαίνειν. καὶ γὰρ ἡνίκα πρῶτον ἡ κακία τῶν αἱρετικῶν ἀκμάζειν ἤρξατο, ὡς καὶ νῦν μάλιστα ὑφέρπει τῶν ἀρειανῶν ἡ βλασφημία, οἱ πατέρες ἡμῶν τριακόσιοι δέκα καὶ ὀκτὼ ἐπίσκοποι, καὶ οἱ ἐκ τῆς ῥωμαίων ἁγιωτάτης ἐπίλεκτοι εἰς νίκαιαν γενομένου τοῦ σκέμματος, τοῦτο τὸ τεῖχος ὑπεναντίον τῶν ὅπλων τοῦ διαβόλου ὥρισαν, καὶ ταύτῃ τῇ ἀντιδότῳ τὰ θανάσιμα φάρμακα ἀπεώσαντο. ὥστε τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν μιᾶς οὐσίας, μιᾶς θεότητος, μιᾶς ἀρετῆς, μιᾶς δυνάμεως, καὶ ἑνὸς χαρακτῆρος πιστεύεσθαι χρὴ, καὶ τῆς αὐτῆς ὑποστάσεως καὶ οὐσίας καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. τὸν δὲ ἄλλως φρονοῦντα, ἀλλότριον εἶναι ἡμετέρας κοινωνίας κρίναντες· ὅνπερ σωτηριώδη ὅρον καὶ τὴν προσκυνητὴν σκέψιν, διαφθεῖραι μετὰ ταῦτα ἄλλαις σκέψεσι τινὲς καὶ μιάναι ἠθέλησαν. ἀλλὰ ἐν αὐτῇ τῇ ἀρχῇ ἀπ' αὐτῶν τούτων οἵ τινες ἐν ἀριμίνῳ ἀνανεῶσαι ἢ ψηλαφῆσαι ἠναγκάζοντο μέχρι τούτου διωρθώθη, ὡς ὁμολογεῖν αὐτοὺς ἑτέρᾳ διαλέξει ὑφηρπάσθαι, ἢ ὅτι οὐκ ἐνενόησαν τῇ τῶν πατέρων γνώμῃ τῇ ἐν νικαίᾳ ἀρεσάσῃ ἐναντίον εἶναι. οὐ δὲ γὰρ πρόκριμά τι ἠδυνήθη γενέσθαι ὑπὸ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν ἐν ἀριμίνῳ συναχθέντων, ὁπότε συνέστηκε, μήτε τῶν ῥωμαίων ἐπισκόπου, οὗ πρὸ πάντων ἔδει τὴν γνώμην ἐκδέξασθαι, οὔτε οὐϊκεντίου ὃς ἐπὶ τοσούτοις ἔτεσι τὴν ἐπισκοπὴν ἀσπίλως ἐφύλαξεν, οὔτε τῶν ἄλλων τοῖς τοιούτοις συγκαταθεμένων καὶ μάλιστα καθὰ προειρήκαμεν, αὐτοὶ οὗτοι οἵ τινες κατὰ συσκευὴν ὑποκλίνεσθαι ἔδοξαν, οἱ αὐτοὶ καλλίονι γνώμῃ

A fidem, eam plebibus intimare, quæ à majorum institutis nulla ratione dissentiat. Neq; enim aliter sentire Dei convenit sacerdotes, quorum pars est cæteros erudire. Sed Gallorum atq; Venetensium fratrum relatione comperimus, nonnullos non hæresis studio: neque enim hoc tantum mali cadere in Dei antitistes potest, sed inscitia vel ex simplicitate quadam, scævis interpretationibus æstuantes, non satis dispicere, quæ magis patrum nostrorum sit tenenda sententia, cùm diversa consilia eorum auribus ingerantur. Denique Auxentium Mediolanensem hâc præcipue causâ damnatum esse perscribunt. Par est igitur, universos magistros legis per orbem Romanum, paria de lege sentire, nec diversis magisteriis fidem Dominicam violare. Nam cùm dudum hæreticorum virus, ut nunc iterum cœpit obrepere, ac præcipue Arianorum blasphemia pullulare cœpisset, majores nostri trecenti decem & octo Episcopi, atque ex parte sanctissimi Episcopi urbis Romæ directi, apud Nicæam confecto Concilio, hunc murum adversus arma diabolica statuerunt, atq; hoc antidoto mortalia pocula propulsarunt, ut Patrem, Filium, Spiritumque Sanctum, unius Deitatis, unius virtutis, unius figuræ, unius credere oporteret substantiæ; contra sentientem alienum à nostro consortio judicantes. Quam definitionem salutarem, postea aliis tractatibus quidem pervertere & violare tentaverunt. Sed & in ipso exordio, ab iisdem ipsis qui hoc apud Ariminum retractare cogebantur, emendatum hactenus est, ut subreptum sibi alia disputatione faterentur, idcirco quod non intellexissent patrum sententiæ apud Nicæam formatæ esse contrarium. Neque enim præjudicium aliquod nasci potuit ex numero eorum, qui apud Ariminum convenerunt: cùm constet neque Romanum Episcopum, cujus ante omnes fuit expetenda sententia, neque Vincentium, qui tot annos sacerdotium illibate servavit, neque alios hujusmodi statutis consensum aliquem commodasse. Cùm præsertim, ut diximus, iidem ipsi qui per impressionem succu-

buisse videbantur, idem consilio meliore displicere sibi fuerint protestati. Unde advertit sinceritas vestra, hanc solam fidem qui apud Nicæam Apostolorum auctoritate fundata est, perpetua firmitate esse retinendam: hac nobiscum Orientales, qui se Catholicos recognoscunt, Occidentalesque gloriari. Non longe autem fieri posse credimus, ut qui secus sentiunt, licet hoc ipso conatu à nostra communione alieni sint, Episcoporum nomine exui possint, plebesque eorum erroribus liberatæ respirent. Quemadmodum enim poterunt corrigere errata populorum, si ipsos error obsederit? Concinat ergo cum omnibus Dei sacerdotibus & vestræ sententia charitatis: in qua vos fixos atque firmatos ut bene credimus, ita etiam nos vobiscum recte sentire, debetis reciprocis sanctitatis vestræ litteris approbare. Valete fratres charissimi.

Cap. XXIII.

Athanasii Alexandriæ Episcopi epistola de eadem Synodo.

Magnus quoque Athanasius in epistola ad Afros, de Ariminensi Concilio ita scribit. Hæc cùm ita se habere monstrentur, quis eos probaturus est, qui Ariminensem aut aliam quampiam synodum præter Nicænam allegant; aut quis eos non oderit, qui patrum quidem statuta rejiciunt; recentiora vero quæ apud Ariminum per vim & contentionem confecta sunt, illis anteponunt? Quis vero est qui cum hominibus istis coïre velit, qui ne sua quidem ipsi approbant? Nam qui in decem & amplius synodis suis, ut jam diximus, alia atque alia scripserunt, aperte testantur, se singulas earum damnare. Idem porro iis accidit, quod olim proditoribus Judæis. Nam quemadmodum illi, cùm unicum fontem aquæ viventis reliquissent, cisternas sibi foderuut quæ aquam continere nõpoterant, sicuti scriptum est apud Jeremiam Prophetam: sic isti cùm universalem synodum oppugnent, multas sibi synodos effoderunt: quæ omnes ipsis inanes, & tanquam fabulæ nulla vi prædictæ exstiterunt. Non feramus igitur illos, qui Ariminensem synodum aut aliam quampiam commemorant præter Nicænã. Qui enim Ariminensem commemorant, ignorare videntur ea quæ

A χρησάμενοι, ἀπαρέσκειν αὐτοῖς ταῦτα ἐμαρτύραντο. συνορᾷ οὖν ἡ ὑμετέρα καθαρότης, ταύτην μόνην τὴν πίστιν ἥτις ἐν νικαίᾳ κατὰ τὴν αὐθεντίαν τῶν ἀποστόλων ἐθεμελιώθη, διηνεκεῖ βεβαιότητι καθεκτέαν εἶναι. καὶ μεθ' ἡμῶν τοὺς ἀνατολικοὺς ὅι τινες ἑαυτοὺς τῆς καθολικῆς ἐπιγινώσκουσι, τοὺς τε δυτικοὺς καυχᾶσθαι πιστευόμενον δὲ οὐκ εἰς μακρὰν τοὺς ἄλλα νοσοῦντας αὐτῇ τῇ ἐπιχειρήσει ἀπὸ τῆς ἡμετέρας κοινωνίας χωρισθήσεσθαι, καὶ περιαιρεθήσεσθαι ἀπ' αὐτῶν τὸ τοῦ ἐπισκόπου ὄνομα, ὥστε τοὺς λαοὺς τῆς πλάνης αὐτῶν ἐλευθερωθέντας ἀναπνεῦσαι. οὐδενὶ γὰρ τρόπῳ B διορθοῦσθαι δυνήσονται τὴν πλάνην τῶν ὄχλων, ὁ πότε αὐτοὶ ὑπὸ τῆς πλάνης κατέχονται. συμφωνείτω τοίνυν μετὰ πάντων τῶν τοῦ θεοῦ ἱερέων καὶ τῆς ὑμετέρας τιμιότητος ἡ γνώμη, ἐν ᾗ ὑμᾶς παγίους καὶ βεβαίους εἶναι πιστεύομεν. οὕτω δὲ ἡμεῖς μεθ' ὑμῶν ὀρθῶς πιστεύειν ὀφείλομεν. τοῖς ἀμοιβαίοις τῆς ὑμετέρας ἀγάπης εὐφράνατε ἡμᾶς. ἔρρωσθε ἀδελφοὶ τιμιώτατοι.

Κεφ. κγ'.

Ἀθανασίου ἐπισκόπου ἀλεξανδρείας περὶ τῆς αὐτῆς συνόδου ἐπιστολή.

C Καὶ ἀθανάσιος δὲ ὁ μέγας ἐν τῇ πρὸς τοὺς ἄφρους ἐπιστολῇ τοιαῦτα περὶ τῆς ἐν ἀριμίνῳ συνόδου διέξεισι. τούτων δὲ οὕτως δεικνυμένων, τίς ἀποδέξεται τοὺς τὴν ἀρίμινον ἢ ἄλλην σύνοδον παρὰ τὴν ἐν νικαίᾳ ὀνομάζοντας· ἢ τίς οὐκ ἂν μισήσειε τοὺς ἀθετοῦντας μὴν τὰ τῶν πατέρων, τὰ δὲ νεώτερα ἐν τῇ ἀριμίνῳ κατὰ φιλονεικίαν καὶ βίαν συντεθέντα προκρίνοντας; τίς δὲ τούτοις συνελθεῖν ἐθελήσειε, ἀνθρώποις μὴ δὲ τὰ ἑαυτῶν ἀποδεχομένοις. οἱ γὰρ ἐν ταῖς ἑαυτῶν δέκα πῶς καὶ πλέον, καθὰ προείπομεν, συνόδοις ἄλλοτε ἄλλο γράφοντες, δῆλοι εἰσὶν ἑκάστης αὐτοὶ γινόμενοι κατήγοροι. πάσχουσι δὲ τοῦτο, D οἷον καὶ οἱ τότε τῶν ἰουδαίων προδόται πεπόνθασιν. ὡς γὰρ ἐκεῖνοι καταλείψαντες τὴν μόνην πηγὴν τοῦ ζῶντος ὕδατος, ὤρυξαν ἑαυτοῖς λάκκους οἳ οὐ δυνήσονται ὕδωρ συνέχειν. γέγραπται δὲ τοῦτο παρὰ τῷ προφήτῃ ἱερεμίᾳ. οὕτως οὗτοι μαχόμενοι πρὸς τὴν οἰκουμενικὴν σύνοδον, ὤρυξαν ἑαυτοῖς, συνόδους πολλάς. καὶ πᾶσαι κεναὶ παρ' αὐτοῖς, καὶ ὡς δράματα μὴ ἔχοντα ἰσχὺν ἐφάνησαν. μὴ τοίνυν ἀνεχώμεθα τῶν τὴν ἀρίμινον ἢ ἄλλην ὀνομαζόντων σύνοδον παρὰ τὴν ἐν νικαίᾳ γενομένην. καὶ γὰρ δὲ αὐτοὶ οἱ τὴν ἀρίμινον ὀνομά-

ὀνομάζοντες, ἐοίκασι μὴ εἰδέναι τὰ ἐν αὐτῇ πραχθέντα. ἢ γὰρ ἂν ἐσιώπησαν. οἶδατε γὰρ ἀγαπητοὶ, μαθόντες καὶ ὑμεῖς τὰ περὶ τῶν ἐληθόντων ἐξ ὑμῶν εἰς τὴν Ἀρίμινον. ὡς Ὑρσάκιος καὶ Οὐάλης, εὐδόξιός τε καὶ Αὐξέντιος, ἐκεῖ ἦλθον σὺν αὐτοῖς Δημόφιλος, καθηρέθησαν θελήσαντες ἕτερα περὶ τὰ ἐν νικαίᾳ γραφέν. ὅτε ἀπαιτηθέντες ἀναθεματίσαι τὴν Ἀρειανὴν αἵρεσιν, παρῃτήσαντο, καὶ μᾶλλον αὐτῆς ἠθέλησαν εἶναι προστάται. ④ δέ γε Ἐπίσκοποι, οἱ ἀληθῶς γνήσιοι θεοῦ τοῦ κυρίου, καὶ ὀρθῶς πιστεύοντες, ἦσαν ὡς ἑξήκοντά πως διακόσιοι, ἔγραψαν ἀρκεῖσθαι τῇ ἐν νικαίᾳ μόνῃ, καὶ μηδὲν πλέον ἢ ἔλαττον παρ' ἐκείνην ζητεῖν καὶ φρονεῖν. ταῦτα καὶ κωνσταντίῳ δεδηλώκασι, τῷ καὶ τὴν σύνοδον γενέσθαι κελεύσαντι. ἀλλ' οἱ ἐν τῇ Ἀριμίνῳ καθαιρεθέντες, ἀπελθόντες πρὸς κωνσταντίον, προσποιήσασι μὴ ὑβρισθῆναι αὐτούς. ἀπειλὰς δὲ γράψαι μὴ ἀνακάμψειν εἰς τὰς ἰδίας παροικίας σὺν καὶ αὐτῶν ἀποφηναμένους, βίαν τε παθεῖν ἐν τῇ θράκῃ ἐν αὐτῷ τῷ χειμῶνι, ὥστε τῶν παρ' αὐτῶν καινοτομουμένων ἀνέχεσθαι. εἴπερ δέ τινες τὴν Ἀρίμινον ὀνομάζουσι, δεικνύτωσαν πρῶτον τὴν καθαίρεσιν τῶν προειρημένων, καὶ ἅπερ ἔγραψαν οἱ Ἐπίσκοποι, λέγοντες μηδὲν πλέον ζητεῖν τῶν ἐν νικαίᾳ πρὸ τῶν πατέρων ὁμολογηθέντων, μὴ δὲ ὀνομάζειν ἄλλην σύνοδον παρ' ἐκείνην. ἀλλὰ ταῦτα μὲν κρύπτουσι. τὰ δὲ ἐν τῇ θράκῃ καὶ βίαν πραχθέντα προβάλλονται. ἐξ ὧν δείκνυται, τῆς μὲν ἀρειανῆς αἱρέσεως ὄντες, ἀλλότριοι δὲ τῆς ὑγιαινούσης πίστεως. καὶ αὐτίκα δὲ τὴν μεγάλην σύνοδον καὶ τὰς παρ' ἐκείνων, ἐάν τις αὐτὰς ἐξετάζειν ἐκ προσώπου ἐθέλοι, εὑροι ἂν τῶν μὲν τὴν θεοσέβειαν, τούτων δὲ τὴν ἀλογίαν. ④ γὰρ ἐν νικαίᾳ συνελθόντες, καὶ καθαιρεθέντες συνῆλθον, ἀλλὰ καὶ ὁμολογησαντες τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς εἶναι τὸν υἱόν. ἔτοι δὲ καὶ ἅπαξ καὶ δεύτερον καθαιρεθέντες, καὶ τρίτον ἐν αὐτῇ τῇ ἀριμίνῳ, γράφειν ἔθλιψαν, μὴ χρῆναι λέγειν οὐσίαν ἢ ὑπόστασιν ἔχειν τὸν θεόν. καὶ μηδὲ τὴν ἑτέραν, παρὰ τῶν ἀρειοθιασωτῶν τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα καὶ τῶν τῆς ἀληθείας δογμάτων καλεσκευάσθη σοφίσματά τε καὶ μηχανήματα.

A illic gesta sunt. Alioqui de illa silerent. Scitis enim, Dilectissimi, idq; ab iis didicistis qui ex provincia vestra ad Ariminensem synodum profecti sunt, Ursacium & Valentem, Eudoxium item & Auxentium, quibuscum erat etiam Demophilus, cùm quædam alia præter illa quæ Nicææ constituta fuerant, perscribere voluissent, depositos fuisse: Quando rogati ut Arianam hæresin anathemate damnarent, id recusarunt, ejusq; patroni ac vindices esse maluerunt. Episcopi vero, qui sinceri erant famuli Dei, & qui recte credebant, numero ferme ducenti, sola se Nicæna B fide contentos esse scripserunt, nec præter illam quidquam amplius minusve quærere aut sentire. Hæc ipsi quoq; Constantio significarunt, qui & synodum illam fieri præceperat. Verùm hi qui apud Ariminum depositi fuerant, ad Constantium profecti, perfecerunt ut contumeliæ irrogarentur, minæq; intentarentur iis qui ipsos damnaverant, quod ad proprias Ecclesias non essent reversuri: utque vim paterentur hyberno tempore in Thracia, quo rebus per ipsos innovatis consensum accommodarent. Itaq; si qui forte Ariminensem synodum commemo- C rent, proferant primum quidem depositionem eorum quos dixi: deinde ea quæ scripserunt Episcopi, asseverantes præter illa quæ Nicææ à patribus exposita fuerant, nihil se amplius quærere, nec præter hanc, aliam synodum agnoscere. Verum hæc quidem dissimulant: ea vero quæ per vim gesta sunt in Thracia, prætendunt. Ex quibus manifeste ostenditur, eos Arianæ quidem hæresis sectatores; à recta autem fide alienos esse. Quod si quis magnam illam synodum cum synodis istorum conferre ex adverso voluerit, illorum quidem pietatem, istorum vero de- D mentiam animadvertet. Nam qui Nicææ congregati sunt, nequaquam depositi convenerunt, sed confessi sunt Filium ejusdem cum Patre esse substantiæ. Isti vero semel atque iterum ac tertio apud Ariminum depositi, conscribere ausi sunt, dicendum non esse quòd Deus substantiam habeat aut hypostasin. Et in Occidentis quidem partibus, tot ac tales fuere fraudes ac machinæ, quas sectatores Arii adversus rectam fidem commenti sunt.

A

Cap. XXIV.

De Leontii Antiocheni Episcopi fraudulentia, & de fiducia Flaviani ac Diodori.

ANTIOCHIÆ vero, post Stephanum Flaccilli successorem qui Ecclesiâ ejectus fuerat, Leontius Episcopatum obtinuit, contra Nicænos canones eum honorem sortitus. Erat enim eunuchus, suaque manu seipsum absciderat. Causam autem hujus facinoris refert beatus Athanasius. Nam cùm Leontius, inquit, male audiret ob consuetudinem cum puella quadam, nomine Eustolia, & cum ea simul degere prohibitus esset, illius causâ se- B ipsum exsecuit, ut deinceps libere cum illa versari posset. Et suspicionem quidem nequaquam abolevit: immo vero hac de causa, cùm presbyter esset, gradu motus est. Et Athanasius quidem de reliqua Leontii vita hæc scripsit. Ego vero fraudulentiam ejus ac versutiam breviter ostendam. Cùm esset particeps Arianæ blasphemiæ, morbum illum occultare summo studio nitebatur. Cernens itaque, tam clerum, quam populum, duas in partes divisum, & alios quidem conjunctivam particulam in glorificatione Filii usurpantes; alios vero præpositionem, per, tribuentes Filio; in, autem Spiritui S. applicantes, ipse glorificationem sub- C missâ voce proferebat: ita ut hæc solum verba, in sæcula sæculorum, exaudirent ii qui propius adstabant. Ac nisi summam hominis improbitatem alia quoque ostenderent, diceret fortasse quispiam id illum excogitasse, ut populi concordiæ consuleret. Sed cùm adversus veritatis propugnatores multa gravia molitus sit, impietatis autem consortes ac participes omni studio ac sollicitudine foverit, apparet eum labem intus latentem occultasse, partim ob metum populi, partim ob graves Constantii minas adversus eos qui Filium Patri dissimilem asse- D rere ausi essent. Porro ejus sententiam facta ipsa apertissime declararunt. Quotquot enim Apostolicam doctrinam sequebantur, nullam iis curam, nec ordinationem impertiebatur. Arianæ autem vesaniæ participes, summam sub eo licentiam nacti sunt, & ad Ecclesiasticos ordines promovebantur. Certe hoc tempore Aetius quoq; magister Eunomii, qui Arii blasphemiam novis commentis amplifi-

A

Κεφ. κδ'.

Περὶ τῆς Λεοντίου τοῦ τῶν ἀντιοχέων ἐπισκόπου κακοτεχνίας, καὶ τῆς Φλαβιανοῦ καὶ Διοδώρου παῤῥησίας.

ΕΝ ἀντιοχείᾳ δὲ μετὰ στέφανον, ὃς φλάκιλλον διαδεξάμενος τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἐξηλάθη συλλόγων, λεόντιος τὴν πρεσβείαν ἐδέξατο, καίτοι θεσμὸν ἐν νικαίᾳ γραφέντας ὅρους ταύτῃ λαβών. ἐκτομίας γὰρ ὢν, αὐθάρκης γενόμενος τῆς τόλμης. λέγει δὲ καὶ τὴν αἰτίαν τῆς τόλμης ὁ μακάριος ἀθανάσιος. ὁ μὲν γὰρ λεόντιος διαβαλλόμενος μετὰ γυναικός τινος νεωτέρας, λεγομένης εὐστολίας, κεκωλυμένος συνοικεῖν αὐτῇ, δι' αὐτὸν ἑαυτὸν ἀπέκοψεν, ἵν' ἐπ' ἀδείας ἔχῃ διαλέγεσθαι μετ' αὐτῆς· καὶ τὴν μὲν ὑποψίαν οὐκ ἀπενίψατο. διὰ τοῦτο δὲ μᾶλλον καὶ πρεσβύτερος ὢν καθῃρέθη. ταῦτα μὲν οὖν περὶ τῆς ἄλλης αὐτοῦ γέγραφε βιοῦ· ἐγὼ δὲ τὸ κακόηθες αὐτοῦ καὶ πανοῦργον ἐν κεφαλαίῳ δηλώσω. τῆς γὰρ δὴ ἀρείου βλασφημίας μετέχων, κρύπτειν ἐπειρᾶτο τὴν νόσον. καὶ διχῇ διῃρημένους τοὺς ἱερωμένους καὶ τὸν λοιπὸν ὅμιλον θεωρῶν, καὶ, τοὺς μὲν τὸν, καὶ, σύνδεσμον ἐπὶ τῆς τοῦ ἁγίου δοξολογίας τιθέντας· τοὺς δὲ τὴν μὲν δι' ἣν πρόθεσιν ἐπὶ τοῦ υἱοῦ, τὴν δὲ, ἐν, ἐπὶ τοῦ πνεύματος προσαρμόζοντας, σιγῇ τὴν δοξολογίαν προσέφερε. μόνον δὲ τὸ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων ἤκουον οἱ πελάζοντες. καὶ εἰ μὲν τἀλλὰ μὴ πολλῷ ἐδήλου τὴν τῆς ψυχῆς πονηρίαν, εἶπεν ἂν τις αὐτὸν ταῦτα μηχανᾶσθαι τῆς τοῦ λαοῦ προμηθούμενον ὁμονοίας. ἐπειδὴ δὲ πολλὰ καὶ δεινὰ κατὰ τῶν τῆς ἀληθείας ἐτεχνάσατο συνηγόρων, καὶ τοὺς τῆς ἀσεβείας μετέχοντας πάσης ἠξίου κηδεμονίας, δῆλον ὡς κρύπτων τὴν λώβην, διά τε τοῦ πλήθους τὸ δέος, καὶ διὰ τὰς κωνσταντίου κατὰ τῶν ἀνόμοιον τὸν υἱὸν λέγειν τολμώντων χαλεπὰς ἀπειλάς. δεδήλωκε δὴ τὴν ἐκείνου γνώμην τὰ πεπραγμένα. ὅσοι μὲν γὰρ τοῖς ἀποστολικοῖς εἵποντο δόγμασιν, οὐδὲ μιᾶς παρ' ἐκείνου κηδεμονίας ἢ χειροτονίας ἀπήλαυσαν. οἱ δὲ τῆς ἀρείου μανίας μετειληχότες, καὶ παῤῥησίας μετελάγχανον ὅτι μάλιστα πλείστης, καὶ τοῖς ἱεραρχικοῖς ἐγκαταλέγοντο τάγμασι. καθ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν καὶ αἴτιος ὁ εὐνομίου διδάσκαλος, ὃς τὴν ἀρείου βλασφημίαν ταῖς ἐπινοίαις

ἐπηύξησε, πρῶτον τῶν διακόνων ἐξαιρεῖται λόγῳ. ἀλλὰ Φλαβιανὸς καὶ Διόδωρος, τὴν μὲν ἀσκητικὴν ἀσπαζόμενοι πολιτείαν, φανερῶς δὲ τῶν ἀποστολικῶν ὑπερμαχοῦντες δογμάτων, ἀντικρυς τὴν λεοντίου διήλεγξαν τὴν κατ' εὐσεβείας ὑπόνοιαν. ἄνδρα φήσαντες πονηροῖς μὲν ὑπηνδυμασιν ἐγκεκαλυμμένα, ὡς ἐκ τῆς δυσσεβείας φανερὰν κτήσασθαι μηχανώμενον, τὴν λύμην τῆς ἐκκλησίας καὶ τῆς διακονίας ἀνόμαλος ἠξιωσε. ἠπείλουν δὲ καὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἀποστήσεσθαι κοινωνίας, καὶ τὴν ἑσπέραν καταλήψεσθαι, καὶ δήλα ποιήσειν τὰ τυρβούμενα. ταῦτα δείσας ὁ λεόντιος, τῆς μὲν λειτουργίας ἔπαυσε τὸν αἴτιον. τὴν δὲ ἄλλης αὐτὸν θεραπείας ἠξίωσε. ἡ δὲ ἀξιάγαστος ξυνωρὶς Φλαβιανὸς καὶ Διόδωρος, ἱερατικῆς μὲν λειτουργίας μηδέπω τετυχηκότες, τῷ δὲ λαῷ συλλεγόμενοι, νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν εἰς τὸν ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ζῆλον διήγειρον ἅπαντας. οἵτοι πρῶτοι διχῆ διελόντες τοὺς τῶν ψαλλόντων χορούς, ἐκ διαδοχῆς ἀδὴν τὴν δαυϊτικὴν ἐδίδαξαν μελῳδίαν. καὶ τοῦτο ἐν Ἀντιοχείᾳ πρῶτον ἤρξατο, πάντοσε διέδραμε, καὶ κατέλαβε τῆς οἰκουμένης τὰ πέρατα. οἵτοι τῶν θείων τοὺς ἐρασὰς εἰς τοὺς τῶν μαρτύρων οἴκους συναγείροντες, πάννυχοι διέλεγον σὺν ἐκείνοις τὸν θεὸν ὑμνοῦντες. ταῦτα ὁρῶν ὁ λεόντιος, κωλύειν μὲν οὐκ ἐνόμιζεν ἀσφαλές. ἐώρα γὰρ τὸ πλῆθος ἓν μάλα πρόθυμον τοὺς ἐρίσας ἐκείνους διακεκριμένον ἀνδρας. ἐπειρᾶτο δὲ τοὺς λόγους χρῆναι, ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ταύτην γίνεσθαι παρ' αὐτῶν τὴν λειτουργίαν ἠξίου. ὁ δὲ κλίαν ἀκριβῶς τὴν ἐκείνου πονηρίαν εἰδότες, τὸ κελευόμενον ἔδρων. καὶ τοὺς συνεραστὰς εἰς τὰς ἐκκλησίας συνήθροιζον μάλα προθύμως, ὑμνεῖν τὸν ἅγιον δεσπότην παρεγγυῶντες. τὸν μέντοι λεόντιον, οὐδὲν ἔπεισε κολάσαι τὴν πονηρίαν. ἀλλὰ τὸ τῆς ἐπιεικείας ἀφελόμενος προσωπεῖον, ἐφάνη καὶ φλακίτης τὴν βδελυρίαν ἀπέκρυψε. τοὺς γοῦν τῶν δογμάτων τὴν διαφορὰν εἰσδεξαμένους, εἰ καὶ τὸν ἀκόλαστον ἠσκήσαντο βίον, τοῖς τῶν πρεσβυτέρων καὶ διακόνων ἐγκατέλεγε τάγμασι. τοὺς δὲ τοῖς παντοδαποῖς εἴδεσι τῆς αἱρέσεως κοσμουμένους, καὶ τῶν ἀποστολικῶν δογμάτων ἀντεχομένους, ἀγεράσους καταλέλοιπε. τοῦτο δὴ χάριν, ὁ μὲν κλῆρος πλείους εἶχε τοὺς τῆς αἱρετικῆς λύμης μετειλη-

A cavit, in Diaconorum numerum relatus est. Verum Flavianus & Diodorus, qui monasticum vivendi genus amplexi erant, & pro Apostolica doctrina palam propugnabant: Leontii adversus pietatem insidias coram redarguerunt: quod hominem malis studiis atque artibus innutritum, & per impietatem inclarescere molientem, publico Ecclesiæ malo ad diaconatus gradum extulisset. Minati sunt præterea, se ab Ecclesiastica communione recessuros, & ad Occidentis partes profecturos esse, & consilia ejus patefacturos. His territus Leontius, Aetium quidem ministerio deinceps fungi vetuit: in reliquis vero eum fovere ac tueri non desiit. Par autem illud admirabile, Flavianus scil. ac Diodorus, licet honorem Sacerdotii nondum adepti essent, sed adhuc inter laicos versarentur, tamen diu noctuque cunctos ad studium ac defensionem pietatis animabant. Hi primi psallentium choros duas in partes divisêrunt, & davidicos hymnos alternis vicibus canere docuerunt. Quod quidem tunc primum Antiochiæ fieri cœptum, inde ad reliquos pervasit, & ad ultimos usque terrarum fines perlatum est. Iidem Divinarum rerum studiosis ad Martyrum basilicas congregatis, unà cum illis pernoctare consueverant, Deum hymnis celebrantes. Quæ cùm videret Leontius, eos quidem prohibere haudquaquam sibi tutum putavit. Sciebat enim quanto amore optimos illos viros populus complecteretur. Sed blandis in speciem sermonibus hortari eos cœpit, ut in Ecclesiis id ministerium obirent. Illi vero licet ejus improbitatem optime nossent, fecerunt tamen quod jubebat: & cunctos qui eodem quo ipsi amore flagrabant; alacri animo intra Ecclesias congregarunt, hortantes eos ut bonum Dominum hymnis celebrarent. Nulla res tamen Leontium adducere potuit, ut malitiam suam corrigeret. Sed sub modestiæ ac mansuetudinis larva, Stephani & Flaccilli nequitiam occultavit. Eos enim qui perversam fidei doctrinam amplexi fuerant, licet alioqui vitæ essent turpissimæ, in Presbyterorum tamen ac Diaconorum ordinem promovebat. Eos vero qui omni genere virtutis ornati essent, & qui Apostolicæ doctrinæ mordicus adhærerent, inhonoratos relinquebat. Quam ob causam, clerus

quidem plerosque habuit hæreticâ labe contaminatos. Populi vero maxima pars rectam fidei doctrinam tuebatur. Neque enim ii quibus docendi cura erat injuncta, blasphemiam suam palam efferre audebant. Verum quæcunque à Flaccillo, Stephano ac Leontio impie & inique gesta sunt Antiochiæ, peculiari commentario opus habent ob multitudinem: & Davidico carmine plangenda sunt ob magnitudinem. Nam de his quoq; dici par est: Quoniam ecce inimici tui sonuerunt, & qui oderunt te extulerunt caput. Super populum tuum dolos intenderunt, & consilium inierunt adversus Sanctos tuos. Dixerunt, venite & deleamus eos de gente, & non memoretur ultra nomen Israel. Nos vero reliquam historiam prosequamur.

χότας. ἔ ὃ λαὸς τὸ πλεῖστον, τῆ ὀρθῶν ἀπεμάχετο δογμάτων. οἱ δὲ γε οἷς τὰς διδασκαλίας προσέφερθησαν, γυμνὴν ἐθάρρουν τὴν βλασφημίαν. ὅσα μὲν οὖν Φλάκιλλος καὶ Στέφανος καὶ Λεόντιος δυσεβῶς καὶ ἀθέμιτα εἰς ἀνθιοχείαν δεδράκασι, συγγραφῆς μὲν οἰκείας δεῖται διὰ τὸ πλῆθος. τῆς δὲ αὐτῶν δαβιδικῆ θρηνῳδίας, διὰ τὸ μέγεθος. καὶ μετὰ τούτων γὰρ λέγειν χρὴ, ὅτι ἰδοὺ οἱ ἐχθροί σου ἠχησαν, καὶ οἱ μισοῦντές σε ἦραν κεφαλήν. ἐπὶ τὸν λαόν σου καλεπανουργεύσαντο γνώμην, καὶ ἐβουλεύσαντο κατὰ τῶν ἁγίων σου. εἶπον δεῦτε καὶ ἐξολεθρεύσωμεν αὐτοὺς ἐξ ἔθνους, καὶ οὐ μὴ μνησθῇ τὸ ὄνομα Ἰσραὴλ ἔτι. ἡμεῖς δὲ τὰ λοιπὰ τῆς ἱστορίας συγγράψωμεν.

Cap. XXV.

De Eudoxii Germanicien sis Episcopi novitate: & de Basilii Ancyrani atque Eustathii Sebasteni adversus illum contentione.

GERMANICIA urbs est Euphratensis, ut vocant, provinciæ, sita in confinio trium provinciarum, Ciliciæ, Syriæ & Cappadociæ. Hujus urbis antistes Eudoxius, comperta Leontii morte, confestim Antiochiam profectus est: raptoque per vim Episcopatu, instar apri silvestris vineam Domini devastavit. Neque enim Leontii exemplo improbitatem suam tegebat, sed adversus Apostolicam doctrinam propalam furens, eos qui contradicere auderent, omni calamitatum genere vexabat. Per idem tempus, Ancyræ quæ metropolis est Galatiæ, Ecclesiam gubernabat Basilius, successor Marcelli. Eustathius vero Episcopatum gerebat Sebastiæ quæ caput erat Armeniæ. Hi cùm Eudoxii iniquitatem & rabiem comperissent, quænam ille ausus fuisset, Constantio per litteras significarunt. Is in Occidentis partibus etiam tum morabatur; & post cædem tyrannorum, vulneribus quæ illi reipublicæ inflixerant sanandis operam dabat. Porro ambo familiares erant Imperatori, & ob eximiam vitæ sanctimoniam summa apud eum auctoritate ac fiducia pollebant.

Κεφ. κέ.

Περὶ τῆς εὐδοξίου τοῦ γερμανικίας καινοτομίας, καὶ βασιλείου τοῦ ἀγκύρας, καὶ εὐσταθίου τοῦ σεβαστείας καὶ τῶν γενομένων αὐτοῖς.

Γερμανίκεια πόλις ἐστὶν ἐν μεθορίῳ τῆς κιλίκων καὶ σύρων καὶ καππαδοκῶν κειμένη. εἰς ἣ τὴν εὐφραλησίαν καλουμένην ἐπαρχίαν τελεῖ. τῆς δὲ τῆς ἐκκλησίας προεστώτων εὐδόξιος, εἶτα λεόντιον τεθνηκέναι μαθὼν, καὶ ἐλαβε μὲν τὴν ἀνθιόχειαν. ἥρπασε δὲ τὴν προεδρείαν, συὸς ἀγρίου δίκην λυμαινόμενος τὸν ἀμπελῶνα τὸν θεῖον. οὐδὲ γὰρ λεοντίῳ προσαπλησίως τὴν κακοήθειαν συνεκάλυπτεν. ἀλλ' ἀνιλικρυς καὶ τῶν ἀποστολικῶν ἐλύττα δογμάτων, καὶ πᾶν ἀντιλέγειν τολμῶντας παντοδαπαῖς προσέβαλε συμφοραῖς. καὶ τέτον ἣ τὸν χρόνον, αἰκύσας μὲν τῆς γαλατῶν μητροπόλεως βασίλειος καλεῖτο τὰ τῆς ἐκκλησίας πηδάλια, μάρκελλον διαδεξάμενος. εὐστάθιος δὲ σεβασείας ἡγεῖτο, ἡ τῆς ἀρμενίας ἐπεστάτει. ἔτοι τὴν εὐδοξίου παρανομίαν καὶ λύτταν μεμαθηκότες, κωνσαντίῳ τῷ βασιλεῖ τὰ τολμηθέντα διὰ γραμμάτων ἐδήλωσαν. ἔτι δὲ ὄντος ἐν τῷ πρὸς δυσμένον ἥλιον διατείβε τιμήματι, τὴν πρὸς τῶν τυράννων γεγονυμένην βλάβην ἰώμενος μὴ τὴν ἐκείνων αἵρεσιν. ζωηδὴς δὲ ἦσαν ἔτι τῷ βασιλεῖ, καὶ πλείστης ὅσης διὰ τὴν ἀξιέπαινον βίοτον ἀπήλαυον παῤῥησίας.

A

Κεφ. κς'.

Περὶ τῆς ἐν νικαίᾳ καὶ πάλιν ἐν Σελευκείᾳ τῆς Ἰσαυρίας γενομένης Συνόδου.

Ταῦτα μαθὼν ὁ κωνστάντιος, ἀνίως ἐχόντως ἐπέστειλεν, ὡς οὐκ αὐτὸς δώσοντι τῷ τῆς ἐκκλησίας οἰκείας ἐπέτρεψεν τοῦτο γὰρ αὐτὸς ἐφεύρηκεν. δώσοντι τῆς μὲν πόλεως ἐξελαθῆναι, φεύγειν δὲ δίκας ὧν ἔδρασεν, ἐν νικαίᾳ τῆς βιθυνίας προστάξεν, ἐκεῖ συνδραμεῖν τῷ σύνοδον παρεσκευάσας. τῷ δὲ νίκαιαν αὐτὸς δώσοντι ἀφορίσαι τῷ συνεδρίῳ, διὰ τὰ βασίλεια πρὸς δυσμὰς οἰκονομεῖν ἔπεισεν. ἀλλ' ὁ τῶν ὅλων πρύτανις, τὰ ἐσόμενα ὡς ἤδη γεγενημένα ὑπισχνούμενος, σεισμῷ τινὶ προσαδόξῳ κεκώλυκε τὸ συνέδριον. ἡ γὰρ πλείστη τῆς πόλεως, ὁ σεισμὸς οἰκείῳ καθήνεγκεν, καὶ τῶν οἰκητόρων διὰ πλείστους διέφθειρε. ἕτοιμα μεμαθηκότες οἱ συνελθόντες, εἰς κομιδῇ δείσαντες, εἰς τὰς οἰκείας ἐκκλησίας ἀνέστρεψαν. τοῦτο θεοῦ σοφίας ἡγοῦμαι τοῦτο μηχάνημα. ἐπειδὴ γὰρ ἐν οἰκείᾳ τῇ πόλει παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων ἡ ἀποστολικῆς πίστεως ἐγράφη διδασκαλία, ἐναντία ἢ γράφειν ἐν αὐτῇ ἔμελλον οἱ ὕστερον ἀθροιζόμενοι, ἀφορμὴν ἔτοις ἀρείοις θιασώταις ἐξαπάτης ἡ τῆς ἐπωνυμίας ταύτης ἐγίνετο, καὶ βεκολεῖν ἤμελλον οὐδὲ ἁπλοῖς ἢ θεσι κεχρημένους δόγμασι καὶ ταύτην προστασιάσαντες, καὶ ὡς τὴν παλαιὰν ἐκείνην προφέροντες διέλυσεν ὁ τῶν ἐκκλησιῶν προμηθούμενος τὸ συνέδριον. χρόνῳ δὲ διελθόντος, ὑπὸ τῶν δυσδοξίου καθηγόρων ὑπομνησθεὶς ὁ κωνσταντῖος, εἰς Σελεύκειαν τὴν σύνοδον γράφειν προστάξε. πόλις δὲ αὕτη τῆς ἰσαυρείας, πρὸς τῇ θαλάττῃ κειμένη, τῶν ὁμοφύλων πόλεων ἡγεμών. εἰς ταύτην ἀθροισθῆναι οὖν τοὺς ἐώας ἐπισκόπους, καὶ μὴν δὴ καὶ τοὺς τῆς ἑωσπερίας, καὶ τοὺς τῆς ἀσιανῆς παροικήσεως καὶ ἕτερον ὄντινα καιρὸν, καισαρείας μὲν τῶν παλαιστινῶν μητροπόλεως ἀκακίου ἡγεῖτο, διάδοχος τὸν δυσέβιον. τοῦτο δὲ τὸν ἀκάκιον ἡ ἐν σαρδικῇ συναθροισθεῖσα σύνοδος ἀπεκήρυξεν. ἀλλὰ τὴν ἐξενεχθεῖσαν οὐκ ἐδέξατο ψῆφον, ὅστε πλήθος ἀρχιερέων καταφρονήσας. τῷ δὲ ἱεροσολύμων μὲν μακάριον ἐκεῖνον ὃν πολλάκις ἐμνήσθην, μάξιμος τὴν προεδρίαν παρέλαβεν· ἀνὴρ ἐν τοῖς ὑπὲρ δυσεβείας διαπρέψας ἀγῶσι. τόν τε γὰρ δεξιὸν ὀφθαλμὸν ἀφῄρητο,

Cap. XXVI.

De Concilio Nicæa, ac postea Seleucia in Isauria congregato.

His cognitis, Imperator Constantius ad Antiochenses scripsit, se nequaquam Eudoxio Ecclesiæ illius Episcopatum concessisse. Id enim Eudoxius ipse jactaverat. Eumque urbe expelli, & facinorum suorum pœnas dare jussit apud Nicæam Bithyniæ; quo in loco Concilium fieri præceperat. Nam & ipse Eudoxius, iis quibus palatii administratio commissa erat, persuaserat ut celebrando Concilio Nicæa potissimum assignaretur. Verum hujus universi moderator, qui res futuras perinde novit ac si præteritas, insperato quodam terræ motu conventum illum prohibuit. Maxima enim pars urbis motu illo subversa est: Et incolarum plerique oppressi interiere. Quo facto, Episcopi qui illuc convenerant, timore perculsi ad suas quisque Ecclesias reverterunt. Atque hoc Divinæ sapientiæ opus fuisse mihi videtur. Nam quoniam in ea urbe, olim quidem Apostolicæ fidei doctrina à Patribus conscripta fuerat, tunc vero Episcopi ibi congregati contrariam priori illi fidem scripturi erant, atq; hæc nominis similitudo ansam fraudis præbitura erat Arianis, qui simpliciores quosque circumventuri erant, istam quoque synodum Nicænam appellantes, ac pro vetere illa in medium proferentes; Deus qui Ecclesiarum perpetuo curam gerit, conventum hunc diremit. Interjecto brevi tempore, Constantius ab accusatoribus Eudoxii submonitus, Seleuciæ Concilium fieri præcepit. Est autem Seleucia urbs Isauriæ ad mare sita, inter omnes ejus provinciæ urbes primum obtinens locum. Eo igitur universos Orientis Episcopos, Asianæ item ac Ponticæ Diœceseis, convenire jussit. Porro ea tempestate, Cæsareæ quidem Palæstinæ post Eusebium Acacius præsidebat. Qui cùm à synodo Serdicæ congregata deposius fuisset, sententiæ contra se latæ minime acquievit, tot Episcoporum multitudinem despiciēs. Hierosolymorum vero sacerdotium, post Macarium illum cujus jam antea mentionem fecimus, Maximus suscepit. Vir qui pro pietatis defensione in persecutionum certaminibus inclaruerat. Nam & oculo dextro orbatus,

& dextro poplite debilitatus fuerat. Quo deinde ad immortalem vitam translato, Cyrillus Apostolicæ doctrinæ acerrimus propugnator, Episcopalem gratiam promeruit. Hi cùm de primatu inter se contenderent, reipublicæ Christianæ gravissimorum malorum causam præbuere. Nam Acacius quidem, levi quadam occasione arrepta Cyrillum deposuerat, & Hierosolymis expulerat. Cyrillus vero, Antiochiam quidem prætergressus est, cùm eam pastore orbatam videret. Tarsum autem profectus, cum admirando Silvano vixit. Hic enim eo tempore Ecclesiam illam administrabat. Quod cùm Acacius resciviſſet, litteras scripsit ad Silvanum, eique depositionem Cyrilli nuntiavit. At ille, & Cyrillum reveritus, & populum reformidans, utpote qui Cyrilli concionibus admodũ delectaretur, eum ab Ecclesiastico ministerio haudquaquam prohibuit. Porro cùm Seleuciam convenissent, Cyrillus cum Basilio, Eustathio, Silvano ac reliquis sacerdotibus simul consedit. Acacius vero, & ipse quidem accessit ad Episcopos illic congregatos, qui erant numero centum & quinquaginta. Sed se cum illis consilium initurum negavit, nisi Cyrillus è Concilio submoveretur, quippe qui Episcopatu exutus fuisset. Ac nonnulli quidem eorum qui pacis studiosi erant, Cyrillum rogabant ut è Concilio discederet; post doctrinæ fidei discussionem, ejus causam examinaturos se esse pollicentes. Sed cùm Cyrillus non obtemperaret, Acacius relictis illis abscessit. Et cum Eudoxio congressus, metu quo tenebatur eum liberavit, animumque ei addidit, spondens se patronum ipsi atque adjutorem fore. Et in Concilium quidem ingredi eum vetuit: sed unà cum illo Constantinopolim profectus est.

καὶ τ' ἀσκύλης ἐσέρηθ τ' δεξιᾶς. τύτε ὃ εἰς τὸν ἀγήρω μεθίσατ' βίον, κύριλλ τῆς ἐπισκοπικῆς χάριτ ἠξιώθη, τῷ ἀποσολικῶν δογμάτων σφόδρα ὑπὲρ μαχῶν. ἔτοι σφὸς ἀλλήλους σφὶ πρωτείων φιλονεικήσαντες, μεγίστων κακῶν τοῖς κοινοῖς ἐγένοντο σφόξενοι. ὁ μὲν γὰρ ἀκάκι μικρᾶς τινὰς διρῶν ἀφορμᾶς, καθεῖλε τὸν κύριλλον τ τῷ ἱεροσολύμων ἐξήλασεν. ὁ δὲ κύριλλ τὴν μὲν ἀντιόχειαν παρελήλυθε, ποιμένος αὐτὴν ἐσερημένην διρῶν· εἰς δὲ ταρσὸν ἀφικόμεν, τῷ θαυμασίῳ συνῆν Σιλβανῷ. ἔτυχε γὰρ κἀκεῖνον τὸν καιρὸν, ἐκείνης ἡγούμενος τ ἐκκλησίας. ἔτο μαθὼν ὁ ἀκάκιος, ἐπέστειλε τῷ Σιλβανῷ, κὲ τὴν καθαίρεσιν τ κυρίλλ μεμήνυκεν. ὁ δὲ, καὶ τὸν κύριλλον αἰδέμον, καὶ τὸ πλῆθ ὑφορώμεν· ἥδιστα γὰρ τ κυρίλλ διδασκαλίας ἀπήλαυε, τ' ἐκκλησιαστικῆς οὐκ ἐκώλυσε λειτουργίας. ἐπεὶ δὲ συνῆλθον εἰς τὴν Σελεύκειαν, ἐκοινώνησε μὲν τοῖς ἀμφὶ τὸν βασίλειον καὶ εὐστάθιον τ Σιλβανὸν κὲ τοῖς λοιποῖς ὁ κύριλλ τ συνεδρίου. ὁ δὲ γε ἀκάκι, ἀφίκετο μὲν κὲ αὐτὸς σφὸς σὺν συνελθόντας ἐπισκόπους. πεντήκοντα δὲ ἦσαν κὲ ἑκατόν. ἔφασκε δὲ μὴ πρότερον αὐτοῖς κοινωνήσειν τῶν βουλευμάτων, πρὶν ἔξω γένοιτο συλλόγ τὸν κύριλλον, ἅτε δὴ τ ἀρχιερωσύνης γεγυμνωμένον. καί τινες μὲν τῷ τ εἰρήνης σφόδρα μεθιέμενοι, ὑποχωρῆσαι τὸν κύριλλον ἱκέτευον, ὑπισχνούμενοι μὴ τὴν τῶν δογμάτων διάκρισιν, κὲ τὴν καθ' αὐτὸν ὑπόθεσιν ἐξετάζειν. ἐπεὶ δὲ ἔδοκει ταῦτα, καταλιπὼν μὲν αὐτοῦ ὁ ἀκάκιος ἐξελήλυθεν. εὐδοξίῳ δὲ συγγενόμενος, τὸ μὲν ἐγκείμενον ἐξήλασε δέος· θάρσος δὲ ἐνέθηκε, σωτήριος αὐτῷ κὲ συναγωνιστὴς ὑποσχόμενος ἔσεσθαι. κὲ εἰς μὲν τὸ συνέδριον εἰσελθεῖν αὐτὸν διεκώλυσε. τὴν δὲ κωνσταντινούπολιν σὺν ἐκείνῳ κατέλαβε.

Cap. XXVII.

De iis quæ Constantinopoli Orthodoxis Episcopis acciderunt.

Constantius enim ab Occidentis partibus reversus, ibi tunc morabatur. Apud quem Acacius cùm Episcopos Seleuciæ congregatos multis de causis accusasset, improborũ hominum cœtum appellans, ad exitium ac perniciem Ecclesiarum collectum, Imperatorem ad iracundiã incitavit. Sed

Κεφ. κζ'.

Περὶ τῶν ἐν κωνσταντινουπόλει τοῖς ὀρθοδόξοις ἐπισκόποις συμβεβηκότων.

Κωνσάντιος γὰρ ἀπὸ τῆς ἑσπέρας ἐπανελθὼν, ἐν ταύτῃ διέτριβε. πολλὰ δὲ τῶν συνελθόντων ἐπὶ τ βασιλέως κατηγορήσας, καὶ σύστημα πονηρῶν ἀνθρώπων ἀποκαλέσας, ἐπ' ὀλέθρῳ καὶ λύμῃ τῶν ἐκκλησιῶν συνηθροισμένον, τὸν βασιλέως ἀνῆψε θυμόν.

XXVIII. De publica lætitia ac festivitate Antiochenorum ob Juliani cædem.

ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΘΕΟΔΩΡΙΤΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΥΡΟΥ

Λόγος Γ.

THEODORITI EPISCOPI CYRI ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ LIBER TERTIUS,

Κεφ. α'.

Περὶ τῆς Ἰουλιανοῦ βασιλείας.

Κωνσάντιος μὲν δὴ ζένων καὶ ὀδυρόμενος ὑπεξῆλθε τὸν βίον, ὅτι τῆς πατρῴας πίστεως παρετράπη. Ἰουλιανὸς δὲ ἐκ τῆς Εὐρώπης εἰς τὴν Ἀσίαν διαβαίνων, ἐπύθετο τὸν Κωνσάντιον τὸν τελευτῆσαι, καὶ θαρρήσας ὡς οὐδένα ἀνταγωνιστὴν ἔχων, τὴν βασιλείαν παρέλαβεν.

Caput Primum.

De Imperio Juliani.

ET Constantius quidem, dolens ac gemens quod à paterna fide deflexisset, ex hac luce migravit. Julianus vero, cùm ex Europa in Asiam transgressurus esset, de Constantii morte certior est factus; sumptâque fiduciâ, utpote qui nullum jam haberet adversarium, Imperium occupavit.

Κεφ. β'.

Ὡς παιδεύθη ἐν τῇ εὐσεβείᾳ τῶν γραφῶν ἐξωκείλεν εἰς ἀσέβειαν.

Οὗτος νέαν μὲν ἄγων τὴν ἡλικίαν ζηλοῖ γάλλῳ τῷ ἀδελφῷ, καὶ αἰνεῖται ὢν ἐπὶ τῇ τῆς εὐσεβοῦς διδασκαλίας εἵλκετο θήλῃ. Καὶ μὴν δὴ καὶ ἐφηβικὸς γρόμφος ἐφῆκεν, τῆς ἀνοίας μεμελαίγχανε. δείσας δὲ τὸν κωνσάντιον τοὺς γὰρ φοβουμένους ἀνῃρεῖτο δειμαίνων ὡς τυραννίδας. καὶ δὴ τῷ ἀναγνώστῃ ἐξιώθη χορεῦσαι, καὶ τὰς ἱερὰς βίβλους ἐν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς συλλόγοις ὑπανεγίνωσκε τῷ λαῷ· καὶ σηκὸν μαρτύρων ἐδομήσατο μὲν, ἐπεσπεδέξαντο δὲ οἱ μάρτυρες, τὴν εἰς ἀσέβειαν αὐτοῦ παρατροπὴν προθεώμενοι. τῷ γὰρ δὴ θεμελίων τῆς ἐκείνου γνώμης μιμησαμένων ἀβέβαιον, πρὶν ἱερωθῆναι καταπεσεῖν. τὰ μὲν δὴ τῆς πρώτης ἡλικίας αὐτῷ καὶ τῆς δευτέρας ἐν τούτοις ἦν.

Caput II.

Quomodo Julianus in religione Christiana ab ineunte ætate educatus, ad impietatem defecerit.

HIc in tenera ætate, adhuc impubes, unà cum Gallo fratre lac suxerat piæ doctrinæ. Sed & postea, cùm pubertatis annos attigisset, jamque inter ephebos esset, eandem doctrinam retinuit. Veritus tamen Constantium, qui tyrannidis metu propinquos suos interficiebat, in lectorum numerum adscriptus est, & sacros libros in Ecclesiasticis conventibus populo recitavit. Basilicam quoque in honorem Martyrum extruxit: sed Martyres eum ad impietatem quandoque defecturum prævidentes, id ab eo munus accipere recusarunt. Nam cùm fundamenta instabilitatem mentis illius imitata essent, basilica priusquam dedicaretur, collapsa est. Et prima quidem illius ætas & secuta deinde adolescentia, hujusmodi fuit.

Κεφ. γ'.

Ὅπως τὰ φρόντα τὴν ἀσέβειαν κρύπτων, ὕστερον αὐτὴν ἐγύμνωσε.

Ἐπεὶ δὲ εἰς τὴν ἑσπέραν ἀπαίρων κωνσάντιος, ἐκεῖσε γὰρ αὐτὸν εἵλκεν ὁ πρὸς μαγνέντιον πόλεμος, καίσαρα τῆς

Cap. III.

Quomodo Julianus cùm impietatem prius dissimulasset, postea patefecit.

SEd cùm Constantius in Occidentis partes profecturus: nam belli adversus Magnentium gerendi necessitas eo illum vocabat: Gallum Orienti Cæsa-

rem præfecisset, qui & pius tum erat, & pietatem usque ad exitum vitæ constanter retinuit: Tum vero Julianus, utilem quidem ac salutarem meum abjecit ex animo. Assumptâ autem majore quam debuerat fiduciâ, imperii cupiditate exarsit. Hujus rei causâ Græciam circumiens, Vates quærebat & ariolos, scire cupiens, num quandoq; compos fieret votorum suorum. Tandemq; incidit in hominem quendam, qui hæc se prædicturum pollicebatur. Qui cùm in idolorum templum eum perduxisset, & in adyta ingredi jussisset, seductores dæmones invocare cœpit. Cumque isti terribili, ut solent, specie apparuissent, metu compulsus Julianus, crucis signum fronti impressit. Tunc vero dæmones signum Dominici trophæi cernentes, seque per id victos recordati, protinus evanuerunt. Præstigiator vero qui causam fugæ probe norat, Julianum objurgavit. Verum ille & timorem suum ei aperuit, & virtutem crucis magnopere mirari se dixit: dæmones enim cùm ejus signum ferre non possent, aufugisse. At præstigiator: cave, inquit, hoc putes vir bone. Non enim timuerunt illi, ut tu censes: sed factum tuum abominati recesserunt. Hoc modo cùm miserum illum decepisset, sacris initiavit, & nefario scelere implevit. Ita cupiditas Imperii infelicissimum Julianum pietate spoliavit. Et tamen Imperium adeptus, impietatem suam diu dissimulavit. Milites enim præcipue formidabat, qui Christianæ religionis doctrinam erant amplexi. Nam primus omnium Constantinus, Princeps omni laude dignissimus, cùm eos priori superstitionis errore liberasset, veritatis præceptis imbuerat. Deinde vero ejus filii, traditam ipsis à Patre doctrinam, in eorum animis confirmaverant. Etsi enim Constantius, deceptus ab aliis quibus se regendum permiserat, consubstantialis vocabulum non admisit, sensum tamen ejus sincere confessus est. Deũ enim Verbum, verum ac germanum Filium ante omnia sæcula ex Patre genitum appellavit, eosq; qui creaturam illum vocabant, palam damnavit. Cultum vero simulacrorum omnino prohibuit. Aliud præterea ejus facinus laude dignum commemorabo, ex quo abunde conjici possit, quantũ fuerit ejus erga res Divinas studium. Nam cùm bellũ gestutus esset adversus Magnen-

ἐῶσας τὸν γάλλον ἀπέφηνεν, εὐσεβῆ τε ὄντα, καὶ εἰς τέλος γε διαμείναντα, τὸ μὲν δὴ ὄντως φόρτον δεῶς ἰουλιανὸς ἐκκέδασε τῆς ψυχῆς, θάρσος δὲ λαβὼν ὡς οὐκ ὤφελε, τῶν βασιλικῶν ἐπεθύμησε σκήπτρων. ἕ δὴ ἕνεκα τὴν ἑλλάδα περιὼν, μάντεις ἐπεζήτει καὶ χρησμολόγους, εἰ τοῦτο τὸ ποθούμενον μαθεῖν ἡμφέρετο. φθάνυγχάνει δὴ ἀνθρώπῳ, ταῦτα προλέγειν ὑπισχνουμένῳ· ὃς τότε εἰς εἰδωλικὸν σηκὸν ἀγαγὼν, καὶ εἴσω γενέσθαι τῶν ἀδύτων παρασκευάσας, ἀπαλεῖν ἐκάλεσε δαίμονας· ἐκείνων δὲ μὴ τῆς ζωηθεὶς φαντασίας ἐπιφανέντων, ἠναγκάσθη τὸν θεὸν ἐπιθεῖναι τῷ μελλόπῳ ἕ σωρεῖ τὸ σημεῖον. οἱ δὲ δαιμονικὲ τροπαίου τὸν τύπον ἰδόντες, καὶ τῆς σφετέρας ἥττης ἀναμνησθέντες, φρᾶδοι παραυτίκα ἐγένοντο. συνεὶς δὲ ὁ γόης ἐκείνου τῆς φυγῆς τὴν αἰτίαν, ἐπεμέμψατο τάδε τῷ. ἰουλιανὸς δὲ καὶ τὸ θεῖον ἐθήλωσε, καὶ τὸ σταυροῦ θαυμαστὸν ἔφησε τὴν ἰσχὺν. ἀπέδρασαν γὰρ οἱ δαίμονες, τότε τὸν τύπον οὐκ ἐνεγκόντες ἰδεῖν. μὴ δὴ ταῦτο ὑπολάβῃς ὦ ἀγαθὲ, ὁ γόης ἔφη. οὐ γὰρ ἔδεισαν ὡς γε σὺ φῂς, ἀλλὰ βδελυξάμενοι τὸ παρὰ σοῦ γενόμενον, ᾠχοντο. ἴτω βακχήσας τὸν δεῖλαιον, ἐμύησέ τε καὶ ἕ μύσεσιν ἔπλησε. καὶ ἡ τῆς βασιλείας ἐπιθυμία, τῆς δυσσεβείας ἐγύμνωσε τὸν τρισάθλιον. φοβηθεὶς γὰρ ὅμως τὴν δυναστείαν, ἐπὶ πλεῖστον ἐκρύψε τὴν ἀσέβειαν. διαφερόντως γὰρ ἐδεδίει τοὺς τρόπαιον, τὰ τῆς δυσσεβείας εἰσδεδεγμένους μαθήματα. πρῶτον μὲν γὰρ αὐτοῦ ὁ πανσόφημος κωνσταντῖνος, τῆς πατέρας ἐξαπάτης ἐλευθερώσας, ἐξεπαίδευσε τὰ τῆς ἀληθείας μαθήματα. ἔπειτα οἱ ἐκείνου παῖδες, βεβαιότερον ἐν αὐτοῖς τὴν παρὰ ἕ πατρὸς γεγυμνασμένην διδασκαλίαν εἰργάσαντο. εἰ γὰρ καὶ ἕ ὁμοουσίῳ τὸ ῥῆμα βακχηθεὶς ὑπὸ τῶν ἀγόνων αὐτὸν ὁ κωνσάντιος ἐπροσίετο, τὴν γε τότε διάνοιαν ἀκραιφνῶς ὡμολόγει· γνήσιον γὰρ υἱὸν καὶ τῶν αἰώνων ἐκ πατρὸς γεγεννημένον, τὸν θεῖον λόγον ὠνόμαζε, καὶ τὰς κλίσμα λέγοντολμῶντας, ἀνίκρυς ἀπεκήρυττε. τὴν δὲ τῶν εἰδώλων παντελῶς ἀπηγόρευε θεραπείαν. ἐρῶ δὲ αὖτε καὶ ἕτερον ἀξιέπαινον, ἱκανὸν τεκμηριῶσαι τὴν περὶ τὰ θεῖα σπουδήν, ἐν γὰρ δὴ τῷ πρὸς μαγνεν-

τιον πολέμῳ ἅπασαν σωαλίσας τὴν ϛρατιὰν μεταλαχεῖν ἁπάντας τῆ θείων σωεβάλθσε μυϛηρίων. ἀεὶ μὲν ἄδηλον εἶναι λέγων τὸ βιῶ τὸ τέλος, ἐγ' ἥκιϛα ἢ ἐν πολέμῳ. μυρίων ἐκαλέρωθεν ἀφιεμένων καὶ βελῶν ϛπελῶν ϛ δοράτων, καὶ μὲν δὴ καὶ ξιφῶν καὶ κοπίδων ἀϛραπτομένων καὶ τῶν ἄλλων ὀργάνων, δι' ὧν ὁ βίαιος ἐπάγεται θάνατος. ἔ δὴ ἕνεκα, χρὴ ἕκαϛον τὴν ἀξιόλογον ἐκείνῃ ἔχειν ϛολὴν, ἧς ὅτι μάλιϛα ἐν ἐκείνῳ πῷ βίῳ δέομεθα. εἰ δέ τις τήνδε λαβεῖν τὴν ἀμπεχόνην ἀναβάλλεται, νῦν ἐνθένδε ἀπάρας οἴκαδε ἀπίτω. ἀμυήτοις γὰρ συμπολεμεῖν οὐκ ἀνέξομαι.

A tium, convocatis omnibus copiis, hortatus est milites, ut Divini Baptismi sacramenta universi susciperent: semper quidem incertum esse dicens exitum vitæ, sed in bello maxime; ubi tot undiq; telorum, jaculorum, hastarumque millia conjiciantur; gladii præterea ac secures & innumera alia instrumentorum genera præsentem mortem minentur. Quocirca unumquemque pretiosam illam stolam induere debere, quâ maxime in futura illa vita opus habemus. Quod si quis, inquit, hanc vestem nunc differt accipere, hinc discedens revertatur domum. Non enim commilitones habere velim, qui non sint sacris initiati.

Κεφ. δ'.

Περὶ τῆς ἐπανόδου τῶν ἐπισκόπων.

Ταῦτα ἰουλιανὸς σαφῶς ἐπεσήμηνε, τὸ δυσσεβὲς τῆς ψυχῆς ἐκ φανεροῦ εἰχεν. εἰς ἔννοιαν δ' ἀπάντων ἐφελκόμενος, καὶ ὅθεν τὸ κωνσανλίου τῶν ἐκκλησιῶν ἐξελαθέντας ἐπισκόπους καὶ τὰς ἐσχαλιὰς τῆς οἰκεμένης οἰκεῖνας, εἰς τὰς οἰκείας ἐπανελθεῖν ἐκκλησίας ϖροσέταξε. τοῦτο δὴ ἐν τῷ νόμῳ τεθέντος, εἰς μὲν τὴν ἀντιόχειαν ἐπανῆλθεν ὁ θεῖος μελέτιος. εἰς δὲ τὴν ἀλεξάνδρειαν ὁ πολυθύμητος ἀθανάσιος. εὐσέβιος δὲ καὶ ἱλάριος ὁ ἐκ τῆς ἰταλίας, καὶ λυκίφερ ὁ σαρδὼ τὴν νῆσον ποιμαίνων λαχών, ἐν τῇ θηβαΐων τῇ ϖρὸς αἰγύπτου διῆγον. ἐκεῖ γὰρ αὐτοὺς ὁ κωνσάντιος ἐξωρμήκισεν. ἔτοι σὺν τοῖς ἄλλοις ὁμόφροσι καὶ ταὐτὸν φρονοῦσι, χριϛιανὰς ἐκκλησίας ἔλεγον εἰς μίαν σωαγαγεῖν συμφωνίαν. οὐ γὰρ μόνον αὐτοὺς οἱ τἀναντία φρονοῦντες ἐπολιόρκουν, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ ϖρὸς ἑαυτοὺς ἐϛασίαζον. καὶ γὰρ ἐν ἀντιοχείᾳ, διχῇ τὸ ὑγιαῖνον σῶμα τῆς ἐκκλησίας διῄρητο. οἵτε γὰρ ἐξ ἀρχῆς εὐσταθίου χάριν ϛ παυσαμένου ἄλλων ἀποχειρισθέντες, καθ' ἑαυτοὺς σωηθροίζοντο. οἱ δὲ μετὰ μελετίου ϛ θαυμασίου ϛ ἀρειανικῆς συμμορίας χωρισθέντες, ἐν τῇ καλουμένῃ παλαιᾷ τὰς λειτουργίας ἐπετέλουν τὰς θείας. καὶ ὧδε μὲν τούτων κἀκείνων μία ἡ ὁμολογία τῆς πίϛεως. ἑκάτερον γὰρ σύνημα, τῆς ἐπισθείσης ἐν νικαίᾳ διδασκαλίας ὑπερεμάχετο. μόνη δ' αὐτοὺς ἔρις ἀπ' ἀλλήλων διῆϛη, καὶ ἡ ϖρὸς τοὺς ἡγουμένους διάθεσις.

B

C

D

Cap. IV.

De reditu Episcoporum.

Hæc cùm probe nosset Julianus, impietatem animi sui haudquaquam in apertum proferebat. Atq; ut omnium benevolentiam sibi conciliaret, Episcopos qui à Constantio Ecclesiis suis pulsi, & in ultimas orbis Romani provincias relegati fuerant, ad suas sedes redire jussit. Quâ lege promulgatâ, divinus Meletius Antiochiam, & celeberrimus Athanasius Alexandriam reversi sunt. Hilarius verò & Eusebius ab Italia, & Lucifer Episcopus insulæ Sardiniæ, in Thebaide Ægypti provincia degebant. Illuc enim Constantius eos deportaverat. Hi cum aliis quibusdam ejusdem confessionis ac fidei in unum congregati, Ecclesias ad pristinam concordiam & unitatem revocandas esse dixerunt. Non enim solum oppugnabantur ab iis qui contrariam fidei doctrinam profitebantur: sed ipsæ quoq; inter se Ecclesiæ dissidebant. Etenim Antiochiæ, sanum Ecclesiæ corpus duas in partes divisum erat. Nam & ii qui celeberrimi illius Eustathii caulâ sese ab aliis jam pridem abjunxerant, seorsum collectas agebant. Et illi qui unà cum admirabili Meletio ab Ariana factione seipsos segregaverant, in Palæa quam vocant, divina mysteria celebrabant. Horum tamen ac priorum illorum una eademque erat fidei confessio. Utriq; enim pro doctrina fidei quæ Nicææ fuerat exposita, propugnabant. Sola eos contentio & erga Præsules suos benevolentia, à se invicem divellebat. Ac

ne alterius quidem morte sedata est discordia. Nam cùm ante ordinationem Meletii mortuus esset Eustathius, & pietatis cultores post exilium Meletii & ordinationem Euzoii, sese ab impiorum consortio subduxissent, & separatos conventus haberent, adduci non potuerunt Eustathiani, ut illis sese adjungerent. Hujus igitur concordiæ reparandæ viam ac rationem Eusebius tunc & Lucifer requirebant. Et Eusebius quidem oravit Luciferum, ut Alexandriam peteret, & cum magno Athanasio ea de re communicaret. Ipse vero, redintegrandæ concordiæ curam ac laborem suscepit.

A οὐδὲ γὰρ θατέρου τελευτὴ διέλυσε τὴν διάστασιν. πρὸ γὰρ τῆς μελετίου χειροτονίας εὐσταθίου τετελευτηκότος, καὶ τῶν τῆς εὐσεβείας ἀντεχομένων μετὰ τὴν μελετίου μὴν ἐξορίαν, εὐζωΐου δὲ χειροτονίαν, τῆς τῶν δυσσεβούντων κοινωνίας ἀποκριθέντων, καὶ καθ' ἑαυτοὺς συναθροιζομένων, συναφθῆναι τούτοις οὐ ἀπ' εὐσταθίου τὴν ἐπωνυμίαν ἔχοντες οὐκ ἐπείσθησαν. τῆς δὲ τῆς συναφείας ὁ περὶ τὸν εὐσέβιον καὶ λουκίφερα πόρον ἐπεζήτουν εὑρεῖν. καὶ λουκίφερα μὴν ὁ εὐσέβιος τὴν ἀλεξάνδρειαν ἠξίου καταλαβεῖν, καὶ ἀθανασίῳ τῷ μεγάλῳ περὶ τούτου κοινώσασθαι, αὐτὸς δέ γε τὸν περὶ συμβάσεως ἤθελεν ἀναδέξασθαι πόνον.

B

Cap. V.

De ordinatione Paulini.

Verum Lucifer, Alexandriam quidem proficisci noluit: Antiochiam vero se contulit. Ubi cùm multos ultro citroque sermones utrisq; fecisset de concordia, & Eustathianos sibi contradicentes videret, quorum dux erat Paulinus presbyter, illum ipsis, secus quam fieri oportuit, Episcopum ordinavit. Ea res dissensionem illam diuturniorem effecit. Quinq; enim & octoginta annos permansit, usque ad Episcopatum Alexandri, viri omni laude dignissimi. Qui cùm Antiochensis Ecclesiæ gubernacula suscepisset, adhibitis omnibus machinis, omnique opera ac studio ad reparandam concordiam collato, distracta Ecclesiæ membra reliquo corpori adunavit. Tunc vero Lucifer, cùm dissidium auxisset, Antiochiæ prolixo tempore commoratus est. Porro Eusebius cùm venisset Antiochiam, cernens malum ex prava curatione prope insanabile effectum esse, in Occidentis partes navigavit. Lucifer vero in Sardiniam reversus, Ecclesiasticæ doctrinæ nova quædam dogmata adjecit. Quæ qui amplexi sunt, ex ejus nomine cognomentum sumpsere. Luciferiani enim diu appellati sunt. Verum hoc quoque dogma extinctum, & oblivioni traditum est. Atque hæc quidem post reditum Episcoporum ab exilio contigére.

Κεφ. ε'.

Περὶ τῆς παυλίνου χειροτονίας.

Ἀλλ' ὁ λουκίφερ, εἰς μὴν τὴν ἀλεξάνδρειαν οὐκ ἀφίκετο. τὴν ἀντιόχου δὲ πόλιν κατέλαβε. πολλοὺς δὲ περὶ συμβάσεως λόγους καὶ τούτοις κἀκείνοις προσενεγκὼν, εἶτα ἰδὼν ἀντιλέγοντας οὗτος τῆς εὐσταθίου συμμορίας· ἡγεῖτο δὲ ταύτης παυλῖνος πρεσβύτερος ὤν· ἐχειροτόνησεν αὐτοῖς, οὐκ εὖ γε ποιῶν, τὸν παυλῖνον ἐπίσκοπον. τοῦτο τὴν διάστασιν ἐκείνην μακροτέραν εἰργάσατο. πέντε γὰρ καὶ ὀγδοήκοντα διέμεινεν ἔτη, μέχρι τῆς ἀλεξάνδρου τοῦ πάσης εὐφημίας ἀξίου προεδρίας. ὃς τῆς ἀντιοχέων ἐκκλησίας ἐγχειρισθεὶς τὰ πηδάλια, πάντα πόρον κινήσας, καὶ πᾶσαν ὑπὲρ τῆς ὁμονοίας εἰσενέγκας σπουδήν τε καὶ προθυμίαν, τὸ κεχωρισμένον μέλος τῷ λοιπῷ τῆς ἐκκλησίας συνήρμοσε σώματι. τότε δὲ τὴν διάστασιν ὁ λουκίφερ αὐξήσας, πλεῖστον ἐν ἀντιοχείᾳ διέτριψε χρόνον. ὁ δέ γε εὐσέβιος εἰς τὴν ἀντιόχειαν ἀφικόμενος, καὶ γνοὺς ἐκ τῆς οὐκ ἀγαθῆς ἰατρείας δυσίατον τὸ πάθος γεγενημένον, εἰς τὴν ἑσπέραν ἀπέπλευσεν. ὁ δὲ λυκίφερ εἰς τὴν σαρδὼ παραγενόμενος, ἕτερα τινὰ τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς προστέθεικε δόγμασιν. οἱ δὲ ταῦτα καταδεξάμενοι, ἐκ τῆς τούτου προσηγορίας καὶ τὴν ἐπωνυμίαν εἰλήφασι. λουκιφεριανοὶ γὰρ ἐπὶ πλεῖστον ὠνομάζοντο χρόνον. ἀπέσβη δὲ καὶ τοῦτο τὸ δόγμα, καὶ παρεδόθη τῇ λήθῃ. ταῦτα μὲν οὖν μετὰ τὴν ἐπάνοδον τῶν ἐπισκόπων ἐγένετο.

C

D

Κεφ.

A

Κεφ. ε'.

Ὅτι φιλανθρωπίαν χρώμενος ἀλλὰ φθόνῳ βαλόμενος, φορυνας τὰς εὐσεβεῖς ἐκ ἀνῆρει.

Ἰουλιανὸς ὁ τὴν οἰκείαν ἀσέβειαν ἐκκαλύψας, αἱ πόλεις πάσας ἐνεπλήσθησαν. ἀναθαρρήσαντες γὰρ οἱ τῇ τῶν εἰδώλων πλάνῃ δεδεδωκότες, ἀνέῳξαν μὲν αὖθις τῶν εἰδώλων σηκούς· τὰς δὲ μυστικὰς ἐκείνας καὶ λήθης ἀξίας τελετὰς ἐπετέλουν. καὶ ἦν μὲν τὸ ἐπιθύμιον πῦρ· τὸν δὲ γλυκὺν τῶν αἱμάτων καὶ θυμάτων μιαίνοντες, ἐμόλυνον κνίσῃ καὶ καπνῷ τὸν ἀέρα. B ὑπὸ δὲ τῶν θεραπευομένων δαιμόνων βακχευόμενοι δαιμόνων, λυττῶντες καὶ κορυβαντιῶντες τὰς αἰγυιὰς ἐθεώρουν· βωμολοχίαις τε καὶ κωμῳδίαις καὶ τῶν αἰσχρῶν ἐχρῶντο, καὶ λοιδορίας τε καὶ πομπείας οὐδὲν εἶδον ἀπόν. οἱ δὲ τῆς δυσσεβείας θιασῶται, φέρειν τὰς τούτων μὴ δυνάμενοι βλασφημίας, ἀνελοιδόρουν καὶ τῷ τῶν ἐκείνων πεσεύοντι διήλεγχον πλάνῳ. χαλεπαίνοντες δὲ οἱ τῆς ἀσεβείας ἐργάται, καὶ θρασύτητος ἐφόδιον ἔχοντες τὸν ἀπὸ τοῦ κρατοῦντος αὐτοῖς προσκρουομένῳ παρρησίαν, πληγὰς αὐτοῖς ἀνηκέστους ἐπέφερον. ὁ γὰρ C πανμίαρος βασιλεὺς, δέον αἰδεῖσθαι τῶν ἀρχομένων εἰρήνην, αὐτὸς αὖθις διήμυνε καὶ ἀλλήλων ἐξέμηνε. πρεσβύτας γὰρ τοὺς τῶν θρασυτέρων καὶ τῶν ἐπιεικεστέρων τολμώμενα καὶ τὰς πολιτικὰς καὶ στρατιωτικὰς ἀρχὰς, τοῖς ὠμοτάτοις καὶ δυσσεβεστάτοις ἐπίστευεν. οἱ προφανῶς μὲν ὕβριν τὴν τῆς δυσσεβείας ἐρασὰς οὐκ ἠνάγκαζον. πᾶν δὲ εἶδον αὐτοῖς ἐπελίθευσαν ἀτιμίας. ἀφείλετο γὰρ καὶ τὰ γέρα, τὰ παρὰ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου τοῖς ἱερωμένοις δο- D θέντα.

Cap. VI.

Quomodo Julianus Christianos aperte occidere noluit, non clementiâ ergà illos, sed invidiâ motus.

Cæterum cùm Julianus impietatem suam detexisset, civitates seditionibus repletæ sunt. Nam qui simulachrorum cultui addicti erant, statim resumptâ fiduciâ, Deorum templa reserare, & impura illa & perpetuâ oblivione delenda mysteria peragere cœperunt. Et ignem quidem in aris accendebant: humum vero hostiarum sanguine polluentes, fumo ac nidore cœlum inquinabant. Quin etiam à dæmonibus quos colebant agitati, Corybantum more furentes per plateas cursitabant; scurrilibus jocis & dicteriis sanctos homines incessentes, nullumque genus convicii ac probri, quo eos traducerent, omittentes. Pietatis autem cultores, cùm istorum maledicentiam ferre non possent, ipsi vicissim convicia regerebant, & errorem quem illi sequebantur, redarguebant. Quam rem ægre ferentes impietatis opifices, & licentiam sibi ab Imperatore concessam audaciæ suæ subsidium nacti, gravissima eis verbera intulerunt. Namque Imperator scelestissimus, qui subditorum paci consulere debuerat, ipse potius populos in se mutuo incitabat. Dissimulabat enim scelera quæ homines audacissimi adversus modestissimos perpetrabant. Civiles quoq; ac militares magistratus crudelissimo cuique & impiissimo mandabat. Hi studiosos veræ pietatis, palam quidem sacrificare minime cogebant: sed omni infamiæ genere eos atterebant. Ablata sunt etiam munera ac privilegia, quæ Constantinus Magnus clericis attribuerat.

Κεφ. ζ.

Ὅπόσα καὶ ποῖα κατὰ τῶν χριστιανῶν ἐτόλμησαν Ἕλληνες, παρ' ἀπέλαυσιν ἐξουσίαν.

Ὁποῖα δὲ οἱ τῇ τῶν εἰδώλων ἀπάτῃ προσδεδεμένοι καὶ ἐκείνου ἐτόλμησαν τὸν καιρὸν, πάμπολλα μέν ἐστι καὶ συγγραφῆς ἰδίας δέομενα. ἐγὼ δὲ ὀλίγα ἐκ πολλῶν διηγήσομαι. ἐν Ἀσκάλωνι μὲν γὰρ καὶ ἐν Γάζῃ, πόλεσι δὲ αὗται Παλαιστίνης, ἀνδρῶν ἱερωσύνης ἠξιωμένων καὶ γυναικῶν διὰ βίου τὴν παρθενίαν ἐπηγγελμέ-

Cap. VII.

Quot & quanta Pagani adversus Christianos ausi sint, à Juliano licentiam nacti.

Ea porro quæ homines simulachrorum errore obstricti, per id tempus perpetrarunt, sunt quidem numero plurima, & peculiare opus desiderantia: pauca tamen ex multis narrabo. Etenim Ascalone & Gazæ, quæ urbes sunt Palæstinæ, virorum sacerdotii honore præditorum, & mulierum quæ perpetuam virginitatem professæ fuerant,

R

ventres dissecuerunt; & hordeo postea completos, porcis vorandos præbuerunt. Sebastæ vero, quæ ipsa urbs est ejusdem provinciæ, Joannis Baptistæ arcam aperuerunt, & ossibus igne consumptis, cineres hac & illac disperserunt. Scelus autem in Phœnice ab illis admissum, quis absque lachrymis narrare possit? Heliopoli quæ est ad Libanum, quidam erat diaconus, Cyrillus nomine. Is Constantini temporibus, Divini amoris æstu inflammatus, multa simulachra quæ illic religiose colebantur contriverat. Cujus facinoris memores nefarii homines, non solùm eum interfecerunt; sed ventre ejus dissecto, jecur quoque illius degustarunt. Sed tamen justitiæ oculum universa contuentem latere minime potuerunt: immo pœnas dederunt dignas tanto facinore. Quotquot enim hujus piaculi participes fuerant, primùm quidem spoliati sunt dentibus, qui universi simul ipsis exciderunt: postea vero linguas quoque amisere, quæ putredine consumptæ, ipsæ quoque diffluxerunt. Postremo oculis etiam orbati sunt, & quanta vis esset religionis, calamitatibus suis prædicarunt. Porro Emesæ, quæ urbs est contermina, Ecclesiam quæ recens ædificata fuerat, Baccho Gunidi consecrarunt, simulachro ejus ridiculo & androgyno in ea collocato. Dorostoli præterea, quæ urbs est Thraciæ non ignobilis, Æmilianus invictus Christi athleta, à Capitolino totius Thraciæ Præside in rogum conjectus est. Marci vero Arethusiorum Episcopi tragica calamitas, Æschylī ac Sophoclis grandiloquentiam desiderat, ut pro dignitate cruciatus illius exponi possint. Nam cùm ille Constantii temporibus, destructo idolorum templo, Ecclesiam ædificasset, Arethusii intellecto Juliani concilio atq; proposito, odium quo adversus Marcum flagrabant, in apertum protulerunt. At ille, primùm quidem, juxta præceptum Evangelii, fugere conatus est. Postea vero, cùm didicisset quosdam ex suis vice ipsius comprehensos esse, reversus semetipsum cruentis civibus tradidit. Illi vero comprehensum hominē, nec ut senem miserati sunt, nec ut virtutis cultorem reveriti; sed virum & vitæ sanctitate & doctrina excellentem, primū quidem nudatum verberibus cædunt, totū ejus corp⁹ flagris lacerantes. Post in fœtidas cloacas conjiciūt, atq; inde extra-

A νων ἀναῤῥήξαντες τὰς γαστέρας, εἶτα κριθῶν ἐμπλήσαντες, πρὸς βοράν. ἐν Σεβάστῃ δ', ἣ καὶ αὕτη εἰς τὸ προφῃμένον ἔθνος τελεῖ, ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ τὴν θήκην ἀνέῳξαν, ὀστᾶ τε παρέδοσαν τὰ ὁσιᾶ, καὶ τὴν κόνιν ἐσκέδασαν. τὸ δ' ἐν Φοινίκῃ τολμηθὲν μύσος πῶς ἄν τις ἀδακρυεὶ διηγήσαιτο; ἐν ἡλιουπόλει γάρ τῇ πρὸς τῷ λιβάνῳ, κύριλλός τις διάκονος ἦν. ἔστι δὲ ἐν τῇ κωνσταντίνου βασιλείᾳ ζήλῳ πυρπολούμενος θείῳ, πολλὰ τῶν ἐκεῖ προσκυνουμένων εἰδώλων συνέτριψε. ταύτης μεμνημένοι τῆς πράξεως οἱ δυσώνυμοι, οὐ μόνον αὐτὸν ἀνεῖλον ἀλλὰ καὶ τὴν μητέρα τεμόντες, καὶ ἥπαρ ἀπεγεύσαντο· τὸν μέντοι πάντα ἐφορῶντα ὀφθαλμὸν οὐ διέλαθον, ἀλλ' ἔδοσαν δίκας ἐτολμήσαντο δίκας. ὅσοι γὰρ τῆς ἐκείνου μύσους μετέλαχον, ἐστερήθησαν μὲν τῶν ὀδόντων πάντων καὶ ταῦτον ἐκπεπωκότων ἐστερήθησαν καὶ γλωττῶν. διέρρυσαν γὰρ καὶ αὗται σηπεδόνι προϊεμεναι· ἀφῃρέθησαν δὲ καὶ τοῦ βλέπειν, καὶ διὰ τῶν παθημάτων ἐκήρυττον τὴν δυσσεβείας τοῦ δράκοντος δύναμιν. ἐν ἐμέσῃ δὲ τῇ ὁμωρῴ πόλει, διονύσῳ τῷ γυνοῦτι τῷ νεοδμήτου ἀφιέρωσαν ἐκκλησίαν, τὸ καταγέλαστον καὶ ἀνδρόγυνον ἐν αὐτῇ ἱδρύσαντες ἄγαλμα. ἐν δοροστόλῳ· πόλις δ' αὕτη τῆς θρᾴκης ἐπίσημος· αἰμιλιανὸς ὁ νικηφόρος ἀγωνιστὴς, ὑπὸ καπιτωλίνου τῆς θρᾴκης ἁπάσης ἄρχοντος παρεδόθη πυρᾷ. τὸ δὲ γε μάρκου τοῦ ἀρεθουσίων ἐπισκόπου δρᾶμα, τῆς αἰσχύλου καὶ σοφοκλέους μεγαληγορίας δεῖται, ἵν' ἀξίως τὰ ἐκείνου πραγωδήσωσι πάθη· ἐπεδὴ γὰρ ἔστι ἐν τοῖς κωνσταντίνου καιροῖς εἰδωλικὸν πᾶν καταλύσας σηκὸν, ἐκκλησίαν ἐδείματο, τὸν ἰουλιανοῦ μεμαθηκότες ἀρεθούσιοι σκοπὸν, ἐγύμνωσαν τὴν δυσμένειαν. ὁ δ', πρῶτον μὲν ἀποδρᾶναι καλῶ τὸν διαγγελικὸν ἐπείθετο νόμον. ἐπεδὴ δ' ἔγνω τοὺς ὑπ' αὐτὸν αὖθις αὖτε σωτειλῆσθαι τινὰς, ἐπανῆκε τε καὶ ἑαυτὸν τοῖς μιαιφόνοις ἐξέδωκεν. οἱ δὲ λαβόντες, ἔτε ὠκείραν ὡς πρεσβύτην, ἔτε ᾐδέσθησαν ὡς ἀρετῆς φρουρὸν ἐόντα. ἀλλὰ καὶ βίῳ καὶ λόγῳ τὸν ἄνδρα κοσμούμενον, πρῶτον μὲν ἠκίσαντο, τὸ σῶμα γυμνώσαντες, καὶ τοῖς μέλεσιν ἅπασιν ἐπιθέντες τὰς μάσιγας. εἶτα εἰς ὑπονόμους δυσώδεις ἐμβαλόντες, κἀκεῖθεν ἀναγα-

γόντες, τῷ πλήθει τῶν μεθηλίκων παρέδοσαν, ἀφειδῶς αὐτὸν καταχεῖν ταῖς γραφίσι κελεύσαντες, καὶ ὑπὸ ταῦτα εἰς γύρα θέντα ἐμβαλόντες. καὶ γάρῳ καὶ μέλιτι χείσαντες, ὑπαίθριον ἐώρησαν ἐν θέρει ἀκμῇ, σφῆκας ὁμοῦ καὶ μελίσσας εἰς θοίνην προσκαλούμενοι. ταῦτα ὁ ἔδρων, δυοῖν θάτερον ἀναγκάζοντες, ἢ τὸν σηκὸν τὸν καταλυθέντα δομήσασθαι, ἢ τῷ τῆς οἰκοδομίας ἐκλῦσαι δαπάνην. ὁ δὲ, τῶν μὲν χαλεπῶν ἐκείνων ἠνείχετο παθημάτων, δρᾶσαι δὲ τῶν προσταττομένων οὐδὲν ἐπηγγέλλετο. ἐκεῖνοι δὲ διὰ πενίαν αὐτὸν μὴ παρέχειν ὑπολαμβάνοντες τὰ χρήματα, τὰ μὲν ἡμίσεα τῶν προταθέντων ἀφῆκαν, τὰ ἄλλα δὲ ἐκέλευσαν ἐκτίνειν. ὁ δὲ ἐξηρημένος, καὶ ὑπό τε τῶν γραφίδων κεντούμενος, ὑπό τε τῶν σφηκῶν καὶ τῶν μελιττῶν ἐσθιόμενος, οὐ μόνον οὐκ ἐδήλου τὰς ἀλγηδόνας· ἀλλὰ καὶ ἐπεγέλα τοῖς ἀνοσίοις, κἀλεγεν αὐτοῖς μὴ εἶναι χαμαιζήλους καὶ ὀλιγοδεεῖς ἑαυτὸν δὲ ὑψηλὸν καὶ μεγαλόφρονα. τέλος δὲ, βραχύ τι μόριον χρημάτων ἐξήτησαν. ὁ δὲ, ἴσον εἰς ἀσέβειαν ἔφη, τὸ ὁβολὸν γεῦσαι ἕνα δοῦναι, τῷ πάντα δοῦναι. ὅτως ἡττηθέντες ἀπέλυσαν, ὑπεραγαθέντες τὴν καρτερίαν, καὶ διὰ τῶν ἐναντίων εἰς τἀναντία μεταβεβηκότες. διὰ γὰρ τῆς ἐκείνου γλώττης μεμαθήκασι τὴν εὐσέβειαν.

A atum, adolescentum multitudini tradunt, hortantes ut stylis suis eum configerent. Post hæc reticulo inclusum, & garo ac melle inunctum, æstu ardentissimo sublimem suspenderunt sub dio, vespas & apes ad eum fugendum invitantes. Atque hæc ab illis fiebant, ut duorum alterum præstare eum cogerent, templum scilicet destructum instaurare, aut sumptus ad instaurandum suppeditare. Verum ille, gravissimos quidem cruciatus constanter tulit, nihil tamen eorum quæ ipsi proponebantur facturum se promisit. Tunc vero Arethusii, cùm existimarent illum ob egestatem pecunias non offerre; dimidia B parte ejus summæ quam petierant remissa, reliquum solvere illum jusserunt. At ille suspensus, & partim stylis compunctus, partim à vespis & apibus depastus, non modo significationem doloris nullam dabat, sed impios etiam deridebat: & illos quidem humiles atque in terram depressos esse ajebat; se vero sublimem atque excelsum. Ad extremum Arethusii, exiguam admodum pecuniam ab eo flagitarunt. At ille, vel unum obolum dare, ejusdem impietatis esse respondit ac summam integram præstare. Hoc modo superati eum dimiserunt, patientiam ejus ma- C gnopere mirantes, & per contraria in contrarium versi. Nam ex ejus ore Christianam religionem postea didicerunt.

Κεφ. η'.

Τίνα κατὰ χριστιανῶν ἐνομοθέτησεν.

Καὶ ἕτερα δὲ μυρία πανταχοῦ γῆς καὶ θαλάττης, καθ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ὑπὸ τῶν δυσσεβῶν κατὰ τῶν εὐσεβῶν ἐτολμήθη. καὶ δὴ προφανῶς λοιπὸν ὁ θεομισὴς καὶ τῆς εὐσεβείας ἐνομοθέτει. Καὶ πρῶτον μὲν ἀπηγόρευσε τῶν D γαλιλαίων εὖ παῖδας, ὅτω δὲ τὸ σωτῆρος ἡμῶν εὖ θιασώτας ὠνόμαζε, ποιητικῶν καὶ ἐγκυκλίων καὶ φιλοσόφων μεταλαγχάνειν λόγων. τοῖς οἰκείοις γάρ, φησι, πτερυξὶ κατὰ τὴν παροιμίαν βαλλόμεθα. ἐκ δὲ τῶν ἡμετέρων συγγραμμάτων καθοπλιζόμενοι, τὸν καθ' ἡμῶν ἀναδέχονται πόλεμον. μετὰ τοῦτον, ἕτερον τεθεικε νόμον, εὖ γαλιλαίους κελεύων τῆς στρατείας ἐξελαύνεσθαι.

Cap. VIII.

Quas adversus Christianos leges tulerit Julianus.

Alia præterea innumera per idem tempus, ab impiis hominibus adversus pietatis cultores, terra marique perpetrata sunt. Jam tum enim Deo infestus Tyrannus, palam adversus pietatem leges ferre cœperat. Ac primo D quidem vetuit, ne Galilæorum filii: sic enim Christianos vocabat: Poëticæ & Rhetoricæ ac Philosophiæ studiis erudirentur. Nostris enim, ajebat, pennis ut est in vetere proverbio, configimur. Quippe nostrorum scriptorum armis instructi, bellum contra nos gerunt. Post hæc aliam legem tulit, quâ Galilæos jubebat militiâ expelli.

A

Cap. IX.

De relegatione & fuga magni Athanasii.

EODEM tempore Athanasius, quinquertio quidam in cunctis pro veritate certaminibus invictus, aliud rursus discrimen subiit. Nam dæmones cùm efficaciam linguæ & precationum Athanasii ferre non possent, ministros suos ad maledicta in eum congerenda incitarunt. Ac multa quidem in eum dixerunt, poscentes ab impietatis patrono, ut Athanasium urbe expelleret: Inter cætera vero hoc adjecerunt; Si Athanasius remanserit, nullum Gentilem esse remansurum: illum enim cunctos ad suas partes brevi traducturum. His supplicationibus admissis, Julianus Athanasium non modo pelli jussit, verum etiam morte mulctari. Ea re conterritis Christianæ religionis sectatoribus prædixisse fertur, motum illum brevi cessaturum. Nubem enim esse dixit, quæ celerrime dissolveretur. Subduxit se tamen, cùm eos qui contra ipsum missi fuerant, advenisse jam comperisset, nactusque in ripa fluminis navigium, subvectus est in Thebaidem. Is vero cui cædes Athanasii mandata fuerat, auditâ ejus fugâ, quantocyus eum persequi cœpit. Quem præveniens quidam ex familiaribus Athanasii, cùm festinare illum nuntiasset, nonnulli ex comitibus orabant, ut in solitudinem deflecteret. Ipse vero gubernatori præcepit, ut navigium recta Alexandriam dirigeret. Sic igitur cùm contra persecutorem ipsum navigarent, occurrit is qui mandatum cædis acceperat; & quantum inde abesset Athanasius, scisciatur. Ille haud procul abesse eum respondit: eoque dimisso Alexandriam profectus, reliquo tempore Imperii Juliani, ibi delituit.

B C D

Κεφ. θ'.

Περὶ τῆς ἐξορίας τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου καὶ φυγῆς.

ΚΑΤὰ τοῦτον τὸν χρόνον Ἀθανάσιος πάλιν ὁ πένταθλος τῆς ἀληθείας ἀγωνιστὴς, ἕτερον ὑπέμενε κίνδυνον. οὐκ ἐνεγκόντες γὰρ οἱ δαίμονες τῆς Ἀθανασίου γλώττης καὶ προσευχῆς τὴν ἰσχὺν, οὐ οἰκείους ὑπουργοὺς εἰς τὰς κατ' ἐκείνου λοιδορίας παρώπλισαν. καὶ πολλὰς μὲν καὶ ἄλλας ἀφῆκαν φωνὰς, ἀνιχνεύσαντες τὸν προστάτην τῆς ἀσεβείας ἐξελάσαι τὸν Ἀθανάσιον. προσέθηκαν δὲ καὶ τοιοῦτον· εἰ Ἀθανάσιος μείνοι, οὐδεὶς ἕλλην μενεῖ· ἅπαντας γὰρ εἰς τὸν οἰκεῖον μεταστήσαγεν. ταῦτας Ἰουλιανὸς τὰς ἱκετείας δεξάμενος, οὐκ ἐξελαθῆναι μόνον προσέταξεν, ἀλλὰ καὶ ἀναιρεθῆναι τὸν Ἀθανάσιον. τῷ δὲ θειασωτῶν ὀρρωδήσαντι, προφρονέστερον λέγειν τὴν ταχείαν ἔθορύβει καταλύσιν. νέφος γὰρ αὐτὸν προηγόρευε διαλυόμενον ὅπου τάχιστα. ὑπεχώρησε δὲ ὅμως, ἐλπιδεύσας τοὺς ἀπεσταλμένους μεμαθηκώς· καὶ πορθμεῖον εὑρὼν εὐθὺς τὸν ὀχετὸν ἔπλευσε, τὴν Θηβαίων χώραν ἀνήγετο. ὁ δὲ ἀνελεῖν αὐτὸν προσταξάμενος, πυθόμενος τὴν φυγὴν, καταλαμβάνειν ἐσπούδαζεν. ἕτερός τις τῶν γνωρίμων προσηγόρευε δὲ αὐτὸν εἰρηκότος, πῆ μὴν τῶν σωζόντων τὴν ἔρημον ἐκκλίνειν ἐκέλευον. αὐτὸς δὲ, τῷ κυβερνήτῃ τὴν τοῦ Ἀλεξάνδρου ἰθύνειν τὸ πορθμεῖον ἐκέλευεν. ὕπου δὴ αὐτῶν καταπικρύτειν διώκοντες φερομένων, ἤκουσεν ὅτι θανάτου τὰς ἐπιβολὰς δεδεγμένος, καὶ πόσον ἀφέστηκεν ὁ Ἀθανάσιος, ἤρετο. ὁ δὲ σχεδὸν τοῦτον εἶπεν, ἐκεῖνον μὲν ἀπέπεμψεν. αὐτὸς δὲ τὴν Ἀλεξάνδρειαν κατέλαβε, καὶ τὸ λειπόμενον τῆς Ἰουλιανοῦ βιοτῆς αὐθὶ διέλαθεν.

Cap. X.

De Apolline Daphnæo, & de sancto Babyla.

JULIANUS vero cùm bellum Persis inferre vellet, ad cuncta quæ in orbe Romano erant, oracula fidissimos ex subditis suis misit. Ipse Apollini Pythio qui apud Daphnem colebatur, supplicavit, ut futura sibi ostenderet. Respondit Apollo, cadavera mortuorum in proximo collocata obstare vaticiniis: ea prius transferenda esse alium in locum; se deinde responsa

Κεφ. ι'.

Τὰ κατὰ τὸν Ἀπόλλωνα τὸν ἐν Δάφνῃ καὶ τὸν ἅγιον Βαβύλαν.

Ἰουλιανὸς δὲ Πέρσαις πολεμῆσαι βουλόμενος, εἰς ἅπαντα μὲν τὰ κατὰ τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν χρηστήρια σὺν σπουδῇ τοῖς ὑπηκόοις ἐξέπεμψεν. αὐτὸς δὲ, τὸν πύθιον τὸν ἐν Δάφνῃ ἱκέτευε, δηλῶσαι οἱ τὰ ἐσόμενα. ὁ δὲ, οὐ γὰρ ἐδύνατο νεκροὺς ἔφη ἐμποδὼν γίνεσθαι τῇ μαντείᾳ, καὶ χρῆναι πρότερον εἰς ἕτερον μεταβῆναι χωρίον, εἶθ' ὕστερον ἀπαγ-

γείλαι τῷ παῤῥησίᾳ· ἃ γὰρ ἂν εἴποιμι τὰ, μὴ
καθαρθέντος. Καὶ ἐκεῖνον ὃ
τὸν καιρὸν αὐτοῦ κατέκειτο καλλινίκου μάρ-
τυρος Βαβύλα καὶ τῶν συναθλησάντων αὐτῷ
μαθητῶν τὰ λείψανα· καὶ δῆλος ἦν ὁ ψευ-
δόμαντις, ὡς τῆς ἐκείνου χάριτος τῆς Χρι-
στοῦ ψευδολογίας εἱργόμενος. τοῦτο δὴ καὶ
Ἰουλιανὸς ᾔδει. ἐπιγνοὺς παλαιᾶς εὐσεβείας
γνώρισμα τῶν μαρτύρων τὴν δύναμιν. ἄλλο μὲν
ἐκεῖθεν οὐδὲν νεκρὸν μετεκόμισε σῶμα. μόνον
δὲ τῶν νικηφόρων μαρτύρων τὰ λείψανα, τοῖς
ἐκ χειρὸς θιασώταις μετενεγκεῖν παρηγγύησεν.
οἱ δὲ ἁσμένως τὸ ἅγιον καταλαβόντες, καὶ δὴ
ζεύγους τεθέντος τῷ λάρνακα, πανδημεὶ
ταύτης ἡγοῦντο, χορεύοντες καὶ τῷ δαυϊτικὴν
ᾄδοντες μελῳδίαν, καὶ καθ' ἕκαστον κῶλον ἐπι-
φθεγγόμενοι· αἰσχυνθήτωσαν πάντες οἱ προσ-
κυνοῦντες τοῖς γλυπτοῖς. ἦσαν γὰρ δαίμονος
μετάβασιν, τὸ μάρτυρος τῷ μεθίστασιν.

Κεφ. ια'.

Περὶ Θεοδώρου τοῦ ὁμολογητοῦ.

Ἰουλιανὸς δὲ τὴν ἐντεῦθεν αὖθις προσγλυ-
μένην αἰσχύνην οὐκ ἐνεγκών, τῇ ὑστεραίᾳ
τοὺς τῆς χορείας ἐκείνης ἡγεμόνας συλληφθῆ-
ναι προσέταξε. Σαλούστιος δὲ ὕπαρχος ὢν τό-
τε καιρὸν, καίτοι τῇ δυσσεβείᾳ δουλεύων, πεί-
σαι τὸν τύραννον ἐπεφράσθη, δόξης ἐφιεμένοις
τοῖς χριστιανοῖς μὴ παραχθῆναι τὸ προθύμενον.
ἰδὼν δὲ ὅμως τὸν βασιλέα ἐγκρατῆ ὀργῆς
καὶ θυμοῦ μὴ δυνάμενον, νέον τινὰ ζήλῳ θείῳ
κοσμούμενον βαδίζοντα κατὰ τὴν ἀγορὰν ἁρ-
πάσας, καὶ δημοσίᾳ τοῦτον ἐπὶ ξύλου κρε-
μάσας, ἱμάσι μὲν τὰ νῶτα καθέξανεν, ὀνυξὶ
δὲ διώρυξε τὰς πλευράς· καὶ τοῦτο ποιῶν διε-
λεσεν, ἕωθεν ἀρξάμενος, μέχρι λυγόσης ἡ-
μέρας. εἶτα αὖτις τὰ σιδήρεα δεσμὰ περι-
θεὶς, φυλαχθῆναι προσέταξε. ταῦτα ἕω-
θεν τὸν Ἰουλιανὸν διδάξας, καὶ δι' ὀνείρου τὴν καρ-
τερίαν ἀπαγγείλας, ἑαυτῶν μὴν ἥσσαν εἶναι, τῶν
δὲ χριστιανῶν δύναμιν ἐλεγξιφανῆ γινόμενα· ἔτω
πάθοις ὁ θεομισὴς, ταῦτα παθεῖν ἑτέρους οὐκ
εἴασε. καὶ μέντοι καὶ τὸν Θεόδωρον ἐκέλευσε
τῆς εἱρκτῆς ἀφεθῆναι. τοῦτο γὰρ ἦν ὄνομα τῷ
νέῳ ἐκείνῳ καὶ γενναίῳ τῆς ἀληθείας ἀγωνιστῇ.

A daturum. Nihil enim se dicturum esse, templo minime repurgato. Erant enim tunc temporis in eo loco depositæ, invictissimi martyris Babylæ, & adolescentum, qui cum eo occisi fuerant, reliquiæ. Satisque apparebat, falsum vatem martyris illius virtute, à consueta oraculorum vanitate prohiberi. Quod cùm ipse quoque Julianus probe nosset: ex pristina enim religione quam professus fuerat, perspectam habebat martyrum potentiam: aliud quidem cadaver nullum inde transtulit: solas vero invictissimorum martyrum reliquias, à Christianæ religionis
B cultoribus exportari jussit. Hi alacri animo ad locum venientes, arcam carpento quod à bigis trahebatur, imposuerunt: eamque catervatim præcedentes, cum tripudio in urbem duxere, Davidicos hymnos canentes, & singulis versibus hanc clausulam addentes: Confundantur omnes qui adorant sculptilia. Martyris enim translationem, devictionem esse dæmonis existimabant.

Cap. XI.

De Theodoro Confessore.

C Julianus vero ignominiam ex ea re sibi illatam non ferens, postero die duces illius pompæ comprehendi jubet. Tunc Salustius qui per id tempus Præfectus erat prætorii; quamvis simulachrorum cultui mancipatus, tyranno persuadere conatus est, ne Christianos, qui martyrii gloriam ambibant, compotes voti sui redderet. Sed cùm videret Imperatorem iram suam comprimere non posse, adolescentem quendam Divino zelo præditum qui per forum incedebat, corripi jussit. Cumq; eum coram omni multitudine equuleo imposuisset, tergum ejus loris lacerari,
D & latera ungulis fodi præcepit. Atque hoc à prima luce usque ad vesperam facere perseveravit. Post hæc ferreis vinculis constrictum custodiæ tradidit. Postridie mane cùm rem ad Julianum retulisset, & adolescentis constantiam narrasset, ipsis quidem cladem atq; ignominiam, Christianis vero gloriam hæc afferre adjecit. His permotus hostis ille Dei, alios similiter cruciari vetuit. Quin etiam Theodorum ex carcere dimitti jussit, hoc enim nomine adolescens ille & strenuus veritatis athleta vocabatur. Eun-

postea nonnulli interrogarunt, utrum doloris aliquid sensisset, dum tam acerba & crudelia tormenta pateretur. Quibus ille respondit, initio quidem se nonnihil doloris persensisse: postea vero apparuisse sibi quendam, qui molli ac frigido linteo sudorem vultus assidue abstergeret, & bono animo esse juberet. Atque idcirco cùm cessassent carnifices, non gavisum se esse dixit, sed potius doluisse. Eodem enim tempore abscessisse etiam illum, qui ipsi solatium præbebat. Porro falsiloquus dæmon, martyris quidem gloriam auxit; suum vero patefecit mendacium. Etenim fulmen cœlitus missum, universum fanum combussit, ipsumq; Apollinis Pythii simulachrum in pulverem minutissimum redegit. Erat enim ex ligno, sed auro exterius obductum. Quod cùm Julianus Juliani Imperatoris Avunculus, qui tum Comes erat Orientis, noctu accepisset, contento cursu Daphnen perrexit, opitulari studens Deo, qui ab ipsis colebatur. Sed ubi vidit Deum suum in favillam redactum, ædituos tormentis subjecit, incendium illud à quopiam Christiano excitatum fuisse suspicans. At illi quamvis torquerentur, adduci tamē non potuerunt, ut falsum quidpiam dicerent. Ignem enim non subtus exortum esse, sed supernè cœpisse ajebant. Adventantes etiam è vicinis agris rustici testabantur, fulmen cœlitus irruens à se conspectum esse.

τοῦτον ἤρώτων τινές, εἰ τὸ ὀδύνης ἐπήσθετο τὰς πικρὰς ἐκείνας καὶ ὠμοτάτας τιτρωμένας βασάνους. ὁ δὲ ἔφη, τὸ μὲν ἀρχὴν ὀλίγης ἀλγηδόνος αἰσθέσθαι. εἶτα ἐπιφανῆναί τινα, ὃς τὸν μαλακῆ τε καὶ ψυχρᾷ σινδόνι τὸν ἱδρῶτα σμηχόμενον τὸν ἰδρῶτα, καὶ παρεγγυῶντα θαρρεῖν· διὰτοι τοῦτο τῶν δημίων παυσαμένων, οὐχ ἡσθῆναι, ἀλλὰ ἀνιαθῆναι ἔφη· σωματοσῆναι γὰρ ἔφη καὶ τὸν τοῦ ψυχαγωγίαν πρόσφορα. ὁ δὲ ψευδόμανις δαίμων, δόξαν μὲν μάρτυρος τὸ κλέος ἐπηύξησε, τὸ δὲ οἰκεῖον ἐγύμνωσε ψεῦδος. σκηπτὸς γὰρ οὐρανόθεν καταπεμφθεὶς, τὸν σηκὸν ἐνέπρησεν ἅπαντα, καὶ αὐτὸ τοῦτο τὸ ξόανον ἄγαλμα κόνιν λεπτοτάτην ἀπέφηνε. ξύλινον γὰρ ἦν, ἔξωθεν δὲ ἠλήλιπτο χρυσῷ. τοῦτο ἰουλιανὸς ὁ ἰουλιανοῦ θείου νύκτωρ μαθὼν, τῆς ἑῴας ὑπάρχων, καὶ τάχος ἐλαύνων τὴν Δάφνην κατέλαβεν, ἐπικρήσας ἀπροσδόκητος τῷ παρ' αὐτῶν προσκυνουμένῳ θεῷ. ἰδὼν δὲ τὸν καλούμενον θεὸν, κόνιν γεγονότα, σὺν νεωκόροις ἠκίζετο, καὶ χρυσᾶ τινὸς τὸν ἐμπρησμὸν γεγονέναι τοπάζων. οἱ δὲ, καὶ αἰκιζόμενοι φαναί τι ψευδὲς ἠδύναντο. τὸν γὰρ ἐμπρησμὸν ἔλεγον ἐκ κάτωθεν, ἀλλ' ἄνωθεν λαβεῖν τὴν ἀρχήν. καὶ τῶν πλησιοχώρων δὲ ἀγροίκων τινὲς ἀφικόμενοι, ἔφασαν οὐρανόθεν τὸν πῦρ ἐνεγκάμενον τεθεᾶσθαι.

Cap. XII.

De sacris vasis fisco vindicatis: & de annona adempta.

Verum impii, quamvis hæc ita esse compertum haberent, nihilominus contra hujus universi moderatorem Deum insurrexerunt. Nam & sacra vasa in publicum ærarium inferri Tyrannus præcepit: & majoris Ecclesiæ quam Constantinus ædificaverat, foribus obseratis, aditum eis intercludit qui illic congregari solebant. Eam autem Ecclesiam obtinebant eo tempore Ariani. Porrò unà cum Juliano Orientis Comite in Ecclesiam ingressi sunt, Felix Comes sacrarum largitionum, & Elpidius privatarum Principis opum ac possessionum curam gerens, quem Romani Comitem privatarum vocare solent. Ajunt autem Felicem & Elpidium, cùm Christiani essent,

Κεφ. ιβ'.

Περὶ τῆς δημεύσεως τῶν ἱερῶν κειμηλίων, καὶ τῆς ἐπιτριτείων ἀφαιρέσεως.

Ἀλλὰ καὶ ταῦτα οὕτω γεγονότα μεμαθηκότες δυσσεβεῖς, καὶ θεὸν τῶν ὅλων ὠπλίζοντο. καὶ τὰ τερὰ σκεύη τοῖς βασιλικοῖς ταμείοις ὁ τύραννος προσθήναι προσέταξε. καὶ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, ἣν κωνσταντῖνος ἐδείματο, καθηλώσας τὰς θύρας, ἄβατον τοῖς εἰς αὐτὴν ἀθροιζομένοις ἀπέφηνεν. ἡ δὲ τῆς ἀρείας συμμορείας ταύτην τηνικαῦτα καλεῖτο. ἰουλιανῷ δὲ ἑπόμενοι τῷ ἑῴας ὑπάρχῳ συνῆλθον εἰς τὸν θεῖον νεών, φήλιξ μὲν ταμίας ὢν τῶν βασιλικῶν θησαυρῶν· ἐπίδιος δὲ τῶν ἰδίων τοῦ βασιλέως χρημάτων τε καὶ κτημάτων τὴν οἰκονομίαν πεπιστευμένος. κόμητα δὲ πριβάτων τὸν τοιοῦτον προσαγορεύειν εἰώθασι ῥωμαῖοι. καὶ τὸν φήλικα δὲ καὶ τὸν ἐλπίδιον φασὶ χριστιανοὺς

ὄντας ἀποστῆναι τῆς εὐσεβείας, χαριζομένους τῷ δυσσεβεῖ βασιλεῖ. ὁ μὲν οὖν Ἰουλιανός, ἔργον μὲν τῆς ἱερᾶς τραπέζης ἀπέκρινε. τὸν μὲν οὖν Ζωΐου σφραγῖδα κωλύσαι, καὶ τῆς κόρρης ἐπάταξε. φάναι δέ, λέγει ὡς ἔρημα τὰ τῶν χριστιανῶν τῆς θείας ὑπαρχόντα προνοίας. ὁ δὲ φίλιξ τῶν ἱερῶν σκευῶν τὴν πολυτέλειαν θεασάμενος. κωνσαυλῖνα δὲ καὶ κωνσάντιος φιλοτίμως ταῦτα κατεσκευάσαν. ἰδὲ, ἔφη, ἐν ποίοις σκεύεσιν ὑπηρετεῖται ὁ μαρίας υἱός.

A essent, in gratiam impii Principis à vera pietate desciviſſe. Et Julianus quidem, ſacram menſam perminxiſſe dicitur. Cumque Euzoius id facinus prohibere vellet, colaphum ei inflixit. Adjecit etiam, Chriſtianorum res Divinâ providentiâ deſtitutas eſſe. Felix vero ſacrorum vaſorum magnificentiam conſpicatus: Conſtantinus enim & Conſtantius ambitioſe fabricari ea juſſerant: Ecce, inquit, quibus vaſis Mariæ Filio miniſtratur.

Κεφ. ιγ'.

Τὰ κατὰ Ἰουλιανὸν τὸν θεῖον τοῦ βασιλέως, καὶ τοὺς ἄλλους ἀσεβεῖς.

Ἀλλὰ τῶν δυσσεβῶν τούτων καὶ μανικῶν τολμημάτων ἐκ εἰς μακρὰν ἔπεσαν δίκας. Ἰουλιανὸς μὲν γὰρ παχυλίκα νόσῳ χαλεπῇ περιπεσών, ὑπὸ σηπεδόνος διεφθάρη τὰ ἔγκατα· καὶ τὴν κόπρον ἐκέπ διὰ τῶν ἀποκριτικῶν μορίων παρέπεμπεν, ἀλλὰ τὸ μυσαρὸν σόμα τοῦ βλασφημίας γλῶσσον ὄργανον, ἀποκρίσεως κόπρου ἐγκύου μόριον. Φασὶ δὲ αὐτοῦ τὴν γυναῖκα πίστει λαμπρυνομένην, ταῦτα φάναι πρὸς τὸν ὁμόζυγον· ὑμνεῖν ὦ ἄνερ τὸν Σωτῆρα χριστὸν προσῆκε, ὅτι σοι διὰ τῆς παιδείας, τὴν οἰκείαν ὑπέδειξε δύναμιν· οὐδὲ γὰρ ἂν ἔγνως τίς ὁ σὰρξ σοὶ πολεμούμενος, εἰ τῇ σωφρονικῇ μακροθυμίᾳ χρησάμενος, ταύτας σοὶ τὰς θηλάτους πληγὰς ἐκ ἐπήγαγε. ἐκ τῶν δὲ τῶν λόγων καὶ τῶν ἐπικειμένων παθῶν, συνεὶς τὴν νόσον τῷ αἰτίαν ὁ θεῖναι, ἀποδοῦναι τῷ ἐκκλησίαν τὸν βασιλέα ἐκέτευσε τοῖς ταύτης ἐσερημένοις. ἀλλ' ὅτε ἐκεῖνον ἔπεσε, καὶ αὐτὸς βίᾳ τὸ τέλος ἐδέξατο. ὁ μὲν φίλιξ ἀξαπίνης θηλάτων καὶ αὐτὸς δεξάμενος μάστιγα, αἷμα πανημέριόν τε καὶ παννύχιον ἐκ τοῦ σόματος ἔφερε, τῶν ἀγγείων τοῦ σώματος παντα-χόθεν εἰς τοῦτο συρρεόντων τὸ μόριον· ὕτω μὲν παντὸς, ἀπανηθὲν τοῦ αἵματος, ἀπέσβη, καὶ αὐτὸς, καὶ τῷ αἰωνίῳ παρεπέμφθη θανάτῳ. ἕτοι μὲν οὖν τῆς δυσσεβείας ταύτας ἔπεσαν δίκας.

Cap. XIII.

De vindicta Dei in Julianum Imperatoris avunculum, & alios impios.

B

Verum iſti, horum impiorum atq; inſanorum facinorum illico pœnas dederunt. Nam Julianus confeſtim graviſſimo morbo correptus eſt, ita ut inteſtina ejus putredine conſumerentur: nec per ſolitos meatus ſtercus egereret, ſed impurum os quod blaſphemiæ inſtrumentum fuerat, excrementis alvi meatum præberet. Ejus autem conjux, fide ac religione inſignis femina, maritum his verbis allocuta eſſe dicitur: Chriſtum Servatorem laudare debes, mi vir, qui hujusmodi caſtigaCtione ſuam tibi potentiam declaraverit. Neſcires enim quis ſit contra quem pugnabas, ſi ſolitâ uſus patientiâ, has tibi plagas divinitus infligere noluiſſet. Ex his verbis & ex dolorum quibus premebatur magnitudine, cùm cauſam morbi ſui miſer intellexiſſet, Imperatorem rogavit, ut Eccleſiam iis quibus adempta fuerat, reſtitueret. Sed neque Imperatori perſuaſit, & ipſe protinus ex hac luce ſublatus eſt. Felix vero, ipſe quoque divino flagello repente percuſſus, ſanguinem diu noctuque per os emiſit, omnibus undique venis in eam corporis partem confluentibus. D Sic univerſo ſanguine effuſo, ipſe quoque extinctus eſt & morti æternæ traditus. Atque hi quidem impietatis ſuæ ejusmodi pœnas dederunt.

Κεφ. ιδ'.

Περὶ τοῦ υἱοῦ τοῦ ἱερέως.

Νέος δέ τις υἱὸς ἱερέως ἐν δυσσεβείᾳ τραφείς, καὶ ἐκεῖνον τὸν καιρὸν εἰς τὸν ψευσεβῶν μέλεσι χορόν. γυνὴ γάρ τις ἔμπλεως ἐν

Cap. XIV.

De filio Sacerdotis.

Per idem tempus adoleſcens quidã filius Flaminis, in falſa religione educatus, Chriſtianorũ corpori ſeſe adjunxit. Mulier quædam inſigni pietate,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

& diaconatus dignitate prædita, matri A hujus familiaris erat. Hæc illum unà eum matre venientem: erat enim adhuc adolescentulus, benivole amplectebatur, & ad pietatem cohortabatur. Mortua interim matre, adolescens nihilo secius invisebat mulierem, & consuetâ ejus institutione fruebatur. Cumque ejus consilia firmiter amplexus esset, rogavit magistram, quo tandem modo paternam superstitionem effugere, & veritatis quam illa prædicabat, compos fieri posset. Cui illa, patrem fugiendum esse respondit, eiq; B præponendum creatorem tam ipsius, quam patris: migrandum præterea in aliam urbem, in qua latere possit, & impii Principis manus evadere. Ipsa vero id sibi curæ fore pollicebatur. Tum adolescens: Veniam igitur ad te deinceps, inquit, & animam meam tibi committam. Paucis post diebus Julianus publicum epulum celebraturus, Daphnen venit. Unâ cum illo venit etiam adolescentis pater, quippe qui & flamen esset, & Imperatorem assectari solitus. Erat autem cum patre tum iste, de quo loquimur, adolescens, tum ejus frater. Ambo quippe erant æditui, Imperatoris cibos aqua lustrali C aspergere soliti. Septem diebus apud Daphnen festum agi mos est. Primo igitur die, cùm iste juxta Imperatoris adstans stibadium, cibos solenniter adsperssisset & scelere compleviset, confestim Antiochiam pertexit. Et ad eximiam profectus mulierem: Ego quidē, inquit, adsum, nec fidem datam fefelli. Tu vero saluti & animæ & corporis mei consule, & præsta quod promisisti. Tum illa protinus consurgens, adolescentem deducit ad virum Dei Meletium. Ille juvenem aliquandiu manere jussit in superiore domus cœnaculo. At pater filium suum quærens, Daphnē D circumire cœpit. Reversusque in urbem vicos omnes & compita perambulabat, oculos quoquoversus conjiciens ejus investigandi causâ. Postquam vero ad eum locum venit in quo domicilium erat divini Meletii, sublatis oculis videt illum per cancellos prospicientem. Statimque ingressus, corripuit eum atque abduxit: & domum reductum, primum quidem multis verberibus cecidit. Deinde candentibus veruculis manus ejus ac pedes & dorsū inussit. Postremo cùm eum in cubiculo inclusisset, clausiris exterius additis

ἀλαβεία. καὶ δὲ τῆς διακονίας ἠξιωμένη χαρίσματος, ξυνήθης ἦν τῷ τότε μητρὸς. αὐτὴ τὸν μὲν τῆς μητρὸς ἀφιωμένον, ἔτι δὲ μειρακύλλιον ὄν, πατρίζειν τε καὶ πρὸς εὐσέβειαν εἰσεκαλεῖτο. καὶ τῆς μητρὸς τελευτησάσης ἀφικνεῖτο πρὸς ταύτην ὁ νέος, καὶ τῆς ξυνήθους διδασκαλίας ἀπήλαυε. παγίως τε τὰς συμβουλὰς ἐδεξάμενος, ἤρετο τὴν διδάσκαλον, πῖς ἂν γένοιτο πόρος δι' οὗ δυναίατο καὶ τὴν τοῦ πατρὸς δεισιδαιμονίαν φυγεῖν, καὶ τῆς παρ' αὐτῆς κηρυττομένης ἀληθείας μεταλαχεῖν. ἡ δὲ λέγει χρῆναι τὸν πατέρα φυγεῖν, καὶ προαιρεῖσθαι τὸν αὐτῷ κἀκείνῳ δημιουργὸν, καὶ πόλιν ἑτέραν καταλαβεῖν ἐν ἣ λαθεῖν δυνατὸν καὶ διαδρᾶναι τὰς ἀσεβοῦς βασιλέως τὰς χεῖρας. ὑπισχνεῖτο δὲ ταῦτα προνοήσειν αὐτῇ. ἀτὰρ, ἔφη ὁ νέος, ἥξω λαβών, καὶ τῷ ἐμαυτὸν σοὶ παραδώσω ψυχήν. ὀλίγον δὲ διελθουσῶν ἡμερῶν, ἰουλιανὸς μὲν εἰστία δάφνην δημοθοινίαν ἐπιτελέσων ἀνῆλθε· συνανῆλθε δὲ καὶ ὁ τούτου πατὴρ, ἱερεύς τε ὢν καὶ εἰωθὼς συνεπεσθαι τῷ βασιλεῖ. τῷ δὲ πατρὶ συνῆν καὶ οὗτος. ἦν δὲ ὁ τούτου γε ἀδελφός. νεωκόρω γὰρ ἕπετο, τὰ βασιλέως ἐδέσματα παρεῤῥαίνοντες. ἐπτὰ δὲ ἡμέρας ἐν τῇ δάφνῃ πανηγυρίζειν εἰώθασιν. ἦν δὲ ἡμέρα τῇ πρώτῃ παρασκευὴ οὖσα τῇ βασιλέως σταθμῇ, καὶ τὰ ὄψα καὶ τὸν οἶνον διαῤῥάνας καὶ μύσας ἐμπλήσας, δρόμῳ χρησάμενος, τὴν ἀνιόχειαν καταλαβὼν πρὸς τὴν θαυμασίαν ἐκείνην ἀφικόμενος ἄνδρωπον, ἐγὼ μὲν ἥκω, ἔφη, μὴ ψευσάμενος τὴν ὑποσχεσιν. σὺ δὲ ζωῆς καὶ ἑαυτοῦ καὶ ἐμῆς ἐπιμελήθητι, καὶ τὴν ἐπαγγελίαν ἐκπλήρωσον. παῦλα δὴ ἦν ἐκείνη διανασᾶσα, πρὸς τὸν τοῦ θεοῦ ἄνδρωπον μελέτιον τὸν νέον ἀπήγαγον. ὁ δὲ τέως αὐτὸν ἄνω διάγειν ἐν τῷ καταγωγίῳ προσέταξεν. ὁ δὲ πατὴρ τὸν παῖδα ἐπιζητῶν, τήν τε δάφνην περιιὼν καὶ εἰς τοὰς ἀφικόμενος, περιῄει τὰς ἀγυιὰς καὶ τὰς συνωπάς, πάντοσε περιάγων τὼ ὀφθαλμὼ, καὶ τοῦτο ἀνιχνεύσαι ποθῶν. ἐπειδὴ δὲ καθ' ἑκεῖνο τὸ χωρίον ἐγένετο ἔνθα τὸ καταγώγιον ὁ θεῖος εἶχε μελέτιος, ἀναβλέψας εἶδεν ἐκεῖνον ἀπὸ θριφάκτου διακύπτοντα καὶ δραμὼν, εἱλκυσέ τε καὶ ἦγαγε. καὶ εἰς τὴν οἰκίαν ἀπαγαγὼν, πρῶτον μὲν αὐτῷ μάστιξι παμπόλλοις ἐπήγαγε· εἶτα δὲ λίσκοις πυρακτώσας, καὶ ταῖς χερσὶ καὶ τοῖς ποσὶ καὶ τοῖς νώτοις ἐπέθηκεν. ἔπειτα καθείρξας ἐν τῷ θαλάμῳ καὶ κλεῖθρα ἔξωθεν ἐπιθεὶς, εἰς τὴν δάφνην

δάφνην ἀνῆλθε. ταῦτα ἐγὼ τοῦ ἀνδρὸς πρεσβύτου ἤδη γεγονότος, διηγουμένου ἀκήκοα. προστέθεικε δὲ καὶ ταῦτα, ὡς ἔνθους γινόμενος καὶ θείας χάριτος ἐμπλησθεὶς, συνέτριψε μὲν ἅπαντα τὰ τοῦ πατρὸς εἴδωλα. ἐκωμῴδει δὲ αὐτῶν τὴν ἀσθένειαν. ὕστερον δὲ εἰς νοῦν λαβὼν ὅπερ ἔδρασεν, ἔδεισέ τε τὴν τοῦ πατρὸς παρουσίαν, καὶ τὸν δεσπότην χριστὸν ἠντιβόλησε νεῦσαι, καὶ συντρίψαι τὰ κλεῖθρα καὶ τὰς θύρας ἀναπετάσαι. σοῦ γὰρ δὴ ἕνεκα, ἔφη, ταῦτα πέπονθά τε καὶ δέδρακα. ταῦτά μου, ἔφη, λέγοντος, ἐξέπεσε μὲν τὰ κλεῖθρα, ἀνεῴχθησαν δὲ αἱ θύραι· ἐγὼ δὲ πάλιν πρὸς τὴν διδάσκαλον ἔδραμον. ἡ δὲ σχῆμά μοι γυναικὸς περιθεῖσα. καὶ σὺν αὐτῇ γε εἰς τὴν καμάραν καθίσασα, τῷ θείῳ με πάλιν μελετίῳ προσήγαγεν. ὁ δὲ τῷ τῶν ἱεροσολύμων με παρέδωκεν ἐπισκόπῳ κύριλλος δὲ τηνικαῦτα ἦν. καὶ οὕτω νύκτωρ εἰς τὴν παλαιστίνην ὡρμήσαμεν. μετὰ δὲ τὴν ἰουλιανοῦ τελευτὴν, καὶ τὸν πατέρα ἑαυτῇ πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἐποδήγησε. καὶ τοῦτο γὰρ ἡμᾶς μετὰ τῶν ἄλλων ἐδίδαξε. τοῦτον μὲν δὴ τὸν τρόπον οὗτοι πρὸς θεογνωσίαν ποδηγηθέντες, τῆς σωτηρίας μετέλαχον.

A Daphnen rediit. Hæc ego illum jam senem narrantem audivi. Qui hæc etiam adjiciebat, se divino numine afflatum, & cœlesti repletum gratia, patris simulachra omnia contrivisse, & infirmitatem eorum derisisse. Postea vero cùm facinus suum ipse consideraret, patris reditum expavisse; & orasse Christum Dominum, ut opem sibi ferre vellet, & contritis claustris fores aperiret. Tuâ enim causâ, ajebat, hæc pertuli, hæc feci. Hæc cùm dicerem, inquit, subito ceciderunt claustra, & fores apertæ sunt. Tum ego rursus ad magistram cucurri: Illa vero, cùm me muliebri veste induisset & in basterna collocasset, rursus ad divinum Meletium me adduxit. Ille Hierosolymorum me tradidit Episcopo, qui tunc Cyrillus vocabatur. Atque ita noctu in Palæstinam profecti sumus. Cæterum post obitum Imperatoris Juliani, iste patrem quoq; suum ad veram religionem perduxit. Nam & hoc inter alia nobis narravit. Hoc modo isti ad Dei cognitionem adducti, salutem consecuti sunt.

B

Κεφ. ιε'.

Περὶ ἰουβεντίνου καὶ μαξίμου τῶν ῥωμαίων.

Ἰουλιανὸς δὲ παῤῥησιαίτερον, μᾶλλον δὲ ἀναιδέστερον, κατὰ τῆς εὐσεβείας ὡπλίζετο, τὸ μὲν τῆς ἐπιεικίας περικείμενος προσωπεῖον, πάγας δὲ κατασκευάζων καὶ θήρατρα, πρὸς τὸν τῆς ἀσεβείας ὄλεθρον τοὺς ἐξαπατωμένους ἀγρεύοντα. πρῶτον μὲν γὰρ τὰς ἐν τῷ ἄστει καὶ τὰς ἐν δάφνῃ πηγὰς ταῖς μυσαραῖς θυσίαις ἐμόλυνεν, ἵν' ἕκαστος ἀπολαύων τοῦ νάματος μεταλαγχάνῃ τοῦ μύσους. ἔπειτα δὲ καὶ τὰ κατὰ τὴν ἀγορὰν προκείμενα, τοῦ μιάσματος ἐνεπίμπλα· περιερραίνοντο γὰρ καὶ ἄρτοι καὶ κρέα, καὶ ὀπῶραι καὶ λάχανα, καὶ ὅσα ἄλλα ἐδώδιμα. ταῦτα ὁρῶντες, οἱ τῆς τοῦ σεσωκότος προσηγορίας τετυχηκότες, ἔστενον μὲν καὶ ὠλοφύροντο βδελυττόμενοι τὰ γινόμενα· μετελάμβανον δὲ ὅμως, ἀποστολικῷ πειθόμενοι νόμῳ. πᾶν γάρ, φησι, τὸ ἐν μακέλλῳ πωλούμενον ἐσθίετε, μηδὲν ἀνακρίνοντες διὰ τὴν συνείδησιν. δύο δέ τινες ἐν στρατείᾳ διαπρέποντες· ἀσπιδηφόροι γὰρ ἦσαν καὶ βασιλέως πεζέτεροι. ἔν τινι συμποσίῳ θερμότερον τῶν γιγνομένων τὸ μῦσος ἐθρήνησαν, καὶ τοῖς θαυμασίοις τῶν ἐν βαβυλῶνι διαπρεψάντων

C

Cap. XV.

De Juventino & Maximo Romanis.

Julianus vero liberiùs, seu potiùs majore cum impudentia, pietatem oppugnabat: speciem quidem clementiæ præferens, sed revera laqueos tendens & retia, quæ deceptos homines in impietatis exitium traherent. Nam primum quidem fontes, tum qui in urbe, tum qui in suburbano Daphnensi erant, abominandis sacrificiis inquinavit; ut quicunque aquam gustassent, communione sceleris inficerentur. Deinde cuncta quæ in foro venalia erant, similiter contaminavit. Panes enim & carnes; olera item ac poma; cuncta denique cibaria lustrali aqua adspergebantur. Quæ cùm viderent Christiani, gemebant ipsi quidem ac lamentabantur, talia abominantes. Edebant tamen obtemperantes legi Apostolicæ ita dicenti: Omne quod in macello venundatur comedite; nihil interrogantes propter conscientiam. Forte duo quidam honoratioris militiæ gradu prædicti: erant enim scutarii & stipatores Imperatoris: quodam in convivio abominanda hæc scelera aliquanto vehementius deploraverant, & puerorum qui olim Babylone inclaruerunt verba admi-

D

HIs verbis delectatus Imperator, B deinceps tractare cœpit de salute reipublicæ, & quo modo exercitum incolumem ex hostili solo posset reducere. Nec vero longa deliberatione ei opus fuit: sed ex pietatis seminibus uberes statim fructus percepit. Extemplo enim Deus providentiam suam ostendit, & præsentem solvit difficultatem. Rex enim Persarum de Imperio Joviani certior factus, legatos ad eum misit, acturos de pace. Cibaria deinde misit militibus, & forum rerum venalium in solitudine eis parari jussit. Triginta igitur annorum pactus inducias Jovianus, salvum atque incolumem ex hostico reduxit exercitum. Porro simul atque fines Imperii sui ingressus est, primam omnium legem tulit, quâ & Episcopos ab exilio reverti jubebat, & Ecclesias iis restitui mandabat, qui Nicænam fidem inviolatam servâssent. Scripsit etiam litteras ad Athanasium, egregium illum Nicænæ fidei defensorem, petens, ut accuratam de Divinis rebus institutionem ad se perscriberet. Hic igitur congregatis Episcopis qui doctrinâ excellere videbantur, rescripsit Joviano, suadens ut fidem Nicææ olim expositam, tanquam Apostolicæ doctrinæ consentientem servaret. Cujus quidem epistolæ exemplum, lectorum utilitati prospiciens, hic apponam.

Κεφ. β'.

Περὶ τῆς ἐπανόδε τ ἁγίε ἀθανασίε.

ΕΠὶ τέτοις ἡδεὶς ὁ βασιλεὺς τοῖς λόγοις, ἐβελεύε λοιπὸν ὡς τ τῶν κοινῶν σωτηρίας, καὶ ὅπως ἐκ τ πολεμίας ἀπήμονα σώσαι τὴν σρατιάν. οὐκ ἐδενὸς δὲ βελευμάτων πολλῶν, ἀλλὰ τῶν τ εὐσεβείας σπερμάτων ἐτεύγησε τὸν καρπόν. παραυίκα γὰρ τὴν οἰκείαν ἔδοξε προμηθίαν ὁτῶν ὅλων θεὸς, καὶ τὴν φαινομένην ἔλυσεν ἀπορίαν. τὴν γὰρ τέτε βασιλείαν ὁ πέρσῶν μεμαθηκὼς βασιλεὺς πρέσβεις ἀπέσειλεν ὑπὲρ εἰρήνης πρεσβευσομένους. εἶτα τροφὰς τοῖς σρατιώταις ἐξέπεμψε, καὶ ἀγορὰν αὐτοῖς ἐν τῇ ἐρήμῳ γωνέσθαι προσέταξε. τριακονθήτες δὲ ἡμέρας σπονδὰς ποιησάμενος ἐρρωμένην τὴν σρατιὰν τ πολεμίας ἐξήγαγε. παραυίκα δὲ τ ὑπ' αὐτὸ βασιλευομένης γῆς Ἰβηρίας, πρῶτον ἔγραψε νόμον κατὰ τ ἐπισκόπους ἐπανελθεῖν ἐκ τῆς ἐξορίας διὰ γορεύσας, καὶ ταῖς ἐκκλησίαις ἀποδοθῆναι παρεγγυήσας τοῖς τὴν ὀρθοκαίαν πίσιν διαλήψεσιν ἀκήρατον. ἐπέσειλε δὲ καὶ πρὸς ἀθανάσιον ἐκεῖνον, ὃς τότων πρόμαχον τῶν δογμάτων γραφῆναι παρὰ πάντων τὴν ἀκριβῆ περὶ θείων διδασκαλίαν. ὃ δὲ, σὺ ἐλλογιμώτερος τῶν ἐπισκόπων ἀγείρας, ἀνέγραψε τὴν ὀρθοκαίαν ὁμολογηθεῖσαν πίσιν φυλάτειν παραλαβὼν τοῖς ἀποσολικοῖς συμβαίνουσαν δόγμασι. ἐνθήσω δὲ καὶ τὴν ἐπισολὴν, τῆς τῶν ἐγκειμένων προμηθείας ὠφελείας.

Cap. III.

Epistola Synodica de fide ad Jovianum Imper. scripta à sancto Athanasio.

RElIGIOSISSIMO & clementissimo, victori Augusto Joviano, Athanasius & reliqui Episcopi, qui venerunt ex persona omnium Episcoporum

Κεφ. γ'.

Ἐπισολὴ συνοδικὴ πρὸς τὸν βασιλέα ἰωβιανὸν γραφεῖσα τῆς πίσεως παρὰ τ ἁγίε ἀθανασίε.

ΤΩ ἐυλαβεσάτῳ καὶ φιλανθρωποτάτῳ καὶ πρὸ πάντων ἐυσεβεῖ βασιλεῖ ἰωβιανῷ, ἀθανάσιος καὶ οἱ λοιποὶ ἐπίσκοποι, οἱ ἐλθόντες ἐκ προσώπε πάντων

των τῶν ἀπὸ τῆς αἰγύπτου καὶ θηβαΐδος καὶ λιβύων ἐπισκόπων. πρέπουσα θεοφιλεῖ βασιλομαθεῖ προαίρεσις καὶ πόθος τῶν οὐρανίων. ἄλως γὰρ ἀληθῶς καὶ τῷ καρδίαν ἔχειν ἐν χειρὶ θεοῦ, καὶ τὴν βασιλείαν μετ' εἰρήνης πολλαῖς ἐτῶν περιόδοις διαπεραίνειν. θελησάσης τοίνυν τῆς σῆς εὐσεβείας μαθεῖν παρ' ἡμῶν τὴν τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας πίστιν, ἠξιώσαμεν οὐ τοῦτο τῷ κυρίῳ, ἐβουλευσάμεθα πάντων μᾶλλον, τὴν περὶ τῶν πατέρων ὁμολογηθεῖσαν ἐν νικαίᾳ πίστιν ὑπομνῆσαι τὴν σὴν θεοσέβειαν. ταύτην γὰρ ἀθετήσαντες τινες, ἡμῖν μὲν ποικίλως ἐπεβούλευσαν. ὅτι μὴ ἐπείθημεν τῇ αἱρετικῇ αὐτῶν αἱρέσει· αὐτοὶ δὲ γεγόνασιν αἱρέσεως καὶ σχισμάτων τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας. ἡ μὲν ἀληθὴς καὶ εὐσεβὴς εἰς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν χριστὸν πίστις, φανερὰ πᾶσι καθέστηκε, καὶ ἐκ τῶν θείων γραφῶν γινωσκομένη τε καὶ ἀναγινωσκομένη. ἐν ταύτῃ γὰρ οἱ ἅγιοι τελειωθέντες ἐμαρτύρησαν, καὶ νῦν ἀναλύσαντες εἰσὶν ἐν κυρίῳ. ἔμενεν δὲ ἀεὶ ἡ πίστις διαπαντὸς ἀβλαβὴς, εἰ μὴ πονηρία τινῶν αἱρετικῶν παραποιήσαι ταύτην ἐτόλμησεν. ἀρειομανῖται γὰρ καὶ οἱ σὺν αὐτῷ, διαφθεῖραι ταύτην καὶ εἰς ἀσέβειαν καὶ ἀνοσιουργίαν ἐπεχείρησαν, φάσκοντες ἐξ οὐκ ὄντων, καὶ κτίσμα καὶ ποίημα, καὶ τρόπον εἶναι τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ. πολλὰς τε ἐν τούτοις ἠπάτησαν· ὥστε καὶ τοὺς δοκοῦντας εἶναί τι, σφαλῆναι αὐτῶν τῇ δυσφημίᾳ. καὶ φθάσαντες μὲν οἱ ἅγιοι πατέρες ἡμῶν, συνελθόντες ὡς προείπομεν ἐν τῇ νικαίᾳ συνόδῳ, τὴν μὲν ἀρειανὴν αἵρεσιν ἀνεθεμάτισαν· τὴν δὲ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας πίστιν ὁμολογήσαν ἐγγράφως ὡς ἑαυτῆς πάντα χρὴ κηρυττομένης, ἀπεδέξαντο· καὶ τὴν ἀναφθεῖσαν αἵρεσιν ἔφυγον τῶν αἱρετικῶν. ἵν' μὲν οὖν πανταχοῦ πᾶσαν ἐκκλησίαν γινωσκομένη τε καὶ κηρυττομένη· ἀλλ' ἐπειδὴ τὴν ἀρειανὴν αἵρεσιν ἀνακαῦσαι βουλόμενοι, πολλοὶ μὲν αὐτὴν τὴν ἐν νικαίᾳ ἔφυγον τῶν πατέρων ὁμολογηθεῖσαν πίστιν τετολμήκασιν ἀθετῆσαι· τινὲς δὲ χειμαλίζονται ὁμολογεῖν αὐτὴν, ταῖς δὲ ἀληθείαις ἀρνοῦνται, παρερμηνεύοντες τὸ ὁμοούσιον, καὶ ὅτοι βλασφημοῦντες τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐν τῷ φάσκειν αὐτὸ, κτίσμα εἶναι καὶ ποίημα διὰ τοῦ υἱοῦ γεγονός· ἀναγκαίως θεωρήσαντες τὴν ἐκ τῆς τοιαύτης βλασφημίας βλάβην γιγνομένην τῶν λαῶν, ἐπιδοῦναι τῇ σῇ εὐσεβείᾳ τὴν ἐν νικαίᾳ

A Ægypti, Thebaidos, ac Libyarum. Digna est religioso Principe cupiditas discendi, & desiderium rerum cœlestium. Ità enim & cor tuum habes in manu Dei, & Imperium multis annorum curriculis pacate gubernaturus es. Quando igitur pietas tua fidem Ecclesiæ catholicæ ex nobis discere voluit, actis eam ob rem Deo gratiis, præ reliquis omnibus eam fidem quæ Nicææ olim à patribus promulgata est, religioni tuæ suggerendam esse decrevimus. Hanc enim quidam cùm repudiassent, nobis quidem variis modis insidiati sunt, propterea quod Arianæ hæresi B haudquaquam assentiremus: in Ecclesiam autem catholicam, hæresin & schismata invexerunt. Ac vera quidem & pia fides in Servatorem nostrum Jesum Christum omnibus manifesta est, quæ ex Divinis scripturis & cognoscitur & legitur. In ista enim fide Sancti martyrio consummati sunt, & nunc in Domino requiescunt. Mansisset autem perpetuò illæsa, nisi hæreticorum quorundam improbitas eam corrumpere ausa esset. Arius enim & sectatores illius eam labefactare, & impietatem in ejus locum introducere studuerunt, asserentes Filium Dei de non exstantibus. C & creaturam ac factum, & mutabilem esse: multosque his sermonibus seduxerunt; ita ut ii quoque qui auctoritatis aliquid habere videbantur, abrepti fuerint illorum blasphemiâ. Ac sanctissimi quidem patres nostri, jamdudum in synodo apud Nicæam, sicut antea diximus, congregati, Arianam hæresin condemnarunt, & Ecclesiæ catholicæ fidem scripto confessi sunt: adeo ut per ejus fidei prædicationē extincta sit hæresis quæ ab hæreticis fuerat excitata. Atque hæc quidem fides passim in singulis Ecclesiis & cognita D & publicata est. Sed quoniam nonnulli Arianam hæresin renovare cupientes, fidem Nicææ à patribus editam repudiare ausi sunt, quidam verò simulant quidem eam se fidem profiteri; revera autem eam negant, vocem consubstantialis perperam interpretantes, iidemque in Spiritum Sanctus blasphemantes, dum eum dicunt creatum esse & factum per Filium: nos damnum considerantes quod ex ejusmodi blasphemia invehitur in populum Dei, fidem Nicææ expositam pietati tuæ offerre necessarium duximus; ut cognoscat religio tua, quantâ cum diligentiâ

fuerit scripta, & quantopere aberrent, A qui aliam fidei doctrinam prædicant. Scias igitur, religiosissime Auguste, hanc esse fidem quæ à sæculo prædicata est: & quam confessi sunt Patres Nicææ congregati; in quam deniq; consentiunt omnes ubique terrarum Ecclesiæ; quæ sunt in Hispania & in Britannia & Galliis: quæ sunt per universam Italiam & Campaniam: quæ sunt in Dalmatia, Dacia, Mœsia, Macedonia, & universa Achaia: item quæ sunt per universam Africam, & in Sardinia & Cypro & Creta: quæ sunt etiam in Pamphylia, Lycia & Isauria: item quæ sunt per universam Ægyptum & Libyam: quæ sunt in Ponto & Cappadocia & vicinis regio B nibus: omnes denique per Orientem Ecclesiæ, paucis exceptis qui Arii opinionem sectantur. Horum enim omnium quos commemoravimus, sententiam experimento ipso cognovimus, & litteras scriptas habemus. Ac licet pauci quidam huic fidei contradicant, scimus tamen religiosissime Auguste, eos orbi terrarum præjudicare non posse. Nam cùm Arianæ hæresis labe jam pridem infecti sint, nunc veritati pertinacius obsistere conantur. Atque ut cognoscat C pietas tua fidem Nicææ à trecentis decem & octo patribus promulgatam, licet eam probe noverit, hîc tamen subjicere curavimus. Est autem ejusmodi; Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, omnium visibilium atque invisibilium Conditorem: & in unum Dominum Jesum Christum Filium Dei: qui genitus est ex Patre unicus, hoc est, ex substantia Patris: qui est Deus ex Deo, lumen ex lumine, Deus verus ex Deo vero: qui genitus est, non factus, qui consubstantialis est Patri: per quem omnia facta sunt, tam quæ in cœlo, quam quæ in terra. Qui propter nos homines & D propter nostram salutem descendit, & incarnatus, homo factus & passus est: qui tertia pòst die resurrexit, & ascendit in cœlum, venturusque est ut vivos judicet ac mortuos. Et in Spiritum Sanctum. Eos autem qui dicunt, fuit tempus cùm non esset; & antequàm gigneretur, non erat; & quod de non existentibus factus sit: aut qui dicunt Filium Dei ex alia esse hypostasi seu substantia, aut creatum, aut conversioni vel mutationi obnoxium esse,

ὁμολογηθεῖσαν πίστιν ἐπιστεύσαμεν, ἵνα γνῷς σὺ ἡ θεοσέβεια, μεθ' ὅσης ἀκριβείας γέγραπται καὶ ὅσον πλανῶνται. ἀλλὰ καὶ οὕτως διδάσκοντες γινώσκει θεοφιλέστατε αὐγουστε, ὅπερ αὐτὴ μὲν ἡ ἐξ αἰῶνος κηρυττομένη ταύτην ὁμολόγησαν ἐν νικαίᾳ συνελθόντες πάλαι, καὶ ταύτῃ σύμψηφοι τυγχάνουσιν πᾶσαι αἱ κατὰ τόπον ἐκκλησίαι, αἵ τε κατὰ τὴν ἱσπανίαν καὶ βρεττανίαν καὶ γαλλίας, καὶ αἱ τῆς ἰταλίας πάσης καὶ καμπανίας, δαλματίας, δακίας τε καὶ μυσίας, μακεδονίας καὶ πάσης ἑλλάδος, καὶ αἱ κατὰ τὴν ἀφρικὴν πᾶσαι, καὶ σαρδανίαν, καὶ κύπρον, καὶ κρήτην, παμφυλίαν τε καὶ λυκίαν, καὶ ἰσαυρίαν, καὶ αἱ κατὰ πάσαν αἰγυπτον καὶ λιβύην, καὶ πόντον καὶ καππαδοκίαν, καὶ τὰ πλησίον μέρη, καὶ αἱ κατὰ ἀνατολὰς ἐκκλησίαι, πάρεξ ὀλίγων τῶν τὰ ἀρεῖα φρονούντων. πάντων γὰρ τῶν προφρημένων, τὴν πεῖραν ἐγνώκαμεν τῷ γνώμῃ καὶ γράμματα ἔχομεν. καὶ οἴδαμεν θεοφιλέστατε αὐγουστε, ὅτι καὶ ὀλίγοι τινὲς ἀντιλέγουσι ταύτῃ τῇ πίστει, ἃ δύναται προκείμενα ποιεῖν πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ. πολλῷ γὰρ χρόνῳ βλαβέντες ὑπὸ τῆς ἀρειανῆς αἱρέσεως, φιλονεικότερον νῦν ἀνθίστανται τῇ εὐσεβείᾳ. καὶ ὑπὲρ τοῦ γνῶναι τὴν σὴν εὐσέβειαν, καίτοι γινώσκουσαν, ὅμως ἐσπουδάσαμεν τῷ ὑπὸ νικαίᾳ πίστιν ὁμολογηθεῖσαν ὑπὸ τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ ἐπισκόπων ὑποτάξαι. ἔστι δὲ αὕτη· Πιστεύομεν εἰς ἕνα θεὸν πατέρα παντοκράτορα, πάντων ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων ποιητήν. καὶ εἰς ἕνα κύριον ἰησοῦν χριστόν, τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, γεννηθέντα ἐκ τοῦ πατρὸς μονογενῆ, τοῦτ' ἔστιν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρός, θεὸν ἐκ θεοῦ, φῶς ἐκ φωτός· θεὸν ἀληθινὸν ἐκ θεοῦ ἀληθινοῦ. γεννηθέντα, οὐ ποιηθέντα, ὁμοούσιον τῷ πατρί· δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, τά τε ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς· τὸν δι' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα, σαρκωθέντα, ἐνανθρωπήσαντα, παθόντα. καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανούς, ἐρχόμενον κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. καὶ εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα. τοὺς δὲ λέγοντας, ὅτι ποτὲ ὅτε οὐκ ἦν, καὶ πρὶν γεννηθῆναι οὐκ ἦν, καὶ ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων ἐγένετο, ἢ ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως ἢ οὐσίας φάσκοντας εἶναι, ἢ κτιστόν, ἢ τρεπτὸν, ἢ ἀλλοιωτὸν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ τού-

ἀναθεματίζει ἡ ἁγία καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία. ταύτην τὴν πίστιν θεοφιλέστατε αὐγουστε ἐπιμένειν ἀναγκαῖον, ὡς θείαν καὶ ἀποστολικήν, καὶ μηδένα μετακινεῖν αὐτῶν τῇ ἀνατολικῇ καὶ λογομαχίαις. ὅπερ ἐποίησαν οἱ ἀπὸ ἀρχῆς Ἀριομανῖται, οἱ τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ λέγοντες, καὶ ὅτι οὐκ ἦν πρὸ τοῦ γεννηθῆναι, καὶ κτιστὸς, καὶ ποιητὸς, καὶ τρεπτός ἐστι. διὰ τοῦτο γάρ, καθὰ προείπομεν, καὶ ἡ ἐν Νικαίᾳ σύνοδος ἀνεθεμάτισε τὴν τοιαύτην αἵρεσιν, τὴν δὲ τῆς ἀληθείας πίστιν ὡμολόγησεν. οὐ γὰρ ἁπλῶς ὅμοιον εἰρήκασι τὸν υἱὸν τῷ πατρὶ, ἵνα μὴ ἁπλῶς ὅμοιον θεοῦ ἀλλ' ἐκ τοῦ θεοῦ θεὸς ἀληθινὸς πιστεύῃ· ἀλλὰ καὶ ὁμοούσιον ἔγραψαν, ὅπερ ἰδίον ἐστὶ γνησίου καὶ ἀληθινοῦ υἱοῦ, οἷος ἀληθινὸς καὶ φύσει πατρός. ἀλλ' οὐδὲ ἀπηλλοτρίωσαν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀπὸ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ. ἀλλὰ μᾶλλον συνεδόξασαν αὐτὸ τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ ἐν τῇ μιᾷ τῆς ἁγίας τριάδος πίστει, διὰ τὸ μίαν εἶναι τὴν ἐν τῇ ἁγίᾳ τριάδι θεότητα.

A anathematizat sancta catholica & Apostolica Ecclesia. In hac fide, Deo charissime Imperator, necessario insistere debemus tanquam sacra & Apostolica. Nec eam ullus argumentis probabilibus aut verborum contentione debet convellere, sicut ab initio fecerunt Ariomanitæ, qui Filium Dei de non extantibus dicunt, & fuisse tempus cùm non esset, eumque creatum & factum esse atque mutabilem. Idcirco enim Nicæna synodus, eam quidem hæresin condemnavit, sicuti antea diximus: fidem autem veritatis exposuit. Neque enim Filium simpliciter & absolute similem dixerunt Patri, ne simpliciter similis Deo, sed ut ex Deo Deus verus credatur. Ad hæc consubstantialem esse scripserunt, quod proprium est naturalis ac veri filii, ex vero ac naturali patre geniti. Sed neque Spiritum Sanctum à Patre & Filio separarunt: quin potius eum unà cum Patre & Filio glorificarunt in una sanctæ Trinitatis fide, eo quod unà sit in sancta Trinitate Divinitas.

B

Κεφ. δ'.

Περὶ τῶν ἀποδοθέντων συντρισίων ταῖς ἐκκλησίαις.

Τούτοις ὁ βασιλεὺς τοῖς γράμμασιν ἐντυχὼν, ἐβεβαίωσεν ἣν εἶχε περὶ τῶν θείων γνῶσιν τε καὶ διάθεσιν. ἕτερον δὲ νόμον ἔγραψε, τοῦ σίτου τὴν σύνταξιν ἀποδοθῆναι ταῖς ἐκκλησίαις κελεύσας, ἣν ὁ μέγας Κωνσταντῖνος ἀπένειμεν. Ἰουλιανὸς γὰρ καὶ τοῦτον ἐκεκωλύκει τὴν χορηγίαν, ἅτε δὴ τὸν κατὰ θεὸν καὶ σωτῆρα ἡμῶν ἀναδεξάμενον πόλεμον. ἐπειδὴ δὲ ὁ ἐκ τῆς ἐκείνου δυσσεβείας ἐπισκήψας λιμὸς ἐπεῖχεν εἰσπράττειν τὰς εἰσφορὰς τῆς κωνσταντίνου σωτηρίου, τὸ τρίτημόριον Ἰωβιανὸς τηνικαῦτα παραχωρηθῆναι προσέταξεν, ὑποσχόμενος τῷ λιμῷ παυσαμένῳ τέλεον ἀπαρχεῖν τὸ σιτηρέσιον.

C

Cap. IV.

De annona Ecclesiis restituta.

Lectis his litteris, Imperator eam quam de rebus Divinis habebat notitiam ac fidem confirmavit. Aliam præterea legem tulit, quâ frumentarium canonem Ecclesiis reddi præcepit, quem Constantinus Magnus iisdem attribuerat. Nam Julianus, utpote qui adversus Deum & Servatorem nostrum bellum susceperisset, hanc quoque præbitionem vetuerat. Quoniam vero fames ob impietatem Juliani exorta, tributariam functionem exigi non sinebat, tertiam partem annonæ Constantinianæ Jovianus tunc præberi jussit. Integrum canonem præbiturum se pollicitus, ubi fames cessasset.

D

Κεφ. ε'.

Περὶ τῆς τοῦ βασιλέως τελευτῆς.

Τοιούτοις νόμοις τὰ τῆς βασιλείας καλλοκομήσας προοίμια, ἀπὸ τῶν Ἀντιοχέων ἐπὶ τὸν Βόσπορον ὥρμησεν. ἐν Δαδάσανῃ δὲ, κώμῃ αὐτὴ Βιθυνῶν καὶ Γαλατῶν ἐν μεθορίῳ κειμένη, τὸ τοῦ βίου τέλος ἐδέξατο· ἀνὴρ μὲν

Cap. V.

De morte Imperatoris Joviani.

Hujus modi legibus cùm Imperii sui primordia exornasset, Antiochia egressus, Bosporum versùs contendit. Porro cùm venisset Dadastana, qui vicus est situs in confinio Bithyniæ & Galatiæ vivendi finem fecit: ipse quidem cum maximo & pulcherrimo viatico digrediens ex hac vita: sed ingenti

dolore iis relicto qui regalem illam mansuetudinem degustaverant. Ego vero existimo, supremum omnium moderatorem Deum dum improbitatem nostram coarguit, & ostendere nobis bona, & ea rursus eripere: ac per illud quidem docere, quàm facile sit ipsi præbere quæcunque voluerit: per hoc vero, arguere nos ut indignos, & ad meliorem vitam impellere.

Cap. VI.

De Imperio Valentiniani, & quomodo Valentem fratrem sibi collegam adscivit.

TUNC vero milites, repentina Imperatoris morte cognita, eum quidem non secus ac patrem luxerunt: Imperatorem vero renuntiarunt Valentinianum, eum qui paulo antè ædituum percusserat & in castellum fuerat relegatus: virum non fortitudine solum, sed etiam prudentia, temperantia ac justitia, & corporis proceritate conspicuum. Porro tam excelso & regio fuit animo, ut cùm exercitus consortem Imperii adjungere ei conaretur, memorabile illud & ab omnibus decantatum responsum dederit: Vestrûm fuit commilitones, cùm nullus esset Imperator, Imperii habenas mihi committere. Nunc vero cùm Imperium susceperim, mei deinceps officii est, non vestri, reipublicæ curam gerere. Quam ejus orationem admirati amplexique milites, ejus nutum ac voluntatem posthæc secuti sunt. Ille vero accitum ex Pannonia fratrem consortem Imperii, quod utinam non fecisset, sibi adjunxit, nondum hæretica pravitate corruptum. Et Asiam quidem atque Ægyptum ei regendam commisit: sibi vero Europæ partes reservavit. Cumque in Occidentem venisset, cunctas illas provincias justitiæ præceptis instituit, à pietatis prædicatione exorsus. Nam cùm Auxentius Mediolanensis Episcopus, qui Ariana labe infectus, multis in conciliis eo nomine damnatus fuerat, per idem tempus abiisset è vita, Imperator accersitis Episcopis ita locutus est. Nostis utique, utpote Divinis litteris innutriti, qualem oporteat esse eum cui honor sacerdotii defertur: quodq; non doctrina solum, sed etiam vita subditos informare debeat, seque illis velut exemplar omnium virtutum propone-

A μετὰ μεγίστων καὶ καλλίστων ἐφοδίων ἀπάρας τοὺς ἢ τῆς βασιλικῆς ἐκείνης ἡμερότητος γεγευμένους, ἐν ὀδύνῃ καταλιπών. οἶμαι δὲ τῶν ὅλων τὸν πρύτανιν, τὴν ἡμετέραν διελέγχοντα πονηρίαν, καὶ δεικνύναι ἡμῖν τὰ ἀγαθὰ, καὶ τούτων ἡμᾶς πάλιν γυμνοῦν· καὶ δι' ἐκείνου μὴν διδάσκειν ὡς μάλα εὐπετῶς παρέχειν ἃ βούλεται δύναται διὰ δὲ τούτου καὶ διελέγχειν ὡς οὐκ ἀξίους τῶν ἀγαθῶν, καὶ ἐπὶ τὸν ἀμείνω βίον προτρέπειν.

Κεφ. ϛ'.

Περὶ τῆς τοῦ οὐαλεντινιανοῦ βασιλείας, καὶ ὅπως οὐάλεντα τὸν ἀδελφὸν κοινωνὸν ἐποιήσατο.

B ΤΟτε μέντοι τὴν ἀθρόαν τελευτὴν τοῦ βασιλέως οἱ στρατιῶται μεμαθηκότες, ἐθρήνησαν μὴν ὡς πατέρα τὸν ἀπελθόντα. οὐαλεντινιανὸν δὲ ἐκεῖνον, τὸν τῇ χειρὶ τὸν νεωκόρον πατάξαντα, καὶ εἰς τὸ φρούριον ἐκπεμφθέντα, βασιλέα προὐβάλοντο, οὐκ ἀνδρείᾳ μόνον, ἀλλὰ καὶ φρονήσει καὶ σωφροσύνῃ καὶ δικαιοσύνῃ, καὶ μεγέθει σώματος διαπρέποντα. οὕτω δὲ ἦν βασιλικός τε καὶ μεγαλόφρων, ὡς τῆς στρατιᾶς πειραθείσης κοινωνὸν αὐτῷ προβαλέσθαι τῆς βασιλείας, ἐκεῖνο φᾶναι τὸ παρὰ πάντων ἀδόμενον. C ὑμέτερον ἦν ὦ στρατιῶται, βασιλέως οὐκ ὄντος, ἐμοὶ δοῦναι τῆς βασιλείας τὰς ἡνίας. ἐπεὶ δὴ δὲ ταύτην ἐδεξάμην ἐγὼ, ἐμὸν λοιπὸν οὐχ ὑμέτερον, τὸ περὶ τῶν κοινῶν διασκοπεῖσθαι πραγμάτων· τούσδε τοὺς λόγους καὶ θαυμάσαντες καὶ στέρξαντες οἱ στρατιῶται, εἵποντο τοῖς ἐκείνου νεύμασιν ἰθυνόμενοι. ὁ δὲ τὸν ἀδελφὸν ἐκ παιονίας μεταπεμψάμενος, ὡς οὐκ ὤφελε, κοινωνὸν ποιεῖται τῆς βασιλείας, οὐδέπω τὴν τῶν δογμάτων διαφθορὰν εἰσδεξάμενον. καὶ τῆς ἀσίας αὐτῷ παραδοὺς τὰ σκῆπτρα, καὶ μέντοι καὶ τῆς αἰγύπτου, ἑαυτῷ τὴν εὐρώπην ἀπένειμε. καὶ τὴν D ἑσπέραν καταλαβὼν, πᾶσαν αὐτὴν ἐξεπαίδευσεν εὐνομίαν, ἀπὸ τῶν τῆς εὐσεβείας κηρυγμάτων ἀρξάμενος· αὐξεντίου γὰρ ὅς τὴν ἀρείου μὴν εἰσεδέξατο λώβην, μεδιολάνου δὲ τὴν ἐκκλησίαν πεπιστευμένος, ἐν πλείσταις ἀπεκηρύχθη συνόδοις, τὸν βίον ὑπεξελθόντος, μεταπεμψάμενος τοὺς ἐπισκόπους ὁ βασιλεὺς, τοιοῖσδε πρὸς αὐτοὺς ἐχρήσατο λόγοις. ἴστε σαφῶς, ἅτε δὴ τοῖς θείοις λόγοις ἐντεθραμμένοι, ὁποῖον εἶναι προσήκει τὸν ἀρχιερωσύνης ἠξιωμένον· καὶ ὡς οὐχρὴ λόγῳ μόνῳ, ἀλλὰ καὶ βίῳ τοὺς ἀρχομένους ῥυθμίζειν, καὶ πάσης ἀρε-

τῆς ἑαυτῶν ἀρχέτυπον προλαθεῖα, καὶ μάρτυρα ἔχειν τῆς διδασκαλίας τὴν πολιτείαν. τοιοῦτον δὴ καὶ νῦν τοῖς ἀρχιεραικοῖς ἑδραις καθιδρύσασθε θώκοις, ὅπως καὶ ἡμεῖς τῷ βασιλείαν ἰδύνοντες, εἰλικρινῶς αὐτοῖς ἡμέτερας ὑποκλίνωμεν κεφαλὰς, καὶ τὰς παρ' ἐκείνου ψυχομόρους ἐλέγχους ἀνθρώπους γὰρ ὄντας καὶ πρόσπαιστὰν ἀναγκαίως ἰατρικὴν ἀπασώμεθα θεραπείαν.

re, & bonam conversationem doctrinæ suæ testem habere. Ejusmodi igitur virum in Pontificali cathedra nunc collocate, ut nos quoque qui Imperium administramus, sincere atque ex animo caput ei submittamus: ejusque reprehensiones, tanquam salutarem medicinam suscipiamus: homines enim cùm simus, sæpius labamur necesse est.

Κεφ. ζ.

Περὶ τῆς ἀμβροσίου τοῦ ἐπισκόπου μεδιολάνων χειροτονίας.

Ταῦτα τοῦ βασιλέως εἰρηκότος, αὐτὸν ἡ σύνοδος ἐξῃτεῖτο ψηφίσασθαι, σοφόν τε ὄντα καὶ δυσσεβείᾳ κοσμούμενον. ὁ δὲ ἔφη, μεῖζον ἢ καθ' ἡμᾶς τὸ ἐγχείρημα ὑμεῖς γὰρ θείας ἐξιωμένοι χάριτος, καὶ τὴν αἰγλώδη ἐκείνου εἰσδεξάμενοι, ἀμείνονι ψηφιεῖσθε. ἔστοι μὴν ἐξελθόντες, καθ' ἑαυτοὺς ἐβουλεύοντο. οἱ μὲν τῷ πάλιν ἐκείνῳ οἰκεῖοι ἐσπάζοντο, οἱ μὲν τοῦτον, οἱ δὲ ἐκεῖνον προβληθῆναι φιλονεικοῦντες· οἱ μὲν γὰρ τῆς αὐξεντίου νόσου μεθεληχότες, σὺν ὁμοφρόνως ἐψηφίσαντο. οἱ δὲ τῆς ὑγιαινούσης μοίρας, ὁμογνώμονα πάλιν ἐζήτουν ἔχειν ἡγούμενον. ταύτην ἀμερσίου, ὁ τὸ ἔθνος τὴν πολιτικὴν ἡγεμονίαν πεπιστευμένου, τῷ σάσιν μαθὼν, καὶ δείσας μή τι νεώτερον γένηται, τῷ ἐκκλησίαν σὺν τάχει καλέσαντι. οἱ δὲ τῆς διαμάχης ἐκείνης παυσάμενοι, κοινῇ ἀφῆκαν φωνὴν, ἀμβρόσιον ὑφ' ἡσυχίαν ἐξαιτοῦντες προβληθῆναι ποιμένα. ἔπειδὴ δὲ ἀμυήτου ἦν. Ταῦτα μαθὼν ὁ βασιλεὺς, προσέταξε βαπτισθῆναι καὶ μυηθῆναι καὶ χειροτονηθῆναι τὸν αἱρεθέντα ἀνδρα· ἤδη γὰρ αὐτὸ πάσης μὲν σαφῶς εὐδοκίμου ἄξιον τὴν γνώμην, πάντος δὲ κανόνος ἀκριβεστέρας τὰς ψήφους. ὑπέλαβε δὲ καὶ θείαν εἶναι τὴν ψῆφον, ἐκ τῆς τῶν ἐναντία φρονούντων τεκμαιρόμενος συμφωνίας. ἐπειδὴ δὲ καὶ τὸ θείας λουτροῦ παναγίου βαπτίσματος ἀπήλαυσε δωρεᾶς, καὶ τὴν ἀρχιεραϊκὴν ἐδέξατο χάριν, τοῦτον ὁ πάντα ἄριστος βασιλεὺς προσεννοχέναι λέγεται τῷ σωτῆρι καὶ δεσπότῃ τῶν ὅλων· καὶ γὰρ τοῖς γεγυμνωμένοις παρῆν. χάρις σοι δέσποτα παντοκράτορ καὶ σῶτερ ἡμέτερε, ὅτι τῷδε τῷ ἀνδρὶ ἐγὼ μὲν ἐνεχείρησα σώματα, σὺ δὲ ψυχάς. καὶ τὰς ἐμὰς ψήφους δικαίας ἀπέφηνας. ἐπειδὴ, ὀλίγων διελθουσῶν ἡμερῶν, ὁ θεῖος ἀμβρόσιος σὺν παῤῥησίᾳ

Cap. VII.

De Ambrosii Mediolanensis Episcopi ordinatione.

Cum hæc Imperator dixisset, rogare cœpit synodus, ut ipsemet Episcopum eligeret, utpote prudentia simul ac pietate excellens. At ille, majus est, inquit, viribus meis istud negotium. Vos vero qui Divina gratia repleti estis, & qui divinum illud numen hausistis, meliùs electuri estis. Egressi igitur ex palatio Episcopi, inter se deliberarunt. Cives autem illius urbis tumultuabantur, dum alii hunc, alii illum ordinari contenderent. Nam qui Auxentii morbo contacti fuerant, communionis suæ homines eligebant. Contra vero pars sanior, Antistitem qui eandem cum ipsis doctrinam fide teneret, habere cupiebat. Hac seditione cognita, Ambrosius cui provinciæ illius administrario commissa erat, veritus ne quid gravius tentaretur, ad Ecclesiam perrexit. Tum illi à contentione cessantes, omnes unà voce clamare cœperunt, Ambrosium sibi pastorem constitui poscentes, qui nondum Baptismi sacramenta susceperat. Quod cùm Imperator didicisset, eum continuo & baptizari & ordinari præcepit. Norat quippe, mentem quidem illius quovis perpendiculo rectiorem esse: sententias vero qualibet norma exactiores. Quin etiam suffragium illud planè Divinum esse censebat, conjecturam capiens ex consensu contrariæ factionis. Cùm igitur ille & sacrosancti lavacri Divinum donum, & Pontificalem gratiam percepisset, Domino ac Servatori nostro hujusmodi laudes cecinisse dicitur præstantissimo Imperator: gestis enim omnib° intererat. Gratias tibi ago Deus omnipotens & Servator noster, quod huic viro, cui ego corpora commiseram, tu animas regendas commiseris, & electionem meam justam fuisse declaràris. Paucis post diebus elapsis, cùm D. Ambrosius multa cum libertate

Imperatorē alloquens, nonnulla reprehendisset quæ à Magistratibus haud recte facta esse videbantur, respondit Imperator. Hanc tuam libertatem jam pridem cognitam habebam; Sed licet eam probe nossem, non solum non contradixi, immo assensum præbui ordinationi tuæ. Proinde delictis animarum nostrarum medicinam adhibe, quemadmodum Divina lex præcipit. Et hæc quidem ab Imperatore, tum dicta, tum facta sunt Mediolani. Cùm vero didicisset nonnullos in Asia ac Phrygia de Divinis dogmatibus altercari, concilium in Illyrico fieri præcepit: & ea quæ ab Episcopis decreta ac sancita fuerant, ad illos qui contendebant, misit. Decreverunt autem hi qui in Illyrico convenerant Episcopi, ut fides quæ Nicææ fuerat exposita, ab omnibus servaretur. Scripsit etiam ipse litteras ad eosdem, adjuncto in litteris fratris sui nomine, hortans eos ut decretis acquiescerent. Ego vero legem quoque ipsam recitabo, quæ pietatem illius aperte prædicat, & quam tunc temporis Valens de Divinis dogmatibus rectam habebat sententiam declarat.

A πλείστη τῷ βασιλεῖ διαλεγόμενοι, ἐπεμέμψατο πολλὰ ὡς οὐκ ὀρθῶς τῶν ἀρχόντων γεγενημένοις· ταύτην σε, ἔφη ὁ βασιλεύς, καὶ παλαιὰν ἤδη τὴν παῤῥησίαν ἐγνωκότες. καὶ ἐφῶς παρησάμην οὐ μόνον οὐκ ἀντεῖπον, ἀλλὰ καὶ συνήνεσα τῇ χειροτονίᾳ γεγενημένῃ. ἰάτρευε γὰρ ὡς ὁ θεῖος ἀπαγορεύει νόμος, τὰ τῶν ἡμελημένων ψυχῶν πλημμελήματα. ταῦτα μὲν οὖν ἐν Μεδιολάνῳ καὶ εἶπεν ἅμα καὶ ἔδρασε. μαθὼν δέ τινας ἐν τῇ Ἀσίᾳ καὶ ἐν τῇ Φρυγίᾳ περὶ τῶν θείων ἀμφισβητοῦντας δογμάτων, ἐν Μιλήτῳ τῷ Ἰλλυρικῷ σύνοδον ἠθροίζειν προσέταξε. τὰ δὲ παρ' ἐκείνων καὶ ψηφισθέντα καὶ κυρωθέντα τοῖς ἀμφισβητοῦσιν ἐξέπεμψε. ἐψηφίσαντο δὲ καὶ σωληθεύειν τὴν ἐν Νικαίᾳ πίστιν κρατεῖν. ἐπέστειλε δὲ καὶ αὐτὸς κοινωνὸν τῶν γραμμάτων τὸν ἀδελφὸν ποιησάμενος, ἐμμένειν τοῖς δεδογμένοις παρεγυᾶν. ἀναγνώσομαι δὲ καὶ τὸν νόμον, ζάφως αὐτοῦ κηρύττοντα τὴν οὐσέβειαν, ὡσαύτως δὲ καὶ τὴν τοιαύτην Οὐαλεντος περὶ τὰ θεῖα δόγματα ὑγιαίνουσαν δηλοῦντα.

B

C

D

Cap. VIII.

Epistola Imp. Valentiniani & Valentis ad Asianam Diœcesin scripta de Consubstantiali.

IMPERATORES Maximi, semper Augusti, Victores, Augusti Valentinianus Valens & Gratianus, Episcopis Diœceseos Asianæ, Phrygiæ, Carophrygiæ, Pacatianæ, in Domino salutem. Cùm in Illyrico tot Episcoporum synodus congregata esset; post accuratam inquisitionem de salutari verbo, declararunt beatissimi Pontifices consubstantialem Trinitatem Patris ac Filii ac Spiritus Sancti. Quam ipsi quidem publicas functiones quæ ipsis jure competunt, nullatenus declinantes, cultu summi Imperatoris observant. Nostra vero majestas eandem ubique prædicari præcepit. Sic tamen ut ne quis dicat, secutum se esse religionem Imperatoris qui hunc orbem gubernat, spreto illo qui mandata nobis de salute nostra reliquit. Etenim in Evangelio Dei nostri hæc habetur sententia: Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sūt Dei Deo. Quidnā dicitis vos Episcopi, & salutaris verbi præsides? si revera ita se

Κεφ. η'.

Ἐπιστολὴ τῶν βασιλέων Οὐαλεντινιανοῦ, καὶ Οὐάλεντος, περὶ τῆς ὁμοουσίου γραφείσα πρὸς τὴν Ἀσιανὴν διοίκησιν.

Αὐτοκράτορες μέγιστοι ἀφσέβαστοι νικηταὶ ἄγυστοι, Οὐαλεντινιανὸς καὶ Οὐάλης, καὶ Γρατιανὸς, Ἐπισκόποις διοικήσεως Ἀσιανῆς, Φρυγίας, Καρσφρυγίας Πακατιανῆς, ἐν κυρίῳ χαίρειν. Σωσθέντες τηλικαύτης συνκροτηθείσης ἐν τῷ Ἰλλυρικῷ, καὶ ζητήσεως πολλῆς γενομένης περὶ τοῦ σωτηρίου λόγου, ἀπεδέξαντο οἱ τρισμακαριώτατοι Ἐπίσκοποι τὴν τριάδα ἀμόσιον πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα· ἣν ἐδέξαντο ὅλως ἐγκλίνοντες, λειτουργίας τὰς κατὰ δίκαιον ἐπιτελέσαντες αὐτοῖς, θρησκεύουσιν τὴν θρησκείαν τοῦ μεγάλου βασιλέως. κηρύττειν δὲ ταύτην προσέταξε τὸ ἡμέτερον κράτος. ἵνα μὴ λέγωσιν τινὲς, ὅπως ἀνέκαμεν θρησκείᾳ βασιλέως τοῦ διέποντος γῆν ταύτην, μὴ ἀνεχόμενοι δὲ ἐνδιαλαμβάνειν ἡμῶν τὰ περὶ τῆς σωτηρίας. ὡς γάρ φησι τὸ εὐαγγέλιον δὲ θεοῦ ἡμῶν, ὅπερ ἐπίκρισιν ταύτην ἔχει· ἀποδίδοτε τὰ τοῦ καίσαρος τῷ καίσαρι, καὶ τὰ τοῦ θεοῦ τῷ θεῷ· τί λέγετε ὑμεῖς οἱ ἐπίσκοποι καὶ προεστῶτες τοῦ σωτηρίου λόγου· εἰ ὄντως

ἔχητε τὴν ἀποδείξεως ὑμῖν, ὅτω μὴτοι ἀγα-
πῶντες ἀλλήλους, παύσασθε ἀποχρώσης ἀξιώ-
ματι βασιλέως. καὶ μὴ διώκετε σὺν ἀκριβείᾳ τῷ
θεῷ λατρεύοντας, ὧν ταῖς εὐχαῖς, καὶ πόλεμοι
καταπαύονται καὶ ἀπὸ τῆς γῆς καὶ ἀγγέλων ἀποσοβῶν
ἅπασάς ἀποτρέπουσι. καὶ πάντας δαίμονας
φθοροποιοὺς ἀποτρέψαι διὰ δεήσεως ἀσκοῦντες, καὶ τὰ δημόσια καὶ νόμους εἰσκομίζειν
ἴσασι, καὶ ἐκ ἀντιλέγουσι τῇ βασιλικῇ ἐξουσίᾳ.
ἀλλ' εἰλικρινῶς καὶ τὴν τοῦ μεγάλου βασιλέως
Θεοῦ ἐντολὴν φυλάττουσι καὶ τοῖς ἡμετέροις ὑποτάσσονται. ὑμεῖς δὲ ἀπηυθεῖς ἐδείχθητε εἶναι. ἡ-
μεῖς μὲν ἐχρησάμεθα μέχρι ἄλφα ἕως τοῦ ὦ ὑμεῖς
δὲ ἑαυτοὺς ἀπεδώκατε. ἡμεῖς μέντοι καθαροὺς
ἑαυτοὺς ἀφ' ὑμῶν εἶναι θέλοντες, ὡς καὶ Πιλάτου
ἐπὶ τῆς ἐξετάσεως τοῦ ἐν ἡμῖν πολιτευομένου χρι-
στοῦ, μὴ θέλοντος αὐτὸν ἀνελεῖν, καὶ ὑπὲρ τοῦ πα-
θεῖν αὐτὸν παρακληθέντα ἐπιτραφεὶς ἐπὶ τὰ τοῦ
ἀνατολῆς μέρη, καὶ αἰτήσας ὕδωρ ἐπὶ χεῖρων,
ἀνίψατο ἀπὸ τῶν χειρῶν λέγων· ἀθῷός εἰμι ἀπὸ
τοῦ αἵματος τοῦ δικαίου τούτου. ὅτως καὶ τὸ ἡμέτε-
ρον κράτος διὰ παντὸς ἀνελείπετο, μὴ διώκειν,
μήτε ἐπικλύζειν, μήτε ζηλοῦν τοὺς ἐργαζομένους
τὸ χωρίον τοῦ Χριστοῦ, μήτε τοὺς διοικητὰς ἀπε-
λαύνειν τοῦ μεγάλου βασιλέως, ἵνα μὴ σήμερον
μὲν, ἐπὶ τοῦ ἡμετέρου κράτους αὐξηθὲν δόξῃ, καὶ
μεταξὺ τοῦ παρακεκλημένου παθεῖν τὰ τοῦ δια-
θήκης αὐτοῦ, ὡς ἐπὶ Ζαχαρίου τοῦ αἵματος. ἀλλ' οἱ
μὲν αὐτοῦ μεταξὺ τῆς ἀφίξεως τοῦ τὰ ἄνω θεν
βασιλέως ἡμῶν ἰησοῦ χειρὸς ἔρραίσαν, παρα-
δοθέντες εἰς κρίσιν θανάτου, μετὰ τοῦ σωφρα-
νοῦντος αὐτοῖς φθοροποιοῦ δαίμονος. τοῦτο
παρεσκεύασαν ἐπ' ἀμεγέθους καὶ κηρωΐνης, καὶ
δαμάσου, καὶ δαιλάμπωνος, καὶ βρεπσίου, ἀκρο-
αλῶν γενομένων. ἅπερ καὶ αὐτὰ τὰ πραχθέντα ἐξα-
πεστάλκαμεν παρ' ὑμᾶς, ἵνα γνῶναι ἔχητε καὶ
πραχθέντα ἐν τῇ ἐναρέτῳ συνόδῳ. τούτοις συν-
εζεύξαμεν τοῖς γράμμασι καὶ τοῦ συνόδου τὰ
δόγματα ἐν κεφαλαίῳ ταῦτα δηλοῦντα. Ὁμο-
λογοῦμεν ἀκολούθως τῇ μεγάλῃ καὶ ὀρθοδόξῳ
συνόδῳ ὁμοούσιον εἶναι τὸν πατρὶ τὸν υἱόν. καὶ οὐχ'
ὥτω νοοῦμεν τὸ ὁμοούσιον, ὡς καὶ πάλαι τινὲς ἐξη-
γήσαντο, μὴ ἀληθινῶς ὑπογράψαντες, καὶ νῦν
ἕτεροι παλαιὰς ἐκείνους καλοῦντες, τὴν δύναμιν
τοῦ λέξεως ἀθετήσαντες, καὶ ἑπόμενοι τοῖς γράψα-
σι, τὸ ὅμοιον δηλοῦσι διὰ τοῦ ὁμοουσίου, καθ' ὃ
οὐδὲν τῶν λοιπῶν κτισμάτων διὰ αὐτοῦ γεγονότων

Habet vestra fidei expositio, sic igitur mutuo vos amore prosequentes, Imperatoris dignitate abuti definite. Nec persequimini eos qui Deo accurate ministrant: quorum precibus & bella sedantur in terris, & angelorum refugarum incursus repelluntur. Qui cùm noxios omnes dæmonas per orationem abigere studeant, & publicas præstationes juxtà leges inferre norunt, & Imperatoriæ potestati neutiquam contradicunt: sed sincere, tum summi regis ac Dei mandatum custodiunt, tum nostris legibus obsequuntur. Vos verò contumaces apparuistis ac rebelles. Et nos quidem usi sumus à primo usque ad B postremum. Vos autem vosmetipsos vendidistis. Nos igitur cùm puri à vobis esse velimus, sicut olim Pilatus in examinatione Christi qui inter homines versabatur, cùm nollet eum interficere, & rogaretur ut supplicio eum afficeret, conversus ad Orientis partes aquam petiit, & abluit manus suas dicens: Innocens sum à sanguine Justi hujus. Sic etiam majestas nostra semper mandavit, non persequendos esse, nec opprimendos, nec invidia atterendos eos qui operantur in agro Christi, nec procuratores summi regis Cabigendos esse, ne hodie quidem sub Imperio nostro crescere videamini, & una cum exhortatore conculcare testamentum ejus, sicut contigit in sanguine Zachariæ. Verùm socii & comites illius à cœlesti rege nostro Jesu Christo sub adventum ipsius destructi sunt, adjudicium mortis traditi unà cum adjutore ipsorum exitiali dæmone. Hoc præceptum dedimus coràm Megetio, Cicerone, Damaso, Dailampone & Vetrasio audientibus. Sed & ipsa gesta ad vos misimus, ut cognoscere possitis ea quæ acta sunt in præstantissima synodo. His autem litteris adjunximus etiam fidem synodi, cujus hæc est summa. Confitemur juxta magnam & orthodoxam synodum Filium Patri consubstantialem esse. Nec consubstantialem sic intelligimus, ut quidam olim exponebant qui non sincere neque ex animo subscripserunt: utque nunc nonnulli, qui Patres illos appellant, vim hujus vocis abolentes, eorumque vestigiis insistentes qui consubstantialis vocabulo simile significari scripserunt, quatenus Filius nulli reliquarum creaturarum quæ per ipsum factæ sunt, similis

est, sed solius Patris similitudinem gerit. Nam qui ita exponunt, Filium Dei creaturam esse eximiam ac præcellentem, impie docent. Nos vero perinde sentimus ac synodi, tum quæ Romæ, tum quæ in Galliis nuper factæ sunt, unam eandemque substantiam Patris ac Filii & Spiritus Sancti in tribus esse personis, hoc est, in tribus perfectis subsistentiis. Confitemur etiam, juxtà expositionem fidei Nicænæ, Filium Dei consubstantialem, incarnatum esse ex sancta virgine Maria, & inter homines habitasse, & universam pro nostra salute dispensationem implesse, in nativitate, in passione, in resurrectione & ascensione in cœlum: eundemque rursus venturum, ut reddat unicuiq; prout vixerit, in die judicii, conspicuum universæ carni; & Divinam potentiam suam ostensurum, cùm Deus sit qui carnem assumpsit, non homo qui assumpserit Deitatem. Eos vero qui contraria sentiunt, anathemate damnamus. Similiter anathema dicimus etiam illis, qui non sincere anathematizant eum qui dixit, Filium non fuisse priusquàm genitus esset, sed antequam actu gigneretur, virtute ac potentia in Patre extitisse. Hoc enim omnibus accidit creaturis, quæ non semper sunt cum Deo, sicut Filius semper est cum Patre, æterna generatione genitus. Et Imperator quidem hæc summatim exposuit. Ego verò synodi ipsius epistolam hîc apponam.

ἐμφερὴς ὁ υἱὸς, ἀλλ' ἢ μόνῳ τῷ πατρὶ ὁμοιούσιος. οἱ γὰρ ταῦτα ἐξηγούμενοι, κτίσμα ἐξαίρετον ἀσεβῶς τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ δογματίζουσιν. ἡμεῖς δὲ φρονοῦμεν ὡς καὶ αἱ σύνοδοι νῦν ἥ τε καθ' ἡμᾶς καὶ ἡ κατὰ Γαλλίαν, μίαν εἶναι καὶ τὴν αὐτὴν οὐσίαν τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐν τρισὶ προσώποις, ἤτ' ἐστὶν, ἐν τρισὶ τελείαις ὑποστάσεσιν. ὁμολογοῦμεν δὲ καὶ τὴν ἐκθεσιν τὴν ἐν Νικαίᾳ, ὡς σεσαρκωμένον τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ τὸν ὁμοούσιον, ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου Μαρίας, καὶ ἐν ἀνθρώποις ἐσκηνωκέναι, καὶ πεπληρωκέναι πᾶσαν τὴν ὑπὲρ ἡμῶν οἰκονομίαν, ἐν ᾗ καὶ πάθει καὶ ἀναστάσει, καὶ τῇ εἰς οὐρανὸς ἀναβάσει καὶ πάλιν ἥξειν ἀποδιδόντα ἡμῖν καὶ τῷ ἑκάστῳ βιοτὴν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως, σαρκὶ ὁρώμενον, καὶ τὴν ἑαυτοῦ θείαν δύναμιν ἐπιδεικνύμενον, τοῦ ὄντα σαρκοφόρον, καὶ οὐκ ἄνθρωπον θεοφόρον. καὶ τοὺς εὐνομίαν φρονοῦντας ἀναθεματίζομεν. ὁμοίως ἀναθεματίζομεν καὶ τοὺς μὴ γνησίως ἀναθεματίζοντας τὸν εἰπόντα, ὅτι πρὶν γνωσθῆναι οὐκ ἦν ὁ υἱὸς, ἀλλὰ γεγράφασι, ὅτι πρὶν ἐνεργείᾳ γνωσθῆναι, δυνάμει ἦν ἐν τῷ πατρί. ἔστι γὰρ καὶ ἐπὶ πάντων τῶν κτισμάτων τῶν μὴ ἀεὶ ὄντων μετὰ τοῦ θεοῦ, καθὼς ὁ υἱὸς ἀεὶ μετὰ τοῦ πατρός ἐστιν, ἀϊδίως γνωσθεὶς γεγεννημένος. ταῦτα μὲν ἐν ὁ βασιλεὺς ἐν κεφαλαίῳ δεδήλωκεν. ἐγὼ δὲ καὶ αὐτὰ τῆς συνόδου τὰ γράμματα ἐν θήσω τῇ συγγραφῇ.

Cap. IX.

Epistola Synodica Concilii Illyriciani de fide.

Episcopi Illyrici, Ecclesiis Dei & Episcopis Diœceseos Asianæ, Phrygiæ, Carophrygiæ, Pacatianæ in Domino salutem. Cùm in unum convenissemus, & prolixa quæstio habita esset de salutari verbo, comprobavimus consubstantialem esse Trinitatem Patris ac Filii ac Spiritus Sancti. Æquum autem fuit, ut litteras ad vos scriberemus, non sophisticis argumentationibus Trinitatis cultum explanantes, sed in humilitate hanc gratiam promeriti. Eas igitur ad vos misimus per charissimum fratrem & comministrum nostrum Elpidium presbyterum. Non in libris humana scriptis manu, sed in voluminibus Servatoris nostri Jesu Christi scriptum est: Ego quidem sum Pauli, ego vero Apollo, ego

Κεφ. θ'.

Συνοδικὸν τῆς ἐν τῷ Ἰλλυρικῷ συναχθείσης συνόδου περὶ τῆς πίστεως.

Οἱ ἐπίσκοποι οἱ ἐν Ἰλλυρικῷ ταῖς ἐκκλησίαις τοῦ θεοῦ, καὶ ἐπισκόποις διοικήσεως Ἀσιανῆς, Φρυγίας, Καροφρυγίας, Πακατιανῆς ἐν κυρίῳ χαίρειν. συνελθόντων ἡμῶν ἐπὶ τὸ αὐτὸ, καὶ ζητήσεως πολλῆς γενομένης περὶ τοῦ σωτηρίου λόγου, ἀπεδείξαμεν ὁμοούσιον εἶναι τὴν τριάδα τοῦ πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος. καὶ ἦν δίκαιον γράμματα ἀποχαράξαι πρὸς ὑμᾶς, οὐ σοφίσμασι τὰ τῆς θρησκείας τῆς τριάδος γραφοῦσας, ἀλλ' ἐν ταπεινοφροσύνῃ καλαζωνεύσας. τοῦτο ἡμῖν τὸ γράμμα ἀπεστάλκαμεν διὰ τοῦ ἀγαπητοῦ ἀδελφοῦ ἡμῶν καὶ συλλειτουργοῦ ἐλπιδίου τοῦ πρεσβυτέρου. οὐ γὰρ ἐν τοῖς τῶν ἀμελήτων χειρογράμμασιν, ἀλλ' ἐν ταῖς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἱεροῖς βίβλοις γέγραπται· ἐγὼ μέν εἰμι Παύλου, ἐγὼ δὲ Ἀπολλῶ, ἐγὼ

ἦ κηφᾶ, ἐγὼ δὲ χρεισθ. μὴ παῦλος ἐσταυρώ- A Cephæ, ego autem Christi. Nunquid
θη ὑπὲρ ἡμῶν, ἢ εἰς τὸ ὄνομα παύλου ἐβα- Paulus crucifixus est pro vobis, aut in
πτίσθητε; καὶ ταῦτα μὲν ἦρκε τῇ ἡμετέρᾳ τα- nomine Pauli baptizati estis? Et hæc
πεινώσει, μήτε τὸ καθόλου γράμματα ἀπο- quidem sufficiebant humilitati nostræ,
χαρίξασθαι πρὸς ὑμᾶς, διὰ τὸν τηλικοῦτον ut nullas omnino litteras ad vos scribe-
φόβον ὃν αὐτοῖς τοῖς κηρύσσετε, πάσῃ τῇ ὑφ' ὑμᾶς remus, ob tantum horrorem quem il-
ἐπαρχίᾳ, ἀποχωρίζοντες τὸ ἅγιον πνεῦμα ἀ- lic universæ provinciæ vestræ prædica-
πὸ τοῦ παλεῶς καὶ υἱοῦ. ἀναγκαῖον οὖν ἔχομεν, tis, Spiritum Sanctum à Patre & Filio
πέμψαι πρὸς ὑμᾶς τὸν κύριον ἡμῶν σὺν συλ- separantes. Necesse igitur habuimus,
λειτουργὸν ἐλπίδιον ἀπὸ τῆς βασιλευούσης ρω- Dominum & comministrum nostrum
μαίων πόλεως, τοῦτο τὸ γράμμα ἔχοντα, κα- B Elpidium ab urbe totius Imperii regi-
ταμαθόντα εἴγε οὕτως ἔχει τὸ κήρυγμα na, ad vos mittere cùm his litteris, co-
ὑμῶν. οἱ γὰρ μὴ ὁμοούσιον τὴν τριάδα κηρύττον- gnituram utrùm ita se habeat prædica-
τες, ἀνάθεμα ἔστωσαν· καὶ εἴ τις τούτοις φω- tio vestra. Quicunque enim non sen-
ραθείη κοινωνῶν, ἀνάθεμα ἔστω. τοῖς δὲ κηρύτ- tiunt consubstantialem esse Trinita-
τουσιν ὁμοούσιον τὴν τριάδα, ἡ βασιλεία τῶν tem, anathema sint. Et si quis cum il-
οὐρανῶν ἡτοίμασται. παρακαλοῦμεν οὖν ὑμᾶς lis communicare deprehensus fuerit,
ἀδελφοί, μήτε ἑτεροδιδασκαλεῖν, μήτε ἑτερο- anathema esto. Illis vero qui consub-
δοξεῖν· ἀλλ' ὁμοούσιον ἀεὶ καὶ διὰ παντὸς κη- stantialem prædicant Trinitatem, pa-
ρύττοντες τὴν τριάδα, δυνηθῆτε κληρονομῆ- ratum est regnum cœlorum. Horta-
σαι τὴν τεθεῶ βασιλείαν. ταῦτα γράφοντες, murita que vos, fratres, ne aliter do-
καὶ ὑπόμνησιν ἔχοντες ἐχαράξαμεν τοῦτο ceatis, neve aliter sentiatis: sed ut Tri-
ἡμῶν τὸ γράμμα, καὶ τῶν καθησαμένων nitatem consubstantialem semper & u-
ἐπισκόπων, ἢ καλασαθέντων συλλειτουργῶν, C bique prædicantes, hæredes regni Dei
ἐὰν μὴ εἶεν ἐκ τῶν ἐντελῶς χρησαμένων ἐπι- fieri possitis. Hac de re scribentes, &
σκόπων ὑγιεῖς· εἰ δὲ μὴ, ἐξ ἀπάσης πρεσβυτε- suggestionem habentes, hanc nostram
ρίου· ὁμοίως τε καὶ πρεσβυτέρους καὶ διακό- epistolam scripsimus item de Episco-
νους, ἐξ ἀπάσης ἱεραλικῆς τάγματος, ἵνα ὦσιν pis qui constituuntur, ayt qui constitu-
ἀνεπίληπτοι πανταχόθεν, καὶ μὴ ἀπὸ μέρους βου- endi sunt comministri; si quidem sint
λόμενοι καὶ ἱεραλικῆς ἀρχῆς. εἰς τοῦτο δὲ idonei, ex Episcopis jam vitâ functis
αὐτὸν ὧδε ἠξιώσαμεν διὰ πολλῶν ἀποχα- orti: sin minus, ex presbyterorum or-
ρίξασθαι, διὰ τὸ ἀποσταλῆναι ἕνα ἐκ πάντων dine eligantur. Similiter etiam pres-
τὸν κύριον ἡμῶν καὶ συλλειτουργὸν ἐλπίδιον, ἐπι- byteri & diaconi, ut ex clero assuman-
σπούδως καὶ μαθόντα τὸ κήρυγμα ὑμῶν, εἴτε tur, non autem ex curia aut militari of-
οὕτως ἔχει ὥσπερ ἀκηκόαμεν παρὰ τοῦ κυρίου ἡ- ficio, ut sint undecunque irreprehen-
μῶν καὶ συλλειτουργοῦ εὐσεβίου. λοιπὸν εἰς καὶ sibiles. Idcirco autem pluribus ad vos
ποτὲ ἐν πλάνῃ γεγονότες ἦτε, ἀποθέμενοι scribere noluimus, quia missus est unus
τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον, ἐνδύσασθε τὸν καινὸν. ex omnibus Dominus noster & com-
καὶ γὰρ καὶ ὁ αὐτὸς ἀδελφὸς καὶ συλλειτουρ- D ministeer Elpidius, accurate explora-
γὸς ἐλπίδιος, διδάξει ὑμᾶς κηρύξαι τὴν turus prædicationem vestram, utrùm
ἀληθῆ πίστιν· ὅτι ἡ ἁγία τριὰς, ἡ ὁμοούσιος καὶ ita se habeat, uti accepimus à domino
θεὸς καὶ πατὴρ, σὺν υἱῷ καὶ ἁγίῳ πνεύματι ἡ- & comministro nostro Eustathio. Cæ-
γίασαι, δεδόξασαι, πεφανέρωται, παλὴ terum si forte aliquando in errore fu-
σὺν υἱῷ, υἱὸς ὢν πατρὶ, σὺν ἁγίῳ πνεύματι εἰς istis, nunc veterem hominem exuen-
θεὸν αἰῶνας. φανερωθέντος γὰρ τούτου, φα- tes, novum induite. Nam & idem
νερῶς δυνησόμεθα τὴν ἁγίαν τριάδα ὁμολογεῖν ὁμοούσιον, καλὰ τὴν πάλαι dominus & comministeer Elpidius do-
κατεθεῖσαν πίστιν τὴν ἐν νικαίᾳ, ἣν καὶ οἱ πατέρες ἐβεβαίωσαν· κηρυσσομένης cebit vos veram fidem prædicare, quod
sancta Trinitas consubstantialis Deo
Patri unà cum Filio & Spiritu Sancto
sanctificata, glorificata ac manifestata
est: Pater in Filio, Filius in Patre, cum
Sancto Spiritu in sæcula. Hoc enim ma-
nifestato, manifeste confiteri poteri-
mus consubstantialem Trinitatem jux-
ta fidem quæ Nicææ dudum expolita
est, quam patres etiam confirmarunt.

Hujus ergo fidei prædicatione, pernicioſi dæmonis laqueos vitare poterimus. Hoc autem extincto, licebit pacificis litteris nos invicem ſalutare, & in pace ac quiere degere. Porro ſcripſimus vobis, ut cognoſcere poſſitis Ariomanitas qui depoſiti ſunt, qui non confitentur Filium eſſe exPatris ſubſtantia nec Spiritum Sanctum. Quorum nomina ſubjecimus. Sunt autem Polychronius, Telemachus, Fauſtus, Aſclepiades, Amantius, Cleopater. Et hæc quidem in hunc modum, ad gloriam Patris ac Filii ac Spiritus Sancti, in ſæcula ſæculorum, amen. Valete vos optamus per multa annorum curriculæ, in Deo Patre & Filio Servatore noſtro ac Spiritu Sancto.

ἧν τ πίστεως ταύτης, ἀλωησόμεθα τὰ ἀλλοτρία δαίμονος ἐκφυγεῖν τὰ θήρατρα. ταῦτα δὲ ἕνεκα γὰρ τούτου, ἀλωησόμεθα εἰρηνικοῖς γράμμασιν ἑαυτοὺς ἀλλήλοις συγκυνεῖν, ἐν εἰρήνῃ διάγοντες. ἐγράψαμεν ὑμῖν, ἵνα εἰδέναι ἔχητε τοὺς καθαιρετέους Ἀρειομανίτας, τοὺς μὴ ὁμολογοῦντας ἐκ τ οὐσίας τ πατρὸς τὸν υἱόν, μηδὲ τὸ ἅγιον πνεῦμα. ὧν καὶ τὰ ὀνόματα ὑποτάξαμεν. πολυχρόνιος, τηλέμαχος, φαῦστος, ἀσκληπιάδης, ἀμάντιος, κλεόπατρος. καὶ ταῦτα μὲν οὕτως εἰς δόξαν πατρὸς καὶ υἱοῦ ἁγίου πνεύματος, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν. ἐρρῶσθαι ὑμᾶς εὐχόμεθα τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ σωτῆρι ἡμῶν χριστῷ, σὺν ἁγίῳ πνεύματι, πολλαῖς ἐτῶν περιόδοις.

Cap. X.

De hæreſi Audianorum.

ET Imperator quidem omni laude dignissimus, Apostolicæ doctrinæ ejusmodi curam gerebat. Per idem vero tempus Audæus quidam, natione Sirus & lingua, novorum dogmatum inventor extitit: qui cùm pravæ doctrinæ fœtum jam dudum parere cœpisset, tunc primum in notitiam omnium venit. Nam primum quidem stulte interpretatus hæc verba: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem noſtram: Deum humana forma præditum esse existimavit, & corporis membris circundatum esse credidit, divinæ Scripturæ mentem haudquaquam perſpiciens. Etenim Scriptura sæpe numero humanorum membrorum vocabula divinis operationibus imponit. Propterea quod ii qui ſubtiliora percipere nequeunt, per hæc facilius Dei providentiam intelligunt. Huic impietati alia quoque ſimilia adjunxit. Ex Manetis enim deliriis errorem ſuum mutuatus, Deum hujus univerſi, nec ignis nec tenebrarum conditorem esse dixit. Verum hæc & alia id genus ſectatores illius occultant. Ajunt autem, ideo ſe ab Eccleſiaſticis conventibus ſegregatos agere, quod quidam ex noſtris deteſtandas uſuras exigant, quidam cum mulieribus non legitimo matrimonio ſibi ſociatis turpiter vivant: ii vero qui ab iſtis vitiis alieni ſunt, libere cùm illis communicent. Has ob cauſas ſeorſum ſe ab aliis degere perhibent, dogmatum ſuorum blaſphemiam diſſimulantes. Eſt autem hic præ-

Κεφ. ί.

Περὶ τῆς τῶν αὐδιανῶν αἱρέσεως.

Ὁ μὲν δὴ πανεύφημος βασιλεὺς, τὸ σαυτὴν τῶν ἀποστολικῶν δογμάτων ποιεῖτο φροντίδα· αὐδαῖός δέ τις σύρος τὸ γένος καὶ τὴν φωνὴν, καινῶν εὑρετὴς δογμάτων, καὶ ἐκεῖνον ἐγκύει τὸν καιρόν· πάλαι μὲν τὴν πονηρῶν ὠδίνων ἀρξάμενος, τότε δὴ φανερὸς γενόμενος. πρῶτον μὲν γὰρ ἀνοήτως νενοηκὼς τὸ, ποιήσωμεν ἄνθρωπον καθ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν, ἀνθρωπείαν ἔχειν μορφὴν τὸ θεῖον ὑπέλαβε, καὶ τὰ τ σώματος μέρη κύκλῳ περιπεφράσθαι τὰ τ θείας γραφῆς κατιδὼν τὴν διάνοιαν. πολλάκις γὰρ ταῖς θείαις ἐνεργείαις, τὰ τῶν ἀνθρωπίνων μορίων ὀνόματα προσῆψεν, ἐπειδὴ ῥᾴδιον τοῖς τῶν λεπτοτέρων ἐπαΐειν οὐ δυναμένοις, διὰ τούτων τὴν θεοπρέπειαν μανθάνειν. προσέθηκε δὲ τῇ δυσσεβείᾳ, καὶ ἕτερα πολλὰ παραπλήσια. ἐκ γὰρ τῆς τ μανιῶν πλάνης ἐρανισάμενος, ἕτερον τε τ πυρὸς, ἕτερον σκότους ἔφη εἶναι δημιουργὸν τὸν τῶν ὅλων θεόν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν καὶ ὅσα τοιαῦτα καλαχρύπτουσιν οἱ τ ἐκείνου συμμορίας φάσκοντες τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἀπέχοινίας συλλόγων, ἐπειδή τινες μὲν τὸν ἐπάρατον εἰσπράττουσι τόκον, τίνες δὲ γυναῖκας ἀνόμῳ γάμῳ συνοικοῦντες, πορνικῶς βιοῦσιν· οἱ δὲ τούτων ἀπηλλαγμένοι τούτοις οὐδὲ κοινωνοῦσι· διὰ ταῦτα φασὶν ἐκεῖνοι καθ' ἑαυτοὺς βιοτεύειν, τὴν τῶν δογμάτων ὑποκρινόμενοι βλασφημίαν. ἔστι μὲν τοι καὶ

καὶ ἡσκῆψις ἀλαζονείας μεστὸ, καὶ τῆς φαρισαϊκῆς διδασκάλιας ὄπόγον. καὶ γὰρ ἐκεῖνοι, καὶ ηγόρων τῷ τῶν ψυχῶν καὶ σωμάτων ἰατρῷ, τοῖς ἱεροῖς λέγουσες ἀποστόλοις· ἵνα τί μετὰ τελωνῶν καὶ ἁμαρτωλῶν ἐσθίει ὁ διδάσκαλος ὑμῶν; καὶ διὰ τοῦ προφήτου δὲ φησιν ὁ θεὸς περὶ τῶν τοιούτων, ὅτι λέγουσες καθαρός εἰμι, μὴ μιαίνετε· ἔστι καπνὸς τοῦ θυμοῦ μου· ἀλλὰ τὴν τούτων διελέγχειν ἄνοιαν, οὐ τοῦ παρόντος καιροῦ· ἔδη εἵνεκα, ἐπὶ τὰ λοιπὰ βαδιοῦμαι τῆς διηγήσεως.

A textus plenus superbiæ, & in Pharisæorum doctrina manans. Nam & illi supremum animarum & corporum medicum accusant, dicentes sanctis Apostolis: Quare cum publicanis & peccatoribus manducat Magister vester? Et de hujusmodi hominibus Deus per Prophetam ita loquitur: Qui dicunt mundus sum; ne me tangas. Hic est fumus furoris mei. Sed non est hujus temporis nec loci, istorum dementiam refutare. Quocirca ad eorum quæ restant, narrationem pergamus.

Κεφ. ιά'.

Περὶ τῆς τῶν μεσσαλιανῶν αἱρέσεως.

Cap. XI.

De Messalianorum hæresi.

B

ΚΑΤὰ τοῦτον τὸν χρόνον, καὶ ἡ τῶν μεσσαλιανῶν ἐξελάσησεν αἵρεσις. εὐχίτας δὲ τούτους προσαγορεύουσιν οἱ εἰς τὴν ἑλλάδα φωνὴν ἰδίωμα μεταβαλόντες. ἔχουσι δὲ καὶ ἑτέραν προσηγορίαν ἐκ τοῦ πράγματος ἐπιθυμοῦντες. ἐνθουσιαστὰι γὰρ καλοῦνται, δαίμονός τινος ἐνεργείας εἰσδεχόμενοι, καὶ πνεύματος ἁγίου παρουσίαν ταύτην ὑπολαμβάνοντες. οἱ δὲ τελείαν τὴν νόσον εἰσδεδεγμένοι, ἀποστρέφονται μὲν τὴν τῶν χειρῶν ἐργασίαν ὡς πονηρὰν ὑπνῷ δὲ ζάφας αὐτοὺς ἐκδιδόντες, τὰς τῶν ὀνείρων φαντασίας προφητείας ἀποκαλοῦσι. τούτης ἐγένοντο τῆς αἱρέσεως ἀρχηγοὶ, δαδόης τε καὶ σάββας καὶ ἀδελφιος, καὶ ἕρμας, καὶ συμεώνης, καὶ ἄλλοι μετὰ τούτους. οἱ τῆς μὲν ἐκκλησιαστικῆς οὐκ ἀπέστησαν κοινωνίας, οὐδὲν ὄφελος εἶναι λέγοντες οὔτε λωβᾶσθαι φάσκοντες τὴν θείαν τροφήν, περὶ ἧς ὁ δεσπότης ἔφη χριστὸς, ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα, καὶ πίνων μου τὸ αἷμα, ζήσει εἰς τὸν αἰῶνα. κρύπτειν δὲ τὴν νόσον πειρώμενοι, καὶ μὴ ἐλέγχεσθαι ἀναιδῶς ἀρνοῦνται, καὶ ἀποκρύπτουσι τοὺς ταῦτα φρονοῦντας ἅπερ ἐν τῇ ψυχῇ περιφέρουσι. λεόντιος μὲν οὖν, ὁ τῶν μελιτινῶν ἐκκλησίαν ἰθύνας, ἀνὴρ ζήλῳ θείῳ κοσμούμενος, πολλὰ τῆς νόσου ταύτης ἀπάσαντα θεασάμενος μοναστήρια, μᾶλλον δὲ ἀσηλαιολησρικὰ, ἐνέπρησε ταῦτα, καὶ δὴ λύκους ἐκ τῆς ποίμνης ἐξήλασεν. ὡσαύτως δὲ καὶ ὁ πανόσιος ἀμφιλόχιος, τὴν λυκαόνων μητρόπολιν νέμων πεπιστευμένος, καὶ ἅπαν ἰθύνων τὸ ἔθνος, ἐπισκήψασαν αὐτοῖς τὴν λύμην ταύτην μαθὼν, ἐξανέστησε πάλιν, καὶ τὰ ὑπ' αὐτὸν νεμόμενα τῆς λώβης ἐκείνης ἠλευθέρωσε

EODEM tempore Messalianorum quoque hæresis exorta est. Euchitas autem eos vocant, qui nomen illorum in Græcam linguam transtulerunt. Aliam etiam habent appellationem ex re ipsa iis inditam. Enthusiastæ enim vocantur, eo quod dæmonis cujusdam impulsu agantur, eam Spiritus Sancti præsentiam esse existimantes. Porro qui hujus erroris labe penitus corrupti sunt, opus manuum aversantur ut vitium; somnoque se totos dedentes, somniorum visa prophetias appellant. Hujus sectæ principes fuerunt Dadoes & Sabbas & Adelphius, cum Herma & Symeone, & aliis pluribus. Qui se ab Ecclesiastica quidem communione neutiquam separarunt, nec prodesse quidquam, nec nocere dicentes escam Divinam: de qua tamen Dominus noster Christus ita loquitur: Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, vivet in æternum. Dum autem morbum suum occultare student, etiam posteaquam convicti sunt, impudenter negant, eosque condemnant qui eadem sentiunt, quæ ipsi in pectore habent recondita. Letoius igitur Ecclesiæ Meletinensis Episcopus, vir Divino zelo præditus, cum multa monasteria, vel potius speluncas latronum, erroris istius labem hausisse cerneret, ea incendit, & lupos ab ovili procul abegit. Simili modo Amphilochius ille celeberrimus, qui metropolim Lycaoniæ pastorali cura regendam susceperat, & universam provinciam gubernabat, cùm hanc pestem pervasisse illuc didicisset, rursus eam depulit, & gregem sibi commissum ea labe liberavit. Præclaris-

simus vero Flavianus, postquam Antiochenæ urbis Episcopus factus est, audiens illos Edessæ degere, & doctrinæ suæ venenum in vicinos spargere; missa Monachorum multitudine, Antiochiam eos adduxit, morbumque suum inficiantes hoc modo redarguit. Accusatores eorum calumniari dixit, & testes mentiri. Cumque Adelphium qui tum admodum senex erat, blande accersivisset, & juxta se proxime sedere jussisset: Nos, inquit, ô senex, qui longiorem duximus vitam, hominum naturam diligentius cognitam habemus, & adversariorum dæmonum artes intelligimus: usuq; & experimento largitionem gratiæ didicimus. Isti vero cùm sint juvenes, & nihil istorum accurate noverint, idonei non sunt qui spirituales sermones audiant. Expone igitur mihi, qua ratione dicatis adversarium quidem spiritum recedere; supervenire autem gratiam Spiritus Sancti. His sermonibus allectus senex ille, virus omne quod latebat, effudit. Et ex Divino quidem baptismo nullam utilitatem obvenire dixit iis, qui illum consequi meruissent: solam vero sedulam orationem expellere dæmonem inhabitantem. Omnes enim qui eduntur in lucem, ut naturam, sic etiam dæmonum servitutem, ex primo parente trahere dicebat. His vero per sedulam orationem effugatis succedit demum Spiritus Sanctus, qui præsentiæ suæ significationem det sensibilem atque visibilem: & corpus quidem perturbationum motu liberet; animam vero ab insita ad deteriora propensione retrahat: ita ut in posterum nec jejunio opus sit quod corpus maceret, nec doctrinâ quæ refrænet: & recte atque ordinate doceat incedere. Porro qui hunc assecutus est, is non solum protervis corporis motibus liberatur; verum etiam res futuras manifeste prævidet, & Divinam Trinitatem oculis suis contemplatur. Hac ratione Divinus Flavianus, cùm fœtidi fontis venas perfodisset, & impietatis aquas elicuisset, infelicem senem his verbis allocutus est. Inveterate dierum malorum: os tuum te coarguit, non ego, & labia tua testimonium dicunt contra teipsum. Detecta igitur hæresi, expulsi sunt ex Syria: & in Pamphyliam digressi, eam quoque provinciam hac peste repleverunt.

A ποίμνιον. Φλαβιανὸς ὁ πολυθρύλλητος τῶν
τὰ ἀνιοχέων ἀρχιερεὺς ἐγεγόνει, ἐν ἐδέσῃ τε-
τυς διατρίβειν μαθὼν, τὸν οἰκεῖον τοῖς πελά-
σιν ἐγχεῖπομβρίως ἰὸν, συμμοείαν μοναχῶν
ἀποστείλας, ἤγαγέ τε εἰς ἀντιόχειαν, καὶ τὸν νο-
σον ἐξαρνουμένους, τόνδε τὸν τρόπον ἐλέγξε.
τοὺς μὲν γὰρ καλητόρους ἔφη συκοφαντεῖν, καὶ τὰ
μάρτυρας ψεύδεσθαι· τὸν δὲ ἀδέλφιον ἀγανώ-
τατα πρεσβύτην, ἡπίως καλέσας, καὶ πλησίον κα-
θεδεῖσθαι κελεύσας, ἡμεῖς, ἔφη, ὦ πρεσβύτα,
τὸν πλείω βεβιωκότες βίον, ἀκριβέστερον κα-
τὴν ἀνθρωπείαν ἐμάθομεν φύσιν, καὶ τὰ τῆ
ἀντιπάλων δαιμόνων ἔγνωμεν μηχανήματα·
πείρᾳ δὲ καὶ τῷ χάριτι θεοῦ ἐδιδάχθημεν χα-
ρισμάτων. ἔτοι δὲ νέοι ὄντες, καὶ τούτων οὐδέν ἀκρι-
βῶς ἐπισάμενοι, πνευματικωτέρων ἐπακούειν
λόγων οὐ φέρουσι· τοιγάρτοι εἰπέ μοι, ὅπως φα-
τὲ τὸ πνεῦμα τὸ πονηρὸν ἀναχωρεῖν, καὶ τὴν
παναγίου πνεύματος τὴν χάριν ἐπιφοιτᾶν.
τούτοις ὁ πρεσβύτης ἐκεῖνος τοῖς λόγοις κατα-
interminatus esset sancto viro, hoc modo pœnas dedit. Cum balnei curam gereret, statim post verba, quæ Aphraatæ dixerat, eò perrexit, ut Imperatori illud præpararet. Cumque ad locum venisset, subitò mente captus in ferventem aquam ac minime temperatam desiliit, ibique extinctus est. Sedebat interim Imperator, expectans dum ille introeundi tempus ipsi nuntiaret. Cumque multum jam temporis effluxisset, alios misit Imperator, qui causam tantæ moræ ad ipsum referrent. Illi introgressi, cum omnia circumspexissent, eum in fervente aqua mortuum ac liquefactum repererunt. Quod ubi nuntiatum est Imperatori, efficaciam precum Aphraatis mirati sunt omnes: Ab impiis tamen dogmatibus haudquaquam recesserunt. Sed obduraverunt cor suum sicut Pharao: & vecors ille, audito sancti viri miraculo, adversùs pietatem furere nihilominus perseveravit.

A ἀπειλήσας τῷ θείῳ ἀνδρὶ, τοιόνδε πέπονθε δίκην βαλανείκῳ πεπισευμένος τὴν ἐπιμέλειαν, εὐθὺς μὲν τόσδε τοὺς λόγους καταλῆλθε, τοῦτο διαπεπίσων τῷ βασιλεῖ. εἶτα ὧν ὑγρὸν μὲν τὰς φρένας πλησθεὶς, εἰς τὸ θερμότατον ὕδωρ τὸ ἀκριβὲς καταλελήλυθέ τε καὶ τετελεύτηκεν. ἐκάθητο δὲ ὁ βασιλεὺς ἐκεῖνον προσμένων, ὡς ἂν τὴν μηνύσαντι τὴν εἴσοδον. ἐπεὶ δὲ ἡ πολὺς ἀνήλωτο καιρὸς, ἀπέστελλεν ἑτέρους ὁ βασιλεὺς τῆς μελλήσεως τὴν αἰτίαν μηνύσοντας. οἱ δὲ εἰσελθόντες ὑγρὸν πάντα προσκοπήσαντες, εὗρον ἐκεῖνον B ἐν τῷ ἀκράτῳ τεθνεῶτα καὶ διαλυθέντα θερμῷ καὶ τοῦτο δηλοῦσι τῷ βασιλεῖ, ἔγνωσαν τὰ ἀφραάτου προσευχῆς τὴν ἰσχύν· τῶν δογμάτων δὲ τῶν δυσεβῶν οὐκ ἐξέστησαν, ἀλλὰ σκληρύναν τὸν Φαραὼ τὴν καρδίαν αὐτῶν καὶ τὴν τοῦ ὁσίου θαυμαστεργίαν μαθὼν ὁ ἐμβρόντητος, ἐμάνη καὶ τὰ δυσεβείας λυσσῶν.

Cap. XXVII.

De S. Juliano, & de Antonio M.

PEr idem tempus Julianus quoque ille celeberrimus, cujus antea mentionem feci, solitudinem relinquere & Antiochiam venire compulsus est. Nam cum mendaciorum alumni, & texendarum calumniarum miri artifices, Arianos intelligo, eximium illum virum à suis partibus stare asseverarent; Flavianus, Diodorus & Aphraates veræ fidei lumina, Acacium strenuum virtutis Athletam, qui postea Berœensem Ecclesiam sapientissime gubernavit, ad præstantissimum illum virum miserunt, rogantes ut tot hominum millia miseraretur; & adversariorum quidem mendacium refutare, veritatis autem præconium confirmare vellet. Porro, quot & quanta D inter eundum ac redeundum, & in ipsa Antiochensium civitate ediderit miracula, in historia Philotheo jam retulimus, quam adire licet iis, qui hæc cupiunt cognoscere. Quod verò universam civium multitudinem ad nostros conventus exciverit, neminem ex iis, qui ingenium hominum considerarerint, dubitaturum puto. Res enim admirabiles & præter opinionem omnium gestæ, cunctos ad se pertrahere solent. Quod verò maxima ab illo edita sint miracula, ipsi

Κεφ. κζ.

Τὰ καθ' ἅγιον ἰουλιανὸν, καὶ ἀντώνιον τὸν μέγαν.

ΚΑτὰ τοῦτον τὸν καιρὸν καὶ ἰουλιανὸς ἐκεῖνος ὁ πολυύμνητος, ὃν καὶ πρόσθεν ἐμνήσθην, καταλιπεῖν μὲν τὴν ἔρημον, εἰς δὲ τὴν ἀντιόχειαν εἰσελθεῖν ἠναγκάσθη. ἐπεὶ δὲ ἡδοὶ τῷ ψεύδει συνιθεραμμένοι, καὶ τὰς συκοφαντίας μᾶλλον ῥᾳδίως ὑφαινόντες, οἱ τὰ ἀρειανὰ λέγω φρονοῦντες τὸν μέγαν ἄνδρα ἐκεῖνον διαβεβλήκοσι τοῦ λαοῦ εἶναι συμμορίας, ἀπέστειλαν οἱ τῆς ἀληθείας φωστῆρες, Φλαβιανὸς καὶ διόδωρος καὶ ἀφραάτης, ἄνδρα ἀρετῆς ἀθλητὴν, ἀκάκιον φημὶ τὸν νῦν ὕστερον μάλα σοφῶς τὴν Βεροιέων ἐκκλησίαν ἰθυνάντα, πρὸς τὸν πανεύφημον ἄνδρα ἐκεῖνον, ἀνιμβολοῦντες πολλὰς ἀνθρώπων μυριάδας οἰκτείρας, καὶ τῶν μὲν ἀρειανῶν τὴν ψευδολογίαν ἐλέγξας, τὰ δὲ τῆς ἀληθείας κηρύγματα βεβαιώσας. καὶ ὅσα μὲν ἔδρᾳ καὶ ἀπιὼν ἐπανιὼν, καὶ ἐν αὐτῇ δὲ τῇ μεγίστῃ πόλει τεθαυματούργηκεν, ἐν τῇ φιλοθέῳ ἡμῖν συγγεγραπται ἱστορίᾳ, ἣν ῥᾴδιον ἐμπυχεῖν τοῖς ταῦτα βουλομένοις μαθεῖν. ὅτι δὲ ἅπαν τὸ τῆς πόλεως πλῆθος εἰς τὸν ἡμέτερον συνήθροισε σύλλογον, ἵνα ἐνδοιάζειν οἶμαι τῶν τὴν ἀνθρωπείαν φύσιν ἐπεσκεμμένων. πέφυκε γὰρ τὰ παράδοξα ἕλκειν ἅπαντας ὡς ἐπὶ παῦλα. ὅτι δὲ καὶ μεγάλα εἰργάσατο θαύματα, μαρτυρεῖ

οι καὶ οἱ τ̃ ἀληθείας πολέμιοι. τοῦτο γ̃ καὶ ἐν ἀλεξανδρείᾳ πρὸ τοῦδε τοῦ χρόνου πεποίηκεν ἐν τοῖς κωνσταντίου καιροῖς ἀντώνιος ὁ πάνυ. καταλιπὼν γὰρ τὴν ἔρημον, ἅπαν ἐκεῖνο περιῆλθε τὸ ἄστυ, διδάσκων ἁπάντας, ὡς τ̃ ὑποστολικῆς διδασκαλίας κήρυξ ἐστὶν ἀθανάσιος, καὶ ὡς ἀντίπαλοι τ̃ ἀληθείας οἱ τ̃ ἀρείου συμμορίας. οὕτως ἦδεσαν οἱ θεῖοι ἄνδρες ἐκεῖνοι, τὰ πρόσφορα ἑκάστῳ προσαρμόττειν καιρῷ, καὶ πανίκα μὲν χρὴ τὴν ἡσυχίαν ἀσπάζεσθαι, πανίκα δ̃ προβιβᾶν τὰς πόλεις τ̃ ἐρημίας.

qvoqve veritatis hostes testantur. Idem porro antehac regnante Constantio, Alexandriæ præstiterat magnus Antonius. Relicta enim solitudine, totam illam urbem circuivit, cunctos admonens, Apostolicæ doctrinæ præconem esse Athanasium; Arianos verò hostes esse veritatis. Adeo divini illi viri, quid singulis temporibus congrueret, probe norant, & quando solitudinem amplecti, quando urbes præferre solitudini oporteret.

ΚΕΦ. κή.

Τίνες ἄλλοι μοναζοντες καὶ τοῦτον τ̃ καιρὸν διέτριψαν.

Cap. XXIIX.

Quinam alii monachi per ea tempora claruerint.

Ἦσαν γ̃ καὶ ἄλλοι καθ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν, τὰς τ̃ μοναχικῆς φιλοσοφίας ἀφιέντες μαρμαρυγάς· ὧν μὲν τῇ χαλκιδέων ἐρήμῳ, ἄβιτος καὶ μάρκιανὸς καὶ ἀβραάμης, καὶ ἕτεροι πρὸς τούτοις οὐκ ὀλιγάριθμοι, ὧν παθητοῖς σώμασι τὴν ἀπαθῆ βιοτὴν μελετῶντες· ὧν γ̃ τῇ ἀπαμέων χώρᾳ, ἀγαπητὸς καὶ συμεώνης καὶ παῦλος, καὶ ἄλλοι τὴν ἄκραν φιλοσοφίαν συλλέγοντες· ὧν δὲ τῇ ζευγματέων, πέπλιος ὁ παῦλος· ὧν γ̃ τῇ κυρεστῶν, ὁ παναόφημος ἀκεψεμᾶς ὧν οἰκίσκῳ καθειρχθεὶς, ὁ ἑξηκονταέτην χρόνον τοῦτον ἐβίω τὸν τρόπον, ὥστε ὁρώμενος, ὥστε φθεγγόμενος. ζευγματίου δὲ ὁ ἀξιάγαστος, καίτοι τὸ βλέπειν ἀφῃρημένος, περιῄει σημαίνων τῷ πρόβατα ὁ τοῖς λύκοις μαχόμενος· ἕ δὴ χάριν, αὐτὸς τὴν ἀσκητικὴν καλύβην ἐνέπρησαν. ἀλλὰ τραϊανὸς ὁ πιστότατος θεράπων, ἑτέραν ἐδείματο, καὶ τῆς ἄλλης θεραπείας μελέδωκεν. ὧν δὲ τῇ αὐλιοχέων, μαριανὸς καὶ εὐσέβιος ὁ ἀμμιανὸς, παλλάδιός τε καὶ συμεώνης καὶ ἀβραάμης, καὶ ἄλλοι πρὸς τούτοις τὴν εἰκόνα τὴν θείαν ἀκηράτον διασώσαντες. καὶ τούτων γ̃ κἀκείνων τὸν βίον ἀναγραπτὸν πεποιήκαμεν· καὶ τὸ ὄρος γ̃, τὸ τῇ μεγίστῃ θεραπείᾳ κείμενον πολλὰ, λειμῶσι θαυμασίοις ὡραίσθ· καὶ δὴ ὧν τούτῳ, πέτρος ὁ γαλάτης διέλαμπε, καὶ ὁ τούτου γε ὁμώνυμος ὁ αἰγύπτιος, καὶ ρωμανὸς καὶ σθενῆς, ὁ ζήνων, μωσῆς τε καὶ μάλχος, ὁ ἄλλοι πλεῖοι, παρὰ μὲν τοῖς πολλοῖς ἀγνοούμενοι, παρὰ γ̃ τῷ θεῷ γινωσκόμενοι.

Eadem tempestate, alii qvoqve monasticæ philosophiæ radiis coruscabant. In Chalcidensium quidem solitudine Avitus, Marcianus, Abraames, aliique præterea haud pauci, qui in corpore perturbationibus obnoxio, vitam perturbationis expertem agere nitebantur. In Apamensium autem regione Agapetus, Symeones, Paulus, & alii, qui perfectæ philosophiæ fructus colligebant. In Zeugmatensium territorio Publius & Paulus. In Cyrestarum agro Acepsemas ille ab omnibus laudatus, in cellula inclusus sexaginta annos ita transegit, nec visus ab ullo, nec ullum alloquens. Admirandus autem Zeugmatius, etsi luminibus orbatus, circumibat tamen oves Christi confirmans, & lupos abigens. Quam ob causam hæretici monasticum ejus tugurium incenderunt. Verùm Trajanus Magister militum, vir fidelissimus, alterum ei construxit, omniqve cura ac solicitudine eum fovit. In agro denique Antiochensium, Marianus, Eusebius, Ammianus, Palladius, Symeones, Abraames aliique præterea extiterunt, qui imaginem DEI integram atque immaculatam conservaverant. Ac nos quidem tum horum, tum illorum vitam scriptis prodidimus. Sed & mons ille, qui maximæ urbi vicinus est, similibus pratis ac floribus erat distinctus. In hoc enim claruit Petrus Galata, & alter ejusdem nominis Ægyptius: Romanus item & Severus; Zeno, Moses & Malchus, aliique complures, vulgo quidem hominum ignoti, sed DEO probe noti.

Cap. XXIX.

De Didymo Alexandrino & Ephræm Syro.

PEr idem tempus, Edessæ quidem Ephræm admirabilis, Alexandriæ vero florebat Didymus; uterque adversus dogmata veritati contraria libros conscribens. Et Ephræm quidem, Syrorum utens lingua, spiritalis gratiæ radios diffundebat. Nam cùm Græcas litteras non attigisset, multifidos tamen Græcorum errores confutavit: omnesque hæreticorum fraudes infirmas esse ostendit. Et quoniam Harmonius Bardesanis filius cantica quædam olim composuerat, & modorum suavitati impietatem admiscens, audientium animos demulcebat, & ad exitium pertrahebat; ipse modorum compositionem ab illo mutuatus, pietatem canticis permiscuit, & suavissimum simul ac utilissimum medicamentum audientibus exhibuit. Atque hæc cantica festos Martyrum dies lætiores ac splendidiores etiamnum efficiunt. Didymus vero cum à puero luminibus orbatus fuisset, Poeticam nihilominus ac Rhetoricam artem didicit. Arithmeticam præterea ac Geometriam & Astronomiam; Aristotelis item syllogismos & Platonis facundiam aurium sensu percepit, non tanquam disciplinas, quæ veritatem docerent, sed velut tela quibus veritas adversus mendacium uti potest. Sacræ quoque Scripturæ non litteras solum, sed & illarum sensus edidicit. Inter Monachos igitur & virtutis studiosos cultores, isti quos diximus tunc temporis enituere.

Cap. XXX.

De Episcopis, qui eo tempore per Ponticam & Asianam Diœcesin floruerunt.

INter Episcopos verò, Gregorii duo illustres fuere, Nazianzenus ac Nyssenus. Quorum hic quidem frater; ille vero contubernalis fuit Basilii M. Et hi quidem in Cappadocia pro pietate decertantes, egregiam operam navarunt. In eodem certamine strenuè se gessit etiam Petrus, iisdem parentibus natus, quibus Gregorius atque Basilius; sed Gentilium disciplinis non perinde ac illi exultus, vitæ tamen splendore conspicuus. At in Pisidia Optimus, & Amphilochius in Licaonia, pro fide à

Κεφ. κθ'.

Περὶ Διδύμου τοῦ Ἀλεξανδρέως καὶ Ἐφραὶμ τοῦ Σύρου.

ΚΑὶ κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον, ἐν μὲν Ἐδέσσῃ Ἐφραὶμ ὁ θαυμάσιος, ἐν Ἀλεξανδρείᾳ δὲ διέπρεπε Δίδυμος, καὶ τῶν ἀλλοπάλων τὰ ἀληθείας δόγματα συγγράφοντες καὶ ἕδιτ μὲν τῇ Σύρων κεχρημένος φωνῇ, τὴν πνευματικὴν χάριν τὰς ἀκτῖνας ἐφίει παιδείας δὲ ἐγεύσατο Ἑλληνικῆς, τὰς πολυχειρίας τῶν ἑλκύων διήλεγξε πλάνας, καὶ πάσης αἱρετικῆς κακοτεχνίας εὐσεβῶς ἔτλη ἀνατρέψαι· καὶ ἐπειδὴ Ἁρμόνιος ὁ Βαρδησάνε, ᾠδάς τινας συνεθείκε πάλαι, καὶ τῇ τῶν μέλους ἡδονῇ τὸ ἀσέβειαν κεράσας καὶ ἐκήλει τὰς ἀκοὰς καὶ πως ὀλέθρου ἤγετο, τὴν ἁρμονίαν τῶν μέλους ἐκείνων ἀνέμιξε τὴν εὐσέβειαν, καὶ πρέπον τοῖς ἀκούουσιν ἡδύσμα ὠμὲ καὶ ὀνησιφόρον φάρμακον· ταῦτα καὶ νῦν τὰ ᾄσματα, φαιδροτέρας τῶν νικηφόρων μαρτύρων τὰς πανηγύρεις ποιεῖ· ὁ δὲ Δίδυμος, παιδόθεν τὸ ὀπτικὸν ἐστερημένος αἰσθήσεως, καὶ ποιητικῶν καὶ ῥητορικῶν μετέλαχε παιδευμάτων· ἀριθμητικῆς τε καὶ γεωμετρίας καὶ ἀστρονομίας, τῶν ἀριστοτέλους συλλογισμῶν, καὶ τὸ πλάτωνος εὐεπείας, διὰ τῶν ἀκοῶν εἰσεδέξατο τὰ μαθήματα, οὐχ' ὡς ἀλήθειαν ἐκπαιδεύοντα, ἀλλ' ὡς ὅπλα τῆς ἀληθείας καὶ τὰ ψεύδους γυμνώματα· καὶ μὴν τοι καὶ τῆς θείας γραφῆς μεμάθηκεν, οὐ μόνον τὰ γράμματα, ἀλλὰ καὶ τὰ τούτων νοήματα· ὃν μὲν οὖν ἀσκήσεως καὶ τῆς ἀρετῆς φροντίσεως, ἔτοι καὶ ἐκεῖνον διέλαμπον τὸν καιρόν.

Κεφ. λ'.

Τίνες ἐν τῇ ποντικῇ καὶ ἀσιανῇ διοικήσεσιν ἐπίσκοποι κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν.

ΕΝ ἐπισκόποις δὲ γεγόασιν ἑκάτερος ὅ τε Ναζιανζῆνος, καὶ ὁ Νύσσης· ὁ μὲν ἀδελφὸς, ὁ δὲ σύσκηνός τε καὶ συνεργὸς τοῦ μεγάλου Βασιλείου τυγχάνων· ἔτοι μὲν ἐν καππαδοκίᾳ τῆς εὐσεβείας ὑπὲρ ἀγῶνες ἠγώνισαν συνηγώνισεν δὲ αὐτοῖς καὶ Πέτρος, γνησίους μὲν Βασιλείου καὶ Γρηγορίου τοὺς αὐτοὺς ἐσχηκώς, τῆς δὲ θύραθεν παιδείας οὐ μετειληχὼς σὺν ἐκείνοις· ἀλλὰ δὲ θείαν μαρμαρυγὰς ἀφιεὶς ἐν πισιδίᾳ δὲ Ὄπτιμος, καὶ Ἀμφιλόχιος ἐν λυκαο-

λυκαονία, γυναίως ὑπὲρ τῆ θεοδοσικῆς θρασταπόμβροι πίστεως, τὰς ἐναντίας ἀπεκρούοντο θεσσαλάς· ἐν δέ γε τῆ ἑσπέρα, δάμασος μὲν τῆ ῥώμης ἡγέμων, ἀμβρόσιος δὲ μεδιόλανον ἰθύνων θεπισθόμβρουν τὰς πόρρωθεν ἀκοντίζοντας ἔβαλον· καὶ μετ' ἐκείνων, οἱ τὰς ἐσχατιὰς οἰκεῖν ἠναγκασμένοι, γράμμασι καὶ τὰς οἰκείας ἐσήειζον, καὶ τὰς πολεμίους καθέλυον. ἀνθρώπους γὰρ τῷ μεγέθει κλύδων ἔδωκε κυβερνήτας τῷ ὅλων ὁ πρύτανις, ὅστε τῷ πολεμίων σφοδρότητι τὼν θεραπόντων ἀντέλαξεν ἀρετὼν, ὅ θεόσφορα τῆ καιρῆ δυσκολία τὰ ἀλεξίκακα ἔδωκε φάρμακα. ὁ μόνον ὃ τάυτης τῆ προμηθείας ταῖς ἐκκλησίαις μέλεδωκεν ὁ φιλάνθρωπος κύριος, ἀλλὰ καὶ ἑτέρας αὐλὰς κηδεμονίας ἠξίωσε.

A majoribus tradita fortiter propugnantes, adversariorum impetus retundebant. In Occidentis autem partibus, Damasus Romanæ urbis Antistes, & Ambrosius, cui Mediolanensis Ecclesiæ commissa erat cura, eos qui eminus jaculabantur, feriebant. Cum illis vero juncti ii, qui in ultimas oras fuerant relegati, & suos per literas confirmabant, & adversarios profligabant. Omnium enim moderator Deus ejusmodi tunc gubernatores dedit, qui magnitudini tempestatis pares essent, & hostium violentiæ fortitudinem Ducum oppo- suit, & salutaria remedia donavit, tem- B porum illorum acerbitati convenientia. Neque vero hac solum ratione clementissimus Dominus, Ecclesiarum saluti consuluit; sed alio etiam solatio eas fovere dignatus est.

Κεφ. λά.

Περὶ τῆ παρὰ βάλεντος τῷ μεγάλῳ βαλεντινιανῷ περὶ τῆ πολέμου γραφέντων, καὶ τῆ παρ' ἐκείνου πίστεως ἀντιγραφέντων.

Cap. XXXI.

De his, quæ Valens ad magnum Valentinianum scripsit de bello, & de responso Valentiniani.

ΤΟ γὰρ τῶν γότθων ἔθνος θρασυνήσας εἰς πόλεμον, ἅπαν τὸν βόσπορον ἔλκυσε τὸν κατ' μόνων τῶν εὐσεβῶν μεμαθηκότα σφάλεύειν. τότε δὴ τῶν οἰκείαν ἀθένειαν ὁ μάταιος ἐγνωκὼς, ἀπέστειλε θεὸς τὴν ἀδελφὸν στρατιὰν ἐξαιτῶν. ὁ ὃ ἐπέστειλεν, ὡς οὐχ ὅσιον ἐπαμύνειν ἀνδρὶ πολεμοῦντι θεῷ· δίκαιον ὃ τῶν τέλος καταπαύειν θρασύτητα. ταῦτα τὸν δείλαιον ἐκεῖνον μείζονος ἀνίας ἐνέπλησεν ἃ μὲν ἔληξε τῆ θρασύτητος, ἀλλ' ἐπέμεινε τῆ τῆς ἀληθείας παραταπόμβρου.

NAm cum Gothorum gentem ad bellum concitasset, illum, qui Orthodoxos solos oppugnare noverat, ad Bosporum retraxit. Tum vero de- C mens ille imbecillitatem suam agnoscens, misit ad fratrem, militares copias ab eo petens. At ille nefas esse rescripsit, suppetias ferre homini, qui Deo bellum inferret; sed ejus potius comprimendam esse temeritatem. Hæc infelicem illum graviori dolore ac tristitia affecerunt. Nec tamen à pristina temeritate destitit, sed in oppugnanda veritate perseveravit.

Κεφ. λβ'.

Περὶ τῆ τερεντίου κόμητος εὐσεβείας.

Cap. XXXII.

De Terentii Comitis pietate.

ΕΠανῆκε μὲν γὰρ ἀπὸ τῆς ἀρμενίας τερέντιος τροπαια στήσας. ἦν ὃ στρατηγὸς ἄριστος καὶ εὐσεβεία κοσμούμενος. τάτῳ δωρεὰν ὁ βάλης αἰτῆσαι θεσπέταξεν. ὁ ὃ ἐπήγγειλεν ἥντις ἔδη τὸν εὐσεβείᾳ συστεθραμμένον. ἠτήσε γὰρ οὐ χρυσὸν, οὐ ὃ ἄργυρον, οὐ χωρίον, οὐ δωρεὰν, οὐκ οἰκίαν, ἀλλ' ἐκκλησίαν παραχεθῆναι μίαν, τοῖς τῆς ἀποστολικῆς διδασκαλίας θεκνδυνεύουσιν. ὁ ὃ τῶν ἱκετείαν δεξάμενος, καὶ γνοὺς τὰ ἐγκείμενα, χαλεπήνας διέῤῥηξε, καὶ ὅτι ἄλλα τινὰ αἰτῆσαι θεσπέταξεν. ὁ ὃ τῆς ἱκεσίας συλλέξας τὰ ῥήγματα·

RE versus tunc erat ex Armenia, devictis hostibus Terentius, Dux D præstantissimus & pietate insignis. Huic Valens poscendi quidquid vellet liberam facultatem concessit. At ille petiit, quod pietatis alumnum decebat. Non enim aurum aut argentum, non prædium aut potestatem, non domum postulavit, sed Ecclesiam unam iis concedi petiit, qui Apostolicam doctrinam tuerentur. Imperator verò, accepto precum libello, cum quid in eo contineretur didicisset, indignatus eum discerpsit, jussitque Terentio ut alia quæpiam postularet. At ille, collectis libelli sui

fragmentis: accepi, inqvit, ô Imperator, & habeo donum, quod petii; nec aliud petiturus sum. Judex enim est concilii mei is, qui judex est universorum.

A ἐδ' ἐξάμλω, ἔφη, ὦ βασιλεῦ, καὶ ἔχω τὸ δῶρον, καὶ ἕτερον οὐκ αἰτήσω. σκοπὸς γὰρ κειτὸς ὁ τῶν ὅλων κελεύς.

CAP. XXXIII.

De Trajani Magistri militum libera voce.

POstquam vero trajecto Bosporo in Thraciam venit, primum quidem Constantinopoli diutissime moratus est belli apparatum disponens. Trajanum vero magistrum militiæ cum exercitu misit adversus Barbaros. Qui cùm postea victus rediisset, Valens ei graviter convitiatus est, ignaviam & pavorem objectans. At Trajanus, usus loquendi libertate, quæ virum fortem decebat: Non ego, inquit, victus sum, ô Imperator! sed tu victoriam projicis, qui contra Deum pugnas, ejusque auxilium Barbaris concilias. Cum enim à te impugnetur Deus, ad illorum partes transit. Deum porro comitatur victoria, & illis cedit, qui Deum ductorem habent. An nescis quos Ecclesiis expuleris, & quibus eas tradideris? Quin etiam Arinthæus & Victor, ipsi quoque Magistri militum, rem ita se habere affirmarunt: & Imperatorem rogarunt, ne reprehensiones cum veritate conjunctas iniquo animo ferret.

Κεφ. λγ'.

Περὶ τοῦ τριβούνου τοῦ στρατηλάτου παῤῥησίας.

Ἐπειδὴ δὲ τὸν Βόσπορον διαβὰς, εἰς τὴν Θρᾴκλω ἀφίκετο, πρῶτον μὲν ἐν κωνσταντινουπόλει πλεῖστον διέτριψε χρόνον διανέμων τὸν πόλεμον. στρατηγὸν δὲ σὺν τῇ στρατιᾷ τὸν στρατηλάτην B ἔπεμψε τῶν βαρβάρων ἀπέστειλεν. ἐπεὶ δὲ ἡττηθεὶς ἐπανῆλθεν ἐκεῖνος, ἐλοιδόρει τὸν ἀνδρεῖον ἡ βάλης, μαλακίαν αὐτῷ καὶ δειλίαν ἐγκαλῶν. ὁ δὲ, παῤῥησίᾳ χρησάμενος ἀνδρὶ ἡνιόχῳ πρέπουσῃ, οὐκ ἐγὼ, ἔφη, ὦ βασιλεῦ ἡττήμαι. ἀλλὰ σὺ πρόῃ τὴν νίκην, καὶ δὲ θεὸν παρατάττεται. τῷ δὲ θεῷ ἡ νίκη ἕπεται, καὶ τοῖς τοῦ δὲ θεοῦ στρατηγοῦσι παρεγίνεται. ἢ οὐκ οἶδα, ἔφη, τίνας τῶν ἐκκλησιῶν ἐξέλασας, ποίοις παρέδωκας τούτους; ταῦτα δὲ C ἀείνθεν καὶ βίκλως, στρατηγοὶ γὰρ ἦσαν καὶ αὐτοὶ, συνωμολόγησαν ἅπαντες, ἔχειν, καὶ τῷ βασιλεῖ μὴ χαλεπαίνειν παρῄνεσαν, τὴν ἐπ' ἐλέγχοις ἀληθείαν συνεζευγμένοις.

CAP. XXXIV.

De Isaace Monacho Constantinopolitano.

ALunt præterea Isaacem, qui cellam ibi habebat monasticam, Imperatori ad bellum unà cum exercitu proficiscenti ista inclamasse: Quò pergis Imperator, qui Deo bellum intulisti, nec illum habes adjutorem? Ille enim est, qui contra te barbaros concitavit, quia tu quoque prior multorum linguas ad blasphemiam contra ipsum excitasti; eos verò, qui ipsum laudabant Ecclesiis expulisti. Desine ergo bellum ei inferre, & ipse bellum comprimet. Redde optimos Pastores gregibus suis, & incruentam victoriam de hostibus reportabis. Quod si his insuper habitis prælium inieris, re ipsa experturus es, quàm durum sit contra stimulum calcitrare. Nam neque ipse reverteris, & exercitum præterea amittes. Adhæc Imperator irâ percit°: Revertar, inqvit teq; interficiam, & falsi vaticinii pœnas

Κεφ. λδ'.

Περὶ ἰσαακίου τοῦ κωνσταντινουπόλεως μοναζοντος.

ΦΑσὶ δὲ καὶ ἰσαάκιον, σκηνὴν αὐτῷ μοναχικὴν ἔχοντα, ἐπειδὴ εἶδεν αὐτὸν συνεξιόντα τῇ στρατιᾷ, βοῇ χρησάμενον φάναι· ποῖ βαδίζεις ὦ βασιλεῦ, καὶ θεὸν στρατηλατοῦντα, καὶ τοῦτον οὐκ ἔχων ἐπίκουρον· αὐτὸς γὰρ κατὰ σοῦ τοὺς βαρβάρους κεκίνηκεν, ἐπειδὴ καὶ σὺ πρότερος πολλοὺς γλώττας εἰς βλασφημίαν παρέθηξας, καὶ τοὺς ἐκείνου ὑμνοῦντας τῶν θείων οἴκων ἐξήλασας. παῦσαι δὴ ἓν πολεμῶν, καὶ παύσει τὸν πόλεμον. ἀπόδος ταῖς ποίμναις τοὺς ἀρίστους νομέας, καὶ λήψῃ τὴν νίκην ἀπονητί. εἰ δὲ τούτων μηδὲν δεδρακὼς παραλάξαις, μαθήσῃ τῇ πείρᾳ, ὅπως σκληρὸν τὸ πρὸς κέντρα λακτίζειν. οὔτε γὰρ ἐπανήξεις, καὶ προσαπολέσεις τὴν στρατιάν. ὀργισθεὶς δὲ ὁ βασιλεὺς, κἀπανήξω, ἔφη, καὶ καθαιρήσω σε, καὶ τὸν ψευδῆ προφή-

ρεύσεως εἰς πράξομαι δίκας. ὁ δὲ, ἥκιστα δείσας τὴν ἀπειλὴν, ἔφη βοῶν· κτεῖνον, εἰ φωραθείη τῶν λόγων τὸ ψεῦδος.

A à te exigam. Tum ille minas neutiquam reformidans, interfice, inquit, si in verbis meis mendacium fuerit deprehensum.

Κεφ. λέ.

Περὶ τῆς βρετανίωνος τοῦ σκυθίου ἐπισκόπου παῤῥησίας.

Καὶ βρετανίων, παντοδαπῇ μὲν λαμπρυνόμενος ἀρετῇ, πάσης δὲ τῆς σκυθίας τὰς πόλεις ἀρχιερατικῶς ἰθύνειν πεπιστευμένος, ἐπύρσευσέ τε τῷ ζήλῳ τὸ φρόνημα, καὶ τῆς τῶν δογμάτων διαφθορὰν, καὶ τὰς κατὰ τῶν ἁγίων παρανομίας τοῦ οὐάλεντος ἤλεγξε· καὶ μετὰ τοῦ θειοτάτου δαβὶδ ἐβόα, ἐλάλουν ἐν τοῖς μαρτυρίοις σου ἐναντίον βασιλέων, καὶ οὐκ ᾐσχυνόμην.

B

Cap. XXXV.

De Vetranionis Episcopi Scythiæ in loquendo libertate.

Sed & Vetranio, vir omnium virtutum genere exornatus, qui totius Scythiæ pontificatum gerebat, animum suum divino zelo succendit, & Valentem ob doctrinæ pravitatem & ob iniquas Sanctorum vexationes, coram redarguit, cum sanctissimo Davide clamans: Loquebar de testimoniis tuis in conspectu Regum, & non confundebar.

Κεφ. λϛ.

Περὶ τῆς κατὰ γότθων οὐάλεντος στρατείας, καὶ ὅπως ἔτισε τῆς ἀσεβείας δίκας.

Ὁ δὲ τῶν συμβούλων ἐκείνων τῶν ἀρίστων καταφρονήσας, τὴν μὲν στρατιὰν εἰς τὴν παράταξιν προὔπεμψεν· αὐτὸς δὲ ἔν τινι κώμῃ καθήμενος, τὴν νίκην προσέμενεν. οἱ δὲ στρατιῶται τῶν βαρβάρων οὐκ ἐνεγκόντες τὴν ῥύμην, ἐτράποντο καὶ κατεκτείνοντο διωκόμενοι. καὶ οἱ μὲν ἔφυγον κατὰ τάχος, οἱ δὲ κατακράτος ἐδίωκον. καταλαβόντες δὲ τὴν κώμην ἐκείνην οἱ βάρβαροι, ἔνθα ὁ οὐάλης τὴν ἧτταν μεμαθηκὼς ἐπειράθη λαθεῖν, πῦρ ἐμβαλόντες, ἐνέπρησαν σὺν τῇ κώμῃ καὶ τὸν τῆς εὐσεβείας ἀντίπαλον. οὕτω μὲν οὖν ἐκεῖνος, κἂν τῷ παρόντι βίῳ ποίνην ἔτισεν ὑπὲρ ὧν ἐπλημμέλησεν.

C

Cap. XXXVI.

De expeditione Valentis adversus Gothos, & quales impietatis pœnas dederit.

At Valens, spretis optimis illis Consiliariis, exercitum quidem præmisit ad prælium: ipse vero in quodam vico residens, victoriam expectabat. Sed cum milites impetum Barbarorum sustinere non potuissent, in fugam versi sunt, & à Barbaris insequentibus cædebantur. Et ipsi quidem contentissimo cursu fugiebant: Barbari verò totis viribus instabant. Cumqve ad vicum pervenissent, in qvo Valens, audita suorum clade, occultare se nitebatur: injecto igne, illum pietatis hostem simul cum vico incenderunt. Hoc modo Valens, in hac etiam vita scelerum suorum pœnas dedit.

Κεφ. λζ.

Πόθεν οἱ γότθοι τῆς ἀρειανικῆς μετέλαχον πλάνης.

Ἐγὼ δὲ προὔργον νομίζω, διδάξαι τοὺς ἀγνοοῦντας, ὅπως οἱ βάρβαροι τὴν ἀρειανικὴν εἰσεδέξαντο νόσον. Ὅτε τὸν ἴστρον διαβάντες, πρὸς τὸν οὐάλεντα τὴν εἰρήνην ἐσπείσαντο, τηνικαῦτα παρὼν εὐδόξιος ὁ δυσώνυμος, ὑπέθετο τῷ βασιλεῖ πεῖσαι αὐτῷ κοινωνῆσαι τοὺς γότθους. πάλαι γὰρ τὰς τῆς θεογνωσίας ἀκτῖνας δεξάμενοι, τοῖς ἀποστολικοῖς ἐνετρέφοντο δόγμασι. βεβαιοτέραν γὰρ, ἔφη, τὸ κοινὸν τοῦ φρονήματος, τὴν εἰρήνην ἐργάσεται ταύτην ἐπαινέσας τὴν γνώμην

D

Cap. XXXVII.

Quomodo Gothi in Arianam hæresin delapsi sint.

Ego vero operæ pretium facturus mihi videor, si ignaros docuero, qualiter Barbari Arianam hæresin amplexi sint. Quo tempore Gothi Istrum trajicientes, fœdus cum Valente percusserunt, abominandus ille Eudoxius, qui tum aderat, suggessit Imperatori, persuadendum esse Gothis, ut cum ipso communicarent: Nam cum diu antea divinæ cognitionis radiis illustrati essent, in Apostolica doctrina semper fuerant innutriti. Quippe, ajebat Eudoxius, unius dogmatis comunio pacem firmiorem efficiet. Quod consilium cum approbasset

Valens, optimatibus Gothorum proposuit, ut in doctrina fidei cum ipso consentirent. At illi responderunt, nunqvam se adduci posse ut à majorum suorum doctrina discederent. Porro ea tempestate, Ulfila totius gentis erat Episcopus, magnæ apud illos auctoritatis, & cujus verba pro firmissimis legibus habebant: hunc Eudoxius cum & verbis demulsisset, & muneribus illexisset, eo impulit, ut Gothos ad communionem Imperatoris amplectendam adduceret. Id autem persuasit, cum diceret contentionem ex ambitione ortam esse; dogmatum verò nullam esse discrepantiam. Quamobrem Gothi hactenus, Patrem quidem Filio majorem esse dicunt. Filium tamen creaturam dicere non sustinent, licet cum iis communicent, quii ta dicunt. Nec tamen à majorum doctrina penitus discesserunt. Etenim Ulfila, cum eis persuadere vellet, ut cum Valente & Eudoxio communicarent, nullam dogmatum discrepantiam esse dixerat; sed ex inani altercatione ortum fuisse dissidium

A ὁ βάλης, πρσυτεινε τοῖς ἐκείνων ἡγεμόσι τῶν δογμάτων τὴν συμφωνίαν. οἱ δ' οὐκ ἀνέξεσθαι ἔλεγον τὴν πατρῴαν καταλείψειν διδασκαλίαν. καὶ' ἐκεῖνον δ' τὸν χρόνον, ἀλφίλας αὐτῶν ἐπίσκοπος ἦν, ᾧ μάλα ἐπείθοντο, καὶ τὰς ἐκείνου λόγους ἀκινήτους ὑπελάμβανον νόμους. τοῦτον καὶ λόγοις καταπλήσας εὐδόξου, καὶ χρήμασι δελεάσας, πεῖσαι παρεσκεύασε τὸς βαρβάρους τὴν βασιλέως κοινωνίαν ἀσπάσασθαι. ἔπεισε δ', φήσας ἐκ φιλοτιμίας γεγονέναι τὴν ἔριν, δογμάτων δ' μηδεμίαν εἶναι διαφοράν. ὅθεν δὴ ἕνεκα, μέχρι καὶ τήμερον οἱ γότθοι μείζονα μὲν τὸν πατέρα λέγουσι τοῦ υἱοῦ· κτίσμα δ' τὸν υἱὸν εἶναι οὐκ ἀνέχονται), καίτοι κοινωνοῦντες τοῖς λέγουσιν. ἀλλ' ὅμως ἐ παντάπασι τὴν πατρῴαν διδασκαλίαν καταλέλιπον. καὶ γὰρ ἀλφίλας εὐδοξίῳ καὶ βαλεντι κοινωνῆσαι πεισθέντων αὐτὸς, οὐκ εἶναι δογμάτων ἔφη διαφοράν, ἀλλὰ ματαίαν ἔριν ἐργάσασθαι τὴν διάστασιν.

B

C

Explicit Liber quartus.

Τέταρτος λόγος τέλος.

D

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ΤΑΔΕ ΠΕΡΙΕΧΕΙ ΤΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

Λόγος Ε΄.

α΄. Περὶ τῆς γαλλιανοῦ τοῦ βασιλέως εὐσεβείας.
β΄. Περὶ τῆς ἐπανόδου τῶν ἐπισκόπων.
γ΄. Περὶ τοῦ παυλίνου φιλονεικίας, καὶ τοῦ ἀπολιναρίου τοῦ λαοδικέως καινοτομίας, ὅτε περὶ τῆς μελετίου φιλοσοφίας τε καὶ φιλοθεΐας.
δ΄. Περὶ εὐσεβίου τοῦ ἐπισκόπου σαμοσάτων.
ε΄. Περὶ τῆς θεοδοσίου σφαγῆς.
ς΄. Περὶ τῆς τότε βασιλείας, καὶ ὧν προεῖδεν ὀνείρων.
ζ΄. Τίνες ἐπίσημοι προσάται τῆς ἀρείου συμμορίας ἐγένοντο.
η΄. Περὶ τῆς ἐν κωνσταντινουπόλει συναθροισθείσης συνόδου.
θ΄. Συνοδικὸν πρὸς τὴν ἐν κωνσταντινουπόλει συνόδου.
ι΄. Συνοδικὸν δαμάσου ἐπισκόπου ῥώμης καὶ ἀπολιναρίου καὶ τιμοθέου γραφέν.
ια΄. Ἄλλο τότε συνοδικὸν καὶ διαφόρων αἱρέσεων.
ιβ΄. Περὶ τῆς γαλλιανοῦ τελευτῆς καὶ τῆς μαξίμου τυραννίδος.
ιγ΄. Περὶ ἰουστίνης τῆς βαλεντινιανοῦ γαμετῆς καὶ τοῦ καὶ ἀμβροσίου γενομένης ἐπιβουλῆς.
ιδ΄. Περὶ τῶν πρὸς μάξιμον τὸν τύραννον βαλεντινιανῷ τῷ νέῳ δηλωθέντων.
ιε΄. Περὶ τῶν πρὸς θεοδοσίου τοῦ βασιλέως περὶ τούτου γραφέντων.
ις΄. Περὶ ἀμφιλοχίου ἐπισκόπου ἰκονίου.
ιζ΄. Περὶ τῶν ἐν θεσσαλονίκῃ γενομένων σφαγῶν.
ιη΄. Περὶ τῆς ἀμβροσίου τοῦ ἐπισκόπου παῤῥησίας καὶ τοῦ τοῦ βασιλέως εὐσεβείας.
ιθ΄. Περὶ πλακίλλης τῆς βασιλίδος.
κ΄. Περὶ τῆς ἐν ἀντιοχείᾳ γενομένης σάσεως.
κα΄. Περὶ τῶν πανταχοῦ γῆς καταλυθέντων εἰδωλικῶν ναῶν.
κβ΄. Περὶ θεοφίλου ἐπισκόπου ἀλεξανδρείας, καὶ τῶν ἐν τῇ καθαιρέσει τῶν εἰδώλων αὐτοῦ γενομένων.
κγ΄. Περὶ φλαβιανοῦ τοῦ ἀντιοχείας ἐπισκόπου, καὶ τῆς διὰ παυλίνου γεγενημένης τοῖς δυτικοῖς διαστάσεως.
κδ΄. Περὶ τῆς εὐγενίου τυραννίδος καὶ τῆς θεοδοσίου τοῦ βασιλέως διὰ πίστεως νίκης.
κε΄. Περὶ τῆς θεοδοσίου τοῦ βασιλέως τελευτῆς.
κς΄. Περὶ ὠνορίου τοῦ βασιλέως, καὶ τηλεμάχου μοναζοντος.
κζ΄. Περὶ τοῦ ἀρκαδίου τοῦ βασιλέως εὐσεβείας, καὶ ἰωάννου τοῦ χρυσοστόμου χειροτονίας.
κη΄. Περὶ τῆς κατὰ θεὸν καὶ τὸ ἐπισκόπου παῤῥησίας.
κθ΄. Περὶ τῶν ἐν φοινίκῃ δι' αὐτοῦ καταλυθέντων εἰδωλικῶν ναῶν.
λ΄. Περὶ τῆς ἐκκλησίας τῶν γότθων. ζήλου.
λα΄. Περὶ τοῦ εἰς σκύθας ἀπ' αὐτοῦ γενομένης προνοίας, καὶ τοῦ κατὰ τῶν μαρκιανιστῶν
λβ΄. Περὶ τῆς γαΐνου αἰτήσεως καὶ τῆς ἰωάννου τοῦ χρυσοστόμου ἀνῤῥήσεως.
λγ΄. Περὶ τῆς πρὸς τὸν χρυσοστόμον πρὸς αὐτὸν πρεσβείας.
λδ΄. Περὶ τῶν δι' αὐτὸν συμβεβηκότων.
λε΄. Περὶ θεοφίλου τοῦ ἐπισκόπου ἀλεξανδρείας.
λς΄. Περὶ τοῦ ὕστερον γενομένης τοῖς πολεμικοῖς ἰωάννῃ τῷ ἐπισκόπῳ μεταμελείας, καὶ τῶν λειψάνων αὐτοῦ μετακομιδῆς.
λζ΄. Περὶ τῆς πίστεως θεοδοσίου τοῦ μικροῦ. καὶ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ.
λη΄. Περὶ θεοδότου τοῦ ἐπισκόπου ἀντιοχείας.

λθ'. Περὶ τοῦ ἐν περσίδι διωγμοῦ καὶ τῶν ἐκειμαρτυρησάντων.
μ'. Περὶ θεοδώρου τοῦ ἐπισκόπου μοψουεστίας.

IN LIBRO QVINTO ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ hæc continentur.

CAP. I. De pietate Imperatoris Gratiani.
II. De reditu Episcoporum.
III. De Paulini contentione; & de novitate doctrinæ Apollinaris Laodiceni, & de Meletii sapientia ac pietate.
IV. De Eusebio Samosatensi Episcopo.
V. De Theodosio Magistro militum.
VI. De Imperio Theodosii & de somniis ab eo visis.
VII. Quinam fuerint insignes Arianæ factionis Antistites.
VIII. De Concilio Constantinopolitano.
IX. Epistola Synodica Concilii Constantinopolitani.
X. Epistola Synodica Damasi Episcopi urbis Romæ contra Apollinarem & Timotheum scripta.
XI. Alia ejusdem Damasi Synodica Epistola contra diversas hæreses.
XII. De interitu Gratiani & de Maximi Tyrannide.
XIII. De Justina Valentiniani uxore, deque insidiis ab ea structis Ambrosio.
XIV. De iis, quæ Maximus tyrannus Valentiniano Juniori scripsit.
XV. De his, quæ à Theodosio Imperatore scripta sunt his de rebus.
XVI. De Amphilochio Iconii Episcopo.
XVII. De hominum cæde, quæ facta est Thessalonicæ.
XVIII. De Ambrosii Episcopi in loquendo libertate; & de pietate Imperatoris.
XIX. De Flaccilla Imperatrice.
XX. De seditione, quæ facta est Antiochiæ.
XXI. De templis Idolorum ubique subversis.
XXII. De Theophilo Alexandriæ Episcopo & de his, quæ in eversione Idolorum illic gesta sunt.
XXIII De Flaviano Antiochiæ Episcopo; & de dissidio propter Paulinum inter Occidentales & Orientales exorto.
XXIV. De Tyrannide Eugenii, & quomodo Theodosius ob fidei suæ meritum, victoriam reportavit.
XXV. De morte Imperatoris Theodosii.
XXVI. De Honorio Imperatore & de Telemacho Monacho.
XXVII. De pietate Imperatoris Arcadii, & de Joannis Chrysostomi Ordinatione.
XXVIII. De Joannis Episcopi divina in loquendo libertate.
XXIX. De templis Idolorum à Joanne subversis in Phœnice.
XXX. De Ecclesia Gothorum.
XXXI. De ejusdem erga Scythas providentia, & de zelo adversus Marcionistas.
XXXII. De petitione Gainæ, & de Joannis Chrysostomi responsione.
XXXIII. De Chrysostomi ad Gainam legatione.
XXXIV. De his, quæ Joannis causâ acciderunt.
XXXV. De Cyrillo Episcopo Alexandriæ, & de Alexandro Episcopo Antiochiæ.
XXXVI. Quomodo eos, qui Joannem persecuti fuerant, postea facti sui pœnituerit: & de reliquiarum ejus translatione.
XXXVII. Fides Theodosii Junioris & sororum ejus.
XXXVIII. De Theodoro Antiochensi Episcopo.
XXXIX. De persecutione Christianorum in Perside, & qui illic Martyrium perpessi sint.
XL. De Theodoro Episcopo Mopsuestiæ.

A

ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΘΕΟΔΩΡΙΤΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΥΡΟΥ Λόγος Ε'.

Κεφ. α'.

Περὶ τῆς γρατιανοῦ τοῦ βασιλέως εὐσεβείας.

Ὅπως μὲν ἐπὶ πλεῖστον φέρει τοὺς κατ' αὐτοῦ λυττῶντας ὁ δεσπότης θεὸς, καὶ ὅπως κολάζει τοὺς οὐκ εἰς δέον τῇ μακροθυμίᾳ χρω- B μένους, τοιαῦτα καὶ δεδρακὼς καὶ πεπονθὼς ὁ οὐάλης ἐδίδαξεν ἀκριβῶς. οἷον γάρ τισι σταθμοῖς καὶ ζυγοῖς, οἴκτῳ καὶ δικαιοσύνῃ χρώμενος ὁ φιλάνθρωπος, ὅταν ἴδῃ τίνα τῷ μεγέθει τῶν πλημμελημάτων ὑπερβάλλοντα, τῆς φιλανθρωπίας τὰ μέτρα, τῇ δικαίᾳ τιμωρίᾳ κωλύει τὴν ἐπὶ τὰ πρόσω φοράν. Γρατιανὸς δὲ, ὁ οὐαλεντινιανοῦ μὲν υἱὸς, οὐάλεντος δὲ ἀδελφιδοὺς, πᾶσαν τὴν ῥωμαίων ἡγεμονίαν παρέλαβε. πάλαι μὲν γὰρ τῆς εὐρώπης παρειλήφει τὰ σκῆπτρα μετὰ τὴν τοῦ πατρὸς C τελευτὴν. καὶ ἐκείνου δέ γε περιόντος, ἐκοινώνει τῆς βασιλείας. προσέλαβεν οὖν καὶ τὴν ἀσίαν καὶ τὰ λειπόμενα τῆς λιβύης, ἄπαιδος ἀναιρεθέντος τοῦ οὐάλεντος.

Κεφ. β'.

Περὶ τῆς ἐπανόδου τῶν ἐπισκόπων.

Εὐθὺς μέντοι τὴν εὐσέβειαν ἣν εἶχεν, ἐκδηλοτέραν κατέστησε, καὶ τῆς βασιλείας τὰς ἀπαρχὰς τῷ παμβασιλεῖ τῶν ὅλων προσήνεγκε. νόμον γὰρ ἔγραψε, καὶ τοὺς ἐληλαμένους ποιμένας ἐπανελθεῖν κελεύων καὶ τοῖς σφετέροις ἀποδοθῆναι ποιμνίοις, καὶ τοὺς θείους οἴκους παραδοθῆναι τοῖς τὴν δαμάσου κοινωνίαν προαιρουμένοις. δάμασος δὲ ἐσεῦτ' ῥώμης ἐπίσκοπος ἦν, καὶ ἀξιεπαίνῳ βίῳ κοσμούμενος, καὶ πάντα λέγειν καὶ πράττειν ὑπὲρ τῶν ἀποστολικῶν δογμάτων αἱρούμενος. μετὰ λιβέριον γὰρ τὴν τῆς ἐκκλησίας παρειλήφει κηδεμονίαν. συνεξέπεμψε δὲ τῷ νόμῳ καὶ σάπωρα τὴν στρατηγὸν ὀνομαστότατον τηνικάδε ὄντα. καὶ τῆς μὲν ἀρείου

THEODORITI EPISCOPI CYRI ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ LIBER QVINTUS.

Cap. I.

De pietate Imp. Gratiani.

QValiter Dominus DEUS homines furore atque insania contra ipsum elatos, diutissime sustineat, & qualiter puniat eos, qui ipsius abutuntur patientiâ, Valentis actus quos retulimus, ejusdemque exitus perspicue demonstrant. Misericordiâ enim ac justitiâ, velut quibusdam libris ac trutinis utens clementissimus Dominus, ubi aliquem viderit magnitudine scelerum, clementiæ modum excedere, impetũ ad ulteriora tendentem justa animadversione comprimit. Gratianus verò Valentiniani filius, cujus Valens patruus fuerat, Imperii Romani summam obtinuit. Jam enim antea Europæ sceptra post obitum patris sui susceperat. Sed & ab illo adhuc superstite in consortium Imperii fuerat adscitus: Valente vero absque liberis extincto, Asiam quoque & residuam Africæ partem Imperio suo adjunxit. Statim ergo pietatem quam in animo insitam habebat, manifestiorem reddidit, & Imperii sui primitias summo omnium Imperatori consecravit.

Cap. II.

De reditu Episcoporum.

D LEge enim lata præcepit, ut pastores, qui in exilium ejecti fuerant, redirent, suisque gregibus restituerentur, utque ædes sacræ iis traderentur, qui cum Damaso communicarent. Hic autem Damasus, Episcopus erat urbis Romæ, qui post Liberium Ecclesiæ illius curam susceperat: vir sanctitate vitæ conspicuus, & qui pro Apostolica doctrina nihil non dicere atque agere paratus esset. Porro simul cum lege, Saporem quoque Magistrum militum misit, qui tunc celeberrimus habebatur. Et Arianæ

quidem blasphemiæ prædicatores, tanquam feras quasdam, à sacris ædibus excludi jussit: optimis autem Pastoribus ac divino gregi easdem restituit. Atque id quidem in singulis provinciis sine controversia executioni mandatum est. Antiochiæ vero, quæ Metropolis est Orientis, hujusmodi contentio extitit.

βλασφημίας τὲς κήρυκας, οἷόν τινας θήρας τῶν ἱερῶν σηκῶν ἐξελάσαι, τοῖς δὲ ἀρίστοις ποιμέσι καὶ τοῖς θείοις ποιμνίοις τέτας ἀποδοθῆναι προσέταξε. καὶ ἐν ἑκάστῳ μὲν ἔθνει τέτο γε ἀδεῶς ἐγένετο, ἐν ἀντιοχείᾳ δὲ τῇ τῆς ἑῴας ἡγεμονὶ ἔρις ἐγένετο τοιάδε.

Cap. III.

De Paulini contentione, & de novitate doctrina Apollinaris Laodicæni, & de Meletii sapientia ac pietate.

DUas in partes, uti supra retulimus divisi erant Apostolicæ doctrinæ propugnatores. Et alii quidem, statim post insidias in magnum Eustathium structas, Arianam perfidiam detestati, & seorsum conventus agentes, Paulinum Antistitem habebant. Alii vero, qui post ordinationem Euzoii, unà cum præstantissimo Meletio sese ab impiis secreverant, eaque discrimina pertulerant, quæ supra commemoravimus, à sapientissimo Doctore Meletio regebantur. Præter hæc Apollinaris Laodicenus tertiæ quoque factionis seipsum auctorem præbuit. Qui assumpta pietatis persona, cum Apostolicam doctrinam visus esset defendere, paulo post manifestus hostis apparuit. De divina enim natura perperàm disserit, gradus quosdam dignitatum in illa excogitans: & dispensationis mysterium imperfectum ausus est affirmare, & animam ratione præditam cui corporis regendi cura commissa est, salutis exsortem fuisse asseveravit. Nam cum Deus Verbum juxta sententiam illius, eam non assumpserit, nec medelam ei attulit, nec honorem impertiit. Sed corpus quidem terrenum, ab invisibilibus potestatibus adoratur. Anima vero, quæ ad imaginem DEI facta est, inferius remansit, peccati infamiâ ac dedecore operta. Multa quoque alia, cæco mentis errore ductus asseruit. Interdum enim Christum ex sancta virgine carnem sumpsisse assentiebatur: interdum vero ajebat, illam unà cum DEO verbo è cœlo delapsam esse: nonnunquam vero Verbum carnem factum esse, sed nihil ex nobis assumpsisse. Alias præterea fabulas ac nugas divinis promissionibus adjunxit, quas hoc loco recensere superfluum puto. Hæc ille cum diceret, non suos solum pestifera labe

Κεφ. γ'.

Περὶ τὸ παυλίνε φιλονεικίας, καὶ τὸ ἀπολιναρίε τε λαοδικέως καινοτομίας, καὶ περὶ τὸ μελετίε φιλοσοφίας τε καὶ φιλοθεΐας.

Διχῇ μέν, ὡς ἔπροθεν εἰρήκαμεν, διῃρῆτο τῶν ἀποστολικῶν ὑπερασπιζόμενοι δογμάτων διήνυτο· καὶ οἱ μὲν αὐθις μετὰ τὴν κατὰ σαβίν, τὸ μεγάλε τυρβωθεῖσαν ἐπιβελὴν τὴν ἀρειανικὴν βδελυξάμενοι βδελυρίαν, καὶ τὰς σφᾶς αὐτὲς ἀθροιζόμενοι, παυλῖνον εἶχον ἡγούμενον. οἱ δὲ μετὰ τὴν ἀδίωτε χειροτονίαν σὺν μελετίῳ τῷ πάνυ τῶν δυσσεβούντων ἀποκριθέντες, καὶ τὰς κινδύνως ἐκείνως ὑπομείναντες, ὑπὸ τῆς μελετίε σοφωτάτης διδασκαλίας ἰθύνοντο. πρὸς δὲ τέτοις ἀπολινάριος ὁ λαοδικεὺς, ἑτέρας νέας συμμορίας αὐτὸς ἀπέφηνεν ἀρχηγός· ὃς τὸ τῆς εὐσεβείας ἀναδησάμενος πρόσωπεῖον, καὶ τῶν ἀποστολικῶν δογμάτων δόξας ὑπεραπίζειν, μικρὸν ὕστερον προφανὴς ὤφθη πολέμιος. καὶ γὰρ περὶ τῆς θείας φύσεως κιβδήλοις ἐχρήσατο λόγοις, βαθμές τινας ἀξιωμάτων γνωρίσας, καὶ τὸ τῆς οἰκονομίας μυστήριον, ἀτελὲς ἀποφήνας τελέσθαι μηκέτι, καὶ τὴν λογικὴν ψυχὴν τὴν ἐθύνῃ τὸ σῶμα πεπιστευμένην, ἐστερῆσθαι τῆς γενομένης ἐφ' ἡμῖν σωτηρίας. ἐκείνῃ γὰρ τάξιν καὶ τὸν ἐκείνε λόγον ὁ θεὸς λόγος, ὅτε ἰατρείας ἠξίωσε, ὅτε τιμῆς μετέδωκεν. ἀλλὰ τὸ μὲν σῶμα τὸ γήϊνον ὑπὸ τῶν ἀοράτων προσκυνεῖσθαι δυνάμεων· ἡ δὲ ψυχὴ ἡ κατ' εἰκόνα θείαν γεγενημένη, κάτω μεμένηκε, τὴν τῆς ἁμαρτίας αἰσχύνην φέρειν μένη. πολλὰ δὲ ἕτερα πρὸς τέτοις εἶπεν ἐσφαλμένη καὶ τυφλωττούσῃ διανοίᾳ. τὸν μὲν γὰρ συνωμολόγει καὶ αὐτὸς ἐκ τῆς ἁγίας παρθένε προσδεδέχθαι τὴν σάρκα, τὸν δὲ ἐξ ἀνάθεν ταύτην τῷ θεῷ λόγῳ συγκαταλελυθέναι φησίν· ἄλλον δὲ αὐτὸν γεγενῆσθαι σάρκα, τὸν δὲν ἐξ ἡμῶν εἰληφότα. καὶ ἕτερος δὲ μύθους καὶ λήρους ταῖς θείαις ἐπαγγελίαις συνέζευξεν ὃς καὶ λέγειν ἔφθη τὸν ἐπὶ τῆς παρθένε νεύσαντα· ἐκεῖνον μὲν δὴ ταῦτα λέγων, ὁ μόνος τὰ

τὰς οἰκείας ψυχὰς λύμης ἐνέπλησεν, ἀλλὰ καὶ πο-
λλῶν ἡμελέρων τὰ λαὸς μελέδωκε. χρόνῳ γὰρ ὕστε-
ρον τὴν τε σφαλερὰν ὁρῶντες εὐλάβειαν, καὶ τὴν τῆς
ἐκκλησίας θεώμενοι περιφάνειαν, συνήφθησαν
μὲν πλὴν ὀλίγων ἅπαντες, καὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς
κοινωνίας μετέλαχον. τὴν δὲ παλαιὰν οὐκ ἀ-
πέθεντο νόσον, ἀλλὰ καὶ πολλοὺς τῶν πάλαι ἐρ-
ρωμένων, ταύτης ἐνέπλησαν. ἐκ τῆσδε τῆς ῥίζης
ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἐβλάστησεν ἡ μία τῆς σαρ-
κὸς καὶ τῆς θεότητος φύσις, καὶ τὸ τῇ θεότητι τοῦ μο-
νογενοῦς προσάπτειν τὸ πάθος, καὶ ἄλλα ὅσα
τε τοῖς ἄλλοις λαοῖς καὶ τοῖς ἱερεῦσι τὴν διαμά-
χην γεγέννηκεν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον γε-
γένηται. ὅτε δὲ ἀφικομένου σάπωρος τοῦ στρα-
τηγοῦ, καὶ τὸν βασιλικὸν ὑποδείξαντος νόμον, ἐ-
χρυσίζετο μὲν ὁ παυλῖνος, αὐλὸς εἶναι τῆς δα-
μάσου μεμέλετο. ἐχρυσίζετο δὲ καὶ ἀπολινάριος,
καὶ ἀκρύπτων τὴν νόσον. ὁ δὲ θεῖος μελέτιος ἡσυ-
χῇ καὶ ἀτρέμα, τὴν ἐκείνων ἀνεχόμενος ἔριδος
φλαβιανὸς δὲ ὁ σοφώτατος, τῶν πρεσβυτέ-
ρων ἐγκαθειλεγμένος ἔτι χορῷ πρῶτον μὲν
πρὸς τὸν παυλῖνον ἔφη, τὸν στρατηγὸν παίοντος
εἰ τὴν δαμάσου ὦ φίλοτης κοινωνίαν ἀπαράζῃ,
ἀπόδειξον ἡμῖν σαφῶς τὴν τῶν δογμάτων συν-
φρύειαν. ἐκεῖνος γὰρ μίαν τῆς τριάδος οὐσίαν ὁ-
μολογῶν, τὰς τρεῖς ὑποστάσεις διαῤῥήδην κη-
ρύττει. σὺ δὲ ἄντικρυς τῶν ὑποστάσεων ἀναιρεῖς
τὴν τριάδα. δεῖξον δὴ ἓν τῶν δογμάτων τὴν
συμφωνίαν, καὶ λάβε τὰς ἐκκλησίας καὶ τὸν νό-
μον. ὡς ἐκεῖνον τοῖς ἐλέγχοις ἐπισομίσας, πρὸς
τὸν ἀπολινάριον ἔφη· θαυμάζω σε ὦ φίλος, ἕ-
ως ἀναίδην τῇ ἀληθείᾳ μαχόμενον, καὶ ταῦτα
σαφῶς ἐπισάμενον, ὡς ὁ θαυμάσιος δάμασος
τελείαν ὑπὸ τὸ θεῖον λόγον τὴν ἡμετέραν φύ-
σιν ἀνειλῆφθαι φησίν· σὺ δὲ τἀναντίον λέγων
διαλελεῖς. τὸν γὰρ νῦν τὸν ἡμέτερον τῆς σωτη-
ρίας ἀποστερεῖς. εἰ δὲ ψευδῆ φαμὲν, ταῦτά
σε καταγορεύοντες, νῦν γὰρ τὴν ὑπό σε τεχθεῖ-
σαν ἀρνήθητι καινοτομίαν, καὶ τὴν δαμάσου
σέρξου διδασκαλίαν, καὶ τὰς θείας λάβε
σκιάς. ὁ μὲν δὴ σοφώτατος φλαβιανὸς, τοῖς
ἀληθέσι λόγοις τὴν ἐκείνων καλέπαυσε παῤ-
ῥησίαν. μελέτιος δὲ, ὁ πάντων ἀνθρώπων
πραότατος, φιλοφρόνως ἅμα καὶ πικρῶς
ἔφη πρὸς τὸν παυλῖνον. ἐπειδὴ καὶ ἐμοὶ
τῶν δεκτῶν προβάτων τὴν ἐπιμέλειαν ὁ τῶν
προβάτων ἐνεχείρισε κύριος, καὶ σὺ τῶν

A contaminavit; sed quosdam etiam ex nostris eadem contagione infecit. Etenim aliquanto post tempore, cum suam ipsorum imbecillitatem & Ecclesiæ splendorem considerarent, omnes, paucis exceptis, ad unitatem redierunt & ad Ecclesiasticam communionem susceperunt: priorem tamen morbum minime abjecerunt, sed multos eorum, qui antea recte sentiebant, in errorem suum pertraxerunt. Ex hac radice pullulavit in Ecclesiis opinio illa, unam esse naturam carnis ac Deitatis; & illa, quæ unigeniti divinitati passionem attribuit, & aliæ plures, quæ tum inter populos, tum inter sacerdotes aliarum
B provinciarum, magnam discordiam concitarunt. Verum hæc postea gesta sunt. Tunc vero cum Sapores Magister militum Antiochiam advenisset, & Imperatoris legem protulisset, Paulinus quidem affirmare cœpit se Damaso communicare. Idem quoque asserebat Apollinaris, hæresin suam occultans. Divinus autem Meletius, quietus sedebat contentionem illorum sustinens. Tunc sapientissimus Flavianus, qui in Presbyterorum ordine adhuc erat constitutus, primum quidem ita Paulinum allocutus est, Magistro mi-
C litum audiente. Si Damasi communionem amplecteris, ô amice! doctrinæ nobis manifestam similitudinem ostende. Nam ille quidem unam eandemque Trinitatis substantiam confitens, tres hypostases diserte prædicat. Tu contra, Trinitatem tollis hypostasum. Ostende igitur consensionem doctrinæ, & Ecclesias accipe, ut lex jubet. Hujusmodi convictione cum os Paulino obstruxisset, ad Apollinarem conversus, hæc dixit. Miror te, ô amice! tam impudenter repugnare veritati; idque cum probe scias, Damasum asse-
D rere perfectum hominem à Deo Verbo assumptum esse. Tu vero contrarium affirmare non cessas. Mentem enim nostram à salute excludis. Quod si falsa sunt, quæ tibi objicimus, nunc saltem renuntia novitati quam excogitasti, & Damasi doctrinam amplectere: ac tum demum sacras ædes obtine. Ac prudentissimus quidem Flavianus, certissimis rationibus fiduciam illorum compressit. Meletius vero, vir omnium mortalium mitissimus, amanter simul ac leniter Paulinum his verbis compellavit. Quandoquidem & mihi harum ovium Dominus ipse curam commisit,

& tu aliarum curam susceptisti, ovesque A inter se in religione consentiunt, jungamus greges, ô amice, & contentionem de primatu deponamus: gregemqve in commune pascentes, communem iis curam ex æquo impendamus. Quod si cathedra in medio posita contentionem facit, eam ego auferre conabor. Posito enim super illa Evangeliorum libro, nos ex utraq; parte sedeamus. Ac si quidem ego prior ex hac vita discessero, tu solus, ô amice, præsulatum totius gregis obtine. Si vero id tibi prius contigerit, tum ego, prout potero, gregis curam geram. Et divinus quidem Meletius, amanter & placide ista dicebat: Paulinus vero conditionem oblatam accipere noluit. Tunc Magister militiæ his, quæ dicta fuerant, perpensis atque examinatis, Ecclesias magno Meletio tradidit. Paulinus autem, gregis illius, qui ab initio separatus fuerat, antistes permansit.

Cap. IV.

De Eusebio Samosatense Episcopo.

Apollinaris vero, cum Ecclesiarum administratione excidisset, novam deinceps quam excogitaverat doctrinam palam prædicavit, seque hæreseos auctorem professus est. Et ipse quidem Laodiceæ utplurimum morabatur. Antiochiæ vero, jam antea Vitalem ordinarat Episcopum: virum eximia quidem virtute & sanctitate præditum, & in Apostolica doctrina à puero educatum: postmodum vero hæretica labe corruptum. Porro divinus Meletius, Diodorum illum, cujus supra meminimus, qui in gravissima illa tempestate navem Ecclesiæ incolumem servaverat, Tarsensium Episcopum constituit, & Cilicum ei provinciam commendavit. Apameæ vero, Pontificatum Joanni tradidit; qui & ipse claro genere ortus, suis tamen meritis quàm majorum rebus præclare gestis erat illustrior. Nam & doctrina & vitæ sanctitas, in eo pariter eminebant. Hic dum tempestas sæviret, Orthodoxorum illic conventum rexerat, adjutorem operis habens Stephanum omni laude dignissimum. Sed hunc quoque divinus Meletius ad alia transtulit certamina. Nam cum urbem Germaniciam Eudoxiani erroris labe corruptam esse didicisset, hunc

ἄλλων ἀναδέξαι τὴν φροντίδα, κοινωνεῖ ἀλλήλοις τῆς εὐσεβείας τὰ θρέμματα, συνάψωμεν ὦ φιλότης τὰ ποίμνια, καὶ τὴν πρὸς τῆς ἡγεμονίας καταλύσωμεν διαμάχην κοινὴ δὲ τὰ πρόβατα νέμοντες, κοινὴν αὐτῶν προσενέγκωμεν θεραπείαν. εἰ δὲ ὁ μέσος θρόνος τὴν ἔριν γυναῖ, ἐγὼ κἀ ταύτην ἐξελάσω πειράσομαι. ἐν γὰρ τούτῳ τὸ θεῖον προσθεὶς εὐαγγέλιον, ἐκαθέρωθεν ἡμᾶς καθῆσαι παρέξω. καὶ εἰ μὲν πρῶτος ἐγὼ δεξαίμην τὸν βίον τὸ πέρας, μόνος ἀρχῆς ὦ φίλος τὴν ποίμνης ἡγεμονίαν. εἰ δὲ σὺ προτερος τὸν πάθοις, ἐγὼ πάλιν εἰς δύναμιν τῶν προβάτων ἐπιμελήσομαι. ταῦτα ἠπίως μὲν ἅμα καὶ φιλοφρόνως ὁ θεῖος εἶπε μελέτιος· ὁ δὲ παυλῖνος, οὐκ ἔσερξεν. ὁ δὲ σοφὸς ἡγὸς κλῆσιν τὴν εἰρημένων γνώμην, τῷ μεγάλῳ μελετίῳ τὰς ἐκκλησίας παρέδωκεν. ὁ δὲ παυλῖνος διέμενε τὴν ἐξ ἀρχῆς ἀποκεκριμένων προβάτων ἡγέμων.

Κεφ. δ'.

Περὶ εὐσεβίου τοῦ ἐπισκόπου σαμοσάτων.

Ἀπολινάριος δὲ τῶν ἐκκλησιῶν ἡγεμονίας διαμαρτὼν, διαῤῥήδην λοιπὸν τὴν καινοτομηθεῖσαν διδασκαλίαν ἐκήρυξε, καὶ τῆς αἱρέσεως ἑαυτὸν ἀπέφηνεν ἀρχηγόν. καὶ αὐτὸς μὲν ἐν λαοδικείᾳ τὰ πλεῖστα διέτριβεν· ἐν ἀντιοχείᾳ δὲ ἤδη πρότερον ἐκειροτονήθη βιτάλιον, βίῳ μὲν ἀρίστῳ κοσμούμενον, ἐστὶ δὲ ἀποστολικοῖς δόγμασιν ἐντεθραμμένον, ὕστερον δὲ τῶν νόθων δεξάμενον. ὁ δὲ θεῖος μελέτιος διόδωρον ἐκεῖνον ἃ καὶ πρόσθεν ἐμνήσθημεν, τὸν ἐν τῷ παγχαλέπῳ κλύδωνι ἀβάπτιστον τὸ τῆς ἐκκλησίας διασώσαντα σκάφος, ταρσέων καθέσηκε ποιμένα, καὶ τὸ κιλίκων αὐτῷ ἐνεχείρισεν ἔθνος, ἀπαμείας δὲ τὴν ἀρχιερωσύνην ἐπιμέλειαν ἰωάννῃ ἐπίστευκεν, ὃς εἶχε μὲν καὶ ῥώμης τὴν προφάνειαν, κατορθώμασι δὲ μᾶλλον οἰκείοις ἢ προγονικοῖς ἐλαμπύνετο. καὶ ταύτην δὲ αὖθις καὶ λέγω ἐκόσμει καὶ βίος. ἔστι δὲ ἐν τῇ τῆς ζάλης καιρῷ, τὸν τῶν ὁμοπίστων ἐκύβερνησε σύλλογον· σύνεγγυς δὲ εἶχε τὸν ἀξιέπαινον σέφανον. ἀλλὰ καὶ τοῦτον ὁ θεῖος μελέτιος εἰς ἑτέρους ἀγῶνας μέλεσηζε. μαθὼν γὰρ ἰὸν τῆς δόξης λώβης διεφθάρθαι τὸν γερμανίκειαν

τὸν ἀπέστειλεν ἰατρὸν ἀλεξίκακον. καὶ διὰ πάσης δὲ ἤλιτο παιδείας ἑλληνικῆς, καὶ τοῖς θείοις ἐκ νεαρᾶς ἡλικίας ἐντεθραμμένος δόγμασι. καὶ τῆς ἐλπίδος οὐκ ἐψεύσθη. τῇ δὲ πνευματικῇ χρώμενος διδασκαλίᾳ, μετέβαλε τοὺς λύκους εἰς πρόβατα. ὁ δὲ Μέλας Εὐσέβιος, ὑπὸ τῆς ὑπερορίας ἐπανελθών, ἀκάκιον μὲν ἔπολυτὸ κλέος, ἐν Βεροίᾳ κεχειροτόνηκεν· ἐν ἱεραπόλει δὲ Θεόδοτον, οὗ τὴν ἀσκητικὴν πολιτείαν μέχρι καὶ τήμερον ἅπαντες ὑμνοῦσιν. Εὐσέβιον δὲ Χαλκίδος· κύρου δὲ τὸν Ἰσίδωρον. ἀξιαγάστω δὲ ἦν ἀμφω, καὶ ζήλου θείου κεκοσμημένω. φασὶ δὲ αὐτὸν, καὶ εὐλόγιον ἐκεῖνον, τὸν ὑπὲρ τῶν ἀποστολικῶν ἠγωνισμένον δογμάτων, καὶ εἰς τὴν ἀνίνω μὴ πρωτοβήβης ἀπεσταλμένον, τῆς ἑσπέρας κεχειροτονηκέναι ποιμένα. βάρσης γὰρ ὁ θεοπέσιος, ἤδη δὲ βίου τὸ τέλος ἐδέδεκτο. εὐλόγιος δὲ, πρωτοβηβήνην τῶν ἀγώνων τὸν κοινωνὸν, ταῖς κάρραις ἐπέστησεν, ἰατρὸν ἀλεξίκακον οὐκ οὐδιακαμένῃ δωρησάμενος. πόλις δὲ θεῖος εὐσέβιος, ἔσχατον ἐπίσκοπον μένειν τῇ δολιχῇ κεχειροτόνηκε. πολίχνη δὲ αὕτη σμικρὰ, καὶ τῆς ἀρειανικῆς νόσου καὶ ἐκεῖνο δὲ καιρὸν μετειλήφει. τοῦτον τὸν μὲν ἀξιέπαινον ὄντα, καὶ πολλοῖς εἴδεσιν ἀρετῶν ἠγλαϊσμένον, ἐνιδρυσαμένοις τοῖς ἱεραυλικοῖς ἐθελήσας θώκοις ὁ μέλας εὐσέβιος, τῷ δολιχῷ καθέλαβεν. εἰσιόντι δὲ αὐτῷ, γυνὴ τῆς ἀρειανικῆς νόσου ἐμπεπλησμένη, κέραμον ἄνωθεν ἐπαφῆκεν ὑπὸ δὲ στέγης, ὃς τὴν τε κεφαλὴν συνέτριψε, καὶ μικρὸν ὀλίγον εἰς τὸν ἀμείνω βίον παρέπεμψεν. ὁ δὲ τελευτῶν παρηγγύησεν, ὅπως τοὺς παρόντας πεδήσας, μηδὲ μίαν τὴν τάχιστα δοάσασαν εἰσπράξωμαι ποινήν. καὶ τὸν οἰκεῖον γὰρ ἐζήλου δεσπότην, ὃς ὠθειτῶν ἑσταυρωκότων ἔφη· πάτερ ἄφες αὐτοῖς, οὐ γὰρ οἴδασι τί ποιοῦσι. καὶ τὸν ὁμόδουλον στέφανον, μὴ ἰδὼς πολλὰς τῶν λίθων νιφάδας βοήσαντα, κύριε μὴ στήσῃς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν ταύτην. τοιοῦτος μὲν τοὺς παντοδαπεῖς ἀγῶνας ὁ μέγας εὐσέβιος ἐδέξατο τέλος· καὶ τὰς ἐν τῇ θράκῃ βαρβάρους διαφυγὼν, τὰς τῶν δυσσεβῶν αἱρετικῶν οὐ διέφυγε χεῖρας, ἀλλὰ δι' ἐκείνων τὸν δὲ μαρτυρίου στέφανον ἀνεδήσατο. ταῦτα μὲν δὴ μετὰ τὴν ἐπάνοδον τῶν ἐπισκόπων ἐγένετο. γρατιανὸς δὲ τὴν θράκην δῃωμένην μαθὼν, ὑπὸ τῶν τὸν οὐάλεντα κεκαυκότων βαρβάρων, καταλιπὼν τὴν ἰταλίαν, εἰς τὴν παννονίαν ἀφίκετο.

A salutarem medicum eò misit. Quippe & Græcorum disciplinis egregie erat instructus, & in veræ fidei doctrina ab ineunte ætate educatus. Nec sane Meletium spes sua fefellit. Spiritualem enim doctrinam adhibens, lupos in oves mutavit. Magnus autem Eusebius ab exilio reversus, Beroææ quidem Acacium, cujus celebris fama est, Episcopum ordinavit: Hierapoli vero Theodotum, cujus religiosa conversatio omnium sermonibus etiamnum prædicatur. Eusebium præterea Chalcidi, & Isidorum Cyro nostræ antistites dedit; utrumque admiratione dignum, & divino zelo insignem. Sed & Eulogium, qui pro Apostolica doctrina fortissime certaverat, & in oppidum Antinoum unà cum Protogene fuerat relegatus, Episcopum Edessę ab illo ordinatum ferunt. Barses enim ille admirandus, jam è vivis excesserat. Porro Eulogius Protogenem, qui certaminum ipsius socius ac particeps fuerat, Carris Episcopum constituit, urbi male habenti salutarem medicum tribuens. Postremus omnium Maris, à divino Eusebio Dolichæ Episcopus creatus est. Urbs est exigua, quæ tunc temporis Ariana labe erat infecta. Hunc igitur laudabilem virum & multis virtutum insignibus refulgentem, cum illic in sacerdotali solio collocare vellet M. Eusebius, Dolicham ingressus est. Ingredienti vero, mulier quædam Ariana labe maculata tegulam è superiore ædium parte immisit, quæ caput ejus obtrivit, nec multo post ad meliorem vitam eum transmisit. Sed ille moriens, eos qui aderant jurejurando obstrinxit, ne à muliere pœnas hujus facti ullas exigerent. Imitari enim studebat Dominum suum, qui pro illis, à quibus crucifixus fuerat, dixit: Pater, dimitte illis, quia nesciunt quid faciunt. Et conservum suum Stephanum, qui post lapidum densissimum imbrem, clamabat: Domine ne statuas illis hoc peccatum. Hunc exitum vitæ post varia tandem certamina sortitus est M. Eusebius: & qui Barbaros in Thracia degentes effugerat, impiorum hæreticorum manus vitare non potuit; sed eorum operâ, Martyrii coronam adeptus est. Et hæc quidem gesta sunt post reditum Episcoporum. Gratianus vero, cum à Barbaris, qui Valentem cremaverant, Thraciam vastari didicisset, relictâ Italiâ, in Pannoniam profectus est.

A

Cap. V.

De Theodosio Magistro militum.

PEr idem tempus Theodosius, tum ob Majorum suorum nobilitatem, tum ob propriam virtutem, omnium sermonibus celebrabatur: atque idcirco cum æqualium invidiâ premeretur, in Hispaniis degebat: illic enim & natus fuerat, & educatus. Imperator igitur ad inopiam redactus consilii: quippe Barbari victoria elati, & erant & videbantur insuperabiles: finem malis futurum esse credidit, si Theodosius Dux belli gerendi constitueretur. B Continuò itaque illum ab Hispania accitum, & Magistri militum dignitate auctum, cum copiis, quas collectas habebat, adversus Barbaros mittit. Ille vero fide munitus, alacri animo iter arripuit. Ingressusque in Thraciam & Barbaros infestis signis irruentes conspicatus, milites suos instruxit ad prælium. Commissaque pugna, Barbari cum impetum nostrorum ferre non possent, ordines deseruerunt. Et in fugam versi, ipsi quidem terga dabant; Romani vero fugientibus acriter instabant. Magna tunc facta est strages Barbarorum. Non enim à Romanis so- C lum, verum etiam à suis ipsi cædebantur. Ita plurimis interfectis, paucisque qui se occultare potuerant, Istrum transgressis, statim Dux præstantissimus cum per vicinas urbes exercitum suum dispersisset: ipse contento cursu ad Imperatorem Gratianum perrexit, victoriæ suæ futurus nuntius. Ac primo, ne Imperatori quidem ipsi, magnitudine rei attonito, verisimilia esse videbantur, quæ narrabat. Illi vero, quos invidia stimulabat, & fugisse eum dicebant, & exercitum amisisse. Tum ille, ipsos æmulos atque adversarios suos mitti postulavit, qui cæsorum Bar- D barorum multitudinem cernerent. Facile porro esse ajebat, vel ex spoliis numerum peremptorum cognoscere. His verbis assensus Imperator, misit qui rem ipsam inspicerent, ac sibi renuntiarent.

Κεφ. ε'.

Περὶ τῆς Θεοδοσίου στρατηγίας.

Κατ' ἐκεῖνον δὲ τὸν χρόνον, ἰουστῖνα ἡ οὐαλεντινιανοῦ μὲν τοῦ μεγάλου γαμετὴ, τοῦ δὲ νέου μήτηρ, ἀπάλαι τῆς ἀρειανικῆς διδασκαλίας ἐδέξατο σπέρματα, δῆλα ποιοῦσα τῷ παιδὶ τὰ μὲν γὰρ ὁμόζυγα τὸ θερμὸν ἐπισαμένη τῆς πίστεως, λαθεῖν ἀπάντα τὸν χρόνον ἐσπούδασε. τοῦ δὲ παιδὸς τὸ τῶν φρενῶν ἁπαλὸν καὶ εὐεγκέφαλον θεωμένη, πρόσω νεύειν τὴν ἐξαπάτην ἐθάρρησε. ὁ δὲ τοῦ μὲν τῆς ὑποθήκας ὠνησιφόρους ὑπολαβὼν εἰς γὰρ τὸ τῆς φύσεως δέλεαρ ἀποβλέπων, τὸ θανατηφόρον ἀγνοήσειν ἐφ' ἑαυτοῦ. ἀμέσως πρώτῳ τὰς περὶ τούτων προσενήνοχε λόγους. ἔμελλεν εἰ τοῦτον μεταπείσειν, τῶν ἄλλων ῥᾴδιος ἂν περιέσεσθαι. ὁ δὲ, τοῦ τε τοῦ πατρὸς ἀνεμίμνησκεν εὐσεβείας, καὶ τὸν κλῆρον παρεκάλει φυλάττειν, ὃν παρέλαβεν, ἄσυλον. ἐδίδασκε καὶ τὴν τῶν δογμάτων διαφορὰν, καὶ ὅπως τὰ μὲν, τῇ τοῦ κυρίου διδασκαλίᾳ καὶ τοῖς τῶν ἀποστόλων συμβαίνει κηρύγμασι· τὰ δὲ, ἄντικρυς ἐναντία, καὶ τῷ πνευματικῷ νομοθεσίᾳ μαχόμενα. ὁ δὲ νέος, ἅτε δὴ νέος, καὶ ἅτε μητρὸς ἡπαλημμένης θηλ-

μένος

μῶν ἐ μόνον ἐ προσίετο τὰ λεγόμενα, ἀλλὰ καὶ θυμῷ πλήρης ἐγένετο, καὶ λόχοις ὁπλιτῶν τε καὶ πελταστῶν τὰς ἐκκλησιαστικὰς περιέβαλε κύκλῳ. ἐπειδὴ δὲ τὸν μέγιστον ἐκεῖνον ἀρχιερέα ἐδὲν ἐδεδίττατο τῶν ὑπ' αὐτοῦ γυμνούμενων· μορμολύκεια γὰρ ὑπέλαβε ταῦτα, μειρακυλλίοις ἴσως τισὶν προσφερόμενα· τότε δὴ χαλεπήνας, προφανῶς αὐλὸν ἐκέλευσε τῶν ἱερῶν ἔξω βῆναι προθύρων. ὁ δέ, ἑκὼν μὲν ἔφη τοῦτο ἐ δράσω, ἐδὲ προδώσω τοῖς λύκοις τὸν τῶν προβάτων σηκὸν, ἐδ' ἐτοῖς βλασφημοῦσι τὸν θεῖον προδώσω νεών· ἀλλ' εἰ σοὶ κεῖναι δοκεῖ, ἔνδον ἐπένεγκέ μοι τὸ ξίφος ἢ τὴν αἰχμήν. ἀσπασίως γὰρ δέξομαι τὴν τοιαύτην σφαγήν.

A verba Ambrosii non modo non admisit, verum etiam ira exarsit; levisque & gravis armaturæ militibus Ecclesiæ ambitum circumsepsit. Sed cum nihil eorum, quæ ab ipso facta erant, fortissimum virum terruisset: pro larvis enim cuncta ducebat, quæ pueris à quibusdam objici solent: tandem indignatus, palam ei mandavit ut extra vestibulum Ecclesiæ prodiret. Verum Ambrosius: Ego, inquit, mea sponte id non faciam, nec ovium septa lupis prodam, nec Dei templum blasphemantibus tradam. Sed si tibi libitum est occidere, intus B ensem vel hastam in me adige. Libenter enim hujusmodi mortem excipiam.

Κεφ. ιδ'.

Περὶ τῶν παρὰ μαξίμου τοῦ τυράννου βαλεντινιανῷ τῷ νεῷ βλαπτόντων.

Χρόνου δὲ συχνοῦ τριβομένου, μεμάθηκε μὲν ὁ μάξιμος τὰ κατὰ τὸ μεγαλόφωνον κήρυκα τῆς ἀληθείας τολμώμενα· ἐπέστελλε δὲ τῷ βαλεντινιανῷ, τὸν κατὰ τῆς δυσσεβείας πόλεμον καταλῦσαι παρεγγυῶν, C καὶ φόβους τοῦ παλαιῶσαι δυσέρειαν· προσέθηκε δὲ καὶ τὸ πολέμου τοῦ ἀπειλοῦ, εἰ μὴ πείθοιτο· καὶ μέντοι καὶ τὸ ἔργον τοῖς λόγοις ἐπέθηκε. τοῦ γὰρ στρατιὰν ἀγείρας, ἐπὶ τοῦ μεδιόλανον ὥρμησεν, ἔνθα σκῆπτρον διῆγε· ὁ δὲ μαθὼν τοῦ ἔφοδον, εἰς ἰλλυρίους ὠχετο φύγων, τῇ πείρᾳ μαθὼν πόνων ἐκ τῆς μητρὸς ἀπόναθ' συμβουλῆς.

Cap. XIV.

De iis, quæ Maximus tyrannus Valentiniano juniori scripsit.

Cum jam multum temporis in his tereretur, certior factus est Maximus de rebus, quę contra egregium veritatis præconem tentabantur. Scripsit itaque litteras ad Valentinianum, quibus eum hortabatur, ut pietati bellum C inferre desisteret, monebatque ne paternam religionem proderet. Adjecit etiam minas belli, nisi Valentinianus morem gereret: statimque verba factis confirmavit. Collectis enim copiis, Mediolanum versus contendit, in qua tum Valentinianus degebat. Qui audita Maximi expeditione fugit in Illyricum, experimento ipso edoctus, quid sibi profuissent matris consilia.

Κεφ. ιε'.

Περὶ τῶν παρὰ θεοδοσίου τοῦ βασιλέως περὶ τούτου γραφέντων.

Πρὸς δὲ θεοδόσιος ὁ πανεύφημος βασιλεὺς τάτε παρὰ τοῦ βασιλέως πραχθέντα καὶ παρὰ τοῦ τυράννου γραφέντα, ἔγραψε τῷ πεφυγότι νέῳ, μὴ χεῖναι θαυμάζειν, εἰ τῷ βασιλεῖ μὲν τὸ θεῖον, τῷ δὲ τυράννῳ τὸ κράτος συνέζευκται. τῇ γὰρ δυσσεβείᾳ πεπολέμηκε μὲν ὁ βασιλεὺς· ὁ δὲ τύραννος ἐπεκήρυσε. καὶ ὁ μὲν ταύτῃ πανοπλισμένος, τοῦ γεγυμνωμένου κρατεῖ· τῇ γὰρ δυσσεβείᾳ, τοῦ ταύτης σύνεσι νομοθέτης· ταῦτα μὲν δὴ ἐκὰς ὢν

Cap. XV.

De iis, quæ à Theodosio Imperatore scripta sunt his de rebus.

Porro Imperator Theodosius nunquam satis laudatus, cum ea, quæ à Juniore Valentiniano facta, & quæ à Maximo tyranno scripta fuerant, cognovisset, ad profugum adolescentem scripsit: mirandum non esse, si Imperatori quidem terror, tyranno verò robur accresceret: quippe cum Imperator pietati bellum intulisset, tyrannus autem tulisset auxilium. Itaque is quidem, qui eam deseruit, nudus fugit: ille vero, qui pietatis armis munitus est, nudatum vincit. Pietati enim semper conjunctus est legislator pietatis. Et hæc quidem scripsit ad illum Theodosius, dum procul

abesset. Ubi vero de fuga ejus certior A factus, ad opem ei ferendam adfuit, eumque relictis Imperii sui partibus ad partes suas confugientem vidit: Primum quidem animo illius curationem adhibuit, & extrinsecùs invectum impietatis expulit morbum, & adolescentem ad paternam pietatem revocavit. Deinde verò, cum bono animo eum esse jussisset, suscepta expeditione adversus tyrannum, Imperium adolescenti citra sanguinem restituit, tyrannum vero interfecit. Injuste enim se facturum existimavit, & inita cum Gratiano fœdera violaturum, nisi cædis pœ- B nas ab interfectoribus exegisset.

Cap. XVI.

De Amphilochio Iconii Episcopo.

POst hæc cum in Orientem reversus esset, accessit ad eum admirandus ille Amphilochius, cujus jam antea mentionem feci, poscens ut Arianorum conventicula ex urbibus pellerentur. Verum Imperator hanc petitionem duriorem esse ratus, nequaquàm admisit. Tunc sapientissimus Amphilochius, illicò tacitus rem excogitavit memoratu dignissimam, ingressus enim denuo in palatium, cum Arcadi- C um filium Imperatori adstantem vidisset, quem ille paulò ante Augustum renuntiaverat, ipsum quidem Imperatorem solito more salutavit; Filium vero honoris expertem dimisit. Imperator vero id ab Amphilochio per oblivionem existimans factum, accedere eum jussit & filium osculari. Verum Amphilochius sufficere honorem dixit quem ipsi exhibuisset. Quod indigne ferens Imperator, contemptum filii suam esse ajebat injuriam. Tum verò sapientissimus Amphilochius facti sui causam aperuit, & contenta D voce dixit: Vides Imperator te filii tui contumeliam ferre non posse, sed succensere iis, qui illi contumeliam faciunt. Crede igitur, DEUM quoque hujus universi eos aversari, qui Filium ipsius unigenitum blasphemant; eosque tanquam ingratos erga Servatorem ac bene de se meritum, odio habere. Re hoc modo intellecta Imperator, tum factum, tum dictum Amphilochii admodum miratus, legem extemplò dedit, qua hæreticorum conventicula vetabantur. Verum enimverò omnes communis homi-

ἐπέστειλεν. ἐπειδὴ δὲ τὴν φυγὴν μεμαθηκὼς εἰς Πικερίαν ἀφίκετο, καὶ τὴν μὲν οἰκείαν καταλελοιπότα βασιλείαν, εἰς δὲ τὴν αὐτοῦ πατρῷαν ὁρμῶντα εἶδε, πρῶτον μὲν τῇ ψυχῇ τὴν θεραπείαν προσήνεγκεν, καὶ τὸν ἐπιγενόμενον τῆς ἀσεβείας ἐξήλασε νόσον, καὶ εἰς τὴν πατρῴαν εὐσέβειαν ἐπανήγαγε· εἶτα θαρρεῖν παρεγυμνάσας, καὶ εὐτυράννεσφαλεύσας, ἀναμὲν τῷ νέῳ τὴν βασιλείαν παρέδωκε, τὸν δὲ τύραννον ἐξεῖλεν. ἀδικεῖν γὰρ ὑπέλαβεν εἰς πρᾶγμα νόμιμον ἐγχειρήσας καθαιρεῖν συνθήκας, εἰ μὴ ποινὴν τοὺς ἀπεκτονότας ἐκπράξαιτο τῆς σφαγῆς.

Κεφ. ιε'.

Περὶ ἀμφιλοχίου ἐπισκόπου Ἰκονίου.

ΜΕτὰ δὲ τὴν ἐκεῖθεν ἐπάνοδον, ἀφίκετο πρὸς αὐτὸν ἀμφιλόχιος ὁ θαυμάσιος, ὃν πολλάκις ἐμνήσθην, ἀντιβολῶν τὰς τῶν Ἀρειανῶν ἐκ τῶν πόλεων ἐξελαθῆναι συλλόγους. ὁ δὲ βασιλεὺς ἀπηνεστέραν νομίσας εἶναι τὴν αἴτησιν, οὐκ ἐδέξατο. ὁ δὲ σοφώτατος ἀμφιλόχιος παρρησίᾳ σιγήσας μνήμης ἀξίαν ἐξεῦρε μηχανήν. εἰσῆλθε γὰρ αὖθις τῶν βασιλείων ὁρμῶν, καὶ παρεστῶτα τῷ βασιλεῖ τὸν υἱὸν Ἀρκάδιον θεασάμενος, ἀνεῳγότα μὲν πάσῃ σιωπῇ τὸν βασιλέα, ἀνεῳγὸν δὲ καταλείποντα τὸν υἱόν. ὁ δὲ βασιλεὺς πληθῆναι νομίσας τὸν ἀμφιλόχιον, πρόσελθεῖν καὶ φιλῆσαι προσέταξε τὸν υἱόν. ὁ δὲ ἀποχρῆναι ἔφη τὴν αὐτῷ παρ' αὐτοῦ προενεχθεῖσαν τιμήν. ὁ δὲ δυσχεραίνας, οἰκείαν σκάλλειν παροινίαν τὴν τοῦ παιδὸς ἀτιμίαν τοιγαροῦν τὰ λοιπὸν ὁ σοφώτατος ἀμφιλόχιος σκαλύπτει τὸν τοῦ γεγονότος σκοπὸν, καὶ βοῶν ἔφη. ὁρᾷς ὦ βασιλεῦ, ὅπως ἐφέρεις τὴν τοῦ παιδὸς ἀτιμίαν, ἀλλὰ τοῖς εἰς τοῦτον παροινοῦσι χαλεπαίνεις πικρῶς· πρόσευξον δὴ οὖν, καὶ τὸν τῶν ὅλων θεὸν τὸν τοῦ υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ βλασφημοῦντας βδελύξεσθαι, καὶ ὡς ἀχαρίστους μὲν τὸν σωτῆρα, καὶ δυσέργετον γεγονότας μισεῖν. ὅπως συνεὶς ὁ βασιλεὺς, καὶ τὰ τε παρορμήματα τοῦ εἰρηκότος θαυμάσας, νόμον αὐτὸς ἔγραψε, τοὺς τῶν αἱρετικῶν συλλόγους κωλύοντα· ἀλλὰ γὰρ ἑᾴδιον πάσας διαφυγεῖν τὰς κοι-

τῷ ἀνθρώπων πολεμίᾳ τὰς ἄρκυς. πολλάκις γάρ τις διαδρὰς τῆς ἀσελγείας τὸ πάθος, τῇ τ πλεονεξίας ἐνεπείρε) πάγῃ· εἰ δὲ καὶ τούτης κρείττων φανείη, ἑτέρωθεν ἀναφύεται τῷ φθόνῳ τὸ βάραθρον. κἂν τοῦτο δὲ πάλιν ὑπερπηδήσῃ, τῷ θυμῷ τὸ δίκτυον ὑφῆσαι προκείμενον. ἢ ἄλλας ὑμενίας τοῖς ἀνθρώποις πάθοσι ποδοσφάβας, ἀγρεύων εἰς ὄλεθρον καὶ τὰ μὲν παθη τῷ σώματι ὑπεξέσυσε ἔχει ταῖς τῆς ψυχῆς τελαινομέναις ὑπ' αὐτῷ μηχαναῖς. μόνον δ' ὁ νοῦς ἐγρηγορὼς περιγίνεται, τῇ θείᾳ ῥοπῇ τῷ μηχανημάτων διαλύων τὸν ῥύμον τῆς ἀνθρωπείας δὴ ἂν φύσεως καὶ ὁ θαυμάσιος ἔστ μεταλαχὼν βασιλεὺς, καὶ τῷ παθημάτων μετέλαχε. καὶ τῷ δικαίῳ θυμῷ ἀμέλεια προσχυομένη, ὠμόν τε καὶ ἀνόμον εἰργάσατο πάθος. ἐρῶ δ' καὶ τοῦτο τῆς τῶν ἐντευξομένων ὠφελείας ἕνεκα. ἐγὼ μόνον καλήγορίαν ἔχει θαυμασὸς βασιλέως, ἀλλὰ καὶ εὐφημίαν μνήμης ἀξιωτάτην.

A num hostis fraudes atque insidias evitare haudquaquam facile est. Nam sæpenumerò, qui lasciviæ morbum evasit, avaritiæ laqueis capitur. Quod si hoc vitio superior exstiterit, aliunde invidiæ barathrum objicitur. Ac si forte hoc etiam transilierit, obvium offendet laqueum iracundiæ. Alias præterea innumerabiles pedicas hominibus prætendit, quibus eos in exitium pertrahat. Et corporis quidem perturbationes, insidiarum quas animæ struit, adjutrices habet. Sola mens vigil ac sobria victoriam assequitur, rerum divinarum studio insidiarum impetum frangens. Admirandus igitur Imperator cum naturæ humanæ particeps esset, humanas quoque passus est perturbationes. Dumque justæ iræ immoderate indulget, crudele atq; iniquum facinus perpetravit. Quod quidem in gratiam atque utilitatem eorum, qui hæc lecturi sunt, commemorabo. Neque enim reprehensionem admirandi Imperatoris solum complectitur, sed ejus quoque laudem, dignam in primis memoria.

Κεφ. ιζ.

Περὶ τ ἐν Θεσσαλονίκῃ γενομένων σφαγῶν.

Θεσσαλονίκη πόλις ἐστὶ μεγίστη καὶ πολυάνθρωπος, εἰς μὲν τὸ μακεδόνων ἔθνος τελοῦσα, ἡγεμένη δ' καὶ θεσσαλίας καὶ ἀχαίας, καὶ μέντοι καὶ ἄλλων πολλῶν ἐθνῶν, ὅσα τῶν ἰλλυριῶν τὸν ὕπαρχον ἡγέμονον ἔχει. ἐν ταύτῃ στάσεως γενομένης πρός, καλεσθέντες τε καὶ καλεσύρησαν τῶν ἀρχόντων τινές. οἱ δὲ βασιλεὺς ἐξαφθεὶς ὑπὸ τῶν ἀγγελθέντων, ὀργὴ ἤνεγκε τῷ θυμοῦ τῷ ὁρμῷ, οὐδὲ τῷ χαλινῷ τοῦ λογισμοῦ τούτῳ ῥύμην ἐπώλυσεν· ἀλλὰ τούτῳ τῷ ψήφον ἐξενεγκεῖν τῆς πραωείας ἐπέτρεψε. ταύτῳ δ' τῷ ἐξουσίαν ἐκεῖνος λαβὼν, οἷα δὴ αὐθένομός τε καὶ τύραννος, τὸν δεσμὸν ἀπορρήξας, καὶ τοῦ λογισμοῦ διαφυγὼν τὸν ζυγὸν, ἄδικα ξίφη κατ' πάντων ἐγύμνωσε, καὶ τοὺς ἀθῴους μετὰ τῶν ὑπευθύνων κατέκτεινεν. ἐπτὰ γὰρ, ὡς φασιν, ἀνηρέθησαν χιλιάδες, οὐ κελεύσεως ἡγησαμένης, καὶ τῶν τὰ δεινὰ ἐκεῖνα τετολμηκότων καλακεισθέντων, ἀλλ' ὡς ἐν ἀμήτῳ πάντων ὁμοῦ δίκτυα ἀσαχῶν καλατμηθέντων.

Cap. XVII.

De hominum cæde, quæ facta est Thessalonicæ.

THessalonica civitas est ampla, & incolarum multitudine abundans, sita quidem in Macedonum provincia: sed quæ caput est Thessaliæ & Achaiæ, & aliarum plurium provinciarum, quæ sunt sub administratione Præfecti prætorio Illyrici. In hac urbe cùm orta esset seditio, quidam ex Magistratibus obruti saxis, & per vicos tracti fuerant. Quibus nuntiatis inflammatus Imperator, iræ impetum non sustinuit, nec rationis freno animi furorem repressit: sed vindictæ arbitrium ei permisit. Qui hanc potestatem nactus, velut sui juris & impotens tyrannus, diruptis habenis excussoque rationis jugo, injustos gladios in omnes distrinxit, & insontes cum noxiis promiscue trucidavit. Septem enim hominum millia interfecta esse dicuntur, nullo prius habito judicio, nec sceleris illius auctoribus condemnatis: sed cunctis simul, quasi spicis in messe desectis.

A

Cap. XIIX.

De Ambrosii Episcopi in loquendo libertate, & de pietate Imperatoris.

HAnc miserandam calamitatem cum audisset Ambrosius, is cujus antea sæpe mentionem feci, Imperatori Mediolanum ingresso, ac more solito ad Ecclesiam venienti, obviam processit extra vestibulum, & à sacri liminis ingressu eum prohibuit his verbis; Ignoras ut puto, Imperator, perpetratæ abs te cædis gravitatem; & furore am sedato, nondum ratio scelus, quod amissum est intellexit. Obstat enim B fortasse Imperialis potentia, quo minus peccatum agnoscas, & rationi tenebras offundit licentia. Naturam tamen spectare oportet, quæ caduca mortique obnoxia est; & primitivum pulverem, ex quo orti sumus, & in quem resolvimur. Nec purpuræ splendore deceptus, corporis quod sub illa tegitur, infirmitatem ignorare debes. Ejusdem tecum naturæ hominibus imperas, imo etiam conservis, ô Imperator. Unus quippe est, omnium Dominus atque Imperator, is qui universa condidit. Quibus igitur oculis templum communis Domini adspecturus es? Quibus pedibus sanctum solum calcaturus? Quomodo manus extensurus es, injuste cæsorum sanguine adhuc stillantes? Quomodo sacrosanctum Domini corpus ejusmodi manibus excepturus es? Quomodo pretiosum sanguinem admoturus es ori tuo, qui verbo furoris tui tot hominum sanguinem injuste effudisti. Abscede igitur, nec posterioribus factis prius peccatum augere velis. Accipe vinculum, quod Deus omnium Dominus sursum suffragio suo comprobat. Medicabile enim est, & sanitatis restituendæ vim habet. His verbis obtemperans Imperator? Divinis quippe innutritus oraculis, probe norat, quæ sacerdotum, & quæ Imperatorum propria essent officia: flens ac gemens reversus est in palatium. Longo post tempore elapso: octo enim menses excesserant: Servatoris nostri natalis dies advenit. Imperator interim sedebat in palatio, magnam vim effundens lachrymarum. Id cum animadvertisset Rufinus, qui tunc erat Magister officiorum, magnaque loquendi pollebat libertate; ut maxime familiaris, ad Principem accedit, & lachrymarum causam scisitatur. Ille acerbius inge-

Κεφ. ιή'.

Περὶ τῆ ἀμβροσίου τῆ ἐπισκόπου παῤῥησίας, καὶ τῆ βασιλέως εὐσεβείας.

Τ Αὐτὰ μαθὼν τὼ ὀδυρμῶν γέμουσα συμφορᾶν ἀμβρόσιος ὁ κλεινὸς, ὁ πολλάκις ἐμνήσθην, ἀφικόμενον εἰς τὼ μεδιολανον τὸν βασιλέα, καὶ σωήθως εἰς τὸν θεῖον εἰσελθεῖν βεληθέντα νεὼν, ἐπαυλήσας ἔξω τῆ προθύρων, ἐπέσχεν τῶν ἱερῶν προπυλαίων τοιάδε λέγων ἐκώλυσεν· οὐκ οἶδα ὡς ἔοικας ὦ βασιλεῦ, τῆς εἰργασμένης μιαιφονίας τὸ μέγεθος, οὐδὲ μέχρι τῶν τῆ θυμοῦ παθῶν ὁ λογισμὸς ἐπέγνω τὸ τολμηθέν. οὐκ ἐᾷ γὰρ ἴσως ἡ βασιλείας ἡ δωμασεία, ἐπιγνῶναι τὸ ἁμαρτίαν, ἀλλ' ἐπιπροσθεῖ ἡ ἐξουσία τῆ λογισμῶ. χρὴ μέντοι εἰδέναι τὼ φύσιν, καὶ τὸ ταύτης ἔνδον τε καὶ διαῤῥέον, καὶ τὸν πηλὸν ἐξ ὧ γεγόναμεν, καὶ εἰς ὃν ἀποῤῥεόμεθα· μὴ τῆ ἀνθῆς τῆς ἁλουργίδος ἀποβακχεύμενον, ἀγνοεῖν τὸ καλυπτόμενον σώματος τὸ ἀθένειαν. ὁμοφυῶν ἄρχεις ὦ βασιλεῦ, καὶ μὴ δὴ καὶ σύμδουλων. εἷς γὰρ ἁπάντων δεσπότης βασιλεὺς, ὁ τῆ ὅλων δημιουργός. ποίοις οὖν ὀφθαλμοῖς ὄψῃ τὸν ἐν κοινῆ δεσπότην ποίοις ὑποσὶ τὸ ἀπέδον κλεῖνο παλήσεις τὸ ἅγιον; πῶς ἐν ταῖς χερσὶ κλινεῖς, ἀποσαφεῖσας ἔτι καὶ ἀδίκως φόνε τὸ αἷμα; πῶς ἐν τοιαύταις ἀποδέξῃ χερσὶ καὶ δεσπότην τὸ πανάγιον σῶμα; πῶς ἐν τῆ στόματι προσοίσεις τὸ αἷμα τὸ τίμιον, τοσοῦτον διὰ τὸν ἐν θυμῶ λόγον ἐκχέας παρανόμως αἷμα; ἄπιθι τοίνυν, καὶ μὴ πειρῶ τοῖς ἁδικήμασι τὼ προτέραν αὐξῆσαι παρανομίαν, καὶ δέχε τὸν δεσμὸν, ὧ ὁ θεὸς τῆ ὅλων δεσπότης ἄνωθεν γίνεται συμψηφος ἰατρικὸς ἐν ὢν, καὶ προξενος ὑγιείας. τεθεικὼς ὁ βασιλεὺς τοῖς λόγοις· τοῖς γὰρ θείοις λογίοις ἐντεθραμμένος, ἤδη σαφῶς τὰ μὲν τῆ ἱερέων, τίνα ἐν τῆ βασιλέων ἴδια ἐστιν ἐπέγνω. ἐκ δ' ἀκαίρων ἐπανῆλθεν εἰς τὰ βασίλεια χρόνος ἐν συχνὸς διελθόντος, ὀκτὼ γὰρ ἀνηλώθησαν μῆνες, κατέλαδεν ἡ τῆ σωτῆρος ἡμῶν γενέθλιος ἑορτή. ὁ μὲν βασιλεὺς, ἐν τοῖς βασιλείοις ὀλοφυρόμενος καθῆστο, τὴν τῆ δακρύων ἀναλίσκων λιδάδα. τοῦτο θεασάμενος ῥαφῖνος, μάγιστρος ἐν τηνικαῦτα ἦν, καὶ πολλῆς μετεῖχε παῤῥησίας, ἅτε δὴ σωηθέστερος ὢν, προσελθὼν ἤρετο τῶν δακρύων τὸ αἴτιον. ὁ δὲ πικρῶς ἀνοιμώξας, καὶ στοδροτέρην προσ-

τὸ δάκρυον, σὺ μέν, ἔφη, ῥᾳφῖνε παίζεις. τῶν ἐμῶν οὐκ ἐπαισθάνη κακῶν· ἐγὼ δὲ σένω καὶ ὀλοφύρομαι τὴν ἐμαυτοῦ συμφορὰν λογιζόμενος, ὡς τοῖς μὲν οἰκέταις καὶ τοῖς πρεσβύταις ἀνέῳγε ὁ θεῖος νεώς, καὶ εἰσίασιν ἀδεῶς, καὶ τὸν οἰκεῖον ἀνιδρύονται δεσπότην· ἐμοὶ δὲ καὶ εἴσοδος ἀπόκλειστος, καὶ πρός τούτῳ μοι ὁ οὐρανὸς ἀποκέκλεισται μέμνημαι γὰρ τὸ θεσπεσίας φωνῆς ἣ διαῤῥήδην φησίν, ὃν ἂν δήσῃς ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται δεδεμένος ἐν τοῖς οὐρανοῖς. ὁ δέ, δεδέσθαι, ἔφη, εἰ σοὶ δοκεῖ, καὶ τὸν ἀρχιερέα πείσω λιπαρήσας, λῦσαί σοι τὰ δεσμά. ὡς δὲ πείσειν ἔφη ὁ βασιλεύς· οἶδα γὰρ ἐγὼ, τὸ ἀμεταμέλητον ψήφου τὸ δίκαιον· ὡς δὲ καὶ θεὸς τῆς βασιλείας τὴν ἐξουσίαν, τὸν θεῖον καταβήσεται νόμον. ἐπειδὴ δὲ πλείοσι χρησάμενος ὁ ῥᾳφῖνος λόγοις, πεῖσαι ὑπέσχετο τὸν ἀμεταμέλητον, ἀπελθεῖν αὐτὸν ὁ βασιλεὺς κελεύει τάχος· καὶ αὐτὸς ὑπὸ τὴν ἐλπίδος βακολήθειαν, ἠκολούθησε μὴ βραχύ, ταῖς ὑποσχέσεσι ῥᾳφίνου πειθείς. αὐτίκα δὲ τὸν ῥᾳφῖνον ἰδὼν ὁ θεῖος ἀμεταμέλητος, τὴν τῶν κυνῶν ἀναίδειαν, ἔφη, ῥᾳφῖνε ζηλοῖς. τοσαύτης γὰρ μανίας χωρὶς σύμβουλος, τὴν αἰδῶ τῶν μετώπων ἀπέξυσας, καὶ οὔτε ἐρυθριᾷς, οὔτε δέδιας, τοσοῦτον κατὰ τοῦ θείας λυπήσας εἰκόνος, ἐπειδὴ δὲ ὁ ῥᾳφῖνος ἠντιβόλει, κατὰ τὸν βασιλέα ἐλεῆσαι ἤξειν, ὑπὸ δὲ θείου ζήλου πυρποληθεὶς ἀμεταμέλητος ὁ θεσπέσιος· ἐγὼ μέν ἔφη, ὦ ῥᾳφῖνε, προλέγω ὡς κωλύσω τῶν ἱερῶν αὐτὸν προθύρων εἰσελθεῖν προθύρων. εἰ δὲ εἰς τυραννίδα τὴν βασιλείαν μεταβήσεται, δέξομαι κἀγὼ μεθ' ἡδονῆς τὴν σφαγήν. τούτων ὁ ῥᾳφῖνος ἀκούσας, ἐμήνυσε διά τινος τῷ βασιλεῖ τὸν τοῦ ἀρχιερέως σκοπόν· καὶ μένειν ἔσω τῶν βασιλείων παρήνεσεν. ὁ δὲ βασιλεύς, κατὰ μέσην τὴν ἀγορὰν ταῦτα μαθὼν, ἄπειμι, ἔφη, κἂν τὰς δικαίας δέξομαι παρανομίας. ἐπειδὴ δὲ τὰς ἱερὰς ἐβεβούλητο καὶ ἐλάθετο, εἰς μὲν τὸν θεῖον οὐκ εἰσελήλυθε νεών. πρὸς δὲ τὸν ἀρχιερέα καταλυόμενος, ἐν δὲ τῷ ἀσπασικῷ οἴκῳ ἔθος καθῆστο, ἐλιπάρει λυθῆναι τῶν δεσμῶν. ὁ δὲ τυραννικὴν ἐκάλει τὴν παρουσίαν, καὶ τοῦ θεοῦ μεμνῆσθαι τὸν θεοδόσιον ἔλεγε, καὶ τὰς ἐκείνου νόμους πατεῖν. ὁ δὲ βασιλεύς, ἀλλὰ θρασύνομαι, ἔφη, καὶ τῶν κειμένων νόμων, ἀλλὰ καταβαίνω ἐπιβῆναι τῶν ἱερῶν προθύρων ἐφίεμαι· ἀλλὰ σὺ λῦσαί μοι τῶν δεσμῶν ἀξίωσον, καὶ τὴν τοῦ κοινοῦ δεσπότου

A miscens & uberiores profundens lachrymas: Tu quidem, inquit, Rufine ludis: mea quippe mala minime sentis. Ego vero gemo ac doleo, meam considerans calamitatem: siquidem servis quidem ac mendicis patet Ecclesia Dei, in quam libere ingrediuntur, & Domino suo supplicant. Mihi verò & Ecclesiæ aditus interdictus est, & præterea clausæ sunt cœli fores. Memor enim sum Dominicæ vocis, quæ diserte ita dicit: Quodcunque ligaveritis super terram, erit ligatum & in cœlis. Tum Rufinus: B Curram, inquit, si tibi placet, & exorabo Antistitem, ut vincula tua solvat. Cui Imperator: Non persuadebis, inquit, Ambrosio. Novi æquitatem sententiæ illius. Nunquam ille Imperialem reveritus potestatem, Dei legem violaturus est. Sed cum Rufinus instaret, seque Ambrosio persuasurum polliceretur, Imperator eum illicò abire jubet. Nec multo post ipse quoque spe blandiente subsecutus est, Rufini pollicitationibus credens. Verum divinus Ambrosius, simulatque Rufinum vidit; Canum, inquit, impudentiam imitaris Rufine. Nam cum tantæ cædis suasor exC stiteris, pudorem è fronte excussisti; & neque erubescis, neque formidas, cum adversus imaginem Dei tanta rabie sævieris. Cumque Rufinus supplicaret, & Imperatorem brevi adfuturum esse diceret, admirabilis Ambrosius divino zelo incensus: Ego quidem, inquit, tibi Rufine prædico atque prænuntio, me illum ab ingressu sacri vestibuli repulsurum. Si vero Imperium in tyrannidem verterit, ego quoque libenti animo cædem excipiam. His auditis, Rufinus consilium Episcopi Imperatori per nuntium sigD nificavit, suasitque ut intra palatium remaneret. At Imperator, cum hæc in medio foro didicisset. Ibo inquit, & justas patiar contumelias. Cumque ad Ecclesiæ septa perveniisset, in ipsam quidem basilicam ingressus non est; Sed accedens ad Episcopum, qui tum in salutatorio residebat, ut vinculis solveretur rogavit. Ambrosius vero hujusmodi adventum tyrannicum esse dixit, & Theodosium adversus Deum furere, legesque illius calcare. Tum Imperator: Adversus leges, inquit, quæ latæ sunt, non insurgo: nec contra fas ingredi cupio sacra vestibula: sedà te peto, ut vinculis me absolvas, & communis Do-

mini clementiam consideres, nec mihi occludas januam quam cunctis pœnitentiam agentibus Dominus aperuit. Cui Ambrosius: Quam igitur, inquit, pœnitentiam ostendisti post tam grave facinus? Cujusmodi medicamentis vulnera tua curasti? Hic Imperator: Tuum est, ait, medicamenta ostendere ac temperare: mei autem Officii est, oblata susscipere. Tunc divinus Ambrosius: Quandoquidem, inquit, judicium permittis furori; nec ratio, sed ira sententiam profert, scribe legem, quæ furoris sententias irritas reddat atque inanes: & triginta dierum spatio maneant scriptæ sententiæ de cæde ac bonorum proscriptione, rationis judicium expectantes. Quibus diebus transactis, hi qui edictum scripserunt, ostendant tibi ea, quæ jusseris. Ac tum sedato æstu iracundiæ, ratio per se ipsa judicium exercens, examinabit ea, quæ decreta sunt, dispicietque utrum justa sint, an injusta. Ac si quidem injusta esse deprehenderit, scripta proculdubio discerpet: sin justa, confirmabit: nec dierum spatium recte judicatis quidquam detrimenti afferet. Hoc consilium cum audisset Imperator, & utilissimum esse existimaret, statim legem scribi præcepit, eamque manus suæ subscriptione firmavit. Quo facto, divinus Ambrosius ejus vincula relaxavit. Atque ita demum in DEI templum intrare ausus fidelissimus Imperator, non stans, nec genibus flexis supplicavit Deo: sed pronus humi jacens, Davidicam hanc vocem emisit. Adhæsit pavimento anima mea: vivifica me secundum verbum tuum. Denique manibus comam vellens, frontemque percutiens, & lachrymarum manantibus guttis solum rigans, veniam sibi dari poscebat. Cum autem tempus advenisset, quo dona sacræ mensæ erant offerenda, surgens cum lachrymis non minoribus quam antea, progressus est ad altare. Cumque obtulisset, intus ad cancellos substitit, sicut consueverat. Tunc rursus magnus Ambrosius silentium non tenuit: sed locorum discrimina, quæ essent edocuit. Ac primum quidem interrogavit eum, num quid vellet? Et cum Imperator respondisset, præstolari se sacrorum mysteriorum perceptionem; per Archidiaconum hæc ei significavit: Interiora loca, Imperator, solis sacerdotibus patent: Reliquis omnibus inaccessa sunt & intacta. Abscede

A φιλανθρωπίαν λογίσασθαι, καὶ μὴ κλεῖσαί μοι θύραν, ἣν πᾶσι τοῖς μεταμελείᾳ χωμένοις ὁ δεσπότης ἀνέῳξεν. ὁ δὲ ἀρχιερεὺς ἔφη. ποίαν οὖν μεταμέλειαν ἐπιδείξασθαι μέλλεις τοσαύτην καταδεδικασμένος; ποίοις δὲ φαρμάκοις τὰ δυσίατα ἐθεράπευσας τραύματα; ὁ δὲ βασιλεὺς, σὸν ἔργον, ἔφη, τὸ ἐπιδεῖξαι καὶ κεράσαι τὰ φάρμακα, καὶ τὰ δυσίατα θεραπεῦσαι ἐμὸν δὲ τὸ δέξασθαι τὰ προσφερόμενα. Ἐπεὶ ὁ θεῖος Ἀμβρόσιος, ἐπιδὴ τῷ θυμῷ, ἔφη, τὸ δικάζειν ἐπιτρέπεις, καὶ οὐχ ὁ λογισμὸς τὴν γνῶσιν, ἀλλ' ὁ θυμὸς ἐκφέρῃ, γράψον νόμον ἐν θυμοῦ ταῖς ψήφοις ἀργὰς ποιοῦσαν καὶ κενάς. Ἐν τριάκοντα ἡμέραις αἱ φονεύσασαι καὶ δημεύσασαι μυρίων ζωὰς γνώσεις ἐγγεγραμμέναι, τῷ δὲ λογισμῷ προσδεχόμεναι κρίσιν· διελθουσῶν δὲ τῶν ἡμερῶν, εἰ τὰ ἐγνωσμένα γεγραφότες, τὰ προσταγμένα δείκνυσαν καὶ τὴν νικάσταν ἐν θυμῷ παυμένην, καθ' ἑαυτὸν δικάζων ὁ λογισμὸς ἐξετάσει τὰ ἐγνωσμένα, καὶ ὅ τι ἂν ἢ ἄδικα, εἴτε δίκαια εἴη· καὶ εἰ μὲν εὑρεθείη ἄδικα, δῆλον ὅτι διαρρήξει τὰ γεγραμμένα· εἰ δέ γε δίκαια, βεβαιώσει. Καὶ ὁ τῶν ἡμερῶν ἀριθμὸς ἐλυμανεῖτο τοῖς ὀρθῶς ἐγνωσμένοις ταύτην ὁ βασιλεὺς δεξάμενος τὴν εἰσήγησιν, καὶ ἄρας ἔχων ὑπολαβών, εὐθὺς γραφῆναι τὸν νόμον ἐκέλευσε, καὶ τοῖς ἴδιοις χειρογράφοις βεβαίωσε γράμμασι. τότε δὴ λυθεὶς τὸν δεσμὸν ὁ θεῖος Ἀμβρόσιος, ἅτε ὁ πιστὸς βασιλεὺς εἴσω θυρέων θαρρήσας ἐν θείῳ νεῴ, οὐχ ἑστὼς τὸν δεσπότην ἱκέτευεν, ἀλλ' ἐπὶ τὰ ἔδαφη κλίνας· ἀλλὰ πεπονὼς ἐπὶ τῷ δαπέδῳ κείμενος, τὴν δαυϊτικὴν ἀφῆκε φωνήν· ἐκολλήθη τῷ ἐδάφει ἡ ψυχή μου, ζῆσόν με κατὰ τὸν λόγον σου· καὶ ταῖς χερσὶν ἀποβάλλων τὰς τρίχας, καὶ τὸ μέτωπον τύπτων, καὶ ταῖς τῶν δακρύων σταγόσι δαφος καταβρέχων, συγχώρησιν ἠνιᾶτο τυχεῖν. ἐπιδὴ δὲ ὁ καιρὸς ἐκάλει τῆς ἱερᾶς τραπέζης τὰ δῶρα προσενεγκεῖν, ἀναστὰς μὴ τῶν ἴσων δακρύων τῶν ἀναχθέντων ἐπέβη· προσενεκὼν δὲ ὥσπερ εἰώθει, ἔνδον παρὰ τὰς κιγκλίδας μεμένηκεν. ἀλλὰ πάλιν ὁ μέγας Ἀμβρόσιος οὐκ ἐσίγησεν ἀλλ' ἐξεπαίδευσε τὴν τῶν τόπων διαφοράν. καὶ πρῶτον μὲν ἤρετο εἴτινος δέοιτο. τοῦ δὲ βασιλέως εἰρηκότος, ὡς προσμένοι τὴν τῶν θείων μυστηρίων μετάληψιν, ἐδήλωσεν ὑπηρετῶν τῶν διακόνων ἡγουμένῳ χρησάμενος, ὅτι τὰ ἔνδον τῷ βασιλεῖ, μόνοις ἐστὶν ἱερεῦσι βατά. τοῖς δὲ ἄλλοις ἅπασιν, ἄδυτά τε καὶ ἄψαυστα ἔξω

τοίνυν, καὶ τοῖς ἄλλοις κοινωνῶ τῆς στάσεως. ἀλλαργὶς γὰρ βασιλέας, οὐχ' ἱερέας ποιεῖ. καὶ ταύτην ὁ πιστότατος βασιλεὺς ἀσμένως δεξάμενος τιμωρίαν ἐσήγησιν, ἀνεδήλωσεν, ὡς ὁ θρασύτητι χρώμενος, ἔνδων τῶν κιγκλίδων μεμένηκεν, ἀλλ' ἐν κωνσταντινουπόλει τοῦτο εἶναι ἔθος μαθών. χάριν ὤφειλω, ἔφη, καὶ τῆσδε τῆς ἰατρείας. τοσαύτη καὶ τηλικαύτη καὶ ὁ ἀρχιερεὺς καὶ ὁ βασιλεὺς διέλαμπον ἀρετῇ. ἀμφοτέρων γὰρ ἔγωγε ἄγαμαι, τὸν μὲν τὴν παρρησίαν, τὸν δὲ τὴν ὑπείθειαν· καὶ τοῦ μὲν τὴν τοῦ ζήλου θερμότητα, τοῦ δὲ τὴν τῆς πίστεως καθαρότητα. τοὺς δὴ τῆς δυσσεβείας ὅρους, οὓς πρὸς μεγάλου ἀρχιερέως μεμάθηκε, καὶ εἰς τὴν κωνσταντινούπολιν ἐπανελθὼν διεῴρησεν. ἑορτῆς γὰρ αὐτὸν πάλιν θείας εἰς τὸν θεῖον ἀγαγούσης νεὼν, τῇ ἱερᾷ τραπέζῃ προσῆλθε·

calicem denique lavans, aliaqve omnia faciens, quæ à servis & ancillis fieri solent. Iis verò, qui ab hoc ministerio revocare ipsam studebant, dicere solebat. Auri distributio Imperio convenit. Ego vero pro ipso Imperio ministerium meum Deo auctori illius offero. Viro autem suo hæc perpetuò dicere consueverat: Semper cogitare debes, mi vir, quid prius fueris, & quid nunc sis. Hæc enim si continuò perpenderis, nequaquam ingratus eris erga auctorem tuum; Sed Imperium, quod accepisti, justè administrabis, atque hoc modo coles eum, qui dedit. His sermonibus cum assiduè uteretur, virtutis semina, quæ in viro erant, hac egregia & utili irrigatione nutriebat. Et ipsa quidem ante maritum suum excessit è vita. Aliquanto vero tempore post ejus obitum accidit quidpiam, quo Imperatoris erga illam amor est declaratus.

καὶ κύλικα ἀποκλύζουσα, καὶ τὰ ἄλλα πάντα ἐργαζομένη, ὅσα οἰκετῶν καὶ θεραπαινίδων ἔργα νενόμισαι καὶ τοῖς τὴν αὐτουργίαν ἐπέχθειν πειρωμένοις ἐπελεγεν, ὡς τὸ μὲν χρυσίον διανέμειν τῇ βασιλείᾳ προσήκει· ἐγὼ δὲ ὑπὲρ αὐτῆς γε τῆς βασιλείας τὴν αὐτουργίαν τῷ δεδωκότι προσφέρω· καὶ τῷ ὁμοζύγι δὲ συνεχῶς εἰώθει λέγειν· ἀείσε, ὦ ἄνερ, προσήκει λογίζεσθαι, τί μὲν ἦσθα πάλαι, τί δὲ γέγονας νῦν. ταῦτα γὰρ διηνεκῶς ἐνθυμούμενος, οὐκ ἔστιν ὅπως τὸν αὐτουργέτην ἀχάριστος, ἀλλ' ἂν ἐδέξω βασιλείαν κυβερνήσει νομίμως, καὶ τούτῳ θεραπεύσεις τὸν δεδωκότα. τοιούτοις ἀεὶ κεχρημένη λόγοις, οἷόν τινα καλλίστην ἀρδείαν καὶ πρόσφορον, τοῖς τῆς ἀρετῆς τοῦ ἀνδρὸς προσέφερε σπέρμασι. πρὸ μὲν οὖν τοῦ ἀνδρὸς ἐτελεύτησε καὶ συνέβη μὴ χρόνου τινὸς τῆς τελευτῆς τοιόνδε τι γενέσθαι, ὅ τῷ τε βασιλέως δῆλον αὐτῷ φιλοστοργίαν ἐγύμνωσεν.

Gap. XX.

De seditione, quæ facta est Antiochiæ.

BEllorum frequentiâ compulsus Imperator, novum tributi genus civitatibus indixerat. Hanc novam exactionem civitas Antiochensium ferre non potuit. Plebs enim cum eos à quibus exigebatur, suspendi in eculeo videret, tum alia perpetravit, quæ vulgus perpetrare solet, ubi seditionis occasionem nactum est: tum statuam æneam laudatissimæ Flacillæ, id enim nomen fuerat Imperatrici, dejecit, & per plurimos civitatis vicos traxit. His auditis Imperator, ut par erat, graviter commotus, & privilegia urbi ademit, & vicinæ civitati primatum attribuit, ratus hoc Antiochensibus maximum dolorem allaturum: Jampridem enim Laodicea æmula erat Antiochiæ. Postea vero, incensurum se quoque ac destructurum urbem minatus est, & in vici formam redacturum. Magistratus porro, quosdam in ipso facinore deprehensos necaverant, priusquam Imperator de hac seditione quidquam comperiisset. Et hæc quidem cuncta Imperator fieri præceperat. Sed quo minus fierent, obstitit lex, quæ Magni Ambrosii hortatu lata erat. Cum igitur venissent, qui Imperatoris minas adferebant, Elebichus scilicet tunc Magister militum, & Cæsarius Magister Officiorum: sic enim Romani vocant

Κεφ. κ'.

Περὶ τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ γενομένης στάσεως.

Ὑπὸ τῶν συχνῶν πολέμων ἀναγκαζόμενος ὁ βασιλεὺς, εἰσφοράν τινα ξένην ταῖς πόλεσιν ἐπιτέθεικεν· ἣν οὐκ ἀνασχομένη πόλις τὸ καινὸν τέλος οὐκ ἤνεγκεν· ἀλλ' ὁρῶν ὁ δῆμος τοὺς εἰς πραττομένους χρεωστουμένους, ἄλλα τε ἔδρασεν, ἃ ποιεῖν φιλεῖ ὄχλος εἰς ἀταξίαν λαμβάνων· καὶ τὴν χαλκῆν εἰκόνα τῆς παυδυφήμου πλακίλλης, τοῦτο γὰρ ἦν τῇ βασιλίδι ὄνομα, καθήνεγκέ τε καὶ ἐπὶ πολλοὺς τῆς πόλεως καθέσυρε μέρους· ταῦτα πυθόμενος ὁ βασιλεὺς, καὶ χαλεπήνας, ὡς εἰκὸς ἦν, τά τε τῆς πόλεως ἀφείλετο προνόμια, καὶ τῇ γειτνιώσῃ πόλει τὴν ἡγεμονίαν παρέδωκε, ταύτῃ μάλιστα νομίζων ἀνιάσειν. ἐζηλοτύπει γὰρ ἡ Λαοδικεια τὴν Ἀντιόχειαν ἀνωθεν. μὴ μὴν ταῦτα καὶ ἐμπλῆσαι ἠπείλησε καὶ καταλῦσαι, καὶ εἰς κώμην τὸ ἄστυ μεταστῆσαι. οἱ δέ γε ἄρχοντες καὶ ἀνεῖλόν τινας παρ' αὐτὸ συλλαβόντες τὸ τόλμημα, πρὶν γνῶναι τὸν βασιλέα τὴν παραγωγίαν· ταῦτα δὲ πάντα ὁ βασιλεὺς προσέταττε μὲν οὐκ ἐγγενέσθαι, νόμος δὲ κωλύων οὐκ ἀμφέρσιος ὁ μὴ δεῖν τεθνάναι παρήνεσεν. ἐπεὶ δὲ ἦλθον οἱ τὰ ἀπειλὰς ἐκείνας κομίζοντες, ἐλεβῆχος ἱππάρχης τηνικαῦτα ὢν, καὶ Καισάριος ὁ τῶν βασιλικῶν ἡγεμὼν, μάγιστρος δὲ οἱ ῥωμαῖοι καλοῦσι

τὸν ταύτην ἔχοντα τὴν ἀρχὴν, ἐν δέει μὲν ἦσαν ἅπαντες, ταῖς ἀπειλαῖς πεφεικότες. οἱ δὲ τὴν ὑπώρειαν οἰκοῦντες τῆς ἀρετῆς ἀθληταὶ, πολλοὶ δὲ ἦσαν τηνικαῦτα καὶ ἄριστοι, πολλὰς καὶ παραινέσεις ἐκ παλαιᾶς τοῖς ἀνδράσιν ἐκείνοις προσήνεγκαν· μακεδόνιος δὲ ὁ θεόπαλος, ἀδρὸν μὲν τῶν καθ' ἡμᾶς αἰῶνα καὶ τὸν βίον ὅλως ἄμυστος, καὶ τῶν θείων δὲ λογίων πάμπαν ἄπειρος ὤν, ἐν δὲ ταῖς τῶν ὀρῶν κορυφαῖς διαιτώμενος, καὶ νυκτὸς καὶ μεθ' ἡμέραν τῷ σωτῆρι τῶν ὅλων καθαρὰς προσφέρων εὐχὰς, ἐκ βασιλέως καταπλαγεὶς τὸν ὀργὴν, ὅτε μιν τῶν ἀποσταλέντων τὴν ἐξουσίαν εἰς νεῦν λαβὼν, ἐν μέσῳ πῇ ἄστει, τὴν χλανίδα θαλέρᾳ λαβόμενος, ἀμφοτέρας ἐκ τῶν ἵππων καταβῆναι κελεύει. οἱ δὲ, μικρὸν γεγηθυῖον εὐτελῆ ῥακία περιβεβλημένον ἰδόντες, τὸ πρῶτον μὲν ἐχαλέπηναν. ἐπειδὴ δέ τινες τῶν ἡγεμόνων τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἐθαύμασαν ἀρετὴν, καὶ λιπαρήσαντές τε ἀπὸ τῶν ἵππων, καὶ τῶν ἐκείνου γονάτων ἁψάμενοι συγγνώμην ἐζήτουν. ὁ δὲ τῆς θείας σοφίας ἐμφορηθεὶς, τοιοῦτός τις πρὸς αὐτοὺς ἐχρήσατο λόγοις. εἰπάτω μοι φίλοι ἄνδρες τῷ βασιλεῖ· βασιλεὺς εἶ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄνθρωπος. μὴ τοίνυν μόνην ὅρα τὴν βασιλείαν, ἀλλὰ καὶ τὴν φύσιν λογίζου. ἄνθρωπος γάρ, ὁμοφυῶν βασιλεύεις. καὶ εἰκόνα δὲ θείαν καὶ ὁμοίωσιν ἡ τῶν ἀνθρώπων δεδημιούργηται φύσις· μὴ τοίνυν ὡμῶς ἅτως καὶ ἀπηνῶς τοῦ θεοῦ τὴν εἰκόνα κατασφαγῆναι κελεύσῃς· παρεξυνεῖς γὰρ τὸν δημιουργὸν, τὴν ἐκείνου κολάζων εἰκόνα. σκόπησον γάρ ὡς καὶ σὺ χαλκῆς ἕνεκα δυσχερῶν εἰκόνος, ταῦτα ποιεῖς. ὅσον δὲ τὰ ἄψυχα διαφέρει ἔμψυχός τε καὶ ζῶσα, καὶ λογικὴ, δῆλον ἅπασι τοῖς γε νοῦν ἔχουσι. πρὸς δὲ τούτοις λογιζέσθω καὶ ἐκεῖνα, ὡς ἡμῖν ῥᾴδιον ἀντὶ μιᾶς εἰκόνος πολλὰς δημιουργῆσαι χαλκᾶς· ὑμῶν δὲ πάμπαν ἀδύνατον μίαν γε τῶν ἀναιρεθέντων δημιουργῆσαι τρίχα. ταῦτα ἀκούσαντες οἱ θαυμασιοὶ ἄνδρες ἐκεῖνοι, διεπόρθμευσαν τὰ εἰρημένα τῷ βασιλεῖ, καὶ τὴν δὲ θυμὸν καλέσασαν φλόγα καὶ ἀντὶ τῶν ἀπειλῶν ἐκείνων, ἀπολογίαν ἔγραψε, καὶ τῆς ὀργῆς τὴν αἰτίαν ἐδήλωσεν. ἐκ ἔδει γάρ, ἔφη, ἐμοῦ πλημμελήσαντος, γυναῖκα πάσης εὐφημίας ἀξιωθεῖσαν τοσαύτην μὴ τελευτὴν δέξασθαι παρανομίαν· καὶ ἐμοὶ δὲ ἔχρην τὸν θυμὸν τὰς ἀγανακτήσεις ὁπλίσαι. προσέθηκε δὲ ὡς ἀλγεῖ καὶ ἀνιᾶται, πάντας ὑπὸ τῶν ἀρχόντων ἀνηρῆσθαι μα-

A præpositum palatii: maximo in metu omnes versabantur, minas Principis formidantes. Sed virtutis athletæ, qui ad radices montis habitabant: multi autem tunc erant ac præstantissimi: multis monitis, multisque precibus apud illos usi sunt. Macedonius vero, vir plane divinus, rerum quidem hujus sæculi penitus ignarus, sed & sacrarum litterarum penitus expers, qui in montium verticibus degens, noctu atque interdiu Servatori omnium DEO purissimas preces offerebat: nec Imperatoris motu exterritus, nec eorum, B qui missi fuerant potestatem considerans, media in urbe chlamidem alterius apprehendens, utrumque ex equo jubet descendere. Illi vetulum hominem, brevis staturæ, & vilibus tectum panniculis conspicati, principio quidem indignati sunt. Sed cum quidam præcedentium de eximia hominis virtute eos admonuissent, equis desilierunt, & genua ejus amplexi, veniam postularunt. Tum ille divina sapientia refertus, hujusmodi ad eos verba fecit. Viri amici, nuntiate hæc Imperatori. Homo es, non Imperator duntaxat. Proinde noli ad C Imperium solum attendere, sed naturam etiam considera. Homo enim cum sis, ejusdem naturæ consortibus imperas. Porro hominum natura ad imaginem ac similitudinem DEI condita est. Ne igitur imaginem DEI adeo crudeliter atque atrociter jugulari præcipias. Offendes enim artificem, si ejus imaginem supplicio affeceris. Considera enim, te quoque propter æneam statuam commotum hæc agere. Quanto autem inanimæ præstet animata & vivens ac ratione prædita imago, nemo nisi qui sensu expers est, ignorat. Illud præterea consi- D deret, nobis quidem facile esse pro una ex ære statua plures alias fabricari: ipsum vero, ne unum quidem interfectorum hominum capillum creare posse. Quæ cum audivissent illi egregii viri, Senis dicta ad Imperatorem retulerunt, & iracundiæ ejus æstum sedarunt. Qui mox priorum minarum loco, excusationem scripsit, causamque sui doloris exposuit. Non decebat, inquit, ut me peccante, mulier omni laude dignissima, tantam contumeliam post obitum pateretur. In me potius tela indignationis suæ jacere debuerant, qui offendebantur. Adjecit præterea, dolere se atque ægre ferre, quod quosdam à Magistratibus cæsos esse didicisset. Ego

vero hæc idcirco commemoravi, A tum quod iniquum ducerem, laudatissimi monachi fiduciam silentio premi: tum ut legis illius, quæ magni Ambrosii hortatu lata est, utilitatem ostenderem.

Cap. XXI.

De templis idolorum ubique subversis.

POst hæc fidelissimus Imperator, adversus Gentilium superstitionem studium suum convertit, legesqve scripsit, quibus idolorum fana destrui jubebat. Nam Constantinus qvidem B Magnus, omni laude dignissimus, qui primus pietate Imperium ornavit, cum orbem terrarum adhuc insanientem erga simulachrorum cultum videret, ne dæmonibus sacrificaretur omnino interdixerat. Eorum tamen templa nequaquam destruxerat, sed occludi tantum præceperat. Ejus quoque filii paternis institerunt vestigiis. At Julianus impietatem renovavit, & vetusti erroris flammam suscitavit. Post. ea Jovianus Imperium adeptus, simulachrorum cultum denuò prohibuit. Valentinianus deinde major, iisdem usus legibus Europam gubernavit. C Valens vero, aliis quidem omnibus permisit colere ut vellent, iisque quos colerent, observantiam exhibere. Solis iis, qui Apostolicam doctrinam tuebantur, bellum inferre nunquam destitit. Itaque quamdiu ille Imperium tenuit, & in aris incendebantur thura: & libamenta ac sacrificia simulachris suis offerebant Pagani, & publicas epulas in foro celebrabant. Et Bacchi sacris initiati, cum caprinis pellibus cursitabant, canes discerpentes, furentesque & bacchantes, & alia peragentes, quibus magistri ipsorum festus dies indicatur. Quæ omnia cum fieri reperisset fidelissimus Imperator Theodo- D sius, funditus sustulit, & perpetua oblivione texit. Primus ergo inter alios Episcopos Marcellus, vir undequaque præstantissimus, legis illius præsidio munitus, urbis quam regendam susceperat, fana destruxit fiduciâ magis in Deum quam hominum opera ad eam rem usus. Quod quidem cum memoria dignissimum sit, hoc loco narraturus sum. Jam è vivis excesserat Joannes Apamensium Episcopus, cujus antea mentionem feci. Ejus autem loco ordinatus fuerat Marcellus, vir plane divinus, & juxta præceptum Apostoli, spiritu fervens. Venerat

θών. ἐγὼ δὴ ταῦτα διεξῆλθον, καὶ ἵνα πανδοφίου μονάζοντος τὴν παῤῥησίαν ἐκ ἡγησάμην δίκαιον σιγᾷ παραδίδοσθαι, καὶ τὸν νόμον ὀνήσιν δεικνὺς ὠνησιφόρον, ὃν ὁ μέγας Ἀμβρόσιος γραφῆναι παρῄνεσεν.

Κεφ. κά.

Περὶ τῆς παλαιᾶς τῶν καλλυθέντων εἰδώλων ταφῆς.

Ὁ δὲ πιστὸς βασιλεὺς, καὶ τὴν Ἑλληνικῆς πλάνης μελέτην τῷ ἀποδύσασθαι νόμους ἐγράψατο τοὺς τῶν εἰδώλων τεμένη καταλυθῆναι κελεύων. κωνσταντῖνος μὲν γὰρ ὁ μέγας, ὁ πάσης ἀξιώτατος εὐφημίας, πρῶτος εὐσεβείᾳ τὸν βασιλείαν κοσμήσας, καὶ τὴν οἰκουμένην ἔτι μεμηνῖαν ὁρῶν, τὸ μὲν τοῖς δαίμοσι θύειν παντάπασιν ἀπηγόρευσε· τὰς δὲ τούτων ναοὺς οὐ καθεῖλεν, ἀλλ' ἀβάτους εἶναι προσέταξε. τῶν δὲ τούτου παίδων τοὺς παλαιοῖς ἠκολούθησαν ἴχνεσιν. ἰουλιανὸς μὲν ἀνανεώσατο τὴν ἀσέβειαν, καὶ τὴν παλαιὰς ἐξαπάτης ἐξῆψε τὴν φλόγα. ἰωβιανὸς δὲ τὴν βασιλείαν παραλαβὼν, πάλιν τὴν τῶν εἰδώλων ἐκώλυσε θεραπείαν· καὶ οὐαλεντινιανὸς ὁ μέγας τοιοῦσδε κεχρημένος νόμοις ἐθύνετο δύσιν. ὁ δὲ οὐάλης, πᾶσι μὲν τοῖς ἄλλοις ἐπέτρεψε θρησκεύειν ἃ βέλοιντο καὶ τὰ θρησκεύματα θεραπεύειν· μόνους δὲ πολεμῶν διελέγετο τοὺς τῶν ὁσιολικῶν ὑπερμαχοῦντας δογμάτων. πάντα γὰρ τὸν τῆς ἐκείνου βασιλείας χρόνον, ἐν ᾧ ἐβασίλευεν ἡμῶν ἥπλετο πῦρ· καὶ σπονδὰς καὶ θυσίας τοῖς εἰδώλοις προσέφερον, καὶ τὰς δημοσίας καὶ τὴν ἀγοραῖν ἐπέλευν· καὶ οἱ τὰ διονυσιακὰ ὄργια τελεσμένοι, μετὰ τῶν αἰγείων εἴχοντο, τὰς κύνας διασπῶντες, καὶ μεμηνότες καὶ βακχεύοντες, καὶ τὰ ἄλλα δρῶντες, ἃ τὸν τῆς διδασκάλου πανήγυριν δηλοῖ. ταῦτα πάντα θεοδόσιος ὁ πιστὸς βασιλεὺς παῤῥιζά τε ἀνέσπασε καὶ λήθην παρέδωκε πρῶτος μέντοι τῶν ἄλλων ἀρχιερέων, μάρκελλος ὁ πάντα ἄριστος, ὅπλῳ τῷ νόμῳ χρησάμενος, τῆς ἐγκεχειρισμένης πόλεως τὰ τεμένη καθεῖλε, τῇ πρὸς τὸν θεὸν παῤῥησίᾳ μᾶλλον ἢ τῇ πολυχειρίᾳ χρησάμενος. ἐγὼ δὲ καὶ τοῦτο διηγήσομαι μνήμης οὐκ ἀξιώτατον. ἐτετελευτήκει μὲν ἰωάννης ὁ τῆς Ἀπαμέων ἐπίσκοπος, ὃν καὶ πρόσθεν ἐμνήσθην. ἐκεχειροτόνητο δὲ ἀντ' ἐκείνου μάρκελλος ὁ θεῖος, ζέων τῷ πνεύματι καὶ τὰ τοῦ δεσπότου νομοθεσίαν. ἀφικνοῦ

ὃ εἰς τὴν ἀπάμειαν τῆς ἑῴας ὁ ὕπαρχος, δύο χιλιάρχους σὺν τοῖς ὑπηκόοις λαβών. καὶ τὸ μὲν πλῆθος διὰ τὸ τῶν στρατιωτῶν ἡσύχαζε δέος. τὸν δὲ θεῖον τέμενος μέγιστόν τε ὂν, καὶ πολλῷ κόσμῳ ποικιλλόμενον, καταλῦσαι μὲν ἐπεχείρησε στεγανὴν ὂν καὶ περίμηκες τὴν οἰκοδομίαν ἰδών, ἀδύνατον ἀνθρώποις ὑπέλαβε διαλῦσαι τῶν λίθων τὴν ἁρμονίαν. μέγιστοί τε ὄντες καὶ ἀλλήλοις ἄγαν συνηρμοσμένοι, καὶ μόλυβδοι καὶ σιδήρῳ καὶ μολίβδῳ πεδεδεμένοι. ταύτην δὲ ὑπάρχειν τὴν δειλίαν ὁ θεῖος μάρκελλος ἰδών, ἐκεῖνον μὲν εἰς τὰς ἄλλας προὔπεμψε πόλεις· αὐτὸς δὲ τὸν θεὸν ἱκετικοῖς πόρρω δάκρυσι λύσαι ἧκεν εἴ πως ἀνθρωπίνῳ ἔοικεν, ὅτε οἰκοδόμῳ, ὅτε λιθοδόμῳ, ὅτ' ἄλλην τινὰ βαναύσῳ τέχνην, ἀλλὰ λίθους φέρειν ἐπὶ τῶν ὤμων καὶ ξύλα εἰθισμένῳ. ὃς δὴ προσελθών, ὑπέσχετο ῥᾳδίως τὸν νεὼν καταλύσειν. δυοῖν δὲ τεχνιτῶν ἀπήτει μισθόν. ἐπαινεῖ δὲ τοῦτον ὑπέσχετο δώσειν ὁ θεῖος ἀρχιερεύς, εἰ σοφός τις ὁ ἀνὴρ ἐκεῖνος ἐμηχανήσατο. τοῦ γὰρ τῶν τεττάρων πλευρῶν ὁ νεὼς εἶχεν, ἐφ' ὕψος κείμενος, ἁπλῶς συνηρμοσμένην. οἱ δὲ κίονες μέγιστοί τε ἦσαν καὶ ἰσόμετροι τῷ νεῷ ἑκάστῳ δὲ ὁ κύκλος, ἑκκαίδεκα πηχέων ἦν. ἡ δὲ λίθου φύσις, σκληρόταττις ἦν, καὶ οὐ ῥᾳδίως τοῖς τῶν λιθοδόμων ὀργάνοις ὑπείκουσα. τούτων ἕκαστον ἐν κύκλῳ διορύξας ἐκεῖνος καὶ ξύλοις ἐλαΐνοις ὑπερείδων τὰ ὑπερκείμενα, ἐφ' ἕτερον ἄνετο μεθέβαινεν. οὕτω δὲ τρεῖς τῶν κιόνων ὀρύξας, τὴν φλόγα τοῖς ξύλοις προσήνεγκεν. ἀλλ' ἐκεῖνα κατὰ φύσιν ὑπὸ δὲ πυρὸς τὰ ξύλα δαπανᾶσθαι, δαίμονός τινος φαινομένου μέλανος καὶ κωλύων τῆς φλογὸς τὴν ἐνέργειαν. ἐπαινεῖ δὲ πολλάκις τοῦτο δράσαντες ἀνόνητον εἶδον τὴν μηχανήν, ἐμήνυσαν τοῦτο τῷ ποιμένι μὴ μεσημβρίαν καθεύδοντι. ὁ δὲ ὡς εἰκὸς εἰς τὸν θεῖον δρόμων νεὼν, καὶ εἰς ἄγγος ὕδωρ κομισθῆναι προσέταξε, ἔθηκε μὲν τὸ ὕδωρ ὑπὸ τὸ θεῖον θυσιαστήριον. αὐτὸς δὲ εἰς τὸ ἔδαφος τὸ μέτωπον θεὶς, τὸν φιλάνθρωπον ἱκέτευε δεσπότην, μὴ ἐπὶ πλεῖον ἐπιδεῖναι τῇ τυραννίδι τοῦ δαίμονος, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀσθένειαν τὴν ἐκείνου γυμνῶσαι καὶ τὴν οἰκείαν δυνάμιν ἐπιδείξαι, ἵνα μὴ πρόφασις ἐντεῦθεν τοῖς ἀπίστοις μείζονος χρήσεως βλάβης. ταῦτα

A autem Apamiam Cynegius Præfectus prætorio Orientis, duos secum Tribunos habens, cum militibus, qui illis parebant. Ac populus quidem, metu militum se continuit. Præfectus igitur templum Jovis, quod amplissimum erat & variis ornamentis decoratum, destruere aggressus est. Sed cum operis structuram admodum firmam ac solidam esse deprehendisset, nulla vi humana dissolvi posse lapidum compagem judicavit. Erant enim vastissimi lapides, & inter se aptissime juncti; ferroque insuper ac plumbo vincti. Hanc Præfecti trepidationem B cum vidisset divinus Marcellus, eum quidem ad alias urbes interim misit; ipse verò Deum precatus est, ut quomodo destruendum esset ædificium indicaret. Mane igitur quidam ad eum ultrò accessit, qui neque structor erat, neque lapicida, neque ullam aliam artem callebat; sed lapides tantum & ligna humeris bajulare consueverat. Hic Marcellum adiens, levi negotio destructurum se templum spopondit. Duorum tantum opificum mercedem postulavit. Quam cum sanctissimus Pontifex se daturum pro- C misisset, hujusmodi quiddam vir ille molitus est. Templum in vertice positum, porticum ex quatuor lateribus ipsi cohærentem habebat. Columnæ vero maximæ erant, templique altitudinem æquabant. Singularum ambitus sexdecim erat cubitorum. Lapidis vero natura erat firmissima, & quæ lapicidarum instrumentis haud facile cederet. Harum igitur singulas cum in orbem suffodisset, & suppositis oleaginis lignis eas suffulsisset, ab una ad aliam transibat. Hac ratione cum tres jam columnas suffodisset, ignem lignis subjecit. Sed Dæmon D quidam atri coloris apparens, & flammæ vim cohibens, materiam ab igne, sicut natura fert, consumi non sinebat. Cum igitur id sæpius moliti, inutilem esse conatum suum perspicerent, Episcopo post meridiem dormienti eam rem indicarunt. Is confestim ad Ecclesiam progressus, aquam in vasculo afferri jussit. Et aquam quidem sub altari posuit: ipse vero frontem solo affixam habens, clementem Dominum orabat, ne Dæmonis tyrannidem ulterius pateretur; sed tum imbecillitatem illius ostenderet, tum potentiam suam declararet, ne forte incredulis, gravioris damni occasio ex eo nasceretur. Hæc

& hujusmodi alia cum dixisset, crucisque signo aquam signasset, Equitio cuidam diacono, qui fide ac zelo munitus erat, præcepit ut aquam acciperet, & ocyùs ad locum properans, eam cum fide spargeret, ignemque admoveret. Quo ita facto, Dæmon aquæ vim non ferens aufugit. Ignis vero aquâ ipsi contrariâ, non secus atque oleo excitatus, & materiam apprehendit, & momento temporis eam consumpsit. Ita columnæ combustis, quibus suffulciebantur, lignis, & corruerunt ipsæ, & duodecim alias eadem ruinâ secum traxerunt. Sed & templi latus quod columnis cohærebat, illarum vi simul tractum concidit. Ex quo ingens secutus fragor, cum universam urbem pervasisset, cunctos ad rei spectaculum excivit, qui cum adversarii quoque dæmonis fugam didicissent, hymnos in supremi omnium moderatoris laudem canere cœperunt. Reliqua quoque delubra eodem modo destruxit divinus ille Antistes. De quo cum multa quoque alia plane admiranda mihi suppetant ad narrandum: nam & ad invictissimos Martyres scribere, & ab iisdem litteras accipere consueverat; tandemque ipse martyrii coronam adeptus est: ea nunc referre supersedeo, ne sermonem longius trahens, hujus operis lectores tædio afficiam. Ad alia igitur narranda transgrediar.

Cap. XXII.

De Theophilo Alexandriæ Episcopo, & de his, quæ in eversione idolorum illic gesta sunt.

A Thanasio illi celeberrimo, in Episcopatu successit admirandus Petrus: Petro Timotheus: Timotheo verò Theophilus, vir singulari prudentia ac fortitudine animi præditus. Hic Alexandrinorum urbem simulachrorum fraude liberavit. Non enim solum delubra idolorum funditus evertit, verum etiam præstigias sacerdotum, qui multitudinem decipiebant, iis qui decepti fuerant, spectandas proposuit. Statuas enim ex ære & ligno intus cavas fabricantes, earumque dorsa parietibus applicantes, meatus quosdam relinquebant. Deinde per adyta subeuntes, & in statuarum penetralia introgressi, per has imperabant quid. quid vellent. Hac fraude decepti, qui audiebant, jussa exequebantur. Sapientissimus igitur Præsul cum simu-

εἰπὼν ὅσα τούτοις παρόμοια, καὶ σφρᾶγα τοῦ σωτηρίου τύπου τῷ ὕδατι, ἑκατόνταρχόν τινα διακονίας ἠξιωμένον, πίστει καὶ ζήλῳ πεφραγμένον, λαβεῖν τὸ ὕδωρ ἐκέλευσε, καὶ διὰ τάχους δραμεῖν, καὶ μὴ πίστεως διαρρέαναι, καὶ τῷ φλογὶ προσενεγκεῖν. ὅπερ τοῦτο γενόμενον, ἀπεδειλίασε μὲν ὁ δαίμων οὐκ ἐνεγκὼν τὴν τοῦ ὕδατος προσβολήν. τὸ δὲ πῦρ, ὡς ἐλαίῳ τῷ ἀνθρακὶ χεησάμενον ὕδατι, ἐπελάβετό τε τῆς ὕλης καὶ ταῦτα ἐν ἀκαρεῖ καταναλώσασα, οἱ δὲ κίονες, φερόμενοι ἐφειδόντως γενόμενοι. τοίτε καὶ ἑπτὰ, καὶ ἄλλους εἵλκυσαν δυοκαίδεκα. καὶ πρὸς τοῖς κίοσι συνημμένον καὶ τὸ τοῦ νεὼ μέρος, ἕως τῆς ἐκείνων βάσεως ἐλκυσθέν. ὁ δὲ κλύδων εἰς ἅπαν τὸ ἄστυ διαδραμὼν, πολὺς γὰρ ἦν, πάντας εἰς θέαν συνήγειρεν. ἐπεὶ δὲ καὶ τὸ ἀνδραπόδων δαιμόνων ἔμαθον τῇ φυγῇ, εἰς ὑμνῳδίαν ἔτρεψαν τῶν ὅλων τὴν γλῶτταν ἐκίνησαν. ὅτῳ καὶ τἄλλα τεμένη καθεῖλεν ὁ θεῖος ἐκεῖνος ἀρχιερεύς. πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα θεῖ τὸν ἄνδρος καὶ λίαν ἀξιάγαστα διηγήματα ἔχων καὶ γὰρ τοῖς νικηφόροις ἐπέστελλε μάρτυσι καὶ ἀνυγράφων ἐτύγχανε, καὶ τέλος καὶ αὐτὸν τῶν μαρτύρων ἀνεδήσατο στέφανον· ἀλλὰ δύομαι ταῦτα νῦν ἰσορεῖν, ἵνα μὴ λίαν μακρὸν ἀποκνήσω τοὺς ἐνδυξομένους τῇ συγγραφῇ ἐφ' ἕτερον τοίνυν διήγησιν τρέψομαι.

Κεφ. κϐ'.

Περὶ Θεοφίλου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας, καὶ τῶν ἐν τοῖς καθαιρεθεῖσι τοῖς εἰδώλοις ἀνιθρωπίνων γενομένων.

Ἀθανάσιον ἐκεῖνον τὸν θαυμάσιον διεδέξατο πέτρος ὁ θαυμάσιος· τὸν πέτρον τιμόθεος· τιμόθεον δὲ θεόφιλος ἀνὴρ πυκνός τε τὰς φρένας, καὶ ἀνδρεῖος τὸ φρόνημα· ὃς δὴ τῷ ἀλεξάνδρου πόλιν τῶν εἰδωλικῶν ἠλευθέρωσε πλάνης. ὁ γὰρ μόνον τὰ βάθρων ἀνέσπασε τὰ τῶν εἰδώλων τεμένη, ἀλλὰ καὶ τὰ τῶν ἐξαπατώντων ἱερέων τοὺς ἐξηπατημένους ὑπέδειξε μηχανήματα. ταῦτα γὰρ ἐν χαλκῷ καὶ τὰ ἐν ξύλων κενὰ ἐνδοθεν καλασκευάζοντες ξόανα, καὶ τοῖς τοίχοις τὰ τούτων προσαρμόζοντες ἰῶτα, πόρους τινὰς ἀφανεῖς ἐν τοῖς τοίχοις ἠφίεσαν. εἶτα διὰ τῶν ἀδύτων ἀνιόντες, καὶ εἴσω τῶν ξοάνων γινόμενοι, ἅπερ ἐβούλοντο διὰ τούτων ἐκέλευον. φενακιζόμενοι δὲ οἱ ἐπαίοντες, ἔδρων τὰ κελευόμενον. ταῦτα ὁ σοφώτατος καθαλὼν

ἀρχιερεῦς, τοῖς ἐξαπαληθεῖσιν ὑπέδειξε δήμοις. εἰς δὲ τὸν τῦ σαράπιδος νεὼν ἀναβάς· τῶν δὲ πανταχῆ γῆς καθ' ἁπάσας φασί πνες μέγιστός τε ὢν καὶ κάλλιστος· εἶδε τὸ ξόανον παμμέγεθες καὶ τῷ μεγέθει τὰς θεαλὰς ὑπερβάλλον· πρὸς δὲ τῷ μεγέθει καὶ λόγος κατεῖχεν ἀπατηλὸς, ὡς εἴ τις τύτῳ πελάσει, κλονηθήσεσθαι μὲν ἡ γῆ, πανωλεθρία δὲ ἅπαντας καταλήψεται. Ἀλλὰ τύτυς μὲν τὰς λόγυς γραϊδίων μεθυόντων νομίσας εἶναι ληρήματα, τὸ δὲ μεγέθυς ὡς ἀψύχυ καταφρονήσας, ἐκέλευσέ πνι πέλεκυν ἔχονσι παῖσαι προθύμως τὸν σάραπιν. ἐκεῖνος δὲ παίσανσος, ἐβόησαν μὲν ἅπαντες τὸ φρυλλύμενον δείσανσες· ὁ δὲ σάραπις δεξάμενος τὴν πληγὴν, ὅτε ἤλγησε, ξύλινος γὰρ ἦν, ὅτε φωνὴν ἀφῆκεν, ἄψυχος ὤν. ἐπεὶ δὲ τὴν κεφαλὴν ἀφηρέθη, μῦες ἀγεληδὸν ἐξέθορον ἔνδοθεν· μυῶν γὰρ οἰκητήριον ἦν ὁ αἰγυπτίων θεός. εἰς μικρὰ δὲ αὐτὸν διελόντες, τὰ μὲν παρέδοσαν τῷ πυρί· τὴν δὲ κεφαλὴν διὰ παντὸς ἄσεος ἑσυρον, τῶν προσκυνούντων ὀρθίλων καὶ τὰ παρ' αὐτῶν προσκυνηθέντος τὴν αἰδένσαν κωμῳδούντων. ὅτω δὴ τὰ πανταχῆ γῆς καὶ θαλάσσης τῶν δαιμόνων καλελύθη τεμένη.

A lachra destrueret, circumventæ multitudini eas fraudes patefecit. Porrò cum in templum Serapidis ascendisset, quod omnium toto orbe fanorum maximum simul ac pulcherrimum fuisse à quibusdam dicitur, statuam vidit ingentem, & quæ magnitudine sua terrorem injiceret spectantibus. Præter hanc magnitudinem, falsus quidam rumor sparsus erat, si quis propius ad simulachrum accederet, terræmotum statim oriturum, & omnes funditus perituros esse. Sed Theophilus, cum rumores istos nihil aliud qvam ebriarum anicularum deliria esse existimaret, magnitudinem verò simulachri, utpote inanimem despiceret, cuidam securim gestanti jussit, ut forti animo Serapim feriret. Qui cum ictum inflixisset, universi cõclamarunt, id quod fama vulgatum fuerat reformidantes. At Serapis, acceptâ plagâ nec doluit, quippe qui ligneus erat: nec vocem emisit, utpote inanimis. Ubi vero caput ei truncatum est, murium agmen ex internis erupit. Ægyptiorum enim Deus, murium erat domicilium. Post hæc simulachro minutatim discerpto, reliquas quidem partes flammis absumpserunt: caput vero per universam urbem traxerunt, cunctis ejus cultoribus inspectantibus, & imbecillitatem ejus, quem coluerant, deridentibus. Hoc modo Dæmonum templa omnibus locis terra marique subversa sunt.

Κεφ. κγ'.

Περὶ Φλαβιανῦ Ἀντιοχείας ἐπισκόπυ, καὶ ὅτι διὰ παυλῖνον γεγενημένης τοῖς δυσικοῖς στάσεως.

Ἐν ἀντιοχείᾳ δὲ μελετίυ τῦ μεγάλυ τὴν προεδρείαν φλαβιανὸς διεδέξατο, ὁ σὺν διοδώρῳ τὰς πολλὰς ἐκείνυς ὑπὲρ τῆς τῶν πρεσβάτων σωτηρίας ὑπομείνας ἀγῶνας. ἐβυλήθη μὲν γὰρ ὁ παυλῖνος τὴν τῆς ἐκκλησίας ἡγεμονίαν λαβεῖν. ὁ δὲ τῶν ἱερέων ἀνῆκε χορὸς, ὃ χρῆναι λέγων τὸν μελετίυ τὰς συμβυλὰς μὴ δεξάμενον, μετὰ τὴν ἐκείνυ τελευτὴν τὸν ἐκείνυ θρόνον λαβεῖν. ἀλλὰ τὸν πολλοῖς λαμπρυνόμενον πόνοις, καὶ ἐπὶ πλεῖσον τῶν πρεσβάτων προκινδυνεύσαντα, πρεσηκόντως ἡγεῖσθαι προσῆκε. τῦτο καὶ ῥωμαίοις καὶ αἰγυπτίοις δυσμένειαν πρὸς τὴν ἑῴαν μακροτάτην εἰργάσατο. ὁδὲ γὰρ τῷ παυλίνυ θανάτῳ συγκατελύθη τὸ ἔχθος. ἀλλὰ καὶ μετ' ἐκεῖνον διαγείσης τὸν ἐκείνυ παρεληφότος θρόνον,

Cap. XXIII.

De Flaviano Antiochiæ Episcopo & de dissidio propter Paulinum inter Occidentales & Orientales exorto.

Antiochiæ vero, post magnum Meletium Episcopatum suscepit Flavianus, is qui unà cum Diodoro pro Christiani gregis salute tot ac tanta subierat certamina. At Paulinus quidem præsulatum Ecclesiæ illius sibi vindicabat. Sed reclamavit Antistitum cœtus, rationi consentaneum non esse dicens, ut qui Meletii consilia respuisset, post ejus obitum sedem illius acciperet: illum potius pastorem fieri oportere, qui multis laboribus inclaruisset, & pro ovibus diutissime propugnasset. Ea res Romanos & Ægyptios diu infensos reddidit Orientalibus: Nam nec Paulini morte simultas extincta est. Sed post hujus mortem, cum Evagrius in locum illius subrogatus fuis-

δεσμόν, καὶ δεδηλωκότος ὡς λέλυται, οὐκ ἐδέ- vinculum accipi oportere, solutumque
ξατο τὴν λύσιν, ἕως ὁ δήσας σὺν πολλῷ τῷ πό- eum esse renuntiasset, solutionem non
νῳ ζητηθεὶς, τὴν κοινωνίαν ἀπέδωκεν· οὕτω τοῖς admisit, donec is qui ligaverat, non si-
θείοις πρέπις ἦν νόμοις. τοῦτο δὲ ἕνεκα καὶ αὐ- ne multo labore quæsitus, communio-
τῶν εἰδωλικῶν σηκῶν τὰ λείψανα, ἐκ βά- nem restituisset. Tantam fidem ha-
θρων ἀναστατωθῆναι προσέταξεν, ὡς ἐλθὸν μηδ' bebat divinis legibus. Hujus rei cau-
ἡμᾶς ἐνυπάρχειν μηδὲν ἴχνος τῆς πρόσθεν ἐξ- sa, ipsa quoque idolorum templa, quæ
απάτης θεάσασθαι. τήνδε γὰρ τὴν διάνοιαν τῷ B adhuc supererant funditus destrui jus-
θείοις τούτοις ἐνέθεικε νόμοις τούτων ὁ τῶν ἀγα- sit, ut posteri ne vestigium quidem
θῶν σπερμάτων διηνεκῶς δρέπεται καρπὸς. ullum pristini erroris possent intueri.
τὸν γὰρ τῶν ὅλων δεσπότην προμηθούμενον Hanc enim sententiam Constitutioni
ἔχει. καὶ γὰρ ἥνικα ῥοίλος σκυθῶν τῶν νομάδων super ea re datæ insevit. Porro ex
ἡγούμενος, τὸν τέρην διέβη μὴ σφαλεὶς ὅτι his bonis seminibus fructus assidue
μάλιστα πλείστης, καὶ τὴν θρᾴκην ἐδῄου καὶ ἐλῄζε- percipit. Habet enim Dominum
το, καὶ τὴν βασιλίδα πόλιν πολιορκήσειν τε καὶ hujus universi, qui ipsius saluti utilita-
αὐθωρεὶ αἱρήσειν, καὶ ἀνάσσαλον ἠπείλησε ποιήσειν, tique prospiciat. Nam cum Roila
σκηπτοῖς ἄνωθεν ὁ θεὸς καὶ πρηστῆρσι βαλὼν, Scytharum hac illac vagantium Regu-
καὶ αὐλὸν καλέφλεξε, καὶ τῷ σφαλεὶς καταλ- lus, Istrum cum innumerabili exerci-
άλωσεν ἅπασαν. τοιοῦτον δέ τι καὶ τῷ περ- tu transgressus, Thraciam vastaret ac
σικῷ πολέμῳ πεποίηκεν. ἐπεὶ δὴ γὰρ ἐκεῖνοι τὴν C depopulaturet, ipsamque urbem Re-
ῥωμαίων ἀσχολίαν μεμαθηκότες, καὶ τῶν ἀ- giam obsessurum se & primo impetu
συγγείτονων ἐσπόρθησαν, τὰς παρὰ τῆς εἰρήνης capturum, ac funditus eversurum esse
παραβεβηκότες σπονδὰς, ἐπεκύρσ ἂν τοῖς πο- minaretur, fulminibus & igneis tur-
λεμοῦσιν ἀδεῶς. τῇ γὰρ εἰρήνῃ τεθαῤῥηκὼς ὁ binibus cœlitus immissis DEUS illum
βασιλεὺς, εἰς ἑτέρους πολέμους καὶ τοὺς στρα- exussit, & universas ejus copias dele-
τηγοὺς καὶ τοὺς στρατιώτας ἐξέπεμψεν· ὑετῷ vit. Nec absimile quiddam bello e-
λαβρῷτάτῳ καὶ χαλάζῃ μεγίστῃ βάλων, τῷ tiam Persico præstitit. Cum enim
ἐπὶ τὰ πρόσω πορείαν ἐκώλυσε, καὶ τὸν τῶν Persæ Romanos alibi occupatos cer-
ἵππων ἐπέδησε δρόμον. καὶ ἐνείκοσι ἡμέραις, nentes, rupto pacis fœdere, in vicinas
ἰσαρίθμους ἐξάνυσαι σταδίους ἐκίχυσαν, ἕως sibi provincias cum exercitu irrupis-
εἰσπηγοί τε ἀφίκοντο καὶ τοὺς στρατιώτας συν- sent, nec ullus adesset, qui auxilium
ήθροισαν. καὶ ἐν τῷ πρωΐτερῳ δὴ πολέμῳ, τοῦτος D ferret: Pacis enim fœdere confisus
αὖθις τῷ ἐπώνυμον τὸ βασιλέως πολιορκῆ- Imperator, & Duces & milites ad alia
σαι πόλιν, καταγελάσας ἀπέφηνε. πλείους γὰρ bella miserat: DEUS misso imbre,
ἢ τριάκοντα ἡμέρας, παρυδεύσαντα τὴν vehementissimo & ingenti grandine
προειρημένην κυκλώσαι πόλιν, καὶ πολ- ulterius eos progredi vetuit, & equo-
λὰς μὲν ἐλεπόλεις προσενεγκόντος, μηχανᾶς rum cursum inhibuit: adeo ut viginti
ἐκπαμβύρους μυρίας, καὶ πύργους ἔξωθεν ὑ- dierum spatio, totidem stadia confice-
ψηλοὺς ἀνεγείραντος, μόνος ἀνέσχεν ὁ θεῖος re haudquaquam potuerint, donec
ἀρχιερεύς. ὀνόματι δὲ τούτῳ ὄνομα ἦν. καὶ τῶν tandem & Duces ipsi advenerunt, &
προσφερομένων μηχανημάτων τὴν ῥύμην militares copias collegerunt. Priore
διέλυσε· καὶ τῶν στρατηγῶν τῶν ἡμετέρων τῷ quoque bello, cum iidem Persæ urbem
πρὸς τοὺς πολεμίους ἀπειρηκότων μάχην, καὶ Imperatori cognominem obsidione
τοῖς πολιορκουμένοις ἐπαρκεῖν ὀλιγωρούντων, cinxissent, Deus illos ludibrio expo-
suit. Nam cum Gororanes rex tri-
ginta & amplius diebus supradictam
urbem obsedisset, multasque ei testu-
dines admovisset, & innumeras ma-
chinas adhibuisset; turres denique
altissimas extrinsecus objecisset, so-
lus ei restitit divinus Episcopus, Eu-
nomius nomine. Is enim machi-
narum, quæ admovebantur, impe-
tum fregit. Cumque Duces no-
stri pugnare cum hostibus detrecta-
rent, nec obsessis opem ferre au-
derent, ipse sese hostibus opponens,

urbem incolumem servavit. Et cum unus ex Regulis, qui Persarum Regi parebant, more solito blasphemare ausus fuisset, eademque dixisset, quæ olim Rapsaces & Sennacherib, & furore percitus incensurum se Dei templum minatus esset; divinus ille vir rabiem illam ferre non valens, unam ex balistis cui nomen Apostoli Thomæ inditum erat, ad pinnam muri statui jussit. Cumque ingentem lapidem ei imponi præcepisset, mox in nomine ejus, qui blasphematus fuerat, emitti mandavit, qui rectà in impium illum regulum delatus, & in impurum os ejus impactus, & vultum comminuit, & totum caput contrivit; cerebrum denique humi dispersit. Quod cum vidisset is, qui exercitum collegerat, urbemque se capturum sperabat, discessit, re ipsa se victum confessus; metuque perculsus pacem cum Romanis pepigit. Adeo summus omnium rector ac moderator Deus, fidelissimi Imperatoris curam gerit. Nam & ipse famulum Dei se profitetur, & convenientem Domino exhibet cultum. Hic ergo reliquias maximi illius luminis orbis terrarum, desideranti eas civitati reddidit. Verum hæc quidem postea contigerunt.

A ἐξῆς ἀνιμᾶτο λαὸς πόλεως ὑπὲρ ἑνὸς τῶν πάλαι ἐφύλαξεν ἑνὸς ὢν τῶν ὑπὸ τῶν βαρβάρων τελούντων βασιλέων, τὸν σωθέντα βλασφημίαν τε βλητικὸν, καὶ τὰ ῥαψάκου καὶ σεναχηρεὶβ φθεγξάμενον, καὶ μανικῶς ἀπειλήσαντα τὸν θεῖον πυρπολήσειν νεών, ὃν ἐνεγκὼν τὸν λύτταν ὁ θεῖος ἐκεῖνος ἀνὴρ, τὸ λιθοβόλον ὄργανον ἐπὶ τὸν ἔπαλξιν τεθῆναι κελεύσας, ὁ δὲ ὅπερ ὅλα θωμᾶ ἐπώνυμον ἦν, καὶ λίθον μέγαν ἐπιτεθῆναι παρεσκεύασε, ἐν τῷ ὀνόματι δὲ βλασφημηθέντος ἀφεῖναι προσέταξεν. ὁ δὲ καιρὸν δυστεβὴς βασιλέως ἐκείνου καταλαβὼν, καὶ τῷ σώματι πλάσας τῷ μυσαρῷ, τό, τε πρόσωπον διέφθειρε, καὶ τὴν κεφαλὴν συνέτριψεν ἅπασαν, καὶ τὸν ἐγκέφαλον διέρανε τῇ γῇ. τοῦτο θεασάμενος ὁ τὸν στρατὸν ἀγείρας καὶ τὴν πόλιν αἱρήσειν ἐλπίσας, ὡς ἔχεσε τὴν ἦτταν διὰ τῶν πραγμάτων ὁμολογῶν, καὶ δείσας τὴν ἐρημίαν εἰσείσαλο· ὅτως ὁ τῶν ὅλων παμβασιλεὺς τὸν πιστοῦ τὸν θεράποντα βασιλέως. καὶ γὰρ δὴ καὶ ἔοικε τὴν ἀλήθειαν ὁμολογεῖ, καὶ τὴν ἀρμόδιον τῷ δεσπότῃ θεραπείαν προσφέρει. ὅτος δὲ μεγάλου φωσῆρος τῆς οἰκουμένης τὰ λείψανα τῇ ποθέσι ἀποδέδωκε πόλει· ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον ἐχθέτο.

Cap. XXXIIX.

De Theodoto Antiochensi Episcopo.

INterim vero mortuo Innocentio, præstantissimo Romanæ urbis Episcopo, successit Bonifacius: Bonifacium deinde excepit Zosimus, Zosimum Celestinus. Hierosolymis verò post admirandum Joannem, Praylius Ecclesiæ curam suscepit, vir nomini suo egregiè respondens. Antiochiæ autem, post divinum Alexandrum Theodotus, castitatis gemma, Ecclesiam illam gubernavit: vir singulari mansuetudine & exacta vivendi ratione conspicuus. Hic Apollinaris sectatores reliquo gregi adjunxit, rogatus ut illos Ecclesiæ corpori aggregaret. Multi tamen eorum, pristini erroris haud obscuram notam retinuerunt.

Κεφ. λή.

Περὶ Θεοδότου τοῦ ἐπισκόπου Ἀντιοχείας.

ΙΝνοκέντιον ὃν ἐκεῖνον τὸν ἄριστον τῆς ῥώμης ἐπίσκοπον, βονιφάτιος διεδέξατο· ζώσιμος δὲ, βονιφάτιον· τὸν δὲ ζώσιμον, κελεστῖνος. ἐν ἱεροσολύμοις δὲ μετὰ τὸν θαυμάσιον ἰωάννην, πραύλιος τὴν τῆς ἐκκλησίας ἐπισθύνησε διδασκαλίαν, ἀνὴρ τῷ ὄντι φερώνυμος. ἐν ἀντιοχείᾳ δὲ μετὰ τὸν θεῖον ἀλέξανδρον θεόδοτος, τῆς σωφροσύνης ὁ μαργαρίτης, τὴν τῆς ἐκκλησίας προεδρείαν παρέλαβε, πραότητι μὲν διαπρέπων, ἀκριβείᾳ δὲ βίου κοσμούμενος. ὅτος τὴν ἀπολλιναρίου φρενίτιδα τοῖς ἄλλοις προσβάτοις ἀνέμιξε, λιπαρηθεὶς αὐτὸς ἑνῶσαι τῇ ποίμνῃ· πολλοὶ δὲ τούτων διέμειναν τὴν παλαιὰν λώβην ἐπίσημον ἔχοντες.

A

Κεφ. λθ'.

Περὶ τῶν ἐν περσίδι διωγμῶν, καὶ τῶν ἐκεῖ μαρτυρησάντων.

Cap. XXXIX.

De persecutione Christianorum in Persida, & qui illic martyrium perpessi sint.

Κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον, ἰσδιγέρδης ὁ τῶν περσῶν βασιλεὺς τὸν κατ' τῶν ἐκκλησιῶν ἐκίνησε πόλεμον, πρόφασιν ἐσχηδὸν λαβών· ἄβδας τὶς ἐπίσκοπος ἦν, πολλοῖς κοσμούμενος εἴδεσιν ἀρετῆς· ὃς δὴ οὐκ εἰς δέον τῷ ζήλῳ χρησάμενος πυρεῖον καθεῖλε· πυρεῖα δὲ καλοῦσιν ἐκεῖνοι τοὺς πυρετοὺς τῶν νεῶν. θεὸν γὰρ τὸ πῦρ ὑπολήφασι. τοῦτο μαθὼν παρὰ τῶν μάγων ὁ βασιλεὺς, μεταπέμπεται τὸν ἄβδαν. καὶ πρῶτον μὲν ἠπίως τὸ πραχθὲν ἠπάτατο, καὶ τὸ πυρεῖον οἰκοδομῆσαι προστάξειν· ἐκείνου δὲ ἀντιλέγοντος, καὶ τοῦτο ἀρᾶσθαι ἥκιστα φάσκοντος, πάσας καθαιρήσειν τὰς ἐκκλησίας ἠπείλησε. καὶ μέντοι καὶ τέλος ἐπέθηκεν οἷς ἠπείλησε. πρότερον γὰρ τὸν θεῖον ἄνδρα ἐκεῖνον ἀναιρεθῆναι κελεύσας, καθαιρεθῆναι τὰς ἐκκλησίας προστάξειν. ἐγὼ δὲ τῷ μὲν πυρείῳ καθαίρεσιν οὐκ εἰς καιρὸν γεγενῆσθαι φημί. ἐδεῖτο γὰρ ὁ θεῖος ἀπόστολος εἰς τὰς Ἀθήνας ἀφικόμενος, καὶ τὴν πόλιν καταδαίμονα θεασάμενος, καὶ βωμῶν πλῆρες τῶν ὑπ' ἐκείνων πεπλασμένων καθεῖλεν· ἀλλὰ λόγῳ καὶ τῇ ἀγνοίᾳ ἤλεγξε, καὶ τῇ ἀληθείᾳ ἔδειξε. τὸ δὲ τὸν καθαιρεθέντα μὴ ἀνοικοδομῆσαι νεὼν, ἀλλὰ τὴν σφαῖραν ἑλέσθαι μᾶλλον ἢ τοῦτο δρᾶσαι, κομιδῇ θαυμάζω, καὶ στεφάνων πλέκω. ἴσον γάρ μοι δοκεῖ προσκυνῆσαι τὸ πῦρ, τό, τέμενος δείμασθαι. ἐντεῦθεν ὁ κλύδων ἤρχετο λαβών, παρεκαλέπατε καὶ ἄγρια κατ' τῶν τῆς εὐσεβείας προφίμων ἐκίνησε κύματα· καὶ τριακοντα διεληλυθότων ἐτῶν ἡ ζάλη μεμένηκεν, ὑπὸ τῶν μάγων, καθάπερ τινὸς πνοῶν καταιγίδων ῥιπιζομένη, μάγους δὲ καλοῦσιν οἱ πέρσαι τοὺς τὰ στοιχεῖα θεοποιοῦντας. τὴν δὲ τούτων μυθολογίαν ἐν ἑτέρῳ συγγράμματι δεδηλώκαμεν, ἐν ᾧ τὴν λύσιν ταῖς τούτων πλάναις προσηνέγκαμεν. καὶ γοργοράνης δὲ ὁ υἱὸς ἰσδιγέρδου, μετὰ τὴν τοῦ πατρὸς τελευτὴν, σὺν τῇ βασιλείᾳ καὶ τὸν κατ' τῆς δυσεβείας διεδέξατο πόλεμον, καὶ τελευτῶν ἄμφω ταῦτα συνεζευγμένα καταλέλοιπε τῷ παιδί. τὰς δὲ τῶν μωμένων εἰδέας, καὶ τῶν κολαστηρίων τὰς ἐπινοίας, ἃς τοῖς δυσεβέσι προσήνεγκαν, ῥᾴδιον φράσαι. τῶν μὲν γὰρ τὰς χεῖρας ἀπέδειραν, τῶν δὲ τὰ νῶτα. ἄλλων δὲ τὰς κεφαλὰς

B

C

D

Eridem tempus Isdigerdes Persarum Rex, Ecclesiis gentis suæ bellum intulit, occasione inde arrepta. Erat quidam Episcopus, nomine Abda, multis virtutis generibus ornatus. Hic zelo immoderato impulsus, Pyreum destruit. Ita Persæ vocant templa igni consecrata: ignem enim, Deum esse arbitrantur. Rex ea de re per Magos certior factus, Abdam ad se evocavit. Ac primum quidem leniter id facinus reprehendit, jussitque ut Pyreum ædificaret. Sed cum Abda contradiceret, seque id facturum negaret, Rex cunctas Ecclesias se destructurum minatus est. Sed & minas suas ad effectum perduxit. Etenim divino illo viro prius trucidari jusso, Ecclesias solo æquari præcepit. Ego vero Pyreum quidem intempestive ab Episcopo destructum fuisse fateor. Neque enim divinus Apostolus, cum Athenas venisset, & urbem simulachrorum cultui deditam esse vidisset, aram ullam Deorum, qui ab iis colebantur evertit: sed illorum errorem verbis coarguit, & veritatem demonstravit. Quod vero eversum fanum minime instauraverit, sed mori maluerit quam id præstare, id equidem admiror, & coronis dignum judico. Igni enim templum extruere, non minus esse censeo quam eundem adorare. Hinc igitur exorta tempestas, gravissimos ac sævissimos fluctus adversus alumnos pietatis excitavit. Ac triginta jam elapsis annis, permansit nihilominus, à Magis, tanquam quibusdam ventis ac turbinibus suscitata. Magos autem Persæ vocare solent eos, qui elementis divinitatem tribuunt. Eorum fabulas nos in alio opere exposuimus, in quo ad singulas eorum interrogationes solutionem attulimus. Sed & Gororanes Isdigerdis filius, post patris obitum, unà cum ejus regno bellum quoque adversus pietatem, quasi hereditario jure transmissum suscepit; & ipse moriens, utrumque simul junctum filio tradidit. Suppliciorum autem varias species, & tormenta ab illis excogitata, quibus pios homines excruciarent, haud facile est exponere. Aliorum enim manus, aliorum terga excoriarunt. Aliorum capita, à

fronte exorsi, ad barbam usq; cute nudarunt. Nonnullos sectis per medium arundinibus operiebant, ipsas sectiones corporib⁹ applicantes, deinde, cum firmissimis vinculis à capite ad pedes usq; eos cõstrinxissent, singulas arundines vi extrahebant, ut vicina cute simul tracta acerbissimum dolorẽ afferrent. Foveas præterea fodientes, easque diligenter oblinientes, magnorum muriumagminibus implebant, pietatisq; athletas eis in pabulum præbebant, manus illorum ac pedes vincientes, ne bestias à se abigere possent. Mures itaque urgente ipsos fame, carnes Sanctorum paulatim depascebantur, diuturnum & acerbum cruciatum eis inferentes. Alia præterea multo graviora supplicia excogitarunt, hostem generis humani & veritatis inimicum, doctorem habentes. Nec tamen athletarum fortitudinem frangere potuerunt. Ultro enim accurrebant, mortem, qua immortalis paratur vita, oppetere cupientes. Duos porro tresve hoc loco commemorabo, ut ex iis reliquorum etiam constantia perspici possit. Hormisda quidam erat, valde nobilis apud Persas, ex Achemẽidarum stirpe, patre ortus Præfecto. Hunc Rex cum Christianum esse didicisset, ad se adduci, & Deum Servatorem suum negare jussit. Verum ille, Regem ea imperare respondit, quæ nec justa essent nec utilia. Is enim, inquit, qui summum omnium Deum facile contemnere ac negare didicerit, Regem multo facilius cõtemnet, cum hic homo sit morti obnoxius. Quod si extremo supplicio dignus est is, qui tua sceptra negaverit, ô Rex, quanto graviora meretur supplicia, qui Deum hujus universi conditorem negat? At Rex, qui horum sermonum sapiẽtiam mirari potius debuerat, fortissimum athletam divitiis & honoribus spoliavit: nudumque solo tectum subligaculo, camelos exercitus trahere præcepit. Multis post dieb⁹ elapsis, Rex è camera prospiciens, videt optimum illum virum solis radiis perustum & pulvere oppletum. Tum paternæ memor nobilitatis, eum ad se accersit, & lineam tunicam induere jubet. Posthæc animũ illius partim ex præteriti temporis ærumna, partim ex præsente ipsius benignitate mollitum ratus: Nunc tandem, inquit, abjecta illa contentione, fabri filium pernega. Tum Hormisda divino

A ἀπὸ τῶν μετώπων ἀρξάμενοι μέχρι τοῦ πωγώνων γυμνὰς τῶν δερμάτων εἰργάσαντο. ἐνίους δὲ καλάμοις ἡμιτόμοις καλύψαντες, καὶ τὰς τομὰς τῷ σώματι προσαρμόσαντες, εἶτα δεσμὰ στεγανὰ ἀπὸ τῆς κεφαλῆς μέχρι τῶν ποδῶν περιθέντες, βίᾳ ἕκαστον τῶν καλάμων ἐξεῖλκον, ἵνα τὸ πελάζον τοῦ δέρματος παρασύροντες, πικρὰς ὀδύνας ἐργάζοντο. Ἐκ λάκκους δὲ ὀρύξαντες, καὶ τούτους ἀκριβῶς καταχρίσαντες μυῶν μεγάλων ἀγέλας ἐν τούτοις καθεῖρξαν, καὶ τροφὴν αὐτοῖς τοὺς τῆς εὐσεβείας προσέφερον ἀθλητάς,

B καὶ τὰς χεῖρας αὐτῶν καὶ τοὺς πόδας δεσμοῦντες, ὅπως ἀπὸ σφῶν ἀπελαύνειν τὰ θηρία μὴ δύνωνται. οἱ δὲ μύες ὑπὸ τοῦ λιμοῦ πιεζόμενοι, καταβραχὺ τὰς τῶν ἁγίων κατανήλισκον σάρκας, μακρὰν αὐτοῖς καὶ ἀλγεινὴν τὴν τιμωρίαν προσφέροντες. καὶ ἄλλας δὲ τούτων χαλεπωτέρας ἐπενόησαν τιμωρίας, τὸν τῆς φύσεως ἀλάστορα καὶ τῆς ἀληθείας πολέμιον, διδάσκαλον ἔχοντες. ἀλλ' οὐκ ἤλεγξαν τῶν ἀθλητῶν τὴν ἀνδρείαν. αὐτόματοι γὰρ ἔτρεχον, τὸν τῆς ἀνωλέθρου ζωῆς πρόξενον λαβεῖν ἱμειρόμενοι θάνατον. δύο δὲ ἢ τριῶν μνησθήσομαι, ἵνα διὰ τούτων ἐπιδείξω καὶ

C τὴν τῶν ἄλλων ἀνδρείαν. ὁρμίσδης τις τῶν ἀγαθῶν περιφανῶν παρὰ πέρσαις ἐτύγχανεν ὤν, ἀχαιμενίδης ἀνὴρ, πατέρα ὕπαρχον ἐσχηκώς. τοῦτον χριστιανὸν εἶναι μεμαθηκὼς ὁ βασιλεὺς, ἤγαγέ τε καὶ προσέταξεν ἀρνηθῆναι τὸν σεσωκότα θεόν. ὁ δὲ ἔφη, μήτε δίκαια, μήτε συμφέροντα, προστεταχέναι τὸν βασιλέα. ὁ γάρτοι παιδευόμενος ῥᾳδίως τοῦ θεοῦ τῶν ὅλων καταφρονεῖν, καὶ τοῦτον ἀρνεῖσθαι, ῥᾷον ἂν καὶ βασιλέως καταφρονήσει. ἄνθρωπος γὰρ δὴ οὗτος, θνητὴν φύσιν κεκληρωμένος. εἰ δὲ τιμωρίας ἐσχάτης ἄξιος ὁ τὰ σά, ὦ βασιλεῦ, ἀρνούμενος σκῆπτρα,

D πολλαπλασίων κολάσεων ἀξιώτερος ὁ τῶν τοῦ παντὸς ἀρνούμενος ποιητήν· ὁ δὲ βασιλεὺς, δέον τὴν τῶν εἰρημένων θαυμάσαι σοφίαν, ἐγύμνωσε μὲν καὶ τοῦ πλούτου καὶ τῶν ἀξιωμάτων τὸν γενναῖον ἀθλητήν· γυμνὸν δὲ ἕλκειν τῆς στρατιᾶς τὰς καμήλους ἐκέλευσεν, διαζώματι χρώμενον μόνον· πολλῶν δὲ διελθουσῶν ἡμερῶν διακύψας ἀπὸ τῆς καμάρας, εἶδε τὸν ἄριστον ἄνδρα ἐκεῖνον ὑπὸ τῆς ἀκτῖνος φλεγόμενον, καὶ κόνεως ἀναπιμπλάμενον. καὶ τῆς πατρῴας περιφανείας ἀναμνησθεὶς, ἤγαγέ τε καὶ ἐνδύσασθαι χιτωνίσκον ἐκ λίνου πεποιημένον ἐκέλευσεν. εἶτα νομίσας ὑπό τε τοῦ προτέρου πόνου καὶ τῆς γεγενημένης φιλανθρωπίας μαλακισθῆναι τὸ φρόνημα, νῦν γοῦν ἔφη, τῆς ἔριδος ἐκείνης ἀπαλλαγεὶς, ἀρνήθητι τοῦ

τέχθη τὸν υἱόν. ὁ δὴ ζῆλος θείου πλησθείς, διέρ- A
ρηξέ τε τὸν χλωνίσκον καὶ προσέρριψεν, ὑπει-
πών· εἰ διὰ τοῦτό με οὐκ ἐκ τῆς εὐσεβείας ἐκβάσε-
σθαι, ἔχετο δῶρον μὴ τῆς δυσσεβείας. ταύτην
αὐτῷ τὴν ἀνδρείαν ὁ βασιλεὺς θεασάμενος,
γυμνὸν ἔτω τῆς βασιλείας ἐξήλασε. ἐκ συσ-
σίτων δὲ χιλίων οἰκετῶν δεσπότην, ἀλείπουτα,
αὐτῷ, καὶ ἀρνηθῆναι τὸν ποιητὴν οὐκ ἀναχό-
μενον, ἐρόμενος ὅστις εἴη τῶν οἰκετῶν ὁ κάκι-
στος, ἐκείνῳ τῶν ἄλλων τὴν δεσποτείαν
παρέδωκε, καὶ τὸν δεσπότην ἐκείνῳ δουλεύειν
προσέταξε. συνέζευξε δὲ αὐτῷ καὶ τὴν δέσποι-
ναν τὴν τοῦ δεσπότου ὁμόζυγα, ταύτῃ με- B
πείσειν ὑποθησάμενος τῆς ἀληθείας τὸν πρόμα-
χον. ἀλλ' ἐψεύσθη τῆς ἐλπίδος· ἐπὶ γὰρ πέτρας
ᾠκοδομημένην εἶχε τὴν οἰκίαν. βενιαμὶν δέ
τινα διάκονον συλλαβὼν καθεῖρξε. δύο δὲ διελη-
λυθότων ἐτῶν πρεσβείας ῥωμαίων ἀφίκετο,
περὶ ἑτέρων πρεσβευόντων πραγμάτων. εἶτα τοῦτο
μαθὼν, ἠτήσατο τὸν βασιλέα τοῦ διακόνου τὴν ἄ-
φεσιν. ὁ δὲ βασιλεὺς ὑποχείριος προσέταξε τὸν
βενιαμὶν, ὡς οὐδενὶ τῶν μάγων τὴν χριστια-
νικὴν διδασκαλίαν προδοῦναι. καὶ ὁ μὲν πρεσβευ- C
τὴς φυλάξειν τὰ προσταχθέντα τὸν βενιαμὶν
ἐπηγγείλατο. ὁ δὲ βενιαμὶν ἀκέσας τῶν παρε-
δόθη παραινέσεων, ἀδύνατον, ἔφη, μὴ μεταδοῦναί τινι φωτὸς ὃ μεμέλαχεν. ὁπόσης γὰρ ἄξιον τιμωρίας, καλύψαι τὸ τάλαντον, ἡ
τῶν ἱερῶν εὐαγγελίων ἱστορία διδάσκει. ἀλλὰ
τούτων μὲν οὐδὲν τηνικαῦτα γνοὺς ὁ βασιλεὺς,
ἐκέλευσεν αὐτὸν τῶν δεσμῶν ἀφεθῆναι.
ἐκεῖνος δὲ τὰ συνήθη διελέγετο, καὶ ζωγρῶν τοὺς
τῷ ζόφῳ τῆς ἀγνοίας καλυπτομένους, καὶ τῷ
νοερῷ προσάγων φωτί. ἐνιαυτοῦ δὲ διελθόν- D
τος, ἐμηνύθη τῷ βασιλεῖ τὰ παρ' ἐκείνου
γινόμενα· καὶ ἀγαγὼν αὐτὸν ἠρώτησεν
προστάξας τὸν ὑπ' αὐτοῦ προσκυνούμενον.
ὁ δὲ ἤρετο τὸν βασιλέα, τίνα τιμᾶται τὸν τὴν
ἑαυτοῦ μὲν καταλιποῦσα βασιλείαν, ἑτέραν
δὲ προαιρούμενον. ἐκεῖνος δὲ εἰπόντος, θανά-
του καὶ τιμωρίας ἑκάστης, εἶπεν ὁ σοφώτατος
ἀνήρ. πῶς οὖν οὐκ ἂν πάθοι δικαίως ἄνθρωπος,
τὸν μὲν ποιητὴν καὶ δημιουργὸν καταλιμπά-
νων· ἕνα δὲ τῶν ὁμοδούλων θεοποιῶν, καὶ
τὸ ὀφειλόμενον ἐκείνῳ σέβας τούτῳ προσ-
φέρων· χαλεπήνας δὴ οὖν πρὸς τοὺς τοιού-
τους λόγους ὁ βασιλεὺς, εἴκοσι καλάμους ὀξυίας, τοῖς τῶν χειρῶν καὶ τῶν ποδῶν

repletus zelo, tunicam discerpsit & ante Regem projecit, & addens: Si hujus causâ me à pietate recessurum existimas, habe tibi munus tuum cum impietate. Hanc ejus constantiam animadvertens Rex, eum, ut erat, nudum ex Imperii sui finibus ejecit. Suenem præterea mille servorum Dominum, qui ipsi contradicebat, nec Creatorem suum negare volebat, interrogavit quisnam servorum ipsius esset nequissimus. Cumque hunc toti familiæ præposuisset, ipsum quoque dominum ei servire jussit. Dominam quoque quæ conjux fuerat domini, eidem servo matrimonii jure copulavit, sperans hoc facto se veritatis defensorem de sententia dejecturum. Verum spe sua frustratus est; quippe ille domum suam ædificaverat supra petram. Sed & diaconum quendam, Benjamin nomine, captum in vincula conjecit. Aliquanto post tempore venit legatus Romanorum, ob alia quædam negotia missus. Is cum de Diacono didicisset, liberationem ejus postulavit à Rege. Rex vero jussit, ut Benjamin polliceretur, se nulli Magorum Christianam religionem prædicaturum. Et legatus quidem, Benjaminum iis, quæ jussa fuerant pariturum spopondit. Benjaminus vero, auditis legati cohortationibus; Facere non possum, inquit, quin lucem quam ipse accepi, aliis impertiat. Quanto enim supplicio dignus sit is, qui talentum abscondit, sacra Evangeliorum testatur historia. Rex tamen, cum nihil horum tunc temporis resciviſſet, Diaconum vinculis solvi præcepit. At Benjamin, ea quæ prius consueverat agere perseveravit, eos qui ignorantiæ tenebris obcæcati erant persequens, & ad intelligentiæ lumen adducens. Exacto deinde anni spatio, nuntiatum est Regi quid ageret Benjaminus. Cumque eum adduci feciſſet, Deum quem adorabat, negare eum jussit. Tum ille Regem interrogavit, quo supplicio dignum censeret eum, qui relicto ipsius regno alterius regni domicilium præferret. Cumque Rex morte ultimoque supplicio dignum esse illum respondisset, sapientissimus vir subjecit. Quid ergo non meretur perpeti is, qui creatorem quidem & conditorem deserit; unum autem è conservis suis Deum facit, eique cultum exhibet, qui illi debetur. Quibus auditis exasperatus Rex, viginti arundines præacutas manuum pedumque

ejus unguibus infixit. Sed cum animadverteret hunc cruciatum ab illo pro ludicro haberi, aliam rursus acutam arundinem genitali ejus membro infixit, eamque assidue extrahens & inserens, inexplicabiles ei dolores inferebat. Post hunc cruciatum, impius ille ac furiosus crassum stipitem cum ramis undique cohærentibus, per ejus sedem adigi præcepit. Atque ita generosus athleta animam exhalavit. Alia præter hæc innumerabilia ab impiis illis perpetrata sunt. Nemini porro mirum videri debet, quòd omnium moderator Deus tantam istorum feritatem impietatemque toleraverit. Etenim ante Constantini M. Principatum quotquot Romani Imperatores fuerunt, adversus pietatis cultores furere non destiterunt. Quin & Diocletianus, ipso salutaris Passionis die cunctas in orbe Romano Ecclesias destruxit. Verum exactis postea novem annis, eædem iterum florere cœperunt, multoqve majorem quam antea splendorem atque amplitudinem adeptæ sunt: Diocletianus vero, unà cum impietate sua extinctus interiit. Cæterum Dominus, & bella ista, & Ecclesiæ victoriam, multo ante prædixit. Et res ipsæ nos docent, plus utilitatis ex bello nobis afferri quam ex pace. Hæc enim nos molles & solutos ac timidos reddit. Bellum verò acuit animos, facitque ut præsentia, tanquam fluxa & caduca spernamus. Verum hac de re aliis in libris jam sæpius locuti sumus.

A ἐνέπειρεν ὀδύξιν. ἐπειδὴ δὲ ἑώρα παίγνιον τὴν πυρείαν ὑπολαμβάνοντα, ἕτερον αὖ πάλιν κάλαμον ὀξύνας, ἐνέβαλε τῷ παιδογόνῳ μορίῳ, καὶ τοῦτον συνεχῶς ἕλκων καὶ εἰσείρων, ἀῤῥήτους τινὰς ἀλγηδόνας εἰργάζετο. μετὰ τοῦτον τὴν πυρείαν ὁ δυσσεβὴς καὶ θηριώδης ἀνὴρ ξύλον παχεῖαν, ὅσους πάντοθεν ἔχουσαν, εἰσω θῆναι διὰ τῆς ἕδρας ἐκέλευσεν. οὕτω τὸ πνεῦμα παρέδωκεν ὁ γενναῖος ἀγωνιστής· καὶ ἄλλα δὲ μυρία τοιαῦτα παρ' ἐκείνων ἐτολμήθη τῷ δυσσεβῶν. ἀλλὰ χρὴ δὲ θαυμάζειν, ὅτι τὰ ἐκείνων θηριωδείας καὶ δυσσεβείας ἀνέχεται ὁ τῶν ὅλων

B πρύτανις καὶ γὰρ πρὸ τῶν κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου βασιλείας, ὅσοι ῥωμαίων ἐγκρατῶς βασιλεῖς, καὶ τῶν θειοτάτων τῆς ἀληθείας ἐλύμηναν διωκληιανὸς ὁ ἐν τῇ τοῦ σωτηρίου πάθους ἡμέρᾳ τὰς ἐν ἁπάσῃ τῇ ῥωμαίων ἡγεμονίᾳ καθείλεν ἐκκλησίας· ἀλλ' ἐννέα διελθόντων ἐτῶν, αὖθις μὲν ἤνθησαν καὶ πολλαπλάσιον ἐδέξαντο μέγεθός τε καὶ κάλλος· ἐκεῖνος δὲ μετὰ τῆς δυσσεβείας ἀπεσβέσθη. καὶ τὰς πολέμους δὲ τούτους παρεῖχεν ὁ θεοστυγὴς, καὶ τὸ τῆς εἰκλησίας ἀπήνθει. καὶ αὖθις δὲ ἡμᾶς διδάσκει τὰ πράγματα, ὡς πλείονα ἡμῖν τῆς εἰρήνης ὁ πόλεμος

C ποριζει τὴν ὠφέλειαν. ἡ μὲν γὰρ, ἁβρυνομένους ἡμᾶς ἀνειμένους καὶ δειλοὺς ἀπεργάζεται· ὁ δὲ πόλεμος, τά τε φρονήματα ῥωννύει, καὶ τῶν παρόντων ὡς ῥεόντων καταφρονεῖν καὶ ἀσκεῖν παρασκευάζει. ἀλλὰ ταῦτα μὲν καὶ ἐν ἑτέραις πραγματείαις πολλάκις εἰρήκαμεν.

Cap. XL.

De Theodoro Episcopo Mopsuestiæ.

INterea verò sacratissimo Theodoto Antiochensem Ecclesiam gubernante, Theodorus Episcopus Mopsuestiæ, totius Ecclesiæ Doctor, D & qui adversus omnes hæreticorum catervas strenuè decertaverat, vivendi finem fecit. Hic præstantissimi quidem Diodori auditor: divini autem Joannis socius atque adjutor fuerat. Ambo quippe ex spiritalibus Diodori fontibus simul hauserant. Annis porro sex & triginta Episcopatum gessit, contra phalangem Arii atque Eunomii assidue dimicans, & Apollinaris turmam, latronum more insidiantem profligans: ovibus autem Christi optimum pabulum præbens. Ejus quoque frater Polychronius, Apamensem

Κεφ. μ'.

Περὶ Θεοδώρου τοῦ ἐπισκόπου Μοψουεστίας.

ΚΑτ' ἐκεῖνον δὲ τὸν χρόνον καθ' ὃν ὁ θεῖος Θεόδοτος τὴν ἀντιοχέων ἐῴκυνεν ἐκκλησίαν, Θεόδωρος ὁ Μοψουεστίας ἐπίσκοπος, πάσης μὲν ἐκκλησίας διδάσκαλος, καὶ πάσης τῆς φάλαγγος αἱρετικῆς ἀρίστευσας, τὸν βίον τὸ τέλος ἐδέξατο. τοῦτος μὲν Διοδώρου τοῦ παμμεγίστου διδασκαλίας ἀπήλαυσεν· ἰωάννου δὲ τοῦ θειοτάτου γεγονὼς κοινώνος τε καὶ συνεργὸς κοινῇ γὰρ τῶν πνευματικῶν διοδώρου ναμάτων ἀπήλαυον. ἐξ ὧν καὶ τριάκοντα ἐν τῇ προεδρίᾳ διελέλεσενέτη, καὶ τῆς ἀρείας καὶ εὐνομιανῆς ἀταπόμυρος φάλαγγος, καὶ τὸν λῃστρικὸν ἀπολλιναρίου καὶ γωνιζόμενος λόχον, καὶ τὴν ἀρίστην πόαν τοῖς θείοις προβάτοις προσφέρων. καὶ ὁ τούτου δὲ ἀδελφὸς πολυχρόνιος, τὴν ἀπαμείαν

ἐκκλησίαν ἐποίμαινεν ἄριστα, καὶ τῇ τοῦ λόγου χάριτι καὶ τῇ τοῦ βίου λαμπρότητι χρώμενος. ἐγὼ δὲ τῆς συγγραφῆς ἐνταῦθα παυσάμενος, τοὺς ἐντευξομένους ἀντιβολῶ προσευχαῖς τὸν πόνον ἀμείψασθαι. πέντε μέντοι καὶ ἑκατὸν ἐτῶν ἥδε ἡ ἱστορία περιέχει χρόνον. ἀρξαμένη μὲν ἀπὸ τῆς ἀρείου λύττης, δεξαμένη δὲ πέρας τῶν ἀξιεπαίνων ἀνδρῶν, θεοδώρου τὴν τελευτήν. καταλέξω δὲ κατὰ τάξιν καὶ τοὺς μετὰ τὸν διωγμὸν τῶν μεγάλων ἡγεμονεύσαντας πόλεων.

Κατάλογος τῶν μεγίστων ἡγεμονευσάντων πόλεων ἐπισκόπων.

Ῥωμαίων μιλτιάδης, σίλυεστρος, ἰούλιος, λιβέριος, δάμασος, σιρίκιος, ἀναστάσιος, ἰννοκέντιος, βονιφάτιος, ζώσιμος, κελεστῖνος.

Ἀντιοχέων ἐπίσκοποι· βιτάλιος, φιλογόνιος, εὐστάθιος· οὗτοι ὀρθόδοξοι· εἶτα ἀρειανοί. εὐλάλιος, εὐφρόνιος, φλάκιλλος, στέφανος, λεόντιος, εὐδόξιος· ἔπειτα ὀρθόδοξοι· μελέτιος, φλαυιανὸς, πορφύριος, ἀλέξανδρος, θεόδοτος· ἐκ συνήφθησαν τούτοις, οἱ ἀπὸ εὐσταθίου παυλῖνος καὶ εὐάγριος.

Ἀλεξανδρέων· πέτρος, ἀχιλλᾶς, ἀλέξανδρος, ἀθανάσιος, γρηγόριος ἀρειανὸς, εἶτα πάλιν ἀθανάσιος, γεώργιος αἱρετικὸς, εἶτα πάλιν ἀθανάσιος, πέτρος ὁ ἀθανασίου μαθητὴς, εἶτα λούκιος ἀρειανὸς, εἶτα πάλιν πέτρος, τιμόθεος, θεόφιλος, κύριλλος ὁ θεοφίλου ἀνέψιος.

Ἱεροσολύμων ἐπίσκοποι· μακάριος, μάξιμος, κύριλλος, ἰωάννης, πραύλιος, ἰουβενάλιος.

Κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοποι. ἀλέξανδρος, εὐσέβιος ὁ νικομηδείας ἐκ μεταθέσεως ἀρειανὸς, μετὰ τοῦτον παῦλος ὁ ὁμολογητὴς, μακεδόνιος ὁ πνευματομάχος· τοῦτον παρωσάμενος εὐδόξιος ὁ δυσσεβὴς καθέσχε τὴν ἐκκλησίαν· δημόφιλος ὁ βερόης τῆς θρᾴκης αἱρετικὸς, γρηγόριος ὁ ναζιανζοῦ, νεκτάριος, ἰωάννης ὁ χρυσόστομος, ἀρσάκιος, ἀττικὸς, σισίννιος·

Τέλος τοῦ ἑ τῆς θεοδωρίτου ἱστορίας τόμου.

A Ecclesiam egregie administravit, emendatissimæ vitæ splendorem cum sermonis gratia ac venustate conjungens. Ego verò hoc loco scribendi finem faciens, ab iis, qui hæc lecturi sunt, postulo, ut laborem nostrum precibus suis remunerentur. Quinque autem ac centum annorum spatio res gestas hæc historia complectitur: ab Arii quidem vesania ducens exordium, desinens vero in obitu præstantissimorum virorum, Theodori atque Theodoti. Porro Episcopos, qui post persecutionem magnis urbibus præfuerunt, suo B quemque ordine recensebo.

Indiculus Episcoporum, qui magnis urbibus præfuerunt.

Romæ Miltiades, Sylvester, Julius, Liberius, Damasus, Siricius, Anastasius, Innocentius, Bonifacius, Zosimus, Celestinus.

Antiochiæ Episcopi, Vitalis, Philogonius, Eustathius. Hi Orthodoxi fuerunt. Post hos Ariani, Eulalius, Euphronius, Flaccillus, Stephanus, Leontius, Eudoxius. Deinde Orthodoxi, Meletius, Flavianus, Porphyrius, Alexander, Theodotus. Quibus conjuncti fuerunt ex Eustathii parte Paulinus & C Evagrius.

Alexandriæ, Petrus, Achillas, Alexander, Athanasius. Gregorius Arianus. Post hunc rursus Athanasius. Georgius hæreticus. Post hunc rursus idem Athanasius, Petrus discipulus Athanasii, deinde Lucius Arianus, post quem iterum Petrus, Timotheus, Theophilus, Cyrillus Theophili fratris filius.

Hierosolymorum Episcopi, Macarius, Maximus, Cyrillus, Joannes, Praylius, Juvenalis.

Constantinopolis Episcopi, Alexan- D der, Eusebius Nicomediensis, translatus in eam sedem Arianus. Post hunc Paulus Confessor, Macedonius hostis Spiritus Sancti. Hoc expulso, impius Eudoxius Ecclesiam obtinuit. Demophilus à Beroe Thraciæ urbe hæreticus, Gregorius Nazianzenus, Nectarius, Joannes Chrysostomus, Arsacius, Atticus, Sisinnius.

Explicit Liber quintus historiæ Theodoriti.

ΕΥΑΓΡΙΟΥ
ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ
ΕΠΙΦΑΝΕΩΣ, ΚΑΙ ΑΠΟ
ΕΠΑΡΧΩΝ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙ-
ΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ
TOMOI ΕΞ.

EVAGRII
SCHOLASTICI
EPIPHANIENSIS ET EX PRÆFECTIS.
ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ
LIBRI SEX.
HENRICO VALESIO Interprete.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ΤΑ ΚΕΦΑΛΑΙΑ ΤΟΥ ΠΡΩΤΟΥ ΤΟΜΟΥ ΤΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙ-

κης ἱστορίας εὐαγρίου σχολαστικοῦ καὶ ἀπὸ ἐπάρχων ἐπιφανέως, νικεφόρου καλλίστου τοῦ ξανθοπούλου ὁ πίναξ.

α΄. Προοίμιον τοῦ συγγραφέως, πῶς ἐπὶ τὸ γράφειν τὴν παροῦσαν πραγματείαν ἐλήλυθεν. εἶτα πρῶτον κεφάλαιον, ὅτι μετὰ τὴν κατάλυσιν τοῦ ἀσεβοῦς ἰουλιανοῦ, τῶν αἱρέσεων μικρὸν παυθεισῶν, ὕστερον ὁ πονηρὸς διάβολος τὴν πίστιν πάλιν ἐτάραττεν.

β΄. Ὅπως ἐφωράθη νεστόριος δι' ἀναστασίου τοῦ μαθητοῦ διδάσκοντος μὴ θεοτόκον, ἀλλὰ χριστοτόκον τὴν ἁγίαν καλῶν θεομήτορα, δι' ἣν αἰτίαν καὶ αἱρετικὸς ὡμολόγητο.

γ΄. Οἷα ὁ μέγας κύριλλος τῷ νεστορίῳ ἔγραψε, καὶ ὅπως ἡ τρίτη συνόδος ἐν ἐφέσῳ ἠθροίσθη, ὑστερήσαντος ἰωάννου τοῦ ἀντιοχείας καὶ θεοδωρίτου.

δ΄. Ὅπως παρὰ τῆς συνόδου καθῃρέθη νεστόριος, τοῦ ἀντιοχείας μὴ ἐνδημήσαντος.

ε΄. Ὡς μετὰ πέντε ἡμέρας ἐλθὼν ὁ ἀντιοχείας ἰωάννης καθαιρεῖ κύριλλον τὸν ἀλεξανδρείας καὶ μέμνωνα τὸν ἐφέσου· οὓς ἡ σύνοδος πάλιν ἠθώωσε, κατελοῦσα ἰωάννην καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ· καὶ ὅπως διὰ θεοδοσίου τοῦ βασιλέως συμβαίνουσι κύριλλος καὶ ἰωάννης, κυρώσαντες ἔτι καὶ τὴν νεστορίου καθαίρεσιν.

ϛ΄. Περὶ παύλου τοῦ ἐμέσης, εἰς ἀλεξάνδρειαν ἐλθόντος· καὶ ἔπαινος κυρίλλου διὰ τὴν ἐπιστολήν.

ζ΄. Οἷα ὁ δυσσεβὴς νεστόριος πεπονθέναι περὶ αὐτοῦ γράφει, καὶ ὡς σκώληξι τὴν γλῶτταν τὸ τελευταῖον βρωθεὶς, εἰς ὄασιν ἀπέῤῥηξε τὴν ψυχήν.

η΄. Ὅς μετὰ νεστόριον μαξιμιανὸς, καὶ μετὰ τοῦτον πρόκλος, εἶτα φλαβιανὸς γίνετε.

θ΄. Περὶ τοῦ δυστυχοῦς εὐτυχοῦς, καὶ ὅπως παρὰ τοῦ κωνσταντινουπόλεως καθῃρέθη φλαβιανοῦ, καὶ περὶ τῆς ἐν ἐφέσῳ δευτέρας ληστρικῆς συνόδου.

ι΄. Ὅσα παρὰ τοῦ διοσκόρου καὶ χρυσαφίου τὸ παράλογον ἐν ἐφέσῳ συνέδριον διεπράξατο.

ια΄. Ἀπολογία τοῦ συγγραφέως ὑπὲρ τῶν ἐν ἡμῖν διαφορῶν, καὶ κατάγελως τῶν ἑλληνικῶν ὕθλων.

ιβ΄. Ὅπως ὁ βασιλεὺς θεοδόσιος τὴν νεστορίου αἵρεσιν ἀπελαύνει.

ιγ΄. Περὶ τοῦ ἁγίου συμεὼν τοῦ στυλίτου.

ιδ΄. Περὶ τοῦ πολλάκις φαινομένου ἀστέρος ἐν τῇ περὶ τὸν κίονα στοᾷ τοῦ ὁσίου συμεὼν, ὃν ἑωράκει ὁ συγγραφεὺς καὶ ἄλλοι, καὶ αὐτῆς τῆς κεφαλῆς τοῦ ἁγίου.

ιε΄. Περὶ τοῦ ἁγίου ἰσιδώρου τοῦ πηλουσιώτου, καὶ συνεσίου τοῦ κυρήνης ἐπισκόπου.

ιϛ΄. Ὅπως ὁ θεοφόρος ἰγνάτιος ἐκ ῥώμης ἀνακομισθεὶς, παρὰ θεοδοσίου ἐν ἀντιοχείᾳ κατετέθη.

ιζ΄. Περὶ ἀττίλα τοῦ σκυθῶν βασιλέως, καὶ ὅπως τὰ ἑῷα καὶ ἑσπέρια κατέστρεψε. καὶ περὶ τοῦ γινομένου ξένου σημείου, καὶ τῶν ἄλλων ἐν κόσμῳ φοβερῶν σημείων.

ιη΄. Περὶ τῶν οἰκοδομῶν τῶν ἐν ἀντιοχείᾳ, καὶ τίνες οἱ ἐργασάμενοι ταύτας.

ιθ΄. Περὶ πολέμων διαφόρων ἰταλικῶν, καὶ περσικῶν οἱ ἐπὶ θεοδοσίου γεγόνασι.

κ΄. Περὶ τῆς βασιλίσσης εὐδοκίας, καὶ εὐδοξίας τῆς θυγατρὸς, καὶ ὅπως εἰς ἀντιόχειαν καὶ ἱεροσόλυμα ἀφίκετο.

κα΄. Ὅτι καλῶς τὰ περὶ τὰ ἱεροσόλυμα ἡ εὐδοκία διέθηκε, καὶ περὶ διαφόρου βιοτῆς καὶ διαίτης τῶν ἐν παλεστίνῃ μοναχῶν.

κβ΄. Ὅσα ἐδείματο ἡ βασιλὶς εὐδοκία κατὰ παλαιστίνην, καὶ περὶ τοῦ ναοῦ. τοῦ πρωτομάρτυρος στεφάνου ἔνθα καὶ ὅσιος ἐτάφη. ἔτι δὲ καὶ περὶ τῆς τελευτῆς τοῦ βασιλέως θεοδοσίου.

CAPITULA LIB. PRIMI HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ Evagrii Scholastici & ex Præfectis, patriâ Epiphanienſis. Auctor hujus Indicis eſt Nicephorus Calliſtus Xanthopulus.

Procœmium Scriptoris, in quo exponit quâ ratione ad ſcribendam hanc hiſtoriam ſe contulerit.

CAP. I. Quomodo poſt exitum impii Juliani, cum hæreſes paulatim defeciſſent, iterum Diabolus fidem noſtram perturbaverit.

II. Quomodo ex concione Anaſtaſii presbyteri, deprehenſus ſit Neſtorius, quod Mariam non Deiparam vocaret; ſed Chriſtiparam; atque idcirco hæreticus pronuntiatus eſt.

III. Quid magnus Cyrillus ad Neſtorium ſcripſerit, & quomodo tertia Synodus Epheſi congregata ſit, ad quam Joannes Antiochenus Epiſcopus & Theodoritus tardius acceſſerunt.

IV. Qualiter Neſtorius à Synodo depoſitus ſit, cum Epiſcopus Antiochiæ nondum adveniſſet.

V. Quomodo Joannes Antiochenſis Epiſcopus, quum poſt quintum diem adveniſſet, Cyrillum Alexandriæ & Memnonem Epheſi Epiſcopos deſtituit: qui mox à Synodo innocentes pronuntiati ſunt; & Joannes unà cum ſuis depoſitus: & quomodo Cyrillus ac Joannes interventu Imperatoris Theodoſii in gratiam redierint, & Neſtorii depoſitionem confirmaverint.

VI. De Paulo Emiſæ Epiſcopo, qui Alexandriam miſſus eſt. Et qualiter Cyrillus Joannis Epiſtolam laudavit.

VII. Quæ & quanta Neſtorius ſe paſſum dicat. Et quomodo linguâ tandem vermibus erosâ, apud Oaſim inſulam perierit.

VIII. Quomodo poſt Neſtorium Maximianus, & poſt hunc Proclus, deinde Flavianus Epiſcopi facti ſint.

IX. De infortunato Eutyche: & quomodo à Flaviano Epiſcopo depoſitus eſt, & de latrocinali Synodo Epheſina ſecunda.

X. Quæ per Dioſcorum & Chryſaphium geſta ſint in illegitimo Concilio Epheſino.

XI. Defenſio Varietatis Opinionum, quæ ſunt apud Chriſtianos, & deriſio fabularum Gentilium.

XII. Quomodo Imperator Theodoſius hæreſin Neſtorii profligavit.

XIII. De ſancto Symeone Stylita.

XIV. De Stella, quæ ſæpe cernitur in porticu juxta columnam Symeonis, quam ſcriptor hic & alii complures viderunt: & de capite ejusdem ſancti Symeonis.

XV. De ſancto Iſidoro Peluſiotâ & Syneſio Cyrenarum Epiſcopo.

XVI. Quomodo divinus Ignatius ab urbe Roma deportatus, Antiochiæ depoſitus ſit ab Imperatore Theodoſio.

XVII. De Attila Hunnorum Rege: & quomodo Orientis & Occidentis provincias vaſtaverit: item de horrendo terræ motu, aliisque terribilibus ſignis, quæ toto orbe contigerunt.

XVIII. De operibus publicis Antiochiæ & eorum conditoribus.

XIX. De variis bellis, quæ tum in Italia, tum in Perſide geſta ſunt regnante Theodoſio.

XX. De Eudocia Auguſta, deque ejus filia Eudoxia: & quomodo Eudocia Antiochiam venerit & Hieroſolymam ingreſſa ſit.

XXI. Quod Eudocia Auguſta Hieroſolymis multa præclare geſſit: & de diſcrepante vita & converſatione Monachorum Palæſtinæ.

XXII. De operibus ab Eudocia Auguſta in Palæſtina ædificatis & de Eccleſia ſancti Stephani Protomartyris, in qua religioſe ſepulta eſt. Idem de morte Imperatoris Theodoſii.

ΕΥΑΓΡΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ ΕΠΙΦΑΝΕΩΣ καὶ ἀπὸ ἐπάρχων, ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ.

Τόμος πρῶτος.

EVAGRII SCHOLASTICI EPIPHANIENSIS Et ex præfectis ECCLESIATICÆ HISTORIÆ

Liber Primus.

Προοίμιον τῆς συγγραφῆς, πῶς ἐπὶ τὸ γράφειν τὴν παροῦσαν πραγματείαν ἐλήλυθεν.

Proœmium Scriptoris, in quo exponit quâ ratione ad scribendam hanc historiam se contulerit.

ΕΥΣΕΒΙΩ τῷ Παμφίλου, ἀνδρὶ ἐν τοῖς τὰ μάλιστα λόγιος ὁ Παμφίλου τάτε ἄλλα, καὶ ὡς ἐπείθετο διός τε εἶναι τὰς ἐντυγχάνουσας θρησκεύειν τὰ ἡμέτερα, εἰ καὶ μὴ λίαν ἀκριβεῖς οἷδε ποιεῖν. εὐσεβίῳ τε ἐν τῷ Παμφίλου, σωζομενῷ τε καὶ Θεοδωρήτῳ, καὶ Σωκράτει, ἄριστα πάντων πεπόνηται, ἥτε εἰς ἡμᾶς ἄφιξις τοῦ φιλανθρώπου θεοῦ, ἥτε εἰς οὐρανοὺς ἀνάβασις, ὅσα, τε τοῖς θεσπεσίοις ἀποστόλοις, ἀτὰρ καὶ τοῖς ἄλλοις μάρτυσι διαθλήσασι καλῶς ἤθλησε, ἢ εἴ τι καὶ ἄλλο ἀξιόλογον ἡμῖν, ἢ καὶ τηνάλλως ἔχον πέπρακται, μέχρι τινος μέρους τῆς Θεοδοσίου βασιλείας. ἐπειδὴ δὲ τὰ ἑξῆς οὐ πολλῷ τούτων ἀποδέοντα, οὐδενός πω καθ' ἡμᾶς τετύχηκε λόγου, ἔδοξέ μοι, εἰ καὶ μὴ δεινὸς ἐγὼ τὰ τοιαῦτα, τὸν ὑπὲρ τούτων ἀνελέσθαι πόνον, συγγράψαι τε ταῦτα ποιήσασθαι, οὐ μάλα πιστεύσαντι, τῷ καὶ ἁλιέας σοφίσαντι, καὶ γλῶσσαν ἄλογον ἐς ἔναρθρον εὐφωνίαν κινήσαντι, ἀνασῶσαί τε ἅς ἤδη τῇ λήθῃ τεθνηκυίας πράξεις, ψυχῶσαί τε τῷ λόγῳ, καὶ ἀπαθανατῆσαι τῇ μνήμῃ· ὡς ἂν ἔχοι τοῦ ἐντυγχανόντων ἑκάστου μέχρις ἡμῶν εἰδέναι, τί τε καὶ ὅτε, καὶ ὅπου καὶ ὅπως, καὶ πρὸς οὕς καὶ παρ' ὧν ἐγένοντο, καὶ μηδὲν τῶν τῆς μνήμης ἀξίων διαλάθοι ὑπὸ τῆ

EVSEBIUS Pamphili, vir cum in aliis rebus disertissimus, tum in scribendo tantum valens, ut possit lectores suos, si non perfectè Orthodoxos efficere, ita tamen impellere, ut nostra libenter amplectantur: Eusebius, inquam, Pamphili, & Sozomenus, ac Theodoritus & Socrates: benignissimi Servatoris nostri adventum in terras, ejusque adscensum in cœlum; tum ea, quæ à divinis Apostolis & à fortissimis Martyribus pro fide certantibus præclare sunt gesta: quidquid præterea, aut laude, aut vituperatione dignum actum est à nostris usque ad principatum Theodosii, omnium optime ac diligentissime scriptis prodiderunt. Sed quoniam ea, quæ posthæc consequuta sunt, haudquaquam illis inferiora, nullus adhuc persequi aggressus est; Ego licet in ejusmodi rebus parum exercitatus, laborem hunc suscipere, & historiam earum rerum contexere decrevi. Etenim eo, qui piscatoribus sapientiam indidit, & qui ex bruti animalis lingua articulatam vocem expressit, adjuvante, confido me res oblivione intermortuas excitaturum, & oratione mea vitam eis redditurum, & immortalitatem donaturum esse commemoratione hominum sempiterna: quo à singulis cognosci possit, quid & quando; ubi locorum, & quomodo: adversus quos, & à quibus ad nostra usque tempora sit gestum:

Nihilque eorum, quæ memoria digna sunt, per mollem ac solutam desidiam, perque oblivionem, quæ desidiæ proxima est, abditum delitescat. Divino igitur fretus auxilio, inde scribendi sumam exordium, ubi viri superius à me comemorati historiæ suæ finem fecere.

Cap. I.

Quomodo post exitum impii Juliani, cum hæreses paulatim defecissent, iterum Diabolus fidem nostram perturbaverit.

CUm Juliani impietas Martyrum sanguine jam submersa esset, & Arii vesania fabricatis apud Nicæam compedibus adstricta: Eunomius quoque ac Macedonius à Sancto Spiritu quasi vento quodam expulsi, circa Bosporum, & ad sacram urbem Constantinopolim fracti obrutique essent: Cùm jam sacrosancta Ecclesia recenti sordium squallore deposito, pristinum decorem recuperaret, & amictu aurato ac variegato induta, cœlesti Sponso atque amatori desponderetur: id moleste ferens Dæmon virtutis inimicus, novum quoddam & inusitatum belli genus adversus nos excitavit: simulachrorum cultum, qui jam oppressus jacebat, & servilem Arii vesaniam despectui habens. Ac fidem quidem nostram aperte, ut hostis, oppugnare veritus est, quippe quæ tot ac tantorum patrum copiis munita esset, adeo ut ipse in ea oppugnanda maximam partem suarum virium amisisset. Sed magis latronum more id agere aggressus est, interrogationes quasdam ac responsiones commentus, quibus errantes ad Judaismum novo more traduceret. Nec intellexit miser, etiam inde se vincendum esse. Nam quod unum antea maxime impugnabat, id nunc miratur atque amplectitur: exultans ac triumphans gaudio, si non ex universo nos depulerit, sed vel unam dictionem adulterare potuerit. Ac sæpenumerò suâ se involvens malitiâ, unius litteræ immutationem commentus est, quæ ad eundem quidem duceret sensum; intelligentiam tamen à lingua disjungeret: ne utraqve Patrem & Filium uno eodemq; modo confiterentur & glorificarent. Porro quâ ratione singula ista perpetrata sint, & quem exitum habuerint, suo

A ἀνειμένῃ καὶ ἐκλύτῳ ῥαθυμίᾳ, καὶ τῇ ταύτης ἀγχιθύρῳ λήθῃ κρυπτόμενα. ἄρξομαι δὲ τῆς θείας ἡγουμένης ῥοπῆς, ὅθεν οἱ λελεγμένοι μοι τὴν ἱστορίαν ἀπέλιπον.

Κεφ. α'.

Ὅτι μετὰ τὴν κατάλυσιν τῶν ἀσεβοῦς ἰουλιανοῦ τῶν αἱρέσεων μικρὸν παυθείσων, ὕστερον ὁ πονηρὸς διάβολος τὴν πίστιν πάλιν ἐτάραττεν.

B Ἄρτι τῆς ἰουλιανοῦ δυσσεβείας τοῖς τῶν μαρτύρων αἵμασι κατακλυσθείσης, καὶ τῆς ἀρείου μανίας συνδεθείσης ταῖς ἐν νικαίᾳ χαλκευθείσαις πέδαις, εὐνομίου τε αὖ καὶ μακεδονίου ὑπὸ τοῦ παναγίου πνεύματος κατὰ τὸν βόσπορον ἐκβρασθέντων, καὶ πρὸς τῇ κωνσταντίνου ἱερὰ θραυσθέντων πόλει, ἤδη τῆς ἁγίας ἐκκλησίας τὸν πρόσφατον ἀποθεμένης ῥύπον, καὶ πρὸς τὴν ἀρχαίαν ἐπαναγομένης εὐπρέπειαν, ἐν ἱματισμῷ τε διαχρύσῳ περιβεβλημένης πεποικιλμένης, τῷ τε ἐραστῇ νυμφίῳ συναρμοζομένης, οὐκ ἐνεγκὼν ὁ μισόκαλος δαίμων, ξένον τινα καὶ ἀλλόκοτον ἡμῖν ἐπανίστησι πόλεμον, τὴν τε πεπατημένην εἰδωλολατρείαν περιφρονήσας, καὶ τὴν δουλικὴν ἀρείου μανίαν παρακωνιζάμενος· καὶ προσβαλεῖν μὲν ὡς ἐχθρὸς τῇ πίστει δέδοικεν, ὑπὸ τοσούτων ἁγίων πατέρων πυργωθείσῃ, καὶ τὰ πολλὰ τῆς δυνάμεως ἐν τῇ ταύτης πολιορκίᾳ παρῃρημένος· λῃστρικῶς δὲ τὸ πρᾶγμα μέλεισι, πεύσεις τινας, ἀποκρίσεις τε αὖ μηχανώμενος, πρὸς ἰουδαϊσμὸν καινοπρεπῶς ἐπανάγων τὸ πλανώμενον, οὐ συνιεὶς καὶ τὴν ἐντεῦθεν ἧττα ὁ δείλαιος. ὃ γὰρ πρότερον μόνον ἀντίπαλον εἶχε, νῦν τέθητε καὶ περιπτύσσεται. καὶ οὐκ εἰ τοῦ παντὸς ἐξώσει γε φρυαττόμενος, ἀλλ' εἰ καὶ λέξιν τινα παραχαράττειν οἷός τε γένοιτο. πολλάκις δὲ τῇ ἑαυτοῦ ἰλυσπώμενος κακίᾳ, καὶ γράμματος ἐναλλαγὴν ἐτέχνασε, πρὸς μὲν τὴν αὐτὴν ἕλκοντος διάνοιαν· ὅπως δὲ τὴν γνώμην τῆς γλώσσης ἀπομερίσῃ, ἵνα μὴ τὴν αὐτὴν ὁμολογίαν τε καὶ δοξολογίαν ὁμοφρόνως ἄμφω τῷ θεῷ προσάγοιεν· ὅπως δὲ τούτων ἕκαστον ἐπράχθη, καὶ ὅποι τετελεύτηκεν, ἐν τοῖς ἰδίοις παραθήσομαι καιροῖς,

παρυφαίνων εἴτι καὶ ἄλλο πάρεργον μέν, ἰσοεἰας δ' ἄξιον ἐξευρεῖν δυνηθείλω, τῶν ἰσοείαν δηλωτέον· ἔνθα τῷ φιλανθρώπῳ θαρσαίη θεῷ.

A loco ac tempore exponemus. Adtexam præterea quidquid memoratu dignum reperire potuero, licet ab instituto nostro alienum esse videatur: finem scribendi facturus, ubi divino Numini placuerit.

Κεφ. β'.

Ὅπως ἐφωράθη νεστόριος ὁ ἀναστάσιου μαθητὴς, διδάσκων μὴ θεοτόκον, ἀλλὰ χριστοτόκον τὴν ἁγίαν καλῶν παρθένον, ὅτ' ἂν αἰτίαν καὶ αἱρετικὸς ὡμολόγηται.

Cap. II.

Quomodo ex Concione Anastasii Presbyteri deprehensus sit Nestorius, quod Mariam non Deiparam vocaret, sed Christiparam: atque idcirco hæreticus pronuntiatus sit.

Ἐπειδὴ γενέσθαι, ἡ θεόμαχος γλῶσσα, τὸ καϊάφα δεύτερον συνέδριον, τὸ B τῆς βλασφημίας ἐργαστήριον, ἐν ᾧ πάλιν χριστὸς συμφωνεῖταί τε καὶ διαιρεῖται, ὡς φύσεις διαιρέμενός τε καὶ παραπόμενος, ὁ μὴ δὲ ἐν αὐτῷ τῷ σταυρῷ ὅσον ὅλως συντριβεὶς κατὰ τὸ γεγραμμένον, ἡ τὸν ὑφαντὸν διόλου χιτῶνα ἀπὸ τῶν θεοκτόνων ἀπερράγης, τὸν μὲν θεοτόκον φωνὴν ὡσὸ τὸ παναγὲς πνεῦμα ὃν ἡδὴ χαλκευθεῖσαν διὰ πολλῶν ἐγκαίτων παλαίρων, ἐξωθήσατε ἀπεβάλετο· τὸν δὲ χριστοτόκον παραχαράξας, ἀντεχάλκευσάτε καὶ ἀνετύπωσεμυείων τε ἂν πολέμων τὴν ἐκκλησίαν ἐνέπλησεν, αἱμασιν ἐμφυλίοις ταύτην ἐκλύσας· δοκῶ μὴ ἀπορήσειν πρὸς ἔυλογον διασκευὴν τῆς ἱστορίας, καὶ τῆς ταύτης τελευτῆς καταλήξειν, εἴ γε προοιμιασθείη χριστὸς τὸ ἐπὶ πάντων σωτηρίου θεοῦ ἐκ τῆς νεστορίου βλασφημίας. ἤρξατο δὲ ὁ τῶν ἐκκλησιῶν πόλεμος ἐνθένδε. ἀναστάσιός τις πρεσβύτερος, τὸν γνώμην κακόδοξος, νεστορίου καὶ τῶν νεστορίου ἰουδαϊκῶν δογμάτων διάπυρος ἐραστὴς, ὃς καὶ συνέκδημος ὁι γέγονε πρὸς τὸν ἐπίσκοπον C ἀπαίροντι, ὅτε καὶ θεοδώρῳ κατὰ τὴν μοψουεστίαν συλλόγων ὁ νεστόριος, τῆς εὐσεβείας παρεξέπιπτε, τῶν ἐκείνου διδαγμάτων ἀκροασάμενος, ὡς θεοδώλητος ἐστὶ τούτων ἐπιστολικῶς γέγραπται τὰς διαλέξεις τῷ φιλοχρίστῳ λεῷ ποιούμενος ἀνὰ τὴν ἐκκλησίαν κωνσταντινουπόλεως, ἀναφανδὸν ἐτόλμησεν εἰπεῖν, θεοτόκον τὴν μαρίαν καλείτω μηδείς. Μαρία γὰρ ἄνθρωπος ἦν· ὑπὸ ἀνθρώπου δὲ θεὸν τεχθῆναι ἀδύνατον. πρὸς ταῦτα τὸ φιλοχρίστου λεῶ δυσχεράναντος, καὶ βλασφημίαν εἰκότως ἡγουμένου τὴν διάλεξιν, νεστόριος ὁ τῆς

Quandoquidem Nestorius, lingua illa DEO inimica: alterum Caiaphæ Concilium: officina blasphemiæ, in qua condicto pretio iterum venditur Christus, divisis atque discerptis ejus naturis, cui ne in ipsa quidem cruce ullum ex ossibus fuerat comminutum, sicuti scriptum est, nec tunica illa textilis à Deicidis discerpta fuerat; ille, inquàm, Nestorius vocem quidem Deiparæ, quæ à multis probatissimis Patribus, Sancti Spiritus afflatu fabricata fuerat, rejecit ac repudiavit: Christiparæ autem vocabulum, tanquam adulterinam monetam, à se cusum atque efformatum vice illius supposuit; Et innumeris bellis Ecclesiam replevit, civili sanguine eam inundans: materiam nequaquam mihi defuturam esse spero ad historiam apte & concinne disponendam, meque eam ad exitum usque perducturum esse, si opitulante Christo, qui super omnia est Deus, ab impiissimi Nestorii blasphemia exorsus fuero. Porro Ecclesiarum bellum hinc originem sumpsit. Fuit quidam Anastasius Presbyter, haud quaquam sanæ fidei; Nestorii ejusque Judaicorum dogmatum fautor acerrimus; qui etiam Nestorium ad Episcopatum urbis Regiæ proficiscentem fuerat comitatus; quo quidem tempore Nestorius apud Mopsuestiam congressus cum Theodoro, auditâ illius doctrinâ, à recta pietate deflexit, sicut in Epistola quadam de his rebus agens scribit Theodulus. Hic igitur Anastasius cum in Ecclesia Constantinopolitana sermonem haberet ad populum Christi amantem, ausus est palam ac disertè dicere: Mariam nemo Deiparam vocet. Nam Maria homo fuit. Fieri autem non potest, ut ex homine nascatur Deus. Iis auditis, cum Populus Dei graviter commotus esset, & sermonem illum, uti par erat, blasphemiam duceret, Nestorius auctor illius blasphemiæ, non modo Anastasium

non prohibuit, nec rectæ sanæque doctrinæ patrocinium suscepit. Verum iis, quæ ab Anastasio dicta erant, apertè robur addidit, in hujusmodi disputationibus pervicaciter insistens. Interdum etiam propria interserens atque intexens dogmata, & reconditum mentis suæ virus effundens, adhuc pejora & magis impia docere conatus est. Adeo ut in suam ipsius perniciem hæc diceret: Ego illum, qui bimestris ac trimestris factus est, nunquam Deum appellaverim; quemadmodum à Socrate, & in Actis prioris Ephesinæ Synodi perspicue relatum est.

A βλασφημίας καθηγητὴς, ὁ μόνον ὁ δι-
κώλυσεν, ὁ δὲ τοῖς ὀρθοῖς προσεδίδετο δόγ-
μασι· ἀλλὰ καὶ μάλα ἀτεχνῶς τοῖς ἐμ-
μένουσι ἀνασασίῳ τὴν ῥοπὴν ἐδίδου, φιλο-
νεικότερον ἐν τοῖς περὶ τούτων ἐνισάμενος·
καί πως καὶ ἰδίας παρενθεὶς τε καὶ πα-
ρεγγράφων δόξας, καὶ τὸν τῆς ψυχῆς ἰὸν
ἀπερυγόμενος, βλασφημότερα διδάσ-
κειν ἐπειρᾶτο ὡσε καὶ τῆς ἰδίας κεφαλῆς
ἐπιφθέγξασθαι, τὸ ῥηθὲν δι' ἐμοῦ ἀνόσιον, ἢ πα-
νάθεον, οὐκ ἂν θεὸν ὀνομάσαιμι, ὡς τὰ
B περὶ τούτων σωκράτης τε καὶ τῇ ἐν ἐφέσῳ πρώ-
τῃ σύνοδῳ σαφῶς ἱστόρηται.

Cap. III.

Quid M. Cyrillus ad Nestorium scripserit, & quomodo tertia Synodus Ephesi congregata sit, ad quam Joannes Antiochenus Episcopus & Theodoritus tardius accesserunt.

QUæ cum Cyrillus Alexandrinorum Episcopus, Vir celebertimi nominis, per litteras suas reprehendisset, iisdemque respondisset Nestorius, ac neque iis, quæ à Cyrillo, neque his, quæ à Celestino senioris Romanæ E-C piscopo scripta erant, acquiesceret, sed nihil veritus, adversus universam Ecclesiam proprium virus evomeret; merito Cyrillus petiit à Theodosio, qui tunc Orientis Imperium administrabat, ut ejus mandato prima Synodus Ephesi congregaretur, Imperialibus litteris, tum ad Cyrillum ipsum, tum ad omnes ubique sanctissimarum Ecclesiarum Episcopos missis. Igitur Theodosius Synodum indixit die sanctæ Pentecostes, quo die vivificus DEI Spiritus in nos descendit. Ac Nestorius quidem, eo quod Ephesus haud procul abest Constanti-D nopoli, primus illic adfuit. Cyrillus quoque unà cum provincialibus Episcopis, ante præstitutum diem advenit. Joannes verò Antiochenus Episcopus, unà cum suis ad constitutum diem non adfuit: non tamen sua sponte, sicut multis videtur dum moram suam excusat: sed propterea quod Episcopos provinciæ suæ citius colligere non potuerat. Quippe urbes, quæ sub illo erant, ab urbe Antiochia, quæ nunc Theopolis dicitur, homini quidem expeditò distant duodecim dierum itinere: aliis vero amplius etiam quam duodecim. Ephe-

Κεφ. γ'.

*Οἷα ὁ μέγας κύριλλος τῷ νεστορίῳ ἔγραψε, καὶ ὅπως ἡ τρί-
τη σύνοδος ἐν ἐφέσῳ ἠθροίσθη, ὑστερήσαντος ἰωάν-
νου τοῦ ἀντιοχείας, καὶ θεοδωρή-
του.*

Ὡν ἐπύθετο κύριλλος ὁ τῆς ἁγιωτάτης
μνήμης ἐπίσκοπος τῆς ἀλεξανδρέων,
δι' οἰκείων ἐπελαμβάνετο συλλαβῶν, νεστορίου
τε αὖ τούτοις ἀντέπιπτε, καὶ οὐδὲ τοῖς κυρίλλου
C οὐδὲ τοῖς κελεστίνου τοῦ τῆς πρεσβυτέρας ῥώ-
μης ἐπισκόπου γεγραφόσιν ἐπείθετο τὸν δὲ
ἴδιον ἔμετον καθὰ πάσης ἐξέχεε τῆς ἐκκλη-
σίας, μηδὲν διλαβούμενος, εἰκότως ἐδό-
κει νόμασι τοῦ νέου θεοδοσίου τὰ σκῆπτρα
τῆς ἑῴας διέποντος, τὴν ἐν ἐφέσῳ πρώτην
σύνοδον ἀλισθῆναι γραμμάτων βασιλι-
κῶν γρομένων πρός τε κύριλλον καὶ τοὺς ἀ-
πανταχῆ τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν πρεσπκό-
πους· ὃς κυρίαν τῆς συνελεύσεως ἀπέφηνε
τὴν ἁγίαν πεντηκοστὴν ἡμέραν, ἐν ᾗ τὸ ζωο-
ποιὸν ἡμῖν ἐπεφοίτησε πνεῦμα. καὶ νεστό-
D ριος μὲν, ὁ μακρὰν τῆς ἐφέσου διεστὼς
τῆς κωνσταντίνου, φθάνει πάντως. καὶ κύ-
ριλλος δὲ καὶ οἱ ἀμφ' αὐτὸν, πρὸ τῆς ἐ-
παγγελθείσης ἡμέρας ἀπηντήκασιν. ἰωάν-
νης δὲ ὁ τῆς ἀντιοχέων πρόεδρος, σὺν
τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ἀπελείφθη τῆς ὁριθείσης
ἡμέρας, ὅτι ἐκὼν, ὡς πολλοῖς ἀπλογέ-
μενος δοκεῖ. ἀλλ' ὅτι μὴ ἀγεῖραι ταχέως
τοὺς ἀμφ' αὐτὸν ἐδυνήθη, διεσπα-
νων τῶν αὐτῶν πόλεων τῆς πάλαι μὲν
ἀντιόχου, νυνὶ δὲ θεοῦ προσαγορευο-
μένης πόλεως, ὁδὸν ἀνδρὶ δύζωνω ἡμε-
ρῶν δυοκαίδεκα, τισὶ δὲ, καὶ πλέον. διεστώσης

ἢ καὶ τῆς ἐφεσίων ἐκ τῆς ἀντιόχου ὁδὸν ἡμερῶν μάλιστα τριάκοντα· ἐνισχυριζόμενος μή ποτε ἂν αὐτὸν φθῆναι τὴν κυρίαν, εἰ τὴν καλουμένην νέαν κυριακὴν οἱ ἀμφ' αὐτὸν ἀνὰ τοὺς οἰκείους ἐπετέλεσαν θρόνους.

A sus autē distat ab urbe Antiochia itinere dierum triginta. Proinde affirmabat Joannes se ad constitutum diem occurrere non potuisse, quando Episcopi, quos secum habebat, Dominicam illam, quæ nova vulgò dicitur, in suis sedibus celebrassent.

Κεφ. δ'.

Ὅπως παρὰ τῆς συνόδου καθῃρέθη νεστόριος, τῆς ἀντιοχείας μὴ ἐνδημήσαντος.

Ὡς οὖν ἡ κυρία παρῴχηκεν ἡμέρας πεντεκαίδεκα, οἱ ἐπὶ τοῦτο συναθροισθέντες, ὡς οὐ φθησομένων τῶν ἀνατολικῶν, ἢ εἰ καὶ φθαῖεν, μετὰ πολλοῦ χρόνου τριβὴν ἄλιζονται, κυρίλλου τοῦ θεσπεσίου διέποντος καὶ τὸν κελεστίνου τόπον, τὴν ἐπισκοπὴν, ὡς εἴρηται, τῆς πρεσβυτέρας ῥώμης πρυτανεύοντος. καλοῦσι δ' οὖν καὶ τὸν νεστόριον, προτρέποντες τοῖς ἐπαγομένοις ἀπολογήσασθαι. καὶ δῆτα κατὰ τὴν προτεραίαν ὑποσχόμενος ἀφικνεῖσθαι εἴπερ δέοι, καὶ τῶν ὑποσχεθέντων κατολιγωρήσας, καὶ τρὶς κληθεὶς, ἐπειδὴ μὴ ὑπήντηκε, τῆς ζητήσεως οἱ συνελθόντες ἀντελάβοντο· καὶ μέμνωνος τοῦ τῆς ἐφεσίων προέδρου τὴν διέλευσιν τῶν ἡμερῶν τῶν μετὰ τὴν κυρίαν διελθόντος. ἐτύγχανον δὲ ἐξκαίδεκα τὸν ἀριθμὸν οὖσαι, καὶ τῶν ἐπιστολῶν ἀνεγνωσμένων κυρίλλου τοῦ θεσπεσίου τῶν πρὸς νεστόριον εἰργασμένων αὐτῷ, καὶ πρός γε, τῶν νεστορίου πρὸς αὐτὸν κύριλλον· ἐγγραφείσης δὲ καὶ τῆς ἱερᾶς ἐκείνης ἐπιστολῆς κελεστίνου τοῦ πάνυ, τῆς πρὸς αὐτὸν νεστόριον γενομένης· εἰπόντων τε αὖ θεοδότου ἐπισκόπου ἀγκύρων, ἀκακίου τε τὸν μελιτινῆς θρόνον διέποντος, καὶ ἅπερ κατὰ τὴν ἐφεσίων ἀναφανδὸν βλασφημίας ἀπηρεύξατο ῥήματα ὁ νεστόριος· συνυφανθεισῶν δὲ καὶ πολλῶν ῥήσεων ἁγίων, καὶ ἐγκρίτων πατέρων, τὴν ὀρθὴν καὶ ἀμώμητον ἐκθεμένων πίστιν· ἐνταγέντων γε μὴν καὶ διαφόρων ἐκφρόνως βλασφημηθέντων παρὰ τοῦ δυσσεβοῦς νεστορίου, ἡ ἁγία σύνοδος πρὸς λέξιν ἀπεφήνατο ταῦτα. πρὸς τοῖς ἄλλοις μήτε ὑπακοῦσαι βουληθέντος τοῦ τιμιωτάτου νεστορίου τῇ ἡμῶν κλήσει, μήτε μὴν τοὺς παρ' ἡμῶν ἀποσταλέντας ἁγιωτάτους καὶ θεοσεβεστάτους ἐπισκόπους προσδεξαμένου, ἀναγκαίως ἐχωρήσαμεν ἐπὶ τὴν ἐξέτασιν τῶν δυσσεβηθέντων αὐτῷ· καὶ φωράσαντες αὐτὸν ἔκ τε τῶν ἐπιστολῶν αὐτοῦ καὶ τῶν συγγραμμάτων, τῶν καὶ ἀναγνωσθέντων, καὶ ἐκ τῶν ἀρτίως παρ' αὐτοῦ ῥηθέντων κατὰ τήνδε τὴν μητρόπολιν, καὶ προσμαρτυρηθέντων, δυσσεβῶς φρονοῦντα καὶ κηρύττοντα, ἀναγκαίως κατεπειχθέν-

Cap. IV.

Qualiter Nestorius à Synodo depositus sit, cum Episcopus Antiochiæ nondum advenisset.

ELapsis igitur diebus quindecim ultra præstitutum diem, Episcopi, qui ad id conveperant, quasi Orientales omnino venturi non essent, aut certe post longi temporis moram, in unum coeunt, divino Cyrillo Celestini quoque Romanæ urbis, uti supra diximus, Episcopi vices gerente. Accersunt itaque Nestorium, hortantes ut objectis criminibus responderet. Qui cum prima die pollicitus se venturum si opus esset, promissum exequi neglexisset, ac ter vocatus, se se in judicio non stetisset, Episcopi, qui aderant negotium examinare aggressi sunt. Cumque Memnon Episcopus Ephesiorum, dies qui ultra præstitutum tempus effluxerant, percensuisset, erant autem dies illi numero sedecim; lectæque essent Epistolæ divi Cyrilli ad Nestorium, & Nestorii vicissim ad Cyrillum datæ: cum adjecta etiam esset sacra illa Epistola admirabilis Celestini ad eundem Nestorium: Cumque Theodotus Ancyræ & Acacius Meletinæ Episcopi, verba impia, quæ Nestorius Ephesi palam effuderat exposuissent: Collectis denique multis sententiis sanctorum & probatissimorum Patrum, qui rectam ac sinceram fidem exposuerant: insertis etiam variis blasphemiis, quas impius Nestorius vesana mente profuderat: sancta Synodus adversus Nestorium hæc ad verbum pronuntiavit. Ad hæc quoniam Reverendissimus Nestorius nec vocationi nostræ obtemperare voluit, nec sanctissimos & religiosissimos Episcopos à nobis missos suscepit, necessitate compulsi, ea quæ ab illo impiè dicta fuerant examinare aggressi sumus. Cumque illum partim ex Epistolis ejus ac libris, qui etiam recitati sunt: partim ex verbis ipsius, quæ nuper in hac Metropoli dixit, & quæ multorum testimonio confirmata sunt, illum impie sentire ac prædicare deprehendissemus, adigente

canonum auctoritate & Epistola sanctissimi Patris & Collegæ nostri Celestini Ecclesiæ Romanæ Episcopi, post multos fletus ad hanc tristem sententiam tandem processimus. Igitur Dominus noster Jesus Christus, contra quem impie locutus est Nestorius, per hanc sacrosanctam Synodum decrevit, eundem Nestorium & ab Episcopali dignitate, & ab omni sacerdotali conventu extraneum esse.

A λες ἀπό τε τῶν κανόνων, καὶ ἐκ τῆς Παπολίτου ἁγιωτάτου παλερὸς ἡμῶν καὶ συλλειτουργοῦ κελεστίνου τοῦ Παπικόπου τῆς ῥωμαίων ἐκκλησίας, δακρύσαντες πολλάκις, ἐπὶ τούτῳ τῷ συνεδρίῳ τὸν ἐχωρήσαμεν ἀπόφασιν. ὁ βλασφημηθεὶς τοίνυν παρ' αὐτοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ὥρισε διὰ τῆς παρούσης ἁγίας συνόδου, ἀλλότριον εἶναι τὸν αὐτὸν νεστορίου καὶ τῆς ἐπισκοπικῆς ἀξιώματος καὶ παντὸς συλλόγου ἱερατικοῦ.

Cap. V.

Quomodo Joannes Antioch. Episcopus quum post quintum diem advenisset, Cyrillum Alexandrin & Memnonem Ephesi Episcopos destituit. Qui mox a Synodo innocentes pronuntiati sunt, & Joannes una cum suis depositus. Et quomodo Cyrillus ac Joannes interventu Imp. Theodosii, in gratiam redierint, & Nestorii depositionē confirmaverint.

Κεφ. έ.

B Ὡς μετὰ πέντε ἡμέρας ἐλθὼν ὁ ἀντιοχείας ἰωάννης, καθεῖλε κύριλλον τὸν ἀλεξανδρείας καὶ μέμνονα τὸν ἐφέσου· καὶ πάλιν ἠθώωσεν, καθελὼν ἰωάννην καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ· καὶ ὅπως διὰ θεοδοσίου τοῦ βασιλέως συμβαίνει κύριλλον καὶ ἰωάννην, κυρώσαντες ἔτι καὶ νεστορίου καθαίρεσιν.

POst legitimam hanc & justissimam sententiam, Joannes Antiochenus Episcopus unà cum Antistitibus suis venit, quinto post die quam Nestorius fuerat destitutus. Et collecto Episcoporum suorum Concilio, Cyrillum deponit ac Memnonem. Sed cum Cyrillus ac Memnon libellos obtulissent Synodo illi, quæ cum ipsis fuerat congregata, licet Socrates per ignorationem id C paulo aliter retulerit, accersitus est Joannes ut depositionis à se factæ rationem redderet. Qui cum post tres continuas vocationes non adfuisset, Cyrillus quidem ac Memnon à depositionis sententia absoluti sunt: Joannes vero & qui cum illo erant Episcopi, ab Ecclesiastica communione & ab omni sacerdotali auctoritate submoti. Porro Imperator Theodosius, initio quidem depositionem Nestorii haudquaquam probavit: Postea vero cognita ejus impietate, cum litteras admodum pias ad Cyrillum & Joannem Episcopos scripsisset, illi inter se conciliati sunt, & de- D positionem Nestorii confirmarunt.

ΜΕτὰ γὰρ τὴν ἐννομωτάτην καὶ δικαίαν ταύτην ἀπόφασιν, ἐφίσα τῇ ἐφέσου ἰωάννης ὁ τῆς ἀντιόχου μετὰ τῶν ἀμφ' αὐτὸν ἱερέων ἡμέρας πέντε τῆς καθαιρέσεως ὑστερήσας· καὶ συναλίσας πάντας τοὺς ἀμφ' αὐτὸν, καθαιρεῖ κύριλλον καὶ μέμνονα. ἐκ δὲ λιβέλλων ἐπιδεδομένων τῇ σὺν κυρίλλῳ καὶ μέμνονος τῇ ἁμα σφίσι συναθροισθείσῃ συνόδῳ, εἰ καὶ σωκράτης αἰνόησας, ἑτέρως ἱστόρησε, μεταπεμψάμενος ἰωάννης ἐφ' ᾧ τοιοῦτον ἀπολογησόμενος καθαιρέσει· ἐ μὴ συνελθὼν δὲ μετὰ τρεῖς τὰς γενομένας κλήσεις, ἀπολύονται μὲν τῆς καθαιρέσεως κύριλλος καὶ μέμνων ἀποκείνονται δὲ τῆς ἁγίας κοινωνίας καὶ πάσης ἀυθεντίας ἱερατικῆς, ἰωάννης καὶ οἱ ἀμφ' αὐτὸν ἱερεῖς. καὶ πρῶτα μὲν θεοδόσιος μὴ πρεσβεύσαντα τῷ νεστορίου καθαιρέσει, ὕστερον δὲ τῷ ἐκείνου βλασφημίαν ἐγνωκότος, εὐσεβέστατα δὲ γράμμασι χρησαμένου πρὸς τε κύριλλον καὶ ἰωάννην τοὺς Παπικόπους, συμβαίνει πρὸς ἀλλήλους, τῷ νεστορίου καθαιρέσει ἐπικυρώσαντες.

Cap. VI.

De Paulo Emisæ Episcopo, qui Alexandriam missus est. Et qualiter Cyrillus Joannis Epistolam laudavit.

Κεφ. ς'.

Περὶ παύλου τοῦ ἐμέσης εἰς ἀλεξάνδρειαν ἐλθόντος, καὶ ἐπαινοῦντος κυρίλλου διὰ τὴν ἐπιστολήν.

CUm Paulus Emisenorum Episcopus Alexandriam venisset, & sermonem, qui hodieque exstat, ea de re habuisset in Ecclesia. Quo quidem tempore Cyrillus cum Epistolam Joannis plurimum laudasset, hæc ad verbum scripsit: Lætentur cœli & exultet terra. Dirutus enim est paries

ΠΑύλου τοῦ ἐμέσης ἐπισκόπου πρὸς τὴν ἀλεξάνδρειαν πόλιν γενομένου, ἐπί τε τῆς ἐκκλησίας τὸν περὶ τούτου φερόμενον λόγον ὁμιλήσαντος, ὁπηνίκα καὶ κύριλλος τὴν ἐπιστολὴν ἰωάννου μάλα ἐπαινέσας, ἐπὶ ῥήματος γέγραφε ταῦτα. εὐφραινέσθωσαν οἱ οὐρανοί, καὶ ἀγαλλιάσθω ἡ γῆ. λέλυται

γὰρ τὸ μεσότοιχον τ̃ φραγμ̃, καὶ πέπωλαι τὸ λυπ̃ν, καὶ διχονοίας ἁπάσης ἀνῄρηται τρόπ⊙, τ̃ πάντων ἡμῶν σωτ̃ρος χριστ̃ ταῖς αὐτ̃ ἐκκλησίαις τὴν εἰρήνην βραβεύσαντ⊙ κεκληκότων ὑπὲρ τούτου ἡμᾶς τ̃ τῶν δυσεβεσάτων καὶ θεοφιλεσάτων βασιλέων, οἱ προγονικ̃ς δυσεβείας ἄριστοι ζηλωταὶ γεγονότες, ἀσφαλ̃ μὲν καὶ ἀκαλάσευτον ἐν ἰδίαις ψυχαῖς τὸν ὀρθὸν φυλάττουσι πίστιν. ἐξαίρετον δ̃ ποιοῦνται φροντίδα τὴν ὑπὲρ τ̃ ἁγίων ἐκκλησιῶν, ἵνα καὶ διαβόητον ἔχωσιν εἰς αἰ⊙να τὴν δόξαν, τ̃ εὐκλεεσάτην ἀποφήνωσι τὴν ἑαυτῶν βασιλείαν. ὡς καὶ αὐτὸς ὁ τ̃ δυνάμεων κύριος πλουσίαν χεῖρα διανέμεται τὰ ἀγαθὰ, καὶ δίδωσι μὲν καταχαλεῖν τ̃ν ἀνθεστηκότων χαρίζεται δ̃ τὸ νικ̃ν. ἐὰν δ̃ ἀναψεύσαιτό τι λέγων, ζ̃ ἐγὼ, λέγει κύριος, ὅτι τοὺς δοξάζοντ̃ς με δοξάζω. ἀφικομένου δ̃ οὖν εἰς τὴν ἀλεξάνδρειαν τ̃ κυρίου μου τ̃ θεοσεβεσάτου ἀδελφ̃ καὶ συλλειτουργ̃ παύλου, θυμηδίας ἐμπεπλήσμεθα, καὶ σφόδρα εἰκότως ὡς ἀνδρὸς τοιούτου μεσιδιοῦντ⊙, καὶ τοῖς ὑπὲρ δύναμιν πόνοις ἑλομένου περιμιλεῖν· ἵνα τὸν τ̃ διαβόλου νικήσῃ φθόνον, τ̃ συνάψῃ τὰ διῃρημένα, καὶ τὰ μέλαξυ σκάνδαλα ἀφελῶν, ὁμονοίαν τ̃ εἰρήνην σεφανώσῃ τάς τε παρ' ἡμῖν καὶ παρ' ὑμῖν ἐκκλησίας· καὶ μεθ' ἕτερα. ὅπου δὴ ἀφελῆ παντελῶς, τ̃ οὐκ διάφορον τ̃ ἐκκλησίας ἡ διχοστασία γέγονε, νυνὶ μᾶλλον πεπληροφόρημεθα, τ̃ κυρίου μου τ̃ θεοσεβεσάτου παύλου τ̃ ἐπισκόπου χάριν προκομίσαντ⊙, ἀδιάβλητον ἔχοντα τ̃ πίστεως τὴν ὁμολογίαν, καὶ ταύτην συνεζάχθαι διαβεβαιωσαμένου ἁπάντε τ̃ σ̃ς ὁσιότητ⊙, καὶ τ̃ν αὐτοῦ θεοσεβεσάτων ἐπισκόπων. ἔχει δ̃ ὅτως ἡ συγγραφὴ, καὶ αὐτ̃ς λέξεσιν ἐντεθείαται τ̃δε τ̃ ἐπιστολ̃. ἀρκεῖ δ̃ τ̃ θεοῦ καὶ τὰ ἐξ̃ς ταύταις ἡμῶν ἐπιψαύοντες τ̃ς ἱεραῖς φωναῖς, ὅτῳ τε καὶ ἑαυτοὺς φρονεῖν δυνήσκοντες. εἷς γὰρ κύριος, μία πίστις, ἓν βάπτισμα, ἐδοξάσαμεν τὸν τ̃ ὅλου σωτ̃ρα θεὸν, ἀλλήλοις συνχαίροντες, ὅτι ταῖς θεοπνεύστοις γραφαῖς καὶ τοσαῦτα τ̃ν ἁγίων ἡμῶν πατέρων συμβαίνουσαν ἔχουσι πίστιν, ἥν τε παρ' ὑμῖν, καὶ αἱ παρ' ἡμῖν ἐκκλησίαι. ταῦτα μὲν ἔν ἐστιν ἐλεῖν τὸν φιλοπόνως τοῖς τὰ τηνικαῦτα γεγονόσιν ἐπισ̃σαι βουλόμενον.

intergerinus. Sedata est querela, omnisque occasio dissidii sublata: quippe cum Servator omnium nostrûm Jesus Christus Ecclesiis suis pacem reddiderit, & religiosissimi Deoque charissimi Imperatores ad idem ipsum nos provocaverint. Qui utpote avitæ pietatis optimi æmulatores, in suis quidem ipsorum mentibus rectam fidem, firmam atque inconcussam custodiunt: præcipuam autem curam gerunt sanctarum Ecclesiarum, ut & ipsi immortalem gloriam consequantur, & imperium suum celeberrimum reddant. Quibus & ipse Dominus exercituum, larga manu beneficia tribuit, donatque ut & superiores sint adversariis, & victoriam dehostibus reportent. Neque enim mentiri potest, qui dixit: Vivo ego, dicit Dominus, glorificantes me glorifico. Cum igitur Dominus meus religiosissimus frater & comministerPaulus Alexandriam venisset, gaudio repleti sumus, idque jure optimo, quod talis tantusque internuntius accessisset, & labores, qui humanas superant vires, sua sponte subire voluisset, eo consilio ut Diaboli invidiam vinceret, & divisa conjungeret, & remotis utrinque offensionibus, nostras simul ac vestras Ecclesias concordia & pace coronaret. Et aliquanto post. Istam porro Ecclesiæ dissensionem inanem prorsus & levi de causa susceptam fuisse, plane nobis persuasum fuit, postquam Dominus meus religiosissimus Paulus Episcopus Epistolam attulit, quæ inculpatam fidei confessionem continebat, affirmans eam cum à tua sanctitate, tum à religiosissimis, qui illic sunt Episcopis, conscriptam fuisse. Sic autem habet illa fidei expositio, & iisdem verbis inserta est huic Epistolæ Cyrilli. De Deipara vero, & reliqua. Illas sacras voces vestras cum legeremus, & nosmetipsos ita sentire animadverteremus: unus enim est Dominus, una fides, unum baptisma; Omnium Servatorem Deum glorificavimus, invicem gratulantes, quod tam vestræ quam nostræ Ecclesiæ ejusmodi fidem profiterentur, quæ & divinis Scripturis, & sanctorum Patrum traditioni consentiret. Atque hæc quidem cognosci possunt ab iis, qui ea, quæ tunc temporis gesta sunt, accurate perlegere voluerint.

A

Cap. VII.

Quæ & quanta Neſtorius ſe paſſum eſſe dicat: & quomodo linguâ tandem vermibus eroſâ apud Oaſim inſulam perierit.

QUonam autem modo relegatus ſit Neſtorius, & quid poſtea de illo factum ſit, & qualiter ex hac luce migraverit, & quam blaſphemiæ ſuæ mercedem retulerit, haudquaquam proditum eſt à Scriptoribus hiſtoriarum. Quæ profecto intercidiſſent, & longinquitate temporis penitus obliterata eſſent atque obruta, adeo ut ne ſola quidem auditione perciperentur, niſi librum quendam Neſtorii nactus B eſſem, qui iſtarum rerum narrationem complectitur. Ipſe igitur blaſphemiæ parens & auctor Neſtorius, qui non ſuper id fundamentum, quod poſitum fuerat, ſed ſuper arenam ædificavit domum, quæ & confeſtim collapſa eſt juxta dominicam parabolam; adverſus eos, qui ipſum incuſaverant, quod ſecus quam decebat novi aliquid invexiſſet, nec rectè poſtulaſſet ut Synodus Epheſi congregaretur; blaſphemiam ſuam, ut voluit, defendens, præter alia ita ſcribit: Se omnino neceſſitate compulſum ad ejus partis defenſionem veniſſe, cum ſacroſancta Eccleſia duas in partes diviſa eſſet, & alii quidem ἀνθρωποτόκον, alii vero θεοτόκον Mariam appellandam eſſe affirmarent. Ne igitur, inquit, duorum alterum peccarem, aut immortalia copulans mortalibus, aut ſi ad alteram partem me adjunxiſſem, exciderem altera, vocem χειροτόνητον excogitavit. Addit etiam, Theodoſium initio quidem ob benevolentiam qua ipſum proſequebatur, depoſitioni ipſius minime conſenſiſſe: poſtea verò cum quidam Epiſcopi utriusque partis ex Epheſiorum urbe miſſi eſſent ad Theo- D doſium, & Neſtorius ipſe id rogaſſet, permiſſum ipſi eſſe ut ad Monaſterium ſuum reverteretur, ſitum ante portas urbis Antiochiæ. Cujus nomen Neſtorius quidem ibi non expreſſit: ajunt tamen Monaſterium Euprepii nunc appellari: quod quidem revera in ſuburbanis Antiochiæ ſitum eſſe cognovimus, duobus circiter ſtadiis diſtans ab urbe. Refert etiam idem Neſtorius, quadriennio ſe illic commoratum, omni honore ac reverentia affectum fuiſſe: poſtea autem edicto Imperatoris Theodoſii in locum

Κεφ. ζ.

Οἷα ὁ δυσεβὴς νεσόριος πεποιθὼς περὶ αὐτῶν γέγραφε, καὶ ὡς σκώληξι πρὶν γλῶτταν τελευτῆσαι βρωθεὶς ἐξέπνευσεν ἀπύρηκτε τὴν ψυχήν.

Ὅπως δὲ νεσόριος ἐξηλάθη, ἢ εἴ μοι τὰ ταῦτα γέγονεν ἐπ' αὐτῷ, ἢ ὅπως τὸν τῆδε καλέσεψε βίον, καὶ ὧν ἔτυχεν ἀμοιβῶν τῆς βλασφημίας ἕνεκα, ἃ δεδήλωται τοῖς ἱστορήσασιν. ἃ καὶ διέπεσεν ἄν, καὶ τέλεον διερρύη τε καὶ καλεπόθη τῷ χρόνῳ μὴ δὲ ψιλῶς ἀκοάσματα, εἰ μὴ νεσορίῳ βίβλῳ ἐντυχεῖν ἐτύχον, τὴν περὶ τούτων ἱστορίαν παρεχομένην. αὐτὸς τοίνυν ὁ τῆς βλασφημίας πατὴρ νεσόριος, ὁ μὴ ἐπὶ τῷ τεθέντῳ θεμελίῳ τὴν οἰκοδομίαν ποιησάμενος, ἀλλ' ἐπὶ τὴν ψάμμον κλίσας, ἣ καὶ ταχέως διελύθη καὶ τὴν τοῦ κυρίου παραβολὴν, πρὸς τοὺς ἐγκαλέσαντας αὐτῷ μὴ ἐπὶ τὸ δέον τι καινοεργῆσαι, μὴ ὀμῶς καλῶς αἰτήσαντι τὴν ἐν ἐφέσῳ σύνοδον ἀλισθῆναι γράφει πρὸς ἄλλους οἷς ἐβουλήθη, ὑπὲρ τῆς ἰδίας βλασφημίας ἀπολογούμενος· ὡς ἀνάγκης ἐς τοῦτο τάξεως ἐλήλυθεν ἀποκριθείσης τῆς ἁγίας ἐκκλησίας, καὶ τῶν μὲν λεγόντων ἀνθρωπότοκον δεῖν τὴν Μαρίαν ὀνομάζεσθαι· τῶν δὲ, θεοτόκον· ἵνα γε ὡς μὴ δυοῖν θατέρου ἁμαρτάνοιτο, ἢ ἀθανάτου συμπλεκομένου, ἢ προσχωρεῖν αὐτὸν θατέρᾳ τῶν μερῶν τὸ ἑτέρᾳ σφηθεῖν, τὴν χειροτόνητον ἐπενόησε φωνήν· ἐπισημαίνεται τε ὡς τὰ μὲν πρῶτα Θεοδοσίῳ τῇ πρὸς αὐτὸν προσπαθείᾳ τὴν ἐπ' αὐτῷ γνωμένην ἀποδόλου οὐκ ἐνέγκειν· εἶτα ὅτι τινῶν ἐπισκόπων ἔνθεν τε κἀκεῖθεν πεμφθέντων πρὸς Θεοδόσιον ἐκ τῆς ἐφεσίων πόλεως, αὐτός τε αὐτὸν ἐθέντῳ, ἐπεφράκτη κατὰ τὸ οἰκεῖον ἐπανελθεῖν μοναστήριον, ὃ πρὸ τῶν πυλῶν τῆς νυνὶ θεοπολιτῶν διάκειται, καὶ νεσορίου μὲν ἐπὶ λέξεως οὐκ ὠνόμασαι φασὶ δὲ νῦν τὸ εὐπρεπίου πεπραγορεῦσθαι, ὅπερ ἴσμεν ταῖς ἀληθείαις πρὸ τῆς θεοπολιτῶν διακείμενον, σταδίοις διεσκὸς ἐ πόλεσσι δύο. Φησὶ δ' ἐν αὐτὸς ὁ νεσορίος, ὡς τετραετῆ χρόνον αὐτόθι διατρίψας, πασῶν ἔτυχε τιμῆς, καὶ παντοίων γερῶν ἀπέλαυσε, καὶ ὡς αὖθις θεοδοσίου πεισθέντος, ἀνὰ τὸ

καλυμένην ὄασιν φυγαδεύειν· τὸ δέ γε καίριον ἀπεκρύψατο. οὐδὲ γὰρ ἐνθάδε ὢν τῆς οἰκείας βλασφημίας ἠρέμησεν· ὡς καὶ Ἰωάννην τὸν τῆς Ἀντιόχων πρόεδρον ταῦτα μηνύσαι, ἀπεφυγίατε τὸν νεστόριον καταδικασθῆναι. γεγράφηκε δὲ καὶ διαλεκτικῶς ἕτερον λόγον πρός τινα, ἔνθεν αἰγύπτιον συγκείμενον πρὸς τὴν αὐτοῦ ἐξορίαν, ἔνθα καὶ περὶ τούτων πλατύτερον λέγει. ὧν ἕνεκεν τετύχηκε διὰ ταῦτα παρ' αὐτοῦ κινηθεὶσας βλασφημίας τὸν πανόπτην μὴ λαθὼν ὀφθαλμόν, ἐξ ἑτέρων γραμμάτων ἐστὶν ἐλεῖν, ἅπερ ἡμῖν αὐτὸς πρὸς τοὺς τῆς Θηβαίων ἡγεμόνας περὶ ἐκείνου γέγραφεν. ἐν ἐκείνοις γὰρ ἔστιν ὁρᾶν, ὡς ἐπὶ δὴ μὴ τῆς δεούσης ἔτυχεν ἐπεξελεύσεως, ἡ τοῦ θεοῦ κρίσις αὐτὸν ἐκδεξαμένη, αἰχμαλωσίᾳ τῇ πάντων ἐλεεινοτάτῃ συμφορᾷ περιέβαλλε. ἐπειδὴ γὰρ μείζονων ἐδεῖτο ποινῶν, ἀφείθη μὲν ἐκ τῶν Βλεμμύων, παρ' ὧν καὶ δορυάλωτος ἔτυχε γεγονώς. θεασάμενοι δὲ οἱ θεοδοσίου τὴν ἐπάνοδον ἐγνωκότος, τόπους ἐκ τόπων πρὸς ταῖς ἐσχατιαῖς τῆς Θηβαίων ἀμείβων, τῇ τε γῇ προσενεγκάμενος, ἀξίως τῆς οἰκείας βιωτῆς τὸν τῇδε βίον ἀπέθετο. δύστερος ἄρειος διὰ τῆς καταφθορᾶς διηγούμενός τε καὶ νομοθετῶν ποίαις ἐπιχειρήσεσι καθέστηκε τῆς εἰς χριστὸν βλασφημίας. ἀμφω γὰρ ἁπλησίως εἰς αὐτὸν ἐβλασφήμησαν, ὁ μὲν, κτίσμα καλῶν· ὁ δὲ, ἄνθρωπον δοξάζων. περὶ οὗ ἥδιστα ἂν εἴποιμι, μεμφόμενον μὴ τὸ δέον τὰ ἐν ἐφέσῳ συλλεχθῆναι ὑπομνήματα, πανουργίᾳ δή καί τινι ἀθέσμῳ καινοτομίᾳ κυρίλλου τεχνάζοντος· πόθεν καὶ παρὰ θεοδοσίου πραιποσίτου, οἱ, ἐξηλάθη καὶ ἐδεμιᾶς φειδοῦς τετύχηκως, τοσούτοις ἐξορκισμοῖς καταχρίθη, καὶ ἕνα τὸν τῇδε καλέσαντε βίον. ἢ πόθεν, εἰ μὴ θεία κρίσις ἐγεγόνει, ἡ διὰ κυρίλλου καὶ τῶν ἀμφ' αὐτὸν ἱερέων, ἀμφοτέρων αὐλῶν τοῖς ἀπελθοῦσι συναριθμηθέντων, νίκα ὥς τινι τῶν πάλαι σοφῶν εἰρῆσθαι, τὸ μὴ ἐμποδὼν ἀναταγωνίστῳ δόξῃ τελεῖν· ὁ μὲν, ὡς βλάσφημος καὶ θεομάχος καταχέρει· ὁ δὲ, ὡς μεγαλόφωνος κήρυξ καὶ μέτας τῶν ὀρθῶν δογμάτων πρόμαχος ἀδεῶς τε καὶ κηρύττει. ὡς ἂν τοίνυν μὴ ψευδεῖς γραφὴν ἀπενεγκώμεθα, φέρε, νεστόριον αὐτὸν ἐς μέσον προαγάγωμεν τὰ περὶ τούτων διδάσκοντα· καί μοι τῆς ἐπιστολῆς ἀνάγνωθι αὐτοῖς ἔνια τοῖς ὀνόμασιν, ἅπερ σοι συνέθει πρὸς τὸν τῆς

qui Oasis dicitur, esse relegatum. Sed quod præcipuum est, reticuit. Illic enim degens Nestorius, à blasphemia sua nequaquam destitit. Adeo ut Joannes Episcopus Antiochiæ hæc ad Imperatorem retulerit, & Nestorius perpetuo exsilio fuerit condemnatus. Scripsit etiam alium librum ad quendam Ægyptium, instar disputationis de sua in Oasim relegatione: in quo de his rebus uberius disserit. Quas verò pœnas dederit ob blasphemias ab ipso editas, dum Dei oculum omnia intuentem latere non posset, ex aliis litteris perspici potest, quas ad Præsidem Thebaidis scripsit. In illis enim cernere licet, quo pacto quoniam congruas adhuc pœnas non dederat, divina ultio illum comprehendens captivitati subjecit, quæ calamitas est omnium luctuosissima. Sed quandoquidem gravioribus eum suppliciis affici oportebat, dimissus est quidem à Blemmyis, apud quos captivus fuerat. Verum edicto Theodosii, qui redire illum decreverat, loca subinde mutans circa fines Thebaidis, & ad terram allisus, dignum anteactâ vitâ exitum sortitus est: velut alter Arius, morte sua prædicans ac denuntians, cujusmodi merces maneat illos, qui adversus Christum impiè loquuntur. Uterque enim illorum, similiter Christum blasphemavit: ille creaturam eum vocans: hic nudum hominem esse censens. Ac Nestorium quidem, qui acta Ephesi non recte esse composita, sed fraude & illicita Cyrilli machinatione fabricata conqueritur, libenter interrogarim, qua de causa, cum Theodosius ipsi faveret, relegatus sit, & citra ullam misericordiam tot exiliis condemnatus, hoc modo vitam finierit: aut qua ratione, si quidem sententia illa à Cyrillo & reliquis, qui cum illo erant sacerdotibus lata, divina non fuit, nunc ambobus è medio sublatis, quo tempore, ut à quodam gentili Scriptore dictum est, quod amplius in medio non est, nullo resistente, securâ benevolentiâ honoratur, ipse quidem, tanquam impius ac Dei hostis condemnatus sit: Cyrillus verò, tanquam eximius præco & rectæ doctrinæ strenuus propugnator, laudatur ab omnibus & prædicatur. Sed ne forte accusemur mendacii, Nestorium ipsum ista narrantem in medium producamus. Agedum igitur, recita mihi quædam iisdem plane verbis ex Epistola quam ad Præsidem

Thebaidis scripsisti. Ob quæstiones, A quæ nuper Ephesi agitatæ sunt de sanctissima religione, Imperatoris jussu Oasim incolimus, quæ alio nomine Ibis dicitur. Et quibusdam interpositis hæc addit. Postquam igitur supra dicta quidem Oasis barbarica captivitate, & igni ac ferro funditus vastata est, nos verò à barbaris repente nescio quomodo misericordia erga nos commotis dimissi sumus, qui minacibus etiam contestationibus nos terruerant, ut confestim ex nostra regione excederemus, cum Mazices post ipsos eam protinus occupaturi essent, venimus in B Thebaidem unà cum reliquiis captivorum, quos Barbari miseratione adducti, ad nos nescio qua de causa adduxerunt. Et isti quidem, quo quisque voluit abire, permissi sunt. Nos vero palam Panopolim ingressi, nosmetipsos exhibemus. Veriti enim sumus, ne quis occasionem ex captivitate nostra arripiens, vel fugæ, vel alterius cujuspiam culpæ calumniam adversus nos confingeret. Ferax enim est omnis generis calumniarum malitia. Quamobrem magnificentiam tuam rogamus, ut captivitatis nostræ, sicut legibus cautum est, curam geras, nec capti- C vum improborum hominum insidiis dedas, ne omnis deinceps posteritas proclamet, satius esse, ut quis apud Barbaros captivus degat, quam ut ad Romanum imperium confugiat. Deinde addito jurejurando, Præsidem obtestatur, ut ad Imperatorem referat de sua ab Oasi migratione ad Panopolim, quo à Barbaris dimissus se contulerat: ut, inquit, quodcunque DEO placuerit, de nobis tandem decernatur. Item ex Epistola secunda ejusdem ad eundem, sive has litteras tanquam ab homine amico ad sublimitatem tuam scriptas, sive tanquam admonitionem patris ad filium accipere volueris, audi quæso patienter narrationem plurimarum rerum, quas ego in iisdem litteris breviter, quoad licuit, commemoravi. Cum Oasis, quæ & Ibis dicitur, Nomadum multitudine in eam impetum faciente, jamdudum vastata esset. Et aliquanto post. Hæc cum ita accidissent, nescio quo impulsu aut qua occasione commotâ magnificentiâ tua, ex Panopoli Elephantinam, quod oppidum est in finibus provinciæ Thebaidis, per Barbaros milites abducti sumus, rapti cò tractique militari auxilio, ut jam dixi. Cumque majori itineris

ϑηβαίων ἡγέμενον· ἐκ τῶν πρώην ϖϖὶ τῆς ἀγ-
ωϛάτης ϑρησκείας ἐν ἐφέσῳ κεκινημένων. ὧν
τὴν ϰ̓ἶσιν ἐκ ϑεσπίσμα τ̓ Βασιλικὸν κα-
κέμεν· καί πνων ἐν μέσῳ λελεγμένων ἐπ᾽
ἐπ̓δὴ ἦ ἐκ βάθρων μὲν ἡ προφρημένη ϰ̓ βαρ-
βαρικῆς αἰχμαλωσίας, ϰ̓ πυρὶ ϰ̓ὰ σφαγὴ
ἐκλελίκμη), ἡμεῖς ὑ ϖϖὸ τῶν βαρβάρων
ὄϊκλον ἐκ οἶδ᾽ ὅπως ἐξαίφνης ἐφ᾽ ἡμῖν ἀναλω-
ϑόντων, ἀπολελύμεθα, μ̓ ἔ ϰ̓ διαμαρτύρεσθαι
ἡμᾶς ἀπειληϖκαῖς ϰ̓ ἀπλῆξαι διὰ τάχους
τὴν χώραν ἐκ̓ δραμεῖν, ὡς μαζίκων αὐτὸν ἐ-
αὐτὸς ἀμελλητὶ παραληψομένων, ἤκομεν εἰς
τὴν ϑηβαίων μ̓ τῶν αἰχμαλώτων λειψάνων
ὃς ἡμῖν οἱ βάρβαροι ϰ̓ᾶ᾽ ὁτίνα πρόσκησιν ἀ-
βελόμενοι, λέγειν ἐκ ἔχω. οἱ μὲν ἐν πρὸς τὰ
ϰ̓ᾶ᾽ ἑαυμὸν ἑκάστῳ διαγωγὰς ἀπολελυμέ-
μεῖς ὑ φανερῶς ἑαυτὸς ἐγκαθιστῶμεν, τὴν πα-
νὸς ὑπ̓ὰς ἀυτὸς. δεδοίκαμεν γὰ μή πς ἡμῶν
πραγμαλείαν τὴν αἰχμαλωσίαν ποιήσεται,
ἢ φυγάδων ϰ̓αθ᾽ ἡμῶν ἀναπλάσῃ διαβολὴν,
ἢ πνὸς ἄλλης μηχάνημα μέμψεως, ἔυποτ-
γὰ διαβολῶν παντοδαπῶν ἡ κακία. διὸ δὴ αἰτ-
ἔμεν τὸ ὑμέτερον μέγεθος, τ̓ ἡμελέρας αἰχ-
μαλωσίας φροντίσαι ϰ̓ τὸ τοῖς νόμοις δοκεῖν
ϰ̓ὰ μὴ ἐπ̓ὶ ἕνα ϰακοτεχνίας ἀνθρώπων αἰχ-
μαλώτων εἰς ϰακίαν ἐκ̓δοῦναι ἵνα μὴ πάσαις
τὰ τὰ γλυκεῖς τραγῳδήταις, κρεῖττον εἶναι βαρ-
βάρων αἰχμάλωτον, ἢ πρόσφυγα βασιλικῆς
ῥωμαϊκῆς. ϰ̓ ὅρκους ἐπαγαγὼν, ἤτησεν ἵνα
ἀνενεγκεῖν τὴν ἡμελέραν ἐξ ὁάσεως ἐλαύνῃ
διαγωγὴν ἐκ βαρβαρικῆς γνομένην ἀφέσε-
ως· ὥστε τὴν τῷ θεῷ δοκοῦσαν ϰ̓ νῦν ἐξενεχθῆναι
περὶ ἡμῶν διαλύπωσιν. Τὰ αὐτὰ πρὸς τὸν αὐτὸν
ἐπιστολῆς δευτέρας. ἔι τε ὡς φιλικὸν παρ᾽ ἡμῶν
πρὸς τὴν σὴν μεγαλοπρέπειαν γράμμα, εἴ τε
ὡς ὑπόμνησιν παρὰ πατρὸς πρὸς υἱὸν τὸ πα-
ρὸν τοῦτο λογισάμενος, ἀνάσχου παρακαλῶ
τ̓ ἐν αὐτῷ διηγήσεως, περὶ πολλῶν καθόλου ὑπ̓
γεγραμμένης παρ᾽ ἡμῶν, βραχυλογουμένης
ὁάσεως τ̓ ἰβεως ἐκ πολλῶν πρώην ἀφανισθεί-
σης, τ̓ τῶν νομάδων πλήθους ἐπ᾽ αὐτὴν ἀνα-
δραμόντος, ϰ̓ μεθ᾽ ἕτερα. τούτων δ᾽ ὅτως συμ-
βάντων, ἐκ οἶδ᾽ ἐκ ποίας ὁρμῆς ἢ ποίαν ἀφ-
μὴν τ̓σῆς λαβούσης μεγαλοπρεπείας, πρὸς ἐλε-
φαντίνην ἵνα τ̓ ϑηβαίων ἐπαρχίας πόλεως ἔστιν
βαρβαρικῶν διὰ στρατιωτῶν ἐκ τ̓ πανὸς ἐπεμ-
πόμεθα, συρόμενοι πρὸς αὐτὴν διὰ τ̓ περιῤῥη-
θείσης στρατιωτικῆς βοηθείας. ϰ̓ τῷ πλείονι τῆς
ὁδοῦ

ὀδὲ συνηριθέντες, πάλιν ἀγγεφον τῆς σῆς ἀνδρείας καταλαμβάνομεν κέλευσμα, εἰς τὸ πανὸς ὑποστρέψειν. συγκοπέντες ὑπὸ τοῖς τῆς σῆς ὁδοιπορίας συμπτώμασιν, ὑπ' νοζεῖν καὶ γηράσαντι σώματι, καὶ τῷ χεῖρα ἢ τῷ πλευρὰν συνηριθέντες, ἀφικόμεθα πάλιν εἰς τὴν πανὸς τόπον τινα ψυχορραγοῦντες, καὶ τοῖς συμπτώμασιν ἐπὶ τοῖς τῶν ἀλγηδόνων μαστιγέμενοι κακοῖς. μεθῆγε δὲ πάλιν ἡμᾶς ἐκ τ πανὸς πρὸς τὴν ὑπ' αὐτὴν ἐνορίαν, ἕτερον τ σῆς ἀνδρείας ἔγγραφον ἱπτάμβρον πρόσταγμα. ταῦτα ἡσέως καθ' ἡμῶν λογιζομένων, καὶ τὸ τοῖς καλλινίκοις βασιλεῦσι δοκεῖν περὶ ἡμῶν ἀναμενόντων, ἐξαίφνης πρὸς ἄλλην ἐξορίαν καθ' ἡμῶν τελάρτην πάλιν ἀφειδῶς ἄλλο συνελίθετό τι μεθ' ὀλίγα. ἀλλ' ἀρκεῖ μοι τοῖς πεπραγμένοις ἐγκαλῶ, ἢ τοσαύτας καθ' ἑνὸς σώματος ἐξορίας ὁρίζειν· ἢ τ ἐπὶ τοῖς ἀνεχθεῖσι παρὰ τ σῆς μεγαλοπρεπείας, ἢ παρ' ἡμῶν ἃ δι' ὧν ἐχρῆν γνωρισθῆναι τοῖς καλλινίκοις ἡμῶν βασιλεῦσι δοκιμασίας ἐπιεικῶς παρακαλῶ παραχώρησον. ταῦτα παρ' ἡμῶν ὡς πρὸς υἱὸν παρὰ πατρὸς συμβουλεύματα. εἰ δ' ἀσανακλήσας καὶ νῦν ὡς τὸ πρότερον πράξεις τὸ δοκεῖν, εἰ γε ὃ δοκεῖ τῷ λόγῳ ἀδεὲς δυναλώτερος. καὶ ὅδε μὲν ἔτω κἂν τοῖς γράμμασι, πύξ, λάξ, παίσ, βαίνσ, καὶ τὴν βασιλείαν τὴν ἀρχὴν βλασφημῶν, ἐ μὴ δ' ἐξ ὧν πέπονθε σωφρονήσας. ἐγὼ δὲ καί τινος γεγραφότος τὴν τελευταίαν ἐκείνε ῥοπὴν ἀκήκοα, λέγοντος ὡς τὴν γλῶσσαν σκώληξι διαβρωθεὶς, ἐπὶ τὰ μείζω τε καὶ ἀθάνατα καθ' αὐτὸ δικαιωτήρια, μεταχώρησε.

A parte confecta attriti essemus, rursus magnanimitatis tuæ mandatum offendimus sine scripto, quo Panopolim redire jubebamur. Tot igitur casibus longi itineris confecti, corpore & morbo & senectute languido, manu & lateribus contritis, iterum Panopolim venimus, animam quodammodo agentes. Cumque acerbitate casuum, & doloris molestiâ adhuc cruciaremur, rursus aliud mandatum à magnanimitate tuâ scriptum, ex Panopoli ad quendam locum ei contributum nos abduxit. Et cum talia adversus nos finem habitura esse existimaremus, & quid invictissimi Principes de nobis statuerent, expectaremus, aliud repente adversus nos mandatum de quarto exilio nostro absque ulla miseratione compositum est. Et paulo post. Verum contentus esto his, quæ acta sunt. Sufficiat quæso, tot exilia contra unum corpusculum decreviſſe, & post relationes, quas ad principes misit tua magnificentia, ut à nobis quoque per quos id fieri decet, invictissimis principibus rei veritas indicetur, humaniter permitte. Hæc nostra sunt consilia tanquam parentis ad filium. Quod si nunc quoque sicut antea, indignatus fueris, fac, quodcunque tibi placuerit, si quidem animus tuus nulla ratione flecti potest. Hunc in modum Nestorius in suis litteris, quasi pugnis & calcibus feriens atque insultans, Imperatores simul ac magistratus convitiis appetebat, ne iis quidem, quæ perpessus fuerat malis prudentior factus. Ego vero Scriptorem quendam legi, de illius morte ita narrantem: eum linguâ vermibus erosa ad graviora & sempiterna migrasse supplicia.

Κεφ. η'.

Ὡς μετὰ νεστόριον μαξιμιανὸς, καὶ μετὰ τοῦτον πρόκλος, εἶτα φλαβιανὸς γίνεται.

Μετὰ δ' ἐν τὸν νεστόριον αὐτὸν τὸν ἀλάστορα, τ κωνσταντίνε δ' ἀοιδίμε πόλεως τὴν ἐπισκοπὴν ἐπιρέπει μαξιμιανὸς, ἐφ' ἧ πάσης εἰρήνης ἡ τ θεῦ τετύχηκεν ἐκκλησία, τότε δ' ἂν ὑπ' ἀνθρώπων ᾠομένε, πρόκλος τὰς οἰακας τῆς καθέδρας ἐγχειρίζεται, ὃς πάλαι κυζίκε ἐπίσκοπος ἐπεχειροτόνησε. καὶ τάδε τὴν κοινὴν τῶν ἀνθρώπων στειλαμένε πορείαν, φλαβιανὸς τὸν θρόνον διαδέχεται.

Cap. IIX.

Quomodo post Nestorium Maximianus, & post hunc Proclus, deinde Flavianus, Episcopi facti sint.

Post mortem execrandi Nestorii, Episcopatum Constantinopoleos suscepit Maximianus, sub cujus administratione, Ecclesia Dei tranquillissimam pacem consecuta est. Quo ex hac luce sublato, Proclus sedis illius capessit gubernacula, qui jam pridem Episcopus Cyzici fuerat ordinatus. Hoc etiam fatali lege defuncto, Flavianus Episcopatum regiæ urbis sortitus est.

A

Cap. IX.

De infortunato Eutyche: & quomodo à Flaviano C.P. Episcopo depositus est, & de latrocinali Synodo Ephesina secunda.

HUjus temporibus mota est quæstio de Impio Eutyche; Collecta particulari Synodo apud Constantinopolim, cum Eusebius Dorylæi Episcopus libellos porrexisset, is qui jam pridem, dum Rhetor esset, impietatem Nestorii primus coarguerat. Eutyches igitur, cum ad synodum vocatus non venisset, ac deinde coram convictus esset hæc dixisse: Fateor Dominum nostrum Jesum Christum, ante unitionem quidem duas habuisse naturas: Post unitionem verò unam duntaxat naturam confiteor. Sed & corpus Domini negabat ejusdem esse substantiæ cujus sunt nostra: depositus est. Sed cum libellum precum obtulisset Theodosio, quasi acta synodi falsata fuissent à Flaviano, primum quidem collecta est Constantinopoli synodus vicinorum Episcoporum. In qua, præsentibus etiam quibusdam magistratibus, Flavianus judicatus est. Cumque synodus Acta vera esse confirmasset, secundum Concilium Ephesi congregatum est.

Κεφ. θ'.

Περὶ τῆ δυσυχέος εὐτυχῆ, καὶ ὅπως παρὰ τῆ κωνσταντινουπόλεως καθηρέθη φλαβιανῆ, καὶ περὶ τῆ ἐν ἐφέσῳ δευτέρας λῃστικῆς συνόδῳ.

Ἐφ' ἑτάκτῃ εὐτυχῆ τὸν δυσεβῆ κινεῖται μερικῆς τῆ τῶν κωνσταντίνου ἀλιθέων συνόδῳ. λιβέλλους τε αὐτῆ ἐπιδεδωκότος εὐσεβίου τὴν ἐπισκοπὴν τῆ δορυλαίου διέποντος, μὴ ῥήτως ἔτι τυγχάνων, πρῶτος τὴν νεστορίου βλασφημίαν διήλεγξεν. ὡς οἱ ἂν κλητὸς εὐτυχῆς οὐκ ἐλήλυθε· τὰ τε, καὶ ὡμολογημένος ἑαλω. εἰρήκει γὰρ, ὁμολογῶ ἐκ δύο φύσεων γεγονέναι τὸν κύριον ἡμῶν πρὸ τῆς ἑνώσεως· μετὰ τὴν ἕνωσιν, μίαν φύσιν ὁμολογῶ. καὶ δὲ τὸ σῶμα τῆ κυρίου ὁμοούσιον ἡμῖν οὐ γεγονέναι καθαιρεῖται μέν. ἐκδεήσεων τε αὐτῆ πρὸς θεοδόσιον γενομένων, ὅτι τῶν συνοδικῶν ὑπομνημάτων παρὰ φλαβιανῷ πλαστογραφηθέντων, πρῶτα μὲν ἀνὰ τὴν κωνσταντινούπολιν ἡ ἐκ γειτόνων σύνοδος ἀθροίζεται, καὶ τότε ἐν τῇ καίσαρι τῶν ἀρχόντων φλαβιανὸς κρίνεται καὶ βεβαιωθέντων ὡς ἀληθῶν τῶν ὑπομνημάτων, ἡ ἐν ἐφέσῳ δευτέρα σύνοδος ἀθροίζεται.

Cap. X.

Quæ per Dioscorum & Chrysaphium gesta sint in illegitimo Concilio Ephesino.

HUic Concilio præsidere jussus est Dioscorus, Alexandrinæ Ecclesiæ post Cyrillum Episcopus: quod quidem ob inimicitias adversus Flavianum molitus fuerat Chrysaphius, qui tunc plurimum poterat in palatio. Interfuit eidem synodo Juvenalis Hierosolymorum Episcopus, qui & priori apud Ephesum Synodo interfuerat; unà cum multis aliis Sacerdotibus, quos circa se habebat. Erat cum illis etiam Dominus, Antiochenæ Ecclesiæ post Joannem Episcopus: Julius item Episcopus, qui Leonis Episcopi Romani vices gerebat. Adfuit etiam Flavianus unà cum suis Episcopis: cum Theodosius Imperator hæc ad verbum mandasset Elpidio. Iis, qui antea Eutychis religiosissimi archimandritæ judices extiterunt, præsentibus quidem & silentibus: Judicum tamen locum nequaquam obtinentibus, sed reliquorum omnium sanctorum patrum communem senten-

Κεφ. ι'.

Ὅσα παρὰ τῆ διοσκόρου καὶ χρυσαφίου τὸ παράλογον ἐν ἐφέσῳ συνέδριον διεπράξατο.

Ἧς ἔξαρχος καθεισήκει διόσκορος, μετὰ κύριλλον τῆς ἀλεξανδρέων ἐπισκοπος, πρὸς ἔχθρας φλαβιανὸν τοῦ νάσαντος χρυσαφίου τῶν βασιλείων τηνικαῦτα κρατοῦντος· συνεδρεμόντων ἐν ἐφέσῳ ἰουβεναλίου τε ἱεροσολύμων ἐπισκόπου, τοῦ καὶ πρότερον ἐν ἐφέσῳ γενομένου μεθ' πολλῶν τῶν ἀμφ' αὐτὸν ἱερέων. συνῆν δὲ τούτοις καὶ δόμνος ὁ μετὰ ἰωάννην ἀντιοχείας πρόεδρος· ἦν δὲ καὶ ἰούλιος ἐπίσκοπος, τόπον πληρῶν λέοντος τοῦ τῆς πρεσβυτέρας ῥώμης ἐπισκόπου. παρῆν δὲ αὐτοῖς καὶ φλαβιανὸς μετὰ τῶν ἀμφ' αὐτὸν ἐπισκόπων, θεοδοσίου θεσπίσαντος πρὸς ἐλπίδιον ἐπὶ ῥήματος ταῦτα. τῶν πρὶν δικασάντων αὐτυχῆ τὸν ἀλαβεστάτου ἀρχιμανδρίτην, παρόντων μὲν καὶ ἡσυχαζόντων· τάξιν δὲ δικαστῶν μὴ ἐπεχόντων, ἀλλὰ τὴν κοινὴν πάντων τῶν ἁγιωτάτων πατέρων πρεσβευόντων

ψῆφον, ἐπειδὴ τὰ παρ' αὐτῶν κεκριμένα νῦν δοκιμάζεσθαι ἐν τούτῳ τῷ συνεδρίῳ ἀναγκαλεῖται μὲν τῆς καθαιρέσεως δυτυχὴς παρὰ διοσκόρου καὶ τῶν ἀμφ' αὐτὸν, ὅπως δὴ τοῖς πεπραγμένοις ἀνείληπται· καὶ καθαιρεῖται δὲ καθαιρέσεως Φλαβιανὸς καὶ εὐσέβιος ὁ τῆς δορυλαίου πρόεδρος. κἀ ταύτην καὶ ἴβας τῶν ἐδεσηνῶν ἐπίσκοπος ἀποκηρύττεται. καθαιρεῖται δὲ καὶ δανιὴλ ἐπίσκοπος καρρῶν, εἰρηναῖός τε αὖ τύρου, καὶ πρός γε ἀκυλῖνος βύβλου· ἐπεφάνη καί τινα σωφρονίου χαριτίων κωνσταντιναίων ἐπισκοπήσαντος. καθαιρεῖται δὲ παρ' αὐτῶν καὶ ὁ τῆς κυρρηστῶν ἐπισκοπήσας θεοδώριτος, καὶ μὴν καὶ δόμνος ὁ τῆς ἀντιοχέων, ἐφ' ᾧ τί λοιπὸν γέγονεν, οὐκ ἔσχον εὑρεῖν. καὶ οὕτω μὲν τὸ ἐν ἐφέσῳ δεύτερον διελύθη συνέδριον.

Κεφ. ια'.

Κατηγορία καὶ συγγραφὴ ὑπὲρ τῶν ἡμῖν διαφορῶν, καὶ καταγέλως τῶν ἑλληνικῶν ὕβλων.

Μή μοί δέ τις τῶν εἰδωλομανούντων ἐπιγελάσῃ, ὡς τῶν δευτέρων τοὺς πρεσβυτέρους καθαιρούντων, καὶ περισφύριον κόντων ἀεί τι τῇ πίστει καινότερον. ἡμεῖς μὲν γὰρ τὸ ἄφραστον καὶ ἀνεξιχνίαστον τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίαν ἐρευνῶντες, καὶ εἰς τὰ μάλιστα σεμνύειν καὶ ἐξαίρειν βουλόμενοι, ἢ τῇδε, ἢ ἐκείσε τρεπόμεθα· καὶ εἴ τις ἀδυναμῶν τῶν αἱρέσεων αὐτοῖς χριστιανοῖς ἐξουρηκότων, πρωτότυπος βλασφημεῖν ἠθέλησεν, ἢ ἀτιμάσαι τὸ θεῖον βουλόμενος ἐξωλίσθησεν· ἀλλὰ μᾶλλον ὠμολογήσαμεν κρεῖττον τοῦ φθάσαντος λέγειν εἰ τόδε προσθείημεν· καὶ τὰ μὲν συνεκτικὰ καὶ κύρια πᾶσι κοινῶς ὁμολογήσαι. τριὰς γὰρ ἡμῖν τὸ προσκυνούμενον, καὶ μονὰς τὰ δοξολογούμενα· ὁ, τε πρὸ αἰώνων γνωσθεὶς θεὸς λόγος, σαρκούμενος δεύτερα γνώσῃ φειδοῦ τοῦ πλάσματος. εἰ δ' ἄρα ἕτερα ἄττα κεκαινούργηται, γεγόνασι καὶ ταῦτα τοῦ σωτῆρος ἐκδόντος θεοῦ τῷ αὐτεξουσίῳ καὶ τοιούτου, ἵνα μᾶλλον ἡ ἁγία καθολικὴ, καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία, ἐνθένδε κἀκεῖθεν πρὸς τὸ δέον τε καὶ ὅσιον αἰχμαλωτίσῃ τὰ λεγόμενα, καὶ πρὸς μίαν ἀπεξεσμένην τε καὶ εὐθεῖαν ὁδὸν ἀγάγῃ. διὸ καὶ τῷ ἀποστόλῳ δοκεῖ μάλα

tiam expectantibus: quoniam ea, quæ ab ipsis judicata sunt, nunc examinantur. In hac Synodo Eutyches quidem à Dioscoro & ab Episcopis, qui cum illo erant, rescisâ depositionis sententiâ, in integrum restitutus est, sicut in actis continetur. Flavianus vero & Eusebius Dorylæi Episcopus, damnati sunt ac depositi. In eadem synodo Ibas quoque Edessenorum Episcopus, à communione submotus est, & Daniel Carrarum Episcopus est destitutus: Irenæus item Tyri, & Aquilinus Bybli. Gesta sunt etiam quædam pro Sophronio Constantinensium Episcopo. Depositus est ab iisdem etiam Theodoritus Episcopus Cyri, & Domnus Antiochensis Episcopus. De quo quid postea factum fuerit, invenire non potui. His ita gestis, soluta est secunda Synodus Ephesina.

Cap. XI.

Defensio varietatis opinionum, quæ sunt apud Christianos, & derisio fabularum Gentilium.

Nemo porro Gentilium nos derideat, propterea, quod posteriores Episcopi, priores destituant, ac semper novi aliquid adjiciant fidei nostræ. Nos enim inexplicabilem & investigabilem Dei erga homines benevolentiã scrutantes dum eam maximè honorare & omnib⁹ modis extollere cupimus, aut hanc, aut illam sententiam sequimur. Nec quisquam eorum, qui inter Christianos hæreses excogitarunt, dedita opera impie loqui voluit: aut cum divino numini contumeliam facere decrevisset, in errorem delapsus est: sed potius unusquisque eorum existimavit, se, qui hoc dogma assereret, melius dicere quam reliquos, qui ipsum præcessissent. Et ea quidem, quæ præcipua sunt ac fundamenta fidei nostræ, uno consensu omnes confitemur. Trinitas enim est quam adoramus, & unitas quam glorificamus: & Deus idem ac verbum, ante sæcula genitum, & propter homines secunda generatione incarnatum. Quod autem in aliis capitibus quædam innovata sunt, id ex eo factum est, quod Servator noster Deus liberam nobis facultatem reliquit de iis sentiendi, ut sancta Catholica & Apostolica Ecclesia, ea quæ ab utraque parte dicuntur, ad rectam normam ac pietatem traducat, & ad unam planam rectamque semitam perveniat. Atque ob hanc causam sapienter admodum

dixit Apostolus Paulus: Oportet hæ-A ses esse inter vos, ut qui probi sunt, manifesti fiant. In quo admirari etiam licet ineffabilem Dei sapientiam, qui ad divinum Apostolum Paulum dixit: Virtus enim mea in infirmitate perficitur. Ex quibus enim causis Ecclesiæ divulsa sunt membra, ex iisdem recta & irreprehensibilis doctrina accuratius limata & exposita est: & catholica atque Apostolica DEI Ecclesia majus incrementum accepit, & ad ipsum usque cœlum sublata est. Gentilium verò superstitionis alumni, dum nec Dei naturam, nec ejus providentiam in rebus humanis investigare student, & majo-B rum suorum, & suas invicem opiniones evertunt. Novos enim subinde Deos excogitant, eosque ex propriis animi perturbationibus designant ac nominant, quo scilicet libidinibus suis impunitatem concilient, hujusmodi Deos sibi adscisc endo. Sic certe apud illos is, qui summus habetur Deus, & Pater hominum simul ac Deorũ vocatur, in avis speciem mutatus, Adolescentem Phrygem impudenter rapuit, & mercedem stupri poculum ei tribuit, permittens ut ipsi amoris gratiâ propinaret, quo uterque simul cum nectare dedecus ac probrum hauriret. Idem innumeris C aliis sceleribus, quæ ne vilissimis quidem hominibus permissa sunt, se se inquinavit. Et in omnes brutorum animantium species, ipse omnium brutissimus mutatus, Androginus factus est, non in utero quidem, sed in femore fœtum gestans, ut & ista præter naturam ab eo committerentur. Unde ortus Bacchus ipse quoque Androginus, utrumque sexum contumelia affecit: Auctor temulentiæ, ebrietatis & crapulæ, & omnium, quæ inde nascuntur malorum. Huic Ægiocho & Altitonanti aliud quiddam ut magnificum attribuunt, parricidam eum appellan-D tes, quod extremum apud omnes scelus existimatur: propterea quod Saturnum, qui malo fato ipsum genuerat, ex regno expulisset. Jam vero quid de scortatione dicam ab ipsis consecrata, cui Venerem Cypriam è concha genitam præfecerunt: quæ continentiam quidem, tanquam scelus quoddam ac piaculum aversatur: stupris vero & quibuslibet flagitiis delectatur, iisque ipsis coli se se ac placari cupit. Cum qua Mars congressus, astu Vulcani reliquis diis spectandus ac deridendus exponitur. Riserit etiam non immeritò quispiam Phallos eorum, &

σαφῶς εἴρηται. δεῖ δὲ καὶ αἱρέσεις ἐν ὑμῖν εἶναι, ἵνα οἱ δόκιμοι φανεροὶ γένωνται· καὶ θαυμάσαι ἔστιν ἐν τούτῳ ἐστὶ, τὸ ἄῤῥητον τῆς θείας σοφίας, τό καὶ πρὸς τὸν θεσπέσιον Παῦλον εἰρηκότος. ἡ γὰρ δύναμίς μου ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται. ἐξ ὧν γὰρ τῆς ἐκκλησίας διεῤῥάγη τὰ μέλη, ἐκ τούτων τὰ ὀρθὰ καὶ ἀμώμητα πλέον ἀπεξέσθη τε καὶ ἀπηλέθη δόγματα, καὶ πρὸς αὔξησιν καὶ τὴν εἰς οὐρανὸς ἀνάβασιν ἡ καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ τοῦ θεοῦ ἐλήλυθε ἐκκλησία. οἱ δὲ γε τῆς ἑλληνικῆς πλάνης τοῖφιμοι, τὸ θεὸν ἐξευρεῖν βουλόμενοι, ἢ τὴν αὐτῶν τοὺς ἀνθρώπους κηδεμονίαν, ἅτε τῶν φθασάντων, τά τε ἀλλήλων καταλύεται. ἀλλὰ θεὺς ἐπὶ θεοῖς ἐπινοοῦντες, καὶ τῶν οἰκείων παθῶν χειροβοῦντές τε καὶ ὀνομάζοντες, ἵνα συγγνώμην ταῖς οἰκείαις ἀκολασίαις ποιῶνται, θεοὺς τοιούτους ἐπιγραφόμενοι ὥστε ἀμέλει ὁ παρ' αὐτοῖς ὑπατος πάσης ἀνδρῶν τε θεῶν τε, τὸν φεύγα τὸ μειράκιον ἐξ ὄρνεον μεταχημαλισθεὶς ἀσελγῶς διέπασε μιαρόν τε τῆς συνουσίας, τὴν κύλικα παρέχειν, τὴν φιλοσοφίαν ἐπιτρέψας ὡς ἂν μὴ ἐνέκλαρον καὶ τὰ ὀνείδη κοινῶς πίνοιεν· ὃς καὶ μυρίοις ἄλλοις ἀτοπήμασι, καὶ αὐτοῖς τοῖς ἀδέσι τῶν ἀνθρώπων ἀπηγορευμένοις, καὶ πρὸς πᾶσαν ἀλόγων ἰδέαν ὁ πάντων ἄλογώτατος μεταβληθεὶς, ἀνδρόγυνος γένεται, εἰ καὶ μὴ τὴν γαστέρα, ἀλλὰ γοῦν τὸν μηρὸν κυοφορῶν, ἵνα καὶ ταῦτα παρὰ φύσιν αὐτῷ πράττοιτο. ἔκ τὸ διθύραμβον κίνημα ἀνδρόγυνον γιγνόμενον, ἐκαλέσαν ἐνύβρισε φύσιν, μέθης ἐξάρχον, οἰνοφλυγίας τε αὖ καὶ κραπάλης, καὶ γελωτοποιίας, καὶ τῶν ἐντεῦθεν δεινῶν. τούτῳ τῷ διθύραμβῳ τῷ ἐλευθερέτῃ καὶ σεμνὸν ἐκεῖνο προσῆθεσι, παλαιολοίαν ἀποκαλοῦντες τὴν ἐσχάτην παρὰ πᾶσι ποινὴν, διὰ τὸν κρόνον τὸν κακῶς αὐτὸν φύσαντα τῆς βασιλείας ἐξωθήσαντα. τί δ' ἂν φαίην καὶ περὶ τῆς θεουργηθείσης αὐλοῖς πορνείας, ἢ τὴν ἀφροδίτην τὴν κοχλοχθόνην κυπρείαν ἐπίσησαν τὴν μὲν σωφροσύνην, ὡς ἀναγες πρόσχημα καὶ τηνάλλως ἔκθεσον μυσαπομένην· πορνείαις δὲ καὶ πάσαις διαφθοραῖς ἡδομένην, καὶ τούτοις ἱλάσκεσθαι βουλομένην μεθ' ἧς ἀρης ἀχημονεῖ, τοῖς ἠφαιστοτεχνάσμασιν ὑπὸ τοῖς θεοῖς θεατιζόμενός τε καὶ γελώμενος. γελάοι δὲ ἂν τις

δικαίως καὶ φαλλὸς αὐτῶν, καὶ ἰθυφάλλης, καὶ φαλλαγώγια, καὶ πρίαπον ὑπερμεγέθη, καὶ πᾶνα ἀχήμονι μορίῳ τιμώμενον, καὶ τὰ ἐν Ἐλευσῖνι μυστήρια, καθ' ἓν μόνον ἐπαινέσῃ, ὅτι γε ἥλιος οὐχ ὁρᾷ, ἀλλὰ τῷ σκότῳ σωφρονεῖν καλεκέλευσαν. τούτων τοῖς αἰσχρῶς πιμῶσί τε καὶ πιμωμένοις καὶ λιμπανομένων, ἐπὶ τὴν νύσσαν τὸν πῶλον ἐκκινήσωμεν, καὶ τὰ λειπόμενα τῆς Θεοδοσίου βασιλείας εὐσυνόπτως ὑποθώμεθα.

A Ithifallos, ac Phallagogia, & enormem Priapum, ac Panem, qui turpi colitur membro. Mysteria item, quæ Eleusine celebrantur, ob id solum laudanda, quod à Sole non videntur, sed perpetuis tenebris damnata sunt. Verum hæc, tam his, qui ista turpiter colunt, quam iis, qui coluntur relinquentes, equum ad metas incitemus, & quæ supersunt de rebus gestis Theodosii, omnium oculis subjiciamus.

Κεφ. ιβ'.

Ὅπως ὁ βασιλεὺς Θεοδόσιος τὴν Νεστορίου αἵρεσιν ἀπελαύνει.

Cap. XII.

Quod Imperator Theodosius hæresin Nestorii profligavit.

ΓΕγραπται μὲν ἔν αὐτῷ πανδυσεβὴς διάταξις, ἀνὰ τὸ πρῶτον βιβλίον κειμένη, ἰουστινιανῆ κώδιξ ὠνόμασαι, τέτη τὸν ἀριθμὸν ἔχει πρώτε πίλε τυγχάνεσα· ἐν ᾗ τὸν πάλαι πυθόμενον παρ' αὐτοῦ, ὡς αὐτῷ Νεστορίῳ γέγραπται, θεόθεν κινηθεὶς, ἁπάσαις τὸ δὴ λεγόμενον ψήφοις καλέκεινεν ἀναθέμαλι φελαλῶν, καὶ γέγραφεν ἐπὶ λέξεως ὧδε. ἐπιθαρσίζομεν τὰς ζηλώνλας τὴν ἀσεβῆ Νεστορίε πίσιν, ἢ τῇ ἀθεμίτῳ αὐτοῦ διδασκαλίᾳ ἀκολυθῆντας, εἰ μὲν ἐπίσκοποι εἶεν ἢ κληρικοὶ, τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν ἐκβάλλεσθαι. εἰ δὲ λαϊκοὶ, ἀναθεμαλίζεσθαι. τέθειπλαι δὲ αὐτῷ καὶ ἕτεραι νομοθεσίαι τῆς ἡμελέρας ἕνεκα θρησκείας, τὸν διάπυρον αὐτοῦ ζῆλον δεικνύσαι.

Scripta est ab eodem Imperatore Constitutio admodum pia; quæ relata est in primo Justiniani libro, qui Codex dicitur, estque numero tertia primi tituli. In qua Theodosius, eum quem prius in deliciis habuerat, sicut ipse Nestorius scribit, divinitus incitatus, omnibus, ut ita dicam, calculis condemnavit, anathema ei denuntians his verbis: Præterea sancimus, ut quicunque impiam Nestorii fidem æmulantur, vel nefariam ejus doctrinam sectantur, si quidem Episcopi vel Clerici sint, sacris Ecclesiis ejiciantur: si vero laici, anathemate feriantur. Sunt & aliæ leges pro nostra religione ab eodem datæ, quæ ardentissimum ejus zelum abunde testantur.

Κεφ. ιγ'.

Περὶ τῦ ἁγίε συμεὼν τῦ ςυλίτε.

Cap. XIII.

De sancto Symeone Stylita.

ΕΝ τέτοις τοῖς χρόνοις ἤκμασέ τε καὶ διεφάνη καὶ συμεὼνης, ὁ τῆς ὁσίας καὶ πάνυ ἀοιδίμε μνήμης, πρῶτος τὸν ἐπὶ κίονος στάσιν ἐπινοήσας, ὑπηχυμόλις συνδιαίτημα τὸ θεῖμελες, δόμε τινὸς ἐπὶ τῶν ἀνδριχέων ἐπισκοπεύντος· ὃς ἐπεὶ δὴ παρ' αὐτὸν γέγονεν, ἐκπλαγεὶς τὴν στάσιν καὶ τὴν δίαιταν, τῶν μυστικωτέρων ἐγλίχετο. ἀμφω οἱ ἐν συνηλθέτην, καὶ τὸ ἀχραντον ἱερεργήσαντες σῶμα, τῆς ζωοποιῦ κοινωνίας ἀλλήλοις μεμέδωσαν. ἔνδον ἐν σαρκὶ τὴν τῶν ἀγγέλων διαγωγὴν ζηλώσας, ἑξαίρει μὲν ἑαυτὸν τῶν ἐπὶ γῆς πραγμάτων, καὶ τὴν φύσιν βιασάμενος τὴν τέως κάτω βρίθεσαν, τῷ μετεώρα διωκέ· τὸ μέσον δὲ ἀρανῦ καὶ τῶν ἐπὶ

Isdem temporibus floruit atque inclaruit Symeones, vir sanctæ ac percelebris memoriæ. Hic primus stationem super columnâ instituit, cujus domicilii ambitus vix duorum erat cubitorum: quo tempore Domnus Antiochenæ urbis Episcopatum administrabat. Qui cum ad Symeonem venisset, stationem ejus ac vivendi rationem admiratus, secretiora quædam concupivit. Ambo igitur in unum convenerunt, & cum immaculatum Corpus sacrificassent, vivificam Communionem sibi mutuò impertierunt. Hic Angelorum conversationem in carne æmulatus, à terrenis quidem rebus sese abduxit: Et vim inferens naturæ, quæ deorsum vergit, sublimiá appetiit. Ac medius inter cœlum & res

terrenas constitutus, Deum allocutus est, & unà cum Angelis Deum glorificavit: ex terris quidem supplicationes pro hominibus offerens Deo: Ex cœlis verò supernam benevolentiam hominibus concilians. Hujus miracula conscripta sunt à quodam, qui hominem viderat, & rebus ab illo gestis interfuerat. Sed & Theodoritus Episcopus Cyri, ejusdem viri miracula admodum diserte commemoravit. Verum deprehendimus, id ab illis præcipue omissum esse, cujus memoria apud sanctæ Solitudinis incolas etiamnum servatur, & quod nos ab illis accepimus. Cum igitur Simeones iste, qui in terris Angelus, & in carne civis cœlestis Hierusalem fuit, novam hanc & mortalibus hactenus ignotam vivendi rationem instituisset, sanctæ solitudinis incolæ quendam ad eum miserunt, mandantes ut ex illo sciscitaretur, quænam esset hæc nova ac peregrina conversatio, & cur viam jam tritam & Sanctorum vestigiis impressam relinquens, aliam ipse novam nullique mortalium adhuc cognitam iniviisset: simul præcipientes ei ut descenderet, & electorum Patrum viam insisteret. Quod si ille paratum se ostendisset ad descendendum, jusserunt, ut suo more vivere sineretur. Obedientia enim ejus satis declarari, quod Deo duce atque auctore hujusmodi exercitationem suscepisset. Si verò detrectaret, ac propriæ voluntati inservire mallet, nec ipsorum monitis illicò obsequeretur, mandarunt ut eum vî abreptum detraheret. Qui cum ad illum veniisset, & Patrum ei mandatum exposuisset, & confestim Symeon alterum pedem demisisset, ut præceptis Patrum obtemperaret: is, qui ad illum missus fuerat, permisit ei, ut cursum, quem instituerat, teneret, his eum verbis compellans. Fortis esto & viriliter age. Statio tua à Deo est. Hoc Symeonis factum prorsus memorabile, hoc loco commemoravi, quod tamen ab iis, qui de illo scripserunt, prætermissum est. Tanta porro divinæ gratiæ virtus in eo inerat, ut cum Imperator Theodosius Judæis Antiochiam incolentibus synagogas, quas Christiani illis ademerant, restitui jussisset, Symeon tanta cum fiducia ac libertate ad eum scripserit, tamque acriter eum objurgaverit, solum Imperatorem sum DEUM reveritus: ut Imperator Theodosius, revocata jussione sua, cuncta in gratiam Christianorum fecerit;

A γῆς γιόμενος, ἐνίυγχάνε τε τῷ θεῷ μᾶ τῶ
ἀγγέλων δοξολογεῖ ἐκ μὲν τῆς γῆς, τὰς ὑπὲ
τῶν ἀνθρώπων πρεσβείας τῷ θεῷ προσά
ἐξ ἀέρανε ὦ τοῖς ἀνθρώποις τὴν ἀνωθεν εὐ
μένειαν καταπεμπόμενος. τέτε τὰς θεοσ
μείας γέγραφε μὲν καί τις τῶν αὐτοπτῶν γε
νομένων. γέγραφε ὦ καὶ λογίως ἀπέβεθ κα
θεοδώρητος, ὁ τὴν κυρεσῶν ἐπισκοπὴν
ἐν ᾧ τὰ μάλιστα παραλελοιπότες, ὁ μὲν
νῦν σωζόμενον παρὰ τοῖς τῆς ἁγίας ἐρή
καλειλήφαμεν, καὶ παρ' αὐτῶν παρειλήφα
μεν. ὅτε δὴ συμεώνης οὗτ ὁ ἐπὶ τῆς ἁ
B γελος, ὁ ἐν σαρκὶ τῆς ἄνω ἱερουσαλὴμ πολί
της, τὴν ξένην ταύτην καὶ τοῖς ἀνθρώποις
ἀγνῶτα πείθον ἐπεδήθυσε, στέλλεσί τινα παρ'
αὐτὸν ὁι τῆς ἁγίας ἐρήμε, ἐπειλάμενοι φά
νας τις ἡ ξενοπρεπὴς αὕτη πολιτεία. πὶ τῶν τε
τεμμένων καὶ τοῖς ἁγίοις ὡπαθημένης ὁδὸ
ἀφεὶς, ἄλλην τινα ξένην καὶ τοῖς ἀνθρώποις
καθάπαξ ἀγνοεμένην ὁδεύῃ; καὶ ὡς ἐπὶ
τρέφασιν αὐτῷ καταβῆναι, καὶ τὴν τῶν ἐκ
C λεκτῶν πατέρων ὁδὸν ἀνύειν. ὅπῃ δὲ μὴ
ἐνθύμως ἑαυτὸν πρὸς τὴν καθέδασιν δι
συγχωρεῖν ἐκέλθυσαν αὐτῷ τὴν ἰδίαν ἐκβά
χειν. ἐκ γὰ τῆς ὑπακοῆς δῆλον εἶναι, ὡς
ἐκ θεοῦ ὡδηγημένης ὧδε διαθλύῃ. εἰ δέ
γε ἀπίοιμεν, ἢ καὶ τὸ ἰδίε θελήματος ἐκ
λος χρύσε, καὶ μὴ πρὸς τὴν ἐπίτροπὴν
ἰθυδρομήσοι, καὶ πρὸς βίας αὐτὸν καθέλ
κειν. Ὃς ἐπειδήπερ παρ' αὐτὸν ἐγένετο καὶ
τὴν τῶν πατέρων ἀπήγγειλεν ἐντολήν, αὐτί
ως τε θάτερον τοῖν ποδοῖν προὔτεινε, τὴν
πατέρων τὴν ἐπίτροπὴν ἐκπληρῶσαι βεβλ
μενος, ἀφῖε αὐτὸν τὴν ἰδίαν ὁδὸν ἐκπλη
ρεῖν, ἐπιφθεγξάμενος· ἴσχυε καὶ ἀνδρίζε
D ἡ σάσις σε παρὰ θεοῦ ἐστίν· ὅμοι ἀξιόλογο
ὃν ἐξελέθη, τοῖς πρὸ αὐτοῦ γεγραφόσι παρε
μένον· τοῦτο τοσοῦτον ἡ τῆς θείας χάριτος
ἐνέσκηψε δύναμις, ὡς καὶ θεοδόσιε τὸ αὐ
τοκράτορος τεθεσπικότος τοῖς κατὰ τὴν αὐτό
χθα ἰουδαίοις ἀποδοθῆναι τὰς σφῶν συνα
γωγὰς, ἅπερ ἔφθησαν παρὰ χρισιανῶν
ἁφῃρημένοι, οὕτω παῤῥησίᾳ γέγραφεν
οὕτω σοφοδρῶς ἐπελίμησε, μόνον τὸν ἴδιον
βασιλέα δυλαβέμενος, ὡς καὶ τὸ βασιλέα
θεοδόσιον τὰς ἰδίας ἀνακαλεσάμενον κελεύ
σης, πάντα πρὸς χάριν χρισιανῶν ἐκπληρῶσαι

σθαλῦσαι ἢ καὶ τὸν ὕπαρχον τὸν ταῦτα δι- A
δάξαντα τῆς ἀρχῆς. δεηθῆναί τε ἐπαναγάγε καὶ ἀεείκε μάρτυρος ἐπὶ ῥήματος, ἱκετεύειν τε καὶ εὔχεσθαι ὑπὲρ αὐτοῦ, καὶ τῆς οἰκείας εὐλογίας μεταδιδόναι· διετέλεσε τοίνυν ἐν σαρκὶ τόνδε τὸν βίον διανύσας ἔτη ἑξήκοντα καὶ ἐννέα· ἐν μὲν τῷ πρώτῳ φροντιστηρίῳ ἔνθα τὰ θεῖα καλῆχθη, ἔτη ἑπτὰ καὶ τριάκοντα· ἐν δὲ τῇ καλουμένῃ μάνδρᾳ, ἑπτὰ καὶ τεσσαράκοντα· ἔν τινι μὲν στενωπῷ ἔτεσι δέκα τὸν ἀγῶνα διανύσας· ἐν δὲ κίοσι βραχυτέροις ἑπτὰ, καὶ ἐπὶ τεσσαρακονταπήχυν, ἔτη τριάκοντα. τοῦτο τὸ πανάγιον σῶμα μετὰ B
τῶν ἐνθένδε ἐκδημίαν καὶ τὴν ἀντιοχέων ὕστερον εἰσήχθη, λέοντος τὰ σκῆπτρα διέποντος, μαρτυρίου τὴν νικαῦτα τῆς ἀντιόχου προεδρεύοντος, ἀρδαβουρίου ἢ αὖ τῶν ἑῴων στρατηγοῦντος ταγμάτων, μετὰ τῶν ἀμφ' αὐτὸν στρατιωτικῶν τελῶν τε καὶ λοιπῶν, κατὰ τὴν αὐτοῦ μάνδραν γινομένων, καὶ τὸν πάντα πλοῦν διαζωσάντων νεκρὸν συμεώνου τοῦ μακαρίου, ὡς ἂν μὴ αἱ γειτνιῶσαι πόλεις συνελθοῦσαι τοῦτον διαρπάζοιεν. θαυμά- C
των τοίνυν μεγίστων καὶ κατὰ τὴν ὁδοιπορίαν γινομένων, κομίζεται καὶ τὴν ἀντιόχου τὸ αὐτοῦ πανάγιον σῶμα· ὃ καὶ λέων ὁ αὐτοκράτωρ ἐξητήσατο παρὰ τῶν ἀντιοχέων λαβεῖν. καὶ δεήσεις οἱ τῆς ἀντιόχου πρὸς αὐτὸν ἀνατεινάμενοι γεγράφασιν ὕστερον. διὰ τὸ μὴ ὑπάρχειν τείχους τῇ πόλει, πέπλωκε γὰρ ἐν ὀργῇ, ἠγάγομεν τὸ πανάγιον σῶμα, ὅπως ἡμῖν γένηται τεῖχος καὶ ὀχύρωμα. Οἷς καὶ πειθεὶς, ἐνδοὺς τε ταῖς δεήσεσι, τὸ σεπτὸν αὐτοῖς εἴασε σῶμα· τοῦτο τὰ πολλὰ μέχρις ἡμῶν ἐφυλάχθη, ἔνθα καὶ τὴν ἁγίαν κορυφὴν μετὰ πολλῶν ἱερέων τεθέαμαι, D
ἐπισκοποῦντος τηνικάδε χρηγορίου τοῦ πανοσιωτάτου, φιλιππικοῦ δεηθέντος παραφυλακῆς ἕνεκα τῶν ἑῴων σκηνωμάτων, πλοῖα λείψανα ἁγίων οἱ σκηπτοῦχοι πέμψαι. καὶ τὸ παράδοξον, αἱ κατὰ τῆς κεφαλῆς ἐπικείμεναι τρίχες οὐ διεφθάρησαν· ὡς δὲ αὖ ζῶντος καὶ τοῖς ἀνθρώποις συναυλιζομένου, διασώζονται· καὶ τὸ κάλλος τοῦ μετώπου δέρμα, ἐρρυπωμένον μέν, καὶ ἀπέσκληκε· σώζεται δὲ ὅμως, καὶ τῶν ὀδόντων οἱ πλείους, οἱ μὴ δὲ ὅσοι χερσὶν ἀνθρώπων πιστῶν βιαίως ἀφηρέθησαν, διὰ σχήματος

& Præfecto prætorii, qui hæc ipsi suggesserat, potestatem abrogaverit: petieritque nominatim à sanctissimo atque Aerio Martyre, ut pro ipso Deum precaretur, suamque ipsi benedictionem impertiret. Porro Symeon in hac exercitatione sex & quinquaginta annos vixit. Novem quidem annos in primo monasterio, in quo divinæ vitæ præceptis fuerat imbutus. Septem vero & quadraginta, in eo loco, qui dicitur Mandra: decem videlicet annos in quodam angiportu; in brevioribus autem columnis, septem: triginta autem annos in columna quadraginta cubitorum laborioso certamine perfunctus. Hujus sacratissimum corpus post obitum Antiochiam deportatum est, Leone imperium tum gerente, & Martyrio Antiochenæ urbis Episcopatum administrante: cum Ardaburius Magister Orientalis militiæ, unà cum militaribus numeris, quos circa se habebat, & cum reliqua omni multitudine ad Symeonis mandram venisset, & sanctum beatissimi viri corpus servasset, ne à finitimis civitatibus subriperetur. Igitur sacrum ejus corpus, non sine ingentibus miraculis, quæ per totum iter facta sunt, delatum est Antiochiam. Quod & Imperator Leo ab Antiochensibus sibi dari popposcit. Verum Antiocheni misso ad Principem supplice libello, his verbis sunt usi. Quoniam civitas nostra muros non habet: corruerunt enim ob indignationem divini Numinis: sanctissimum corpus huc importavimus, ut nobis pro muro munimentoque esset. Quibus permotus Leo, precibus eorum cessit, & sacrosanctum corpus eis reliquit. Hujus complures reliquiæ ad nostra usque tempora asservatæ sunt. Et sanctissimum ejus caput ipse præsentibus multis sacerdotibus vidi, celeberrimo Gregorio Episcopatum Antiochenæ urbis gubernante: cum Philippicus ad custodiam ac præsidium Orientalis militiæ, pretiosas Sanctorum reliquias ad se mitti postulavisset. Et quod mirandum est, capilli capitis nequaquam diffluxerunt: sed perinde ac si ille adhuc viveret atque inter homines versaretur, integri manent. Cutis item in fronte rugosa quidem est atque obdurata: Manet tamen adhuc incolumis: sicut & dentium plerique, exceptis his, quos pii quidam ac fideles viri per vim abstulerunt. Qui quidem

dentes magnitudine sua abunde testantur, qualis quantusque fuerit vir DEI Symeones. Adjacet capiti catena ferrea quam ille collo gestaverat: cui utpote laborum sociæ gloriosum corpus honores ipsi à Deo concessos communicavit. Nam ne mortuum quidem Symeonem, earum illud ferrum deseruit. Hujus porro viri res gestas sigillatim percenserem, tum mihi narranti, tum legentibus non mediocrem fructum allaturas, nisi Theodoritus, ut jam dixi, eas fusius exposuisset.

CONgregantur itaque in Basilica Euphemiæ Martyris, Chalcedone, quæ urbs est provinciæ Bithyniæ. Distat autem hæc Basilica à Bosporo duobus circiter stadiis, sita in loco quodam amœno & molliter acclivi: adeo ut qui in Martyris templum ascendunt, nullum ambulationis laborem sentiant, sed repente sublimes appareant, intra ipsam Basilicam consistentes. Ex qua, tanquam è specula, oculos demittentes, subjectos campos cernunt in planitiem porrectos, viridi gramine vestitos, ac segetibus veluti fluctuantes, atq; omni arborum genere exornatos: montes præterea silvosos, sensim sese attollentes atque incurvantes. Diversa denique maria: hæc quidem serenitate renidentia, & littoribus suaviter ac placide alludentia: ubi scilicet tranquilla sunt loca, absque ventis ac tempestatibus. Alia verò æstuantia & fluctibus infrementia, cochleas, algam, & ex testaceis levissimos quosque pisciculos reciproco æstu deferentia ac denuo retrahentia. Porro templum ipsum situm est è regione Constantinopoleos: adeo ut tantæ urbis aspectu templum non mediocriter venustetur. Constat autem ex tribus amplissimis ædibus. Prima est sub dio, longo atrio & columnis undique exornata.

Κεφ. γ'.

Ἔκφρασις τοῦ ἱυκτηρίου οἴκου τῆ μεγαλομάρτυρος ἰυφημίας, τοῦ ἐν καλχηδόνι· καὶ διήγησις τῶν γινομένων ἐν αὐτῷ θαυμάτων.

ΑΛίζονται τοίνυν ἀνὰ τὸ ἱερὸν τέμενος C ἁγίας εὐφημίας τῆς μάρτυρος· ὅπερ ἱδρύται μὲν ἐπὶ τῆς καλχηδόνεως τῆς βιθυνῶν ἔθνους ἀπώκισαν δὲ τοῦ βοσπόρου σταδίοις ὡς πλείοσι δύο, ἔν τινι τῶν ὑφύων χωρίων ἡρέμα προσάντης· ὡς τε τοὺς προσιόντας ἀνεπαισθήτως εἶναι τοῖς εἰς τὸν νεὼν ἀπιοῦσι τῆς μάρτυρος, ὑψηλοτέρους τε μετεώρους εἶναι ἐκ τῶν ἀναπτέρων ῥυμμάτων. ὥστε τὰς ὄψεις ἐκχέοντας ἐκ προσιοπῆς, ἅπαντα θεωρεῖν ὑποκειμένα πεδία, ὁμαλῆ καὶ ὑπία τὴν πόαν χλοάζοντα, λήϊοις τε κυμαινόμενα, καὶ παντοδαπῶν δένδρων τὴν θέαν ὡραϊζόμενα. ὀρῆ τε λάσια ἐς ὕψος ὑπερεπῶς μετεωριζόμενα τε καὶ κυρτούμενα· ἄταρπὴ πελάγη διάφορα. τὰ μὲν τῆ γαλήνῃ προφυσώμενα, καὶ ταῖς ἀκταῖς προσπαίζοντα ἡδύτερον ἐκ ἡμέρου, ἔνθα νήνεμα τὰ χωρία καθεστᾶσι· τὰ δὲ παφλάζοντά τε καὶ τοῖς κύμασιν ἀγριαίνοντα, καὶ χλοώδη τε καὶ φυκία καὶ τῆ ὀστρακοδέρμων τὰ κουφότερα μετὰ τῆ ἀντανακλάσεως τῶν κυμάτων αὐτῆς ἀνασειράζοντα· ἀνίκητον δὲ τῆς χώρας ἁπάντη τὸ τέμενος· ὥστε ἐκ τῆ θέα τῆς τοσαύτης πόλεως, τὸν νεὼν ὡραϊζεσθαι. τρεῖς δὲ ὑπερμεγέθεις οἶκοι τὸ τέμενος· εἷς μὲν ὑπαίθριος, ἐπιμήκη τῆ αὐλῆ ἐκ κίοσι πάντοθεν κοσμούμενος.

ἕτερός τε ἂν μῆκος τοῦτον τό τε εὖρος τό τε μῆκος, τούς τε κίονας μικρᾷ παραπλησίους. μόνον ὑπὲρ τὸν ὄροφον διαλλάττων. ἔκ τοῦ βορείου πλευρᾶς πρὸς ἥλιον ἄνισχοντα, ὅσον ἐπιφερὴς ἐς θόλον δι' μάλα τεχνικῶς ἐξεσκημμένος κίοσιν, ἴσοις τοῦ ὕλλου, ἴσοις τὰ μεγέθη καθεστῶσιν, ἔνδοθεν κυκλέμενος. ὑπὸ τούτοις, ὑπερῷόν τι μελεωρίζεται ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ ὀροφοῦ· ὡς ἂν κἀνταῦθα ἐξῆ τοῖς βουλομένοις ἱκετεύειν τε τοῦ μάρτυρος, καὶ τοῖς τελουμένοις παρεῖναι. ἔσω δὲ τοῦ θόλου πρὸς ἑῷαν, εὐπρεπής ἐστι σηκός, ἔνθα τὰ πανάγια τῆς μάρτυρος ὑποκεῖται λείψανα ἔν τινι σορῷ τοῦ ὑπερήκων, μακρὰν ἔνιοι καλοῦσιν, ἐξ ἀργύρου εὖ μάλα σοφῶς ἠσκημένη. καὶ ἃ μὲν ὑπὸ τῶν παναγίας ὑπ' ἔτους χρόνοις θαυμαστὰ ἐργάται, πᾶσι χριστιανοῖς ἔκδηλα. πολλάκις γοῦν τοῖς καλὰ καιρὸν τοῦ αὐλὴν ὑπισκοποῦσι πόλιν ὄναρ ὑπισᾶσα διακελεύεται, ἢ καὶ ποτὲ τοῦ ἄλλως ἐς βίον ὑπιόντων θαλινομένοις αὐλῆκες τὸ τέμνον τευγᾶν. ὅπερ ἐπειδὰν τοῖς τε βασιλεῦσι. τῷ τε ἀρχιερεῖ καὶ τῇ πόλει καλάδηλον ᾖ, φοιτῶσικες τὸν νεών, οἵ τε τὰ σκῆπτρα, οἵτε τὰ ἱερὰ καὶ τὰς ἀρχὰς διέποντες, ἅπας τε ὁ λοιπὸς ὅμιλος, μεταλαχεῖν τοῦ τελουμένων βουλόμενοι. πάντων τε ἐν ὁρῶντων ἀτ' κωνσταντίνου πόλεος μετὰ τοῦ ἀμφ' αὐτὸν ἱερέων, ἔσω τῶν ἀνακτόρων χωρεῖ, ἔνθα τὸ λελεγμένον μοι παναγιον ὑποκεῖται σῶμα. ἔστι δέ πη κλειθρίδιον μικρὸν κατὰ τοῦ αὐτὴν σορὸν ἐν τῷ λαιῷ μέρει. θύρας μικρᾶς καθησφαλισμένον, ὅθεν σιδήρεον ὑπερήκης τὰ πανάγια λείψανα ἀπόγγον θεασάμενοι ἐπαφιᾶσι, καὶ τὸν ἀπόγλοον θεῖον ἕλκες, ἐξαυτὶς τὸν σίδηρον ἀνέλκουσιν, αἱμάτων πλήρη, βρόμεων τε πολλῶν. ὅπερ ἐπεὶ ὁ λεὼς ἴδοι, εὐθέως θεοδεκύνησε τὸν θεὸν γεραίρων. τοσαύτη δὲ καθέστηκε τῶν ἐκφερομένων ἡ πληθύς, ὥστε καὶ τὰς δυσεβεῖς βασιλεῖς, καὶ πάσας τὰς ἁλιζομένας ἱερέας, καὶ μὴν καὶ πάντα τὸν ἀθροιζόμενον λεών, πλουσίως τῶν ἀναδιδομένων μεταλαμβάνειν, ἐκπέμπεσθαί τε καὶ ἀνὰ τὴν ὑφήλιον πᾶσαν τῶν πιστῶν τοῖς βουλομένοις, καὶ διὰ παντὸς τὰς τε βρόμβους σώζεσθαι, τὸ τε παναγιον αἷμα, μηδαμῶς ἐς ἑτέραν μεταχωρεῖν ὄψιν. ἅπερ θεοπρεπῶς τελεῖται, οὐ καταπαυομένην θεοδοσίου βιοτὴν, καὶ ἣ τῶν τρόπων σεμνότης βούλεται. φασὶ δ' ἔν ὅτε μὲν τῶν δυσημόνων

A Post hanc altera, longitudine ac latitudine, & columnis propemodum similis: hoc uno discrepans, quod culmen habet impositum. In cujus Boreali latere ad ortum Solis, ædes est rotunda in modum testudinis, admodum artificiosè elaborata, columnis & materia & magnitudine inter se paribus interiùs circundata. Super his cænaculum est sublime, sub eodem culmine. Ex quo licet iis, qui voluerint, Martyri supplicare, & sacris interesse mysteriis. Intra testudinem verò ad orientem Solem tumulus est magnificus, in quo sanctæ Martyris reliquiæ jacent in arca
B quadam oblonga reconditæ, quàm nonnulli μακρὰν vocant, ex argento pulcherrime fabricatâ. Ac miracula quidem, quæ subinde patrantur à sanctissima Martyre, nota sunt omnibus Christianis. Frequenter enim aut Episcopis illius civitatis, aut viris pietate illustribus, qui ad ipsius basilicam advenerint, in somnis apparens, præcipit ut in templo vindemient. Quod ubi tum Imperatori, tum Patriarchæ, totique civitati innotuit, statim omnes ad Basilicam pergunt, tam Augusti scilicet, quàm pontifices & magistratus, & reliqua populi multitudo, ut sacro-
C rum mysteriorum participes fiant. Cunctis deinde spectantibus, Episcopus urbis Constantinopolitanæ unà cum suis sacerdotibus in sacrarium ingreditur, in quo sacrum illud, de quo dixi, corpus depositum est. In eadem arca foramen est exiguum in læva parte, parvis quibusdam ostiolis obfirmatum. Per quod, ferrum oblongum cui spongia annexa est, usque ad sacras reliquias demittunt. Et postquam spongiam hac illac versaverint, ferream virgam ad se retrahunt, cruore plenam & coagulato sanguine. Quod ubi populus viderit, confestim
D Deum cum laudibus adorat. Tanta autem est cruoris, qui illinc extrahitur copia, ut non solum piissimi Imperatores, & Sacerdotes illic congregati, universa denique populi multitudo ibidem collecta, abunde ex eo accipiant: sed & fidelibus quicunque cupierint, per universum terrarum orbem guttas ejus mittant. Porro coagulatus ille sanguis perpetuo durat, nec in alium colorem mutatur sacer cruor. Hoc autem miraculum fit, non certo aliquo ac definito temporis spatio, sed prout Episcopi vita & morum gravitas promeruerit. Ferunt enim, quoties vir probus atque

honestus omniq; virtutum genere ex- A ornatus, Ecclesiam rexerit, id miraculum fieri, & quidem frequentissime: quoties verò non ejusmodi Antistes fuerit, raro hæc signa evenire. Jam verò aliud miraculum comemorabo, quòd nec tempore, nec ullâ ex causa interrumpitur, nec discrimen facit inter fideles atque infideles: sed omnibus ex æquo prostat. Ubi quis ad eum locum accesserit, in quo est arca illa pretiosa, quæ sacras continet reliquias, ejusmodi odoris suavitatem sentit, quæ omnes cõsuetos odores longe superat. Nam neque odori, qui ex pratis colligitur, neque ei, qui ex rebus fragrantissimis exhalat, similis est odor ille, nec qualis ab unguentariis conficitur: sed peregrinus quidam & excellens, per se ipsum declarans quanta sit virtus reliquiarum, quæ ipsum emittunt.

τίς κυβερνήη καὶ ταῖς ἀρεταῖς ἐπίσημος, τὸ τοσοῦτο θαῦμα καὶ μάλιστα συχνῶς γινέσθαι ὅτε δ' ἐτῶν ὁ τοιούτων, σπανίως τὰς τοιαύτας θεοσημείας προϊέναι λέξω δέ τι, ὅπερ ἐχρόνος, ὁ καιρὸς διαλέμψει. ὁδὲ μὴν πιστοῖς τε καὶ ἀπίστοις διακέκελται, πᾶσι δὲ ἐξ ἴσης ἀνεῖται· ὅταν ὧδε τὸ χώρου τις γένηται ἔνθα ἡ τιμία σορὸς ἐν ἧ τὰ σανάρια λείψανα, ὁδμῆς δώδες ἐμπίπλαται, παρὰ πάσης συνήθους ἀνθρώποις ὑπερφέρους. οὐδὲ γὰρ τῇ ὁπ λειμώνων ἀθροιζομένῃ παρείκειν, οὐδέ γε τῇ ἔκ τινος τῶν δώδεσάτων ἀναπεμπομένῃ, οὐδὲ οἵαν μυρέψης ἐργάσαιτο· ξένη δέ τις καὶ ὑπερφυὴς, ἐξ αὐτῆς φαίνεται τῶν ἀναδιδόντων τὴν δύναμιν.

B

Cap. IV.

De iis, quæ in Synodo agitata sunt & sancita: & quomodo Dioscorus Alexandriæ Episcopus depositus sit: Theodoritus autem & Iba aliique nonnulli restituti sint.

HOcigitur in loco supradicta Synodus congregata est, Paschasino quidem & Lucentio Episcopis cum Bonifacio presbytero, vices, ut dixi, gerentibus Leonis Archiepiscopi senioris Romæ: Anatolio verò Constantinopolitanæ Ecclesiæ Episcopatum gubernante, Alexandrinæ autem præsidente Dioscoro: Præsentibus etiam Maximo quidem Antiochiæ, Juvenale autem Hierosolymorum Episcopis. Aderant item Episcopi, quos illi circa se habebant, & ii, qui in Senatu urbis regiæ principem locum obtinebant. Quibus Vicarii Leonis dixerunt, non debere Dioscorum unà cum ipsis in Concilio sedere. Id enim sibi mandatum esse ab Episcopo suo. Quod nisi fieret, se protinus Ecclesia excessuros. Cumque Senatores interrogassent, quænam essent crimina, quæ objiciebantur Dioscoro, respondenunt debere illum judicii sui rationem reddere, qui contra fas personam judicis suscepisset, absque permissu Romani Pontificis. Quibus dictis, cum Dioscorus ex decreto Senatus in medium processisset, ibique resideret, Eusebius postulavit, ut libellus precum, quem Imperatori obtulerat, recitaretur, his verbis usus; Injuriâ

C

D

Κεφ. δ'.

Περὶ ὧν ἐν τῇ συνόδῳ κινηθέντων καὶ τυπωθέντων, καὶ ὡς διέζεος ὁ ἀλεξανδρείας καθῃρέθη· θεοδώρετος καὶ ἴβας, καί τινες ἕτεροι ἀνεκλήθησαν.

Ἐνταῦθα ἡ λελεγμένη μοι σύνοδος ἀθροίζεται, τὸν τόπον λέοντος ἀρχιερέως τῆς πρεσβυτέρας ῥώμης διεπόντων ὡς εἰρηται κασκασίνου καὶ λυκεντίου ἐπισκόπων, καὶ βονιφατίου πρεσβυτέρου τῆς κωνσταντίνου μὲν προεδρεύοντος ἀνατολίου. διοσκόρου δὲ τῆς ἀλεξανδρέων ἐπισκοπεύντος· παρόντε τε ἀντιοχείας, καὶ ἰουβεναλίου ἱεροσολύμων· οἷς παρῆσαν οἵ τε ἀμφ' αὐτὸν ἱερεῖς, καὶ οἱ τὰ κορυφαῖα, τῆς ὑπερφυοῦς γερουσίας ἔχοντες· πρὸς οὓς οἱ τὸν τόπον πληροῦντες λέοντος, ἔφασκον μὴ δεῖν διόσκορον συγκάθεδρον σφίσι γενέσθαι· τοῦτο γὰρ αὐτοῖς ἐπιτετράφθαι παρὰ τοῦ σφῶν ἐπισκόπου λέοντος, καὶ εἰ τοῦτο μὴ φυλάξουσιν, αὐτοὺς τῆς ἐκκλησίας ἀπαλλάττεσθαι· καὶ πυθομένης τῆς γερουσίας, τί ἄρα εἴη τὰ ἐπαγόμενα τῷ διοσκόρῳ, διεξῆλθον λόγον ὀφείλειν αὐτὸν ὑποσχεῖν τῆς οἰκείας κρίσεως, κρίνειν πρόσωπον παρὰ τὸ εἰκὸς ἀνειληφότα. οἷς εἰρημένοις, ἐπειδὴ διόσκορος ὑπῆρξε τῆς συγκλήτου ἀνὰ τὸν μέσον καθῆσο χῶρον, εὐσέβιος ᾔτησε τὰς ἐπιδεδομένας παρ' αὐτοῦ τῇ βασιλεία δεήσεις ἀναγνωσθῆναι, φήσας ἐπὶ λέξεως ταῦτα. ἠδικημαι παρὰ

ὑπὸ Διοσκόρου, ἠδίκηται ἡ πίστις, ἐφονεύθη Φλαβιανὸς ὁ ἐπίσκοπος, ἅμα ἐμοὶ ἀδίκως καθῃρέθη παρ' αὐτοῦ κελεύσαι τε τὰς δεήσεις μου ἀναγνωσθῆναι· ὅπερ ἐπειδὴ διελαλήθη, ἡ δέησις ἀναγνώσεως ἔτυχε, ταυτὶ φθεγξαμένη τὰ ῥήματα. τοῖς φιλοχρίστοις τε καὶ εὐλαβεστάτοις καὶ εὐσεβεστάτοις βασιλεῦσιν ἡμῶν Φλαβίοις Οὐαλεντινιανῷ καὶ Μαρκιανῷ τοῖς αἰωνίοις. ὑπὲρ εὐσεβοῦς τοῦ ἐλαχίστου ἐπισκόπου Δορυλαίου, ποιεμένου τὸν λόγον ὑπέρ τε ἑαυτοῦ καὶ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, καὶ ὑπὲρ ὧν ὁσίοις Φλαβιανοῦ ἡγουμένου ἐπισκόπου τῆς κωνσταντινουπόλεως· σκοπὸς τοῦ μέλεος κράτος, ἁπάντων μὲν τῶν ὑπηκόων προνοεῖν, καὶ χεῖρα ὀρέγειν πᾶσι τοῖς ἀδικουμένοις· μάλιστα δὲ τοῖς ἱερωσύνην τελοῦσι· καὶ ἐν τούτῳ γὰρ τὸ θεῖον θεραπεύεται, παρ' οὗ τὸ βασιλεύειν ὑμῖν καὶ κρατεῖν τῶν ὑφ' ἥλιον δεδώρηται· ἐπεὶ ἔν πολλὰ καὶ δεινὰ παρὰ πᾶσαν ἀκολουθίαν ἡ εἰς χριστὸν πίστις, καὶ ἡμεῖς πεπόνθαμεν παρὰ Διοσκόρου τοῦ εὐλαβεστάτου ἐπισκόπου τῆς ἀλεξανδρέων μεγαλοπόλεως, πρόσιμεν τῇ ὑμετέρᾳ εὐσεβείᾳ τῶν δικαίων ἀξιοῦντες τυχεῖν. τὰ δὲ πράγματα ἐν τοιούτοις· ἐπὶ τοῦ ἐναγοῦς ἡγουμένης συνόδου ἐν τῇ ἐφεσίων μητροπόλει, ἣν ὄφελον γενέσθαι μὴ γραφάς, ἵνα μὴ κακῶν καὶ ταραχῆς τὴν οἰκουμένην ἐμπλήσῃ, ὁ χρηστὸς Διόσκορος παρ' ὃν ἔδει θέμενος τὸν δίκαιον λόγον, καὶ τὸν θεοῦ φόβον· ὁμόδοξος ὢν καὶ ὁμόφρων εὐτυχοῦς δὲ μαλιστα φρονῶν καὶ αἱρετικός, λανθάνων ὀλίγους πολλούς, ὡς ὕστερον ἑαυτὸν ἐφανέρωσεν· εὑρὼν καιρὸν τὴν γεγενημένην παρ' ἐμοῦ κατ' εὐτυχοῦς δὲ ὁμοδόξου αὐτοῦ καταγορείαν, καὶ τὴν ἐπ' αὐτοῦ ἐξενεχθεῖσαν ψῆφον κατὰ τοῦ τῆς ὁσίας λήξεως Φλαβιανοῦ τοῦ ἐπισκόπου, πλῆθος ἀτάκτων ὄχλων συναγαγών, καὶ δωρεὰν ἑαυτῷ διὰ χρημάτων ποιησάμενος, τὴν εὐσεβῆ θρησκείαν τῶν ὀρθοδόξων βραχὺ εἰς αὐτὸν ἐλυμήνατο, καὶ τὴν κακοδοξίαν εὐτυχοῦς δὲ μοναζοντος, ἥπερ ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων ἀπεκηρύχθη, ἐβεβαίωσεν. ἐπεὶ ἔν γε μικρὰ τὰ τεθλιμμένα αὐτῷ καθά τε τῆς εἰς χριστὸν πίστεως καὶ καθ' ἡμῶν, δεόμεθα, καὶ προσπίπτομεν τῷ ὑμετέρῳ κράτει, θεσπίσαι τὸν αὐτὸν εὐλαβέστατον ἐπίσκοπον Διόσκορον, ἀπολογήσασθαι τοῖς παρ' ἡμῶν αὐτῷ ἐπαιτουμένοις. δηλαδὴ τῶν παρ' αὐτοῦ

affectus sum à Dioscoro. Fides injuria affecta est. Occisus est Flavianus Episcopus, & mecum injuste depositus est ab illo. Jubete ut preces meæ recitentur. Cumque Judices interlocuti essent, recitatus est libellus precum, qui sic habet. Christi amantibus, religiosissimis ac piissimis Imperatoribus nostris, Flavio Valentiniano, & Flavio Marciano, perpetuis Augustis, ab Eusebio humillimo Episcopo Dorilæi, verba faciente pro se ipso, & pro Orthodoxa fide, & pro sanctæ memoriæ Flaviano, qui fuit Episcopus Constantinopoleos. Propositum est Majestati vestræ, omnibus quidem subditis providere, & cunctis, qui injuria affecti sunt manum porrigere: præcipue verò iis, qui sacerdotio funguntur. Ita enim Deum colitis, à quo imperium & dominium orbis terrarum vobis concessum est. Quoniam igitur fides Christi, & nos ipsi multa gravia contra jus fasque perpessi sumus à Dioscoro Reverendissimo Episcopo magnæ civitatis Alexandriæ, accedimus ad Pietatem vestram, postulantes ut jus nobis reddatur. Causa autem hujusmodi est. In Concilio, quod paulo ante celebratum est in metropoli Ephesiorum, quod utinam celebratum nunquam fuisset, ne orbis terrarum malis ac tumultibus impleretur: bonus ille Dioscorus, nullam justitiæ rationem habens, nec Dei timorem considerans, cum ejusdem opinionis ac sententiæ esset cum Eutyche, perditæ mentis homine atque hæretico; occultus autem esset, sicut postea apertissime declaravit; occasione arrepta ex accusatione quam ego adversus Eutychen erroris ipsius consortem institueram, & ex sententia à piæ memoriæ Flaviano Episcopo contra eundem Eutychen prolata, turbam incompositam seditiosorum hominum collegit. Cumque tyrannicam dominationem pecuniâ sibi comparasset, piam quidem religionem Orthodoxorum, quantum in ipso fuit, labefactavit: pravam autem opinionem Eutychis Monachi, quæ jampridem & ab exordio à sanctis Patribus condemnata fuerat, confirmavit. Cum igitur non levia sint, quæ adversus fidem Christi, & contra nos facere tentavit, provoluti ad pedes Majestatis vestræ rogamus, ut eundem religiosissimum Episcopum Dioscorum respondere jubeatis iis, quæ à nobis illi objiciuntur: lectis scilicet

coram sanctissima Synodo monumentis actorum, quæ ille contra nos confecit. Ex quibus demonstrare possumus, illum & à recta fide alienum esse, & hæresin plenam impietatis confirmasse, & nos injustè deposuisse, & gravissimis malis affecisse: missis videlicet divinis & adorandis mandatis vestris ad sanctam & universalem synodum Deo charissimorum Episcoporum, ut causam, quæ est inter nos & suprà memoratum Dioscorum, audiat, & ad notitiam pietatis vestræ cuncta referat, quæ geruntur, juxta id, quod placuerit immortali culmini vestro. Hoc si consecuti fuerimus, continuas ad Deum preces fundemus pro sempiterno imperio vestro, divinissimi Imperatores. Post hæc juxta petitionem, tam Dioscori, quàm Eusebii, acta secundæ synodi Ephesinæ publicè recitata sunt. Quorum particularem expositionem, quæ multis quidem verbis comprehensa est, habetur autem in actis Chalcedonensis Concilii, ne iis, qui ad exitum rerum gestarum pervenire festinant, nimium verbosus videar, huic secundo historiæ nostræ libro subjunxi: his qui cuncta exactè cupiunt cognoscere, ista legendi potestatem faciens, & accuratam rerum notitiam percipiendi. Interim verò ea, quæ majoris momenti sunt, percurrens strictim commemorabo: Convictum scilicet esse Dioscorum, quod Epistolam Leonis Episcopi senioris Romæ non susceptisset; Et quod Flavianum Episcopum junioris Romæ intra unius diei spatium deposuisset, & quod Episcopos, qui erant congregati, in charta pura subscribere curasset, quasi Flaviani nomen in ea perscriptum esset. Post hæc hi, qui ex senatu erant, ista decreverunt. De recta quidem & Catholica fide crastino die, conveniente majore Concilio, diligentiorem inquisitionem fieri oportere perspicimus. Quoniam verò piæ memoriæ Flavianus, & Eusebius religiosissimus Episcopus, ex scrutatione actorum ac decretorum, & ex ipsa voce eorum, qui in synodo, quæ tunc facta est, præsederunt: qui quidem confessi sunt errasse se, & frustra illos deposuisse, cum nullatenus errassent in fide; injustè depositi esse noscuntur: videtur nobis juxta id, quod DEO placet, justum esse, modò id placuerit divinissimo ac pissimo Domino nostro, ut Dioscorus reverendissimus Episcopus Alexandriæ, & Juvenalis reverendissimus

καθ' ἡμῶν πεπραγμένων ὑπομνημάτων ἀναγνωσομένων ἐπὶ τῆς ἁγίας συνόδου· δι' ὧν δυνάμεθα ἀποδεῖξαι, καὶ ἀλλότριον ὄντα τῆς ὀρθῆς δόξης πίστεως, καὶ αἱρέσιν ἀσεβείας τεπληρωμένην κρατύναντα, καὶ ἀδίκως ἡμᾶς καθελόντα, καὶ δεινὰ ἡμᾶς καὶ ἐργασάμενον· θείων καὶ θεοσυνεμένων ἡμῶν μανδάτων καὶ ἀπευπομένων τῇ ἁγίᾳ καὶ οἰκουμενικῇ συνόδῳ τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων, ἐφ' ᾧτε τὰ ἡμῖν τὰ τεθειρημένα Διοσκόρου διακῦσαι, καὶ ἀνενεγκεῖν εἰς γνῶσιν τὰ ὑμετέρας εὐσεβείας πάλιν τὰ τεραπόμενα πρὸς τὸ παρεστάμενον τῇ αὐτοκράτορι ὑμῶν κορυφῇ. καὶ τέτε τυχόντες, ἀδιαλείπτως εὐχὰς ἀναπέμψομεν ὑπὲρ τῆς ἀιωνίε ὑμῶν κράτους, θειοτάτοι βασιλεῖς. μετὰ ταῦτα δὲ κοινῆς δεήσεως διοσκόρου τε καὶ Εὐσεβίε. Τὰ δὲ ἐν τῷ δευτέρῳ συνεδρίῳ τεπραγμένα τῶν ἐν Ἐφέσῳ, διὰ τὸ ἀναγνώσεως ἐδημοσιεύθη· ὧν τὴν λεπομέρειαν διὰ πολλῶν μὲν ἀναλημμένην, ἐμπερεχομένην δὲ τοῖς ἐν καλῷ δόνι κεκινημένοις, ὡς ἂν μὴ ἀδολεσχεῖν δόξω τοῖς πρὸς τὸ πέρας τῶν πραγμάτων ἐπειγομένοις, ὑπέταξα τῷ παρόντι τὸ ἰσορεῖας βιβλίῳ, ἄδειαν δὲ τοῖς πάντα λεπτῶς εἰδέναι βουλομένοις, καὶ τέτοις ἐπιτυχεῖν, καὶ τῷ πάντων ἀκριβείαν ἀναμάξασθαι. Ἐπιρέχων δὲ τὰ καιριώτερα φημί, ὡς ἐφωράθη διόσκορος, μὴ δεξάμενος τὴν λέοντος ἐπιστολὴν ἐπισκόπου τὸ πρεσβυτέρας ῥώμης, καὶ πρός γε τῷ καθαιρεσιν φλαβιανοῦ τὸ νέας ῥώμης ἐπισκόπου, ἐν μέρᾳ ποιησάμενος, ἐν ἀγραφῴ τε χάρτῃ παρασκευάσας τοὺς ἀληθεύοντας ἐπισκόπους ὑπομνήσαι, ὡς τὴν καθαίρεσιν φλαβιανοῦ βεβουλεῦσθαι. ἐφ' οἷς οἱ ἀπὸ τῆς συγκλήτου βουλῆς ἐψηφισαντο ταῦτα δὲ. βέλει μὲν τὸ ὀρθοδόξου καὶ καθολικῆς πίστεως, τελεωτέρας συνόδου γνωμένης τὴν ὑπεραίαν ἀκριβεστέραν ἐξέτασιν συντελεῖσθαι σπουδῶμεν· ἐπειδὴ ὁ φλαβιανὸς ὁ τοῦ εὐσεβοῦς μνήμης καὶ εὐσέβειος ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος, ἐκ τῶν πεπραγμένων καὶ διαγνωσθέντων ἐρρήθησαν καὶ αὐτῆς τῆς φωνῆς τῶν γνωμένων ἐν ἀρχῇ τῆς τε συνόδου, φησάντων ἐσφάλθαι καὶ μάτην αὐτοὺς καθηρηκέναι, οὐδὲν περὶ τὴν πίστιν σφαλέντες δείκνυνται ἀδίκως καθαιρεθέντες. Φαίνεται ἡμῖν τοίνυν τῷ θεῷ ἀρέσκον, δίκαιον εἶναι βεβαιωθῆναι τὴν θεόλατον καὶ εὐσεβεστάτην ἡμῶν δεσπότην τὸν αὐτοκράτορα καὶ εὐσεβέστατον ἡμῶν δεσπότην τὸν αὐτοκράτορα ἐπιθυμίᾳ διόσκορον τὸν εὐλαβέστατον ἐπίσκοπον ἀλεξανδρείας, καὶ ἰουβεναλιον τὸν εὐλαβέστατον

ἐπίσκοπον ἱεροσολύμων, καὶ θαλάσσιον τὸν δι- A Episcopus Hierosolymorum, & Thalassius reverendissimus Episcopus Cæsareæ Cappadociæ, & Eusebius Reverendissimus Episcopus Ancyræ, & Eustathius reverendissimus Episcopus Berytì, & Basilius reverendissimus Episcopus Seleuciæ Isauriæ, qui tunc potestate succincti Concilio præfuerunt, eidem pœnè subjaceant, sacrosancti Concilii sententiâ, juxta sacros canones, alieni ab Episcopali dignitate judicati: cunctis, quæ consequenter gesta sunt, ad notitiam sacratissimi Imperatoris nostri perlatis. Exinde libellis altero die datis adversus Dioscorum de variis criminibus, & de pecuniis ab eo direptis: cum ille iterum ac tertiò vocatus non comparuisset ob inanes causas, quas prætendebat: ii, qui Leonis Romanæ urbis Episcopi vices agebant, hæc ad verbum decreverunt. Quæ Dioscorus, antehac Episcopus magnæ civitatis Alexandriæ, contra ordinem canonum & contra disciplinam Ecclesiasticam attentavit, manifesta sunt, tam ex his, quæ jam examinata sunt in primo consessu, quam ex his, quæ hodiè sunt gesta. Hic enim, ut plurima alia prætermittamus, Eutychen eadem cum ipso sentientem, regulariter à proprio depositum Episcopo, sanctissimo scilicet patre nostro & Episcopo Flaviano, propria auctoritate contra sacros Canones in communionem suscepit, priusquam Epheſi consedisset unà cum reliquis Deo charissimis Episcopis. Sed istis quidem Apostolica sedes veniam concessit ob ea, quæ illic ab iisdem non sponte gesta erant. Qui quidem hactenus permanserunt, sanctissimo Archiepiscopo Leoni & sanctæ universali synodo obsequentes. Qua de causa eos, utpote ejusdem cum ipso fidei assertores, in communionem suam recepit. Hic verò usque in hodiernum B diem ob ea gloriari non desinit, propter C quæ gemere & ad terram usque sese inclinare debuerat. Præterea Epistolam beati Papæ Leonis quam ille ad sanctæ memoriæ Flavianum scripserat, legi minimè permisit. Idque quamvis sæpius rogatus esset ab his, qui Epistolam attulerant, & quamvis ipse adjecto jurejurando pollicitus esset, se eam recitari jussurum. Qua minimè perlectâ, sanctissimas per universum orbem terrarum Ecclesias scandalis ac detrimentis complevit. Sed tamen quamvis tot ac tanta ab eo præsumpta sint, propositum nobis erat, ob D

prius ejus impium facinus clementer eum ac benignè tractare, sicut & reliquos DEO dilectos Episcopos, licet ii non eandem ac ille judicandi potestatem habuissent. Sed quoniam priorem injustitiam posterioribus factis longe superavit: ausus quippe est excommunicationem dictare adversus sanctissimum ac religiosissimum magnæ Romæ Archiepiscopum Leonem: præterea cum libelli pleni criminum & flagitiorum sancto & magno Concilio contra illum oblati essent, semel, iterum ac tertio vocatus juxta Canonum præscripta per Dei amantissimos Episcopos, minime obtemperavit, propriâ videlicet conscientiâ ipsum pungente. Eos denique qui à diversis synodis justè depositi fuerant, illegitimè in communionem suscepit: contra semetipsum sententiam protulit, Ecclesiasticis legibus sæpius proculcatis. Idcirco Sanctissimus ac Beatissimus magnæ & senioris Romæ Archiepiscopus Leo, per nos & per præsentem synodum, unà cum Beatissimo & omni laude dignissimo Petro Apostolo, qui petra & basis est Ecclesiæ Catholicæ, rectæque fidei fundamentum, Episcopali eum dignitate exuit, & ab omni sacerdotali officio alienum censuit. Sancta igitur & magna hæc synodus, ea quæ Canonibus placita sunt super memorato Dioscoro decernat. His à Synodo confirmatis & quibusdam aliis gestis, ii quidem qui cum Dioscoro depositi fuerant, rogatu Concilii & annuente Imperatore, in pristinum locum restituti sunt. Cumque alia quædam superioribus gestis adjuncta essent, definitio fidei promulgata est his omninò verbis. Dominus & Servator noster Jesus Christus cum fidei notitiam discipulis confirmaret, dixit: Pacem meam do vobis: pacem meam relinquo vobis: ne scilicet quispiam in pietatis decretis à proximo dissentiret; sed ut veritatis prædicatio omnibus ex æquo ostenderetur. Post hæc cum recitatum esset sanctum Symbolum Nicænum, & præterea Symbolum sanctorum Patrum centum & quinquaginta, ista subjunxerunt. Sufficiebat quidem ad perfectam pietatis notitiam & confirmationem, sapiens istud ac salutare divinæ gratiæ Symbolum. De Patre enim & de Filio ac Spiritu Sancto perfectam tradit doctrinam, & incarnationem Domini adstruit iis, qui cum fide illam suscipiunt. Sed quoniam veri-

A αὐλὸν ἀξιῶσαι, ὡς καὶ τὰς λοιπὰς θεοφιλ
ἐπισκόπους, καίτοι μὴ ἴλην αὐθεντίαν αὐτὸ τ
ἐφαπλησίως τὴν κρίσεως ἐχηκότας. ἐπὶ δὲ τῇ τ
δευτέροις τὴν πρότεραν παρανομίαν ὑπερβάλ
σεν, ἐτόλμησε γὰρ ἀκοινωνησίαν ὑπαγορεύ
κῆ τε ἁγιωτάτῳ καὶ ὁσιωτάτῳ ἀρχιεπισκόπ
μεγάλης ῥώμης λέοντι. πρὸς ὃ τέτοις κ
λιέλλων ἀθεμίτων καὶ ἀνομιῶν μεστῶν καὶ αὐτὸ πρ
ενεχθέντων τῇ ἁγίᾳ τε μεγάλῃ συνόδῳ, κ
παξ καὶ δὶς καὶ τρὶς διὰ θεοφιλῶν ἐπισκόπων κα
νονικῶς κληθεὶς, οὐκ ὑπήκουσεν, ἀλλὰ τὸ δικαι
συνειδότος ἑαυτῷ ἐπλονόπλευρον. καὶ τὰς ἐκ
B συνόδων διαφόρων ἐνθέσμως καθαιρεθέν
παρανόμως ἐδέξατο αὐτὸς καθ' ἑαυτὸν τὸ
φον ἐξήνεγκε διαφόρως τὰς ἐκκλησιαστικ
παλήσας θεσμὰς· ὅθεν ὁ ἁγιώτατος καὶ μα
καριώτατος ἀρχιεπίσκοπος τῆς μεγάλ
καὶ πατρικίας ῥώμης λέων, δι' ἡμῶν καὶ τῆ πα
τέρας συνόδου, μετὰ τετισμακαρίου καὶ πανε
φήμου πέτρου τοῦ ἀποστόλου, ὅς ἐστι πέτρα καὶ στ
C μὴς τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, καὶ τῆς ὀρθοδόξ
πίστεως θεμέλιος, ἐγύμνωσεν αὐτὸν τοῦ τε ἐπι
σκοπικοῦ ἀξιώματος, καὶ πάσης ἱερατικῆς ἐν
λοιπώσεν ἐνεργείας. διὰ γὰρ τοῦτο ἡ ἁγία αὕτη καὶ
μεγάλη σύνοδος τὰ δόξαντα τοῖς κανόσι
τῷ μακαριωτάτῳ καὶ θεοσεβεστάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ
τέτων τῶν τῆς συνόδου κυρωθέντων καὶ πα
D ἑτέρων τῶν πεπραγμένων, οἱ μὲν ἅμα Διοσκόρῳ
καθαιρεθέντες, παρακληθέντες τῇ συνόδου καὶ τῷ δι
μασι τῆς βασιλείας, ἀνακλήσεως ἔτυχον τοῦ τ
ρέων δὲ τοῖς πεπραγμένοις ἐπισυνεχθέντων
ὅρος ἐξεφωνήθη λέγων αὐτοῖς ὀνόμασι ταῦτα
ὁ κύριος ἡμῶν καὶ σωτὴρ ἰησοῦς χριστὸς, τῆς πί
στεως τὴν γνῶσιν τοῖς μαθηταῖς βεβαιῶν ἔφ
εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν, εἰρήνην τὴν ἐμὴν
ἀφίημι ὑμῖν· ὡς μηδένα πρὸς τὸν πλησίον ἐν
ἀφωνεῖν ἐν τοῖς δόγμασι τῆς εὐσεβείας, ἀλλ'
πάσης τὸ τῆς ἀληθείας ἐπιδείκνυσθαι κήρυγμα
καὶ μὴ ταῦτα ἀναγινωσκόμενος τὸ ἐννικαία ἁ
γία συμβόλῳ, καὶ πρὸς γε τῶν ἐκάλον πεπλεκτα
μένα ἁγίων πατέρων, ἐπήγαγον. ἤρκει μὲν καὶ
ἐν ἑλῆτῆς εὐσεβείας ἐπίγνωσίν τε καὶ βεβαίω
σιν τὸ σοφὸν καὶ σωτήριον τοῦτο τῆς θείας χάρι
τος σύμβολον· ἀλλὰ τὸ παλαιὸς καὶ ἐν ἑαυτῷ
καὶ τὸ ἁγίου πνεύματος ἐκδιδάσκει τὸ τέλειον, καὶ τὸ κυρίου τὴν ἀνανθρώπησιν τοῖς πι
στῶς δεχομένοις παρίστησιν. ἀλλ' ἐπειδὴ περὶ

τ ἀληθείας ἐχθροὶ ἀθετεῖν ἐπιχειροῦσι τὸ κήρυγμα διὰ τῶν οἰκείων αἱρέσεων. Ὃ κενοφωνίας ἀπέτεκον, οἱ μὲν, τὸ τοῦ δι' ἡμᾶς καὶ κυρίου οἰκονομίας μυστήριον διαφθείρειν τολμήσαντες, καὶ τὴν θεοτόκος ἐπὶ τῇ παρθένῳ φωνὴν ἀπαρνούμενοι· οἱ δὲ, σύγχυσιν καὶ κρᾶσιν εἰσάγοντες καὶ μίαν εἶναι τὴν φύσιν τῆς σαρκὸς καὶ τῆς θεότητος ἀνοήτως ἀναπλάττοντες, καὶ παθητὴν τοῦ μονογενοῦς τὴν θείαν φύσιν τῇ συγχύσει περαλγούμενοι. διὰ ταῦτα πᾶσαν αὐτοῖς ἀποκλείσασα καὶ ἡ ἀληθείας μηχανὴν βεβομβῆ ἡ παροῦσα νῦν ἁγία μεγάλη καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος, τὸ τοῦ κηρύγματος ἄνωθεν ἀσάλευτον ἐκδικήσασα, ὥρισε φρονίμως τῶν τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ ἁγίων πατέρων τὴν πίστιν μένειν ἀπαρεγχείρητον. καὶ διὰ μὲν τοὺς τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου μαχομένους, τὴν χρόνοις ὕστερον ἀπὸ τῶν ἐπὶ τῆς βασιλευούσης πόλεως ἑκατὸν πεντήκοντα συνελθόντων πατέρων περὶ τῆς ἁγίου πνεύματος θεότητος ἀδιαθέτως ἀποδοθεῖσαν διδασκαλίας κυρῶν, ἣν ἐκεῖνοι πᾶσιν ἐγνώρισαν, οὐχ ὡς λεῖπον τοῖς προλαβοῦσιν ἐπεισάγοντες ἀλλὰ τὴν περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἀυτῶν ἔννοιαν καὶ τῶν τὴν αὐτοῦ δεσποτείαν ἀθετεῖν πειρωμένων γραφικαῖς μαρτυρίαις πανώσαντες. διὰ δὲ τοὺς τὸ τῆς οἰκονομίας διαφθείρειν τολμῶντας μυστήριον, καὶ ψιλὸν ἄνθρωπον τὸν ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου τεχθέντα μαρίας, ἀναιδῶς ληρωδοῦντας, τὰς τοῦ μακαρίου κυρίλλου τοῦ τῆς ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας προεστῶτος ποιμένος συνοδικὰς ἐπιστολὰς πρός τε νεστόριον καὶ πρὸς τοὺς τῆς ἀνατολῆς ἀρμοδίως ἔχας ἐδέξατο, εἰς ἔλεγχον μὲν τῆς νεστορίου φρενοβλαβείας, ἑρμηνείαν δὲ τῶν ἐν εὐσεβεῖ ζήλῳ τοῦ σωτηρίου συμβόλου ποθούντων τὴν ἔννοιαν· αἷς καὶ τὴν ἐπιστολὴν τοῦ τῆς μεγίστης καὶ πρεσβυτέρας ῥώμης πρόεδρου, ὁ μακαριώτατος καὶ ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου λέοντος, τὴν γραφεῖσαν πρὸς τὸν ἐν ἁγίοις ἀρχιεπίσκοπον φλαβιανὸν ἐπ' ἀναιρέσει τῆς δυτυχοῦς κακονοίας, ἵνα πατὴρ τοῦ μεγάλου πέτρου ὁμολογίᾳ συμβαίνουσαν, κοινήν τινα στήλην ὑπάρχουσαν κατὰ τῶν κακοδοξούντων, εἰκότως συνήρμοσε πρὸς τὴν τῶν ὀρθῶν δογμάτων βεβαίωσιν. τοῖς τε λυσὶ εἰς υἱῶν δυάδα τὸ τῆς οἰκονομίας διασπᾶν ἐπιχειροῦσι μυστήριον παρατάττεται· καὶ τοὺς παθητὴν τοῦ μονογενοῦς λέγειν τολμῶντας τὴν θεότητα τοῦ τῶν ἱερῶν

A tatis inimici, prædicationem illius per propias hæreses subvertere molientes, quasdam vocum novitates pepererunt: alii quidem mysterium dominicæ dispensationis, quæ propter nos facta est, corrumpere ausi, & vocem Deipatæ in Maria Virgine denegantes: Alii verò confusionem & mixtionem introducentes, & unam esse naturam carnis ac Deitatis stultè fingentes, & divinam Unigeniti naturam passioni obnoxiam esse per confusionem somniantes: idcirco sancta hæc, magna & Universalis Synodus, omnem illis viam fraudis & machinationis adversus veritatem vo-
B lens præcludere, & prædicationis jam inde ab initio inconcussum robur vindicans, definivit: ante omnia ut fides trecentorum & octodecim sanctorum Patrum intemerata permaneat, ac propter illos quidem, qui Spiritum Sanctum impugnant, de substantia Spiritus Sancti doctrinam, quæ postmodum tradita est à centum & quinquaginta Patribus, qui in Regia urbe congregati sunt, confirmat: quam illi omnibus promulgarunt, non tanquam aliquid adjicientes quod Priotibus deesset, sed ut suam de Spiritu Sancto sententiam adversus eos, qui dominationem illius
C evertere conabantur, scripturarum testimoniis declararent. Propter eos verò, qui dispensationis mysterium audent corrumpere, & eum, qui ex sancta Virgine Maria natus est, purum hominem esse impudenter deliranr, beati Cyrilli, qui Alexandrinæ Ecclesiæ Pastor fuit, synodales Epistolas ad Nestorium & ad Orientales Episcopos scriptas susceptt, quippe quæ idoneæ sint tum ad vesaniam Nestorii confutandam, tum ad exponendum salutare Symbolum, in gratiam eorum, qui pio zelo adducti, intelligentiam illius assequi desiderant. Qui-
D bus Epistolam quoque beatissimi & sanctissimi Leonis maximæ & senioris Romæ Archiepiscopi, extinguendæ Eutychis malevolentiæ causâ scriptam ad sanctum Archiepiscopum Flavianum: quæ cum beati Petri confessione consentit, & communis quædam columna est adversus eos, qui male sentiunt, jure meritò conjunxit, ad rectorum dogmatum confirmationem. Nam & iis, qui dispensationis Mysterium in duos Filios distrahere conantur, repugnat: & eos, qui Unigeniti Deitatem perpessioni obnoxiam dicere non verentur, à conventu

sacrorum expellit: illis quoque, qui in duabus Christi naturis mixtionem seu confusionem comminiscuntur, resistit: eos item, qui formam servi, quam ille ex nobis assumpsit, cœlestis aut alterius cujuspiam substantiæ esse delirant, ejicit. Illos denique, qui ante unitionem quidem duas Domini naturas fabulantur, unam verò post unitionem fuisse confingunt, Anathemate percellit. S. igitur Patrum vestigiis insistentes, unum eundemque Filium confiteri oportere Dominum nostrum Jesum Christum, uno consensu omnes docemus; eundem perfectum in Deitate & eundem perfectum in humanitate: verè Deum, & verè hominem eundem, ex anima rationali constantem & corpore: Consubstantialem Patri secundum Deitatem, eundem verò nobis consubstantialem secundum humanitatem: per omnia similem nobis excepto peccato: ante sæcula quidem genitum ex Patre secundum Deitatem: in extremis autem temporibus eundem propter nos & propter nostram salutem ex Maria Virgine ac Deipara natum: Unum eundemque Jesum Christum, Filium, Dominum, unigenitum: in duabus naturis inconfusè, immutabiliter, indivisè atque inseparabiliter cognitum: naturarum differentiâ neutiquam extincta per unitionem: sed servata potius utriusque naturæ proprietate, & in unam personam seu hypostasin concurrente: non in duas partitum aut divisum personas, sed unum eundemque Filium unigenitum, Deum, Verbum Dominum Jesum Christum, sicut olim Prophetæ, & ipse nos de se Christus edocuit, & Patrum Symbolum nobis tradidit. His igitur cum omni cura ac diligentia à nobis constitutis, sancta & universalis synodus decrevit, ut nemini liceat aliam fidem proferre, aut conscribere, aut componere, aut sentire, vel alios docere. Quicunque vero ausi fuerint aliam fidem componere, aut proferre, aut docere, vel aliud Symbolum tradere iis, qui à gentilium superstitione vel Judaismo, vel ab alia qualibet secta ad veritatis cognitionem convertere se voluerint: si quidem Episcopi sint, ab Episcopali dignitate: Si verò Clerici, à Clero censeantur alieni. Quod si Monachi fuerint aut Laici, Anathemati subjiciantur. Cum hæc definitio lecta esset, Imperator Marcianus Chalcedonem ingressus, sy-

ἀποθεῖται συλλόγῳ, καὶ τοῖς ἐπὶ τῆς δύο φύσεις
ἓν χεῖς ἓ κράσιν ἢ συγχυσιν ἐπινοοῦσιν ἀνθίσα-
τὰς ἐρανίᾳ ἢ ἑτέρας τινὸς οὐσίας τὴν ἐξ ἡμῶν
ληφθεῖσαν ἀνάπλασ ἓ δ' ἑλληνοφρονῶν ἢ ἰουδαΐζων
ἐξελαύνει· καὶ δύο μὲν πρὸ τῆς ἑνώσεως φύσεις ἓ
κυρίᾳ μονὰς ὑπολαμβάνοντας, μίαν ἢ μετὰ τὴν ἕνωσιν ἀνα-
πλάττοντας, ἀναθεματίζει. ἑπόμενοι τοίνυν τοῖς
ἁγίοις πατράσιν, ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ὁμολογεῖν
υἱὸν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν χριστὸν, καὶ συμφώνως
ἅπαντες ἐκδιδάσκομεν, τέλειον τὸν αὐτὸν εἶναι
θεότητι, καὶ τέλειον τὸν αὐτὸν ἐν ἀνθρωπότητι, θεὸν
ἀληθῶς, καὶ ἄνθρωπον ἀληθῶς, τὸν αὐτὸν ἐκ
ψυχῆς λογικῆς καὶ σώματος, ὁμοούσιον τῷ πα-
τρὶ κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν τὸν αὐτὸν
κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα, κατὰ πάντα ὅμοιον ἡμῖν
χωρὶς ἁμαρτίας· πρὸ αἰώνων μὲν ἐκ τοῦ πα-
τρὸς γεννηθέντα κατὰ τὴν θεότητα. ἐπ' ἐσχάτων δὲ
τῶν ἡμερῶν τὸν αὐτὸν δι' ἡμᾶς καὶ διὰ τὴν ἡμε-
τέραν σωτηρίαν ἐκ Μαρίας τῆς παρθένου τῆς θεο-
κου κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα· ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν χ̄ν
σὸν χεῖς ὸν υἱὸν κύριον μονογενῆ ἐν δύο φύσε-
σιν ἀσυγχύτως, ἀτρέπτως, ἀδιαιρέτως, ἀχω-
ρίστως γνωριζόμενον· οὐδαμοῦ τῆς τῶν φύσεων
διαφορᾶς ἀνῃρημένης διὰ τὴν ἕνωσιν· σωζομέ-
νης δὲ μᾶλλον τὸ ἰδιότητος ἑκατέρας φύσεως καὶ
εἰς ἓν πρόσωπον, καὶ μίαν ὑπόστασιν συνερχό-
σης· οὐκ εἰς δύο πρόσωπα μεριζόμενον, ἢ
διαιρούμενον. ἀλλ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν υἱὸν μονογε-
νῆ θεὸν λόγον, κύριον ἰησοῦν χριστὸν, καθάπερ
ἄνωθεν οἱ προφῆται περὶ αὐτοῦ καὶ αὐτὸς ἡμᾶς ὁ
χριστὸς ἐξεπαίδευσε, καὶ τὸ τῶν πατέρων ἡμῖν
παραδέδωκε σύμβολον. τούτων τοίνυν μετὰ πά-
σης ἀκριβείας καὶ ἐπιμελείας παρ' ἡμῶν διατυ-
πωθέντων, ὥρισεν ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ σύν-
οδος, ἑτέραν πίστιν μηδενὶ ἐξεῖναι προσφέρειν,
εἴτ' ἐν συγγράφειν, ἢ συντιθέναι, ἢ φρονεῖν, ἢ δι-
δάσκειν ἑτέρως. τοὺς δὲ τολμῶντας ἢ συντι-
θέναι πίστιν ἑτέραν ἤγουν προσκομίζειν ἢ δι-
δάσκειν, ἢ παραδιδόναι ἕτερον σύμβολον
τοῖς ἐθέλουσιν ἐπιστρέφειν εἰς ἐπίγνωσιν ἀλη-
θείας ἐξ ἑλληνισμοῦ καὶ ἰουδαϊσμοῦ ἢ ἐξ ἑτέ-
ρας αἱρέσεως οἱασδήποτε, τούτους εἰ μὲν
εἶεν ἐπίσκοποι, ἢ κληρικοὶ, ἀλλοτρίους εἶναι
τοὺς ἐπισκόπους τῆς ἐπισκοπῆς, καὶ τοὺς κλη-
ρικοὺς τοῦ κλήρου· εἰ δὲ μοναζοντες ἢ λαϊ-
κοὶ εἶεν, ἀναθεματίζεσθαι. μετὰ τοίνυν
τὸν ἀνεγνωσμένον ὅρον, καὶ βασιλεὺς
μαρκιανὸς ἀνὰ τὴν καλχηδονέων τὴν

συνόδῳ προεδρεύοντος, δημηγορήσας τε αὖ ἐπανέζευξε. καὶ περὶ συμβάσεων ἰβηρικῶν τε καὶ μαξίμου τὰ πρὸς τῶν καθ' αὑτὸν ἐπαρχιῶν διώκησαν, καὶ θεοδώρου καὶ ἴβας ἀνεκλήθησαν, καὶ ἕτερα κεκίνηνται, ἅπερ ὡς ἔφθην εἶπον, μετ' αὐτὴν τὴν ἰσοσίαν ἐγγέγραπται. ἐδόκει δὲ καὶ τὸν πρόεδρον τῆς νέας ῥώμης ἐν τοῖς πρεσβείοις τῆς πρεσβυτέρας ῥώμης, τῶν ἄλλων τὰ πρεσβεῖα φέρειν.

A nodo interfuit, & oratione ad Episcopos habita, mox recessit. Juvenalis item & Maximus controversias, quæ inter ipsos erant de quibusdam provinciis, certis conventionibus diremerunt. Præterea Theodoritus & Ibas restituti sunt in integrum. Alia quoque tractata sunt, quæ ut supra dixi, ad calcem hujus libri scripta Lector inveniet. Denique decretum est, ut sedes Archiepiscopalis Junioris Romæ, eo quod secunda sit post seniorem Romam, prærogativam supra reliquas sedes obtineat.

Κεφ. ε'.

Περὶ τῆς γενομένης στάσεως ἐν ἀλεξανδρείᾳ, χάριν τῆς χειροτονίας πρωτερείου, ὁμοίως καὶ ἐν ἱεροσολύμοις.

Cap. V.

De seditione, quæ Alexandriæ facta est ob ordinationem Proterii: & de ea, quæ contigit Hierosolymis.

Ἐπὶ τούτοις διόσκορος μὲν τὴν γαγγρηνῶν τῶν παφλαγόνων οἰκεῖν καλακείνεται προεδρεύει δὲ τὴν ἐπισκοπὴν, ψήφῳ κοινῇ τῆς συνόδου, τῆς ἀλεξανδρέων κληροῦται· ὡς ἐπειδὴ τὸν οἰκεῖον καταλήψεται θρόνον, μέγας καὶ ἀνύποις ταράχος τῷ δήμῳ διανέστηκε πρὸς διαφόρους κυμαινομένῳ γνώμας. οἱ μὲν γὰρ διόσκορον ἐπεζήτουν, ὅπερ εἰκὸς ἐν τοῖς τοιούτοις γίνεσθαι· οἱ δὲ, προτερίου μάλα γενναίως ἀντείχοντο, ὡς καὶ πολλὰ καὶ ἀνήκεστα προσελθεῖν. ἱστορεῖ δ' ἐν τούτοις ὁ ῥήτωρ, φθῆναι τηνικαῦτα τὴν ἀλεξάνδρου τῆς θηβαίων ἐπαρχίας, ἰδεῖν τε τὸν δῆμον ὁμόσε καταστῶν ἀρχόντων χωροῦντα. τῆς τε στρατιωτικῆς δυνάμεως τὴν στάσιν διακωλύειν βουλομένης, λίθων βολαῖς αὐτοὺς χρήσασθαι τρέψασθαί τε τούτους καὶ ἀνὰ τὸ ἱερὸν τὸ πάλαι σαράπιδος ἀναδραμόντας ἐν πολιορκῆσαι, καὶ πυρὶ ζῶντας προσβαλεῖν ταῦτα τε τὸν βασιλέα μαθόντα, δισχιλίους νεολέκτους ἐκπέμψαι καὶ τὸ πνεῦμα ἐπιτυχόντας ἠριδρομῆσαι, ὡς ἀνατολῶν ἑκτῶν τῶν ἡμερῶν τῇ μεγάλῃ τῶν ἀλεξανδρέων πόλει. κἀκεῖθεν τῶν στρατιωτῶν παρεινάντων ἕστε τὰς γαμετὰς καὶ θυγατέρας τῶν ἀλεξανδρέων, τῶν πρώτων πολλὰ δεινότερα προελθεῖν ὕστερόν τε δεηθῆναι τὸν δῆμον ἅπαντα τῶν στρατιωτικῶν ταγμάτων ἡγεμόνα, ὁμοῦ τε καὶ τὸν πολιτικὸν διέποντος ἀρχήν, ἀνατολιπποδρομίαν ἁλόντα, ὥστε καταπαύσασθαι αὐτοῖς τὸ σιτηρέσιον χορηγίαν, ἣν παρ' αὐτῶν ἀφῄρητο, τά τε βαλανεῖα, καὶ τὴν θέαν, καὶ ὅσα διὰ τὴν

Postea Dioscorus quidem in urbem Paphlagoniæ Gangram est relegatus: Proterius verò communi totius synodi suffragio Alexandrinum Episcopatum fortitur. Qui cum sedem suam capessiviſſet, ingens atque intolerabilis exortus est tumultus in civitate, populo in diversas sententias distracto. Alii enim Dioscorum requirebant, ut in hujusmodi occasionibus fieri solet. Alii Proterium pertinaciter defendebant: Adeò ut multa admodum gravia, ac prope insanabilia inde profluxerint. Certè Priscus Rhetor in historia sua scribit, his temporibus venisse se Alexandriam ex provincia Thebaide, & populi multitudinem imperum in Magistratus facientem vidisse. Cumque milites seditionem inhibere vellent, populum eos lapidibus appetiviſſe & in fugam vertisse; & cum milites in templum quod olim fuerat Serapidis, se recepissent, populum eos illic obsedisse & vivos concremasse. Ea re cognita, Imperatorem duo millia militum, qui recens conscripti erant, eo misisse: qui secundo vento usi, adeo prosperè navigarunt, ut sexta post die ad magnam Alexandrinorum urbem appulerint. Deinde cum milites petulantius illuderent uxoribus & filiabus Alexandrinorum, multò graviora quam antehac perpetrata esse. Tandem verò populum in circo congregatum, rogasse Florum, qui tunc dux rei militaris per Ægyptum, & præfectus simul erat Alexandriæ, ut præbitionem Annonæ quam ipsis ademerat, restitui curaret, balnea item ac spectacula, & quæcunque ipsis

ablata fuerant ob seditionem ab ipsis concitatam. Florum verò, suasu & Concilio Prisci Rhetoris in conspectum populi prodiisse, seque id facturum promisisse, atque ita seditionem paulatim dissolvisse. Sed neque solitudo, quæ est juxta Hierosolymam, tranquillo in statu erat. Etenim nonnulli ex Monachis, qui Concilio interfuerant, & contrariam ejus decretis opinionem imbiberant, in Palæstinam venerunt: fidemque proditam conquesti, universos Monachos concitare atque inflammare cœperunt. Et quoniam Juvenalis Propriam sedem receperat, cumque à se ditiosis compelleretur, ut sententiam suam retractaret, atque Anathemate damnaret, ad urbem regiam contenderat, ii, qui Chalcedonensi synodo contraria sentiebant, uti supra dixi, in unum coeuntes, in Ecclesia sanctæ Resurrectionis Episcopum ordinant Theodosium, eum qui in Chalcedonensi synodo maximos tumultus excitaverat, primusque ipsis de eadem synodo nuntiaverat. De quo postea Monachi Palæstinæ cum ad Alcisonem scriberent, hæc retulerunt: eum cum à proprio Episcopo in maleficiis deprehensus esset, Monasterio suo expulsum fuisse: cumque Alexandriam venisset, adortum esse Dioscorum, & tanquam seditiosum multis concisum verberibus, & camelo impositum per universam urbem, instar malefici, traductum fuisse. Ad hunc igitur multi ex urbibus trium Palæstinarum accedentes, Episcopos ab illo sibi ordinari curarunt. Inter quos fuit Petrus quidam oriundus ex Hiberia, cui Majumæ, quod oppidum est juxta urbem Gazæorum, Episcopatus commissus est. Hæc ubi comperit Marcianus, primò quidem Theodosium ad se in comitatum perduci jubet. Deinde Juvenalem mittit, ut ea quæ gesta fuerant, corrigeret: Mandans ut cunctos, qui à Theodosio ordinati fuerant, expelleret. Post adventum igitur Juvenalis, multa tristia atque acerba contigerunt, cum ex utraque parte fierent quæcunque furor ipsis suggerebat. Quippe invidus, Deoque invisus Dæmon, unius litteræ mutationem adeò maligne commentus ac perperam interpretatus fuerat, ut cum unius litteræ prolatio alteram omnino simul inducat, multum tamen inter eas esse discriminis, & sensus utriusque ex diametro inter se pugnare, ac sese invicem perimere

A γλομένην παρ' αὐτῶν ἀταξίαν ἀπεκόπτο
καὶ ὕστως τὸν φλῶρον ἐσηγήσ τῇ αὐτῇ φαι
ζα τῷ δήμῳ, ὑποχάζ ταὐτῷ καὶ τὼ σα
πρὸς βραχὺ διαλῦσαι. ἀλλ' οὐδὲ ὧδ τὴν ἔρ
μον τὴν πρὸς τῷ ἱεροσόλυμα, μὴν ἠρεμίαν ἔχ
ἔνιοι γὰρ τῶν μοναχῶν τῶν ἀνὰ τὴν συνόδ
ρεθέντων, καὶ ἐναντία ταύτῃ βεληθέντων φρ
νεῖν, πρὸς τὴν παλαιστίνην ἀφικνοῦ ἡ θεοδ
σίαν τ πίστεως ὀδυρόμενοι, τὸ μοναδικὸ
πευσθὸν ἀναῤῥιπίσαι καὶ ἀνασοβῆσαι. κἀπ
δὴ περὶ ἰβεναλίου τὸν οἰκεῖον καλειληφὼ φρ
νον, ἐβιαζόμενοι παρὰ τῶν ἀνασυρέντων
οἰκεῖα ἀνασκευάσαί τε καὶ ἀναθεμάτισα
κὴ τὴν βασιλέως πόλιν ἀνέθεμεν, ὁλω
τες οἱ ἐναντία τῆς ἐν καλχηδόνι συνόδ
ἀνωτέρω εἰρήκαμεν, φρενοῦντες, χειρ
ἀνὰ τὴν ἁγίαν ἀνάστασιν θεοδόσιον, τὸν μ
λιστα κυκήσαντα τὴν ἐν καλχηδόνι συνόδ
τὸν κ πρῶτον ἐπὶ ταύτης αὐτοῖς ἀγγείλα
ἐπὶ ὕστερον τὸ ἐν παλαιστίνῃ μοναχικὸν πρ
ἀκλίσωτα γράφον εἰρηκεν, ὡς ἐπὶ τῇ ὀνικ
ἐπισκόπῳ ἐπὶ κακουργίαις ἁλὼς, τε καὶ αὐ
ἁπλάθη μοναστηρίῳ, καὶ ὅτι γεκ τῶν
λεξάνδρειαν ἐλθόντα ἀπελάβετο τῷ δυσκι
ρῳ, καὶ πολλαῖς ὡς ἐπασιόδης καταξανθέ
πληγαῖς, ἐπὶ καμήλου ἵσα κακούργοις, ἀν
τὴν πόλιν περιενέχθη. πρὸς ὃν πολλοὶ τῶ
ἐν παλαιστίναις πόλεων ἀφικνούμενοι, χε
ροτονείας σφίσιν ἐπισκόπους παρεσκευάζ
ἐν οἷς καθεισηκὼς καὶ πέτρος ὁ ἰβηρίας, τ
καλουμένῳ μαϊουμᾶ τῷ πρὸς τῇ γαζαίων πόλ
τὰς οἰκείας τῆς ἐπισκοπῆς πεπυθεὶς. ἅπερ ἐ
πειδὴ μαρκιανὸς ἔγνω, πρῶτα μὲν ἀχθῆνα
παρ' αὐτῷ κ τὸ τεραπεδον τὸν θεοδόσιο
κελεύει. ἐκπέμπει δὲ τὸν ἰβεναλίου, πρὸς δι
όρθωσιν τῶν γεγονημένων, ἀπελαθῆναι πάν
τας τοὺς ὑπὸ θεοδοσίου χειροτονηθέντας ἐγκε
λευσάμενος. μὴ γὰρ τὴν ἀφιξιν ἰβεναλίου
πολλὰ καὶ ἀνιαρὰ γεγόνασιν ἐκεῖθεν ἔνθε
προϊόντων, ὅσα περ ὁ θυμὸς αὐτοῖς ὑπηγόρευ
βασκάνου δὲ θεομισοῦς δαίμονος, ὅτως ἐνὸς
γράμματος ἀναλλαγὴν κακούργως τεχνα
σαμένου τε καὶ παρερμηνεύσαντος, ὥστε τῆς
θατέρου τούτων ἐκφωνήσεως, πάντως ἐπα
γόμενα ἐνταῦθα τὸ ἕτερον, πολὺ τὸ δι
ἀλλάττον παρὰ τοῖς πολλοῖσι νομίζεσθαι,
καὶ ἀντικρὺ τὰς ἐννοίας διαμέτρου φέ
ρεσθαι, καὶ ἀλλήλων ἀναιρετικὰς καθεστά-

νας. ὅ, τε γὰρ ἐν δύο φύσεσι τὸν χριστὸν ὁμολογῶν, ἐκ δύο ἀδιαιρέτως λέγει, εἴπερ ἐν θεότητι καὶ ἀνθρωπότητι σωζομολογῶν τὸν χριστὸν, ὁμολογῶν ἐκ θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος συντεθεῖσθαι λέγει. ὅ, τε ἐκ δύο λέγων, τὸν ἐν δύο πάντως ὁμολογίαν ἐπάγει, εἴπερ ἐκ θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος τὸν χριστὸν λέγων ἐν θεότητι καὶ ἀνθρωπότητι ὁμολογεῖ αὐτὸν καθεστάναι· ὅτε τῆς σαρκὸς εἰς θεότητα μεταβληθείσης, ὅτε αὖ τῆς θεότητος εἰς σάρκα χωρησάσης, ἐξ ὧν ἡ ἄῤῥηκτος ἕνωσις· ὡς διὰ τῆς ἐκ δύο φωνῆς συνιέσθαι νοεῖσθαι προσφόρως τὸν ἐν δύο, τὸ διὰ τῆς ἐν δύο τὸν ἐκ δύο, καὶ θάτερον τὸ ἕτερον μὴ ἀπολιμπάνεσθαι· ὅπου γε καὶ τὸ θεῖον, οὐ μόνον τὸ ὅλον ἐκ μερῶν, ἀλλὰ καὶ ἐν μέρεσι τὸ ὅλον γνωρίζεσθαι· καὶ ὅμως ὅτως ἀλλήλων ἀπεχωρίσθαι ταῦτα νομίζουσιν ἄνθρωποι, συνηθείᾳ τινὶ περὶ τῆς θεοῦ δόξης, ἢ καὶ τὸ ὕστερον βέλεσθαι προειλημμένοι, ὡς πάσης ἰδέας θανάτου προφέρειν, ἢ πρὸς τὴν ἐξ ὄντος ἴσον συγκαλάθεσιν· ὅθεν τὰ λελεγμένα μοι γεγόνασι καὶ ταῦτα μὴ ἔχειν ὅτως.

A à plerisque existimentur. Nam qui Christum in duabus naturis confitetur, illum ex duabus naturis esse apertè dicit. Si quidem dum Christum in deitate & humanitate confitetur, ex deitate & humanitate eum constare concedit. Rursus, qui ex duabus naturis dicit, idē consequenter in duabus etiam confitetur. Quippe dum ex deitate & humanitate Christum esse dicit, in deitatē & humanitate eum consistere profitetur, nec carne in deitatem conversa, nec deitate item in carnem mutata: quarum ineffabilis existit unitio. Adeo ut per vocē hāc, ex duabus, simul etiam commodè intelligatur in duabus: & per vocem hanc, in duabus, intelligatur quoque ex duabus, nec alterum distet ab altero. Quandoquidem jùxta abundantem loquendi usum, non solum ex partibus, verum etiam in partibus totum cognoscitur. Nihilominus tamen hæc inter se adeo esse disjuncta ac separata homines arbitrantur, consuetudine quadam de Deo sentiendi, vel certe inductione animi præoccupati; ut quodvis mortis genus subire malint, quam veritati consensum accommodare. Atque hinc orta sunt mala, quæ supra commemoravi. Verum hæc quidem ita se habuere.

B

C

Κεφ. ς'.

Περὶ τῆς γενομένης ἀνομβρίας, λιμοῦ τε καὶ λοιμοῦ· ὅπως τε παραδόξως ἐν τισι χώραις αὐτομάτως ἢ γῆ τοὺς καρποὺς ἐβλάστησεν.

Cap. VI.

De siccitate, & de fame ac peste. Et quomodo in quibusdam locis tellus sua sponte fructus ediderit.

Ὑπὸ τούτοις δὴ τοῖς χρόνοις, καὶ ὀμβρίων ὑδάτων ἀπανίς γέγονεν ἔν τε Φρυγίαις, γαλατίαις τε αὖ καὶ καππαδοκίαις, καὶ κιλικίαις, ὡς ἐνδεία τῶν ἀναγκαίων καὶ ὀλεθριωτέρας τροφῆς μεταλαμβάνειν τοὺς ἀνθρώπους· ὅθεν καὶ λοιμὸς γέγονεν· ἐνόσουν τε τῇ μεταβολῇ τῆς διαίτης, καὶ ὀιδαίνοντος D σφίσι τοῦ σώματος διὰ ὑπερβολὴν τῆς φλεγμονῆς, τὰς ὄψεις ἀπώδυνον· βηχός τε συνηθρομένης, τελαίους τὸν βίον ἀπελίμπανον. καὶ τὸ μὲν λοιμοῦ τέως βοήθειαν οὐδεμίαν εἶχεν εὑρεῖν. ἀκμὴ γὰρ λιμοῦ τοῖς ὑπολειφθεῖσιν ἡ πάντων σώτειρα δέδωκε τροφοία, καὶ μὲν τὸ ἄγονον ἔτος τροφὴν ἐκ τῆς ἀέρος ἐπιῤῥέξασα, ἴσα τοῖς ἰσραηλίταις μάννα, προσηγόρευσαι· ἀνὰ δὲ τὸ ἑξῆς ἔτος αὐτομάτως διδοκήσασα τὰς καρπὰς τελεσιουργηθῆναι. ταῦτα καὶ τὴν παλαιστινῶν χώραν

Isdem temporibus ingens siccitas fuit in utraque Phrygia, & in utraque Galatia, Cappadocia ac Cilicia. Adeo ut secutâ exinde rerum necessariarum penuriâ, homines noxiis usi sint cibis. Unde pestis etiam exorta est. Ex victus enim mutatione in morbum delapsi, corporibus ob nimiam inflammationem tumescentibus oculos amittebant: simulque tussi vexati, tertio die moriebantur. Ac pestis quidem nullum tunc remedium potuit inveniri. Contra famem vero, iis, qui residui erant, remedium præstitit DEI providentia omnium conservatrix. Quippe anno illo, qui sterilis fuerat, cibus è cœlo depluit, quod manna vocant, non secus atque olim Israelitis. Insequente autem anno tellus sua sponte maturos fructus protulit. Porro hæc calamitas Palæstinam quoque & alias regio-

nes prope innumerabiles depasta est, duobus his malis per universum terrarum orbem pervagantibus.

Cap. VII.

De cæde Imperatoris Valentiniani, & quomodo capta sit Roma: & de Imperatoribus, qui post Valentinianum regnarunt.

DUm hæc in Orientis partibus geruntur, Romæ Aëtius crudeliter interfectus est. Valentinianus quoque Occidentalium partium Imperator, & cum eo Heraclius à quibusdam Aetii satellitibus occiduntur, insidiis à Maximo, qui postea imperium arripuit, adversus eos structis, eò quod Valentinianus conjugem Maximi per vim constuprasset. Porro hic Maximus Eudoxiam Valentiniani uxorem, invitam sibi nubere coegit. Quæ cum id factum, contumeliæ loco & extremæ nequitiæ meritò esse duceret, jactâ, ut dicitur, aleâ quodvis periculum subire constituit, ut cædem viri sui, & contumeliam libertati suæ illatam ulcisceretur. Acris enim est fœmina, & implacabilis iracundiæ, quoties pudicitia quam inviolatam servare vult, per vim ipsi erepta fuerit, ac præcipuè ab illo, qui maritum ipsius interfecerit. Mittit ergo in Africam ad Gizericum: donisque illi quàm plurimis illico datis, & de reliquo bene sperare eum jubens, persuadet ut ex improviso Romanum imperium invadat, cuncta se illi proditurum pollicita. Quibus ita perpetratis, capta est urbs Roma. At Gizericus, utpote Barbarus & ingenio inconstans atque mutabilis, ne illi quidem fidem servavit. Sed urbe incensa, & cunctis opibus direptis, in Africam reversus est, Eudoxiam unà cum duabus filiabus secum abducens. Ex his majorem natu, Eudociam nomine, Hunerico filio suo conjugem dedit. Juniorem verò, Placidiam nomine, unà cum matre Eudoxiâ, aliquanto post cum regio cultu ac satellitio Byzantium misit, ut Marcianum Imperatorem placaret. Indignabatur enim Marcianus, tum quod urbs Roma incendio consumpta esset, tum quod Augustæ tanta contumelia affectæ fuissent. Cæterum Placidia jussu Marciani nupsit Olybrio, qui inter Senatores Romanos nobilissimus habebatur, & capta urbe Roma Constantinopolim se receperat. Post Maximum Avitus Romæ

ἐνεμήθη, ἄλλας τε πολλὰς καὶ ἀναρίθμητος τὴν γῆν τῶν παθῶν ἅπασαν νόσους.

Κεφ. ζ.

Περὶ τῆς ἀναιρέσεως Οὐαλεντινιανοῦ καὶ ἁλώσεως Ῥώμης, καὶ περὶ ἑτέρων βασιλευσάντων μετ' αὐτόν.

ΤΟύτων ἐν τοῖς ἑῴοις πραττόντων, ἀνὰ τὴν πρεσβυτέραν Ῥώμην Ἀέτιος ὑπὸ δειλαίων τινῶν ἀνθρώπων μετὰ Ἡρακλείου καὶ Οὐαλεντινιανοῦ τοῦ τῶν ἑσπερίων μερῶν βασιλεύοντος, σὺν αὐτῷ τῷ ἡγεμόνι, πρός τινων αἰτητῶν δορυφόρων, ἐπιβουλῆς καταστάσης καὶ αὐτῶν πρὸς μάξιμον καὶ τὴν ἀρχὴν προσχωσάμενος, διότι τὴν μαξίμου γαμετὴν Οὐαλεντινιανὸς ὕβρει πρὸς βίαν αὐτῆς συμφθαρείς. ἔδει ὁ μάξιμος τὴν Εὐδοξίαν τὴν Οὐαλεντινιανοῦ γαμετὴν συμπάσῃ ἀνάγκῃ ἐποικίζειν. ἡ δὲ γε ὕβριν καὶ πᾶσαν ἀτοπίαν εἰκότως τὸ πρᾶγμα λογισαμένη, καὶ πάντα κύβον, τὸ δὴ λεγόμενον, ῥίψασα αἱρετισαμένη, ὑπὲρ ὧν ἔς τε τὸν γαμέτην ἐπεπόνθει, καὶ ἐς τὴν ἐλευθερίαν ἐξύβρισε. δεινὴ γὰρ γυνὴ καὶ ἀδυσώπητος λύπης, σωφρονούσης ἀνθεχομένη, εἰ ταύτην ἀφαιρεθείη, καὶ μᾶλλον παρ' ἕτερον ἀνδρα ἔτυχεν ὑπολέσασα. καὶ τὴν λιβύην σκήπτεται, καὶ δὴ ὥρα πλεῖσα πρὸς βουλὴν ἔσα, τό, τε εὐελπι καὶ τῶν ἐξῆς ὑποδεχομένη, πείθει γιζέριχον ἐπαναστῆναι ἀδοκήτως τῇ ῥωμαίων ἐπικρατείᾳ, πάντα αὐτῷ προδώσειν ὑποδεχομένη· ἔδη γε οὕτω, ἡ ῥώμη ἁλίσκεται· ὁ δὲ γιζέριχος ἅτε βάρβαρος καὶ τὸν τρόπον ἀσταθής τε καὶ παλίμβολος, οὐδὲ ταύτῃ τὸ πιστὸν ἐφύλαξεν. ἀλλὰ τὴν πόλιν πυρπολήσας, πάντα τε λῃσάμενος, λαβὼν τὴν Εὐδοξίαν σὺν καὶ ταῖς δύο θυγατράσιν, ἐς τὰπίσω τὴν ἔλασιν ποιεῖται· καὶ τῇ τὴν λιβύην ἀπιών, ᾤχετο· τῇ τὴν μὲν πρεσβυτέραν τῶν Εὐδοξίας θυγατέρων Εὐδοκίαν, ὀνομαζομένην συνάπτει τῷ οἰκείῳ παιδὶ Ὡνερίχῳ· τὴν νεωτέραν, ἅμα Εὐδοξίᾳ τῇ μητρὶ σὺν θεραπείαις ὕστερον βασιλικαῖς ἐς βυζάντιον ἐκπέμπει, μαρκιανὸν ἡμερόμενος. ἐνῆγε γὰρ Εὐδοξίαν ἐς ὀργήν, τό, τε τὴν ῥώμην ἐμπεπρῆσθαι, τό, τε τὰς βασιλίδας ὕβρει ξεσθῆναι· ἡ μὲν οὖν πλακιδία γάμοις ὁμιλεῖ κελεύσμασι μαρκιανοῦ, Ὀλυβρίῳ ταύτην ἐξοικισαμένου. ὃς ἐπίσημος τὰ γερουσίας ἐτύγχανεν ὤν, ἐπὶ τῆς ῥώμης ἁλούσης ἀνὰ τὴν κωνσταντινούπολιν ἀφικόμενος. μετ' οὐ μάξιμον, βασιλεύσαντα ῥωμαίων ἀ-

ξιτο μῆνας ὀκτώ. τοῦτο δὲ τὸν βίον λιμῷ μεταλλάξαντος μαϊωρεῖνος δὲ δεύτερον ἑτοῦτον τὴν βασιλείαν καθέξειν· μαϊωρῖνος δὲ ὀνομάζετο τῶν ῥωμαίων στρατηγὸς ὁλοφονηθέντος, καθέξειν τὴν ἀρχὴν σὺν ἔτεσι τρισίν.

A imperavit menses octo. Qui cum peste vitam finiisset, Majorianus biennio imperium obtinuit. Hic cum à Recimere Magistro militum per fraudem interfectus esset, Severus imperium occupavit annis tribus.

Κεφ. η'.

Περὶ τοῦ θανάτου μαρκιανοῦ, καὶ τῆς βασιλείας λέοντος· καὶ ὡς οἱ τῆς ἀλεξανδρέων ἀιρισιῶται τὸν πρόδρομον ἀποσφάξαντες, τιμοθέῳ τῷ αἰλούρῳ τὴν ἀρχιερωσύνην παραδιδόασι.

Cap. VIII.

De obitu Marciani, & de Imperio Leonis: & Quomodo Hæretici Alexandriæ Proterium quidem occiderunt: Timotheum autem Aelurum Archiepiscopum elegerunt.

ΕΤι δὲ βασιλεύοντος ῥωμαίων σεβήρου μαρκιανὸς τὴν βασιλείαν ἐναλλάξας πρὸς τὴν κρείττονα μεταχωρήσας λῆξιν, ἑπτὰ μόνοις ἔτεσι τὴν βασιλείαν διακυβερνήσας, μνημεῖον ὄντως βασιλικὸν καταλελοιπὼς παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις. ὅπερ οἱ τῆς ἀλεξανδρέων πυθόμενοι, τὴν κατ' αὐτοῦ προπέτειαν μείζονος θυμοῦ καὶ πλείστης θερμότητος ἀνενεώσαντο μῆνιν· ὀξὺ γάρ τι χρῆμα πρὸς ὀργὴν ὁ δῆμος, καὶ τὰς τυχούσας ἀφορμὰς ὡς ἕκκαυμα τῆς θορύβου ἔχων· ἐξ ἧς ἦν πάντων ὁ τῆς ἀλεξάνδρου πλῆθος τε πολλῷ κομῶν, καὶ μάλιστα ἀφανεῖ τε καὶ συγκλύδωνι, καὶ ὡς ἁλόγως θρασείας ὁρμὰς γαυρούμενος· ὅθεν ἀμελεῖ φασὶν εἶναι τῷ βεβορβόρῳ τὸ πρόσυχον καταρρήξαντι, πρὸς δημοτικὴν σάσιν τὴν πόλιν ἐκβακχεύειν, ἄγειν τε καὶ φέρειν ὅπη καὶ καθ' ὅ βούλεται· τὰ πολλὰ δὲ καὶ παιγνιήμονα καθεσάναι, καθὼς ἡρόδοτος περὶ ἀμασίδος ἱστορεῖ. καὶ τοιαῦτα μὲν ὁ δῆμος ἐκεῖνος. ἐν μὲν τἄλλα ὅτις καὶ καλεφρόνησεν· ἐπιμεληθέντες δὲ ἐν καιρῷ οἱ τῆς ἀλεξάνδρου, καθ' ὃν διονύσιος τῶν στρατιωτικῶν τάγματος ἡγεμόνευε, ἀμφὶ τὴν αὐτὴν διέτριβεν Αἴγυπτον, ψηφίζονται πρόσθεν τὸν ἐπίκλην αἴλουρον τὸν τῆς ἀρχιερωσύνης ἀναβῆναι βαθμὸν, πρώην μὲν τὸν μοναδικὸν ἐπιμελούμενον βίον, ὕστερον δὲ τοῖς πρεσβυτέροις ἐναριθμηθέντα τῆς ἀλεξανδρέων καὶ πρὸς τῇ μεγάλῃ ἀγαγόντες ἐκκλησίᾳ, ἣ καίσαρος προσαγορεύεται, ἐπίσκοπον σφίσιν προχειρίζονται, ἔτι πρεσβείου θείου τε, καὶ τὰ τῆς ἱερατείας αὐλιεργοῦντος. παρῆσαν δὲ τῇ χειροτονίᾳ εὐσέβιος ὁ τῆς νικομηδείας πρόεδρος, πέτρος τε ὁ τῆς ἰβηρείας μαιουμᾶ ἐπίσκοπος, ὡς τὰ περὶ τούτων ἱστόρηται τῷ τὸν βίον συγγράψαντι πέτρῳ· ὅς φησι τὸν

De obitu Marciani, & de Imperio Leonis: & Quomodo Hæretici Alexandriæ Proterium quidem occiderunt: Timotheum autem Aelurum Archiepiscopum elegerunt.

PORro dum Severus Romæ Imperium administraret, Marcianus ex terrestri regno ad meliorem sortem translatus est, cum septem duntaxat annis imperasset, monumentum autem prorsus regium cunctis mortalibus reliquisset. Morte ejus audita, cives Alexandrini iram adversus Proterium conceptam acrius ac violentius renovarunt. Plebs quidem omnis suopte ingenio prona est ad iracundiam, & ex levissimis causis ansam tumultuandi arripit. Sed præ reliquis omnibus, hujusmodi est populus Alexandrinus, quippe qui maxima multitudine abundat, eaque obscura & promiscua hominum convenarum, & præcipiti quadam audacia atque impetu effertur. Itaque ajunt licere illic cuivis, si voluerit, levissima occasione arrepta, populum ad publicam seditionem concitare, & quò voluerit & contra quem voluerit ducere. Sed & jocis ac ludicris ut plurimum delectantur, quemadmodum de Amasi scribit Herodotus. Et populus quidem Alexandrinus istiusmodi est. In aliis autem rebus haudquaquam spernendus. Igitur Alexandrini, captato tempore quo Dionysius Dux rei militaris, in superiore Ægypto morabatur, Timotheum quendam cognomento Ælurum, Alexandrinæ urbis Episcopum eligunt, qui prius quidem monasticam vitam excoluerat, postea vero in numerum Presbyterorum Alexandrinæ Ecclesiæ fuerat adscriptus. Hunc ergo ad majorem Ecclesiam, quæ Cæsaris dicitur, cum duxissent, Episcopum sibi constituunt; Proterio adhuc superstite, & Episcopale munus obeunte. Interfuerunt autem ordinationi, Eusebius Episcopus Pelusii, & Petrus ex Hiberia oriundus, Episcopus Majumæ, quemadmodum commemoratis, qui vitam Petri litteris mandavit. Qui

quidem scribit, Proterium non à plebe Alexandrina, sed à milite quopiam interfectum fuisse. Porro cum Dionysius celerrime advenisset Alexandriam, urgente scilicet atrocitate rerum, quæ illic perpetrabantur: quidam ex Alexandrinis incitati à Timotheo, sicut scriptum est in litteris ad Leonem Augustum, Proterium interficiunt, gladio in ejus viscera adacto, cum is ad sacrum baptisterium confugisset. Eumque fune circumligatum ac suspensum, in loco, qui Tetrapylum dicitur, cunctis ostentant, irridentes ac vociferantes Proterium esse eum, qui occisus fuisset. Posthæc cadaver ejus per universam urbem raptatum incenderunt, viscera quoque ejus ferarum more degustare non veriti: sicut continet Libellus precum, quem Episcopi Ægypti, & universus Clerus urbis Alexandrinæ miserunt ad Leonem, qui mortuo Marciano, ut jam dixi, Romanum imperium administrabat. Libellus autem sic habet. Pio & Christi amantissimo, & à Deo designato, Victori ac Triumphatori & Augusto Leoni, preces oblatæ ab universis Episcopis Ægyptiacæ Diœcesis vestræ, & à Clericis maximæ & sanctissimæ Ecclesiæ Alexandrinorum vestrorum. Cum cœlesti gratia tanquam eximium quoddam munus orbi terrarum concessus fueris, jure merito quotidie post Deum Reipublicæ providere non cessas, omnium Imperatorum sanctissime Auguste. Et post alia. Dumque tranquilla pax Orthodoxæ plebis, tum apud nos, tum in urbe Alexandria esset, rursus turbæ excitatæ sunt, cum Timotheus statim post sanctum Chalcedonense Concilium, quo tempore duntaxat presbyter erat, ab Ecclesiæ Catholicæ communione & pace separasset se ac præcidisset, unà cum quatuor aut quinque quondam Episcopis & paucis Monachis, qui pestifero Apollinaris & Eutychis errore perindeac ipse impliciti tenebãtur. Quam ob causam tunc canonice depositi à beatæ memoriæ Proterio & ab universo Concilio Episcoporum Ægypti, imperialem quoque meritò vindictam exsilio experti sunt. Et paulò post. Cumque tempus captasset obitus divæ recordationis Marciani Augusti, impiis vocibus ac maledictis nomen illius impudenter incessens, tanquam nullis legibus subjectus: Sanctum præterea & universale Chalcedonense Concilium perfricta fronte anathema-

A τηρίον μὴ τὸν δῆμον, ἀλλά τινα τῶν στρα-
ωτῶν διαχθείσαντος. καὶ εἰληφότος δ' ἰσχυ-
τὴν πόλιν μετὰ πλείστης τάχους, τῶν ὑμνουμένων
Τοπημάτων συνωθούντων αὐλὸν, ὡσεὶ δοῦναι τοῖς ἐπὶ
διανασᾶσαν τὸ σάσεως πυρὸν σβέσαι καὶ
ἀλεξανδρέων παροξύνουσι τιμοθέῳ, ὡς ἐξε-
φη τῷ λέοντι, ἐπελθόντα τὸν πρεσβύτερον διαχύ-
σαι, ξίφους καὶ τῶν ἀπλάγχνων ὠμότητος, καὶ
τὸ πανάγιον βαπτιστήριον καταφεύγοντα
καὶ καλωδίῳ περιελκύσαντες, ἀνὰ τὸ καλούμενον
τετράπυλον τοῖς πᾶσιν ἐπιδείκνυον, ἐπιγε-
λῶντές τε καὶ κραυγάζοντες, ὡς πρεσβύτερον εἶναι τὸν
B ἀνηρημένον· καὶ μὴ ταῦτα τὸ σῶμα διὰπα-
σῆς πόλεως περιελκύσαντες, πυρὶ παραδόσαν
ὀδελῶν ἀπλάγχνων αὐτῶν ἴσα θηρίοις δρᾶ-
σαντες ναρκήσαντες, ὡς πρὸς ταῦτα πάλαι ἡ θε-
σις περιέχει τῶν ἐπισκόπων τῶν ἀνὰ τὴν ἀγρ-
πιον, καὶ τὸ σύμπαν τῆς ἀλεξαν-
δρέως, πρὸς λέοντα τὸν μετὰ μαρκιανὸν, αἰτι-
ρηται, τὴν ἐπικράλιαν τῶν ῥωμαίων περιέμεν-
γεγενημένην, ἥπερ γέγραπται ἐν ὀνόμασι τούτοις· π
βούσεβεῖ καὶ φιλοχρίστῳ καὶ θεοῦ ἀναδειχθέν
νικητῇ εροπαιέχῳ Αὐγούστῳ λέοντι, δέησις πα
περὶ τῶν ἐπισκόπων πάντων τῆς ὑμετέρας αἰ-
C πιάκης διοικήσεως, καὶ κληρικῶν τῶν κατὰ τὴν μ
γίστην ὑμετέραν ἀλεξανδρέων ἀγιωτάτην ἐκ
κλησίαν· ἐκ τῆς ἄνωθεν χάριτος δῶρον τῷ θε
προχειθεὶς, εἰκότως κήδῃ ὁσημέραι καὶ κα
νῦν μετὰ τὸν θεὸν προμηθούμενος εὐαγέσ
πάντων αὐτοκρατόρων αὔξησε· καὶ μεθ' ἑτερα
ἀσασιάσας εἰρήνης ὀρθοδόξων λαῶν πα
ἡμῖν τε καὶ τὴν τῶν ἀλεξανδρέων ὑπαρχο
σης, πάλιν προθέσει ἀποχοινίσαντος ἑαυτὸν τῆ
καθολικῆς ἐκκλησίας καὶ πίστεως, καὶ ἀποξενίσαν
εὐθὺς μετὰ τὴν ἐν καλχηδόνι ἁγίαν σύνοδον, τ
ηνικαῦτα δηθεν πρεσβύτερος τυγχάνοντος, ἅμα
D τέτρασιν ἢ πέντε μόνοις πολεμίοις ἐπισκόποις, καὶ
λίγοις μονάζουσι, σὺν ἀπλήστῳ αἱρετικῇ ἀπο-
λυναρίου καὶ τυχοῦς καὶ ἐκείνου νοσούντων κακοδο-
ξίαν· δι' ἣν καθαιρεθέντες ὅτε κανονικῶς ὑπὸ τ
τῆς θείας μνήμης προθεσίου καὶ πάσης ἁγιωτά-
ης συνόδου, βασιλικῆς εἰκότως συν ὀργῆς
κινήσεως ἐπειράθησαν καὶ μεθ' ἑτερα· ἐπιθρα-
σάντος τὴν ἐντεῦθεν πρὸς θεὸν ἐκδημίαν τῆς
εὐαγοῦς λήξεως μαρκιανοῦ τε γενομένου βασι-
λέως, βλασφέμοις τε φωναῖς, ὡς αὐτόνομος
αἰδῶς καὶ αὐτοθρασιωόμενος, καὶ τὴν ἁ-
γιαν καὶ οἰκουμενικὴν τὴν ἐν καλχηδόνι σύνοδον

ἀναθεματίζων ἀπερυθριασμένως, πλῆθος δή-
μου ὠνήτων τε καὶ ἀλάκτων ἐπισυρόμενος, ὃς
ἐσφάδασε κατά τε τῶν θείων κανόνων καὶ τῆς
ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως καὶ τῆς κοινῆς πολι-
τείας καὶ τῶν νόμων, ἐπεσέφρησεν ἑαυτὸν τῇ ἁ-
γίᾳ τε θεοῦ ἐκκλησίᾳ, ἐχούσῃ ποιμένα τὸν καὶ δι-
δάσκαλον, τὸν ἀγιώτατον ἡμῶν τὸν τηνικαῦτα
πατέρα καὶ ἀρχιεπίσκοπον Πρωτέριον, ἅς τε συν-
ήθεις συνάξεις ἐπιτελοῦντα, καὶ λιτὰς ἀναπέμ-
ποντα τῷ πάντων ἡμῶν σωτῆρι χριστῷ ὑπὲρ τῆς
θεοσεβοῦς ὑμῶν βασιλείας, καὶ ὃ φιλοχρίστου ὑ-
μῶν παλατίου. καὶ μεθ' ἑνὸς, καὶ μόνης διαγρυ-
μένης ἡμέρας, ἐν τῷ ἐπισκοπίῳ καὶ τὸ ἔθος δι-
άγοντος τοῦ θεοφιλεστάτου πρωτέρου, λαβὼν
μεθ' ἑαυτοῦ τιμόθεος τοὺς καθαιρεθέντας ἐνδί-
κως δύο ἐπισκόπους, καὶ κληρικοὺς ὁμοίως τῆς ἐ-
ξουσίας, ὡς ἔφημεν, οἰκείας καταγριθέντας· ὡς δὴ
χειροτονίαν παρὰ τῶν δύο δεξάμενος, μηδενὸς
τοῦ σύνολον τῶν καθ' ὅλην αἰγυπτιακὴν διοίκησιν
ὀρθοδόξων ἐπισκόπων παρόντος καὶ τὸ εἰω-
θὸς ἐπὶ ταῖς τοιαύταις τῆς ἀλεξανδρέων ἐκ-
κλησίας χειροτονίαις, ἐπιλαμβάνεσθαι ὡς ἐνόμι-
ζε, τῆς ἀρχιερατικῆς καθέδρας, μοιχείαν
παρρήσως τολμήσας καὶ τῆς ἐχούσης ἐκκλη-
σίας τὸν ἑαυτῆς νυμφίον, καὶ ἐνεργοῦντος ἐν αὐ-
τῇ τὰ θεῖα, καὶ κανονικῶς τὸν οἰκεῖον διέποντος
θρόνον· ὅτε μετ' ἄλλου οὐδενὸς ἄλλου ἦν ποιεῖν τὸν
μακάριον ἐκεῖνον, ἢ τόπον δοῦναι τῇ ὀργῇ καὶ τὸ
γεγραμμένον, καὶ τὸ σέβας καταλαβεῖν βα-
πτιστήριον, φύγοντα τῶν ἐπ' αὐτῷ τεταχότων
εἰς φόνον τοῦ ἐφοδον. ἐν ᾧ μάλιστα τόπῳ
καὶ βαρβάροις καὶ πᾶσιν ἀγρίοις ἀνθρώποις ἐγκί-
νδυνος θέας, τοῖς καὶ μὴ εἰδόσι τὸ σέβας τοῦ τόπου, καὶ
τοῦ ἐκεῖθεν βρύουσαν χάριν. ὅμως οἱ τὸν ἐξ
ἀρχῆς τιμοθέου σκοπὸν εἰς ἔργον περαγαγεῖν
σπουδάζοντες, οἱ μὴ ἦν ἐν τοῖς ἀρχαίοις ἐκείνοις
ἑπτοῖς αὐτὸν ἀνεχόμενοι σώζεσθαι, ὅτε τὸ σέβας
αἰδεσθέντες ἔθος. ὅτε τὸν καιρόν· ἦν γὰρ ἑορτὴ σω-
τηρίου πάσχα πανήγυρις, ὅτε τοῦ ἱερωσύνην
αὐτοῦ φείσαντες μεσοῦσαν θεῷ καὶ ἀν-
θρώποις, ἀποκτείνουσι τὸν ἀνεύθυνον, σφάτ-
τουσιν αὐτὸν ἀπηνῶς μὴ καὶ ἄλλων ἕξ. καὶ περιαγα-
γόντες τοῦτο τὸ λείψανον παντοίως κατατε-
τρωμένον, ὁμῶς τε περισύραντες κατὰ πάν-
τα σχεδὸν τόπον τῆς πόλεως, καὶ κατα-
πομπεύσαντες σχετλίως, ἡκίζοντο ἀνη-
λεῶς τὸ τῶν πληγῶν οὐκ αἰσθανόμενον σῶ-
μα διατμῆσαί τε καταμέλλοντες καὶ ὅσα τῶν

A tizans, multitudinem hominum venalium ac seditiosorum post se trahens, quos contra divinas regulas & Ecclesiasticam disciplinam, contra leges & Rempublicam armaverat, in sanctam Dei Ecclesiam irrupit, quæ pastorem & doctorem tunc temporis habebat sanctissimum nostrum Patrem & Archiepiscopum Proterium, qui tum solennes collectas celebrabat, & Servatori omnium nostrûm Christo preces ac vota faciebat pro religioso Imperio vestro & pro Christi amantissimo Palatio. Et post pauca. Deinde unico die elapso, cum Proterius Deo charissimus juxta morem in Episcopali domo B moraretur, Timotheus assumptis secum duobus Episcopis, qui legitime fuerant destituti, & Clericis, qui similiter, ut jam diximus, exilio damnati fuerant; perinde ac si ordinari posset à duobus Episcopis: nemine omnino ex Orthodoxis Episcopis Ægyptiacæ Diœcesis præsente, quemadmodum in hujusmodi ordinationibus Episcopi Alexandrini fieri solet, Archiepiscopalem sedem sicut ipse quidem putavit, occupat: adulterium palam inferre ausus Ecclesiæ, suum ipsius sponsum habenti, qui sacra in ipsa faciebat, & qui C sedem suam juxta canonum præcepta administrabat. Et aliquanto post. Nihil aliud facere potuit B. Proterius, quàm sicut scriptum est, dare locum iræ, & ad venerandum baptisterium confugere, ut eorum qui ad cædem faciendam irruebant, impetum declinaret: quo maxime in loco, ipsis etiam barbaris, & universis feris hominibus, qui sanctitatem ejus loci & promanantem inde gratiam ignorant, terror quidam oboriri solet. Nihilominus tamen hi, qui Concilium, quod Timotheus ab initio habuerat, ad effectum perducere studebant, qui ne in immaculatis quidem illis septis Proterium servari sustinebant; nec loci sanctitatem reveriti, nec tempus ipsum: erat enim tum dies festus Paschæ salutaris: nec sacerdotii dignitatem reformidantes, quæ inter Deum atque homines sequestra est, insontem occidunt, cumque eo sex alios crudeliter mactant. Et cadaver illius undequaque vulneratum circumducentes, per cuncta fere civitatis loca raptant atrociter, miserandum in modum ei insultantes, & corpus sensus omnis expers absque ulla misericordia verberantes, ac membratim sectantes. Ac ne-

quidem veriti sunt, ferarum more viscera illius degustare, quem paulo ante inter Deum atque homines interpretem ac sequestrum habere videbantur. Postremo quod reliqvum erat corporis cum in rogum conjecissent, cinerem in ventos sparserunt, quasvis bestias crudelitate longe superantes. Quorum omnium malorum auctor atque architectus fuit Timotheus. Porro Zacharias hæc in historia sua narrans, horum pleraque ita, ut dixi, gesta esse, fatetur, sed Proterii culpâ, qui gravissimos tumultus in urbe Alexandria excitaverat. Necà Populo, verum à quibusdam militaribus ea perpetrata esse contendit, nisus auctoritate Epistolæ quam Timotheus ad Leonem Imperatorem scripsit. Cæterum ad hæc vindicanda Leo Imperator Stilam misit.

ἐκεῖνος ἀπογενέσθαι καὶ τὰς θήρας φείσασθαι ἐκείνας, οὐ νέχειν μεσίτην θεοῦ καὶ ἀνθρώπων ἀναγκαῖον νομίσαι. τυχόντες γὰρ ἀφορμῆς τοῦ ὑπολειφθὲν αὐτοῦ σῶμα, τῷ ἐκ τέτταρα κοπτοῖς ἀνέμοις παρέπεμπον, θηρίων πᾶσαν ὑπεραγανακτήσαντες ἀγριότητα. ὧν ἁπάντων αἴτιος καὶ τῶν κακῶν σοφὸς οἰκοδόμος καθεστηκὼς πρόθεος. τῶν μὲν τοίνυν ζαχαρίᾳ τὰ περὶ τούτων διηγουμένῳ δοκεῖ, ὥσπερ ἔχθη μὲν τούτων πλείω, ἐξ αἰτίας δὲ προφερεῖς, μεγίστας ταραχὰς τῇ Ἀλεξανδρείᾳ ἐμποιήσαντος. οὐκ ἐκ τοῦ δήμου ταῦτα τολμηθῆναι, ἀλλ' ἐκ τινων στρατιωτικῶν, ἐξ ἐπιστολῆς τιμοθέου πεισθέντων πρὸς λέοντα γεγραμμένης. τέτοις μὲν ἐπιθήσων δίκην στίλας πρὸς τὸ βασιλέως λέοντος ἐκπέμπεται.

Cap. IX.

De Circularibus litteris Leonis Augusti.

SCripsit etiam circulares litteras ad omnes orbis Romani Episcopos, & ad eos, qui in vita monastica excellebant, interrogans eos tum de Chalcedonensi Synodo, tum de ordinatione Timothei cognomento Æluri. Simul etiam misit ad eos exemplaria libellorum precum, qvi ipsi oblati fuerant tam ex parte Proterii, quam ex parte Timothei Æluri. Porro Circulares Leonis litteræ sic habent. Exemplar Epistolæ sacræ piissimi Imperatoris Leonis, missæ ad Anatolium Constantinopolis Episcopum, & ad Metropolitanos, & reliquos totius orbis Episcopos.

Imperator Cæsar Leo Pius, Victor, Triumphator, Maximus, semper Augustus, Anatolio Episcopo. Erat hoc quidem in votis pietati meæ, ut omnes Orthodoxæ & sanctissimæ Ecclesiæ, cunctæ item urbes Imperii Romani, maxima quiete fruerentur, nec quidquam accideret, quod earum statum tranquillitatemque turbaret. Quæ verò nuper Alexandriæ contigerint, ea sanctitati tuæ nota jam esse equidem non dubito. Sed tamen ut rem omnem accuratiùs possis cognoscere, quæ causa tanti tumultus, tantæque perturbationis extiterit, exemplaria libellorum precum, quos religiosissimi Episcopi & Clerici ex supra dicta urbe Alexandria, & ex Ægyptiaca Diœcesi ad urbem Regiam Constantinopolim venientes, adversus Timo-

Κεφ. θ'.

Περὶ τῶν ἐγκυκλίων λέοντος βασιλέως.

Ἐγκυκλίους ἔγραψε καὶ χρῆται γράμμασιν ὅλεων τῶν ἀνὰ τὴν ῥωμαϊκὴν πολιτείαν ἐπισκόπων πυνθανόμενος, καὶ τῶν ἐν τῷ μοναδικῷ διαπρεπόντων βίῳ, περὶ τῆς ἐν καλχηδόνι συνόδου, καὶ τῆς τιμοθέου τοῦ ἐπίκλην αἰλούρου χειροτονίας, διαπεμψάμενος καὶ τὰ ἴσα τῶν ἐπιδεδομένων αὐτῷ δεήσεων ἔκ τε τῆς μοίρας πρωτερίου, ἔκ τε τῆς τιμοθέου τοῦ αἰλούρου. σύγκειται δὲ τὰ ἐγκύκλια τέτοις τοῖς ῥήμασιν· ἴσον θεοῦ γράμμα καὶ τὸ δυσσεβὲς ἀτρ βασιλέως λέοντος, πεμφθὲν ἀνατολίῳ ἐπισκόπῳ κωνσταντινουπόλεως, καὶ τοῖς καὶ τὴν οἰκουμένην ἅπασαν μητροπολίταις, καὶ λοιποῖς ἐπισκόποις.

Αὐτοκράτωρ καῖσαρ λέων, δυσσεβὴς, νικητὴς, τροπαιοῦχος, μέγιστος, ἀσεβάστος αὔγουστος, ἀνατολίῳ ἐπισκόπῳ. εἰ μὲν ἐν τοῖς ἐμοῖς εὐσεβείᾳ, ἅπασας τὰς ὀρθοδόξους ἁγιωτάτας ἐκκλησίας, ἔτι γε μὴν καὶ τὰς τῶν ῥωμαίων πολιτείαν πόλεις, μεγίστης ἡσυχίας ἀπολαύειν, μηδὲν ἂν συμβαίνειν τὴν αὐλῶν καταστασιν καὶ γαλήνην διαταράττον· διὰ δὲ τὴν ἀλεξανδρέων ἔναγχος συνέβη, εἰδέναι μέν ἤδη σε πεπείσμεθα τὴν σὴν ὁσιότητα. ἵνα δὲ τελεώτερον παρὰ πάντων διδαχθῇς, ποῖα αἴτια τοσούτου θορύβου καὶ συγχύσεως γέγονε, τὰ ἴσα τῶν δεήσεων ἃς οἱ δυλαβέστατοι ἐπίσκοποι καὶ κληρικοὶ ἀπὸ τῆς πρωτεχθείσης πόλεως τῆς αἰγυπτιακῆς διοικήσεως εἰς τὴν βασιλίδα κωνσταντινούπολιν παραγενόμενοι καὶ τιμοθέου

τῇ ἐμῇ εὐσεβείᾳ ἐκόμισαν· ὧν μὲν, ἀλλὰ καὶ ἴσα τῶν δεήσεων, ἃς εἰς τὸ θεῖον ἡμῶν προσπεδὸν ἀπὸ τῆς μοθέως ἀπὸ τῆς ἀλεξανδρέων περιχαρόμενοι, τῇ ἡμετέρᾳ ἐπιδεδώκασι γαληνότητι, πρὸς τὴν σὴν θεοσέβειαν ἀπεστείλαμεν. ὥστε καὶ πεπραχέναι περὶ τοῦ εἰρημένου τιμοθέου, ὃν ὅτε τῆς ἀλεξανδρέων δῆμος, καὶ ἀξιωματικοὶ, καὶ πολιτευόμενοι, ἵνα αὐτοῖς ἐπίσκοπον ἑαυτοῖς αἰτῶσι, καὶ περὶ τῶν ἄλλων πραγμάτων τῶν πρὸς αὐτῶν δεήσεων παρεχομένων, καὶ πρὸς τούτοις, περὶ τῆς ἐν καλχηδόνι συνόδου, ἢ πῶς ἀδαμοῦς συναινέσι, καθὰ αἱ ὑπολαμβάνουσαι δεήσεις αὐτῶν σημαίνουσι, φανερῶς δυνηθῆναι μαθεῖν τὴν σὴν ὁσιότητα. ἡ σὴ τοιγαροῦν εὐλάβεια ἅπαντας τοὺς ὀρθοδόξους ὁσίους ἐπισκόπους τοὺς ἐπὶ τῆς παροικίας καὶ τήνδε τὴν βασιλίδα πόλιν διαγούσας, ἔτι γε μὴν καὶ τοὺς εὐλαβεστάτους κληρικοὺς πρὸς ἑαυτὸν παραχρῆμα ποιησάσθω συνελθεῖν· καὶ πάντων ἐπιμελῶς προσκεκλευθέντων καὶ δοκιμασθέντων, ἐπειδὴ νῦν ἡ ἀλεξάνδρεια πόλις τέθραυται, ἧς πόνος τὰ κατ' αὐτὴν καὶ τὴν ἡσυχίας μεγίστη ἐστὶν ἡμῖν φροντὶς, εἰπάτω τὸ δοκοῦν περὶ τοῦ προειρημένου τιμοθέου καὶ τῆς ἐν καλχηδόνι συνόδου, ἄνευ τινὸς ἀνθρωπίνου φόβου, καὶ δίχα χάριτος καὶ ἀπεχθείας, μόνον τὸν τοῦ παντοκράτορος θεοῦ φόβον πρὸ ὀφθαλμῶν θέμενοι, ἐπειδὴ ἴσως περὶ τοῦ πράγματος τούτου τῇ ἀληθείᾳ θεότητι λόγον δώσετε· ἵνα περὶ πάντων δι' ὑμετέρων γραμμάτων τελείως διδαχθέντες, τὸν ἁρμόζοντα τύπον δέναι δυνηθῶμεν καὶ αὐτῇ μὲν πρὸς ἀναβολιον. τὰ παραπλήσια δὴ καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους ἐπισκόπους γέγραφε, καὶ πρὸς τοὺς ἐπισήμους, ὡς λέλεκταί μοι, τῶν κατ' ἐκεῖνο καιρὸν τὸν ἄσκευον καὶ αὐλον διαθλευόντων βίον. ὧν ἦν καὶ συμεώνης, ἐπικίονος πρῶτος τὴν τάσιν ἐξευρηκώς, ἔτι καὶ τὴν παλαιὰν ἰσοχείαν ἐμνήσθημεν, ἐς ὃν καθειστήκεισαν, βαραδάλος καὶ ἰάκωβος οἱ σύροι.

A theum Pietati meæ obtulerunt: exemplaria item libellorum precum, quos quidam ex parte Timothei ad sacrum nostrum comitatum ab eadem urbe Alexandria venientes, tranquillitati nostræ porrexerunt, ad sanctitatem tuam misimus. Ita ut quid factum sit à Timotheo, quem populus & honorati ac decuriones & naviculatii urbis Alexandrinæ sibi Episcopum postulant: de aliis item rebus, quæ in precum textu continentur: præterea de Chalcedonensi synodo, cui supra memorati neutiquam consentiunt, sicut preces eorundem subjectæ demonstrant: Sanctitas tua aB pertè possit cognoscere. Tua igitur reverentia omnes sanctos Episcopos Orthodoxos, qui nunc in hac urbe Regia commorantur, sed & Reverendissimos Clericos, quamprimum ad se faciat convenire. Et cunctis accurate tractatis atque examinatis, quandoquidem Alexandrina civitas jam perturbata est, de cujus statu ac tranquillitate plurimum solliciti sumus, certiores nos facite, quidnam de supra memorato Timotheo & de Chalcedonensi Synodo sentiatis: idque omni humano timore procul amandato, sine odio cujusqvam aut gratia: solum omnipotentis Dei timorem præ oculis habentes: quippe Cqui probe sciatis, vos rationem hujus rei intemeratæ divinitati esse reddituros. Quo nos per litteras vestras perfecte de omnibus edocti, competentem formam edere valeamus. Et hæc quidem Epistola missa est ad Anatolium. Similia verò Imperator scripsit, tum ad reliquos Episcopos, tum ad celeberrimum quemque eorum, qui tunc temporis, ut jam dixi, vitam à materia remotam, omnique apparatu destitutam agebant. Ex quorum numero fuit Symeones, qui primus stationem in columna excogitavit, de quo in superiore libro mentionem fecimus. InD ter illos fuerunt etiam Baradatus & Jacobus Syri.

Κεφ. ί.

Περὶ ὧν οἱ ἐπίσκοποι, καὶ συμεὼν ὁ κιονίτης ἀντέγραψεν.

Τοιγαροῦν πρῶτον ὁ τῆς πρεσβυτέρας ῥώμης ἐπίσκοπος λέων, ὑπέρ τε τῆς ἐν καλχηδόνι συνόδου γέγραφε, τήν τε τιμοθέου χειροτονίαν ἀπεδοκίμασεν, καὶ ἀθέσμως ἠρμένην· ἥν τινα τῷ λέοντι ἐπιστολὴν, λέων αὐτοκράτωρ τιμοθέῳ διαπέμπεται τῷ τῆς ἀλεξανδρέων προέδρῳ διομή-

Cap. X.

De his, quæ Episcopi & Symeones Stylitæ rescripserunt.

PRimum igitur Leo Episcopus Senioris Romæ scripsit pro defensione synodi Chalcedon. & ordinationem Timothei, utpote illegitime factam improbavit. Quam Leonis Epistolam, Imperator Leo ad Timotheum Alexandrin. Episcopum misit per Diomedem

silentiarium, Regalium bajulum præceptorum. Cui rescripsit Timotheus, Chalcedonensem Synodum & Leonis Epistolam reprehendens. Harum Epistolarum exemplaria exstant in collectione Epistolarum, quæ vocantur Encyclicæ. A me autem consultò prætermissa sunt, ne hoc opus multitudine Epistolarum oneraretur. Aliarum quoque civitatum Episcopi decretis Chalcedonensis synodi firmiter adhæserunt, & ordinationem Timothei uno consensu omnes condemnarunt. Solus Amphilochius Episcopus Sidæ, in Epistola quam scripsit ad Imperatorem, Timothei quidem ordinationem graviter reprehendit: Chalcedonensem autem synodum non admisit. Scripsit de istis rebus Zacharias Rhetor, qui Epistolam quoque Amphilochii historiæ suæ intexuit. Sed & sanctæ memoriæ Symeones duas Epistolas de hoc argumento scripsit: alteram ad Leonem Imperatorem, alteram ad Basilium Episcopum urbis Antiochiæ. Ex quibus eam, quæ ad Basilium scripta est, utpote breviorem, hîc apponam. Sic autem habet. Domino meo Religiosissimo & sanctissimo, Dei amantissimo Basilio Archiepiscopo, peccator & humilis Symeones in Domino salutem. Nunc merito dicere possumus Domine: Benedictus Deus, qui non amovit precationem nostram, nec misericordiam suam avertit à nobis peccatoribus. Acceptis enim litteris Amplitudinis vestræ, admiratus sum zelum ac pietatem DEO Charissimi Imperatoris nostri, quam erga sanctos patres & erga illorum firmissimam fidem, cum antea semper, tum nunc quoque ostendit. Atque hoc donum non ex nobis, sicut S. Apostolus dicit, sed ex Deo, qui hoc illi studium per vestras preces largitus est. Et paulo post. Quapropter ego quoque humilis & exiguus, abortus monachorum, animi mei sententiam imperiali ejus majestati significavi, de fide sexcentorum triginta sanctorum patrum, qui Chalcedone congregati sunt, persistens & fundatus in ea fide, quæ à Sancto Spiritu revelata est. Etenim si Servator noster, ubi duo tresve in nomine ipsius congregati sunt, adest in medio illorum, quomodo fieri posset inter tot ac tantos sanctos Patres, ut Spiritus S. prorsus cum illis non esset. Et aliquanto post. Quamobrem fortis esto, & viriliter age, quemadmodum Jesus Nave servus Domini, pro populo

A δὲς σιλεντιαρέιυ τοῖς βασιλικοῖς κελδσμα-
διακονησαμδρὲ· πρὸς ὃν καὶ ἀνέγραψε-
μόβε, μεμφόμδμος ἐν καλχηδόνι συν-
δον, καὶ τῷ λέοντος ἐπιστολήν. ὧν τὰ ἀνέγρα-
σώ (ε) ἐν τοῖς καλεμδμοις ἐγκυκλίοις. ἐμὲ
παρεῖ), ἵνα μὴ πλῆθος ἐπαγάγω τῷ πα-
πόνῳ. καὶ τῶν ἄλλων δὲ πόλεων ἐπίσκοποι, τὰ
ἐν καλχηδόνι τυπωθεῖσιν ἐνέμειναν, καὶ τὴν τι-
μοθέε χειροτονίαν ἀπάσαις καλέκειναν ψή-
φοις. ἀμφιλόχιος δὲ μόνος ὁ σίδης, ἐπιστο-
γέγραφε πρὸς τὸν βασιλέα, καὶ ἀβοῶσαν μὲν
τιμοθέε χφροτονίας, ἐκ δὲ προσεχομδμην δὲ τὴν
B καλχηδόνι σύνοδον. ἅπερ καὶ ταῦτα ζαχαρίας
τῷ ῥήτορι πεπόνη), τῷ καὶ τὴν ἐπιστολὴν αὐτοῦ
ἀμφιλοχίε ἐνέταχότι ἐν τῷ αὐτὸ συγγράμ-
μαλι. γράφει δὲ καὶ συμεώνης ὁ τῆς ὁσίας λήξε-
ως δὲ τούτων ἐπιστολὰς δύο, πρὸς τε λέοντα τὸν
ἕτερα, πρός τε βασίλειον ἐπισκοπεῦντα τῆς
ἀντιόχε· ὧν τὴν πρὸς βασίλειον βραχυτέραν
σαν, ἐνέθημι τῇδε μετὰ τῆς συγγραφῆς, ὡδὲ ἐπε-
ἔχουσαν. τῷ δεσπότῃ μου τῷ ὁσιωτάτῳ καὶ
γιωτάτῳ φιλοθέῳ βασιλείῳ ἀρχιεπισκόπῳ
ὁ ἁμαρτωλὸς καὶ ταπεινὸς συμεώνης ἐν κυρίῳ
χαίρειν. νῦν εὐκαιρον εἰπεῖν δέσποτα, ὁ εὐ-
C γητὸς ὁ θεὸς, ὃς οὐκ ἀπέστησε τὴν προσευχὴν
ἡμῶν, καὶ τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἀφ' ἡμῶν τῶν ἁμαρ-
τωλῶν· δεξάμδμος γὰρ τὰ γράμματα τῆς
ὑμελέρας ἀξιότητος, ἐθαύμασα τὸν ζῆλον καὶ
τὴν εὐσέβειαν καὶ θεοφιλες ἀτε ἡμῶν βασιλέ-
ως, τὴν πρὸς τοὺς ἁγίους πατέρας καὶ τὴν τούτων
βεβαίαν πίστιν ἣν ἐπέδειξε καὶ ἐπιδείκνυται. καὶ
τοῦτο οὐκ ἐξ ἡμῶν τὸ δῶρον, καθὼς καὶ ὁ ἅγιος
ἀπόστολος λέγει· ἀλλ' ἐκ θεοῦ, τοῦ ταύτην αὐ-
τῷ δεδωκότος τὴν προθυμίαν διὰ τῶν ὑμετέ-
ρων εὐχῶν· καὶ μεζόνως· διὸ κἀγὼ ὁ ταπει-
νὸς καὶ ἔντελὴς, τὸ ἔκλεμμα τῶν μοναχῶν, τὴν
D γνώρισα τῇ αὐτοῦ βασιλείᾳ τὴν ἐμὴν προαίρε-
τὴν θείαν τὴν πίστιν τῶν ἁγίων πατέρων τῶν ἐν
καλχηδόνι συνελθυθότων ἑξακοσίων τρια-
κονλα, ἐμμένων καὶ ὑποστηριζόμενος ὑπ' αὐ-
τῆς τ' ὑποτοῦ ἁγίου πνεύματος· φανερωθείσης
εἰ γὰρ μεταξὺ δύο ἢ τριῶν συνελθόντων διὰ τὸ
ὄνομα αὐτοῦ, πάρεσιν ὁ σωτὴρ, πῶς μεταξὺ τοσού-
τῶν καὶ τηλικούτων ἁγίων πατέρων οὐκ ἂν εἴχε-
ει, εἰ μὴ ἦν ἀπ' ἀρχῆς μετ' αὐτῶν τὸ ἅγιον
πνεῦμα· καὶ μεθ' ἑτέρα· διὸ ἴσχυε καὶ ἀν-
δρίζε ὑπὸ τῆς ἀληθοῦς εὐσεβείας, καθάπερ
καὶ ἰησοῦς ὁ τοῦ ναυῆ ὁ δοῦλος κυρίου ὑπὲρ τοῦ

ἰσραηλιτικὸν λαόν. πάντα τὸν ὑπὸ τὴν σὴν ὁσιότητα βύλακα κλῆρον, καὶ τὸν εὐλογημένον καὶ πιστότατον λαόν, ἐξ ἐμοῦ προσειπεῖν παρακλήτου.

Israelitarum. Universum religiosum Clerum, qui sub tua est sanctitate, & benedictam ac fidelissimam plebem meo nomine salutes velim.

Κεφ. ια'.

Περὶ τῆς ἐξορίας τιμοθέου τοῦ αἰλούρου, καὶ τῆς χειροτονίας τιμοθέου σαλοφακιόλου, καὶ περὶ γεννα δίου καὶ ἀκακίου τῆς κωνσταντινουπόλεως.

Cap. XI.

De Exilio Timothei Æluri & de ordinatione Timothei Salofacioli. Item de Gennadio & Acacio Constantinopolitanis Episcopis.

Ἐπὶ τούτοις τιμόθεος ἐξορίαν καταδικάζεται, κελευσθεὶς καὶ αὐτὸς τὴν γαγγρηνῶν οἰκεῖν. οἱ δὲ τῆς ἀλεξανδρέων, διάδοχον περιέρχεται τιμόθεον ἐπίσκοπον ἕτερον προχειρίζονται· οὗ οἱ μὲν ἐκάλουν βασιλικόν, οἱ δὲ σαλοφακίολον. ἀναιρεθέντος δὲ τοῦ ἀνατολίου, τὸν θρόνον τῆς βασιλευούσης διαδέχεται γεννάδιος. καὶ μετ' αὐτὸν ἀκάκιος, ὃς τὴν καταγωγὴν τῶν ὀρφανῶν προεστηκὼς τῆς βασιλευούσης πόλεως.

Post hæc Timotheus damnatur exilio, & in Gangrensium civitate perinde ac Dioscorus, jussus est degere. Igitur Alexandrini alterum Timotheum, Proterii successorem elegerunt: quem alii quidem Basilicum, alii verò Salofaciolum nominabant. Interim mortuo Anatolio, Episcopatum urbis regiæ sortitus est Gennadius; cui successit Acacius, qui orphanorum hospitio præfectus fuerat.

Κεφ. ιβ'.

Περὶ τοῦ γενομένου ἐν ἀντιοχείᾳ σεισμοῦ μιᾷ ἔτει τριακοσιοστῷ, μζ', τῷ κατὰ τραϊανόν.

Cap. XII.

De terræ motu, qui contigit Antiochiæ, trecentis & quadraginta septem annis post illum, qui temporibus Trajani contigerat.

Ἀνὰ δὲ τὸ δεύτερον ἔτος λέοντος τῆς βασιλείας, κλόνος τῆς γῆς ἐξαίσιος καὶ βρασμὸς ἀνὰ τὴν ἀντιόχειαν γενέσθαι, τινῶν μὲν παρ' ἑαυτῆς αὐτὴν δήμου προηγερμένων, πρὸς πᾶσαν ἐκβακχευθέντων μανίαν, πάσης τε θηριώδους ἐπέκεινα φρονημάτων γνώμης, ὥσπερ δὴ προοίμιον τοῖς τοιούτοις κακοῖς παρασχομένων. γένεται γὰρ χαλεπώτατος ἔκτος καὶ πεντακοσιοστὸς ἔτος κτισθείσης τῆς πόλεως, περὶ τετάρτην ὥραν τῆς νυκτός, τετάρτῃ καὶ δεκάτῃ ἀγούσῃ ἡμέρᾳ τοῦ γορπιαίου μηνός, ὃν σεπτέμβριον ῥωμαῖοι προσαγορεύουσι, κυρίας ἐπικαλαλαβούσης ἡμέρας, ἀνὰ τὴν ἑνδεκάτην ἐπινέμησιν τοῦ κύκλου, ἔτος τυγχάνειν ἱσορέμενος, ἑπτὰ καὶ τεσσαράκοντα, καὶ τριακοσίων διωχηκότων ἐνιαυτῶν, ἐξότου οὐ τραϊανὸν γέγονεν· ἐκεῖνος μὲν γὰρ ἑνακοσιοστὸν καὶ πεντηκοστὸν καὶ ἕκτον ἀγούσης τῆς πόλεως ἔτος τῆς αὐτονομίας γέγονεν. ὁ δὲ γε ἐπὶ λέοντος, ἕκτον καὶ πεντακοσιοστόν, ὡς τοῖς φιλοπονήσασιν ἐκλέγειν. ἔστι τοίνυν ὁ σεισμὸς τῆς καινῆς τὰς οἰκίας ἁπάσας σχεδὸν καταβεβληκὼς, πολυανθρώπου ταύτης γεγενημένης, καὶ οὐδὲν ἐχούσης ἔρημον, ἢ ὅλως ἠμελημένον, ἀλλὰ καὶ λίαν ἐξησκημένης τῇ φιλοτι-

Porro anno secundo imperii Leonis, ingens terræ motus ac successio contigit Antiochiæ, cum quædam à populo civitatis illius facta essent, plena furoris ac dementiæ, ipsamque bestiarum feritatem longe superantia. Quæ quidem tantæ cladis velut proœmium quoddam extiterunt. Accidit autem ingens hæc calamitas, anno quingentesimo sexto à conditu urbis Antiochiæ, circa horam noctis quartam, die quartodecimo mensis Gorpiæi, quem Romani Septembrem vocant; imminente die Dominico, indictione undecima. Sextus hic terræ motus accidisse dicitur, trecentis quadraginta & septem annis elapsis ab illo terræ motu, qui Trajani temporibus contigerat. Nam ille quidem terræ motus sub Trajano accidit, anno centesimo & quinquagesimo nono, ex quo civitas libera & sui juris fuerat appellata. Hic autem Leonis Augusti temporibus, contigit anno sexto & quingentesimo, ut produnt Scriptores diligentissimi. Porro hic terræ motus universas propemodum ædes subvertit urbis Novæ, quæ quidem incolarum multitudine abundabat, nec ullam partem vacuam habebat aut neglectam: sed magnopere exculta erat atq; ornata, ob

superiorum Imperatorum magnificentiam, qui se invicem ea in re superare contenderant. Palatii quoque prima & secunda ædes corruit Reliquæ vero incolumes mansére unà cum vicino balneo: quod cum antea inutile fuisset, hujus calamitatis tempore abluendæ civitati necessario inserviit, ob ruinam videlicet reliquorum balneorum. Eversæ sunt etiam porticus, quæ erant ante palatium, & quod post illas erat Tetrapilum. Ceciderunt etiam turres circi, quę erant juxta portas, & quædam porticus, quæ ad turres illas ducebant. In veteri autem urbe, domus quidem & porticus ruinæ prorsus expertes fuerunt. Balneorum vero Trajani, Severi, & Hadriani, exigua pars concussa ac subversa est. Ostracinæ quoque regionis ita dictæ, vicinias quasdam idem terræ motus prostravit, & Nymphæum unà cum porticibus evertit. Quæ quidem singula à Joanne Rhetore diligenter comemorata sunt. Scribit igitur ille, mille auri talenta ab Imperatore civitati remissa esse ex functione tributaria; civibus vero remissas esse pensiones earum ædium, quæ terræ motu prostratæ fuerant. Imperatorem præterea publicorum operum reficiendorum curam suscepisse.

A μίαν τῶν βασιλέων πρὸς ἀλλήλους ἀμιλ-
λωμένων. τῶν τε βασιλείων ὁ πρῶτος καὶ
δεύτερος οἶκος καθεῖλήθησαν, τῶν ἄλλων
σωὺ τῷ ΘΑχειμβρίῳ βαλανείῳ μενόντων·
τῷ γε καὶ λύσαντι τὴν πόλιν ΘΑπὸ τὴν συμ-
φορὰν ἐκ τῆς πρότερον ἀχρησίας, ἀνάγκη
τῶν τοῖς ἄλλοις βαλανείοις συμβεβηκότων
καθέρρηξε δὲ καὶ τὰς στοὰς τὰς πρὸ τῶν βασι-
λείων, καὶ τὸ ἐπ' αὐταῖς τετράπυλον, καὶ τὰ
ἱπποδρόμια δὲ τοὺς ΘΑπὸ τὰς ἐπ' αὐτοὺς διεγ-
ωύργως, καί τινας τῶν ἐπαύτας στοῶν· κατὰ
δὲ τὴν παλαιὰν, τῶν μὲν στοῶν ἡ οἰκημάτων
B πῶσις ὅλως οὐκ ἔψαυσε. τῶν δὲ τραιανῆ καὶ
σεβήρε καὶ ἀδριανῆ βαλανείων, μικρὰ κα-
ταξέισας, ἀνέτρεψε. καὶ τῆς γε ὀστρακινῆς
ὕτω καλουμένης γειτονίας, τινὰ συγκατέβαλε
σωὺ ταῖς στοαῖς, καὶ τὸ καλούμενον νυμφαῖον
ῥίψας. ὧν τὸ καθέκαστον ΘΕργως ἰωάννης
ἱστόρηται τῷ ῥήτορι. φησὶ δ' ὃν ὡς χίλια
χρυσίου τάλαντα πρὸς τοῦ βασιλέως ἐκ τῶν
φόρων ἀφείθη τῇ πόλει, καὶ τοῖς μὲν πολί-
ταις τῶν ἠφανισμένων τῷ πάθει τὰ τι-
λη· ΘΕπιμεληθῆναι δὲ τούτων καὶ τῶν δημοσίων
οἰκοδομιῶν.

C

Cap. XIII.

De incendio, quod accidit Constantinopoli.

HUic non dissimilis, imo longe gravior calamitas contigit Constantinopoli, initio mali orto in maritima civitatis parte, quam Bosporum vocant. Ajunt autem Dæmonem qvendam exitiosum, mulieris speciem mentitum: aut certe pauperculam quandam mulierem à dæmone impulsam, utrumque enim dicitur: circa id tempus quo lucernæ accendi solent, lucernam ad forum rerum venaliũ detulisse, tanquam falsamenta sibi emptura esset: depositaque ibi lucerna, protinus abscessisse. Ignem vero, cum stuppam corripuisset, maximum incendium excitasse, & momento temporis totam domum combussisse: Post hæc adjacentia quæque facilius consumpta esse, cum ignis non ea solum, quæ facile incenduntur, sed ædificia quoque ex lapidibus constructa depasceretur, & usque in quartum diem perseverasset, nec ulla ratione extingui potuisset. Totum igitur civitatis meditullium, à Septen-

Κεφ. ιγ'.

Περὶ τῆς ἐμπρησμοῦ τῆς ἐν κωνσταντινουπόλει.

Συνηνέχθη δὲ τούτοις ὅμοια ἢ καὶ δεινότε-
ρα ἀνὰ τὴν κωνσταντινούπολιν, ἀρχῆς δὲ
κακῆς γενομένης ἐν τῷ ΘΑθαλασσίῳ τῆς
πόλεως μέρει, ὅπερ βοὸς καλοῦσι πόρον. ἱστο-
ρῆται δὲ ὡς κῆ τὰς ἐπιλυχνίους ὥρας δαίμων
τις κακοῦργος ΘΑλαμναῖος γυναικὶ εἰκα-
σθείς, εἴτε καὶ ταῖς ἀληθείαις γυνὴ χερνῆτις
D τὸ δαίμονος ὑπερβαλλούσης, λέγεται δὲ ἐπ'
ἀμφότερα, λύχνον πρὸς πανδοπωλεῖον
ἐνεγκεῖν, ὠνησομένην τι τῶν τεταριχευμέ-
νων· τεθέντος δ' οὖν τοῦ λύχνου τὸ γυάλινον
ὑπαναχωρῆσαι. τὸ δὲ πῦρ, συμπαλαίσμα-
σμον, φλόγα μεγίστην ἐξάψαι, λόγῳ τεθάτ-
τον ἐμπρῆσαι τὸ οἴκημα· ἐκ τούτου δὲ τὰ πα-
ρακείμενα ῥᾴδιον ἀφανισθῆναι, ἃ πυρὸς
ἀμφινεμομένου, οὐ μόνον τὰ ξύλινα,
ἀλλὰ καὶ τὰς ἐκ λίθων οἰκοδομὰς, καὶ ἀχρὶ
τετάρτης ἡμέρας διαμεῖναι, καὶ πᾶ-
σαν ἄμμιαν ὑπερβεβηκότος, τὸ μεσαίτατον

ἅπαν τ πόλεως ἀπὸ ℈ ἀρκλῴας μέχρι ℈ νοτίου κλίματος διαπαντηθῆναι, ἐπὶ πέντε μὲν σταδίους τὸ μῆκος, δεκατέσσαρας ℈ τὸ πλάτος· ὡς μηδ' ἐν μελαξῦ καλαλειφθῆναι, μὴ δημοσίων, μὴ ἰδιωτικῶν οἰκοδομιῶν, μὴ κίονας, μὴ τὰς ἐκ λίθων ψαλίδας· ἀλλὰ πᾶσαν ἀπεσκληκυῖαν ὕλην, ὡσαύτως τῶν ἀξεσπλων καλακαυθῆναι. τοῦτο ℈ τὸ κακὸν γῆς ἐν μὲν τῷ βορείῳ κλίματι, ἐν ᾧ ℈ νεώρια τ πόλεως καθεσταῦσιν, ἀπὸ τοῦ καλουμένου βοὸς πόρου, μέχρι τοῦ παλαιοῦ ἀπόλλωνος ἱεροῦ ἐν ℈ τῷ νομίῳ, ἀπὸ τοῦ ἰουλιανοῦ λιμένος μέχρι οἰκιῶν τῶν πολυτελεμένων τοῦ εὐκληρίου τ ἐπικλην ὁμονοίας ἐκκλησίας ἐν ℈ τῷ μεσαιτάτῳ τ πόλεως μέρει, ἀπὸ τοῦ κωνσαντίνου πρεσαγορευομένου φόρου μέχρι τ τοῦ ταύρου καλουμένης ἀγορᾶς, οἰκτρὸν πᾶσι θέαμα καὶ ἀνέχθεσαλον. ὅσα γὰρ ἐπῆν ὡραῖα τῇ πόλει κάλλη, ἢ πρὸς τὸ μεγαλοπρεπὲς ἢ ἀσφάλειαν ἐξησκημένα, ἢ πρὸς κοινὰς ἢ ἰδιωτικὰς καλεύλαχρείας, ὑφ' ἓν ἐς ὄρη τεκτονικὰ βουνὸς ἀπεχρεδιάδην δυσβάτους τε καὶ δυσδιαπορεύτους, καὶ παντοίων ὑλῶν πλήρεις, τὴν πρόσφαραν συγχέαντας ὄψιν· ὡς μὴ ℈ τοῖς οἰκήτορσι τῶν τοπων ἐπιτρέπειν εἰδέναι, τί τε ἦν ὅπη τῶν προτέρων ἐτύγχανεν ὄν.

A trionali latere ad meridianam partem, longitudine quidem stadiorum quinque, quatuordecim verò latitudine, ita consumptum est, ut tam ex publicis, quàm ex privatis ædibus nihil omninò remanserit; non columnæ, non lapidei fornices: sed prædura omnis materia, perinde ac stipula, concremata sit. Porro hæc clades in septentrionali quidem parte, in qua sunt urbis navalia, grassata est, à Bosporo usque ad vetus Apollinis fanum. In meridiana autem regione, à portu Juliani usque ad domos, quæ haud procul absunt ab Ecclesia, quæ dicitur Homonœæ. In media autem urbis parte, à Constantini foro usque ad forum Tauri, miserabile & horrendum cunctis spectaculum reliquit. Nam quæcunque ornamenta urbis eminebant, aut incomparabili quadam magnificentia exculta, aut publicis ac privatis usibus accomodata, in montes coacervata sunt ac tumulos inaccessos, atque impervios, omnique materiæ genere refertos, ac priorem urbis speciem deformantes. Adeo ut ne ipsis quidem locorum incolis facile esset dignoscere, quid & quo in loco unumquodque ex prioribus illis ædificiis extitisset.

Κεφ. ιδ'.

Περὶ καθολικῶν παθημάτων.

Ὑπὸ τοῖς αὐτοῖς χρόνοις, τοῦ σκυθικοῦ πολέμου συνισαμένου πρὸς τοὺς ἑῴους ῥωμαίους, ἥ τε θρᾴκία γῆ, καὶ ὁ ἑλλήσποντος ἐσείσθη, καὶ ἰωνία, καὶ αἱ καλούμεναι κυκλάδες νῆσοι· ὡς κνίδῳ, καὶ τῇ κῶ τῶν νήσων τὰ πολλὰ καλενεχθῆναι. καὶ ὄμβρους ℈ ἐξαισίους ὁ πίσκος ἰσορεῖ γῆς ἀνὰ τὴν κωνσαντινούπολιν καὶ τὴν βιθυνῶν χώραν, ἐπὶ τρεῖς καὶ τέσσαρας ἡμέρας πόλαμπον τῶν ὑδάτων ἐξ ἀέρος φερομένων· καὶ ὄρη μὲν ἐς πεδία καλεσενεχθῆναι. καλακλυσθείσας ℈ κώμας ναπολέας· γῆς ℈ καὶ νήσους ἐν τῇ βοάνῃ λίμνῃ, ἀ μακρὰν τῆς νικομηδείας ἀφεστώσης, ἐκ τῶν συνενεχθέντων ἐς αὐτὴν ναμπόλλων φορτίων. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον ἐπράχθη.

Cap. XIV.

De universalibus calamitatibus.

Sub idem tempus, cum bellum Scythicum contra Orientales Romanos motum esset, Thracia & Hellespontus terræ motu concussæ sunt. Jonia quoque & insulæ Cyclades eandem calamitatem sunt expertæ; ita ut in Cnido & Co Insulis, pleraque ædificia corruerint. Præterea immensos imbres Constantinopoli & in Bithyniæ partibus accidisse refert Priscus, cum trium aut quatuor dierum spatio aqua è cœlo, fluviorum instar decidisset. Ac montes quidem in planitiem depressos esse: vicos verò complures aquis obrutos periisse. Insulas quoque in Boanensi lacu, qui est juxta Nicomediam, exortas esse ex quisquiliis quamplurimis, quæ alluvione illuc delatæ fuerant. Verum hæc quidem aliquantò post contigerunt.

A

Cap. XV.

De nuptiis Zenonis & Ariadnæ.

POrro Leo Zenonem sibi generum adscivit, datâ ei in conjugium Ariadne filiâ. Qui cum ab incunabulis Aricmesius dictus esset, simul cum nuptiis nomen Zenonis assumpsit, ex qvodam viro ita appellato, qui apud Isauros ad summam gloriam pervenerat. Undenam verò hic Zeno ad tantum fastigium processerit, & quâ de causa Leo cunctis eum prætulerit, ab Eustathio Syro relatum est.

Κεφ. ιέ.

Περὶ τῶν γάμου ζήνωνος καὶ ἀριάδνης.

ΛΕων ὁ γαμβρὸν ἐπὶ θυγατρὶ ἀριάδνῃ προσλαμβάνεται ζήνωνα, ἀρικμήσιον μὲν ἐκ σπαργάνων καλούμενον, μετὰ δὲ τοῦ γάμου καὶ τὴν προσηγορίαν προσκτησάμενον ἐκ τινος παρὰ τοῖς ἰσαύροις ἐς μέγα κλέος ἐληλυθότος, οὕτω προσαγορευομένου. ὅθεν δὲ προήχθη ἑαυτὸν ὁ ζήνων, τίνος τε χάριν πάντων παρὰ τοῦ λέοντος προὐκρίθη, εὐσταθίου ἐκτέθηται τῷ σύρῳ.

B

Cap. XVI.

De Anthemio Imperatore urbis Romæ. Et de iis, qui post illum imperarunt.

PEr idem tempus cum Romani Occidentales legationem ad Leonem misissent, Anthemius à Leone missus est, ut Romanis imperaret, cui Marcianus Imperator propriam filiam desponderat. Nec multò post Basiliscus frater Verinæ, conjugis Leonis Augusti, Magister militum adversus Gizericum mittitur cum lectissimis copiis. Quæ omnia à Prisco Rhetore diligentissimè conscripta sunt: ac prætera quemadmodum idem Imperator Leo Asparem, qui imperium ipsi tradiderat, fraude circumventum interfecerit, hanc ei mercedem reddens promotionis suæ: filios quoque Asparis sustulerit, Ardaburium ac Patricium: quem quidem Leo paulo ante Cæsarem creaverat, ut Asparis benevolentiam sibi conciliaret. Post cædem verò Anthemii, qui imperium Romanum per annos quinque administraverat, Olybrius à Recimere Imperator renuntiatus est. Post quem Imperator factus est Glycerius. Quo expulso, Nepos quinque annis imperium obtinuit Romanorum: Et Glycerium apud Salonas Dalmatiæ Episcopum ordinavit. Nepotem deinde Orestes imperio expulit. Cujus filius Romulus cognomento Augustulus, postremus Romæ factus est Imperator, mille & trecentis ac tribus annis elapsis à regno Romuli. Post quem Odoacer, rejecto Imperatoris nomine, Regis vocabulum assumens, res Romanas gubernavit.

Κεφ. ιϛ'.

Περὶ ἀνθεμίου βασιλέως ῥώμης, καὶ τῶν ἐξ αὐτοῦ βασιλέων.

ΕΚ πρεσβείας ὁ τῶν ἑσπερίων ῥωμαίων, ἀνθέμιος βασιλεὺς τῆς ῥώμης ἐκπέμπεται. ᾧ μαρκιανὸς ὁ πράην βεβασιλευκὼς τὴν οἰκείαν κατενεγγύησε παῖδα. ἐκπέμπεται δὲ στρατηγὸς κατὰ γιζερίχου βασιλισκὸς, ὁ τῆς λέοντος γυναικὸς βερίνης ἀδελφὸς, μετὰ στρατευμάτων ἀριστίνδην συνειλεγμένων. ἀπὸ ἀκριβέστατα πρίσκῳ τῷ ῥήτορι πεπόνηται. C ὅπως τε δόλῳ περιελθὼν ὁ λέων, μισθὸν ὥσπερ ἀποδιδοὺς τῆς ἐς αὐτὸν προαγωγῆς, ἀναιρεῖ ἄσπαρα, τὴν ἀρχὴν αὐτῷ περιθέντα, παῖδάς τε αὐτοῦ ἀρδαβούριον καὶ πατρίκιον, ὃν καίσαρα πεποίητο πρότερον, ἵνα τὴν ἄσπαρος ἄνοιαν κτήσηται. μετὰ δὲ τὴν τοῦ ἀνθεμίου σφαγὴν, πέμπτον ἔτος τῆς ῥώμης βασιλεύσαντος, ὑπὸ ῥεκίμερος βασιλεὺς ὀλύβριος ἀναγορεύεται, καὶ μετ' αὐτὸν βασιλεὺς προχειρίζεται γλυκέριος. ὃν ἐκβαλὼν νέπως μετὰ πέμπτον ἔτος τῆς ἀρχῆς κρατεῖ, ἐπίσκοπόν τε ῥωμαίων τὸν γλυκέριον ἐς σάλωνας πόλιν D τῆς δαλματίας χειροτονεῖ. ἐκβάλλεταί τε ὑπὸ ὀρέστου, καὶ μετ' ἐκεῖνον ὁ τούτου παῖς ῥωμύλλος, ὁ ἐπίκλην αὐγουστοῦλος, ὃς ἔσχατος τῆς ῥώμης αὐτοκράτωρ κατέστη, μετὰ τρεῖς καὶ τριακοσίους καὶ χιλίους ἐνιαυτοὺς τῆς ῥωμύλλου βασιλείας. μεθ' ὃν ὀδόακρος τὰ ῥωμαίων μεταχειρίζεται πράγματα, τῆς μὲν βασιλέως προσηγορίας ἑαυτὸν ἀφελὼν, ῥῆγα δὲ προσειπών.

A

Κεφ. ιζ.

Περὶ τ τελευτῆς λέοντ, καὶ βασιλείας τ μικρ λέοντ καὶ βίου ζήνωνος τ πατρὸς αὐτ.

ΚΑτὰ τοῦτον τὸν χρόνον λέων ὁ βασιλεὺς ἐν Βυζαντίῳ τῷ βασιλείαν ἀποθέτο, ἐπακαίδεκα ταύτην ἔτη διώσας, λέοντα τῆς ἑαυτ θυγατρὸς ἀριάδνης καὶ ζήνωνος υἱὸν ὀνόματι, βασιλέα χειροτονήσας. μεθ' ὃν ζήνων ὁ πατὴρ, τὸ ἀλυπότερον ἅμα καὶ ὠφελιμώτερον, βεβίνης τ λέοντος γυναικὸς ὡς γαμβρῷ συνεπιλαβόμενος· τελευτήσαντος δὲ τ παιδὸς μὴ χρόνον βραχύν, ὁ ζήνων μόνος διέμεινε κρατῶν τ ἡγεμονίας. ἃ δὲ πρὸς αὐτ ἢ καθ' αὐτὸν πέπρακται, καὶ ὅσα ἕτερα ξυνήνεκται, τὰ ἑξῆς ἅπασι τὸ κρεῖττον ἐμφανίσει.

Τέλος τ β. λόγου.

Ἔστιν ὡς ἐν ἐπιτομῇ τὰ ἐν τῇ συνόδῳ τῇ ἐν Χαλκηδόνι συλλεγείσῃ κεφαλαιωθέντα ἐν τούτοις.

B

Κεφ. ιη.

Ἐπιτομὴ τ κεφαλαίων ἐν τῇ εἰς Χαλκηδόνα συνόδῳ, ἐν τῷ τέλει τοῦ δευτέρου τόμου τεθειμένη.

ΤΟν τόπον λέοντος ἀρχιερέως τῆς πρεσβυτέρας ῥώμης ἐπλήρουν βασκασῖνος ὁ Χαλκηδόνος ἐπίσκοποι, καὶ βονιφάτιος πρεσβύτερος· ἀναβολίου τ κωνσταντίνου προεδρεύοντος, καὶ τ Ἀλεξανδρέων διοσκόρου ἐπισκοπεύντος, μαξίμου τε τ ἀντιοχείας, καὶ ἰουβεναλίου ἱεροσολύμων, καὶ τῶν ἀμφ' αὐτὸν ἐπισκόπων· οἷς παρῆσαν οἱ τὰ κορυφαῖα τ ὑπερφυοῦς γερουσίας ἔχοντες. πρὸς οὓς οἱ τὸν τόπον πληροῦντες λέοντος ἔφασκον, μὴ δεῖν διόσκορον συγκαθεδρεύσαι φύσει χρεών· τοῦτο γὰρ αὐτοῖς ἐπιτρέψαι τὸν λέοντα· ἢ εἰ τύχοι χρή, αὐλὸς ἔξω τ ἐκκλησίας χρεών. καὶ τυθομένης τ γερουσίας, τίνα τὰ ἐπαγόμενα τῷ διοσκόρῳ εἴη, διεξῆλθον λόγον ὀφείλειν τὸν διόσκορον δοῦναι τῆς ἰδίας κρίσεως, πρόσωπον κρίνοντα παρὰ τὸ εἰκὸς ἀναιλημφότα, τῆς ἐπιτροπῆς αὐτῷ τῷ ἐπισκοπῷ ῥώμης παρανόμου. ὧν εἰρημένων, καὶ διοσκόρου κρίσει τῆς συγκλήτου ἀνὰ τὸ μέσον σάντος χώρου, εὐσεβίου ὁ τ δορυλαίου ἐπίσκοπος ᾔτησε τὰς ἐπιδεδομένας παρ' αὐτοῦ τῇ βασιλεῖ δεήσεις ἀναγνωσθῆναι, φήσας ἐπὶ λέξεως ταῦτα. ἠδίκημαι πρὸς διοσκόρου, ἠδίκημαι ἡ πίστις. ἐφονεύθη φλαβιανὸς ὁ ἐπίσκοπος, ἅμα ἐμοὶ ἀδίκως καθηρέθη παρ' αὐτοῦ κελεύσαντε

C

Cap. XVII.

De morte Leonis, & de Imperio Leonis Junioris & Zenonis patris ejusdem.

EOdem tempore Imperator Leo Constantinopoli Imperium deposuit, cum per annos septendecim regnasset, & Leonem Ariadnæ filiæ suę, ac Zenonis filium, Imperatorem renuntiasset. Post quem Zeno purpuram sumpsit, Verina Leonis conjuge eum tanquam generum adjuvante. Nec multò post mortuo Leone filio, Zeno solus imperium obtinuit. Quæ autem ab illo vel adversus illum gesta sunt, & quæcunque ejus temporibus evenerunt, sequens liber, DEO juvante explicabit.

Finis Libri secundi.

Gesta Chalcedonensis Concilii in compendium redacta, sunt hujusmodi.

D

Cap. XVIII.

Compendium actorum Synodi Chalcedonensis, positum in fine libri secundi.

LEonis Romani Pontificis vices agebant Paschasinus & Lucentius Episcopi, & Bonifacius presbyter. Anatolius verò Constantinopolitanæ sedis Antistes, & Dioscorus Alexandrinæ: Maximus item Antiochiæ, & Juvenalis Hierosolymorum Archiepiscopi residebant, unà cum Episcopis, quos secum adduxerant. Aderant etiam ex Senatoribus urbis Regiæ nobilissimi quique. Quibus Leonis Papæ Vicarii dixerunt, non debere Dioscorum unà cum ipsis in Concilio residere. Id enim sibi mandatum esse ab Episcopo suo. Quod nisi fieret, se protinus Ecclesia excessuros. Cumque Senatores interrogassent, quænam essent crimina, quæ objiciebantur Dioscoro, responderunt, debere illum judicii sui rationem reddere, qui contra fas personam Judicis suscepisset, absque permissu Romani Pontificis. Quibus dictis, cum Dioscorus ex decreto Senatus in medio constitisset, Eusebius Episcopus Dorilæi postulavit, ut libellus precum, quem Imperatori obtulerat, recitaretur, his verbis usus. Injuria affectus sum à Dioscoro. Fides injuriâ affecta est. Occisus est Flavianus Episcopus, & mecum injuste depositus ab illo. Jubete

ut preces meæ recitentur. Cumque judices interlocuti essent, recitatus est libellus precum, qui sic habet. Libellus oblatus ab Eusebio humillimo Episcopo Dorylæi, verba faciente pro seipso, & pro Orthodoxa fide, & pro sanctæ memoriæ Flaviano, qui fuit Episcopus Constantinopoleos. Propositum est Majestati vestræ, omnibus quidem subditis providere, & cunctis, qui injuria affecti sunt, manum porrigere: Præcipue verò iis, qui sacerdotio funguntur. In hoc enim Deum colitis, à quo Imperium ac dominium orbis terrarum vobis concessum est. Igitur quoniam fides Christi, & nosmetipsi, multa gravia contra jus fasque perpessi sumus à Dioscoro reverendissimo Episcopo magnæ Civitatis Alexandriæ, adimus pietatem vestram, postulantes ut jus nobis reddatur. Causa autem est hujusmodi. In Concilio quod paulo ante celebratum est in metropoli Ephesiorum, quod utinam celebratum nunquam fuisset, ne orbis terrarum malis ac tumultibus impleretur; Bonus ille Dioscorus, nullam justitiæ rationem habens, nec DEI timorem ante oculos statuens, cum ejusdem opinionis ac sententiæ esset cum Eutyche insano atque hæretico, occultus autem adhuc esset, sicut postea apertissime declaravit: occasione arrepta ex accusatione quam ego adversus Eutychen erroris ipsius consortem instituera, & ex sententia à piæ memoriæ Flaviano Episcopo contra eundem Eutychen prolata, turbam incompositam seditiosorum hominum collegit. Cumque tyrannicam dominationem pecuniâ sibi comparasset, piam qvidem religionem Orthodoxorum, quantum in ipso fuit, labefactavit: pravam autem opinionem Eutychis Monachi, quæ jam pridem & ab exordio à sanctis Patribus condemnata fuerat, confirmavit. Cum igitur non levia sint, quæ adversus fidem Christi, & contra nos facere tentavit, provoluti ad pedes Majestatis vestræ rogamus, ut eundem religiosissimum Episcopum Dioscorum respondere jubeatis iis, quæ à nobis illi objiciuntur: lectis scilicet coram sanctissima Synodo monumentis actorum, quæ ille contra nos confecit. Ex quibus demonstrare possumus, illum & à recta fide alienum esse, & hæresin plenam impietatis confirmasse, & nos injuste depositisse, & gravissimis malis affecisse: missis videlicet sacris

Τὰς δεήσεις μου ἀναγνωσθῆναι. Ἐδόθη δὲ καὶ τοῦτο βιβλίδιον, ἡ δέησις ἀναγνώσεως ἐτύγχανε τοιαῦτα φθεγγομένη τὰ ῥήματα. Τῷ εὐσεβεστάτῳ καὶ ἐλαχίστῳ ἐπισκόπῳ Δορυλαίου παρὰ τοῦ τὸν λόγον ὑπὲρ ἑαυτοῦ καὶ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως καὶ ὑπὲρ ἧς ἐν ἁγίοις Φλαβιανοῦ τοῦ μακαρίου ἐπισκόπου κώνσταντινουπόλεως· σκοπὸς τῷ ὑμετέρῳ κράτει, ἁπάντων μὲν τῶν ὑπηκόων προνοεῖν καὶ χεῖρα ὀρέγειν ἅπασι τοῖς ἀδικουμένοις, μᾶλλον δὲ τοῖς ἱερωσύνην τελοῦσι· καὶ ἐν τούτῳ τὸ θεῖον θεραπεύοντες, ᾧ καὶ τὸ βασιλεύειν ὑμῖν καὶ κρατεῖν τοῦ ὑφ' ἥλιον δεδώρηται· ἐπεὶ οὖν πολλὰ καὶ δεινὰ ᾗ πᾶσαν ἀκολουθίαν καὶ τάξιν ἐσχήκαμεν ἡμεῖς πεπόνθαμεν ὑπὸ Διοσκόρου τοῦ εὐλαβεστάτου ἐπισκόπου τῆς μεγαλοπόλεως, ἠξιώσαμεν τὴν ὑμετέραν εὐσέβειαν τοῦ δικαίου ἀξιοῦντες τυχεῖν. τὰ δὲ τοῦ πράγματος τοιάδε ἐν τούτοις· ἐπὶ τῇ ἐναλίγκῳ γνώμῃ συνόδου δὲ ἐν τῇ Ἐφεσίων μητροπόλει, ἣν ὄφελον γενέσθαι μὴ γνωσθῆναι, ἵνα μὴ κακῶν καὶ ταραχῆς τὴν οἰκουμένην ἐμπλήσῃ, ὁ χρηστὸς Διόσκορος, παντὸς δὲ λόγου δικαίου καὶ τοῦ θεοῦ φόβου, ὁμοδόξῳ ὢν καὶ ὁμόφρονι εὐσεβοῦς τε μᾶλλον καὶ αἱρετικοῦ, λανθανόντως δὲ τότε πολλοῖς ὡς ὕστερον ἑαυτὸν ἐφανέρωσεν. εὑρὼν καιρὸν, τὴν γεγυμνωμένην παρ' ἐμοῦ τῇ εὐτυχοῦς ὁμοδόξου αὐτοῦ καθηγορίας, τὴν ἐπ' αὐτῷ ἐξενεχθεῖσαν ψῆφον τῆς ὁσίας λήξεως Φλαβιανοῦ τοῦ ἐπισκόπου, πλῆθος ἀτάκτων ὄχλων συναγαγὼν καὶ δωρεαῖς ἑαυτῷ διὰ χρημάτων ποησάμενος, τὴν εὐσεβῆ θρησκείαν τῶν ὀρθοδόξων, τό γε ἧκον ἐς αὐτὸν ἐλυμήνατο, καὶ τὴν κακοδοξίαν εὐτυχοῦς δὲ μονάζοντος, ἥτις ἄνωθεν καὶ ἐξαρχῆς παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων ἀπεκηρύχθη, ἐβεβαίωσεν. ἐπεὶ οὖν μικρὰ τὰ τετολμημένα αὐτῷ κατὰ τῆς χριστιανῶν πίστεως, καθ' ἡμῶν δὲ μεθ' ἃ κατηγορήσομεν τοῦ ὑμετέρου κράτους, θεσπίσαι τὸν αὐτὸν εὐλαβέστατον ἐπίσκοπον Διοσκόρου ἀπολογήσασθαι τοῖς παρ' ἡμῶν αὐτῷ ἐπαιτουμένοις, δηλαδὴ τῶν παρ' αὐτοῦ καθ' ἡμῶν πεπραγμένων ὑπομνημάτων ἀναγνωσκομένων ὑπὸ τῆς ἁγίας συνόδου. δι' ὧν δυνάμεθα ἀποδεῖξαι αὐτὸν καὶ ἀλλότριον τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, καὶ αἱρέσεως ἀσεβείας πεπληρωμένην κεκαινουργηκότα, καὶ ἀδίκως ἡμᾶς καθελόντα, καὶ τὰ δεινὰ ἡμᾶς κατεργασάμενον· θεῖον καὶ προσκυνουμένων ὑμῖν μανδάτων καταπεμ-

τομένων, τῇ ἁγίᾳ καὶ οἰκουμενικῇ συνόδῳ τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων, ἐφ' ᾧτε ἡμᾶς καὶ ἃ προειρημένα διοσκόρα διακῦσαι, καὶ ἀνενεγκεῖν εἰς γνῶσιν τὰ ὑμέτερα εὐσεβείας πάντα τὰ πραττόμενα πρὸς τὸ παρεισάμβιον τῇ ἀθανάτῳ ὑμῶν κορυφῇ· καὶ τούτου τυχόντες, ἀδιαλείπτως εὐχὰς ἀναπέμψομεν ὑπὲρ τοῦ αἰωνίου ὑμῶν κράτους θειοτάτοι βασιλεῖς. ὅτι κοινῆς τοίνυν δεήσεως διοσκόρου τε τοῦ εὐσεβείᾳ, καὶ ἐν τῇ δευτέρᾳ ἐν ἐφέσῳ συνόδῳ πεπραγμένα διὰ τὸ ἀναγνώσεως ἐδηλοῦτο. δι' ὧν ἐδείκνυτο, τὴν ἐπιστολὴν λέοντος μὴ ἀναγνωσθῆναι, καὶ ταῦτα διαλαλιᾶς ὀξυνεχθείσης ἅπαξ καὶ δὶς καὶ τοῦτο ἐφοῖς διόσκορος τὴν αἰτίαν ἀπαιτηθεὶς εἰπεῖν, διεξῆλθεν αὐτὸν ἅπαξ καὶ δὶς εἶτο διαλαλῆσαι ῥᾳδίως, ἤτησέ τε καὶ ἰουβενάλιον τὸν ἱεροσολύμων ἐπίσκοπον καὶ θαλάσσιον τὸν πρώτης καππαδοκῶν καισαρείας, τὰ καὶ τοῦτον διασαφῆσαι· σὺν αὐτῷ δὲ καὶ τούτους τὴν αὐθεντείαν λαβεῖν. ἰουβενάλιος μὲν δὴ ἔφησεν, ὡς θεία γράμματα ἡγησάμενος διελάλησεν, ἐκεῖνο τῇ ἀναγνώσει καθυποβληθῆναι· ὕστερον δὲ μηδένα τῆς ἐπιστολῆς μνημονεῦσαι. θαλάσσιος δὲ, μὴ κωλύσαι ταύτην ἀναγνωσθῆναι, μηδὲ τοσαύτην ἐσχηκέναι παῤῥησίαν, ὥστε καὶ μόνον οἷόν τε ῥᾳδίως λυπῶσαι τὴν ἀνάλυσιν προελθεῖν. τοίνυν τῶν πεπραγμένων ἀναγνώσεως ποιήσης, καί τινων ῥήσεων ὡς ὤλασῶν ἐπιλαβομένων ἐνίων τῶν ἐπισκόπων, ἐρωτηθεὶς στέφανος ὁ τῆς ἐφεσίων πρόεδρος, τίνες τῶν ὑποταττόντων ἀπὸ τὴν ἱκανὰ συνεξελάμβανον, διεξῆλθεν ἰουλιανὸν ὑποταξάμενον ἀπὸ ἐπίσκοπον ὕστερον γενόμενον λεβέδου, καὶ κρισπῖνον τὸν δέ γε ὑποταξάμενος διοσκόρῳ εἶτο μὴ συγχωρῆσαι ῥᾳδίως, ἀλλὰ τῶν δακτύλων ἐπιλαβέσθαι τῶν ὑπογεγραφότων, ὡς καὶ τὰ αἴσχιστα αὐτὸν κινδυνεῦσαι παθεῖν. ὁ αὐτὸς τοίνυν στέφανος καὶ ἔφετο, ὅτι μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ τῇ καθαιρέσει φλαβιανοῦ ὑποσημήνασθαι. τούτοις ἐπῆλθε ἀκάκιος θειαρατείας ἐπίσκοπος, ἀγράφῳ χάρτῃ πάντας ὑπογράψαι, πρὸς βίας τε καὶ ἀνάγκης, μυρίοις κακοῖς περιβληθέντας, στρατιωτῶν αὐτοῖς μὴ φονικῶν ὀργάνων θέσει ἰσχύσαντων. εἶτα πάλιν ἑτέρας φάσεως ἀνεγνωσμένης, θεόδωρος ἐπίσκοπος κλαυδιουπόλεως ἔφη, μηδένα ταῦτα φθέγξασθαι προκοπῆσης δὲ ἔτι τῆς ἀναγνώσεως, ἐπειδὴ τὸ χωρίον περιέχειν ἔτυχε διεξελθεῖν, καὶ τὰς λέγοντας

A & adorandis mandatis vestris ad sanctam & universalem Synodum Deo carissimorum Episcoporum, ut causam quæ est inter nos & supramemoratum Dioscorum, cognoscat, & ad notitiam pietatis vestræ cuncta referat, quæ geruntur, juxta id quod placuerit immortali culmini vestro. Hoc si consecuti fuerimus, continuas ad Deum preces fundemus pro sempiterno Imperio vestro, Sacratissimi Imperatores. Post hæc juxta petitionem tam Dioscori, quam Eusebii, acta secundæ Synodi Ephesinæ publice recitata sunt. Ex quibus ostensum est, Epistolam Leonis
B lectam non fuisse, idque tametsi semel atque iterum ea de re interlocutio extitisset. Et cum Dioscorus hujus rei causam exponere juberetur, respondit ille, se semel atque iterum jussisse ut id fieret: postulavitque ut Juvenalis Hierosolymorum & Thalassius Cæsareæ Cappadocum Episcopus rem istam manifestius edocerent: Istos enim unà cum ipso, synodo præfuisse. Ac Juvenalis quidem testatus est, cum sacræ Imperatoris litteræ præviissent, jussisse se ut recitarentur: postea vero neminem Leonis Epistolæ mentionem feciSe. Thalassius verò dixit se non ob-
A bus apud Anatolium Constantinopolis Episcopum convenirent: omnes Episcopi acclamarunt in hæc verba. Nos ita credimus: omnes ita credimus: ut Leo, ita credimus. Nemo nostrûm dubitat. Nos universi subscripsimus. Quibus dictis, Judices ita interlocuti sunt. Non est necesse ut omnes conveniatis. Sed quoniam æquum est, ut dubitantes confirmentur, Reverendissimus Episcopus Anatolius, ex numero eorum, qui subscripserunt, eligat, quos idoneos esse judicaverit ad docendos eos, qui dubitant. Tum Episcopi has acclamationes subB jecerunt. Pro Patribus rogamus. Patres Synodo restituantur. Qui idem cum Leone sentiunt, synodo restituantur. Patres synodo restituantur. Has voces Imperatori. Has preces Orthodoxo. Has preces Augustæ. Omnes peccavimus: omnibus indulgeatur. Clerici autem Ecclesiæ Constantinopolitanæ exclamarunt his verbis. Pauci clamant: Synodus hæc non dicit. Post hæc acclamatum est ab Orientalibus, Ægyptium exilio. Illyriciani verò exclamarunt. Rogamus, omnium miserere. Rursus acclamatum est ab Orientalibus, Ægyptium C exilio. Cumque Illyriciani eadem, quæ prius postularent, Clerici urbis Constantinopolitanæ clamarunt. Dioscorum exilio. Ægyptium exilio. Hæreticum exilio. Dioscorum Christus deposuit. Post hæc iterum acclamatum est ab Illyricianis. Omnes peccavimus, omnibus veniam indulge. Dioscorum synodo, Dioscorum Ecclesiis. Et cum alia ejusdem modi processissent, consessus iste finem cepit. Sequenti verò consessu, cum Senatus interlocutus esset, ut recitarentur ea, quæ jam fuerant constituta: Constantinus à Secretis hæc recitavit D ex scheda. De recta quidem & Catholica fide, crastino die, perfectius conveniente Concilio diligentiorem inquisitionem fieri oportere perspicimus. Quoniam verò piæ memoriæ Flavianus, & Eusebius Reverendissim. Episcopus Dorylæi, ex scrutatione actorum ac decretorum, & ex ipsis vocibus eorum, qui in synodo, quæ tunc facta est, præsederunt: qui quidem confessi sunt errasse se, & frustra illos deposuisse, cum nullatenus errassent in fide, injuste depositi esse noscuntur: videtur nobis juxta id, quod Deo placet, justum esse, modò id placuerit sa-

cratissimo ac piissimo Domino nostro, A ut Dioscorus Reverendissimus Episcopus Alexandriæ,& Juvenalis Reverendissim. Episcopus Hierosolymorum,& Thalassius Rever. Episcopus Cæsareæ Cappadociæ, & Eusebius Rever. Episcopus Ancyræ, & Eustathius Rever. Episcopus Beryti, & Basilius Rever. Episcopus Seleuciæ Isauriæ, qui tunc auctoritate præditi Concilio præfuerunt, eidem pœnæ subjaceant, sacrosancti Concilii sententiâ juxta sacros canones ab Episcopali dignitate submoti: cunctis, quæ consequenter gesta fuerint,ad sacratissimi principis notitiam perferendis. Deinde quibusdam aliis recitatis,interrogati Episcopi, qui aderant, utrùm Leonis Epistola consentiret cum fide trecentorum &octodecim sanctorum Patrum, qui Nicææ in unum convenerant, & cum fide centum ac quinquaginta Patrum, qui in urbe Regia fuerant congregati, Anatolius Constantinopolitanus Episcopus, & universi, qui aderant Episcopi responderunt, Epistolam Leonis cum supradictis sanctis Patribus consentire. Idemque Anatolius supra memoratæ Leonis Epistolæ subscripsit. Quæ cum ita processissent,acclamatum est ab universa Synodo. Omnes consentimus: omnes C comprobamus: omnes similiter credimus: omnes eadem sentimus: omnes ita credimus. Patres synodo reddantur. Qui subscripserunt,synodo reddantur. Multos años Imperatori. Multos años Augustæ. Patres synodo reddãtur. Qui ejusdem fidei sunt, synodo reddantur. Multos annos Imperatori. Qui idem sentiunt,synodo reddantur. Multos annos Imperatori. Omnes fidei subscripsimus. Ut Leo, ita sentimus. Postea cum interlocutio prolata esset à Judicibus in hæc verba. De his relationem misimus ad sacratissimum & piissimum Dominum nostrum, & responsionem D ab ejus clementia expectamus. Vestra autem Reverentia, tam de Dioscoro, qui à vobis depositus est sacratissimo Principe & nobis ignorantibus, quam de quinque illis, pro quibus precati estis,& de omnibus,quæ in Concilio gesta sunt, rationem Deo redditura est. Acclamatum est ab omnibus: Dioscorum Deus deposuit. Dioscorus juste depositus est. Dioscorum Christus deposuit. Post hæc cum allata esset responsio Imperatoris Marciani,quâ permittebatur Episcopis, ut de quinque illis, qui depositi fuerant, pro arbi-

φαίνε ἡμῖν κ τὸ τῷ θεῷ ἄρεσκον δίκαιο
ναι, εἰ πᾶσας αἰτῷ θειοτάτῳ κ εὐσεβεστάτῳ
μῶν δεσπότῃ, τῷ αὐτῷ ἐπιμιμῷ διόσκορον τὸ
εὐλαβέστατον ἐπίσκοπον ἀλεξανδρείας, κ ἰου
βενάλιον τὸν εὐλαβέστατον ἐπίσκοπον ἱεροσο
λύμων, κ θαλάσσιον τὸν εὐλαβέστατον ἐπι
σκοπον καισαρείας καππαδοκίας, κ εὐσε
βιον τὸν εὐλαβέστατον ἐπίσκοπον ἀγκύρας, κ
εὐστάθιον τὸν εὐλαβέστατον ἐπίσκοπον βηρυ
κ βασίλειον τὸν εὐλαβέστατον ἐπίσκοπον σε
λευκείας τῆς ἰσαυρίας, τὰς ἐξουσίαν ἐχοντας
κ ἐξάρχοντας τῆς τότε συνόδου, κ τὰς κανο
B τὰ ἐπισκοπικὰ ἀλλοτρίας ὑφέσεως ἀξιώσας
πάντων τῶν συνακολουθησάντων τῇ θείᾳ κυρι
φῇ γνωριζομένων. εἶτα μεθ' ἑτέρας ἀνα
γνώσεις γινομένας, ἐρωτηθέντες οἱ συνειλη
μένοι ἐπίσκοποι, εἰ συνάδουσι τὰ λεχθέν
γεγράμμασι τῇ πίστει τῶν τιθ ἁγίων πατέρων
τῶν ἐν νικαίᾳ συναχθέντων, κ τῇ τῶν ρν τῶν
ἐν τῇ βασιλίδι, ἀπεκείνατο ἀναβλιθ ὁ τῆς
κωνσταντινουπόλεως προεδρ, κ πάντες οἱ
συνειλεγμένοι, συνάδειν τῷ ἐπιστολῇ λέον
τ τοῖς εἰρημένοις ἁγίοις πατράσι· κ τῇ
αὐτῇ λέοντος ἐπιστολῇ καθυπεσημήνατο. τὰ
C τῶν ὧδε προσελθόντων, ἐπεβόησαν οἱ τῆς συνό
δου, πάντες συνιδέμεθα. πάντες συναινοῦμεν
πάντες ὁμοίως πιστεύομεν, πάντες τὰ αὐτὰ
φρονοῦμεν, πάντες ὕτως πιστεύομεν· τὸν πα
τέρας τῇ συνόδῳ, τὸν ὑπογεγράφαντας τῇ συ
νόδῳ. πολλὰ τὰ ἔτη τ βασιλέως. πολλὰ τὰ
ἔτη, τῆς αὐγούστης· τὸν πατέρας τῇ συνόδῳ
τὸν ὁμοπίστους τῇ συνόδῳ. πολλὰ τὰ ἔτη τ
βασιλέως. τὸν ὁμόφρονας τῇ συνόδῳ· πολ
λὰ τὰ ἔτη τ βασιλέως· οἱ πάντες τῇ πίστ
ὑπογεγράφαμεν. ὡς ὁλέων, ὕτως φρονεμεν
κ διαλαλιᾶς ἐνεχθείσης ἐπὶ λέξεως ὧδε.
D ἀνωϊγκαμεν τῷ θειοτάτῳ κ εὐσεβεστάτῳ
ἡμῶν δεσπότῃ πρὸ αὐλῶν, κ ἀναμένομεν τὴν
ἀπόκρισιν τῆς αὐτοῦ εὐσεβείας. ἢ γ εὐλάβεια
ἡ ὑμετέρα κ πρὸ διοσκόρου τοῦ παρ' ὑμῶν κα
θαιρεθέντ ἀγνοούσης κ τῆς θειοτάτης κορυ
φῆς κ ἡμῶν, κ πρὸ αὐλῶν τῶν πέντε ὑπὲρ ὧν
τὴν πρόκλησιν ποιεῖται, κ πάντων τῶν
πεπραγμένων ἐν τῇ συνόδῳ δώσει λόγον τῷ
θεῷ· ἐπευφήμησαν λέγοντες, διόσκορον ὁ θεὸς
καθεῖλεν. διόσκορ δικαίως καθηρέθη, διο
σκόρον ὁ χριστὸς καθεῖλεν. εἶτα μ ταῦτα τῆς
ἀπὸ μαρκιανοῦ ἐνεχθείσης ἀποκρίσεως, τῇ

διακρίσεως τῶν ἐπισκόπων τὰ δόξαντα τῶν καθαιρεθέντων διάθεσις, ὡς ἡ διαλαλιὰ τῶν ἀρχόντων ἐδήλωσεν· ἐδεήθησαν ἐπὶ λέξεως εἰπόντες ταῦτα. Παρακαλοῦμεν αὐτοὺς εἰσελθεῖν· τοὺς ὁμοδόξους τῇ συνόδῳ. τοὺς ὁμόφρονας τῇ συνόδῳ· τοὺς ὑπογεγράφαντας τῇ ἐπιστολῇ λέοντος τῇ συνόδῳ. οἵπερ ἀπὸ διαλαλιᾶς τῇ συνόδῳ συνηριθμήθησαν. καὶ μετὰ ταῦτα δεήσεις ἐπεδεδόμεθα παρὰ τῶν ἐπισκόπων τῆς ἐν αἰγύπτῳ διοικήσεως μακαριανῷ τῷ αὐτοκράτορι ἀνεγνώσθησαν, ἃ δὲ ἔχουσι παρ' ἑτέροις. Φρονοῦμεν καθὼς καὶ οἱ ἐν νικαίᾳ τριακοσίοι ἑξήκοντα, καὶ ὁ μακάριος ἀθανάσιος, καὶ ὁ ἐν ἁγίοις κύριλλος· ἀναθεματίζοντες πᾶσαν αἵρεσιν, τήν τε ἀρείου, καὶ εὐνομίου, καὶ μάνεντος, καὶ νεστορίου, καὶ τῶν λεγόντων ἐξ οὐρανοῦ τὴν σάρκα τοῦ κυρίου ἡμῶν, καὶ μὴ ἐκ τῆς ἁγίας θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου μαρίας, καθ' ὁμοιότητα πάντων ἡμῶν, χωρὶς ἁμαρτίας. πάντες οἱ τῆς συνόδου ἀνέκραξαν λέγοντες. τὸ δόγμα εὐτυχοῦς διατί μὴ ἀνεθεματίσαν. τῇ ἐπιστολῇ λέοντος ὑπογράψαντες, ἀναθεματίζοντες εὐτυχῆ καὶ τοῖς δόγμασιν αὐτοῦ συντάττονται τῇ ἐπιστολῇ λέοντος· χλευάσαι ἡμᾶς θέλουσι καὶ ἀπελθεῖν· τοῦ δὲ δηλῆσαι οἱ ἐξ αἰγύπτου ἐπίσκοποι, ὡς πολλοὶ τυγχάνουσιν οἱ ἐν αἰγύπτῳ ἐπίσκοποι, ὃς μὴ δυνάμενος τῶν ἀπολιμπανομένων ἀναδέξασθαι πρόσωπον· καὶ παρεκάλουν ἀναμεῖναι τὴν συνοδον τὸν αὐτῶν ἀρχιεπίσκοπον, ἵνα τῇ γνώμῃ ἐκείνου ἀκολουθήσωσιν ὡς τοῦτο βούλεται. ἐὰν γὰρ περὶ τοῦ ἡγεμονεύοντος προβολῆς ποιήσωσί τι, ἐπέχειν αὐτοῖς τὰς ἀπὸ πάσης τῆς αἰγυπτιακῆς διοικήσεως· καὶ πολλὰ περὶ τούτων δεηθέντων, καὶ τῶν ἀπὸ τῆς συνόδου μάλα ἰσχυρῶς ἀντιπεινόντων, διελαλήθη ἐνδοθῆναι τοῖς ἐξ αἰγύπτου ἐπισκόποις μέχρις οὗ ἀρχιεπίσκοπος αὐτοῖς προχειρισθείη. καὶ μετὰ τοῦτο, δεήσεις ἐπεδίδοντό τινων μοναχῶν, ὧν τὸ κεφάλαιον ἦν, μηδαμῶς αὐτοὺς ἀναγκάζειν ἔν τισι χάρταις ὑπογράφειν μέχρις ἂν συναθροισθείη ἡ συνοδος ἣν τεθεσπικεν ὁ βασιλεὺς ἀληθῆναι, καὶ τὰ τετυπωμένα γνῶσιν· ὧν ἀναγνωσθεισῶν, διοχλῆς ἐπίσκοπος κυζίκου διεξῆλθε, βαρσούμαν ἕνα τῶν συνελθόντων φλα-

A trio suo statuerent, quemadmodum Judices interlocutione facta significarunt, Episcopi precati sunt his verbis. Ut illi ingrediantur rogamus. Qui idem sentiunt, synodo reddantur. Qui idem sapiunt, synodo reddantur. Qui Epistolæ Leonis subscripserunt, synodo reddantur. Qui mox prolata interlocutione, admissi sunt in synodum. Postea recitati sunt libelli precum, qui ab Episcopis Ægyptiacæ Diœcesis oblati fuerant Imperatori Marciano. In quibus inter alia, hæc legebantur: Sentimus quemadmodum trecenti & octodecim patres Nicææ exposuerunt, B & B. Athanasius, & sanctæ memoriæ Cyrillus: Anathemate damnantes omnem hæresin, Arii scilicet atque Eunomii, Manetis item ac Nestorii, & eorum, qui dicunt, carnem Domini nostri è cœlo esse; non autem ex sancta Deipara & semper Virgine Maria, similem omnium nostrum absque peccato. Tum omnes Episcopi, qui in synodo aderant, exclamarunt his verbis. Cur Eutychis etiam dogma isti minime damnarunt? Epistolæ Leonis subscribant, Anathemate damnantes Eutychen ac doctrinam ejus. Consentiant Epistolæ Leonis. Illudere nobis C volunt & abscedere. Ad hæc Episcopi Ægypti responderunt, multos esse Episcopos in Ægypto, nec posse se omnium personam sustinere. Rogabantque ut synodus Archiepiscopum ipsorum expectaret, quo ipsi sententiam illius sequerentur, sicuti mos postulat. Nam si ante electionem Archiepiscopi sui quidpiam egissent, cunctos Ægyptiacæ Diœcesis impetum in ipsos esse facturos. Et cum diu multumque hujus rei causâ precati essent, & Episcopi, qui in Concilio erant, fortissime eis restitissent, per interlocutionem præceptum est, ut Episcopis Ægypti dilatio Dconcederetur, quoadusque ordinatus ipsis fuisset Archiepiscopus. Post hæc oblatæ sunt preces quorundam Monachorum, quarum hæc erat summa: ut nullatenus chartis quibusdam subscribere cogerentur, quoadusque congregata esset Synodus quam indixerat Imperator, & ea quæ sancita fuerant, cognosceret. His recitatis, Diogenes Episcopus Cyzici dixit; Barsumam, unum ex iis, qui ingressi fuerant in Concilium, occidisse Flavianum. Illum enim clamasse; Occide. Et quamvis in libello precum nominatus non sit, eum tamen contra jus fasque intro-

greſſum eſſe. Poſt hæc ab univerſis Epiſcopis acclamatum eſt: Syriam omnem Barſumas devaſtavit. Mille Monachos contra nos immiſit. Cumque prolata eſſet interlocutio, ut Monachi, qui convenerant, definitionem Concilii expectarent, poſtularunt Monachi ut libelli ab ipſis compoſiti recitarentur, in quibus hoc inter cætera continebatur; ut Dioſcorus & qui cum illo erant Epiſcopi, Concilio intereſſent. Quibus auditis, exclamarunt omnes Epiſcopi: Anathema Dioſcoro. Dioſcorum Chriſtus depoſuit. Iſtos foras projice. Tolle injuriam Concilii. Tolle violentiam Concilii. Has voces Imperatori. Tolle injuriam Concilii. Tolle dedecus Concilii. Contra verò Monachi inclamarunt. Tolle injuriam Monaſteriorum. Cumque eadem rurſus acclamata eſſent ab Epiſcopis, qui in ſynodo erant, juſſum eſt ut reliqui libelli recitarentur. Qui quidem ſuggerebant, Dioſcori depoſitionem non rectè, neque ordine factam eſſe, & propoſita fide, eum ad conſeſſum ſynodi admitti oportere. Quod niſi ita fieret, excuſſuros ſe veſtimenta ſua, & à communione Epiſcoporum, qui congregati erant, receſſuros. His recitatis, Aetius Archidiaconus legit canonem de iis, qui ſemetipſos à communione ſeparant. Rurſus cum ad interrogationem ſanctiſſimorum Epiſcoporum, & poſteà ad interrogationem Aetii Archidiaconi, tanquam nomine ſynodi factam, Monachi diviſi eſſent: & alii quidem Neſtorium atque Eutychen Anathemate damnarent; alii verò tergiverſarentur: Judices per interlocutionem pronuntiarunt, ut Fauſti & reliquorum Monachorum preces legerentur: quibus petebant ab Imperatore, ne amplius ſuſciperentur Monachi, qui rectis dogmatibus paulò antè fuerant adverſati. Inter quos quidam, Dorotheus nomine, Eutychen Orthodoxum appellaverat. Adverſus quem diverſæ quæſtiones de Eutychis doctrina à Judicibus propoſitæ ſunt. Poſt hæc cum quintus conſeſſus inchoatus fuiſſet, Judices interlocutione habita pronuntiarunt, ut definitio fidei promulgaretur. Tunc Aſclepiades Diaconus Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, legit definitionem, quam monumentis actorum inſerendam non eſſe judicarunt. Cui definitioni nonnulli quidem repugnarunt: plures tamen conſenſerunt. Cumque

A σιανὸν σφάξαι. αὐτὸν γὰρ κεφάξαι, σφάξαι,
ἢ μὴ ἐγκείμενον ταῖς δεήσεσι, ἀλλὰ τὸ ὀ-
ον τῆς εἰσόδου τυχεῖν. ὅις ἐπεβόησαν πάν-
οἱ ἐπίσκοποι, πᾶσαν συρίαν βαρσεμᾶς
φάνισεν, ἐπήγαγε ἡμῖν χιλίους μοναχ-
τας· καὶ διαλαλίας ἐνεχθείσης ἀναμέσον
τὰς συνελθουθότας τῷ ἀπὸ τῆς συνόδου
διατύπωσιν, ἠξίωσαν οἱ μοναχοὶ τὰς συν-
τεταγμένας αὐτῆς λιβέλλους ἀναγνωσθῆναι
ὧν μέρος ὑπῆρχε, τὸν διόσκορον καὶ τοὺς συν-
αὖπαλ ἐπισκόπους παρεῖναι καλῶ τὸ συνέδριον
B πρὸς ὃ ἐπεβόησαν πάντες οἱ ἐπίσκοποι
ἀνάθεμα διοσκόρῳ· διόσκορον ὁ χριστὸς κα-
θεῖλε. τοῦτος ἔξω βάλλε. ἆρον ὕβριν τῆς
συνόδου. ἆρον βίαν τῆς συνόδου· τὰς φω-
νὰς τῷ βασιλεῖ. ἆρον ὕβριν τῆς συνόδου.
ἆρον αἶσχος τῆς συνόδου. ὅις ἀντεκέκρα-
οἱ μοναχοὶ, ἔκραζον. ἆρον ὕβριν τῶν μοναχ-
ηρίων. καὶ τῶν αὐτῶν αὖθις κραυγαζόν-
των ὅτι τῆς συνόδου, διελαλήθη τὰς λι-
πὰς τῶν λιβέλλων ἀναγνωσθῆναι· αὖπα
λέγουσι μὴ καλῶ τὸ δέον τῷ καθαίρετο
C διοσκόρου χρεάζ, καὶ χρεῶν πίσεως ἀ-
κειμένης, μεταχεῖν αὐτὸν τῆ συνεδρίᾳ.
δὲ μὴ τοῦτο χήνται, ἀποπνάσειν τὰ ἱμά-
πια αὐλῶν τῆς κοινωνίας τῶν συνελθόν-
των ἐπισκόπων· ὧν εἰρημένων, ἀεπὶ ἀρ-
χιδιάκονος ἀνεγίνωσκε κανόνα περὶ τῶν ἀ-
φοριζόντων ἑαυτοὺς· καὶ πάλιν πρὸς τὰ
πούσεις τῶν ὁσιωτάτων ἐπισκόπων τῶν μο-
ναχῶν διενεχθέντων, εἶτα ἢ πρὸς ἐρώτησιν
D ἀεπὶ ἀρχιδιακόνου, ὡς ἀπὸ τῆς συνόδου
τῶν μὲν ἀναθεματιζόντων νεςόριον ἢ εὐ-
τυχῆ· τῶν δὲ, ὃ ἀθετηκοσαμένων, διελα-
λήθη παρὰ τῶν ἀρχόντων, τὰς δεήσεις
φαύσειν ἢ τῶν λοιπῶν μοναχῶν ἀναγνω-
σθῆναι, ἀὶ παρεκάλουν τὸν βασιλέα ἵνα
δεχθῶσι τὰς περαιτέρω πρὸς μο-
ναχὰς ἐναντιωμένας τοῖς ὀρθοῖς δόγμα-
σιν. ἐφ' ὅις ὠρύθη μοναχὸς, ὀρθόδο-
ξον εὐτυχῆ κέκληκε. πρὸς ὃν διαφορὰ ἐ-
μαλικὰ περὶ εὐτυχοῦς παρὰ τῶν ἀρχόντων συ-
νήθη. καὶ μετὰ τοῦτο πέμπτης συνελθούσης
χρωμένης, διελάλησαν οἱ ἄρχοντες, τὰ τυ-
πωθέντα περὶ τῆς πίσεως δῆλα χρεῶσαι τοῖ

ἀνέγνω ἀσκληπιάδης διάκονος κωνσταντινουπόλεως ὅρον, ὃν ἔδοξε μὴ συγκαταγῆναι τοῖς ὑπομνήμασι. πρὸς ὃν τινες μὲν διενέχθησαν· οἱ πλείους δὲ συνήνεσαν· καὶ ἐκ βοήσεων ἐναντίων γνωμῶν, εἶπον οἱ ἄρχοντες, ὅτι διόσκορος ἔλεγε διὰ τοῦτο καθελεῖν φλαβιανὸν, ἐπειδὴ δύο φύσεις εἶπεν εἶναι· τὸν δὲ ὅρον ἐκ δύο φύσεων ἔχειν. πρὸς δὲ ἀνατόλιος εἶπε, διόσκορον μὴ καθαιρεθῆναι διὰ τοῦτο. ἀλλ' ἐπειδὴ ἀκοινωνησίαν ἐπήγαγε λέοντι, καὶ τοῖς κληθεῖς, οὐκ ἦλθε. καὶ ἀπὸ τοῦ νῦν οἱ ἄρχοντες ἐν τῇ ἁγιωτάτῃ λέοντος ἐντεθῆναι τῷ ὅρῳ. πρὸς ὃ ἀποφηνάντων τῶν ἐπισκόπων, καὶ εἰρηκότων ἄλλων ὅρον μὴ γράφειν, ἐντελῶς γὰρ ἔχειν, ἀνηνέχθη ταῦτα τῷ βασιλεῖ. καὶ ἐκέλευσεν ἐξ ἀπὸ τῶν ἀνατολικῶν ἐπισκόπων, καὶ τρεῖς ἀπὸ τῆς ποντικῆς, καὶ τρεῖς ἀπὸ ἀσίας, καὶ τρεῖς ἀπὸ θράκης, καὶ τρεῖς ἀπὸ ἰλλυριῶν, συμπαρόντος ἀνατολίου καὶ τῶν τοποτηρητῶν ῥώμης συνελθεῖν ἐν τῷ μαρτυρίῳ, καὶ τὰ περὶ τῆς πίστεως ὀρθῶς τυπῶσαι, ἢ ἕκαστον τῷ ἑαυτοῦ δηλῶσαι πίστιν, ἢ εἰδέναι, ὡς ἐν τῇ δύσει ἡ συνοδος γίνεται. καὶ ἀπαιτηθέντες εἰπεῖν, εἰ διοσκόρῳ ἀκολουθοῦσιν ἐκ δύο λέγοντι, ἢ λέοντι, δύο ἐν χριστῷ, ἐβόησαν λέοντι πιστεύειν· τὰς δὲ ἀντιλέγοντας, εὐτυχιανιστὰς εἶναι· καὶ τῶν ἀρχόντων εἰρηκότων προσελθεῖν καὶ λέοντος δύο φύσεις ἡνωμένας, ἀτρέπτως, καὶ ἀμερίστως, καὶ ἀσυγχύτως ἐν τῷ χριστῷ, καὶ ἐπελθόντων τῶν ἀρχόντων ἐν τῷ μαρτυρίῳ τῆς ἁγίας εὐφημίας ἅμα ἀνατολίῳ καὶ τοῖς τοποτηρηταῖς λέοντος, καὶ μαξίμου ἀντιοχείας, καὶ ἰουβεναλίου ἱεροσολύμων, καὶ θαλασσίου καισαρείας καππαδοκίας σὺν ἑτέροις· καὶ ἐξελθόντων αὐτῶν, ἀνεγνώσθη ὁ ὅρος· ἔχων ἕτως. ὁ κύριος ἡμῶν καὶ σωτὴρ ἰησοῦς χριστὸς, καὶ τὰ λοιπὰ ἃ ἐν τῇ ἱστορίᾳ ἐντέταχται, καὶ πάντων βοησάντων, αὕτη ἡ πίστις τῶν πατέρων, οἱ μητροπολῖται ἀρτιγράψωσιν. αὕτη ἡ πίστις τῶν ἀποστόλων. ταύτῃ πάντες στοιχοῦμεν, πάντες ἕτως φρονοῦμεν, διελάλησαν οἱ ἄρχοντες. τὰ τυπωθέντα διὰ τῶν πατέρων καὶ πᾶσιν ἀρέσαντα, ἀνενεχθήσεται τῇ θείᾳ κα-

A hinc & inde acclamationes contrariæ factæ essent, Judices dixerunt, Dioscorum dixisse, idcirco Flavianum ab ipso depositum esse, quod duas naturas esse dixisset: in definitione autem scriptum haberi, ex duabus naturis. Ad hæc Anatolius respondit, Dioscorum non ob fidem depositum fuisse: sed quia Leonem excommunicaverat, & ter vocatus ad Concilium non venerat. Tum Judices postularunt, ut verba Epistolæ Leonis inserterentur definitioni fidei. Quibus cùm Episcopi contradixissent, affirmassentque aliam definitionem fieri non posse: eam enim B omnibus numeris esse absolutam: res ad Imperatorem relata est. Imperator ex Orientalibus Episcopis sex, ex Pontica Diœcesi tres, tres item ex Asia, & tres ex Thracia, totidemque ex Illyrico, in templum Martyris Euphemiæ convenire jussit, præsentibus Anatolio & Vicariis Romanæ Sedis, atque illic regulam fidei recte constituere, aut certe singulos seorsum fidem suam exponere. Sin minus, scirent synodum in Occidentis partibus esse celebrandam. Cumque ex illis quæsitum esset, utrum Dioscorum sequerentur, qui Christum ex duabus constare naC turis dicebat, an Leonem, qui duas in Christo naturas asserebat, acclamarunt se Leoni assentiri: eos verò, qui contradicerent, Eutychianistas esse. Et cum Judices dixissent addendum esse in definitione fidei duas naturas in Christo unitas inconversibiles, indivisas atque inconfusas, juxta Leonis sententiam: rogati sunt ab Episcopis, ut intrarent in Oratorium sanctæ Martyris Euphemiæ. Et cum intrassent Judices in supradictum oratorium unà cum Anatolio & Vicariis Leonis, cum Maximo item Antiochiæ, Juvenale Hierosolymorum, Thalassio Cæsareæ Cappa-
D dociæ & reliquis Episcopis; & paulo post egressi illinc essent, lecta est definitio fidei, quæ sic habet. Dominus & Servator noster Jesus Christus; & reliqua, quæ superius à nobis in historia posita sunt. Cumque omnes acclamassent: Hæc Patrum fides: Metropolitani jam subscribant. Hæc fides Apostolorum. Hanc omnes sequimur. Omnes ita sentimus: Judices interlocuti sunt his verbis. Ea, quæ à Patribus definita sunt, & quæ universis placuerunt, ad sacratissimum Principem referentur. Sexto autem consessu, Marcianus Imperator ad Concilium

venit, & ad Episcopos verba fecit de concordia: ejusque jussu definitio fidei recitata est ab Aetio Archidiacono Ecclesiæ Constantinopolitanæ. Cui definitioni omnes Episcopi subscripserunt. Cumque Imperator interrogasset, utrum ea definitio communi omnium consensu facta esset, universi faustis acclamationibus & præconiis eam comprobarunt. Rursus Imperator bis ad Episcopos verba fecit, & universi faustis acclamationibus eum prosecuti sunt. Tum Imperatoris hortatu conscripti sunt Canones, & urbi Chalcedonensium attributa sunt jura metropolitica. Jussit etiam Imperator ut Episcopi triduum aut quatriduum ibidem morarentur, & unusquisque id, quod vellet, proponeret coram magnificentissimis Judicibus: utque cuncta competenti judicio terminarentur. Atque hoc modo conventus iste finitus est. Alius postea consessus habitus est, in quo alii Canones sunt constituti. Rursus verò in alio consessu, Juvenalis & Maximus conventionem fecere: placuitque ut Episcopus Antiochiæ duas Phœnices & Arabiam: Hierosolymitanus verò tres Palæstinas sedi suæ subjectas haberet: Quæ conventio interlocutione Judicum atque Episcoporum confirmata est. Nono consessu actum est de causa Theodoriti. Qui Nestorium Anathemate damnavit his verbis usus: Anathema Nestorio & ei, qui sanctam Virginem Mariam negat esse Deiparam, & ei qui unum Filium unigenitum in duos filios partitur. Ego verò & definitioni fidei, & Leonis Epistolæ subscripsi. Omnium igitur sententiâ propriam sedem recuperavit. In alio deinde consessu causa Ibæ examinata est, & lecta sunt, quæ adversus illum gesta ac pronuntiata erant: quorum Judices fuerant Photius Episcopus Tyri & Eustathius Episcopus Beryti. Et dilata est sententia in proximum consessum. Undecimo consessu, cum jam plures Episcopi decrevissent, ut Ibas sacerdotium suum reciperet, quidam ex Episcopis reclamantes dixerunt, Accusatores Ibæ foris esse, postularuntque ut ingredi juberentur. Lecta sunt igitur, quæ adversus Ibam gesta fuerant. Cumque Judices interlocutione facta præcepissent, ut ea, quæ contra Ibam gesta erant Epheſi, recitarentur, Episcopi dixerunt, cuncta quæ in secunda Synodo Ephesinâ acta fuerant, irrita esse, excepta ordinatione

ρυφῆ. καὶ ἅ τῷ ἕκτῳ συνέλθουσι τῶν
ἠρέτο μαρκιανός, καὶ πρὸς τὰς ἐπιτ
πρεσβείτης ὁμονοίας ἐδημηγόρησε· καὶ ὁ
αἴλιος ἀρχιδιακόνου κωνσταντινουπόλεως
ὅρος ἀνεγνώσθη ἀπὸ διαλαλιᾶς τῆ βα
σιλέως, καὶ πάντες ὑπέγραψαν τῇ ὁρ
καὶ ἠρώτησεν ὁ βασιλεὺς, εἰ καλῶς συνε
σιν πάντων ὁ ὅρος συνετέθη· καὶ πάντ
δι' ἀὐφημιῶν ἐβεβαίωσαν· καὶ πάλιν ὁ βα
σιλεὺς ἐδημηγόρησε δὶς, καὶ ἐπεφώνησ
πάλες καὶ ἀπὸ περιεργπῆς ὃ βασιλεὺς
ἐταίθησαν κανόνες, καὶ ἐδόθη τῇ καλχη
ναίων μητροπολιτικὰ δίκαια· ὃ συνελθὸν
ὁ βασιλεὺς μεῖναι τὰς ἐπισκόπους τρεῖ
τέτταρας ἡμέρας, καὶ ἕκαστον κινῆσαι τὰ
εἰ ὧν βούλεται, παρόντων τῶν ἀρχόντω
καὶ τὰ εἰκότα γνῶσθαι· καὶ ἐπεραιώθη
συνέλευσις. γέγονε καὶ ἕτερα, καὶ ἕτερ
κανόνες ἐτέθησαν. καὶ πάλιν καθ' ἑτέρ
σύνοδον συνεβάτησαν ἰουβενάλιος καὶ μά
μος, ὃ ἔδοξε τὸν ἀντιοχείας ἔχειν δύο φ
νίκας, καὶ ἀραβίαν· τὸν δὲ ἱεροσολύμων, τρ
παλαισίνας· ὃ ἀπὸ διαλαλιᾶς τῶν ἀρχό
των καὶ ἐπισκόπων, ἐβεβαιώθησαν· κα
καὶ τῷ ἑνάτῳ σύνοδον, ἐκινήθη τὰ κα
τὰ θεοδώριτον· ὃ ἀνεθεμάτισε νεστόριο
ρικῶς, ἀνάθεμα νεστορίῳ, καὶ τῷ μὴ λέ
γοντι θεοτόκον τὴν ἁγίαν παρθένον μαρία
καὶ τῷ εἰς δύο υἱοὺς μερίζοντι τὸν ἕνα κ
τὸν μονογενῆ. ἐγὼ δὲ καὶ τῷ ὅρῳ τῆς πί
στεως ὑπέγραψα, καὶ τῇ ἐπιστολῇ λέοντ
τος· καὶ ἀπὸ διαλαλιᾶς πάντων ἀπέλα
βε τὸν οἰκεῖον θρόνον. ἐν ἄλλῃ συνόδῳ ἐ
κινήθη τὰ κατὰ ἴβαν, καὶ ἀνεγνώσθησαν τ
ἐπ' αὐτῷ κεχειμένα, ὃς ἐδίκασαν φώτι
ἐπίσκοπος τῆς τυρίων, καὶ εὐστάθιος ἐπι
σκοπος βηρυτῆ· καὶ ὑπερετέθη ἡ ψῆφο
εἰς τὴν ἑξῆς· καὶ κατὰ τὴν ια' συνελευσιν
τῶν πλειόνων ἐπισκόπων ψηφισαμένων αὐ
τὸν ἐς ἱερέας εἶναι, τινὲς ἐπίσκοποι αὐτὴ
πόντες, εἰρήκασι τὰς κατηγόρους αὐτῷ ἔξω
εἶναι, καὶ ἠξίωσαν αὐτὺς ἐπελθεῖν. καὶ
ἀνεγνώσθησαν τὰ ἐπ' αὐτῷ πεπραγμέ
να· καὶ διαλαλησάντων ἀρχόντων ἀνα
γνωσθῆναι τὰ ἐν ἐφέσῳ πεπραγμένα πε
ρὶ ἴβα, εἰρήκασιν οἱ ἐπίσκοποι, πάντα
τὰ ἐν ἐφέσῳ πεπραγμένα τῇ τῶν δευτέ
ρων σύνοδον, ἄκυρα εἶναι, χωρὶς τ χειροθεσίας

μαξίμου τοῦ ἀντιοχείας· καὶ ἐδεήθησαν περὶ τούτου καὶ τοῦ βασιλέως, ὥστε θεσπίσαι μηδὲν τῶν ἐν ἐφέσῳ μὴ τὴν πρώτην συνόδον κρατεῖν, ἧς ἡγήσατο ὁ ἐν ἁγίοις κύριλλος ὁ τῶν ἀλεξανδρέων προέδρου· καὶ ἐδικαιώθη τὴν ἐπισκοπὴν αὐτὸν ἔχειν· καθ' ἑτέραν πρᾶξιν, ἐζητήθη τὰ κατὰ βασσιανὸν ἐπίσκοπον ἐφεσίων, καὶ ἐδικαιώθη ἐξενεχθῆναι αὐτὸν καὶ στέφανον ἐσαχθῆναι. καὶ ἑτέρας συνόδου γενομένης, ταῦτα ἐψηφίσθη· καὶ τρισκαιδεκάτης πράξεως γνωσθείσης, ἐξητάσθη τὰ κατ' εὐνόμιον τὸν νικομηδείας, καὶ ἀναστάσιον τὸν ἐπίσκοπον νικαίας, φιλονεικησάντων περὶ τῶν ἰδίων πόλεων. γέγονε δὲ καὶ τεσσαρεσκαιδεκάτη πρᾶξις, καὶ ἐξητάσθη τὰ ἔργα κατὰ σαβινιανὸν ἐπίσκοπον. ἐπὶ δὲ τῷ τέλει ἐδικαιώθη τὸν κωνσταντινουπόλεως θρόνον, εὐθὺς μετὰ τὸν ῥώμης τετάχθαι.

A Maximi Antiochensis Episcopi. Deq; eare Imperatorem etiam rogarunt, ut lege lata decerneret, ut nihil eorum, quæ post primam synodum cui S. Cyrillus Alexandrinorum præfuit, Ephesi acta essent, robur ac firmitatem obtineret. Judicatumque est ut Ibas Episcopatum suum reciperet. Sequenti actione, discussa est causa Bassiani Ephesiorum Episcopi. Statutumque est, ut tam ille, quam Stephanus deponerentur, & alius in eorum locum substitueretur. In altero deinde consessu idem confirmatum est. Tertio decimo consessu examinata est causa Eunomii Nicomediensis & Anastasii Episcopi Nicææ, qui de quibusdam urbibus inter se contendebant. Coactus item est quartus decimus consessus, & examinata est causa Sabiniani Episcopi. Postremo decretum est, ut Constantinopolitana sedes post Romanam primum locum obtineret.

ΤΕΛΟΣ.

FINIS.

ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ ΤΩ ΤΡΙΤΩ ΤΟΜΩ ΤΗΣ ΕΚ-
κλησιαστικῆς ἱστορίας εὐαγρίου σχολαστικοῦ.

α΄. Περὶ τῆς βασιλείας ζήνωνος, καὶ τοῦ βίου αὐτοῦ.
β΄. Περὶ ἐφόδων βαρβαρικῶν, ἔν τε τῇ ἕῳ καὶ τῇ δύσει.
γ΄. Περὶ τῆς τυραννίδος βασιλίσκου, καὶ φυγῆς ζήνωνος.
δ΄. Ὡς τιμόθεον ἄιλουρον ὁ βασιλίσκος ἀνεκαλέσατο, καὶ πεισθεὶς ὑπ' αὐτοῦ ἐγκυκλίοις
ἐπιστολὰς εἰς ἀθέτησιν τῆς ἐν καλχηδόνι συνόδου πανταχοῦ ἐξαπέστειλε.
ε΄. Περὶ τῶν συνθεμένων τοῖς ἐγκυκλίοις βασιλίσκου, καὶ τὴν σύνοδον ἀθετησάντων.
ϛ΄. Ὡς τοῦ ἀιλούρου τιμοθέου τὴν ἀλεξανδρέων ἀπολαβόντος, καὶ τῇ ἐφεσίων τὸ πατρι-
αρχικὸν δίκαιον ἀποδόντος, ἀναθέματι τὴν ἐν καλχηδόνι σύνοδον καθυπέ-
βαλεν.
ζ΄. Ὡς τῶν μοναχῶν ἀκακίου γνώμῃ στασιασάντων, φοβηθεὶς ὁ βασιλίσκος ἐναντιο-
τῷ πρότερον γράψας ἐξαπέστειλεν ἀντεγκύκλια.
η΄. Περὶ τῆς ἐπανόδου ζήνωνος.
θ΄. Ὡς μετὰ τὸν θάνατον βασιλίσκου, οἱ τῆς ἀσίας ἐπίσκοποι τὸν ἀκάκιον ἡμερούμενοι,
μετανοίας βιβλίον ἐπιδεδώκασιν, οἷς ἐξήμαρτον τὴν ἐν καλχηδόνι σύνοδον ἀθε-
τήσαντες.
ι΄. Περὶ τῶν ἐν ἀντιοχείᾳ ἐπισκοπησάντων.
ια΄. Ὡς ὁ βασιλεὺς ζήνων ἐβουλήθη τὸν ἄιλουρον διῶξαι· διὰ δὲ τὸ γῆρας αὐτὸν κατε-
λεήσας εἴασε· καὶ ὡς αὐτοῦ τελευτήσαντος, πέτρος ὁ μογγὸς πρὸς τὸν ἀλεξαν-
δρέων κεχειροτόνηται· τιμόθεος δὲ ὁ μετὰ προτέριον νεύματι τοῦ βασιλέως, τὸν τῆς
ἀλεξανδρέων θρόνον κατέσχεν.
ιβ΄. Περὶ ἰωάννου τοῦ μετὰ τιμόθεον τῆς ἀλεξανδρέων τοὺς οἴακας κατασχόντος, ὅπως τε τοῦ-
τον ὁ ζήνων ὡς ἐπιορκήσαντα ἀπελαύνει, πέτρῳ δὲ τῷ μογγῷ τὴν ἀλεξανδρέων ἐγ-
χειρίζει.
ιγ΄. Ὡς πέτρος ὁ μογγὸς δέχεται τὸ ἑνωτικὸν ζήνωνος, καὶ τοῖς ἀπὸ προτερίου συνάπτεται.
ιδ΄. Περὶ τοῦ λεγομένου ἑνωτικοῦ τοῦ ζήνωνος.
ιε΄. Ὡς ἰωάννης ὁ ἀλεξανδρείας κατελθὼν ἐν ῥώμῃ, πείθει σιμπλίκιον πρὸς ζήνωνα.
περὶ τῶν συμβάντων γράψαι ζήνωνι.
ιϛ΄. Περὶ καλανδίωνος τοῦ ἀντιοχείας, καὶ ὅτι ἐξορίᾳ κατεδικάσθη διὰ τὴν πρὸς ἴλλουν
καὶ λεόντιον ὑπονοηθεῖσαν φιλίαν· καὶ ὡς πέτρος ὁ κναφεὺς ἡνώθη τῷ μογγῷ, καὶ
τῷ κωνσταντινουπόλεως, καὶ τῷ ἱεροσολύμων.
ιζ΄. Περὶ ὧν ἔγραψε πέτρος ἀκακίῳ δεξαμένῳ τὴν ἐν καλχηδόνι σύνοδον.
ιη΄. Ὅπως ἰωάννης ὁ ἀλεξανδρείας πείθει φίληκι τῷ πάπα ῥώμης καθαίρεσιν ἀκα-
κίῳ τῷ κωνσταντινουπόλεως πέμψαι.
ιθ΄. Περὶ κυρίλλου ἡγουμένου μονῆς τῶν ἀκοιμήτων, ὅπως πρὸς ῥώμην ἀπέστειλε πρὸς
φίληκά τινας, ἐνάγων αὐτὸν πρὸς ἐκδίκησιν τῶν τολμωμένων κατὰ τῆς πίστεως.
κ΄. Περὶ ὧν ἔγραψε φίληξ πρὸς ζήνωνα, καὶ αὖ πάλιν ζήνων πρὸς φίληκα.
κα΄. Ὡς συμεώνης μοναχὸς μονῆς τῶν ἀκοιμήτων εἰς ῥώμην κατελθὼν, τοὺς ἐν κων-
σταντινουπόλει ἀποσταλέντας ἐπισκόπους παρὰ ῥωμαίων διήλεγξε κοινωνήσαντας
τοῖς αἱρετικοῖς· καὶ ὡς αὐτοί τε καὶ οἱ κοινωνήσαντες πέτρῳ, παρὰ ῥωμαίων καθηρέτησαν.
κβ΄. Περὶ τῶν ἐν ἀλεξανδρείᾳ κινηθέντων καὶ ἐν διαφόροις τόποις, χάριν τῆς ἐν καλχηδόνι
συνόδου.
κγ΄. Περὶ τοῦ φραυίτου καὶ εὐφήμου τῶν κωνσταντινουπολιτῶν, καὶ ἀθανασίου καὶ ἰωάννου τῶν
ἀλεξανδρέων, καὶ παλλαδίου καὶ φλαβιανοῦ τῶν ἀντιοχέων, καὶ ἑτέρων τινων.
κδ΄. Περὶ τῆς ἀναιρέσεως ἁρμάτου συγγενοῦς βερίνης τῆς βασιλίδος.

κε'. Περὶ τῆς ἐπαναστάσεως θεοδερίκου τοῦ σκύτου, καὶ τῆς τούτου τελευτῆς.
κϛ'. Περὶ τῆς μαρκιανοῦ ἐπαναστάσεως, καὶ οἷα περὶ τοῦτον συνέβη.
κζ'. Περὶ τῆς τυραννίδος ἴλλου καὶ λεοντίου.
κη'. Περὶ μαμμιανοῦ, καὶ τῶν ἔργων αὐτοῦ.
κθ'. Περὶ τῆς τελευτῆς ζήνωνος, καὶ τῆς ἀναῤῥήσεως ἀναστασίου.
λ'. Περὶ ἀναστασίου τοῦ βασιλέως, καὶ ὡς διὰ τὸ μὴ βούλεσθαι τοῦτον καινοτομεῖν τὶ περὶ τὴν ἐκκλησιαστικὴν κατάστασιν, μυρίων ταραχῶν αἱ ἀνὰ τὴν οἰκουμένην ἐκκλησίαι ἐνεπλήσθησαν· πολλοί τε τῶν ἐπισκόπων διὰ τοῦτο ἐξεβλήθησαν.
λα'. Ἐπιστολὴ τῶν μονακῶν παλαιστινῶν πρὸς ἀλκίσωνα περὶ μονακοῦ ξεναίου καὶ ἑτέρων τινων.
λβ'. Περὶ τῆς ἐκβολῆς μακεδονίου τοῦ κωνσταντινουπόλεως, καὶ φλαβιανοῦ ἀντιοχείας.
λγ'. Περὶ σεβήρου ἐπισκόπου ἀντιοχείας.
λδ'. Περὶ τῆς πεμφθείσης αὐτῷ καθαιρέσεως ὑπὸ κοσμᾶ καὶ σεβηριανοῦ.
λε'. Περὶ τῆς τῶν τυράννων ἰσαύρων καθαιρέσεως.
λϛ'. Περὶ τῶν σκηνητῶν βαρβάρων, ὡς ἐσπείσαντο πρὸς ῥωμαίους.
λζ'. Περὶ τῆς ἐν ἀβίδῃ πολιορκίας, καὶ κτίσεως τοῦ δάρας.
λη'. Περὶ τοῦ μακροῦ τείχους.
λθ'. Περὶ τοῦ λεγομένου χρυσαργύρου, ὡς ἀνεῖλεν αὐτὸν ἀναστάσιος.
μ'. Περὶ ὧν ἱστόρησε ζώσιμος χάριν τοῦ χρυσαργύρου, καὶ κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως.
μα'. Ἀπόστασις πρὸς ζώσιμον ἐφ' οἷς ἐβλασφήμησε κωνσταντῖνον καὶ χριστιανούς.
μβ'. Περὶ τῆς χρυσοτελείας.
μγ'. Περὶ τῆς τυραννίδος βιταλιανοῦ.
μδ'. Ὡς ἀναστασίου ἐν τῷ τρισαγίῳ ὕμνῳ τὸ, ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς βουληθέντος προστεῖναι, στάσις ἐν τῷ δήμῳ καὶ ταραχὴ γέγονεν· ὅπερ φοβηθεὶς, ὑποκρινάμενος ταπείνωσιν, ταχὺ τὰς γνώμας τοῦ δήμου μετέβαλε.
με'. Περὶ τοῦ θανάτου ἀναστασίου.

IN TERTIO LIBRO ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ Evagrii Scholastici hæc continentur.

Cap. I. De Imperio Zenonis, deque ejusdem vita.
II. De Barbarorum incursionibus, tam in Orientis, quàm in Occidentis partibus.
III. De Tyrannide Basilisci & de Zenonis fuga.
IV. Quomodo Basiliscus Timotheum Ælurum revocaverit, & ab eodem inductus, circulares Epistolas ad eversionem Chalcedonensis Synodi quaquaversum miserit.
V. De his, qui circularibus Basilisci litteris consenserunt & Synodum rejecerunt.
VI. Quomodo Timotheus Ælurus, Alexandrino Episcopatu recuperato, Ephesiorum Ecclesiæ jus Patriarchicum restituit, & Chalcedonensem Synodum anathematizavit.
VII. Quomodo Basiliscus, cum Monachi impulsu Acacii seditionem movissent, timore perculsus contrarias prioribus Encyclicis litteras promulgavit.
VIII. De reditu Zenonis.
IX. Quomodo post mortem Basilisci, Episcopi Asiæ ut Acacium placarent, libellum pœnitentiæ ei porrexerunt, veniam petentes quod Chalcedonensem Synodum damnassent.
X. De iis, qui Antiochiæ Episcopatum gessére.
XI. Quomodo Zeno cum Ælurum persequi voluisset, ob senectutem eum miseratus dimisit. Et ut post mortem ejusdem Æluri, Petrus Mongus ab Alexandrinis ordinatus est: Timotheus verò successor Proterii, jussi Imperatoris sedem Alexandrinam obtinuit.

XII. De Joanne, qui Episcopum Alexandriæ post Timotheum gubernavit. Quomodo eum Zeno tanquam perjurum ejecit, & Petro Mongo eandem rursum restituit.

XIII. Quomodo Petrus Mongus Henoticum Zenonis amplexus est, & Proterianis se conjunxit.

XIV. Zenonis Henoticum sive Unitivum edictum.

XV. Quomodo Joannes Alexandriæ Episcopus Romam veniens persuasit Simplicio, ut ad Zenonem scriberet de iis, quæ acciderant: & quid Zeno ei scripserit.

XVI. De Calendione Antiochiæ Episcopo. Utque exilio damnatus sit ob amicitiam quam cum illo & Leontio habuisse credebatur. Item quomodo Petrus Fullo Mongo & Episcopis Constantinopolis & Hierosolymarum sociatus fuerit.

XVII. De his, quæ Petrus scripsit ad Acacium, qui Chalcedonensem Synodum susceperat.

XIIX. Quomodo Joannes Alexandrinus Episcopus Felici Papæ persuaserit, ut depositionis libellum mitteret Acacio Constantinopolitano.

XIX. De Cyrillo Præposito Monasterii Acæmitensium: Quomodo Romam ad Felicem quosdam direxerit, incitans illum ut ea, quæ adversus fidem commissa erant, ulciscereturr.

XX. De iis, quæ Felix ad Zenonem, & Zeno ad Felicem scripsit.

XXI. Quomodo Symeones Monachus Acæmitensis, Romam veniens, Legatos Ecclesiæ Romanæ, qui Constantinopolim venerant, coarguit, quod cum hæreticis communicassent: & quomodo Legati & omnes communicarent Petri à Romanis depositi sint.

XXII. De turbis, quæ Alexandriæ & variis in locis excitatæ sunt ob Chalcedonense Concilium.

XXIII. De Fravita & Euphemio Constantinopolis Episcopis: & de Athanasio ac Joanne Alexandrinis: & de Palladio ac Flaviano Antiochenis: item de aliis quibusdam.

XXIV. De sede Armati, qui cognatus fuit Verinæ Augustæ.

XXV. De Theodorici Scythæ rebellione, deque ejusdem interitu.

XXVI. De rebellione Marciani, & quid eidem acciderit.

XXVII. De Tyrannide Illi ac Leontii.

XXIIX. De Mammiano, & de operibus ab eo constructis.

XXIX. De Zenonis obitu, & de Anastasii Imperatoris nuncupatione.

XXX. De Anastasio Imperatore: & quomodo, cum ille nihil in Ecclesiastico statu sineret innovari, totius orbis Ecclesiæ innumeris perturbationibus repletæ sunt, multique Episcopi eam ob causam expulsi.

XXXI. Epistola Monachorum Palæstinæ ad Alcisonem de Xenaia Monacho & de aliis quibusdam.

XXXII. De expulsione Macedonii Constantinopolitani Episcopi, & Flaviani Antiocheni.

XXXIII. De Severo Episcopo Antiochiæ.

XXXIV. De libello depositionis ad eundem Severum misso à Cosma & Severiano.

XXXV. De extincta Isaurorum Tyrannide.

XXXVI. Quomodo Saraceni pacem cum Romanis fecerunt.

XXXVII. De expugnatione Amidæ, & de conditu urbis Daras.

XXXIIX. De Longo muro.

XXXIX. De Vectigali, quod Chrysargyrum vocant, & quomodo sublatum sit ab Anastasio.

XL. De his, quæ Zosimus scripsit de Chrysargyro & de Constantino Imperatore.

XLI. Invectura in Zosimum ob ejus in Constantinum & Christianos maledicta.

XLII. De Auraria pensione.

XLIII. De Vitaliani Tyrannide.

XLIV. Quomodo ingens seditio in populo excitata sit, cum Anastasius in Hymno Trisagio has voces addere voluisset: Qui crucifixus est pro nobis. Quod

metuens Anastasius, simulatione usus, statim plebis animos commutavit. Item de Obitu ejusdem Anastasii.

ΕΥΑΓΡΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ ΕΠΙΦΗΑΝΕΩΣ

καὶ ἀπὸ ἐπάρχων

ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

Τόμος τρίτος.

B

EVAGRII SCHOLASTICI EPIPHANIENSIS

Et ex Præfectis

ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ

LIBER III.

Κεφ. α'.

Περὶ τῆς βασιλείας ζήνωνος, καὶ τῶν βίου αὐτοῦ.

ΖΗνων δὲ, ἐπὶ τὴν βασιλείαν τοῦ παιδὸς ὁ τελευτήσαντος μόνος περιεβάλετο, ὥσπερ οὐκ οἰόμενος τῶν ὅλων ἐγκρατὴς γενέσθαι, εἰ μὴ καὶ πάσαις ταῖς ἐπιούσαις ἡδοναῖς μετ' ἐξουσίας ἐπεξέλθοι, τοσοῦτον ἐκ προοιμίων ἑαυτὸν ταῖς ἐπιθέσεσι τῶν ἐπιθυμιῶν ἐκδέδωκεν, ὡς μηδὲν αὐτὸν ἐπισχεῖν τῶν ἀπρεπῶν τε καὶ ἀθέσμων· ἀλλ' οὕτως τούτοις ἐμπολιτεύεσθαι, ὡς τὸ σκοτίως ταῦτα καὶ ἐν παραβύστῳ γίγνεσθαι, χαμερπὲς εἶναι νομίζειν. τὸ δέ γε ἀναφανδὸν καὶ ὥσπερ ἐξ ἀπόπτου, βασιλικὸν, καὶ αὐτοκράτορι μόνῳ πρέπον κακῶς καὶ δουλοπρεπῶς κρίνας· οὐκ ἐξ ὧν ἑτέρων κρατεῖν πέφυκεν, ὁ αὐτοκράτωρ γνωρίζεται. ἀλλ' ἐξ ὧν ἑαυτοῦ πρῶτον ἄρχει τε καὶ κρατεῖ, μηδενὶ τῶν ἀτόπων παρείσδυσιν ἑαυτῷ διδοὺς· οὕτως δὲ ἀνάλωτος ταῖς ἀκρασίαις ὑπάρχων, ὡς ζῶν ἄγαλμα τῶν ἀρετῶν εἶναι πρὸς μίμησιν, ἐκπαιδεύων τὸ ὑπήκοον· ὁ δὲ ταῖς ἡδοναῖς ἑαυτὸν ἀνοιγνὺς, λέληθε κατὰ σμικρὸν δοῦλος αἴσχιστος δορυάλωτος ἀνάποινος γινόμενος, δεσποτείας συχνὰς ἀμείβων, ἴσα τοῖς ἀχρείοις τῶν δούλων· εἴπερ ἀναριθμήτοι τῶν ἡδονῶν αἱ δέσποιναι καθεστᾶσιν, ἥκιστα πέρας τῆς συνεχείας τε καὶ τῆς σφῶν ἀλληλουχίας

CAPUT I.

De Imperio Zenonis, deque ejusdem vitâ.

AT Zeno, simulatque mortuo ipsius filio solus imperium obtinuit, quasi persuasum habens se nequaquam summo imperio præditum esse, nisi in omne genus libidinis, quodcunque obvium esset, summa cum licentia effunderetur: statim ab ipso exordio illecebris cupiditatum ita se totum dedidit, ut nihil esset tam turpe tamque illicitum, quod impetum ejus cohiberet. Sed sic in flagitiis volutabatur, ut clam quidem ac remotis arbitris ea committere, vile ac plebejum existimaret: palam verò & sub oculis omnium ea patrare, regium quiddam & Imperatore dignum censeret. Verum hac in re perperam, ac prorsus servorum more judicavit. Neque enim Imperator ex eo, quòd aliis imperat, dignoscitur, sed ex eo, quod se ipse regit atque moderatur, nihil pravi sinens in animum suum irrepere: Sed adversus libidines adeo invictus, ut spirans quædam imago virtutis esse videatur, subditos omnes ad imitationem sui erudiens. Is verò, qui voluptatibus se mancipaverit, paulatim imprudens efficitur servus turpissimus & captivus, nulla unquàm pecunia redimendus: tanquam inutilia mancipia, multos subinde Dominos mutans. Quippe innumerabiles voluptates, ejus dominæ efficiuntur, quæ continuatæ ac sibi invicem succedentes, nunquam exi-

tum sortiuntur: dum voluptas, quæ præsens est, nequaquam subsistit, sed quasi irritamentum est ac procœmium subsequentis. Donec Imperator quispiam verè effectus, turbulentam illam voluptatum dominationem procul expellat, regnans deinceps, non autem tyrannide oppressus: aut certè ad extremum usque spiritum serviens, ad inferos detrudatur.

A ἔχουσαι. ἀεὶ τῆς ἐν χερσὶν ἡδονῆς οὐχ ἱσταμένης, ὑπέκκαυμα δὲ καὶ προοίμιον ἑτέρας γιγνομένης, ἕως ἢ αὐτοκράτωρ τις οὕτως γιγνόμενος τὴν ὀχλοκρατίαν τῶν ἡδονῶν ξενηλατήσοι, βασιλεύων λοιπὸν οὐ τυραννούμενος, ἢ μέχρι τελευταίας ῥοπῆς δουλεύων, τὰ ἐν ᾅδου καταλάβοι.

Cap. II.

De Barbarorum incursionibus, tam in Orientis, quam in Occidentis partibus.

HUjusmodi sub initium principatus fuit Zeno, vitâ intemperans ac dissolutus. Qui verò ejus imperio parebant, tam in Orientis, quàm in Occidentis partibus, gravissima perpessi sunt mala: Hinc Saracenis cuncta vastantibus: illinc Hunnis, qui olim Massagetæ dicebantur, in Thracias irrumpentibus & Istrum trajicientibus, nemine obsistente: ipso etiam Zenone reliqua barbaricum in mortem deprædante.

Κεφ. β'.

Περὶ ἐφόδων βαρβαρικῶν, ἔντε τῇ ἕῳ καὶ τῇ δύσει.

B ΤΟιαῦτα μὲν οὖν καταρχὰς ὁ ζήνων, ἀκδεδιῃτημένος τὸν βίον. οἱ δέ γε ὑπήκοοι πρός τε ἀνίσχοντα, πρός τε δυόμενον ἥλιον, κακῶς ἔπασχον. ἔνθεν μὲν τῶν σκηνητῶν βαρβάρων πάντα λῃϊζομένων· θρᾴκην δὲ πλῆθος οὔννων τῶν πάλαι μασσαγετῶν, ἐπιδραμόντων, καὶ τὸν ἴστρον διαβάντων μηδενὸς ἀμύνοντος, αὐτοῦ δέ γε ζήνωνος τὰ ἐπίλοιπα βαρβαρικῷ τρόπῳ πρὸς βίας ἀφαιρουμένου.

Cap. III.

De Tyrannide Basilisci, & de Zenonis fuga.

POrro cum Basiliscus Verinæ frater adversus ipsum insurrexisset: erat enim Zeno etiam propinquis suis invisus, eò quod omnes turpissimam ejus vitam aversarentur: nullum virile consilium animo concepit. Ignava quippe ac pusilli animi res est nequitia, infirmitatem animi ex eo satis prodens, quod voluptatibus succumbit. Sed contentissimo cursu aufugit, tali tantoq; principatu citra pugnam cedens Basilisco. Obsidionem quoque diutissime sustinuit in ipsa Isaurorum regione, quæ illum in lucem ediderat, Ariadnen uxorem, quæ post mariti fugam matrem suam reliquerat, secum habens, & quotquot amici ac fidi erga ipsum remanserant. Ita Basiliscus Romanum imperium adeptus; cum Filium suum Marcum Cæsarem renuntiasset, Zenoni & iis, qui ante Zenonem imperaverant, contrariam viam inire cœpit.

Κεφ. γ'.

Περὶ τῆς τυραννίδος βασιλίσκου, καὶ φυγῆς ζήνωνος.

C' ΕΠαναστάντος δὲ οἱ βασιλίσκου τοῦ βερίνης ἀδελφοῦ, καὶ τὰ οἰκεῖα γὰρ αὐτῷ ἐκπεπολέμωτο, πάντων ἐπίσης τὸν αἴσχιστον αὐτοῦ βίον ἀποστρεφομένων, ἀνδρικὸν μὲν οὐδὲν ἅλως ἐφρόνησεν. ἀγεννὲς γὰρ καὶ δύσελπι ἡ ἀνοσιουργία, ἐκ τῆς περὶ τὰς ἡδονὰς ἥττης τεκμηριοῦσα τὸ ἄνανδρον. φεύγει δὲ προτροπάδην τῆς τοιαύτης ἀρχῆς ἀκονιτὶ παραχωρήσας τῷ βασιλίσκῳ· καὶ πολιορκίαν ὑπέστη κατὰ τὴν αὐτῶν τῶν ἰσαύρων προαγαγοῦσαν χώραν, ἔχων ἅμα οἱ ἀριάδνην τὴν γαμετὴν, ὕστερον τὴν μητέρα φυγοῦσαν, καὶ εἴ τι ἕτερον εὔνουν αὐτῷ μεμενήκει. D οὕτω γοῦν ὁ βασιλίσκος τὸν στέφανον τῶν ῥωμαίων ἀναδησάμενος, καὶ τὸν παῖδα μάρκον ἀνειπὼν καίσαρα, ἀπεναντίας τῷ ζήνωνι, καὶ τοῖς προβεβασιλευκόσιν, ἤει.

A

Κεφ. δ'.

Ὡς τιμόθεον τὸν ἀλικαρνασσὸν βασιλίσκος ἀνεκαλέσατο, καὶ παιδεὺς ὑπ' αὐτοῦ ἐγκυκλίους ἐπιστολὰς εἰς ἀθροισιν τῶν ἐν χαλκηδόνι συνόδου πεπραγμένων ἐξαπέστειλε.

Ἐκ πρεσβείας ὧν ἐνίων τῶν ἐκ τῆς ἀλεξανδρέων, ἀνακαλεῖται τὸν τιμόθεον ἐκ τῆς ὑπερορίας, ὀγδοον καὶ δέκατον ἔτος ἀυτῇ συγχρονόμενον, ἀκακίου τηνικαῦτα τὴν ἐπισκοπὴν τῆς κωνσταντινουπόλεως πεπιστευκότος. καὶ δὴ τὰ τοῦ βασιλέως καλλιπλοκώτερον πόλιν ὁ τιμόθεος, πείθει τὸν βασιλίσκον ἐγκυκλίοις χρήσασθαι συλλαβαῖς πρὸς τοὺς ἑκάστοις ἱερέας, ἀναθέματί τε ὑποβαλεῖν τὰ ἐν καλχηδόνι πεπραγμένα, καὶ τόμον λέοντος· ὧν ἡ συνήθεια λέγει τάδε.

Ἐγκύκλιον βασιλίσκου.

Αὐτοκράτωρ καίσαρ βασιλίσκος, εὐσεβὴς, νικητὴς, τροπαιοῦχος, μέγιστος, σεβαστὸς, καὶ μάρκος ὁ ἐπιφανέστατος καίσαρ, τιμοθέῳ τῷ εὐλαβεστάτῳ καὶ θεοφιλεστάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ τῆς ἀλεξανδρέων μεγαλοπόλεως. Ὁπόσους μὲν ὑπὲρ τῆς ὀρθῆς καὶ ἀποστολικῆς πίστεως ἐθέσπισαν νόμους οἱ πρὸ ἡμῶν εὐσεβέστατοι βασιλεῖς, ὅλοι τῷ μακαρίαν καὶ ἀγήρω καὶ ζωοποιὸν τριάδα, θεραπεύοντες ὀρθῶς διετέλεσαν, τούτους ὡς τῷ παντὶ κόσμῳ σωτηρίους ἀεί ποτε γεγονότας, ἀδένα χρόνον ἀργεῖν ἐθέλομεν· μᾶλλον δὲ ὡς οἰκείους αὐτῶν ἐκφωνοῦμεν νόμους. ἡμεῖς δὲ πάσης τῆς περὶ τὰ ἀνθρώπινα πραγματείας ἀποθέμενοι τὴν εὐσέβειαν, καὶ τὸν ὑπὲρ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ ζῆλον, ὅ τε ποιμνιότροφος, καὶ δεδοξακὸς ἡμᾶς· ἔτι δὲ πιστεύοντες τὸν συνδεσμὸν τῶν ἁγίων χριστοῦ ποιμνίων σωτηρίαν ἑαυτῶν εἶναι καὶ τὸ ὑπὲρ παῦλος, θεμέλιόν τε ἀῤῥαγὲς καὶ ἀσάλευτον τεῖχος τῆς ἡμετέρας βασιλείας, ὁλοθεν εἰκότως θείᾳ διανοίᾳ κινούμενοι ζήλῳ, καὶ ἀπαρχὴν τῆς ἡμετέρας βασιλείας τῷ θεῷ καὶ σωτῆρι ἡμῶν ἰησοῦ χριστῷ τῷ τῆς ἁγίας ἐκκλησίας ἕνωσιν προσκομίζοντες, θεμελιοῦμεν τὴν κρηπίδα καὶ βεβαίωσιν τῆς ἀνθρωπίνης διαίωσιας, τουτέστι τὸ σύμβολον τῶν πατέρων τῶν ἐν νικαίᾳ πάλαι μὲν τὸ ἀναπνεύμασι θεοκλησιασθέντων, εἰς οὓς ἡμεῖς τε καὶ πάντες οἱ πρὸ ἡμῶν πιστεύσαντες, ἐβαπτίσθημεν, μόνον παλιεύειν, καὶ κρατεῖν ἐν πάσαις ταῖς ἁγιωτάταις τοῦ θεοῦ ἐκκλησίαις τὸν ὀρθό-

Cap. IV.

Quomodo Basiliscus Timotheum Ælurum revocaverit, & ab eodem inductus, circulares Epistolas ad eversionem Chalcedonensis Synodi quaquaversum miserit.

AC primùm quidem missa ad ipsum Legatione quorundam urbis Alexandrinæ, Timotheum Ælurum ab exilio revocavit, in quo octodecim annos transegerat, Acacio tunc temporis Episcopatum Constantinopolis administrante. Igitur Timotheus cum in urbem Regiam veniſſet, persuasit Basilisco, ut Encyclicas litteras ad omnes ubique Episcopos mitteret, & ea, quæ B Chalcedone gesta fuerant, & Leonis librum Anathemati subjiceret. Litteræ autem sic habent.

Encyclica Epistola Basilisci.

Imperator Cæsar Basiliscus, Pius, Victor, Triumphator, Maximus, semper Augustus: & Marcus Nobilissimus Cæsar, Timotheo Reverendissimo & Dei amantissimo Archiepiscopo magnæ urbis Alexandrinorum. Quotquot leges pro recta atque Apostolica fide sanxerunt Religiosissimi, qui ante nos fuerunt Imperatores, quicunque sanctam & beatam & immortalem ac C vivificam Trinitatem perpetuò coluére: eas utpote, quæ universo orbi salutares semper extiterint, nullo unquam tempore irritas esse volumus: sed potius tanquam leges proprias promulgamus. Nos verò, qui pietatem ac zelum pro Deo ac Servatore nostro Jesu Christo, à quo conditi & ad hanc gloriam evecti sumus, omni curæ ac sollicitudini rerum humanarum longè anteponimus: & qui præterea credimus concordiam gregis CHRISTI, tum ipsius gregis, tum omnium subditorum salutem existere, firmumque nostri Imperii fundamentum & D inexpugnabilem murum esse. Idcirco divino interius zelo commoti, & velut quasdam Imperii nostri primitias, sanctæ Ecclesiæ unitionem Deo ac Servatori nostro JESU CHRISTO offerentes, sancimus ut basis ac firmamentum felicitatis humanæ, Symbolum videlicet trecentorum & octodecim sanctorum Patrum, qui olim Sancti Spiritus instinctu Nicææ congregati sunt, in quod cum nos, tum majores nostri credentes baptizati sumus, solum in cunctis sanctissimis DEI Ecclesiis & Ortho-

doxorum populorum conventibus usurpetur atque obtineat; quippe quod unum regula sit rectæ ac sinceræ fidei, sufficiens tum ad eversionem cujuslibet hæreseos, tum ad perfectam sanctarum Dei Ecclesiarum unitionem. Ita tamen ut suum robur ac vigorem obtineant etiam ea, quæ in hac regia urbe à centum & quinquaginta sanctis Patribus gesta sunt ad confirmationem ejusdem sanctissimi Symboli, adversus eos, qui in Spiritum Sanctum blasphemabant: ea insuper, quæ in Ephesiorum Metropoli contra impium Nestorium acta sunt, & contra eos, qui ejus errorem postea sunt secuti. Ea verò, quæ sanctarum Dei Ecclesiarum consensum ac tranquillitatem, & totius orbis pacem disruperunt; tomum scilicet Leonis, & cuncta, quæ Chalcedone in definitione fidei aut expositione Symbolorum, docendi vel interpretandi vel disputandi causa, ad innovationem supra memorati sacri Symboli trecentorum & octodecim sanctorum Patrum dicta & gesta sunt, hîc & ubique per singulas Ecclesias ab universis sanctissimis Episcopis anathematizari decernimus, & ubicunque reperta fuerint, flammis absumi. Sic enim piæ ac beatæ memoriæ Imperatores, qui antè nos vixêre, Constantinus scilicet ac Theodosius junior, de cunctis hæreticis dogmatibus præceperunt. Hoc igitur modo confirmata atque abrogata, ex Catholica atque Apostolica Orthodoxa Ecclesia, quæ unica est, penitus ejiciantur, utpote quæ æternos ac salutares trecentorum & octodecim sanctorum Patrum, & beatorum centum ac quinquaginta Patrum, qui de Spiritu S. pronuntiarunt: eorum denique qui Ephesi congregati sunt, terminos commutent. Nulli igitur omninò, nec Sacerdoti, nec laico liceat, divinam illam sacrosancti Symboli Constitutionem ullo modo transgredi. Porrò unà cum omnibus novitatibus, quæ apud Chalcedonem factæ sunt contra divinum Symbolum, anathematizari quoque decernimus hæresin eorum, qui Filium Dei unigenitum ex Spiritu Sancto, de Maria semper Virgine ac Deipara incarnatum verè & hominem factum esse negant, sed aut ex cœlo, aut phantastice ac putative carnem sumpsisse fabulantur: omnem denique hæresin, & si quid aliud quocunque tempore, vel modo, vel loco orbis terrarum, aut in sensu, aut inver-

A δοξον λαὸν, ὡς μόνον τῆς ἁπλανοῦς πίστεως
ὄργανον, καὶ ἱκανὸν εἰς ἀναίρεσιν μὲν καθόλου πά-
σης αἱρέσεως, ἕνωσιν δὲ ἀκραιφνῆ τῶν ἁγίων τοῦ
θεοῦ ἐκκλησιῶν· ἐχόντων δηλαδὴ τὸν ἀναλλοίωτον
ἰσχὺν, καὶ τὴν εἰς βεβαίωσιν αὐτοῦ τοῦ θείου συμ-
βόλου πεπραγμένων, ἔν τε τῇ βασιλευούσῃ
πόλει ταύτῃ κατὰ τῶν βλασφημούντων εἰς τὸ
πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ τῶν ῥηθέντων ἁγίων πατέρων·
ἔτι δὲ καὶ πάντων τῶν πεπραγμένων ἐν τῇ
Ἐφεσίων μητροπόλει κατὰ τοῦ δυσσεβοῦς Νεστορίου,
καὶ τῶν μετ' ἐκεῖνον φρονησάντων·
τὰ δὲ διελόντα τὴν ἕνωσιν καὶ ἀταξίαν τῶν
B ἁγίων τοῦ θεοῦ ἐκκλησιῶν καὶ εἰρήνην τοῦ κόσμου
παντὸς, δηλαδὴ τὸν λεγόμενον τόμον Λέοντος,
καὶ πάντα τὰ ἐν Χαλκηδόνι ἐν ὅρῳ πίστεως,
ἢ ἐκθέσει συμβόλων, ἢ ἑρμηνείας, ἢ διδα-
σκαλίας, ἢ διαλέξεως εἰρημένα καὶ πεπρα-
μένα εἰς καινοτομίαν τοῦ κατὰ μηδαμῶς ἐκτε-
θέντος ἁγίου συμβόλου τῶν τριακοσίων ἁγίων πατέρων
θεσπίζομεν ἐνταῦθά τε καὶ πανταχοῦ καὶ
ἑκάστην ἐκκλησίαν, πᾶσι τοῖς ἁπανταχοῦ τῶν
γνωρίμων ἐπισκόπων ἀναθεματίζεσθαι, καὶ
πυρὶ παραδίδοσθαι παρ' οἷς ἂν εὑρεθήσεται, διὰ
τὸ ἔτι διαλαθεῖν πᾶσι τοῖς πάλαι τῶν αἱρετι-
C κῶν δογμάτων, καὶ τοὺς πρὸ ἡμῶν ἐν εὐσε-
βείᾳ καὶ μακαρίᾳ τῇ λήξει γενομένους βασι-
λέας, Κωνσταντῖνον καὶ Θεοδόσιον τὸν νέον ἀ-
κυρῶσαί τε ἔτι γινόμενα, παντελῶς ἐκβαλεῖν
ἐκ τῆς μιᾶς καὶ μόνης καθολικῆς καὶ ἀπο-
στολικῆς ὀρθοδόξου ἐκκλησίας, ὡς μεταίρειν
τὰ αἰώνια καὶ σωτήρια τῶν τριακοσίων ἁγί-
ων πατέρων ὅρια, καὶ τὰ τῶν μακαρίων πατέ-
ρων τῶν ἁγίῳ πνεύματι διαγορεύσαντα
κατὰ τοῦ ἐν Ἐφέσῳ· ὅλως δὲ μὴ ἐξεῖναι
τολμᾶν μήτε ἱερεῖ, μήτε λαϊκῷ τινι, τῆς θε-
D ἁγίας συμβόλου θεσπίσεως ἐκείνης νομοθε-
σίας ποιεῖσθαί τινα παρέκβασιν· ἀναθεμα-
τίζεσθαι δὲ σὺν πάσαις ταῖς γεγραμμέναις
ἐν Χαλκηδόνι καινοτομίαις κατὰ τοῦ θείου
συμβόλου, καὶ τῶν αἱρεσιν τῶν μὴ ὁμο-
λογούντων τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ τὸν μονογενῆ ἐκ
πνεύματος ἁγίου, καὶ ἐκ τῆς ἁγίας
καὶ ἀεὶ παρθένου θεοτόκου Μαρίας κατὰ
ἀλήθειαν σαρκωθέντα καὶ ἐνανθρωπή-
σαντα, ἀλλ' ἢ ἐξ οὐρανοῦ, ἢ κατὰ φαν-
τασίαν καὶ δόκησιν τεραλευομένους, πᾶ-
σαν τε ἁπλῶς αἵρεσιν, καὶ εἴ τι ἕτερον
ἐν ὁτῳοῦν ἤποτε καιρῷ καὶ τρόπῳ, καὶ τόπῳ

τῆς οἰκουμένης καὶ διάνοιαν καὶ λέξιν ἐπὶ τὸ βλα-
βάσθαι τὰ θεῖα συμβόλα κεκαινοτόμηται. ἐπειδὴ
δὲ τῆς βασιλικῆς ἴδιον, μὴ τὸ παρὸν μό-
νον, ἀλλὰ καὶ τὸ μέλλον τῷ ἀσ-
φάλειαν ἐκ τῆς προνοίας διαθέσεως ἐπι-
δαψιλεύεσθαι τοῖς ὑπηκόοις, θεωρίζομεν τὰς
ἀπανταχοῦ ἀγιωτάτους ἐπισκόπους, ἐμφανι-
ζομένῳ τῷ θείῳ τούτῳ ἡμῶν ἐγκυκλίῳ γράμ-
ματι καὶ ὑπογράφειν, σαφῶς καταμηνύον-
τας, ὅτι δὴ μόνῳ τῷ θείῳ στοιχεῖσι συμβόλῳ
τῶν τιὴ ἁγίων πατέρων, ὅπερ ἐπεσφράγισαν οἱ ἐν
Πατέρες ἅγιοι, ὡς ἔδοξεν ὁμοίως καὶ τοῖς με-
τὰ ταῦτα συνελθοῦσι τῷ ἐφεσίων μητρο-
πόλιν ὁσιωτάτοις πατράσιν, ὅτι δὴ μόνῳ τῷ
ἁγίῳ συμβόλῳ τῶν τιὴ ἁγίων πατέρων στοι-
χεῖν, εἰς ὅρον πίστεως ἀναθεματίζοντες ἅπαν
τὸ γιγνόμενον ἐν Καλχηδόνι τῶν ὀρθοδόξων
λαῶν πρόσκομμα, καὶ ὁλοτελῶς τῶν ἐκκλη-
σιῶν ἐκβάλλοντες ὡς παρεμποδὼν γιγνόμενον
τὴν οἰκουμενικὴν καὶ ἡμέρας εὐπραγίαν· τοὺς δὲ μὴ
τοιούτους ἡμῶν τὰς θείας συλλαβὰς, ἃς καὶ θεὸν
ἐκπεφωνήκαμεν πιστεύομεν, τὴν ἐπιθυμητὴν πᾶσιν
ἑνωσιν πραγματευομένας ταῖς ἁγίαις τοῦ θεοῦ
ἐκκλησίαις, ἐπιχειροῦντας πολὺ πρόφορον
ἢ ὅλως ὀνομάζειν, εἴτε ἐν διαλέξει ἢ διδασκα-
λίᾳ ἢ ἐν συγγράμμασι καθ' ὁἱονδήποτε καιρὸν, ἢ τρόπον ἢ τόπον τιὼ ἐν Καλχηδόνι γε-
γενημένην καὶ τῆς πίστεως καινοτομίαν, τοὺς τοι-
οῦτους ὡς ταραχῆς καὶ ἀκαταστασίας ταῖς ἁ-
γίαις τοῦ θεοῦ ἐκκλησίαις καὶ τῷ ὑπηκόῳ παντὶ
παραίτιους, θεῷ τε καὶ ἡμετέρᾳ σωτηρίᾳ πο-
λεμίους, κελεύομεν καὶ τοὺς ἤδη πρὸ ἡμῶν θε-
σπισθέντας πρὸς ἐν μακαρίᾳ καὶ θείᾳ τῇ
λήξει γενομένῃ βασιλέως θεοδοσίου καὶ τῆς
τοιαύτης κακονοίας νόμους, τοὺς ὑποτεταγμέ-
νους τῷ δ' ἡμῶν τῷ θείῳ ἐγκυκλίῳ, εἰ μὲν ἐπί-
σκοποι ἢ κληρικοί εἶεν, καθαιρεῖσθαι· εἰ δὲ μονά-
ζοντες ἢ λαϊκοὶ, ἐξορίᾳ καὶ δημεύσει παντὶᾳ
καὶ τοῖς ἐσχάτοις ὑποπίπτειν ἐπιτιμίοις. οὕτω
γὰρ ἀεὶ πολὺ πρὸ τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας
προκεκυκλημένη ἁγία καὶ ὁμοούσιος, δημι-
ουργός τε καὶ ζωοποιὸς τῶν ὅλων τελεῖ.
θεραπευθεῖσα καὶ νῦν παρ' ἡμῶν διὰ τῆς
αἱρέσεως μὲν τῶν μνημονευθέντων ζιζανίων
βεβαιώσεως δὲ τῶν ὀρθῶν καὶ ἀποστολικῶν τοῦ
ἁγίου συμβόλου παραδόσεων ἵλεως καὶ εὐμε-
νὴς γενομένη, ταῖς τε ἡμετέραις ψυχαῖς, καὶ
τῷ ὑπηκόῳ παντὶ, ἔσαι διὰ παντὸς συν-

SCripsit etiam Felix alias ad eosdem commonitorias. Litteras quoque dedit ad Zenonem, quibus eum commonebat, tum de Chalcedonensi Synodo, tum de persecutione, quæ in Africa excitata fuerat ab Hunerico. Scripsit item ad Acacium. Imperator autem Zeno rescripsit Felici, frustra illum perturbatum esse verbis Joannis, quippe qui olim quidem jurasset se Alexandrinam sedem nullo unquam modo ambiturum esse: postea verò neglecto jurejurando, nullum non sacrilegii genus admisisset. Petrum porrò non absque diligenti examine promotum fuisse: quippe qui propria manu subscripsisset, amplecti se fidem trecentorum atque octodecim sanctorum Patrum, qui Nicæam olim convenerunt: quam fidem Chalcedonensis quoque Synodus comprobavit. Verba epistolæ Zenonis hæc sunt: Pro certo habere debes, & pietatem nostram, & supra memoratum sanctissimum Petrum, & universas sacrosanctas Ecclesias, sanctissimum Chalcedonense Concilium amplecti atque venerari, quod cum fide Concilii Nicæni prorsus consentit. In

Κεφ. κ'.

Περὶ ὧν ἔγραψε φίληξ πρὸς ζήνωνα, καὶ αὖ πάλιν ζήνων πρὸς φίληκα.

C ΓΕγόνασι πρὸς αὐτοὺς καὶ ἕτερα πρὸς τοῦ φίληκος ὑπομνηστικὰ, καὶ πρὸς τὸν ζήνωνα γράμματα περί τε τῆς ἐν καλχηδόνι συνόδου, καὶ τοῦ ἐν ἀφρικῇ διωγμοῦ τοῦ κατὰ ὀνώριχον. ἐπέστειλε δὲ καὶ πρὸς ἀκάκιον πρὸς ὃν ὁ ζήνων ἀντέγραφε, μάτην τὸν ἰωάννην αὐτὸν διαταράξαι, διομοσάμενον μὲν μηδαμὴ μηδαμῶς παριέναι διὰ τοῦ θρόνου τῆς ἀλεξανδρέων, παραβάντα δὲ, καὶ τὰ ὠμοσμένα ἀλογήσαντα, πᾶσαν ἱεροσυλίαν ἐργάσασθαι· καὶ πέτρον δὲ D μὴ ἀβασανίστως προχειρισθῆναι, ἀλλ' αὐτοχειρίᾳ ὑπογράψαντα δέχεσθαι τὴν πίστιν τῶν τριακοσίων δεκαοκτὼ ἁγίων πατέρων τῶν ἐν νικαίᾳ συνεληλυθότων, ἣ τινι καὶ ἡ ἐν καλχηδόνι ἁγία σύνοδος ἠκολούθησε· καὶ ταῦτα γέγραπται ἐπὶ ῥήματος. ὀφείλειν ἀσφαλῶς ἔχειν, καὶ τὴν ἡμετέραν εὐσέβειαν, καὶ τὸν προλεχθέντα ἁγιώτατον πέτρον, καὶ πάσας τὰς ἁγιωτάτας ἐκκλησίας, τὴν καλχηδονέων ἁγιωτάτην σύνοδον δέχεσθαι καὶ σέβειν, ἥτις συνέστη τῇ πίστει τῇ ἐν τῇ νικαέων συνόδῳ. ἐμφέ-

ρον τοῖς τε πεπραγμένοις ὑπὸ τῶν ἀπὸ τῆς ἑῴας ἐπισκόπων τοῦ τε κυρίλλου καὶ λεχθέντος, καὶ ἑτέρων ἀρχιμανδριτῶν τῆς βασιλίδος, καὶ τῶν ἐπισκόπων καὶ κληρικῶν τῆς αἰγυπτιακῆς διοικήσεως πρὸς φίλικα, καὶ πέτρον, ὡς αἱρετικῶν καὶ τοῖς κοινωνούντων αὐτῷ. οἱ καὶ διήλεγξαν οἱ ἐκ τῆς μονῆς τῶν ἀκοιμήτων ἀφιγμένοι πρὸς φίλικα, τὸν τε μισηνὸν, ὡς μέχρι τῆς αὐτῶν παρουσίας τῆς ἀνὰ τὸ βιζάντιον, ἐκπαραδύς πέτρος ἐν ταῖς ἱεραῖς δέλτοις ἀνεγινώσκετο, καὶ ἐξ ἐκείνου ἕως νῦν ἀναφανδὸν καὶ ὅτως τὸν τε μισηνὸν κοινωνῆσαι· καὶ ἡ ὑπόληψις τῶν αἰγυπτίων, τὰ αὐτὰ περὶ πέτρου ἔλεγον· καὶ ὡς ἰωάννης μὲν ὀρθοδόξως ὢν, ἐνθέσμως κεχειροτόνητο· πέτρος δὲ ὑπὸ δύο καὶ μόνων ἐπισκόπων παραπλησίων αὐτῷ τὴν κακοδοξίαν ἐχειροτονήθη· καὶ ὡς ἄρτι μετὰ τὴν φυγὴν ἰωάννου, πάσης αἰτίας ἰδέα καὶ τῶν ὀρθοδόξων ἐπηνέχθη· ταῦτα τε πάντα γνῶναι τὸν ἀκάκιον δι' ἑνίων αὐτῷ καὶ τὴν βασιλέως ἀφιγμένων, καὶ συνεργὸν ἐν πᾶσιν εὑρεῖν πέτρῳ τὸν ἀκάκιον.

A iisdem actis leguntur epistolæ, tum Cyrilli supra memorati, & aliorum Archimandritarum urbis regiæ, tum Episcoporum & Clericorum Ægyptiacæ Diœcesis, ad Felicem scriptæ, de Petro tanquam hæretico & de iis, qui Petro comunicabant. Porrò monachi Acæmitensis monasterii, cum ad Felicem veniissent, Misenum ac Vitalem accusarunt, quod ante adventum quidem illorum in urbem regiam, Petri nomen in sacris diptychis occultè recitaretur: exinde verò publicè recitari cœpisset: atque ita Misenus ac Vitalis ei communicassent. Ægyptii verò in suis litteris B tum ista, quæ dixi, de Petro referebant: tum quod Johannes quidem, qui erat Orthodoxus, legitimè ordinatus fuisset: Petrus autem à duobus solum Episcopis, eandem cum illo hæresin profitentibus, creatus esset: & quod post Joannis fugam, omni suppliciorum genere vexati fuissent Orthodoxi. Atque hęc omnia Acacium didicisse per quosdam, qui ab urbe Alexandrina Constantinopolim veniissent Denique eundem Acacium, Petri administrum atque adjutorem in omnibus deprehendi.

C

Κεφ. κα'.

Ὡς συμεὼνης μοναχὸς μονῆς τῶν ἀκοιμήτων, εἰς ῥώμην κατελθὼν, τοὺς ἐν κωνσταντινουπόλει ἀποσταλέντας ἐπισκόπους ὑπὸ ῥωμαίων διήλεγξε κοινωνήσαντας τοῖς αἱρετικοῖς, καὶ ὡς αὐτοί τε καὶ οἱ κοινωνήσαντες πέτρῳ παρὰ ῥωμαίων καθηρέθησαν.

Cap. XXI.

Quomodo Symeones monachus Acamitensis, Romam veniens, Legatos Ecclesiæ Rom. qui Constantinopolim venerant, coarguit quod cum hæreticis communicassent: & quomodo legati & omnes communicatores Petri, à Romanis depositi sint.

Ἐπήνεσε δὲ ταῦτα συμεὼνης μοναχὸς τῶν ἀκοιμήτων ὁ ὑπὸ κυρίλλου σταλεὶς· διήλεγξε γὰρ τὸν τε μισηνὸν καὶ βιτάλιον κοινωνήσαντας τοῖς αἱρετικοῖς, διαῤῥήδην ἐκφωνηθέντος τοῦ ὀνόματος πέτρου ἐν τοῖς ἱεροῖς διπτύχοις, καὶ ταύτῃ ὑπαχθῆναι πολλοὺς τῶν ἁπλουστέρων ὑπὸ τῶν αἱρετικῶν, λεγόντων δεχθῆναι τὸν πέτρον καὶ πρὸς τῆς ῥώμης θρόνου· καὶ πρὸς πύστεις διαφόρους ἔλεγεν ὁ συμεὼνης, μὴ ἀναστρέφεσθαι τὸν τε μισηνὸν ἐντυχεῖν ὀρθοδόξῳ τινὶ, ἢ γραμμάτων ἀπόδοσιν ποιήσασθαι, ἤ τι τῶν τολμωμένων κατὰ τῆς ὀρθῆς πίστεως ἀκριβῶσαι· παρῆν δὲ καὶ σιλβανὸς πρεσβύτερος, συνὼν μισήνῳ καὶ βιτάλιῳ ἀνὰ τὴν κωνσταντίνου, ὃς τὴν τῶν μοναχῶν φωνὴν ἐπεβεβαίωσεν· ἀνεγνώσθη καὶ ἀκακίου ὑπόληψις πρὸς σιμπλίκιον, λέγουσα· πάλαι

A Cum ista non mediocriter Symeones monachus Acæmitensis, Romam à Cyrillo missus. Hic enim Misenum ac Vitalem coarguit, quod hæreticis communicassent, Petri nomine in sacris diptychis publicè recitato: atque ita multos ex simplicioribus D in fraudem inductos esse ab hæreticis, cum dicerent Petrum à Romana etiam sede susceptum esse in communionem. Adjecit etiam Symeones, Misenum ac Vitalem cum variæ quæstiones propositæ essent, noluisse unquam colloqui cum ullo Orthodoxorum, aut litteras eis tradere, nec quidquam eorum, quæ contra rectam fidem tentabantur, examinare. Inductus est etiam Sylvanus presbyter, qui unà cum Miseno ac Vitale versatus fuerat Constantinopoli, qui monachorum dicta suo testimonio confirmavit. Lecta est præterea Acacii ad Simplicium epistola,

in qua Acacius Petrum jampridem depositum fuisse dicebat, eumque noctis filium esse. His de causis, Misenus ac Vitalis Sacerdotio pulsi, & à mystica communione remoti sunt, cùm universa Synodus ita ad verbum pronuntiasset. Petrum hæreticum, qui olim sacræ sedis decreto damnatus, excommunicatus & anathematizatus est, Ecclesia Romana non recipit. Cui etiamsi nihil aliud objiceretur, vel hoc unum sufficeret, quod ab hæreticis ordinatus, orthodoxis præesse non potuit. Istud quoque complectebatur sententia: Acacium verò Constantinopoleos Episcopum, gravissima reprehensione dignum res ipsa indicavit. Quippe qui cum ad Simplicium scribens, Petrum hæreticum vocasset, idipsum Zenoni haudquaquam significaverit: cum tamen, si quidem Zenonem amabat, id præstare debuisset. Verum ille, ut apparet, Zenonem magis amat quàm fidem. Sed redeamus ad ordinem gestorum. Exstat epistola ejusdem Acacii ad Episcopos, & ad Clericos ac Monachos Ægypti, & ad universam plebem: qua schisma quod factum fuerat, resarcire conatus est. Qua de re Litteras etiam scripsit ad Petrum Episcopum Alexandriæ.

A καθηρῆσθαι πέτρον, ἡμῖν νυκτὸς καθεσάμενον ἐπὶ τούτοις τῆς ἱερωσύνης ἀπεκινήθησαν, καὶ τῆς ἀχράντου κοινωνίας ἐχωρίσθησαν μισοῦντες τὸ βιβλίον, πάσης τῆς συνόδου ψηφισαμένης περὶ λέξεως ταῦτα. Πέτρον τὸν αἱρετικὸν τῶν πάλαι τῇ ψήφῳ τῆς ἱερᾶς καθέδρας καθαιρεθέντα, ἀποκηρυχθέντα τε καὶ ἀναθεματισθέντα ἡ ῥωμαίων ἐκκλησία οὐ δέχεται· ᾧ πρὸς οὐδὲν ἄλλο ἀντέκειτο, τοῦτο ἤρκεσεν ὅτι ἀπὸ αἱρετικῶν χειροτονηθεὶς, τῷ ὀρθοδόξων ἡγεῖσθαι οὐκ ἠδυνάτο· πρὸς ἐκ τούτοις, ἀκάκιον ὁ τῆς κωνσταντινουπόλεως μεγίστης διοικήσεως ἄξιον πρᾶγμα ἀπέδειξε, διότι πρὸς σιμπλίκιον γράφων, καὶ αἱρετικὸν καλέσας τὸν πέτρον τῷ βασιλεῖ οὐ πεφανέρωκε· δέον ἐπερήσθαι τὸν ζήνωνα τοῦτο πρᾶξαι. ἀλλὰ μᾶλλον τῷ θεῷ ἀγαπᾶτον βασιλέα, οὐ τῷ πίστιν ἀγαπᾶν ἀλλ' ἐπὶ τὰ ἑξῆς τὸν λόγον ἐπανάγωμεν. φαρεῖαι ἀκακίῳ ἐπιστολὴ πρὸς τοὺς ἐν αἰγύπτῳ πρεσβύτερους, κληρικούς τε καὶ μοναχοὺς καὶ πᾶσαν τὸν λεών, δι' ἧς ἐπειρᾶτο τὸ γεγονὸς ἀνακαλέσασθαι σχίσμα. ᾧ δὲ καὶ πρὸς πέτρον τὸν ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπον γέγραφε.

B

C

Cap. XXII.

Deturbis, quæ Alexandriæ & variis in locis excitatæ sunt ob Chalcedonense Concilium.

POrro invalescente schismate Alexandriæ, Petrus cum Leonis epistolam & acta Chalcedonensis Synodi, eosque qui Dioscori ac Timothei scripta minimè susciperent, iterum sub anathemate damnavisset, Episcopis quibusdam & Archimandritis persuasit, ut sibi communicarent. Et quoniam aliis idem persuadere non potuerat, plurimos monasteriis suis exegit. Quas ob causas Nephalius ad urbem regiam profectus, rem omnem Zenoni nuntiavit. Ille graviter commotus, Cosmam, unum ex suis Protectoribus, Alexandriam misit, qui unitatis causâ gravissimas minas Petro intentaret, utpote qui maximam dissensionem asperitate sua excitasset. Verùm Cosma, cum nihil ipsi ex voto successisset, Constantinopolim revertitur, monachis, qui expulsi fuerant in sua domicilia restitutis. Rursus itaque Imperator Arsenium mittit, quem Præfectum Ægy-

D

Κεφ. κϛ'.

Περὶ τῆς ἐν ἀλεξανδρείᾳ κινηθέντων καὶ ἐν διαφόροις τόποις, χάριν τῆς ἐν καλχηδόνι συνόδου.

ΑΚμάζοντος τοίνυν τοῦ σχίσματος ἐν ἀλεξανδρείᾳ, πέτρος ὁ νέος τῆς ἐπισκοπῆς καὶ δεχιμανδρειτῶν κοινωνεῖν αὐτῷ πέπεικε, καὶ τὸν λέοντος ὅρους ἀναθεματίσας ὁμοῦ, καὶ τὰ ἐν καλχηδόνι πεπραγμένα, καὶ τοὺς μὴ δεχομένους τὰ συγγράμματα διοσκόρου καὶ τιμοθέου καὶ ὡς τοὺς ἄλλους πεῖσαι οὐκ ἴσχυε, τοὺς πλείους ἐκ τῶν οἰκείων ἀπήλαυνε μοναστηρίων· ἐφ' οὓς νηφάλιος ἀνὰ τὴν βασιλέως ἐλθὼν, τὰ περὶ τούτων ἀνήγγειλε τῷ ζήνωνι. ὃς συλλεχθεὶς, κοσμᾶν ἐκπέμπει ἕνα τῶν ὑπατικῶν αὐτῷ, μυρίας κατὰ πέτρου ἐνώσεως χάριν ἐπιφερόμενον ἀπειλάς, ὡς δὴ διὰ τοῦτο ἀκεσάμενος χύτλος διάσασιν μεγάλην εἰργασμένος καὶ μηδενὸς δεῖ σκοπὸν οἱ προχωρήσαντος ἀνεχώρει πρὸς τὸν βασιλέως ὁ κοσμᾶς, μόνοις τοῖς ἀπελαθεῖσιν ἀποδοὺς οἰκείοις καταγώγια· καὶ πέμπεται αὖθις πρὸς τὸν βασιλέως ξένιος, ἡγεμὼν αἰγύπτου

τε τῶν στρατιωτικῶν ταγμάτων προβεβλη- A pti & Ducem rei militaris simul promoverat. Qui unà cum Nephalio Alexandriam ingressus, verba fecit de concordia. Sed cum persuadere eis non potuisset, nonnullos eorum misit Constantinopolim. Ac multa quidem de Concilio Chalcedonensi disputata sunt coram Zenone. Nihil tamen perfectum est, propterea quod Zeno Chalcedonensi Concilio minimè assentiebatur.

μένῳ· ὃς σὺν Νηφαλίῳ τῷ ἀλεξάνδρεια καλῶς λόγους περὶ τῆς ἑνώσεως ἐκίνει· καὶ μὴ πείσας, ἐνίους τούτων ἐκπέμπει ἀνὰ τὴν βασιλίδα πόλιν· πλεῖστοι μὲν οὖν περὶ τῆς ζήνωνι περὶ τῆς ἐν καλχηδόνι συνόδου κεκίνηντο λόγοι· ἐκβέβηκε δ' οὐδὲν ἔργον, παντελῶς οὐ συντεθέντος ζήνωνος τῇ ἐν καλχηδόνι συνόδῳ.

Κεφ. κγ'.

Περὶ φραουίτου καὶ εὐφημίου τῶν κωνσταντινουπόλεως, καὶ ἀθανασίου καὶ ἰωάννου τῶν ἀλεξανδρέων, καὶ παλλαδίου καὶ φλαβιανοῦ τῶν ἀντιοχέων, καὶ ἑτέρων τινῶν. B

Cap. XXIII.

De Fravita & Euphemio Constantinopolitanis Episcopis: Et de Athanasio ac Joanne Alexandrinis: Et de Palladio ac Flaviano Antiochenis: Item de aliis quibusdam.

Ἐν τοσούτῳ δὲ ἀκακίου τοῦ κωνσταντινουπόλεως τὴν κοινὴν ὀφειλομένου πορείαν, φραουίτας τὴν ἐπισκοπὴν διαδέχεται. καὶ συνοδικοῖς χρησαμένου φραουίτου πρὸς τὸν ἀλεξανδρείας πέτρον, ἀμοιβαίοις ὁ πέτρος ἐχρήσατο γράμμασι, τὰ αὐτὰ περὶ τῶν ἐν καλχηδόνι πεπραγμένων διεξελθών. ἐπὶ δὲ καὶ φραουίτας τῶν ἐνεστώτων ἐξεδήμησε, τέσσαρας καὶ μόνους ἐπισκοπήσας μῆνας, εὐφήμιος μετ' αὐτὸν ἐπίσκοπος κεχειροτόνητο. οὗτος τὰς συνοδικὰς ἐπιστολὰς δέχεται πέτρου, τὰς πρὸς φραουίταν γεγραμμένας. εὑρηκὼς τὸν καὶ τῶν ἐν καλχηδόνι πεπραγμένων ἀνάθεμα, λίαν ἐταράττετο, καὶ ἑαυτὸν τῆς πρὸς πέτρον κοινωνίας ἀπέρρηξε. φέρεται τούτων ἑκάτερα ἐπιστολή, ἥτε πρὸς φραουίτου, πρὸς πέτρον, ἥτε πρὸς πέτρου πρὸς φραουίταν, ἃς διὰ τὸ μακρὸν τῆς λέξεως, παρείημι. μελλόντων τοιγαροῦν εὐφημίου δὲ πέτρου πρὸς ἀλλήλους ἀντιφέρεσθαι, καὶ συνόδους ἐφ' ἑαυτοὺς καλεῖν, φθάνει τελευτήσας ὁ πέτρος, καὶ διαδέχεται τοῦτον τὸν θρόνον ἀθανάσιος· ὃς ἐπειράθη τὰς διαστάσεις συνάψαι· καὶ ἰσχυσε δὲ, πρὸς διαφόρους γνώμας τῶν μερῶν ἀποκριθέντων. ὅσις ἀθανάσιος μὴ ταῦτα συνοδικὰς ἐπιστολὰς διαπεμπόμενος παλλαδίῳ τῷ μετὰ πέτρον ἐπισκοπήσαντι τὴν ἀντιόχου, τὰ περὶ πλησίον πέπραχε περὶ τῆς ἐν καλχηδόνι συνόδου. ταὐτὸ δὲ τοῦτο καὶ ἰωάννης ὁ μετὰ ἀθανάσιον τὸν ἐν ἀλεξανδρείᾳ θρόνον διαδεξάμενος. καὶ παλλαδίου τελευτήσαντος τὴν ἐν ἀντιοχείᾳ πρόεδρον, καὶ φλαβιανὸν τὸν ἐκείνου θρόνον διαδεξαμένου, πέμπεται πρὸς αὐτὸν καὶ τὴν ἀλεξάνδρειαν σαλομὼν ἀντιοχείας πρεσβύτερος, συνοδικά τε κομίζων, καὶ ἀμοιβαίους συλλαβὰς ζητῶν ἰωάννου πρὸς

Inter hæc Acacio Constantinopolitano fatali sorte sublato, Fravita in ejus locum succedit. Qui cum Synodicas suas ad Petrum misisset, rescripsit ei vicissim Petrus, de Chalcedonensi Synodo eadem dicens, quæ supra commemoravi. Mortuo deinde Fravita, qui quatuor duntaxat menses episcopatum gessit. Euphemius ejus loco Episcopus est ordinatus. Hic accepit Synodicas epistolas, quas Petrus ad Fravitam scripserat. Cumque in illis anathematizari gesta Chalcedonensis Synodi deprehendisset, magnopere conturbatus est, seque à Petri communione sejunxit. Exstant etiamnum utriusque epistolæ, tam Fravitæ ad Petrum, quàm Petri ad Fravitam. Quas ob nimiam prolixitatem prætermisi. Cum igitur Euphemius ac Petrus adversus se invicem contendere, & Synodos alter contra alterum convocare jam pararent, Petrus fatali morte præripitur, eique succedit Athanasius. Qui cum diu multumque laborasset, ut eos, qui inter se dissidebant reconciliaret, id tamen perficere non potuit, partibus in varias sententias discissis. Postea idem Athanasius, cum Synodicas litteras mitteret ad Palladium Antiochensem Episcopum, qui Petro successerat, de Chalcedonensi Synodo idem fecit, quod Petrus. Idem quoque factum est à Joanne, qui post Athanasium Alexandrinam sedem obtinuit. Mortuo post hæc Palladio Antiochensis Ecclesiæ Antistite, Flavianus cum in ejus locum succesisset, Salomonem Antiochenum presbyterum misit Alexandriam, qui Synodicas ipsius perferret, & Joannis

vicissim litteras flagitaret. Post hunc autem Joannem alter ejusdem nominis Joannes Episcopatum Alexandriæ sortitus est. Et hęc qvidem ad eum, quem dixi, modum evenerunt, usq; ad primordia Imperatoris Anastasii. Hic n. Euphemio Episcopatum abrogavit. Quæ quidem continua serie commemorare necessariũ duxi, tum perspicuitatis causâ, tum ut facili⁹ memoriæ mandaretur.

A φλαβιανόν· καὶ μετὰ ἰωάννην δὲ, ἕτερος ἰωάννης τὸν ἀλεξανδρείας διαδέχεται θρόνον. καὶ ταῦτα μὲν οὕτω προυκεχωρήκει μέχρι τινῶν τῶν ἀναστασίου χρόνων· εὐφήμιον γὰρ αὐτὸς ἐκβεβλήκει· ἅπερ ἠνάγκασμαι κατὰ εἱρμὸν συνάψαι σαφηνείας τε καὶ εὐμαθείας ἕνεκα.

Cap. XXIV.

De sede Armati, qui cognatus fuit Verinæ Augustæ.

CÆterum Zeno suasu Illi, Armatum quoque interfecit, cognatum Verinæ Augustæ. Quem quidem antea donis corruperat, cum adversus ipsum à Basilisco missus fuisset, & pro hoste socium atque amicum reddiderat. Filium quoque ejus Basiliscum, in urbe Nicæa Cæsarem renuntiaverat. Sed cum Constantinopolim venisset, Armatum quidem per fraudem interemit. Basiliscum verò ejus filium, ex Cæsare presbyterum fecit. Qui postea ad Episcopalem dignitatem pervenit.

Κεφ. κδ'.

Περὶ τῆς ἀναιρέσεως ἁρμάτου συγγενοῦς βερίνης τῆς βασιλίδος.

B Ὁ δὲ ζήνων ἰλλοῦ γνώμη καὶ τὸν ἁρμάτον ἀναιρεῖ, συγγενῆ βερίνης τῆς βασιλίδος· ὃν καὶ καταπεμφθέντα πρὸς βασιλίσκου, δώροις ὁ ζήνων ἁλίσκει, καὶ σύμμαχον αὐτὸν ἀντὶ πολεμίου ποιεῖται, καὶ βασιλίσκον τὸν αὐτοῦ παῖδα καίσαρα χειροτονεῖ ἐν νικαίᾳ τῇ πόλει. παρελθὼν δὲ ἐς βυζάντιον, τὸν μὲν ἁρμάτον δολοφονεῖ. βασιλίσκον δὲ τὸν αὐτοῦ παῖδα, ἀντὶ καίσαρος ἱερέα δείκνυσιν· ὃς ὕστερον καὶ τῆς ἀρχιερωσύνης ἠξίωτο.

Cap. XXV.

De Theoderici Scythæ rebellione, deque ejusdem interitu.

INsurrexit quoque adversus Zenonem Theodericus, natione Gothus: collectisque in Thracia suis copiis, expeditionem suscepit adversus Zenonem. Et cum cuncta, quæ obvia erant, usque ad fauces Ponti late vastasset, parum abfuit quin ipsam urbem regiam caperet. Cepissetque omnino, nisi quidam ex ejus familiaribus, donis corrupti, ipsum interficere moliti essent. Itaque ille cognitâ suorum malevolentiâ, retrò abscessit. Nec multo post vitam cum morte commutavit. Mortis autem genus quale fuerit, exponam. Hasta amentata ante illius tabernaculum suspensa erat, more barbarico. Forte igitur cum corpus exercere vellet, æquum sibi adduci jussit. Cumque stratoris auxilio haudquaquam uti soleret, ipse in equum insiliit. Equus vero, utpote indomitus ac ferox, cum Theodericus ipsum ambabus tibiis nondum amplexus esset, anterioribus pedibus in sublime elatis, posterioribus

C

Κεφ. κε'.

Περὶ τῆς ἐπαναστάσεως θευδερίχου τοῦ σκύθου, καὶ τῆς τούτου τελευτῆς.

Ἐπανίσταται δὲ τῷ ζήνωνι καὶ θευδέριχος σκύθης ὢν γένος· καὶ τὰς οἰκείας δυνάμεις ἀνὰ τὴν θρᾳκῶν ἀθροίσας, ἐπιστρατεύει κατὰ τοῦ ζήνωνος· καὶ μέχρι στόματος τοῦ πόντου δῃώσας τὰ ἐν ποσὶ χωρία, μικροῦ τὴν βασίλειον εἷλε πόλιν, εἴ γε μή τινες τῶν ἐς τὰ μάλιστα αὐτῷ ἐπιτηδείων ὑπαχθέντες, ἐβουλεύσαντο αὐτὸν ἀνελεῖν. D ὃς ἐθελοκακοῦντας τοὺς οἰκείους ἐγνωκὼς, ἐς τοὐπίσω μὲν ἀποχωρεῖ. οὐ πολλῷ δὲ ὕστερον τοῖς ἀπελθοῦσι συναριθμεῖται. λέξω δὲ καὶ τὸν τῆς τελευτῆς τρόπον, ὧδε γενόμενον. δόρυ διηγκυλημένον πρὸ τῆς σκηνῆς αὐτῷ μετηώρητο σχῆμα, βαρβαρικόν. εἶτα διακινῆσαι τὸ σῶμα βουληθεὶς, ἵππον ἀχθῆναι προστέταχεν· ἀναβολεῖ δὲ οὐκ εἰωθὼς χρῆσθαι, τῷ ἵππῳ προσήλατο. ὁ δὲ, ἀγελαῖος τὶς ὢν καὶ ὑβριστὴς, οὔπω περιβάδην θευδερίχου καθίσαντος, μετεωρίζει τῷ πρόσθε πόδε

τῷ ὀπαδίῳ μόνῳ ἀκροβαλῶν. ὡς διαφιλονεικοῦντα τὸν θεοδέριχον, καὶ μήτε τῷ χαλινῷ ἀναζευγνύειν τὸν ἵππον τολμῶντα, ὡς ἂν μὴ ἐμπέσοι γε αὖπω, μὴ ὑπὸ τῆς ἕδρας βεβαίως ἀντεχόμενον, τῇδε κἀκεῖσε ῥᾳδιουργοῦντος διασείσαντι τὼ αἰχμήν· ταύτῃ τε ἐπ' αὐτὸν ἐνεχθῆναι πλαγίαν, καὶ τῷ πλευρᾷ καθαπτῶσαν ἐνθέντα κλινῆναι τραυματίαν καὶ βραχέας ἡμέρας διαγενόμενον, τὸν βίον ἐκλιπεῖν καὶ τοῦδε τὸ πρωϊμαῖον καταστρέψαι.

A duntaxat insistere atque ingredi cœpit. Adeo ut Theodoricus cum equo suo certans, ac neque illum fræno retrahere ausus, nec retractus supra ipsum caderet, neque in sella firmiter inhærens, hac & illac circumageretur, hastæque cuspidem impelleret. Quæ in eum oblique impacta, latus ejus vulneravit. Inde igitur in lectum delatus, cum paucos dies supervixisset, ex eo vulnere decessit.

Κεφ. κϛ'.

Περὶ τῶν μαρκιανῶ ἐπαναστάσεως καὶ ὅσα, περὶ τοῦτον συνέβη.

Cap. XXVI.

De rebellione Marciani, & quidcidem acciderit.

B

Μετὰ ταῦτα διενεχθεὶς πρὸς ζήνωνα μαρκιανὸς, παῖς μὲν ἀνθεμίου τοῦ ῥώμης βασιλεύσαντος, κηδεστὴς δὲ πρὸς λέοντα, τὸν βασιλεύοντα πρότερον ἐσχηκὼς, ἐπεὶ τὴν νεωτέραν αὐτοῦ θυγατέρα λεοντίαν ἐσῳκίσατο, τυραννεῖν ἐπειρᾶτο· καὶ μάχης ἰσχυρᾶς περὶ τὰ βασίλεια συρραγείσης, καὶ πολλῶν ἑκατέρωθεν πεπτωκότων, τέλος τοὺς ἐναντίους ὁ μαρκιανὸς· καὶ τῶν βασιλείων ἐγκρατὴς γέγονεν ἄν, εἰ μὴ τὸν καιρὸν παρῆκεν, ἐς ἄυριον τὴν πρᾶξιν ἀναβαλλόμενος. ὀξυπετὴς γὰρ ὁ καιρὸς, καὶ ταραπόδας μὲν ἰὼν, ἴσως ἁλίσκεται. ἐπὰν δὲ τὴν λαβὴν διαδρᾷ, μέλεωροπορεῖ, γελᾷ τε τοὺς διώκοντας, ἐφικτὸς αὐτοῖς λοιπὸν οὐκ ἀνεχόμενος εἶναι· ὅθεν ἀμελεῖ οἱ πλάσαι καὶ ζωγράφοι, κόμην ἔμπροσθεν καθιέντες αὐτῷ, τὴν κεφαλὴν ὄπισθεν ὀπτῶντες χρῶ ξυρῶσιν. εὖ μάλα σοφῶς αἰνιττόμενοι, ὡς ὀπισθότονος μὲν τυγχάνων, τῷ καθειμένῳ τῆς κόμης ἴσως κρατεῖται· ἐμπροσθότονος δὲ γιγνόμενος, τέλεον διαφεύγει, οὐκ ἔχων ὅτῳ κρατηθείη τῷ διώκοντι. ὅπερ δὴ καὶ μαρκιανῷ γέγονε, τὸν μὲν εὐθετον αὖπω καιρὸν ἀπολέσαντι, ἀξυρεῖν δὲ τὸν λοιπὸν ἀδυνηθέντι, ἀνὰ γὰρ τὴν ἑξῆς πρὸς τῶν οἰκείων καταπροδοθεὶς, καὶ μόνος ἀπολειφθεὶς, πέφευγε ἀνὰ τὸ τέμενος τῶν θεσπεσίων ἀποστόλων· ἐκεῖθέν τε πρὸς βίας ἀφελκυσθεὶς, ἐς καισάρειαν πόλιν τῆς καππαδοκῶν ἀξοικίζεται. καί ποι μοναχοῖς συναγελαζόμενος, ὕστερον ἐφωράθη λαθεῖν ἐθέλων· καὶ πρὸς τοῦ βασιλέως ἐς ταρσὸν τῆς κιλικίας ἐκπεμφθεὶς, καὶ τὴν κόμην ἀποθέμενος πρεσβύτερος χειροτονεῖται. γέγραπται ταῦτα, κομψῶς οὕσα ἅπαντα τῷ σύρῳ.

C

Post hæc Marcianus, Flius Anthemii ejus, qui Romæ imperavit, affinis autem Leonis, qui ante Zenonem imperium rexerat: ejus enim filiam natu minorem, Leontiam nomine, uxorem duxerat: à Zenone dissidens, Tyrannidem arripere conatus est. Commissaque gravi pugna circa palatium, & plurimis ex utraque parte cæsis, Martianus adversarios in fugam vertit. Eodemque impetu palatium occupavisset, nisi re in crastinum diem dilata, opportunitatem è manibus elabi sivisset. Volucris enim est occasio. Et dum ad pedes quidem advolat, forsitan apprehendi potest. Ubi verò manus effugerit, in sublime avolat, ridetque eos, qui ipsam insequuntur, nec amplius ad eos advolare sustinet. Itaque pictores & statuarii, comam ei à fronte demittunt, & occipitium ad cutem usque radunt: prudenter admodum subindicantes, occasionem quamdiu quidem à tergo imminet, comâ demissâ facile apprehendi posse: quando autem præcedit, penitus effugere, nullam ansam quâ capiatur, præbentem insequentibus. Quod quidem tunc accidit Marciano: qui cum occasionem ipsi oblatam elabi D sivisset, eandem postea recuperare non potuit. Postero enim die à suis proditus, & solus relictus, confugit ad Basilicam sanctorum Apostolorum. Unde per vim extractus, Cæsaream Cappadociæ relegatur. Ibi cum se Monachis quibusdam aggregavisset, postea fugam meditari deprehensus est. Quam ob causam ab Imperatore Tarsum Ciliciæ deportatus, detonsa comâ presbyter est ordinatus. Atque hæc quidem ab Eustathio Syro scripta sunt eleganter.

A

Cap. XXVII.

De Tyrannide Illi ac Leontii.

IDem Eustathius scribit, Zenonem iñumeras insidias adversus Verinam socrum suam struxisse, tandemque eam in Ciliciam relegasse. Postea verò, cum Illus tyrannidem occupasset, Verina in Papirium castrum migravit, ibique excessit è vita. Res præterea Illi ab eodem Scriptore elegantissime exponuntur: quemadmodum cum à Zenone insidiis appetitus fuisset, effugerit: utque Zeno eum, quem ad interficiendum Illum submiserat, Illo necandum tradiderit; capitis amputationem mercedis loco ei rependens, eò quòd conatu excidisset. Illum quoque magistrum Orientalis militiæ renuntiavit, studens ut occultæ essent insidiæ, quas ei comparaverat. Illus verò, adscito in societatem Leontio, & Marso viro egregio, ac Pamprepio, ad Orientis partes perrexit. Refert deinde idem Eustathius, quomodo Leontius apud Tarsum Ciliciæ Imperator nuncupatus sit: & quem isti tyrannidis suæ fructum perceperint, cum Theodericus vir natione Gothus, & qui apud Romanos erat illustris, adversus eos missus esset cum exercitu Romanorum simul ac Barbarorum. Idem Eustathius eleganti admodum stylo cædem eorum describit, quos Zeno crudeliter necari jussit, hanc eis mercedem rependens benevolentiæ, quâ ipsum complexi fuerant: & quomodo Theodericus, cum Zenonis adversus ipsum insidias comperisset, Romam se contulit. Alii dicunt Zenonis suasu id à Theoderico factum fuisse, Qui conserto prælio, cum Odoacrum superasset, Romam sub potestatem suam redegit, Regis duntaxat nomine sibi assumpto.

Κεφ. κζ.

Περὶ τῆς τυραννίδος ἴλλου καὶ λεοντίου.

Ὁ Αὐτὸς γράφει τὸν ζήνωνα καὶ βερίνῃ τῇ πενθερᾷ μυρίας ἐπιβουλὰς ῥάψαι μετὰ ἢ ταῦτα καὶ πρὸς τὴν κιλίκων ἐκπέμψαι χώραν· ὕστερον δὲ μεταβῆναι ταύτην πρὸς τὸ παπιρίου λεγόμενον φρούριον, ἰλλοῦ τυραννήσαντος, αὐτόθί τε τὸν βίον ἐκλιπεῖν. καὶ τὰ κατὰ ἰλλοῦν ἢ γράφει μάλα λο-
B γίως ὁ εὐστάθιος, ὅπως πρὸς τοῦ ζήνωνος ἐπιβουληθεὶς διέφυγε, καὶ ὅπως ὁ ζήνων τὸν ἀποσφάξαι τοῦτον προσταχθέντα, ἐς θάνατον ἐκδέδωκε, μισθὸν τῆς ἀποτυχίας τὴν τῆς κεφαλῆς ἐκτομὴν αὐτῷ παραχών· ὃν καὶ στρατηγὸν ὁ ζήνων τῶν ἑῴων ἀποδείκνυσι δυνάμεων, τὸ λαθεῖν πραγματευόμενος· ὁ δὲ, λεόντιον προσαιρεσάμενος, μάρτον τε οὖν ἀνδραδόκιμον, καὶ παμπρέπιον, ἀνὰ τὰ τῆς ἑῴας γέγονε μέρη· εἶτα τὴν λεοντίου ἀνάῤῥησιν τὴν ἐς ταρσὸν τῆς κιλικίας γενομένην. ὅπως τε καὶ οὗ-
C τοι τῆς τυραννίδος ἀπώναντο, θευδερίχου κατ' αὐτῶν ἐκπεμφθέντος, ἀνδρὸς γότθου τὸ γένος ὑπάρχοντος, παρὰ ῥωμαίοις τε αὖ ἐπισήμου, μετὰ ἡμεδαπῆς τε καὶ ἀλλοδαποῦς δυνάμεως· ἀναγράφει μᾶλα σοφῶς ὁ αὐτὸς εὐστάθιος, καὶ τοὺς δειλαίως ἀνῃρημένους πρὸς ζήνωνος ἀντὶ τῆς ἐς αὐτὸν εὐνοίας· καὶ ὅτι γε ὁ θευδέριχος τῆς ἐπιβουλῆς ζήνωνος αἰσθόμενος, ἐπὶ τὴν πρεσβυτέραν ῥώμην ἀναχωρεῖ. τινὲς δέφασιν ὡς καὶ ὑποθήκη ζήνωνος· καὶ ὀδόακρον μάχῃ κρατήσας, ὑφ' ἑαυτὸν τὴν ῥώμην ποιεῖται, ῥῆ-
D γα προσονομάσας ἑαυτόν.

Cap. XXVIII.

De Mammiano, & de operibus ab eo constructis.

EJusdem Zenonis principatu Mammianum quendam vixisse scribit Joannes Rhetor, qui ex sellulario opifice vir insignis evaserit, & ad Senatorium ordinem pervenerit. Ab hoc Mammiano ait Joannes, in Daphnensi quidem suburbano ædificatum esse antiphorum, qui locus prius vites habuerat

Κεφ. κη'.

Περὶ μαμμιανοῦ, καὶ τῶν ἔργων αὐτοῦ.

Ὑπὸ τοῖς χρόνοις ζήνωνος ἱστορεῖ ἰωάννης ὁ ῥήτωρ μαμμίανον ἐξ ἐπιδιφρίων ἐπίσημον ἄνδρα γενέσθαι, καὶ τῆς συγκλήτου βουλῆς μετασχεῖν, καὶ ἐν δάφνῃ τῷ προαστείῳ τὸν καλούμενον ἀντίφορον οἰκοδομήσασθαι, πρώην ἀμπέλους δεδεγ-

μένον, καὶ πρὸς γεωργίαν ἐπιτήδειον χωρίον καθεστῶτα, διὰ τὸ δημόσιον βαλανεῖον· ἔμμιανὸς ὁ φιλόπολις, ἡ χαλκῆ ἀνάκειται εἰκών. ἀνὰ δὲ τὴν πόλιν δύο βασιλείους ἐργάσατο στοὰς, τῆ τε οἰκοδομίᾳ λίαν διαπρεπεῖς, καὶ ταῖς ἐκ λίθων ἀξιοφανείαις τε καὶ διαυγείαις κεκοσμημένας· ὥσπερ δὲ μεθόριον μέσον τῶν δύο βασιλείων στοῶν, τετράπυλον ἀνασῆσαι, κίοσι τε καὶ τῆ ἐκ χαλκοῦ ὕλη μάλα κομψῶς ἠσκημένον. Ἃς τὰς μὲν βασιλείους καλουμένας στοὰς, μήτε προσηγορίας ἐπλέξαντα πρώην διακοσμίας φερούσας, λίθων ἐκ προκοννησίου λίθων πρὸς ἀφῆς συγκειμένων ἀμοίρους τὴν οἰκοδομίαν ἔχουσαν ἰδίαν τῶν ἐπισήμων. ἐκ τῶν γεγονότων παθημάτων ἐναλίγκιον τὴν οἰκοδομίαν ἐδέξατο, οὐδὲν ἐς κόσμον ταύταις προσκείμενον. τὴν δὲ τετράπυλον δὴ τὸν μαμμιανὸν γεγονυῖαν οὐδὲ ψιλὸν ἴχνος καταλελοίπαμεν.

A & arva, è regione balnei publici: in quo statua ænea posita est cum hac inscriptione: Mammianus amator urbis. In urbe vero duas regias porticus ab eodem exstructas esse refert, tum fabricæ venustate insignes, tum lapidum splendore ac nitore decoratas. Inter duas autem porticus, quasi confinium quoddam ab eo ædificatum esse Tetrapylum columnis & ære admodum eleganter excultum. Et ipsas quidem regias porticus vidimus, quę & nomen pristinum, & reliquias vetusti splendoris adhuc servant, cum solum earum Proconnesio marmore stratum sit. Reliqua verò Bstructura nihil habet eximium. Nam post superiores ruinas, nuper instauratæ sunt, nulla re ad earum ornamentum adjecta. Tetrapyli vero ejus, quod à Mammiano constructum est, ne vestigium quidem deprehendimus.

Κεφ. κθ'.

Περὶ τῆς τελευτῆς ζήνωνος· καὶ τῆς ἀναῤῥήσεως ἀναστασίου.

Ὁ δὲ ζήνων τοίνυν ἄπαις τελευτήσας ἐπιληψίας νόσῳ μὴ ἕβδομον καὶ δέκατον ἔτος τῆς βασιλείας, ἤλπισε μὲν λογγῖνος ὁ τούτου ἀδελφὸς ἐς μέγα δυνάμεως προκεχωρηκὼς, τὴν βασιλείαν ἑαυτῷ περιβήσειν· ἐμὴν τῶν δοκηθέντων ἔτυχεν. ἡ γὰρ ἀριάδνη, ἀναστασίῳ τὸν στέφανον περιέθηκεν, ἔτι μὲν ἥκοντι ἐς γερουσίαν, ἐν ᾗ τῆ λεγομένῃ τῶν σιλεντιαρίων σχολῆ καταλεγομένῳ· ἰσορεῖ δὲ ἐν ὀδυσάδι, μὴ τὴν ἀρχὴν τῆς διοκλητιανῆς βασιλείας ἐς τὴν ζήνωνος τελευτὴν καὶ τὴν ἀνάῤῥησιν ἀναστασίου, ἔτη διελθεῖν ἑπτὰ καὶ διακόσια· ἀπὸ δὲ τῆς αὐγούστου μοναρχίας, ἔτη δύο καὶ λ', καὶ πεντακόσια πρὸς μησὶν ἑπτά. ἀπὸ δὲ τῆς ἀλεξάνδρου τοῦ μακεδόνος ἀρχῆς, ἔτη δύο καὶ τριακόσια καὶ ὀκτακόσια, ὁμοίως πρὸς μησὶν ἑπτά. ἐκ δὲ τῶν ῥωμαίων καὶ ῥωμύλου βασιλείας, ἔτη δύο καὶ τετρακόσια καὶ χίλια καὶ πρὸς γεμῖναις ἑπτά· ἀπὸ δὲ ἁλώσεως τροίας, ἔτη ἑξακισχίλια καὶ ἑξακόσια καὶ χίλια, πρὸς μησὶν ἑπτά. ἐξ οὗ ὁ ἀναστάσιος παλαιὸς τὴν ἐπίδαμνον ἔχων, δυῤῥάχιον νῦν προσηγόρευται. τήν τε ζήνωνος βασιλείαν καὶ γαμετὴν τοῦ αὐτοῦ ζήνωνος τὴν ἀριάδνην ἐφοικίζεται. καὶ πρῶτα μὲν λογγῖνον ζήνωνος ἀδελφὸν, τὴν δὲ μαγίστρου ἀρχὴν διέποντα, ὃν ἡγεμῶνα τῶν ἐν τῆ αὐλῆ τάξεων οἱ πρόσθεν ἐκάλουν,

Cap. XXIX.

De Zenonis obitu, & de Anastasii Imperatoris nuncupatione.

Cæterum cum Zeno post septimum decimum Imperii sui annum ex comitiali morbo absque liberis decessisset, Longinus quidem ejus frater, C qui ad magnam potentiam pervenerat, in spem venit se Imperium facile occupaturum esse. Sed tamen voti sui haudquaquam compos factus est. Etenim Ariadne coronam imposuit Anastasio, qui nondum in Senatorium ordinem allectus, in silentiariorum schola adhuc militabat. Porro Eustathius scribit, ab exordio Imperii Diocletiani ad Zenonis obitum & nuncupationem Anastasii, annos fluxisse septem supra ducentos: à principatu autem Augusti, annos quingentos triginta duos ac præterea menses septem: ab Alexandri autem Macedonis regno octingentos & triginta duos similiter cum mensibus septem: à Romanorum & Romuli regno, mille & quinquaginta duos, ac præterea menses septem: à Trojæ denique expugnatione, annos mille sexcentos & octoginta sex, cum mensibus septem. Hic Anastasius ortus ex urbe Epidamno, quæ nunc Dyrrachium dicitur, Imperium simul & uxorem Zenonis Ariadnem accepit. Ac primùm quidem Longinum Zenonis fratrem, qui Magistri dignitatem gerebat, quem antiqui Præfectum officiorum palatii appella-

bant, in patriam amandavit. Multi A item aliis Isauris, qui id ab ipso petierant, ad suos redeundi copiam fecit.

ἀνὰ τὴν ἐνεγκαμένην ἐκπέμπει· εἶτα δὴ καὶ πολλοὺς ἑτέρους ἰσαύρους, τοῦτο δὴ τοῦ αἰτήσαντας.

Cap. XXX.

De Anastasio Imperatore: & quomodo, cum ille nihil in Ecclesiastico statu innovari sineret, totius orbis Ecclesiæ innumeris perturbationibus repletæ sunt, multique Episcopi eam ob causam expulsi.

IDem porro Anastasius, utpote pacis studiosissimus, nihil omnino innovari voluit, præcipue verò in Ecclesiæ statu; modisque omnibus elaboravit, ut & sanctissimæ Ecclesiæ absque ulla perturbatione remanerent, & cuncti, qui B ipsius Imperio parebant, altissima pace fruerentur, omni rixa & contentione, tum ab Ecclesiæ statu, tum à rebus publicis procul amandata. Et Chalcedonensis quidem Synodus iis temporibus, nec palam prædicabatur in sanctissimis Ecclesiis, nec omnino rejiciebatur. Singuli enim earum præsides, prout ipsis visum fuerat, agebant. Et nonnulli quidem eorum, cuncta quæ in illo Concilio exposita fuerant, pertinacissimè defendebant. Nec in ejus decretis vel unam syllabam remittere, ac ne unius quidem litteræ mutationem admittere sustinebant: sed magna cum fiducia recedebant ab iis, qui decreta illius Concilii minime susciperent, nec illis communicare ullo modo sustinebant. Alii verò, Chalcedonensem Synodum ejusque decreta non modò non suscipiebant; verum etiam illam unà cum Leonis Epistola sub anathemate damnabant. Alii Zenonis Henotico mordicus inhærebant: idque tametsi inter se dissiderent de una aut de duabus naturis: hi quidem compositione Imperialium litterarum decepti: Illi verò paci & concordiæ magis studentes. Adeo ut totius orbis Ec- D clesiæ in varias factiones divisæ essent, ac ne Antistites quidem sibi mutuo communicarent. Hinc multa dissidia in Orientis & in Occidentis partibus, & per Africam extiterunt, cum nec Orientales Episcopi Occidentalibus & Afris sociarentur, nec isti vicissim coirent cum Orientalibus. Quin etiam ad majorem absurditatem res progressa est. Nam nec Orientales antistites inter se ipsi communicabant: nec Occidentales item, nec Afri inter semetipsos communionem fovebant, ne dum cum peregrinis &

Κεφ. λ'.

Περὶ ἀναστασίου βασιλέως, καθ' ὃν διὰ τὸ μὴ βούλεσθαι τὸν αὐτοκράτορα τὰ περὶ τὴν ἐκκλησιαστικὴν κατάστασιν μυρίων ταραχῶν αἱ ἁπανταχοῦ ἐκκλησίαι ἐπλήσθησαν· πολλοί τε τῶν ἐπισκόπων διὰ τοῦτο ἐξεβλήθησαν.

Οὗτος ὁ ἀναστάσιος εἰρηναῖός πως ὢν, καὶ ὁ ἐν καινοτομίαις παντελῶς ἠδόκλεβ, ἅπαντα ἀφεῖτο ποιεῖν τὰ περὶ τὴν ἐκκλησιαστικὴν κατάστασιν, καὶ διὰ παντὸς ἦν τρόπου, ταύτας τε ἁπάσας ἐκκλησίας ἀταράχους, μεῖναι, ἅπαν τε τὸ ὑπήκοον βαθείας γαλήνης ἀπολαύειν, πάσης ἔριδος καὶ φιλονεικίας ἐκ τῶν ἐκκλησιαστικῶν τε καὶ πολιτικῶν πραγμάτων ἐκποδὼν γινομένων. ἡ μὲν οὖν ἐν καλχηδόνι σύνοδος ἀνὰ τύτους τοὺς χρόνους, ὅτε ἀναφανδὸν ἐν ταῖς ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις ἐκηρύττετο, ὅτε μὴν ἐκ πάντων ἀπεκηρύττετο. ἕκασοι δὲ τῶν προεδρευόντων ὡς εἶχον νομίσεως, διεπράττοντο. καὶ ἔνιοι μὲν τῇ ἐκτεθειμένῃ αὐτῇ μάλα γλυκικῶς ἀνθείχοντο, καὶ πρὸς ἐδεμίαν ἐνεδίδοσαν συλλαβὴν τῶν παρ' αὐτῆς. C ὁ μὴν γράμμα ἐναλλαγὴν παρεδέχοντο. ἀλλὰ καὶ μετὰ πολλῆς ἀπεπηδῶν τῆς παῤῥησίας, καὶ κοινωνεῖν παντελῶς ἀκηνείχοντο τοῖς μὴ δεχομένοις παρ' αὐτῆς τὸ ἐκπύωμα, ἕτερα δὲ, ὁ μόνον οὐκ ἐδέχοντο τὴν ἐν καλχηδόνι συνόδον, καὶ τὰ παρ' αὐτῆς ὁρισθέντα· ἀλλὰ καὶ ἀναθέματι προσέβαλον αὐτήν τε καὶ τὸν λέοντα. ὅμοια ἄλλοις τοῖς ἑνωτικοῖς ζήνων ἐνέχυρόοντο, καὶ ταῦτα πρὸς ἀλλήλους διῤῥωγότες τῇ τε μιᾷ καὶ ταῖς δύο φύσεσιν· οἱ μὲν, τῇ συνθήκῃ τῶν γραμμάτων κλαπέντες· οἱ δὲ, καὶ πρὸς τὸ εἰρηνικώτερον μᾶλλον ἀποκλίναντες· ὡς πάσας ταῖς ἐκκλησίας ἐς ἰδίας ἀποκεκλῆσθαι μοίρας, καὶ μηδὲ κοινωνεῖν ἀλλήλοις τὰς προεδρευούσας. ἐντεῦθεν πλεῖστα τμήματα καθ' ἑτέρους ἐώαν, ἀνά τε τὰ ἑσπέρια μέρη καὶ καθ' ἑτέρους λιβύην ἐτύγχανον ὄντα. ὅτε τῶν ἐώων ἐπισκόπων τοῖς ἑσπερίοις ἢ τοῖς λιβύσι συνοδεύοντων, ὅτε αὖ τούτων τοῖς ἑῴοις. τὸ δὲ μεῖζον ἐς ἀτοπίαν προῆκ. οὐδὲ γὰρ σφίσιν αὐτοῖς ἐκοινώνουν οἱ τῆς ἑῴας πρόεδροι· οὐδὲ μὴν οἱ τῆς δύσεως ἢ τῆς λιβύης τοὺς θρόνους διέποντες, μήτι γε δὴ καὶ ὑπεροψίᾳ

ἅπες ὁ βασιλεὺς ἀνασάσιος θεώμενος, τὰς νεωτερίζοντας τῶν ἐπισκόπων ἐξωθεῖτο, εἴπε κατειλήφει, ἢ παρὰ τὸ εἰωθὸς τοῖς τόποις τινὰ τῶν ἐν καλχηδόνι συνόδον κηρύττοντα, ἢ ταύτῃ ἀναθέματι βεβλημένα. ἐκβέβληκε μὲν οὖν ἐκ τῆς βασιλίδος τῶν πόλεων, πρῶτον μὲν εὐφήμιον, ὡς προγέγραπται εἶτα μακεδόνιον, μεθ' ὃν τιμόθεος ἐγεγόνει· ἐκ δὲ τῆς ἀντιόχου φλαβιανόν.

A extraneis. Quæ cum Imperator Anastasius videret, Episcopos, qui aliud innovarent, Ecclesiis exturbabat, si quem forte deprehendisset aut Concilium Chalcedonense prædicantem contra inolitam locorum consuetudinem, aut idem sub Anathemate damnantem. Et ex regia quidem urbe, uti supra diximus, primùm ejecit Euphemium, deinde Macedonium, cui successit Timotheus. Antiochia verò Flavianum expulit.

Κεφ. λα'.

Ἐπιστολὴ τῶν μοναχῶν παλαιστινῶν πρὸς ἀλκίσωνα περὶ ξενάιου καὶ ἑτέρων τινῶν.

Cap. XXXI.

Epistola Monachorum Palæstinæ ad Alcisonem, de Xenaia & de aliis quibusdam.

Περὶ τοίνυν μακεδονίου καὶ φλαβιανοῦ γεγράφον τὸ ἐν παλαιστίνῃ μοναδικὸν πρὸς ἀλκίσωνα ἐπὶ λέξεως λέγει ταῦτα. πέτρου ὁ κεκοιμημένου, πάλιν εἰς αὐτοὺς ἀπεγλώθησαν, ἀλεξάνδρειά τε καὶ αἴγυπτος καὶ λιβύη καθ' ἑαυτὰς διετέλεσαν· καὶ ἡ λοιπὴ πᾶσα ἀναβολὴ πάλιν καθ' ἑαυτήν, τῶν δυσικῶν μὴ ἀνεχομένων ἄλλως αὐταῖς κοινωνεῖν ἢ πρὸς τὸ ἀναθεματίζειν νεστόριόν τε καὶ εὐτυχῆ, καὶ διόσκορον, προσθέναι καὶ πέτρον τὸν μόγγον καὶ ἀκάκιον. ἐν τούτοις ἐν τῷ ἀνὰ τὴν οἰκουμένην ὅλων ἐκκλησιῶν, οἱ γνήσιοι τῶν ἀπὸ διοσκόρου καὶ εὐτυχοῦς εἰς πάντη ἐλάχιστον συνέστησαν τὸν ἀριθμόν. καὶ μελλόντων ὅσον οὐδέπω ἐκλιπεῖν ἀπὸ τῆς γῆς, ὥστε μὴ ὑπάρχειν αὐτούς, ξενάιας ὁ τοῦ θεοῦ ξένως ἀληθῶς, οὐκ οἶδα μέν τι σκοπῶν, ἢ ποίαν ἔχθραν πρὸς φλαβιανὸν ἐνδικῶν, προφάσει δὲ τῆς πίστεως ὡς οἱ πολλοὶ διηγοῦνται, κινεῖν μὲν πρὸς αὐτὸν καὶ διαβάλλειν ἄρχεται ὡς νεστοριανόν. ἐκείνου δὲ νεστόριον σὺν τῷ φρονήματι ἀναθεματίσαντος, μετέβαινε πάλιν ὅθεν ἐκείνου ἐπὶ διόσκορον καὶ θεόδωρον, καὶ θεοδώριτον, καὶ ἴβαν, καὶ κύρον, καὶ ἐλευθέριον, καὶ ἰωάννην, καὶ οὐκ ἴσμεν ὅστινας καὶ ὅθεν συλλεξάμενος. ὧν οἱ μέν, τὰ νεστορίου ἀληθῶς ἐπρέσβευσαν· οἱ δὲ, ὑπονοηθέντες ἀνεθεμάτισαν, καὶ ἐν τῇ κοινωνίᾳ τῆς ἐκκλησίας κεκοίμηνται. τούτους πάντας τὰ νεστορίου φησὶ νοήσαντας, εἰ μὴ ἀναθεματίσειας, τὰ νεστορίου φρονεῖς, κἂν μυριάκις αὐτὸν μετὰ τοῦ φρονήματος ἀναθεματίζῃς.

De Macedonio quidem & Flaviano Monachi Palæstinæ in litteris ad Alcisonem datis ita scribunt. Mortuo autem Petro, inter se ipsos iterum discissi sunt. Et Alexandria quidem & Ægyptus ac Libya inter suam communionem permansit. Reliquus item Oriens seorsum ab aliis communicavit, propterea quod Occidentales prorsus communicare illis recusabant, nisi Nestorium, Eutychen ac Dioscorum sub anathemate damnantes, Petrum quoque Mongum & Acacium iis adjicerent. In hoc igitur rerum statu cum essent totius orbis Ecclesiæ, Eutychiani & Dioscoriani ad exiguum prorsus numerum redacti sunt. Cumque brevi defecturi essent ita ut amplius in terris non exstarent, Xenaias quidam, verè nominis sui, id est, alienus à Deo: nescio quo consilio, nec qua de causa susceptas adversus Flavianum inimicitias exercens: prætextu tamen fidei ut plerique narrant, adversus eum commoveri, eumque tanquam Nestorianum calumniari cœpit. Sed cum ille Nestorium simul ejusque opinionem sub anathemate damnasset, Xenaias relicto Nestorio, ad Dioscorum trangressus est, & ad Theodorum ac Theodoritum & Ibam ac Cyrum & Eleutherium ac Joannem, aliosque nescio quos, nec unde collectos. Ex qvibus quidam Nestorii dogma revera sectati fuerant: quidam verò cum in suspicionem ejus rei venissent, postea idem dogma sub anathemate damnaverant, & in Ecclesiæ communione extremum diem clauserant. Hos, inquit, omnes Nestoriani dogmatis assertores nisi anathematizaveris, Nestorianus es, licet Nestorium millies cum doctrina ipsius anathema-

tizes. Scriptis etiam litteris ad fautores A Dioscori & Eutychis, eos concitavit, suadens eis, ut sibi adversus Flavianum auxilio essent, exigerentque ab eo, non quidem ut ipsam synodum, sed ut eas duntaxat personas, quas supra nominavi, sub anathemate damnaret. Quibus cum Flavianus Episcopus diu multumque restit isset, aliique rursus cum Xenaia adversus illum insurrexissent, Eleusinus scilicet quidam Cappadociæ secundæ Episcopus, Nicias Laodiceæ, quæ est in Syria, & ex aliis locis alii: quorum odii adversus Flavianum quænam causæ fuerint, haud nostrum est, sed aliorum exponere: tandem illos B hoc facto quieturos esse arbitratus, cessit illorum contentioni. Cumque supra dictas personas scripto anathematizasset, libellum suum ad Imperatorem misit: Nam & hunc adversus Flavianum, tanquam Nestoriani dogmatis propugnatorem, commoverant. Sed neque hac re contentus Xenaias, exegit iterum à Flaviano, ut & Synodum ipsam, & eos, qui duas naturas in Christo prædicaverant, alteram carnis, alteram Deitatis, anathemati subjiceret. Qui cum id facere recusasset, rursus Xenaias eum ut Nestorianum accusavit. Multis deinde agitatis, cum Patriarcha C expositionem fidei edidisset, in qua Synodum in eo quidem quod spectat ad depositionem Nestorii atque Eutychis, suscipere se profitebatur: quantum verò ad definitionem & doctrinam fidei, nequaquam: rursus illum tanquam Nestoriano dogmati occulte faventem insimularunt, nisi ipsam quoque Synodum, & eos, qui duas in Christo naturas dixerunt, alteram carnis, alteram Deitatis, anathemati subjiceret. Ilauros præterea multiplici verborum fraude deceptos, in sententiam suam pertraxerunt. Et conscriptione fi- D dei edita, in qua Synodum unà cum iis, qui duas in Christo naturas ac proprietates esse dixerunt, sub anathemate damnabant, à Flaviani quidem & Macedonii communione sese abrumpunt: cum aliis verò, qui conscriptioni ipsorum subscripsissent, fœderis societatem ineunt. Inter hæc postulant etiam ab Episcopo Hierosolymorum, ut formulam fidei suæ conscribat. Quam ille cum edidisset, per sectatores Dioscori misit ad Imperatorem. Et ea quidem quam ipsi proferunt, anathematismum continet eorum, qui duas in Christo naturas prædicarunt. Ipse verò Hierosolymorum Episcopus, eam ab illis falsò confictam esse di-

ἀνεκίνει ὃ διὰ γραμμάτων καὶ τοὺς ἀπὸ Διοσκόρου, καὶ Εὐτυχοῦς συνηγόρους πείθων, συναίρεσθαι μὲν αὐτῷ κατὰ Φλαβιανοῦ, μὴ μέντοι ἀναθεματισμὸν ἀπαιτεῖν τῆς συνόδου, ἀλλὰ τῶν προειρημένων προσώπων. Ἐπεὶ δὲ ἐπίσκοπος Φλαβιανὸς τούτοις ἐπὶ πολὺ ἀντιτείνοντος, ἑτέρων τε μὴ ξεναΐᾳ συμπαρομένων καθ' αὐτοῦ, ἐλθούσης μὲν ἐπισκοπῆς τινος τῆς δευτέρας Καππαδοκίας, Νικίου δὲ Λαοδικείας τῆς Συρίας, καὶ ἄλλων ἄλλοθεν· ὧν τὰς αἰτίας τῆς πρὸς Φλαβιανὸν μικροψυχίας ἑτέρων, ἀλλ' ἐχ' ἡμῶν διηγήσασθαι τέλος νομίσας διατάττεσθαι ἐκεῖνον ἀνεῖναι αὐτοὺς, εἴξειν αὐτῶν τῇ φιλονεικίᾳ. καὶ ἐγγράφως τὰ πρόσωπα ἀναθεματίσας, ἀπέστειλε τῷ βασιλεῖ· καὶ αὐτὸν γὰρ καὶ αὐτὸν κεκινήκασιν ὡς τὰ νεστορίου φρονοῦντος. μὴ δὲ τούτῳ ἓν ἀρκεσθεὶς ὁ Ξεναΐας τῆς συνόδου αὖθις πάλιν ἀναθεματισμὸν καὶ τῶν δύο φύσεις ἐπὶ τοῦ κυρίου εἰρηκότων, τῆς σαρκὸς καὶ τῆς θεότητος ἀπῄτει τὸν Φλαβιανόν. μὴ ὑπακούσαντος δὲ, ὥσπερ νεστοριανὸν πάλιν κατηγόρει. πολλῶν δὲ ἐπὶ τούτῳ κεκινημένων, καὶ τῆς παρασχούσης ἔκθεσιν περὶ πίστεως προποιησάμενος, ἐν ᾗ περὶς καθαίρεσιν μὲν νεστορίου καὶ Εὐτυχοῦς τοῦ συμφρονεῖν ὡμολόγει, κατὰ μέντοι εἰς ὅρον καὶ διδασκαλίαν πίστεως πάλιν ὡς τὰ νεστορίου ὑπούλως φρονοῦντος ἐπελαμβάνοντο, εἰ μὴ καὶ τὸν ἀναθεματισμὸν αὐτῆς προθείη τῆς συνόδου, ἢ τῶν δύο φύσεις ἐπὶ τοῦ κυρίου εἰρηκότων σαρκὸς καὶ θεότητος· προσυπάγοντας δὲ πολλαῖς λόγων ἀπάταις καὶ τοὺς ἰσαυρίους καὶ ποιήσαντες γραμματεῖον περὶ πίστεως, ἐν ᾧ τοῦ συνόδου μετὰ τῶν δύο φύσεις εἰρηκότων, ἢ ἰδιότητας ἀναθεματίσαντες, Φλαβιανοῦ μὲν ἀφίσανται καὶ μακεδονίου. Ἄλλοις δὲ προσδόνται ὑπογράψασι τῷ γραμματείῳ. ἐν τούτοις καὶ τὰ ἱεροσολύμων ἀπῆτων ἔγγραφον περὶ πίστεως· ὃς ἐκθέμενος ἀπέστειλε τῷ βασιλεῖ, δι' αὐτῶν τῶν ἀπὸ Διοσκόρου. ὅπερ αὐτοὶ μὲν προφέρουσιν, ἀναθεματισμὸν περιέχον τῶν δύο φύσεις εἰρηκότων. Αὐτὸς

ἠ ἱερομόλυμων νενοθευδας παρ' αὐτῶν διαβεβαιώμενος, ἄλλο προφέρει λέγα τοιάυτα ἀναθεματισμῶ. καὶ ἐθαύμα· καὶ γὰρ καὶ λόγους πάλαι πολλάκις νενοθεύκασι· πολλὰς δὲ Ἀπολιναρίου λόγους, Ἀθανασίῳ καὶ γρηγορίῳ τῷ θαυματουργῷ, καὶ ἰουλίῳ, διὰ τῶν ἐπιγραφῶν ἀνατεθείκασιν· οἷς μάλιστα τὰς πολλὰς πρὸς τὰς ἰδίας ἀσεβείας σφετερίζονται. ἀπήτει δὲ καὶ μακεδόνιον ἔγγραφον περὶ πίστεως· ὃς δὲ ἔξεθετο τῷ τῶν τριῶν τῶν ἐν μόνῃ εἰδέναι πίστιν διαβεβαιούμενον, ἀναθεματίζων δὲ νεστόριον, καὶ εὐτυχῆ, καὶ τοὺς δύο υἱοὺς ἢ χριστοὺς δογματίζοντας, ἢ τὰς φύσεις διαιροῦντας· μήτε δὲ τῆς ἐν ἐφέσῳ νεστορίου καθελούσης μνησθείς, μήτε τῆς ἐν καλχηδόνι καθελούσης τὸν εὐτυχῆ. ἐφ' ᾧ ἀναγκήσαντα αὐτὸν πολὺν κωνσταντίνου πόλιν μοναστήρια, ἀφίσταται τῆς ἐπισκόπου μακεδονίου. ἐν τούτοις τε ξενάιας καὶ διόσκορος πολλοὺς προσλαμβανόμενοι τῶν ἐπισκόπων, ἀφορητοι ἦσαν, κινοῦντες κατὰ τῶν μὴ ἀνεχομένων ἀναθεματίζειν. ὧν τοὺς εἰς τέλος μὴ ὑπείκοντας, ἐξορίᾳ ὑποβάλλεσθαι πολλαῖς μηχαναῖς παρεσκεύαζον. ὅτως ἐν καὶ μακεδόνιον ἐξορίζεσι, καὶ ἰωάννην τὸν πάλτης ἐπίσκοπον, καὶ φλαβιανόν. ταῦτα μὲν ἐν τοῖς γράμμασι λέγεται.

A cens, aliam profert absque hujusmodi Anathematismo. Neque id mirum. Nam & libros sanctorum Patrum sæpenumerò corruperunt. Multos quoque Apollinaris libros Athanasio & Gregorio Thaumaturgo, & Julio falsò adscripserunt. Quibus præcipuè libris multitudinem in erroris sui societatem inducunt. Sed & à Macedonio Chirographum fidei suæ postularunt. Qui quidem eam exposuit, affirmans se trecentorum & octodecim sanctorum Patrum, & centum ac qvinqvaginta fidem solam nosse: Nestorium verò & Eutychem anathemati subjiciens, eosque B qui duos Filios & duos Christos asserunt, aut qui naturas dividunt: nulla tamen mentione facta nec Ephesinæ Synodi, quæ Nestorium deposuit, nec Chalcedonensis, in qua depositus est Eutyches. Quod cum ægrè ferrent monasteria, quæ erant circa Constantinopolim, à communione Macedonii Episcopi desciverunt. Interea Xenaias & Dioscorus, multis Episcopis sibi adjunctis, intolerabiles erant, dum tumultus concitarent adversus eos qvi Synodum anathemati subjicere recusabant. Ex quibus eos, qui ad finem usque ipsis non cesserant, multis machinationibus C in exilium ejici curarunt. Hoc igitur modo Macedonium, & Joannem Episcopum Palti, & Flavianum in exilium trudunt. Atque hæc sunt, quæ in supradicta Epistola commemorantur.

Κεφ. λϐ'.

Περὶ τῆς ἐκβολῆς μακεδονίου τῆς κωνσταντινουπόλεως, καὶ φλαβιανοῦ ἀντιοχείας.

ΤΑ δὲ συμμάχοντα ἐν παραβύστῳ τὸν ἀνασάσιον, ἕτερα ἦν. ἡνίκα γὰρ ἡ βριάδη τῷ ἀνασασίῳ τὸ ἁλουργὲς ἐβούλετο περιβαλεῖν χῆμα, ὃν ἄλλως ὁ εὐφήμιος τῶν βρχιερατικῶν διέπων καθέδραν συνεπίθετο, μέχρις ὅτου τῶν δι' ἐγγράφων καὶ ὅρκων δεινῶν ὁμολογίαν ἀυλόγραπτον ὁ ἀνασάσιος ἐς εὐφήμιον ἔθετο, ἢ μὲν ἀκέραιον φυλάξαι τῶν πίστιν, καὶ μηδὲν καινοργὲς εἰσαγαγεῖν τῇ ἁγίᾳ τοῦ θεοῦ ἐκκλησίᾳ, εἰ τῶν σκήπτρων ἐπιλάβοιτο· ὃν καὶ παρέθετο μακεδονίῳ τὴν τῶν σκήπτρων κειμηλίων παραφυλακὴν ἐμπεπισευμένῳ. ἐδεδοίκει δὲ ταῦτα, διότι γε ὁ ἀνασάσιος δόξαν μανιχαϊκῆς νομίσεως παρὰ τοῖς πολλοῖς εἶχεν.

D

Cap. XXXII.

De expulsione Macedonii Constantinopolitani Episcopi & Flaviani Antiocheni.

VErum alia erant, quæ animum Anastasii occulte pungerent. Nam cum Ariadne Anastasium Imperiali purpura vestire vellet, Euphemius Regiæ urbis Episcopus consensum suum accommodare renuit, priusquam Anastasius cautionem propria manu scriptam & jurejurando firmatam ipsi dedisset, quâ pollicebatur, fidem se illibatam servaturum, nec quidquam novi in sanctam DEI Ecclesiam invecturum esse, si Imperii compos fieret. Hanc ille chartam Macedonio sacrorum vasorum custodi commendaverat. Hæc autem idcirco egerat Euphemius, quod Anastasius Manichæorum sectæ addictus esse à plerisque crederetur. Postquam igitur Macedonius Episcopalem sedem adeptus esset, Anastasius

cautionem suam reddi sibi voluit, asserens contumeliam fieri Imperio, si supra memoratum chirographum in Ecclesia reconditum servaretur. Sed cum Macedonius strenuè admodum resisteret, seque fidem proditurum negaret, omni insidiarum genere eum appetiit Anastasius, ut Episcopatum ei adimeret. Inducti sunt igitur in judicium pueri quidam calumniatores, qui tum se, tum Macedonium, turpis flagitii falsò accusarent. Verum ubi deprehensum est, Macedonio abscissa esse genitalia, ad alias artes conversi sunt: donec tandem consilio Celeris Magistri officiorum, clam ex Episcopali sede abscessit. In ejectione autem Flaviani, alia quoque adjecerunt. Incidimus enim in senes quosdam decrepitos, qui cuncta quæ Flaviani Pontificatu acciderant, memoriâ tenebant. Hi affirmabant, monachos regionis, quæ Cynegica dicitur, & quotquot in prima Syriarum provincia sedes habebant, inductos à Xenaia: erat autem Xenaias Episcopus Hierapolis, quæ vicina est Antiochiæ, & Græco vocabulo Philoxenus dicebatur: in unum collectos, subitò in urbem irrupisse cum maximo tumultu & contumacia, compellentes Flavianum, ut Chalcedonensem Synodum, & Leonis Epistolam, sub anathemate damnaret. Quod cum Flavianus ægre admodum ferret, & Monachi maximo impetu instarent, plebs civitatis insurgens adversus Monachos, plurimos eorum interfecit, adeo ut ingens eorum numerus Orontem fluvium pro tumulo sortitus sit. Cadaveribus in gurgite sepultis. Accidit & aliud quidpiam, priore illo nequaquam levius. Monachi enim Syriæ Cœles, quæ nunc secunda Syria appellatur, cum impensè faverent Flaviano, propterea quod is in monasterio quodam quod situm erat in agro, qui Tilmognus dicitur, monasticam egisset vitam, subito Antiochiam advolarunt, ut Flavianum defenderent: ita ut tum quoque non exigua evenerint mala. Sive igitur ob priora illa, sive ob ea, quæ posteriore loco retulimus, sive ob utraque simul, Flavianus sede sua expellitur, & Petras quod oppidum est in finibus palæstinæ situm, relegatur.

A ἐπειδὴ τοίνυν ὁ μακεδόνιος ἐς τὸν ἱεροσολύμων ἀνέβη θρόνον, ἠθέλετο τῷ οἰκείαν ὁμολογίαν ἀναλαβεῖν ὁ ἀνασάσιος, καθυβρίζεσθαι τῷ βασιλείαν λέγων εἰ τὸ ῥηθὲν ἀνύβριστον διατελοίη μένοι καὶ πρὸς τὰ μάλα ἡμερωτάτως ἐνισταμένῳ τῷ μακεδονίῳ, καὶ μὴ προδώσειν τὴν πίστιν ἐνισχυριζομένῳ, πᾶσαν ἐπιβουλὴν ἐξηύρετο ὁ βασιλεὺς οἱ, ὀξῶσαι τῆς καθέδρας ἐθέλων. ἀμέλει τοιγαροῦν καὶ παῖδες συκοφάνται παρήγοντο, καὶ σφῶν αὐτῶν καὶ μακεδονίου αἰσχρουργίαν καταψεύδοντο. ὡς ὃ τῷ ἀνδρείων ἐψιλωμένῳ ὁ μακεδόνιος ὤφθη πρὸς ἕτερα ἐχώρησε τεχνάσματα, μέχρις οὗ συμβουλεύμασι κέλερος ἡγεμόνος τῶν ἐν τῇ αὐλῇ τάξεων, ὁ μακεδόνιος λαθραίως τῶν οἰκείων ἐξέστη θρόνων. τῇ δ' ἐπιβολῇ φλαβιανὸς ἕτερα προσιθέασι· καὶ εἰλήφαμεν γὰρ ἐνίους ἐκ τῆς κυνηγετικῆς, ἅτινα ὅσα συμβέβηκεν ἐπὶ φλαβιανοῦ τῇ μνήμῃ διασώζοντας· οἳ λέγουσιν ὡς τὸν ξεναίαν ἀνδρα, ὃν ὁ ξεναίας τῆς γειτονούσης ἱερᾶς πόλεως πρόεδρος, ἑλλάδι φωνῇ φιλόξενος προσαγορεύομεν, πειθόντες αὐτὸν τῆς καλουμένης κωμητικῆς μοναχοὶ ἐξ οἰκείου πρώτου τῶν σύρων ἔθνους καθεσήκεσαν, ἄθρους μὴ ταραχῆς καὶ τῆς ἐς ἅπαν ἀταξίας ἐμπεπλήκασι τὴν πόλιν, βιαζόμενοι φλαβιανὸν ἀναθεματίσαι τὸν ἐν καλχηδόνι συνοδικὸν καὶ τὸν τόμον λέοντος· πρὸς ὃ δυσανασχετήσαντος φλαβιανοῦ, ἐκ τῶν μοναχῶν μὴ πολλοὺς τῷ ῥύμης ἐνισταμένων, ἀνασὰς ὁ λεὼς τὴν πόλιν φόνον πολὺν τῶν μοναχῶν κατειργάζετο. οἱ καὶ πολλοὶ καὶ ἀναρίθμητοι αὐτῶν ἔσφαττον τὸν ἐφεξῆς κληρώσαντες, τῶν σωμάτων τοῖς κύμασι κατευθέντων· συνέπεσε δὲ καὶ ἕτερον τοιοῦτο ἐκ λαπάθου μόριον· τὸ γὰρ τῆς κοίλης συρίας νῦν δὲ δευτέρας προσαγορευομένης μοναδικὸν, προσπάσχον τῷ φλαβιανῷ, ἐπειδὴ τὸν μακαρίου μελήλατος βίον ἐν πινὶ φρυγιηνῷ ἐπὶ ἀγροῦ τιλμογνῶν ὄνομα τούτῳ διακειμένῳ, ἐπετήδευσε τῇ ἀνιόχου, ἀμύνειν τῷ φλαβιανῷ βουλόμενον, ὡς καὶ παῦλά τινα συμβῆναι εἴτε ἔν τῶν προτέρων, εἴτε καὶ ἐκ τῶν δευτέρων, ἢ ἐξ ἀμφοῖν, ὁ φλαβιανὸς ἐκβάλλεται, καὶ ἀκριβεῖς πέτρας οἰκεῖν πρὸς ταῖς ἐσχατιαῖς τῶν παλαισίνων κειμένας.

A

Κεφ. λγ'.

Περὶ σεβήρου τοῦ γενομένου ἀντιοχείας.

Ἐκβεβλημένου τοίνυν Φλαβιανοῦ, σεβῆρος ὁ πρῶτον ἱεραυλικὸν τῆς ἀντιοχείας θρόνον ἄνεισι, χρηματιζούσης τῆς πόλεως ἑκατοστῷ πρώτῳ καὶ ἑξακοσιοστῷ καὶ πεντακοσιοστῷ, ἀνὰ τὸν δῖον μῆνα, τῆς ἕκτης ἐπινεμήσεως τοῦ τηνικάδε κύκλου, ἐν τούτῳ δὲ τῷ γραφῷ χρηματιζούσης τριακοστῷ τεσσαρακοστῷ καὶ ἑξακοσιοστῷ ἔτει. ὃς ἐκ παλαιστίνης τῶν σωζοπολιτῶν κληρωσάμενος, ἣν μία τῶν πισιδῶν ἐστὶν ἔθνους, δικανικοῖς πρώην ἐσχολακὼς λόγοις ἀνὰ τὴν βηρυτίων· ἐν ᾗ τῆς τῶν νόμων ἀσκήσεως διὰ τοῦ ἁγίου μεγαλαυχοῦς βαπτίσματος ἀνὰ τὸ ἱερὸν τέμενος λεοντίου τοῦ θεσσαλονικέως μάρτυρος, τοῦ ἐκ τῆς τριπολιτῶν φοινίκης πρώην πιωμένου, ἐκ τὸν μονήρη βίον μετῆλθεν ἔν τινι φροντιστηρίῳ, ἀνὰ τὸν μέσον χῶρον κειμένῳ γαζηνοῦ τοῦ πολισμάτος καὶ τοῦ λεγομένου μαιουμᾶ τοῦ πολιχνίου· ἔνθα καὶ πέτρος ὁ ἴβηρ τὸ ἀνῆς γάζης πρόεδρος, καὶ σὺν πολλοῖς ἄλλοις ἀνδράσι φιλοσόφως, διὰ τὴν αὐτῶν ἦλθε σκαμμάτων, πολὺν λόγον ἑαυτῷ καταλελοιπώς· καὶ νηφαλίῳ μὲν ὁ σεβῆρος διαλογικῶς συμπλέκεται, τὸ αὐτῷ πρότερον καθεστὼς μοίρας περὶ τοῦ μίαν φύσιν· ὕστερον ὢν τῆς ἐν καλχηδόνι συνόδου καὶ τῶν δύο προσδυόντων φύσεις ἐπὶ τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ, χωμένῳ. ἐξελαύνεται δὲ πρὸς αὐτοῦ νηφαλίου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ οἰκείᾳ φρονήσει, μετ' ἑτέρων πολλῶν τὰ πλησίον δοξαζόντων αὐτῷ. ἔνθεν ἐπὶ τοῦ βασιλέως ἄνεισι πόλιν, ὥσπερ τε αὐτὸς καὶ τῶν ἅμα αὐτῷ ἐξελαθέντων προσδύσων· καὶ ἀνασασίῳ τῷ βασιλεῖ γνώριμος καθίσταται, ὡς τὰ περὶ τούτων τῷ συγγράψαντι τὸν σεβήρου βίον ἀνείληπται. συνοδικὰς τοίνυν ἐπιστολὰς γράφων ὁ σεβῆρος, ῥητῶς τοῦ ἐν καλχηδόνι σύνοδον ἀναθεματίζει· περὶ δὲ τὰ πρὸς ἀλκίσωνα φησὶ γράμματα ταυτὰ τὰ ῥήματα. Τὰ μὲν συνοδικὰ τιμοθέου τοῦ νῦν κωνσταντινουπόλεως ἐδέχθη ἐνταῦθα ἐν παλαιστίνῃ· ἡ δὲ καθαίρεσις μακεδονίου, καὶ φλαβιανοῦ, οὐκ ἐδέχθη· ἀλλ' οὐδὲ τὰ συνοδικὰ σεβήρου. ἀλλὰ καὶ οἰκουμήσαντες ἐνταῦθα, ἀτιμασθέντες καὶ ὑβρισθέντες ἀξίως ἔφυγον, τῆς πόλεως ἐπ' αὐτοῖς

Cap. XXXIII.

De Severo Episcopo Antiochiæ.

A καὶ μέχει τῶν καλυμένων συκῶν τὼ ἕλαπε ἐποιήσατο, πάντα δηῶν, πάντα πυρπολῶν· οὐδὲν ἕτερον ταῖς φαντασίαις ἔχων, ἢ καὶ τὴν πόλιν αὐτὴν ἐξελεῖν, καὶ τὴν βασιλείας κρατῆσαι. ἐν συκαῖς δὲ αὐτὸς (κτησαμένου, σὺν λεῷ) πρὸς τὰ βασιλέως μαεῶν· ὁ δὲ σύρος, ἔκ πρόσθεν ἐμηχανᾶτο, μὴ νῆτα σφίσι πολεμήσων τῷ βιταλιανῷ. συνήντων δὲ ἀμφω τῷ στρατῷ· ὁ μὲν ἐπὶ πρύμναν τὰς σκὰς, ὁ δὲ, τὴν κωνσταντινούπολιν ἔχων. καὶ πρῶτον μὲν ἀνεκώχευον. εἶτα μὴ σὺν πλοις καὶ σὺν ἀκροβολισμοῖς μεταξὺ τῶν B δυοῖν στρατοπέδοιν, ναυμαχίας καρτερᾶς γενομένης περὶ τὰ καλούμενα βυθάρεια, φεύγει μὲν πρόπροπάδην πρύμναν κρησάμενος ὁ βιταλιανὸς, τὰ πολλὰ τῆς δυνάμεως ἀπολέσας. φεύγουσι δὲ καὶ οἱ ἀμφ' αὐτὸν ἐν τάχισα, ὡς μηδένα πολέμιον ἀνὰ τὴν ἐξω περὶ τὸν ἀνάπλων, ἢ περὶ τὴν πόλιν αὐτὴν εὑρεθῆναι. φασὶ δ' ἔν τὸν βιταλιανὸν ἐν ἀγχιάλῳ τινὰ χρόνον διατρῖψαι, τὴν ἡσυχίαν ἄγοντα. ἐπέδραμε δὲ κ ἕτερον γένος βάρβαρον, περαιωθὲν τὰς καπποδοκῶν πύλας, πέπονθε δὲ ὑπὸ σεισμοῦ ἐξαισίου αὐτὴ τοὺς C αὐτοῖς χρόνοις ἡ ῥόδος, τρίτον ἐκεῖνο πάθος, ἀφελὲ τῶν νυκτῶν.

Cap. XLIV.

Quomodo ingens seditio in populo excitata sit, cùm Anastasius in hymno trisagio has voces addere voluisset: Qui crucifixus es pro nobis. Quod metuens Anastasius, simulatione usus, statim plebis animos commutavit. Item de obitu ejusdem Anastasii.

CONSTANTINOPOLI verò, cùm Imperator in hymno Trisagio has voces adjicere voluisset: Qui crucifixus es pro nobis: gravissima seditio exorta est, perinde quasi Christiana religio funditùs everteretur. Hujus seditionis principem atque auctorem fuisse Macedonium & Clerum urbis Constantinopolitanæ, scribit Severus in Epistola ad Sotericum. Quam quidem Epistolam scripsit, cùm nondum Episcopatum adeptus esset, sed in urbe Regia adhuc moraretur, eo scilicet tempore, quo unà cum aliis pluribus, ut supra retulimus, ex suo Monasterio ejectus est. Ob hanc autem calumniam, præter alias causas quas antea commemoravi, Macedonium sede sua expulsum fuisse existimo. Hanc igitur

Κεφ. μδ'.

Ὡς ἀνασάσιος ἐν τῷ τρισαγίῳ ὕμνῳ τὸ, ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς βλασφημεῖσθαι προσθεῖναι, στάσις ἐν τῷ δήμῳ ἐκ τούτου γενομένη· ὅπερ φοβηθεὶς, ἐπανεκέκλητο τὸ πάθος, ταχὺ τὰς γνώμας τοῦ δήμου μεθέλκει. καὶ περὶ τοῦ θανάτου ἀνασασίου.

D ΑΝΑ δὲ τὸ βυζάντιον, προσθήκην τοῦ βασιλέως ἐν τῷ τρισαγίῳ βλασφήμῳ πάσαν τὸ, ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς, μεγίστη στάσις γέγονεν, ὡς τὰ μάλιστα τῆς χριστιανῆς θρησκείας ἀθετουμένης· ἧς ἀρχηγὸν καθίστην μακεδόνιον, καὶ τὸν τῶν ἀνόμων κλῆρον, ζωῆρός φησι πρὸς σωτήριχον γράφων, ὅπως μὲν ἱεραπυκῶς τελευτήκασι, θρόνου, ἐπὶ τῆς βασιλείας διαστώμενον, ὅτε τὸ κατ' αὐτὸν, ὡς μοι λέλεκται, συνέβη ἑτέροις ἀπολάσθη μοναστηρίου· πρὸς τοῖς λεχθεῖσι, καὶ τοῦτον ὑμᾶς τῶν διαβολῶν τὸν μακεδόνιον ἐκβεβλῆσθαι. ἐντεῦθεν ἀκάθεκτα τὸ δῆμα

φερο-

φερομένου, οἵ τε ἐν ἀξιώσει τελοῦντες περὶ τῶν ἐσχάτων κεκινδυνεύκασι, καὶ πολλοὶ τῶν ἐπισήμων ἐφλέχθησαν τόποι. καί τινα δὲ χωρίτην, μοναδικὸν μετιόντα βίον εὑρὼν ὁ λεὼς ἀνὰ σοῦ οἴκους μαρίνου τοῦ σύρου, τὴν κεφαλὴν ἀπέτεμε. λέγων, ὑποθήκαις τούτου τὴν ῥῆσιν προστεθῆναι. καὶ κοντῷ περιαρτήσας ἀνέκραγεν ἐπιτωθάζων, ὡς αὐτὸς ἄρα τῆς τριάδος ἐπίβουλος εἴη· καὶ οὕτω τὰ τῆς στάσεως ἤρθη, πάντα λῃζομένης καὶ πᾶσαν ἰσχὺν ὑπερβάσης, ὡς τὸν βασιλέα πρὸς ἀνάγκης οἰκτιζόμενον, στεφάνου ἄνευ πρὸς τὴν ἱπποδρομίαν ἀφικέσθαι, κήρυκάς τε τῷ δήμῳ διαπέμψασθαι βοῶντας, ὡς καὶ τὴν βασιλείαν ἑτοιμότατα μὴν ἀποτίθεται· τῶν ἀδυνάτων δὲ καθεστάναι πάντας ἐπὶ ταύτην ἀναβῆναι, ἥκιστα πολλῶν ἀνεχομένων. ἕνα δὲ πάντως τυγχάνειν τὸν μετ' αὐτὸν ταύτην διακυβερνήσοντα. ἅπερ θεασάμενος ὁ λεὼς, ὥσπερ ἔκ τινος θείας ῥοπῆς μετετίθετο, καὶ παρεκάλει τὸν ἀναστάσιον τὸν στέφανον περιθέσθαι, ὑποσχόμενος τὴν ἡσυχίαν ἄγειν. οἷς ἐλάχιστον ἐπιβιώσας χρόνον ὁ ἀναστάσιος, ἐπὶ τὴν ἑτέραν μετεχώρησε βιοτὴν, ἔτεσιν ἑπτὰ καὶ εἴκοσι πρὸς τρισὶ μησὶ καὶ ἡμέραις ἴσαις, τὴν ῥωμαίων διϊθύνας βασιλείαν.

A ob causam commota plebs, cùm amplius cohiberi non posset, multi nobilium atq; honoratorum in extremum discrimen venerunt, & multa insignia urbis loca igni consumpta sunt. Cumque populus rusticum quendam qui monasticam excolebat vitam, in ædibus Marini Syri reperisset, caput ei amputavit, voces illas ejus suasu hymno adjectas esse dicens. Caput quoque illius conto præfixum circumferens, illudendo clamabat, hostem Trinitatis illum esse. Porro seditio, universa devastans, omnique robore opposito superior, tantopere crevit, ut imperator necessitate compulsus, miserandum in modum absq; Imperiali corona ad certamen equestre quod in Circo edendum erat accesserit, & præcones ad populum miserit qui proclamarent, se quidem libentissime Imperio cedere, verùm fieri non posse ut omnes simul Imperium obtinerent, quod multos consortes haudquaquam patitur: unumq; omnino esse qui post ipsum Imperio potiturus sit. Quæ cùm populus animadvertisset, repente quasi divino quodam impulsu actus, consilium mutavit, hortatusq; est Anastasium, ut coronam capiti imponeret, pollicitus se deinceps quieturum. Posthæc Anastasius cùm brevi admodum tempore superstes vixisset, ad alteram vitam migravit: cùm per annos viginti septem ac menses tres diesque totidem, Imperium Romanum administrasset.

Τέλος τοῦ γ'. τόμου τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας εὐαγρίου.

Finis Libri tertii Ecclesiasticæ historiæ Evagrii.

ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝΤΩ ΤΕΤΑΡΤΩ ΤΟΜΩ
τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας εὐαγρίου Σχολαστικοῦ.

ά. Περὶ τ᾽ ἰουστίνου τοῦ πρώτου βασιλείας.
β. Περὶ ἀμαντίου τοῦ εὐνούχου καὶ θεοκρίτου, ὅπως τε τούτους ὁ ἰουστῖνος ἀνεῖλεν.
γ. Ὡς βιτάλιανὸν ἀνεῖλε δόλῳ ὁ ἰουστῖνος.
δ. Ὅπως καὶ σουῆρον ἐξελάσας, παῦλον ἀνθιστήσαγθαι. μεδιόλιγον ὑπὸ ἀνθούσης τὸν ἀνθιοχείας θρόνον κατέσχεν.
ε. Περὶ τῶν γεγονότων ἐμπρησμῶν ἐν ἀνθιοχείᾳ καὶ σεισμῷ, ὅτε ὁ εὐφράσιος συγχωθεὶς ἐτελεύτησε.
ς Περὶ εὐφραμίου τοῦ μὴ εὐφράσιον.
ζ. Περὶ ζωσιμᾶ καὶ ἰωάννου τῶν θαυματουργῶν.
η. Περὶ καθολικῶν παθημάτων.
θ. Ὡς ἰουστῖνος ἔτι ζῶν συμβασιλεύειν αὐτῷ τὸν ἰουστινιανὸν εἵλετο.
ι. Οτι ἰουστινιανὸς μὲν, οὐδὲν τῶν καλχηδόνων σύνοδον ἀποδεχομένους ἠγάπα. θεοδώρα δ᾽ οὐδὲν ἀναλίους ἔστεργεν.
ια. Ὡς ἄνθιμον τὸν κωνσταντινουπόλεως ὁ σεβῆρος διέφθειρε, καὶ θεοδόσιον τὸν ἀλεξανδρείας. ὃς ὁ βασιλεὺς ἐξελάσας, ἕτερους καθίστησιν.
ιβ. Ἐκ τῆς ἱστορίας προκοπίου καισαρέως περὶ καβάδου τοῦ περσῶν βασιλέως, καὶ χοσρόου υἱοῦ αὐτοῦ.
ιγ. Περὶ ἀλαμουνδάρου, καὶ ἀζαρέτου, καὶ τῆς ἐν βυζαντίῳ σάσεως, τῆς ὑπατίου λαβούσης τὸ νίκα.
ιδ. Περὶ ὀνωρίχου τοῦ βανδίλων ἄρχοντος, καὶ τῶν γλωσσοδομηθέντων χειρωνῶν ὑπ᾽ αὐτοῦ.
ιε. Περὶ καβαώνου τοῦ μαυρουσίου.
ις. Περὶ τῆς βελισαρίου καὶ βανδίλων ἐκστρατείας, καὶ τ᾽ τούτων ἐξολοθρεύσεως.
ιζ. Περὶ τῶν ὑπὸ ἀφρικῆς ἑλθόντων λαφύρων.
ιη. Περὶ τῶν ὑπὸ περσῶν ἁπασῶν γῆν ναυῆ ἀποφυγόντων φοινίκων. περὶ θεοδερίχου γότθου καὶ τῶν ἐν ῥώμῃ συμβάντων ὑπ᾽ αὐτοῦ ἄχρι τῶν χρόνων ἰουστινιανοῦ, καὶ ὡς πάλιν ἡ ῥώμη ὑπὸ ῥωμαίοις γέγονεν ἐπιγνόντων φυγόντων ὑπὸ αὐτοῦ.
ιθ. Ὡς οἱ λεγόμενοι ἕρουλοι, ἐν τοῖς χρόνοις ἰουστινιάνου.
κ. Ὡς πάλιν ὑπὸ γότθοις γεγονυῖαν τὴν ῥώμην, αὖθις ὁ βελισάριος ἀνέσωσεν.
κα. Ὡς καὶ ἀβασγοὶ τῶν καθ᾽ ἑσπέραν ἐκρατησάν.
κβ. Ὡς ὁ τὸν τάναϊν οἰκοῦντες, τὴν καθ᾽ ἑσπέραν ἐκρατησάν. καὶ περὶ σεισμῶν ἐν ἑλλάδι καὶ ἀχαΐᾳ γεγονότων.
κγ. Περὶ ναρσοῦ τοῦ στρατηγοῦ, καὶ θεοφιλείας αὐτοῦ.
κδ. Ὡς ὁ χοσρόης φθόνῳ ταπεὶς ὑπὸ ταῖς εὐημερίαις ἰουστινιανοῦ, καὶ ῥωμαίων ἐστράτευσε, καὶ πλείστας πόλεις καθεῖλε ῥωμαϊκὰς, ἐν αἷς καὶ τὴν μεγάλην ἀντιόχειαν.
κε. Περὶ τοῦ γεγονότος θαύματος ἐν ἀπαμείᾳ τοῦ τιμίου ζωοποιοῦ ξύλου τοῦ σωτῆρος.
κς. Περὶ τῆς εἰς ἔδεσσαν ἐκστρατείας χοσρόου.
κζ. Περὶ τοῦ γεγονότος ἐν σεργίου πόλει θαύματος.

κη΄. Περὶ τοῦ λοιμικοῦ πάθους.
κθ΄. Περὶ τῆς φιλοκρηματίας, καὶ ἀπληστίας ἰουστινιανοῦ.
λα΄. Περὶ τοῦ μεγάλου ναοῦ τῆς ἁγίας Σοφίας, καὶ τῶν ἁγίων ἀποστόλων.
λβ΄. Περὶ τῆς ἐκ τῷ κυανῷ χρώματι τοῦ βασιλέως μανίας μᾶλλον ἢ φιλίας.
λγ΄. Περὶ βαρσανουφίου τοῦ ἀσκητοῦ.
λδ΄. Περὶ συμεὼν μοναχοῦ, τοῦ διὰ χριστὸν σαλοῦ.
λε΄. Περὶ θωμᾶ μοναχοῦ καὶ αὐτοῦ ὁμοίως προσποιητοῦ σαλοῦ.
λϛ΄. Περὶ μῆνα τοῦ πατριαρκοῦ, καὶ τοῦ γεγονότος τηνικαῦτα θαύματος εἰς τὸ τοῦ ἑβρέου παιδίον.
λζ΄. Τίνες κατ' ἐκεῖνο καιροῦ τῶν μεγάλων πόλεων ἦσαν ἐπίσκοποι.
λη΄. Περὶ τῆς ἁγίας οἰκουμενικῆς πέμπτης συνόδου, καὶ διὰ ποίαν αἰτίαν συνέστη.
λθ΄. Ὡς ἰουστινιανὸς τῆς ὀρθῆς δόξης περιτραπεὶς, ἄφθαρτον τοῦ κυρίου τὸ σῶμα ἐπρέσβευσεν.
μ΄. Περὶ ἀναστασίου ἀρχιεπισκόπου ἀντιοχείας.
μα΄. Περὶ τοῦ θανάτου ἰουστινιανοῦ.

IN QUARTO LIBRO ECCLESIASTICÆ *Historiæ Evagrii Scholastici hæc continentur.*

CAP. I. De Imperio Justini senioris.
II. De Amantio Eunucho, & de Theocrito; & quomodo à Justino interfecti sunt.
III. Quomodo Justinus Vitalianum per fraudem interemit.
IV. Qualiter Justinus pulso Severo, Paulum in ejus locum substituit: & quomodo Euphrasius paulo pòst Antiochenam sedem obtinuit.
V. De Incendiis & terræ motibus quí Antiochiæ contigerunt: quibus obrutus Euphrasius interiit.
VI. De Ephremio Euphrasii successore.
VII. De Zosima & Joanne qui miraculis claruerunt.
VIII. De totius orbis calamitatibus.
IX. Quomodo Justinus adhuc vivens, Collegam Imperii Justinianum assumpsit.
X. Qualiter Justinianus quidem eos amabat qui Chalcedonensem synodum amplecterentur: Theodora verò eos qui synodum illam improbarent.
XI. Quomodo Severus Anthimum Constantinopolis Episcopum & Theodosium Episcopum Alexandriæ perverterit, quibus sede sua expulsis, Justinianus alios substituit.
XII. De Cavade Persarum rege, & de filio ejus Chosdroe, ex libris historiarum Procopii Cæsariensis.
XIII. De Alamundaro & Azareto: & de seditione quæ orta est Constantinopoli, cui cognomen inditum fuit νίκα.
XIV. De Hunerico Vandalorum rege, & de Christianis quibus linguam præcidi jussit.
XV. De Cabaone Mauro.
XVI. De Belizarii expeditione adversus Vandalos, eorumque internecione.
XVII. De spoliis quæ relata sunt ex Africa.
XVIII. De Phœnicibus qui fugati sunt à Jesu filio Nave.
XIX. De Theodorico Gothorum rege, & de his quæ illo regnante usque ad Justiniani tempora Romæ acciderunt: utque Roma iterum in Romanorum potestatem venerit, cùm Vitiges illinc aufugisset.
XX. Quomodo Justiniani temporibus Eruli Christianam fidem amplexi sint.
XXI. Quomodo Belisarius urbem Romam quam Gothi iterum ceperant, recuperavit.

XXII. Quomodo iisdem temporibus Abasgi quoque Christianam fidem amplexi sunt.
XXIII. Quomodo etiam Barbari qui Tanaim accolunt, Christianam religionem amplexi sint. Item de terræ motibus qui in Græcia & Achaia contigerunt.
XXIV. De Narsè Magistro militum & de ejusdem pietate.
XXV. Quomodo Chosroes ob res prospere à Justiniano gestas invidiâ stimulatus bellum intulit Romanis, multasque urbes Imperii Romani, atque inter has magnam Antiochiam destruxit.
XXVI. De pretiosi ac vivifici ligni sanctæ crucis miraculo, quod Apamiæ factum est.
XXVII. De Chosrois expeditione adversus Edessam.
XXVIII. De miraculo quod factum est Sergiopoli.
XXIX. De pestilenti morbo.
XXX. De inexplebili avaritia Justiniani.
XXXI. De magna Ecclesia sanctæ Sophiæ & sanctorum Apostolorum.
XXXII. De Justiniani furore potius quam benevolentia erga factionem Venetorum.
XXXIII. De Barsanuphio Monacho.
XXXIV. De Symeone Monacho, qui propter Christum stultitiam simulavit.
XXXV. De Thoma Monacho qui stultitiam pari modo simulavit.
XXXVI. De Mena Patriarcha, & de miraculo quod factum est in puero cujusdam Hebræi.
XXXVII. Quinam eo tempore fuerint maximarum urbium Episcopi.
XXXVIII. De sancta & universali synodo quinta, & quam ob causam congregata sit.
XXXIX. Quomodo Justinianus à recta fide desciscens, corpus Domini incorruptibile asservaverit.
XL. De Anastasio Archiepiscopo Antiochiæ.
XLI. De obitu Justiniani.

A

ΕΥΑΓΡΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ ΕΠΙΦΑΝΕΩΣ, καὶ ἀπὸ ἐπάρχων ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ Τόμος τέταρτος.

Κεφ. α'.

Περὶ τῆς ἰουστίνου τοῦ πρώτου βασιλείας.

ΑΝΑΣΤΑΣΙΟΥ δὲ, ὥς μοι λέλεκ- B
ται, πρὸς τὴν ἀμείνω μεταχωρήσαντος λῆξιν, ἰουστῖνος θρᾷξ γένος, τῇ ἁλουργεῖ ἀμπεχόνῃ χρῆται, ἐννάτην ἄγοντος τοῦ πανέμου μηνὸς, ὃς ἰούλιος πρὸς ῥωμαίων ὠνόμασται, χρηματιζούσης τῆς ἀντιόχου ἕκτον καὶ ἑξηκοστὸν καὶ πεντακοσιοστὸν ἔτος, ὑπὸ τῶν βασιλικῶν σωματοφυλάκων ἀναῤῥηθεὶς, ὧν πρὸς δὲ ἦρχεν, ἡγεμὼν τῶν ἐν τῇ αὐλῇ τάξεων καθεστώς· περιέθετο δὲ τὴν ἀρχὴν τὴν αὐτοκράτορα, πάσης ὑπέρτερον ἐλπίδος, ὅτι γε πολλοὶ τὸ ἔξοχοι καὶ πρὸς πᾶσαν εὐδαιμονίαν ἥκοντες, καθεστήκεισαν τῆς ἀνασταστίου συγγενείας, πᾶσαν τε δύναμιν ἐφελκόμενοι, τὴν τοσαύτην αὐτοῖς ἀρχὴν περιβαλεῖν ἐξισχύουσαν.

Κεφ. β'.

Περὶ ἀμαντίου τοῦ εὐνούχου καὶ θεοκρίτου, ὅπως τε τούτους ὁ ἰουστῖνος ἀνεῖλεν.

ΗΝ δὲ καὶ ἀμάντιος τῶν βασιλικῶν κοιτώνων προεστὼς, ἐς τὰ μάλιστα δυνατός. ὃς ἐπειδὴ μὴ θεμιτὸν ἦν ἄνδρα τῶν ἀνδρείων ἐστερημένον ἐς τὴν ῥωμαίων παρελθεῖν ἀρχὴν, ἐβούλετο θεόκριτον πιστὸν οἱ τυγχάνοντα, τὸν στέφανον τῆς αὐτοκράτορος ἀρχῆς περιβάλλεσθαι. καὶ D δὴ τὸν ἰουστῖνον μεταπέμπτον ποιησάμενος, χρήματα οἱ μεγάλα δίδωσι, διανεῖμαι κελεύσας τοῖς ἐς τοῦτο μάλιστα ἐπιτηδείοις, οἵοις τε οὖσι τὸ ἁλουργὲς σχῆμα τῷ θεοκρίτῳ περιθεῖναι. ὃς εἴτε τὴν δῆμον τοῖς χρήμασιν ἐξωνησάμενος, εἴτε τὴν τῶν καλουμένων ἐκσκουβιτώρων εὔνοιαν, φασὶ γὰρ ἐπ' ἀμφότερα, τὴν ἀρχὴν περιεβάλετο. αὐτίκα γοῦν μεθ' ἑτέρων, τόν τε ἀμάντιον θεόκριτόν τε ἐξ ἀνθρώπων ἠφάνισεν.

EVAGRII SCHOLASTICI EPIPHANIENSIS, Et ex Præfectis ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ LIBER QUARTUS.

Cap. I.

De Imperio Justini Senioris.

ANASTASIO igitur ex hac luce ad meliorem sortem translato, Justinus genere Thrax Imperialem purpuram sumpsit, die nono mensis Panemi, qui à Romanis Julius dicitur, anno urbis Antiochiæ quingentesimo sexagesimo sexto: Imperator renuntiatus à militibus qui ad principis custodiam erant deputati, & quibus ipse præerat, cùm esset omnes excubitorum. Porro Imperium adeptus est præter omnium expectationem, cùm multi essent ex propinquis Anastasii, viri nobiles ac beati, omnemque eam potentiam consecuti, quæ Imperatoriam dignitatem ipsis comparare posset.

Cap. II.

De Amantio Eunucho & de Theocrito. Et quomodo à Justino interfecti sunt.

ERAT tunc Præpositus sacri cubiculi Amantius quidam, summa vir potentia præditus. Qui quoniam utpote Eunuchus, Imperio Romano præesse ipse non poterat, Theocrito cuidam quem sibi fidissimum existimabat, Imperialem coronam imponere cupiebat. Justino igitur ad se accersito magnam pecuniæ vim tradidit, jubens ut eam divideret iis qui ad hanc rem conficiendam erant idonei, & qui Theocrito purpuram conciliare poterant. Justinus verò, sive populi suffragia, sive Excubitorum benevolentiam ea pecunia cùm redemisset, utrumque enim dicitur: Imperium assumpsit. Qui continuo Amantium & Theocritum cum aliis nonnullis è medio sustulit.

A

Cap. III.

Quomodo Justinus Vitalianum per fraudem interemit.

VITALIANUM verò in Thracia degentem, qui Anastasium Imperio exuere conatus fuerat, Constantinopolim evocavit: potentiam quidem ejus & peritiam rei militaris, pervulgatam quoque apud omnes nominis ejus famam, & adipiscendi Imperii cupiditatem reformidans. Cæterum cum sagaci animo prævidisset, se nunquam illum in potestatem suam redacturum esse, nisi amicitiam erga eum simularet: fraudem vultu tegens, ita ut deprehendi non posset, eum Magistrum unius ex duobus exercitibus Præsentis malitiæ constituit. Dein persuasioni magis magisque ansam subministrans, quo Vitalianum amplius deciperet, ad Consulatum eum promovit: Vitalianus igitur Consul factus cùm in palatium venisset, ad quandam interiorem januam fraudulenter cæsus occubit, malorum quibus Imperium Romanum per summam contumeliam affecerat, has pœnas persolvens. Sed hæc quidem postea contigerunt.

B

Κεφ. γ'.

Ως βιταλιανὸν ἀνεῖλε δόλῳ ὁ Ἰουστῖνος.

ΤΟν δὲ γε Βιταλιανὸν ἔτι τῆς Θράκης ποιούμενον, ὃς ἀνασάσιον ἐξώσαι τῆς βασιλείας ἐβεβήκει, ἐς τὴν κώμην αὐλίζεσθαι μεγάλην οὖσαν ὅλην ἐκάλεσε. καὶ ἐπειδὴ τὴν ἐκείνου δύναμιν καὶ τὴν ἀμφὶ τοὺς πολέμους ἐμπειρίαν τε ἅμα καὶ πᾶσι κλεᾶ, καὶ αὐτὸς εἶχε σφίσι τὴν βασιλείαν ἔφεσιν. δύσβουλος ἦν ἐπὶ τῷ ἐκείνου ὡς ἄχ' ἑτέρως αὐτὸ ἀσφαλίσεσθαι, μήτε φίλον εἶναι ἐθελήσαντος, καὶ τῷ δόλῳ ἐπιτήδειον ἀνεξέλεγκτον εὑρών, ἐρεθίσματα αὐτοῦ νὸς τῶν καλουμένων ἀναδέσμων πλείω ἢ τῇ πειθοῖ χώραν διδούς, ἐπ' ὀλίγῃ μείζονι, καὶ ἐς ὑπάτους τὸν Βιταλιανὸν ἀναβάζει. ἔδοξε τῆς ὑπατείας ἐχόμενον, ἐπειδὴ καθ' τὰ βασίλεια γέγονεν, ἐν πύλαις μεσαύλου θύρα δολοφονηθεὶς ἐτελεύτησε, πρὸς τῶν παρ' αὐτοῦ τῆς ῥωμαίων ἀρχῆς παρανομηθέντων, ταύτῃ καταλαβών. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον γέγονε.

C

Cap. IV.

Qualiter Justinus, pulso Severo, Paulum in ejus locum substituit: Et quomodo Euphrasius paulò post Antiochenam sedem obtinuit.

PRIMO autem Imperii sui anno, Severum qui Antiochiæ Episcopus, sicut supra dictum est, fuerat ordinatus, propterea quod Chalcedonensem synodum sub Anathemate damnare quotidie non cessabat, præcipue in Epistolis quas ἐνθρονιστικὰς vocant, & in responsionibus ad easdem Epistolas quas ad singulos Patriarchas mittebat: quæ quidem ejus Epistolæ susceptæ sunt dumtaxat Alexandriæ à Joanne qui priori Joanni successerat, & à Dioscoro ac Timotheo, & ad nostram usque ætatem servatæ sunt: & quia hanc ob causam multæ contentiones ortæ fuerant in Ecclesia, & Fidelium populus varias in partes scissus erat: comprehendi jussit Justinus, & linguæ obscissione plecti, sicut à quibusdam proditum est. Hujus rei executio mandata est Irenæo qui tunc Comes Orientis, Antiochiæ residebat. Certe Irenæo in mandatis datum fuisse ut Severum compre-

D

Κεφ. δ'.

Ὅπως καὶ σευῆρον ἐξελάσας παῦλον ἀντεισήγαγε. μετὰ δὲ καὶ εὐφράσιος τὴν ἀντιοχέων θρόνον κατέσχε.

ΤΟν δὲ σευῆρον ὃς τῆς ἀντιόχου πρόεδρος ἐκεχειροτόνητο, κατὰ τὰ φθάσαντα διηγήσαντο, ἐπειδὴ τὴν ἐν καλχηδόνι σύνοδον ἐφ' ἑκάστης ἀναθέματι ἀφανίζειν οὐκ ἐπαύσατο, καὶ μάλιστά γε ἐν ταῖς καλουμέναις ἐνθρονιστικαῖς συλλαβαῖς, καὶ ταῖς τοῦτο ἀμοιβαίαις, ἃς διεπέμψατο τοῖς ἑκάστης πατριάρχαις, ἐδέχθησαν ἦ μόνον ἀπὸ τῆς ἀλεξάνδρου πόλιν πρὸς ἰωάννην, τὸν μετὰ τὸν πρότερον ἰωάννην, διόσκορόν τε αὖ καὶ τιμόθεον, αἵ τε μέχρις ἡμῶν διασώζονται. πολλά τε ἐντεῦθεν τῆς ἐκκλησίας ἐπανέστησαν εἴδεσι, καὶ ὁπόσοτα διηρέθη λεὼς, κεχωρίσθαι τῷ πρώτῳ τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἔτει πραχθέντα τὸν σευῆρον ποιναῖς εἰσπραχθῆναι τῆς γλώσσης διαλεμομένης, ὡς ἐνίοις δοκεῖ τεθρύλληται· εἰρωναίᾳ τῷ πρᾶξιν ἐγχειρισθέντι, ὃς ἐφεστήκει τῇ ἑῴᾳ τῶν ἀρχῶν ἀνατολῇ ἀνιόχου. πίστεται δὲ ταῦτα τῆς κατὰ αὐτὸν ἐποχῆς τὸν εἰρηναῖον ἐγχειρισθῆναι

ὁ σευήρ@ πρὸς ἐνίους τῶν ἀντιοχέων γράφων; καὶ τὸν τρόπον τῆς φυγῆς διηγούμεν@· ἔνθα μεγίστας λοιδορίας τὸν εἰρωνάρχην βάλλ', καὶ πᾶσαν αὐτῷ φυλακὴν ἀκριβῆ θεῖ· θέντα μὴ διαδρᾶναι τῆς ἀντιόχου. εἰσὶ δ' οἵ φασιν ὡς βιταλιανὸς τὴν γλῶσσαν ἐξήτησε τοῦ σευήρου, ἐς ἔπος ἀφ' ἑαυτοῦ τοῖς ἐκείνου χαρίεσσι δοκοῦσι φέρειν, διότι εἰς αὐτὸν ὑβρίζειν ἐν τοῖς ἑαυτοῦ λόγοις ὁ σευῆρ@. φεύγει δ' οὖν τὸν οἰκεῖον θρόνον ἀπὸ τοῦ γορπιαίου μηνὸς, ὃν σεπτέμβριον οἱ ῥωμαίων λέγ' φωνή, ἕβδομον καὶ ἑξηκοστὸν καὶ πεντακοσιοστὸν ἔτ@ χρηματιζούσης τῆς ἀντιόχου. καὶ μετ' αὐτὸν εἰς τὸν θρόνον ἀνίσταται παῦλ@, κελευσθεὶς τῷ ἐν καλχηδόνι σύνοδον ἀναφανδὸν κηρύξειν. παῦλ@ μὲν οὖν ἐθελούσι@ ἀναχωρήσας τῆς ἀντιόχου, τὴν πάντων σέλετα πορείαν, τὸν βίον διαμετρησάμεν@. εὐφράσι@ δ' ὁ μετ' αὐτὸν ἱεροσολύμων, ἐπὶ τὸν κατ' αὐτὸν ἀνίσταται θρόνον.

A henderet, Severus ipse in litteris quas ad quosdam Cives Antiochenos scripsit, fugæ suæ modum exponens, testatur. Quibus in litteris Irenæum multis probris incessit, ut pote qui vias omnes diligenti custodia intersepsisset, ne ipse ex urbe Antiochia posset effugere. Sunt qui dicant Vitalianum, dum gratia & auctoritate plurimum valere videretur apud Justinum, linguam Severi ab eo popoſciſſe, propterea quòd Severus in suis concionibus ipsum conviciis appetere consueviſſet. Porro ex Antiochena sede fugit Severus mense Gorpiæo, quem Romani septembrem B vocant, Anno urbis Antiochiæ quingentesimo sexagesimo septimo. Post quem Paulus ad Episcopalem thronum promotus, Chalcedonensem Synodum palam prædicare jussus est. Et Paulus quidem cùm sua sponte Antiochiâ discessisset, tandem per acto vitæ suæ cursu, fatali morte interiit. Euphrasius verò post illum, ex urbe Hierosolymitana veniens, Episcopatum obtinuit.

Κεφ. έ.

περὶ τῶν γεγονότων ἐμπρησμῶν ἐν ἀντιοχείᾳ, καὶ σεισμῶν, ὅτε καὶ εὐφράσι@ συγχωθεὶς ἐτελεύτησεν.

Cap. V.

De incendiis & terræ motibus qui Antiochiæ contigerunt: quibus obrutus Euphrasius interiit.

C

Ὑπὸ τοῖς αὐτοῖς ἰουστίνου χρόνοις, ἐμπρησμοί τε συχνοὶ καὶ δεινοὶ κατὰ τὴν ἀντιόχου γεγόνασιν, ὥσπερ ἡγούμενοι τῶν γεγραμμένων ἐν αὐτῇ φοβερωτάτων κλονῶν, καὶ προοίμιον τοῖς παθήμασι παρεχόμενοι. μετὰ γὰρ βραχύν τινα καιρὸν, ἐν τῷ δυδόμῳ ἔτει τῆς ἀπὸ βασιλείας, μηνὶ δεκάτῳ, ἀνὰ τὸν ἀρτεμίσιον μῆνα ἤτοι μάϊον, ἐνάτῃ καὶ εἰκοστῇ ἀπὸ ἡμέρᾳ κατ' αὐτὸ τῆς μεσημβρίας τὸ σφοδρώτατον, τῇ ἕκτης ἡμέρας τῇ καλουμένης ἑβδομάδ@, βρασμὸς καὶ σεισμὸς ἐπελθόντες τὴν πόλιν, μικροῦ πᾶσαν ἀνατρέψαντες καθήγαγον. οἷς καὶ πῦρ εἵπετ@, ὥσπερ τῷ συμφορᾷ μετ' αὐτῶν διανεμόμενον. ἃ γὰρ ἐκεῖνοι δὲ καὶ ἔλαβον, τὸ πῦρ ἀμφινεμόμενον ἐξωθεῖ κωσέ τε, καὶ ἀπετέφρωσε· καὶ ὅσα μὲν τῆς πόλεως πέπονθεν, ὅσοι τε τὰ πυρὸς καὶ τῷ σεισμῷ ἔργον γεγόνασιν, ὡς τὸ εἰκὸς ὑπῆρξε, ὁποιά τε ὦν δόξαι καὶ λόγου κρεῖττω συμβέβηκε, πειρᾶσθαι φησὶν ἀφηγήσασθαι ἰωάννης ῥήτωρ, ὧδε τῆς ἱστορίας καταλήξαντι τελευτᾶ δ' οὖν ἐγκαταληφθεὶς τοῖς πώμασι καὶ ὁ εὐφράσι@, ἀλλὰ πόλεως

D

Cecutus est ignis, quasi calamitatem cum illis partitus esset. Quæcumque enim loca à successione & terræ motu subversa non fuerant, ignis depascens in cinerem ac favillas redegit. Porro quæ urbis loca labefactata fuerint, & quot hominum millia incendio ac terræ motibus, sicut verisimile est, perierint: quæ item admiranda contigerint & omnem dicendi vim longe superantia: lugubri stilo Joannes rhetor expoſuit, ea narratione historiam suam claudens. Postremo Euphrasius quoque eadem ruina oppressus, urbis

calamitatem auxit, cùm nemo superesset qui res necessarias provideret.

Cap. VI.

De Ephræmio Euphrasii successore.

VERUM salutaris Dei providentia, quæ antequam feriat, remedia parare solet, & iræ suæ gladium clementiâ acuit, & desperatis rebus, misericordiæ suæ fores aperit, Ephræmium tunc Comitem Orientis excitavit, ut omni cura ac sollicitudine prospiceret, ne ex rebus necessariis quidquam civitati deesset. Quem admirati hanc ob causam Antiocheni, Episcopum urbis communi suffragio elegerunt. Igitur Ephræmius Apostolicam sedem, tanquam præmium ac mercedem suæ erga urbẽ illam providentiæ sortitus est. Elapsis deinde triginta mensibus, eadem civitas terræ motibus denuò quassata est. Quo quidem tempore Theopolis mutato nomine appellata est. & Imperator omni cura ac diligentia ei prospexit.

Cap. VII.

De Zosima & Joanne, qui miraculis claruerũt.

SED quoniam superiorum calamitatum mentionem fecimus, nunc alia quædam operi nostro attexamus, memoratu inprimis digna, quæ ab illis ipsis qui ea viderant accepimus. Zosimas quidam fuit Monachus, ortus ex Phœnice quæ maritima dicitur: Patriam habuit Sindem, vicum qui ab urbe Tyro viginti fere stadiis distat. Is tum ciborũ abstinentia & usu, tum aliis virtutibus, ita Deum sibi conciliaverat, ut non modò ea quæ futura erant prævideret, verùm etiam ab omni perturbatione animi per Dei gratiam liber esset. Cùm igitur aliquando esset in urbe Cæsarea quæ metropolis est, unius è tribus Palæstinis, in ædibus spectatissimi cujusdam viri: Is erat Arcesilaus, vir nobilis & eruditus, qui & honoribus quos gesserat, & reliquis vitæ ornamentis conspicuus habebatur: Eo ipso temporis articulo quo Antiochia terræ motu subversa est, repente mutato vultu ingemiscens atque altum suspirans, tantam lacrimarum copiam effudit, ut solum madefaceret. Simul thuribulum popposcit, perque universũ locũ in quo stabant, cùm thus adolevisset, humi se prostravit,

συμφορὰ, ἵνα μὴ τῶν Ἀντιοχέων ὁ τροφοῶν ᾖ.

Κεφ. ε'.

Περὶ Ἐφραιμίου τ μετὰ εὐφροσύνην.

Ἀλλ' ἡ τῶν ἀνθρώπων σώτειρα θεία δεμονία, ἡ πρὸ τ πληγῆς τὰ φάρμακα πλάττουσα, & φιλανθρωπία τὸ ξίφος τ ὀργῆς θήγουσα, ἡ τὰ ἀπὸ αὐτῶν τὴν ἀπόγνωσιν τῷ οἰκείαν ἀνοίγουσα συμπάθειαν, ἐφρόνιμον διανέστησε, τ ἑώας ἀρχῆς τὰς ἰδίας ἀποστολὰς, πᾶσαν ἀναζώσασαν φροντίδα, μετὰ τῶν Ἀντιοχέων Ἀντιλιπεῖν τὴν πόλιν ὀνκαπτόμενον ἀγασάμενοι ἀντιοχέων παῖδες, ἐς κρίσιν ψηφίζονται καὶ τὸν ἀποστολικὸν λαγχάνειν θρόνον, ὥσπερ μισθὸν καὶ γέρας τῆς τοσαύτης προνοίας τοῦτον κληρωσάμενος· πέπονθεν καὶ αὖθις ὑπὸ ζάλης μὴ μείους λ. τότε καὶ θεόπολις ἡ ἀντιόχεια προσηγορεύθη πόλις, καὶ ἄλλης προνοίας πρὸς τὰ βασιλέων τυχοῦσα.

Κεφ. ζ'.

Περὶ Ζωσιμᾶ καὶ Ἰωάννου τ θαυματουργῶν.

Ἀλλ' ἐπεὶ τῶν εἰρημένων ἐμνήσθημεν παθημάτων, φέρε καὶ ἕτερα ἅπερ τῶν ἀξιολόγων τῷ παρόντι προσοφείλω πόνῳ, ἄττα ἐς ἡμᾶς ἐκ τῶν ἱστορησάντων ἐνδιέκλασε χρόνος ἀνήκεστα, ἀνδρῶν Φοινίκης, τῆς λεγομένης θαλάσσης, κώμην σύνδενδρον πατρίδα κληρωσαμένων, διέχουσαν τῆς τῶν τυρίων ἐπισκοπῆς τὸν μονήρη διαπλεύων βίον. ὅθεν ταῖς τε ἀφέσεσι τῶν προφῶν, καὶ ταῖς ἄλλαις ἀρεταῖς ὁ βίος, τὸν θεὸν ἑστιασάμενος, ὡς μὴ μόνον διορᾶν τὰ μέλλοντα, ἀλλὰ καὶ πάσης παθείας χάριν λαβεῖν, σωλῶν τῶν πιστῶν ἀνὰ τὴν καισαρέων πόλιν, ἣ μία τῶν παλαιστίνων ἡγεῖται. ἦν δὲ ἄρα ὅδε Ἀρκεσίλαος, ἀνὴρ εὐπατρίδης τε καὶ λόγων, εὖ τε ἀξιωμάτων καὶ τῶν λοιπῶν τῶν κοσμούντων ἀνδρὸς βίον ἠκων. ὅθεν ὁ ζωσιμᾶς ἐν τῷ ἀναρεῖ τῆς ἀντιόχου πλώσεως ἀθρόον ἐπισυγχυθὲν, ὀλοφυρόμενός τε, & μύχιον ἀναμύξας, δακρυά τε τοσαῦτα προέσας, ὡς ἢ τὴν γῆν ἐπιβρέξαι, δυμαλήσιον ἐξηπίστο, ἢ πάντα τὸν χρόνον ἐν ᾧ καθέστηκεν ἐπιδυμιάσας, ἐπὶ γῆς ἑαυτὸν ἔπεσε, προσευχὰς

προσευχαῖς τε καὶ λιταῖς τὸν θεὸν ἱλεούμενος. εἶτα πυθομένου τοῦ Ἀρχεσιλάου, τί ἄρα τὸ ἔτω διαταράξαν εἴη, διαῤῥήδην εἶπε, τῷ ἠχοῦντος ἀντιόχου πόσεως αὐτίκα τὰ ὦτα ὑπακουσθῆναι. ὥστε τὸν Ἀρχέσιλαον καὶ σὺν παραλελυχότας ἐκπεπληγμένους ἀναγράψαι τὴν ὥραν, εὑρεῖν τε ἐς ὕστερον ἔτως ὡς ὁ Ζωσιμᾶς ἀπεφήνατο. διὰ τοῦτο πολλαί τε καὶ ἕτεραι θεοσημεῖαι γεγόνασιν, ὧν τὸ πλῆθος παρεὶς, ἐπεὶ κρεῖττον εἰπεῖν ἀριθμοῦ τυγχάνειν ὄσαι, ἕνια λέξω· ζωήκμαζε τῷ Ζωσιμᾶ ἀνὴρ, ἰωάννης τὄνομα, ταῖς ἀρεταῖς πολὺς ἐν χυζικοῦ τῇ λαύρᾳ. κεῖται δὲ πρὸς τῇ ἑσπερίᾳ τῆς χαράδρας, ἀνὰ τὸ ἀρκτῷον μέρος τοῦ λεωφόρου, τῆς φερούσης τὸν διαπορθμεύοντας ἐξ ἱεροσολύμων ἐπὶ τὴν ἱεριχουντίων πόλιν, τὸν μονήρη τε καὶ ἄυλον διαπαλαίσας βίον, ἐπισκοπήσας δὴ τὴν εἰρημένην μοι καισαρέων πόλιν. ἔστι δὲ ὁ ἰωάννης ὁ χυζικήτης, ἐπειδὴ τὸν Ἀρχεσιλάου τοῦ λελεγμένου μοι γυναῖκα ἠκηκόει βάπτρου τοῖν ὀφθαλμοῖν ὑπὸ κερκίδος ἐκκοπεῖσα, δρομαῖος ἦλθε πρὸς αὐτὸν τὸ πάθος ἐπισκεψόμενος. ὡς δ' ἓν ἐθεάσατο, τήν τε κόρην ἐκπεσοῦσαν, τέλεόν τε τὸν ὀφθαλμὸν διαῤῥυέν τα, ἀπόγειον ἐπιλαβόμενος τοῦ τινὶ παρεφοιτηκότων ἰατρῶν ἐνεγκεῖν, ἐσαγαγεῖν τε τὸ διαῤῥυὲν ὡς αὖ δύναιτο, καὶ τὸν ἀπόγειον περιθέντα τελαμῶσιν ἀναδῆσαι, ἔτι παρόντος Ἀρχεσιλάου. ἔτυχε γὰρ τῷ Ζωσιμᾷ παρὼν ἐν τῷ κατ' αὐτὸν φροντιστηρίῳ, ὅπερ ἐπὶ τῆς συνόδου ἐκεῖτο κώμης, διεστώσης τῆς καισαρείας μάλιστα πεντακοσίους. δρομαῖοι τοίνυν ἦλθον τὸν Ἀρχεσιλάου ἐπιτρέχουσιν οἱ ταῦτα διαγγέλλοντες. καθῆστο δὲ πρὸς Ζωσιμᾶν ὁ Ἀρχεσιλάου τὰς διαλέξεις ποιούμενος. ὅπερ ἐπειδὴ διέγνω, διωλύγιον ἀνεκώκυσε, καὶ τὰς τρίχας ἐκτίλλων καὶ διασσῶν, ἐς οὐρανὸν ἀνέπεμπε. τοῦ δὲ Ζωσιμᾶ πυθομένου τὴν αἰτίαν, τὸ συμβὰν ὁ Ἀρχεσίλαος ἔλεγε, ταῖς ὀμωγαῖς καὶ τοῖς δάκρυσι συχνὰ διακοπόμενος. ἀφεὶς δὲ τοῦτον ὁ Ζωσιμᾶς, αὐτὸς καθ' ἑαυτὸν ἐς τι δωμάτιον ἐσέρχεται ἔνθα τῷ θεῷ ὡς θεμιτὸν τοῖς τοιούτοις, ἐνετύγχανε. μετὰ δ' αὖ τινα καιρὸν προσελθών, ἔχαιρέ τε καὶ σεμνὰ μειδιῶν, πρὸς Ἀρχεσίλαον ἔλεγε τὴν χεῖρα καὶ ψύχων, ἀπιθι χαίρων ἀπιθι. ἡ χάρις τῷ χυζι-

precibus ac supplicationibus Deum placaturus. Scisciranti deinde Arcesilao, quidnam esset quod illum tantopere conturbasset, diserte respondit, fragorem ruentis Antiochiæ auribus suis modò insonuisse. Adeo ut Arcesilaus & qui tum aderant, stupore perculsi, horam adnotaverint, posteaq; deprehenderint rem ita accidisse ut Zosimas prædixerat. Alia quoq; permulta signa ab eodem divinitùs perpetrata sunt. Quorum multitudinem prætermittens, quando quidem numerus eorum iniri non potest, pauca ex iis commemorabo. Iisdem temporibus quibus Zosimas, floruit vir quidam, Joannes nomine, paribus cum Zosima virtutum ornamentis insignis: qui in Chuziba Laura, quæ sita est in extremitate vallis ad Septentrionalem partem viæ publicæ quæ ab Hierosolymis ducit Hierichuntem, vitam monasticam & ab omni materia secretam exercuerat, & qui supra memoratæ urbis Cæsareæ Episcopatum obtinuit. Hic igitur Joannes Chuzibita, cùm supra dicti Arcesilai uxorem radio textorio alterum sibi oculum effodisse didicisset, cursu ad ejus domum contendit, vulneris inspiciendi causâ. Ubi verò animadvertit pupillam excidisse, & oculum penitus diffluxisse, medico cuidam qui illuc advenerat, præcepit ut spongiam adferret, & oculum dilapsum, quoad fieri posset, in sedem suam reponeret: spongiam deniq; circumpositam fasciis alligaret. Aberat tunc forte Arcesilaus. Versabatur enim eo tempore cum Zosima, in ejus Monasterio, quod situm erat in vico Syndenorum, qui ab urbe Cæsarea quingentis circiter stadiis distat. Statim igitur contentissimo cursu properant qui hæc Arcesilao nuntiarent. Sedebat is juxta Zosimam, sermonem cum eo conferens. Qui simul ac casum uxoris suæ didicit, graviter ejulare cœpit, & capillos vellens ac discerpens, in aërem projecit. Interroganti autem Zosimæ causam tanti luctus, Arcesilaus id quod acciderat exposuit, lamentis ac fletibus sermonem crebro interrumpens. Mox igitur Zosimas, relicto illic Arcesilao, ad cubiculum quoddam contendit, in quo solus, uti mos est hujusmodi viris, Deum alloqui consueverat. Aliquantò post digressus, hilari vultu ac modeste subridens, manumq; Arcesilai palpans: Abi, inquit, Abi lætus. Gratia data est Cu-

z bitæ. Sanata est uxor tua. Utrumq; oculum habet incolumem, nullum ex casu illo detrimentum passa, quando ita placuit Cuzibitæ. Idque ita evenit, ambobus illis justis simul miraculum perpetrantibus. Idem Zosimas cùm aliquando proficisceretur Cæsaream, Asellum trahens cui res quasdam sibi necessarias imposuerat, Leonem obvium offendit, qui in ipsum irruens, rapto Asello, protinus abscessit. Quem Zosimas per silvam insecutus est, quoad usque Leo aselli carnibus saturatus fuisset. Tum Zosimas Leoni arridens: At ô Amice, inquit, jam iter mihi penitus intercluſum est, quippe qui & ægro sim corpore, & provecta jam ætate; nec onus quod Asello erat impositum ipse humeris portare possim. Proinde si Zosimam hinc abscedere vis, sarcinam contra naturæ tuæ consuetudinem feras necesse est, ad propriam feritatem postea reversurus. His dictis, Leo tanquam furoris penitus oblitus, Zosimæ blandiri cœpit, & ad eum statim leniter accurrens, ipso gestu obsequium suum significabat. Zosimas igitur, cùm aselli sarcinam leoni imposuisset, ad portas usque urbis Cæsareæ eum duxit, ostendens hoc facto, quanta sit Dei potentia, & qualiter omnia famulantur atq; obediunt hominibus qui Deo vivunt, nec donatam sibi gratiam corruperunt. Verùm ne si plura commemoravero, historia prolixior efficiatur, eò revertar unde digressus sum.

Αξίτη δ' ἐδόλει. ἰάθη σε τὸ γύναιον, ἀμφοτέρους ὀφθαλμοὺς ἔχει, ὑδὲν ἰχυσάσης τῆς συμφορᾶς ἀφελέας, ἕτω τῇ χαζιβίτῃ βεβληθείσης. ὅπερ καὶ γέγονεν ἀμφοῖν τοῖν δικαίοιν κατὰ τὸ θαυμαλεργησάντοιν. τέτω τῷ ζωσιμᾷ καί ποτε ἐπὶ τῶν καίσαρος ἰόντι, ὄναρον τι ὠδυσυρομένῳ ἐν ᾧ τῶν τινα ὁι ἐπιτηδεια ἐπεβεβλήκει, λέων ἐπεισι, καὶ τὸν ὄνον ἁρπασας, ἀπῆλθ. ὁ δὲ ζωσιμᾶς ἀνὰ τὸν ὕλλον ἕπετο. μέχρις ὃ διακορὴς ὀλέων ἐκ τῆς θύρης τῆ ζώῃ γέγονε. ὡρὸς ὃν ἐπιγελάσας ὁ ζωσιμᾶς φησὶν, ἀλλὰ γὲ ὦ ἑταῖρε, τὰς πορείας ἐμοὶ διακέκοπται, πάχητί τε ὢν, πόρρω τε τῆς ἡλικίας ἀφιγμένῳ, καὶ μὴ δυναμένῳ νῶ φορεῖν τὰ ἐπὶ τῷ ὄνῳ σεσαγμένα. ἀχθοφορεῖν ἓν ἀνάγκη σε ὡδὶ τὸν θηριώδη τῆς φύσεως, εἴπερ ἐθέλεις τῶν ἐντεῦθεν τὸν ζωσιμᾶν ἀπαλλάττεσθαι κ' θηρίον αὖθις εἶναι. ὁ δὲ, τῷ θυμῷ καθάπαξ ἐπιλελησμένος, ὑπέσαινε, καὶ τῷ ζωσιμᾷ ὡς ἔσχε πράως εὐθὺς, καὶ διὰ τῶ ζχήματος ἔδειξε τὸ πειθήνιον. ὧ πειθεὶς ὁ ζωσιμᾶς τῷ ὀπίσθιον φορτίον, μέχρι τῶν πυλῶν τῆς καίσαρος ἤγαγε, δεικνὺς τῷ θεῷ τὸ δύναμιν, καὶ ὡς ἅπαντα τοῖς ἀνθρώποις θέλα τε καὶ πειθήνια ὅτ' ἂν αὐτῷ ζῶμεν, καὶ τὴν δεδομένην ἡμῖν χάριν ἐ διαφθείρωμεν. ἀλλ' ἵνα μὴ τοῖς πλείοσι τὴν ἱστορίαν διαμηκύνωμεν, ἐπάνειμι ὅθεν τὸ σκέλος ἐποιησάμην.

Cap. VIII.

De totius orbis calamitatibus.

EODEM Justino Imperium Romanum adhuc administrante, urbs Dyrrachiũ quæ olim Epidamnus dicebatur, terræ motu subversa est. Similiter & Corinthus, quæ sita est in Achaia. Anazarbus quoque, metropolis secundæ Ciliciæ; quarto id genus calamitatis experta. Eas urbes Justinus magna pecuniarum vi erogata, instauravit. Iisdem temporibus Edessa civitas Osroënæ, maxima & opulentissima, Scirti torrentis qui eam præterfluit, inundatione submersa est: adeo ut plurima ædificia, & innumerabilis hominum multitudo, aquarum vi abrepta, funditus interierint. Edessæ quidem atque Anazarbo Justinus pristinum nomen

Κεφ. η'.

Περὶ καθολικῶν παθημάτων.

ΕΣ ἐπ' ἰουστίνου τὴν οἰκουμένην διῳκήκοτος ἀρχῶν, τὸ νῦν μὲν δυρράχιον, ἐπιδαμνος δὲ πάλαι, πέπονθεν ὑπὸ κλονου τῆς γῆς. ὡσαύτως δὲ καὶ κόρινθος ἐπὶ τῆς ἑλλάδος κειμένη. εἶτα καὶ ἀνάζαρβος τὸ τέταρτον πάθος, ἡ τῆς δευτέρας τῶν κιλίκων ἡγεῖται ἔθνους. ἃς ἰουστῖνος πολλοῖς ἀνεκτήσατο χρήμασι. δι' οὗ καὶ αἱ λοιπαὶ χῶραι καὶ ἡ ἔδεσσα πόλις τῆς ὀσροηνῶν μεγίστη τε καὶ εὐδαίμων, τῆς τε παραῤῥέοντος σκίρτου χειμάῤῥου ὕδασι κατακλυσθῆναι, ὥς τε καὶ τὰ πολλὰ τῶν οἰκοδομιῶν παρασυρῆναι, καὶ πλῆθος ἀναρίθμητον ἀνθρώπων, ὃς τὸ ὕδωρ λαβὸν ὤχετο. μεθεκλήθησαν τοίνυν ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ ἰουστίνου ἡ ἔδεσσα καὶ

ἀνάζαρβ@, καὶ τούτων ἑκάτερα τῇ αὐτῇ προσηγορίᾳ καλεκοσμήθησαν.

A mutavit. Utramque enim ex suo nomine Justinopolim deinceps appellari jussit.

Κεφ. θ'.

Ὡς ἰουστῖν@ ἔτι ζῶν, συμβασιλεύει αὐτῷ ἰουστινιανὸν εἵλετο.

Τοῦτῳ τῷ ἰουστίνῳ ὀγδοον ἔτ@ τῆς βασιλείας ἄγοντι, ἐννέα τε μῆνας πρὸς τρισὶν ἡμέραις, ἰουστινιανὸς ἀδελφιδοῦς αὐτῷ συμβασιλεύει, ἀναῤῥηθεὶς τῇ πρώτῃ τοῦ ξανθικοῦ μηνὸς, ἀνὰ τὸ πέμπτον καὶ ἑβδομηκοστὸν καὶ πενταικοσιοστὸν ἔτ@ ἔχοντι ματισμοῦ τῆς ἀντιοχείας. καὶ τούτων ᾧ δὴ προελθόντων, ἰουστῖν@ μεθίσα] τῆς ἐντεῦθεν βασιλεύσας μὴν ἰουστινιανῷ μῆνας τέτταρας, τὰ ὅλα δὴ ἔτη τὴν αὐτοκρατορίαν διανύσας ἀρχὴν ἐννέα πρὸς τρισιν ἡμέραις. ἰουστινιανοῦ δὲ μόνου τὴν ὅλην ἀρχὴν τῆς ῥωμαίων ἐπικρατείας παραδεξαμένου, ἤδη τε τῆς ἐν καλχηδόνι συνόδου κρυπτομένης ἀνὰ τὰς ἀγιωτάτας ἐκκλησίας κελεύσμασιν ἰουστίνου καθάπερ διήγη], ἔτι τὰ τῆς ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως ἐν τισι τῶν ἐπαρχιῶν παρεδονεῖτο, καὶ μάλιστα γε κατὰ τὴν βασιλέως καὶ κατὰ τὴν ἀλεξάνδρου πόλιν. τῆς μὲν βασιλίδ@ τὴν ἐπισκοπὴν πρωτανδρίν@ ἀνθίμου, τῆς δὲ ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας ἡγουμένου θεοδοσίου. ἄμφω τε γὰρ τὴν μίαν ἐδοξαζε τὴν φύσιν.

B

C

Cap. IX.

Quomodo Justinus adhuc vivens, collegam Imperii Justinianum assumpsit.

Porro cùm Justinus annum Imperii octavum transegisset, ac præterea menses novem & dies tres, Justinianus sororis ejus filius, unà cum illo imperavit; Augustus nuncupatus die primo mensis Xanthici, id est Calendis Aprilis, anno urbis Antiochiæ quingentesimo septuagesimo quinto. Quibus ita peractis, Justinus ex hoc regno ad cœleste Imperium migravit, fatali morte defunctus primo die mensis Loi, id est Calendis Augusti, cùm imperasset, unà quidem cum Justiniano menses quatuor; in universum verò tam solus, quam cum collega, per annos novem ac dies tres Imperium obtinuisset. Porrò cùm Justinianus jam solus universum Imperium regendum suscepisset, & Chalcedonensis synodus ex præcepto Justini Imperatoris, sicut antea retuli, per omnes Ecclesias prædicaretur, Ecclesiastica pax in quibusdam adhuc provinciis turbabatur; præcipuè verò Constantinopoli & Alexandriæ: Constantinopolitanam quidem Ecclesiam administrante Anthimo, Alexandrinam verò Theodosio. Ambo enim isti unam in Christo naturam ineſſe asserebant.

Κεφ. ι'.

Ὅτι ἰουστινιανὸς μὲν τοὺς τὴν καλχηδόνιον σύνοδον ἀποδεχομένους ἠγάπα· θεοδώρα δὲ τοὺς ἐναντίως ἔσχηκότας.

Ἰουστινιανὸς μὲν δὴ τῶν ἐν καλχηδόνι συνελθόντων, καὶ ὧν αὐτῶν ἐκλεξαμένων, μάλα γενναίως ἀντεῖχετο. θεοδώρα δὲ ἡ τούτου σύνοικ@, τῶν μίαν φύσιν λεγόντων. εἴτε καὶ τῶν ἀληθῶς οὕτως ἐχόντων. νενίκα γὰρ ὁ περὶ πίστεως πρόκει] λόγ@, πατέρες τε πρὸς παῖδας, παῖδές τε αὖ πρὸς σφᾶς φύντας διέστη], γυνή τε πρὸς τὸν ἴδιον γαμέτην, ἀνήρ τε αὖ πάλιν πρὸς τὴν ἰδίαν γαμέτην. εἴτε καὶ κατά τινα συγκείμενοι οἰκονομίαν, ἵν' ὁ μὲν τῶν λεγόντων δύο φύσεις ἐπὶ χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν μὴ τὴν ἕνωσιν ἀντέχη], ἡ δὲ τῶν πρεσβευόντων μίαν φύσιν. ὅμως

D

Cap. X.

Qualiter Justinianus quidem eos amabat qui Chalcedonensem Synodum amplectierentur Theodora verò eos qui synodum illam improbarent.

Et Justinianus quidem, eos qui in Chalcedonensi synodo convenerant, & quæcunque ab illis fuerant exposita, acriter defendebat. Ejus verò conjux Theodora, ab illorum partibus stabat qui unam in Christo naturam assererent: sive quod ipsi revera ita sentiebant. Nam quotiescunque agitur de fide, patres à filiis, & filii dissident à parentibus; & uxor quidem à marito, maritus vero ab uxore sua dissentit: Sive per quandam simulationem, ita inter ipsos convenerat, ut alter quidem eorum partes defenderet qui duas in Christo Deo nostro naturas esse dicebant post unitionem: altera verò, illorum qui unam duntaxat naturam as-

severabant. Neuter tamen ea in re A neutri cessit. Sed Justinianus quidem ea quæ Chalcedone acta fuerant, pertinaciter tuebatur: Theodora verò contrariæ parti addicta, eorum qui unam naturam assererent maximam curam ac sollicitudinem gerebat. Et nostros quidem fovebat, extraneos verò maximis muneribus afficiebat. Denique persuasit Justiniano, ut Severum ad se accerseret.

δ' ἓν ἀλλήλοις οὐκ ἐνεδίδοσαν. ἀλλ' ὁ μὲν τῶν ἐν καλχηδόνι σωσθεισῶν μᾶλλα σπουδαίως ἀνελαμβάνετο. ἡ δ', μὴ τῶν ἀπαναντίας ἔσα, τῶν λεγόντων μίαν φύσιν παντοίως προὐνόει, καὶ τὰς γε ἡμεδαπὰς ἐθεράπευε, καὶ σὺν ἀλλοδαπὰς μεγάλοις χρήμασιν ἐδεξιοῦτο. ἡ δὲ πείθει τὸν ἰουστινιανὸν μετάπεμπτον σευῆρον ποιήσασθαι.

Cap. XI.

Quomodo Severus Anthimum Constantinopolis Episcopum & Theodosium Episcopum B *Alexandriæ perverterit. Quibus sede sua expulsis, Justinianus alios substituit.*

EXSTANT quidem Severi Epistolæ, tum ad Justinianum, tum ad Theodoram scriptæ. Ex quibus colligere licet, Severum cùm Antiochenam sedem reliquisset, initio quidem profectionem suam in urbem Regiam distulisse: Postea tamen eò venisse. Scribit etiam in iisdem litteris, se cùm venisset Constantinopolim, collocutum esse cum Anthimo. Cumq; illum idem cum ipso sentire, eandemq; de Deo opinio- C nem tueri deprehendisset, persuasisse illi ut sedem suam relinqueret. Scripsit etiam his de rebus litteras ad Theodosium Episcopum Alexandriæ, in quibus gloriatur quod eidem Anthimo persuaserit, sicut jam dixi, ut ejusmodi dogmata sæculari gloriæ & pontificali cathedræ anteponeret. Circumferuntur quoq; Anthimi de iisdem rebus Epistolæ ad Theodosium, & vicissim Theodosii ad Anthimum & Severum scriptæ, quas quidem missas facio, iis qui legere eas voluerint derelinquens, ne immensam rerum multitudinem congere- D videar in hoc libro. Cæterum ambo, utpote qui mandatis Principis refragarentur, nec ea quæ Chalcedone decreta erant admitterent, suis sedibus expulsi sunt. Et Alexandrinæ quidem urbis Episcopatum suscepit Zoilus: Constantinopolitanæ verò Epiphanius: ita ut per universas deinceps Ecclesias Chalcedonensis synodus palam prædicaretur, nec ullus usquam auderet eam anathemati subjicere: qui vero aliter sentirent, ii omnibus modis adigerentur ad consensum suum ei accommodandum. Scripta est igitur ab Imperatore Justiniano constitutio, in qua

Κεφ. ια'.

Ὡς ἀνθιμον ἡ κωνσταντινουπόλεως ὁ σευῆρος διέστρεψε, καὶ θεοδόσιον ἡ ἀλεξανδρείας. ὡς ὁ βασιλεὺς ἐξώσατο, ἑτέρους κατέστησεν.

Σχόλιον) τούτων ἐπιστολαὶ σευήρου πρός τε ἰουστινιανὸν, καὶ πρός τε θεοδώραν. ἐν αἷς ἐπιλαβεῖν, ὡς καταρχὰς τὴν πρὸς τὴν βασίλειαν ὁδὸν διανεβάλετο, μετὰ τὸν αὐτοῦ χειροτονίας καταλέλοιπε θρόνον· ὕστερον μέντοι κατείληφε ταύτην, καὶ γέγραφεν, ὡς ἐπειδὴ πρὸς τὴν βασιλέως ἐγεγόνει, ἐντυχὼν τῷ ἀνθίμῳ, καὶ τῆς πλάνης αὐτὸν ἔξω ἔπεισε, καὶ τῆς εἰς τὸν θεὸν νομίσεως, πείσας τῆς καθέδρας ἐκστῆναι. γέγραπται δὲ καὶ περὶ τούτων πρὸς θεοδόσιον τὸν τῆς ἀλεξανδρέων ἐπισκοπεύσαντα πόλιν. ἐν οἷς καὶ μεγαλαυχεῖ ὡς τὸν αὐτὸν ἀνθιμον πέπεικεν ὡς εἰρῆσθαι, τῆς ἐπὶ γῆς δόξης, καὶ τῆς οἰκείας καθέδρας τὰ τοιαῦτα προκρῖναι δόγματα. φέρονται δὲ καὶ ἀνθίμου πρὸς θεοδόσιον ἐπιστολαὶ περὶ τούτων, θεοδοσίου τε αὖ πρὸς σευῆρον καὶ ἀνθιμον, ἃς παρεὶς καὶ ἀπολιμπάνων τοῖς ἐντυγχάνουσι ταύταις βουλομένοις, ἵνα μὴ πλῆθος ἄπειρον ἐπεισκλήσω τῷ παρόντι βίῳ. ὅμως δ' ἔν γε ὡς ἀτρὺ τῶν βασιλέως κελευσμάτων ἰόντες, καὶ μὴ δεχόμενοι τὰ ἐν καλχηδόνι σωσθέντα, ἀμφω τῶν οἰκείων ἐξελαθέντων θρόνων. καὶ τὸν μὲν ἀλεξανδρείας, ζωίλον διαδέχεται. τὸν δ', τῆς βασιλείας ἐπιφανῆ, ὡς ἐν ἅπασαις λοιπὸν ταῖς ἐκκλησίαις ἀναφανδὸν κηρύττεσθαι τὴν ἐν καλχηδόνι συνοδον, καὶ μηδένα τολμᾶν ταύτῃ ἀναθεματίζειν ἑτεροκλίνειν. σὺν δὲ μὴ ταῦτα ἔτοιμος ἔχοντας, διὰ μυρίων σωκελεύσεως τρόπων πρὸς τὴν τοιαύτην ἰέναι συγκατάθεσιν. γέγραπται δ' ἐν ἰουστινιανῷ νομοθεσία, ὃν ἡ

τὸν σευῆρον καὶ ἀνθιμον σὺν ἑτέροις ἀνατε- A Severum & Anthimum una cum aliis
θεμάτικε ποιναῖς τε μείζοσι κατέβαλε τὰς quibusdam anathemate percellit, &
τὰ ἐκείνων προσδεχομένας δόγματα· ὡς δὲ ἐ- graviſſima ſupplicia decernit adver-
κείνῳ μὲν τὰς ἑκάστοτε διακειμένας ἐκ- ſus eos qui illorum dogmata prædica-
κλησίας, οὐδὲν ἔτι διέρρωγος μεῖναι· ἀλλὰ τὰς rent. Itaque ex eo tempore per omnes
τε ἑκάστης διοικήσεως πατριάρχας ἀλλήλοις ubique terrarum Eccleſias nullum re-
συμβαίνειν, τούς τε τῶν πόλεων ἐπισκόπους, manſit diſſidium: ſed uniuſcujuſque
τοῖς ἰδίοις ἐξάρχοις ἕπεσθαι· καὶ τέσσαρας συν- Diœceſeos Patriarchæ inter ſe conſen-
όδους ἐπὶ τῶν ἐκκλησιῶν κηρύττειν, πρώτην ſerunt, & ſingularum urbium Epiſcopi
μὲν τὴν ἐν νικαίᾳ, εἶτα τὴν ἐν κωνσταντινου- Exarchos ſuos ſecuti ſunt: & quatuor
πόλει, τρίτην τὴν ἐν ἐφέσῳ τὴν πρώτερον, τέταρ- ſynodi in Eccleſiis ſunt prædicatæ: pri-
την τὴν ἐν καλχηδόνι· γέγονε δὲ καὶ πέμπτη ma, quæ Nicææ celebrata eſt: poſt hanc
συνόδου κατὰ κέλευσιν ἰουστινιανοῦ. περὶ ἧς τὰ Conſtantinopolitana: dehinc Epheſi-
πρόσφορα, ἐν τοῖς προσφόροις ἐφ' ὡραίοις B na Prior: quarto loco Chalcedonenſis.
καιροῖς, τέως τῶν ἀνὰ μέρος πραχθέντων ὑπὸ τοῖς Fuit etiam quinta Synodus Juſtiniani
αὐτοῖς χρόνοις, λόγου τε ἀξίων καθεστώτων, τῇ principis juſſu congregata. De qua
παρούσῃ συνυφαινομένων ἰσορίᾳ. dicam ſuo loco ea quæ dicenda ſunt In-
terim ea quæ tunc temporis ſigillatim
geſta ſunt, & commemoratione digna
eſſe videntur, huic hiſtoriæ adtexa-
mus.

Κεφ. ιϛ'.

ἐκ τῆς ἰσορίας προκοπίου καισαρέως, περὶ καβάδου τοῦ περσῶν βασιλέως, καὶ χοσρόου τοῦ αὐτοῦ.

ΓΕγραπται προκοπίῳ τῷ ῥήτορι τὰ κατὰ βελισάριον. ὡς καβάδης ὁ περσῶν βασιλεὺς χοσρόην τῷ παιδὶ νεωτέρῳ τῶν ἄλλων υἱῶν ὄντι προθεῖναι τὴν βασιλείαν βουληθείς, C βούλεται ὧδε τῷ βασιλεῖ ῥωμαίων ἐς θέτον υἱὸν ἐπιδιδόναι τὸν χοσρόην, ἵνα ἐκ τοῦδε ἀσφαλέστατα αὐτῷ ἡ ἀρχὴ διαλεφθείη· ἐπειδὴ τοίνυν τοῦτο ἐμήκιστον, εἰσηγησάμενος πρόκλος, ὃς παρεδρεύων ἰουστινιανῷ κοιαίσωρ καθεστήκει, ἐπὶ μείζω τὴν τῶν ῥωμαίων ἔχθραν ἐξήγαγον. φιλοπόνως τε ταῦτα τοι γαροῦν κομψῶς τε καὶ λογίως ἐκτέθειται τῷ αὐτῷ προκοπίῳ, ἃ δὴ πέπρακται ὑπὸ βελισαρίῳ στρατηγοῦντι τῶν ἑῴων δυνάμεων ῥωμαίοις τε καὶ πέρσαις πρὸς ἀλλήλους πολεμοῦσι. πρώτην μὲν οὖν νίκην ῥω- D μαίων ἀναγράφει ἐνταῦθα χωρίᾳ δάρας τε καὶ νισίβεως, βελισαρίου, ἑρμογένους τε αὖ τὰ ῥωμαίων στρατόπεδα διακοσμούντων. οἷς ἐπισυνάπτει καὶ ὅσα κατὰ τὴν ἀρμενίων γέγονε χώραν, διὰ τέλους τὴν ῥωμαίων εἰργάσατο γῆν ἀλαμούνδαρος τῶν σκηνητῶν βαρβάρων ἡγούμενος, ὃς καὶ τιμόστρατον τὸν ῥοῦφινα ἀδελφὸν σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν στρατιώταις ἐζώγρησε, καὶ χρημάτων ὕστερον μεγάλων ἀπέδοτο.

Cap. XII.

De Cabade Perſarum rege, & de filio ejus Chosroe, ex libris hiſtoriarum Procopii Cæſarienſis.

PRocopius Rhetor, res à Beliſario geſtas deſcribens, narrat Cabadem Perſarum regem, cùm Chosroi filiorum ſuorum natu minimo regnum tradere vellet, poſtulaſſe ab Imperatore Romano ut eum ſibi filium adoptaret, ut ſcilicet hoc pacto firmius illi regnum pararetur. Sed cùm repulſam paſſus eſſet Cabades, ſuaſu Procli, qui Quæſtor Juſtiniano principi aſſidebat; hinc odium ejus adverſus Romanos auctum fuiſſe. Porro idem Procopius, diligentiſſime ſimul & elegantiſſime exponit ea quæ geſta ſunt à Beliſario Orientalis militiæ Magiſtro, Romanis & Perſis inter ſe bellum gerentibus. Primam igitur Romanorum victoriam refert circa Daras ac Niſibin, cùm Beliſarius & Hermogenes Romano exercitui præeſſent. Subjungit deinde res in Armenia geſtas, quantisque malis provincias Romanorum attriverit Alamundarus, Scenitarum Barbarorum regulus, qui etiam Timoſtratum Ruffini fratrem cum univerſis militibus quos ductabat, vivum cœpit, magnaque pecuniæ vi poſt hæc redemptum dimiſit.

A

Cap. XIII.

De Alamundaro & Azarethо: & de seditione quæ orta est Constantinopoli, cui cognomen inditum fuit vinca.

IDEM supra dicti Alamundari & Azarethi incursionem in provincias Imperii Romani luculente admodum narrat: & quemadmodum Belisarius cogente ipsum exercitu, eos in regionem suam redeuntes, juxta ripam Euphratis aggressus sit, imminente die festo Paschæ: utque Romanorum copiæ deletæ fuerint, cùm Belisarii consiliis minime obtemperassent: denique quomodo Ruffinus & Hermogenes pacem eam quæ interminabilis dicta est, cum Persis pepigerint. Posthæc subjungit de seditione plebis Constantinopolitanæ, cui popularium tessera vocabulum dedit. Nica enim hæc seditio cognominata est, eò quòd populus in unum congregatus, internoscendi sui causâ tesseram hanc sibi mutuo dedisset. Qua in seditione Hypatius & Pompejus, cogente plebe, tyrannidem arripuerunt. Sed mox devicta plebe, uterque eorum Justiniani jussu à militibus capite truncati & in mare demersi sunt. Triginta porro hominum millia in hoc tumultu occubuisse Procopius scribit.

B

C

Κεφ. ιγ'.

Περὶ Ἀλαμουνδάρου, καὶ Ἀζαρέθου, καὶ τῶν ἐν Βυζαντίῳ γενομένων τῆς ἐπίκλην λαοσέσης τὸ νίκα.

ΠΕιπαθῶς διεξίσι καὶ τὴν τελευταίαν μοι Ἀλαμουνδάρου καὶ Ἀζαρέθου ἐς Ῥωμαίων γῆς ἔφοδον, ὅπως τε τούτοις τὴν ἔφοδον ἐπὶ τὰ ἕτερα ποιεμένοις περὶ φάσας τὸ οἰκεῖον στρατὸν, ἐπὶ ταῖς ἥττοσι δὲ ὑφειμένοις Βελισαρίου συνεπλάκη, ἐπικειμένης τὰ ἅγια τῆς ἡμέρας, καὶ ὅπως ὁ Ῥωμαίων διεφθάρη στρατὸς, τῶν Βελισαρίου βουλευμάτων οὐκ ἀναχόμενον· ὅπως τε Ῥοῦφίνος καὶ Ἑρμογένης τὴν καλουμένην ἀπέραντον εἰρήνην πρὸς Πέρσας διέθηκαν. οἷς ἐπάγει τὰ ἀπὸ τοῦ βουλευτίου γενομένην τῶν δημοτῶν στάσιν, ἣ πρότερον εἶχε τὸ σύνθημα τῶν δήμων δέδωκε τὴν νίκα δὲ ἐπίκλησιν ποιοῦσι, καὶ τὸ τῶν δήμων ἀλλήλοις συναφθέντων σύνθημα δόντων τὴν ἐς ἀλλήλους γνώσεως. καθ' ἣν ὑπάτιός τε καὶ Πομπήϊος βιαιότητι μὲν ὑπὸ τῶν δήμων πρὸς τὴν τυραννίδα ἐκαλέρω πρὸς τῶν στρατιωτῶν κελεύσμασιν Ἰουστινιανοῦ τὴν κεφαλὴν ἀποθεμένω, καὶ ἐποντώθη, τῶν δήμων ἑστηκότων. ὅτε καὶ τριάκοντα χιλιάδας ἐν τῷ πόνῳ τούτῳ φησὶν ὁ Προκόπιος ἀνθρώπων ὀλέσθαι.

Cap. XIV.

De Hunerico Vandalorum Rege, & de Christianis quibus linguam præcidi jussit.

IN eo autem libro quo res Vandalicas exponit, res maximas refert, prorsusque dignas quæ sempiternæ hominum memoriæ commendentur. Eas igitur hoc loco commemorabo. Hunericus qui post Gisericum hæreditario jure regnum obtinuit, cùm esset Arianus, Christianos in Africa degentes crudelissimè vexavit: eos qui rectam fidei doctrinam sequebantur, per vim cogens ad Arii opinionem deflectere. Si qui verò mandatis ejus minimè obtemperassent, eos ille aut flammis, aut alio mortis genere interficiebat. Quibusdam verò linguas jussit abscindi. Hos ab se visos esse testatur Procopius, cùm profugi venissent Constantinopolim; seque illos perinde loquentes audivisse ac si nihil passi essent. Et linguas quidem eis radicitus excisas fuisse: vocem tamen eos articulatam

D

Κεφ. ιδ'.

Περὶ ὀνωρίχου τοῦ Βανδίλων ἄρχοντος, καὶ τῶν γλωττοτομηθέντων χριστιανῶν παρ' αὐτοῦ.

ΤΩν αὐλωτάκτων Βανδίλους γεγόνασι μίγιστα τέθειται, καὶ μνήμης ἐς ἀεὶ διασωζομένης ἄξια, ἀλέξων ἔρχομαι. ὀνωρίχος τὴν Βασιλείαν ἐκ γιζερίχου διαδεξάμενος, ὅτι ἀρείᾳ θρησκεύων, ὠμότατα διελυμήνατο αὐτοὺς ἐν λιβύῃ χριστιανούς, τοὺς τὰ ὀρθὰ πρεσβεύοντας δόγματα βιαζόμενος ἐς τὴν δόξαν τῶν μεταθέσθαι δόξαν· καὶ τοὺς τε μὴ πειθομένους, πυρί τε καὶ μυρίαις θανάτου ἰδέαις ἔφθειρεν· ἐνίους δὲ τὰς γλώσσας ἀφεῖλε· τούτους καὶ τῇ θεᾷ προσκαλεῖν ὁ πρόκοπος ἔφη, πρὸς τὴν βασιλέως ὁρμωμένοις πόλιν ἀνθρώπους διαφράσας, ἐντυχεῖν τε αὐτοῖς ἴσα τοῖς μηδὲν πεπονθόσι φθεγξομένους. καὶ τὰς μὲν γλώσσας ἐξ αὐτῶν τυμμένων ἀνακεκάρθαι. τὴν δὲ φωνὴν αὐτοῖς

ἔναρθρον εἶναι, ⸂δ δῦσημα διαλέγεσθαι· θαῦμα καιρόν τε καὶ ⸂παράδοξον· ὧν καὶ ἴχνη διάταξις μνημονεύει. ⸂ἐξ ὧν καὶ δύο παρολισθήσαντας, ὡς αὐτὸς ἀναγράφει πρόκοπος· ἐπειδὴ γὰρ γυναιξὶν ὁμιλεῖν ἐκοινωνήσατον, τὴν φωνὴν ἀφῃρέθητον, ⸂καὶ μαρτυρίας τῆς χάριν ⸂αὐτῶν μηκέτι ⸂παραμεινάσης.

A habuisse, ac distinctè locutos esse, novo atque inusitato miraculo. Horum mentio fit etiam in Constitutione Justiniani. Ex quibus duos lapsos esse Procopius scribit. Nam quoniam cum mulieribus commixti fuerant, vocem penitus amiserunt, martyrii gratiâ ab illis protinus recedente.

Κεφ. ιέ.

Περὶ καβαώνου τοῦ μαυρουσίου.

Καὶ ἕτερον ⸂ἄξιάγαστον ἀνάγκη τὸν Σωτῆρος ⸂θεὸν θαυμαστουργήσαντος, ἐπ' ἀνθρώποις ⸂ἀκρίτοις μὲν τὴν θρησκείαν, ὅσια ⸂δὲ καὶ ⸂ἐκεῖνο καιρὸν θεράσασι καβαώνου φησὶ τοῦ ἀμφὶ τρίπολιν μαυρουσίων ἡγεῖσθαι. ὅτι φησὶν ὁ καβαώνης, ἄξιον γὰρ τοῖς αὐτοῦ χρήσασθαι ῥήμασιν, ἀξιολόγως καὶ ⸂ἀκριτῶν διηγεμόνευε, ἐπειδὴ ἐπ' αὐτὸν ἐστρατεύσατο Βανδίλους ἐπειθέτο, ἐποίει τοιάδε· πρῶτα μὲν τοῖς ὑπηκόοις ἐπήγγειλεν, ἀδικίας τε πάσης, καὶ βρώσεως εἰς τροφὴν ἀγέσης, καὶ πάντων μάλιστα, γυναικῶν ξυνουσίας ἀπέχεσθαι· χαρακώματά τε δύο περιβαλόμενος, ἐν θατέρῳ μὲν αὐτὸς σὺν πᾶσιν ἐστρατοπεδεύσατο τοῖς ἀνδράσιν. ἐν ᾧ δὲ τῷ ἑτέρῳ, ταῖς γυναῖκας καθεῖρξε. θάνατον ⸂δὲ τῷ ζημίαν ἠπείλησεν ἔσεσθαι, εἴτις ἐπὶ τὸ τῶν γυναικῶν χαράκωμα ἴοι. μὴ δὲ, πέμψας ἐς καρχηδόνα κατασκόπους, ἐπέταξε τάδε. ἐπειδὰν οἱ βανδίλοι ἐπὶ τὸν σταλείαν βαδίζοντες, ἔς τινα νῦν ὑβρίσωσιν ὃν οἱ χριστιανοὶ σέβονται, αὐτὸς μὲν ἐφορᾶν τὰ γινόμενα· ἐὰν δὲ οἱ βανδίλοι τὸ χωρίον ἀμείψωσι, πάντα ποιεῖν τἀναντία εἰς τὸ ἱερὸν, ἐξ ὧν οἱ ἐκεῖνοι βασίσαντες οἴχονται). ἐπειπεῖν δὲ αὐτὸν καὶ τοῦτο φασὶν, ὡς ἀγνοοῖ μὲν τὸν θεὸν ὃν χριστιανοὶ ⸂σέβονται). εἰκὸς δὲ αὐτὸν φησὶν εἶπερ ἰσχυρός ἐστιν, ὡς λέγεται), πᾶσαν μὲν τὴν ὑβριζομένην, ἀμῦναι δὲ τοῖς θεραπεύουσιν. οἱ μὲν δὴ κατάσκοποι ἐς καρχηδόνα ἐλθόντες, ἐσχόλαζον τὴν ⸂παρασκευὴν τῶν βανδίλων θεώμενοι. ἐπειδὴ δὲ τὸ στράτευμα τὴν ἐπὶ τρίπολιν ἦσαν, σήματα ⸂ἀναβεβλημένοι ταπεινὰ, εἶπον. οἱ δὲ βανδίλοι, ὡς ἡμέρα τῇ πρώτῃ ἠυλίσαντο ἐς τῶν χριστιανῶν τὰς νεὼς, τάς τε ἵππους, τά τε ἄλλα ζῶα ἐπαγαγόντες

Cap. XV.

De Cabaone Mauro.

Aliud præterea quidpiam refert admiratione dignum, quod à Servatore Deo perpetratum est in hominibus, qui à religione quidem nostra erant alieni, pie tamen ac religiosè eo tempore se gesserunt. Ait igitur Cabaonem Maurorum circa Tripolim degentium regulum fuisse. Hic Cabaones, utar enim verbis ipsius Procopii, qui hæc sicut reliqua, eleganter exposuit: cùm Vandalos adversus ipsum expeditionem suscepisse didicisset, ista gessit. Primum quidem iis qui sub ditione ipsius erant, præcepit ut ab injustitia & ab exquisitis dapibus, præcipue verò à mulierum consuetudine abstinerent. Deinde castra duo metatus, in his quidem ipse unà cum viribus omnibus resedit: in illis verò mulieres inclusit, capitis supplicium interminatus, si quis mulierum castra ingressus esset. Posthæc Exploratoribus Carthaginem missis hæc mandavit: Ut cùm Vandali in expeditione constituti oratorium aliquod ex iis quæ Christiani venerantur, violarent, ipsi quidem id quod fiebat inspicerent. Postquam autem Vandali cum locum reliquissent, ipsi in ea æde ex qua Vandali discesserant, contraria omnia facerent. Istud quoque addjecisse fertur, sibi quidem ignotum esse Deum qui à Christianis coleretur: verisimile tamen videri, eum si potens sit quemadmodũ dicitur, violatores quidem numinis sui ultorum, cultores verò defensurum esse. Exploratores itaque cùm Carthaginem veniissent, illic quieverunt, Vandalorum apparatum contemplantes. Ubi verò exercitus eorum Tripolim versus proficisci cœpit, ipsi vili veste induti eos subsecuti sunt. At Vandali, primo statim die cùm in Christianorum ædibus sacris stabulati essent unà cum equis ac reliquis animalibus, nullum contumeliæ genus prætermise-

runt: sed tum ipsi solitâ intemperantiâ A utebantur, tum sacerdotes Christianorum quoscumque comprehenderant, alapis cædebant, & dorsa eorum verberibus tundentes, ministrare sibi eos cogebant. Exploratores autem Cabaonis, simul atque Vandali ex iis locis abscesserant, id agebant quod ipsis imperatum fuerat. Nam & ædes sacras protinus purgabant, & stercora ac si quid aliud minus religiose ingestum fuerat, studiose auferentes, lucernas omnes accendebant, & sacerdotes summa cum reverentia salutantes, omni B obsequio atque humanitate prosequebantur. Pauperibus denique circa ædes illas sedentibus pecunias dabant. Hunc in modum exercitum Vandalorum sequebantur. Et Vandali quidem, ex eo tempore per universum deinceps iter similia scelera admiserunt: exploratores verò remedium adhibere conati sunt. Ubi verò Vandali proprius ad Mauros accesserunt, exploratores antevertentes nunciarunt Cabaoni, quæcumq; tum à Vandalis, tum ab ipsis, in ædibus sacris Christianorum gesta essent, hostesq; jam appropinquare. His auditis Cabaonis aciem instruit. Plurimi ex Vandalis in eo præliocæsi interierunt. Multi etiam à Mauris capti sunt. Paucique omnino ex illo exercitu domum rediere. Hanc cladem à Mauris perpessus est Thrasamundus: nec multo post è vivis excessit, cùm septem ac viginti annos apud Vandalos regnasset.

Cap. XVI.

De Bilisarii expeditione adversus Vandalos, eorumque internecione.

REFERT idem Procopius, Justinianum Christianorum causâ qui gravissimis malis illic afficiebantur, expeditionem in Africam suscepisse: sed suggestione Joannis Præfecti prætorio, ab instituto esse revocatum. Posteà tamẽ in somnis admonitum esse ne ab incœpto desisteret. Regnũ enim Vandalorũ ab illo eversum iri, si Christianis opem ferret. Hoc somnio confirmatus, anno Imperii sui septimo, circa æstivũ solstitiũ, Belisariũ ad bellum Carthaginense mittit, cùm navis prætoria ad littus quod est ante palatium, appulisset: & Epiphanius urbis regiæ antistes solẽnes precationes fecisset, quosdam etiã ex militib9 paulo antè baptizasset, atq;

ὑβρεώς τε καὶ δεμιᾶς ἀπελείποντο, καὶ αὐτοὶ ἀ-
κολασίᾳ τῇ Ⓒφελέρᾳ ἐχρόσαντο, τούς τε ἱερέ-
ους ἀναλάβοιεν, ἐῤῥάπιζόν τε, καὶ ξαίνοντες τῷ
νώτῳ πολλὰ, ὑπηρετεῖν Ⓒφίσιν ἐκέλευον.
ἐπειδὴ δὲ τάχιστα ἐνθένδε ἀπηλλάγησαν, τὰ
ποίοιῶ οἱ τῶν καβαώνου καλάσκοποι, ὅσα αὐ-
τοῖς ἐπετέτακτο. τὰ τε δὴ ἱερὰ καθήρευν αὐ-
τίκα, τὴν τε κόπρον καὶ εἴ τι ἄλλο ἀσχ ὅσιον ἐ-
πέκειτο, σὺν σπουδῇ ἀφελόμενοι, τὰ τε
λύχνα ἔκαιον ἅπαντα, καὶ τοὺς ἱερέας αἰδοῖ τε
πολλῇ προσεκύνησαν, καὶ τῇ ἄλλῃ φιλοφρο-
σύνῃ πάσῃ σφᾶς ἐθεράπευον. ἐρχομένοις τε τοῖς πλεί-
στοις, οἱ ἀμφὶ τὰ ἱερὰ ταῦτα ἐκάθηντο, ἐπὶ
δὴ τῇ τῶν βανδίλων στρατιᾷ εἵποντο καὶ τὴν
τάτε κὴν τὴν ὁδὸν σύμπασαν οἱ βανδίλων μὲν
ταῦτα ἡμάρτανον, καὶ οἱ καλάσκοποι ἐφέρο-
πευον. ἐπεὶ δὲ αἰσχρὸν ἔσεσθαι ἔμελλον, προσέρ-
σαντες οἱ καλάσκοποι, ἀγγέλλουσι τῷ καβαώνῃ
ὅσα βανδίλοις τε καὶ Ⓒφίσιν ἐς τὰ χρηστὰ
ἱερὰ εἴργασο, καὶ ὡς ἐγγύς που οἱ πολέμιοι
εἶεν. ὁ δὲ ἀκούσας, ἐς τὴν ξυμβολὴν καθίστα-
το. οἱ μὲν δὴ πολλοὶ, ὡς φησι, βανδί-
λων διεφθάρησαν. εἰσὶ δὲ οἱ καὶ ὑποστάν-
λεμίοις ἐγχώνου, ὀλίγοι τε κομισθῆναι ἐκ τῆς
τῶν τότε ἐπ' οἴκου ἀπεκομίσθησαν. τῶν
μὲν τεσσαρακοσίους τῶν μαύρων
ξυνέπεσεν· ἐτελεύτα δὲ χρόνῳ ὕστερον, ἔτη
τε καὶ εἴκοσιν ἔτη βανδίλων ἄρξας.

Κεφ. ιε'.

Περὶ τῆς βελισαρίου καθόδου βανδίλων ἐκ στρατείας, καὶ τῆς τούτου
ἐξολοθρεύσεως.

D ΟΑὐτὸς ἀναγεγράφασι, ὡς ἰουστιανὸς φέρ-
των κακῶς αὐθ σε πασχόντων χριστια-
στρατείαν ἐπαγείλας ὑποθήκαις ἰωάννου τ
πάρχου τ αὐλῆς καθεσθῶτος, τ προτέρου
ἀνεσέλλοντος ὄναρ τε αὐτῷ φανὲν διακελεύσ
μὴ πρὸς τὴν ἔκβασιν ἀποκνῆσαι χριστιανοῖς
ἀμύνων τὰ βανδίλων διαφθείρῃ στράτευμα.
ἐνθένδε φρονηματωθεὶς, ἐβούλετο τ βασι-
λείας ἀνύων ἔτος στέλλει βελισάριον ἐς τὴν
καρχηδόνος πόλεμον ἀμφὶ τὰς θερινὰς
τροπάς. τῆς στρατηγίδος νεὼς προσφάσης
τὴν ἀκτὴν ἣ πρὸ τῶν βασιλείων ἐστὶν, ἐπιφα-
τῆ τ πόλεως ἐπισκόπου δυξαμένου τὰ εἰκό-
τα, τινὰς τε τῶν στρατιωτῶν ἀξιῶ βαπτισθῆ-

καὶ ἐς τὴν σφετερίζεται ναῦν ἐσβιβάσαντα. A
ἀνήνεγκε δὲ αὐτῷ καὶ τὰ κατὰ Κυπριανὸν τὸν μάρτυρα ἱστορίας ἄξια, καὶ φησὶ πρὸς λέξιν ὧδε. Κυπριανὸν ἅγιον ἄνδρα μάλιστα πάντες Καρχηδόνιοι σέβονται, καὶ αὐτῷ νεών τινα λόγου πολλοῦ ἄξιον περὶ τῆς πόλεως ἱδρυσάμενοι πρὸς τῇ τῆς θαλάσσης ἠιόνι, τά τε ἄλλα ἐξοσιοῦσι, καὶ ἄγουσιν ἐνιαύσιον ἑορτὴν, ἣν δὴ Κυπριανὰ καλοῦσι, καὶ ἀπ' αὐτοῦ τὸν χειμῶνα οἱ ναῦται ἔπος ἐγὼ ἀρτίως ἐμνήσθην, ὁμωνύμως τῇ πανηγύρει προσαγορεύειν εἰώθασιν, ἐπεὶ ἐς τὸν καιρὸν ἐπισκήπτειν φιλεῖ, B
ἐφ' ἑαυτῇ οἱ λίβες ἄγειν ἐς ἀεὶ τὴν ἑορτὴν νενομίκασι. τοῦτον οἱ Βανδίλοι τὸν νεὼν, ὑφεῖχε βασιλεύοντος, ἐξ οὗ χριστιανὸς βιασάμενοι ἀφεῖλοντο, ἐνθένδε σφίσι πολλὴ ἀπορία ἐξ οὗ ἱερέας ἐξελάσαντες, καὶ τὸ λοιπὸν ἅτε προσήκοντα ἀρειανοῖς ἐπενόησαν. ἀχθαλέσι δὲ διὰ ταῦτα καὶ διαπονουμένοις τοῖς λίβυσι, πολλάκις φασὶ τὸν Κυπριανὸν ὄναρ ἐπισκήψαντα φάναι ἀμφ' αὐτῷ μεμνῆσθαι χριστιανὸς ἥκιστα χρῆναι. αὐτὸν γὰρ οἱ θεοῖσι τὸ χρεὼν τιμωρὸν ἔσεσθαι. καὶ καταλήσαντα τὴν C
παρρησίαν ἐς τοὺς Βελισαρίου χρόνους, καρχηδόνα τῷ Βελισαρίῳ στρατηγῷ ῥωμαίων καθηκόντως χρωμένης, ἔτει πέμπτῳ καὶ ἐννηκοστῷ ἐλευθερίας, Βανδίλων τε παντάπασιν ἐκπολεμηθέντων, καὶ τῆς ἀρειανῶν δόξης τέλεον ἐκ τῆς λιβύων γῆς ἀπεληλαμένης, χριστιανῶν τε τοὺς οἰκείους νεὼς ἀπειληφότων καὶ τὴν Κυπριανοῦ τοῦ μάρτυρος θρόνησιν.

in navem prætoriam imposuisset. Narrat præterea idem Scriptor de Cypriano Martyre nonnulla, quæ huic historiæ inseri merentur. Sic autem ait ad verbum. Cyprianum virum sanctissimum Carthaginenses universi præcipuo honore venerantur; constructaq; in ejus honorem magnificentissima Ecclesia extra urbem ad littus maris, tum in reliquis eum religiose colunt, tum festum diem quotannis agunt, quem Cypriana appellant. Atq; hinc nautæ tempestatem quandam, cujus antea mentionem feci, eodem nomine quo diem festum vocare soliti sunt, propterea quod ea tempestas eo potissimum tempore ingruere çonsuevit, quo Afri festum illum diem perpetuò celebrare solent. Hanc Ecclesiam Vandali regnante Hunnerico per vim Christianis ademerant, sacerdotibus magna cum ignominia inde expulsis: Ac deinceps tanquam quæ in jus ac dominium Arianorum venisset, eam instaurarunt. Quod cùm Afri graviter ac molestè ferrent, ajunt Cyprianum sæpius in somnis visum, quibusdam eorum dixisse: non debere Christianos de ipso sollicitos esse: Se enim aliquando post injuriæ suæ ultorem futurum. Quæ quidem prædictio Belisarii temporibus completa est, tunc cùm Carthago duce Belisario in potestatem Romanorum redacta fuit, post quintum ac nonagesimum annum ex quo capta fuerat: & cùm Vandali penitùs debellati sunt, & Arianorum hæresis ex Africa prorsus fugata; Christiani denique juxta Cypriani Martyris prædictionem Ecclesias suas recuperarunt.

Κεφ. ιζ'.

Περὶ τῶν ἀπὸ Ἀφρικῆς ἀληθέντων λαφύρων.

Cap. XVII.

De spoliis quæ relata sunt ex Africa.

Τῶν αὐτῶν δὴ τάδε γεγραπται ἐπειδὴ φησιν ὁ Βελισάριος τοὺς Βανδίλους καταπολεμήσας ἐς Βυζάντιον ἦκε, τά τε λάφυρα, τά τε ἐκ πολέμου ἀνδράποδα θεᾶς ἀγόμενος, αὐτόν τε γελίμερα τῶν Βανδίλων ἡγεμόνα, θεᾶς δοξάζοντος αὐτῷ καὶ τὸν ἱπποδρόμου ἦγαγε, πάντα θαύματος ἄξια. ἐν οἷς χειμηλίων πάμπολύ τι χρῆμα καθειστήκει, ἅτε γιζερίχου ἐν ῥώμῃ στυλήκτου παλάτιον ἅπερ ἔμπροσθέν μοι δεδήληται, ἡνίκα εὐδοξία ἡ Οὐαλεντινιανοῦ γαμετὴ τῶν ἑσπερίων ἀρχόντων ῥωμαίων, ὡς μάξιμος τὸν

IDEM Procopius ista scribit, debellatis Vandalis, cùm Belisarius Constantinopolim venisset, prædam & captivos, ipsumq; adeo Gelimerem Vandalorum regem secum ducens, triumpho ipsi concesso, cuncta quæ erant admiratione digna per Circum duci jussit. In quibus thesauri erant innumerabiles, quippe cùm Gisericus olim Romæ palatium diripuisset, sicut superius à nobis relatum est: tunc cùm Eudoxia uxor Valentiniani Imperatoris Romanorum Occidentalium, ægre ferens quòd Maximus maritum ejus necasset

& vim ipsi intulisset, Giserícum evocavit, se urbem Romam ei prodituram esse spondens. Quo tempore Giserícus, incensa urbe, Eudoxiam unà cum filiabus in Vandalorum regionem abduxit. Tunc direpta sunt simul cum aliis thesauris, quæcunque olim Titus Vespasiani filius, subactis Hierosolymis, Romam deportaverat, donaria scilicet Salomonis, quæ ille Deo consecraverat. Ea Justinianus in honorem Christi Dei nostri iterum misit Hierosolyma, Deo cui prius consecrata fuerant, honorem debitum exhibens. Scribit etiam idem Procopius, Gelimerem tunc humi prostratum in Circo, è regione solii regalis in quo Justinianus sedens cuncta quæ gerebantur spectabat, divinum illud oraculum patrio sermone pronuntiasse: Vanitas vanitatum, & omnia vanitas.

A

B

Cap. XVIII.

De Phœnicibus qui fugati sunt à Jesu filio Nave.

Aliud præterea quiddam refert idem Procopius, quod à nemine quidem antea comemoratum est; admiratione tamen dignum est inprimis, & omnem prope fidem transcendit. Ait igitur Mauros gentem Africæ, ex Palæstina profectos in Africa consedisse. Eos autem esse, quorum in sacris libris fit mentio, Gergesæos & Jebusæos, aliasque gentes quas devicit Jesus filius Nave. Atque id verum esse conjicit, ex inscriptione quadam Phœnicum litteris exarata, quam à se quoque lectam esse testatur. Porro inscriptionem illam extare juxta fontem, ubi duæ columnæ ex marmore albo erectæ sunt, quibus hæc incisa sunt verba. Nos sumus, qui fugimus à facie Jesu latronis filii Nave. Et hæc quidem ejusmodi exitum habuerunt, Africa iterum sub Romanorum ditionem redactâ, & annuum tributum, sicut priùs consueverat, inferente. Cæterum in Africa centum & quinquaginta civitates Justinianus reparasse fertur, alias penitus, quasdam majori ex parte prolapsas. Quas Justinianus longe magnificentius renovavit, mira ornamentorum varietate, & operibus tam publicis, quam privatis, eas exornans; mœnium quoque ambitu & aliis ædibus maximis, quibus tum urbes decorari, tum Deus coli consuevit: aquarum denique copiâ, partim ad usum, partim ad venu-

C

D

Ατε ἀνδρα ἀποβαλῶσα, ⸂ἐς τὴν σωφροσύνην⸃ ὑφειμένη, τὸν γιζέριχον μεθεπομένη, πρόφασιν τὴν πόλιν ὑποχομένη. ὅτε γὰρ τὴν ῥώμην ἐμπρήσας, τὴν εὐδοξίαν ἅμα τοῖς βανδίλοις ἠγάγετο. τοῖς σεσυλημένοις σὺν τοῖς ἄλλοις κειμηλίοις, ὅσα ὁ οὐεσπεσιανὸς πάις τίτος τὰ ἱεροσόλυμα ἀνδραποδίσας, ἐς ῥώμην ἤγαγε, ἀναθήματα σολομῶνος τυγχάνοντα τὸν θεὸν ὁσιωμένα. ἀπεδύσατο ἰουστινιανὸς πρὸς τιμῆς χεῖσθαι θεῷ ἀνθ' ὧν εἰς ἱεροσόλυμα πέπομφε, τὸ θεῶ πρέπον γεραίρων ὥσπερ καὶ πρότερον ἀπέδησαν. τότε φησὶ τὸν γελίμερα ὁ προκόπιος ἐπὶ γῆς ἐρριμμένον ἀνὰ τὸν ἱππόδρομον ἄκρου τῆς βασιλέως καθέδρας, ἔνθα καθήστο ὁ δρόμος θεώμενος ὁ ἰουστινιανὸς, ἐπιπεῖν τὸ θεῖον λόγιον τῇ ⸂πατρίῳ γλώσσῃ⸃, ματαιότης ματαιοτήτων, τὰ πάντα ματαιότης.

Κεφ. ιή'.

Περὶ τῶν ἀπὸ προσώπου ἰησοῦ τοῦ ναυῆ ἀποφυγόντων φοινίκων.

Φησὶ δὲ καὶ ἕτερον, ἥκιστα μὲν ἰσοροποῦν ἄχεις ἀπὸ, ἀξιάγαστον δὲ καὶ παντὸς θαύματος ὑπερβολὴν ἐκδαῖνον. ἱστορεῖ δὲ εἶναι τὸ λιβύων ἔθνος, οὓς μαυρουσίους ἐκ τῆς παλαιστίνων ἀναστάντες γῆς, τὴν λιβύων καθικέσθαι εἶναι δὲ τούτους ἐς ἀναγραφὰς τὰ θεῖα λόγια γεργεσαίους, καὶ ἰεβουσαίους, καὶ τὰ λοιπὰ ἔθνη ὅσα πρὸς ἰησοῦν τὸν ναυῆ καὶ πολεμιθῆναι. τεκμηριοῦσθαι δὲ τὸν λόγον ἀληθῆ πᾶσι τοῖς ἀπαντῶσιν, ἔκ τινος ἐπιγράμματος, ὅπερ καὶ ἀναγνῶναι φησὶ τοῖς φοινίκων γράμμασι συγκείμενον. εἶναι δὲ τοῦτο ἀγχοῦ κρήνης, ἔνθα στῆλαι δύο ἐκ λίθων λευκῶν πεποίηνται, ἐν αἷς ἐγκεκόλαπται τάδε. ἡμεῖς ἐσμὲν οἱ φεύγοντες ἀπὸ προσώπου ἰησοῦ τοῦ ληστοῦ υἱοῦ ναυῆ. ὧδε μὲν δὴ ἔληξε ταῦτα, αὖθις ῥωμαίοις κατὰ νόμον λιβύης γενομένης, φόρους τε οὗς ἐπέβαλεν εἰσαγούσης ὥσπερ καὶ πρότερον. λέγεται δὲ λιβύην πενήκοντα ⸂καὶ ἑξ⸃ ἀσηιωσιανὸς ἀναστῆσαι, τὰ μὲν, τέλεον. τὰ δὲ καλὰ πολυθρύλητα, καὶ πρὸς τὸ μεγαλοπρεπέστερον ἀνακαινίσαι καλλωπίσεως ὑπερβολαῖς, κοσμήμασί τε καὶ κατασκευαῖς ἰδίαις καὶ δημοσίαις, τείχῶν τε περιβόλοις, ἑτέροις τε μεγίστοις οἰκοδομίαις, ἐξ ὧν αὖ τε πόλις κοσμεῖται, τά τε θεῖον ἱλάσκεσθαι, ὑπερβολαῖς τε ὑδάτων εὐτυχείαν καὶ κάλλους, τῷ μὲν, ὃν περιῆν

ἐσαχθέντων, οὐκ ὀλίγων ταῖς πόλεσι πρότερον τῷδε, αὖθις πρὸς τὴν ἀρχαίαν ἐπαναχθέντων τάξιν.

A statem: quarum alias tunc primùm deduxit, cùm antea in urbibus non essent: alias ad pristinum modum revocavit.

Κεφ. ιθ'.

Περὶ θευδερίχου τοῦ γότθων βασιλέως τοῦ ἐν ῥώμῃ συμβάντων ὑπ' αὐτὸν ἄχρι τοῦ χρόνων ἰουστινιανοῦ, καὶ ὡς πάλιν ἡ ῥώμη ὑπὸ ῥωμαίοις γέγονεν, ἀτιτήτου καὶ φυγόντος ἀπ' αὐτῆς.

Cap. XIX.

De Theodorico Gothorum rege, & de his quæ illo regnante, usque ad Justiniani tempora Romæ acciderunt: utque Roma iterum in Romanorum potestatem venerit, cùm Vitiges illinc aufugisset.

Ὅσα δὲ καὶ κατὰ τὴν Ἰταλίαν γέγονεν, ἔρχομαι λέξων, ἐκ τούτων ἔμοιγε μάλα σαφῶς ἐσκοπῷ τῷ ῥήτορι ἐποιημένων μέχρι τῶν αὐτοῦ χρόνων. ἐπειδὴ γὰρ θευδέριχος, ὡς μοι πρόσφην, ῥώμην εἶλεν, ὁδοάκρου τὸν τύραννον τὰ πολλὰ πάσαι καταπολεμήσας, καὶ τὰ ῥωμαίων ἐξηγησάμενος ἀρχῆς τὸν βίον διεμέτρησαν, ἀμαλασοῦνθα ἡ τούτου σωοικήσασα, ἔκ τε παιδὸς ἀταλαρίχου τὴν ἐπιτροπὴν μετὴ, καὶ τὴν βασιλείαν διεκυβέρνα, μᾶλλον πρὸς τὸ ἀρρενωπὸν ἀποκλίνασα, καὶ τῆδε τῶν πραγμάτων προνοοῦσα· ἡ πρώτη πρὸς τὴν ἕφεσιν τοῦ γοτθικοῦ πολέμου ἰουστινιανὸν ἐνῆγε, πέμψασά τε πρὸς αὐτὸν πρεσβείας, ἐπιβουλῆς καθ' αὐτῆς ἐξαιτοῦσης. καὶ ταλαείχου τοίνυν ἐξ ἀνθρώπων γρομένου, ἔτι κομιδῇ μικρὰν τὴν ἡλικίαν ἀγονίου, θαυμάτου προσγενὺς θαυμερείχου τὴν τῶν ἑσπερίων πραγμάτων ἀρχὴν ἐπιτρέπει. ὃς ἐπειδὴ βελισαρίου ἰουστινιανὸς ἀνὰ τὰ ἑσπέρια ἐπόμφε μέρη, τῆς ἀρχῆς ἐξίσα, μᾶλλον δὲ λόγους ἐχολακεύς, καὶ πολέμων ἥκιστα πεῖραν ἔχων, διπλίγιος ἀνδρὸς πολεμικωτάτου τῶν ἑσπερίων ἐξηγησαμένου δυνάμεων. ἐν τῶν συγκειμένων τῷ αὐτῷ ἐποιήσατο λόγων, ὡς βελισαρίου προσχόντος τῇ ἰταλῶν γῇ, διπλίγις μὲν τὴν ῥώμην καταλέλοιπε. βελισαρίου δὲ σὺν τῷ ἀμφ' αὐτὸν στρατῷ τῇ ῥώμῃ προσεπέλασεν. οὐ ἥδισα ῥωμαῖοι τὰς πύλας ἀναπετάσαντες, ἐσεδέξαντο, σιλβερίου μάλιστα τοῦ ταύτης ἀρχιερέως, τὸν καταπραξαμένου, σείλανός τε ὑπὸ τούτῳ φιλέλιον ἀταλαρίχου πάρεδρον γρόμενον. ὥστινι ἐκ μαχῆς τὴν πόλιν παρέδοσαν ἐγένοντο ὑπὸ ῥωμαίοις αὖθις ἡ ῥώμη, ἐξηκοστὰ ἔτεσιν ὕστερον, ἐνάτῃ ἀπελλαίου, μηνὸς ἐνδεκάτου ἔτους ἰουστινιανοῦ βασιλέως τὴν αὐτοκράτορα διέποντος ἀρχήν· ὁ αὐτὸς ἀναγράφει τροκόπιος, ὡς τῷ γότθων τὴν ῥώμην πολιορκούντων, βελισαρίου ὑπο-

B Transeo nunc ad res in Italia gestas, quas idem Procopius Rhetor ad sua usque tempora planissime explicavit. Postquam Theodoricus, uti supra diximus, Romam cœpisset, Odoacro qui in ea tyrannidem gerebat, penitus debellato, & Imperium Romanum deinceps usq; ad exitum vitæ administrasset, post ejus mortem Amalasuntha, quæ uxor ejusdem fuerat, communis filii Athalarici tutelam & totius regni procurationem gessit, ad virilem gravitatem propius accedens, atque in hunc modum rebus prospiciens. Hæc prima Justinianum ad Gothici belli cupidinem incitavit, missis ad eum legatis, cùm insidiæ adversus ipsam structæ

C essent. Porro cùm Athalaricus tenera adhuc ætate è vivis excessisset, Theodatus propinquus Theodorici, occidentalis Imperii administrationem suscepit. Sed cùm Justinianus Belisarium in Occidentis partes misisset, regno se abdicavit, utpotè qui liberalibus studiis magis addictus, rei bellicæ haud satis gnarus esset: Vitige interim, viro bellicosissimo, occidentalibus copiis præposito. Ex ejusdem Procopii historia illud etiam discimus; Vitigem audito Belisarii in Italiam adventu, Roma ex-

D cessisse: Belisarium verò cum suis copiis ad urbem appropinquasse. Quem Romani, reseratis portis libentissime susceperunt, id perficiente potissimùm Silverio, Romanæ urbis Episcopo, qui ad eam rem miserat Fidelem, qui Athalarici olim Assessor fuerat. Ita Romani citra pugnam Belisario urbem tradiderunt: ac denuo urbs Roma in potestatem Romanorum venit, post annos demum sexaginta, mense Apellæo quem Latini Decembrem vocant, cùm Justinianus annum Imperii sui undecimum ageret. Scribit etiam idem Procopius, Belisarium cùm Roma à Gothis obsideretur, Silverium ejus-

dem urbis Pontificem, quem de proditione suspectum habebat, in Achaiam deportasse, & Vigilium in ejus locum subrogasse.

A ψίαν προδοσίας ἐς σιλβέριον τὸν τῆς πόλεως ἀρχιερέα ἐσχηκὼς, τοῦτον μὴν ἐς ἑλλάδα μετοικίζει. ἀρχιερέα δὲ βιγίλιον καθεστήσατο.

Cap. XX.

Quomodo Justiniani temporibus Eruli Christianam fidem amplexi sint.

SUB idem tempus, ut scribit Procopius, Eruli, qui jampridem Imperatoris Anastasii temporibus Danubium trajecerant, benigne excepti à Justiniano, & maximis opibus ab eodem locupletati, universi simul Christianam fidem amplexi sunt, & pristina vivendi ratione deposita, mansuetiorem cultum induerunt.

Κεφ. κ'.

Ὡς οἱ λεγόμενοι ἔρουλοι, ἐν τοῖς χρόνοις ἰουστινιανοῦ ἐχριστιάνισαν.

Υπὸ τοῖς αὐτοῖς χρόνοις, ὡς ὁ αὐτὸς προκόπιος ἀναγράφει, ἔρουλοι ποταμὸν ἴστρον ἤδη διαβάντες ὅ τε τὴν ῥωμαίων ἀρχὴν ἀναστάσιος διεκυβέρνα, φιλοφρονθέντες ὑπὸ ἰουστινιανοῦ χρήμασι μεγάλοις αὐτοὺς δωρησαμένου, πασσυδὶ χριστιανοὶ γεγόνασι, καὶ τὴν δίαιταν ἐπὶ τὸ ἡμερώτερον μετέβαλον.

Cap. XXI.

Quomodo Belisarius urbem Romam quam Gothi iterum ceperant, recuperavit.

NARRAT deinde idem Procopius reditum Belisarii Constantinopolim, & quemadmodum Vitigem simul cum manubiis quas in urbe Roma cœperat, secum adduxerit: utque Totila Romanum Imperium sibi vindicaverit, & urbs Roma sub Gothorum ditionem denuo reciderit. Quomodo etjam Belisarius, cùm iterum in Italiam venisset, Romam recuperaverit: Cumque bellum adversus Persas conflatum fuisset, ab Imperatore revocatus sit Constantinopolim.

Κεφ. κα'.

Ὡς πάλιν ὑπὸ γότθοις γεγονεῖαν τὴν ῥώμην, αὖθις ὁ βελισάριος ἀνεσώσατο.

Εἶτα τὴν ἐπὶ τὸ βυζάντιον ἐπανάζευξιν βελισαρίου γράφει, ὅπως τε τὸν οὐιτίγιν ἀνήγαγε μετὰ τῶν ἐκ ῥώμης λαφύρων. τώτιλά τε τῆς ῥωμαίων ἀρχῆς τὴν παράληψιν, καὶ ὅπως αὖθις ὑπὸ γότθου ἡ ῥώμη γέγονε, καὶ ὡς βελισάριος δὶς τὴν ἰταλίαν κατειληφὼς, αὖθις τὴν ῥώμην ἀνεσώσατο. ὅπως τε τοῦ μηδικοῦ πολέμου συστάντος, αὖθις ἐς βυζάντιον ὁ βελισάριος μετάπεμπτος ὑπὸ βασιλέως γέγονεν.

Cap. XXII.

Quomodo iisdem temporibus Abasgi quoque Christianam fidem amplexi sunt.

REFERT præterea idem Scriptor, Abasgos per idem tempus ad mansuetiorē cultum translatos, Christianam religionem suscepisse: & Eunuchum quendam Palatii, Euphratam nomine, qui natione Abasgus erat, ab Imperatore Justiniano ad eos missum esse, qui interdiceret, ne cuiquam deinceps in ea gente virilia ferro abscinderentur, neve vis inferretur naturæ. Ex his enim ut plurimum eligebantur ministri Imperialis cubiculi, quos vulgo Eunuchos vocant. Tunc etiam Justinianus, cùm Ecclesiam in honorem Deiparæ apud Abasgos ædificasset, sacerdotes illis constituit. Atque exinde Abasgi Christianæ legis doctrinam accuratissime didicerunt.

Κεφ. κβ'.

Ὡς καὶ ἀβασγοὶ τηνικαῦτα ἐχριστιάνισαν.

Ο αὐτὸς ἱστορεῖ, ἀβασγοὺς ἐπὶ τὸ ἡμερώτερον μεταστάντας ὑπὸ τοῖς αὐτοῖς χρόνοις τὰ χριστιανῶν ἑλέσθαι δόγματα, βασιλέα τε ἰουστινιανὸν, τῶν τινὰ ἐκ τῆς αὐλῆς εὐνούχων, ἀβασγὸν δὲ τὸ γένος, εὐφρατᾶν ὄνομα, πέμψαι παρ' αὐτοὺς ἀπαγορεύοντα, μηδένα τὸ λοιπὸν ἐν τούτῳ τῷ ἔθνει περὶ τὴν ἀρρενωπίαν ἀποψιλοῦσθαι σιδήρῳ, βιαζομένης τῆς φύσεως. ἐξ αὐτῶν τὰ πολλὰ οἱ τοῖς βασιλικοῖς ἐξυπηρετούμενοι κοιτῶσι καθεστήκεσαν, οὓς εὐνούχους ἡ συνήθεια καλεῖ. ὅτε καὶ ἰουστινιανὸς ἱερὸν τῆς θεοτόκου ἐν ἀβασγοῖς οἰκοδομησάμενος, ἱερέας αὐτοῖς κατεστήσατο· ὅθεν ἐς τὸ ἀκριβέστατον τὰ χριστιανῶν ἐξέμαθον δόγματα.

A

Κεφ. κγ'.

Ὅτι καὶ οἱ τὸν τάναϊν οἰκοῦντες, τὴν καῦτα ἐχειρώσαντο· καὶ περὶ σεισμῶν ἐν ἑλλάδι καὶ ἀχαΐᾳ γενομένων.

Ἱστορεῖ τῷ αὐτῷ ἀνδρὶ, ὡς οἱ τὸν τάναϊν οἰκοῦντες, τάναϊν δὲ καλοῦσιν οἱ βάρβαροι τὸν ἐκ τῆς λίμνης τῆς μαιώτιδος ἐκβολὴν ἄγοντα ἐς τὸν εὔξεινον πόντον, ἰουστινιανὸν δυσωποῦσιν, ἐπίσκοπον σφίσιν ἐκπέμψαι, ἐπιμελῆ τε τὴν δέησιν ἰουστινιανὸν ἀπεργάσασθαι, καὶ ἱερέα αὐτοῖς ἥδιστα πέμψαι. ἀναγράφει δὲ μάλα λογίως ὁ αὐτὸς, ὡς τοῖς ἰουστινιανοῦ χρόνοις, γότθων τῶν ἀπὸ τῆς μαιώτιδος ἐκδρομὰς ἐς τὴν ῥωμαίων γῆν, σφοδρὰς τε ἐξαισίους ἀνὰ τὴν ἑλλάδα γενέσθαι, τήν τε βοιωτίαν καὶ ἀχαΐαν καὶ τὰ περὶ κόλπον τὸν κρισαῖον καταστῆναι, καὶ χωρία ἀνάριθμα καὶ πόλεις ἐς ἔδαφος ἐνεχθῆναι, καὶ χάσματα τῆς γῆς πολλαχόσε γενέσθαι· καὶ ἐνιαχῆ μὲν ὕδατος ἐς ταὐτὸν συνελθεῖν. εἶναι δὲ μεμενηκασι.

B

Cap. XXIII.

Quomodo etiam Barbari qui Tanaim accolunt, Christianam religionem amplexi sint. Item de terræ motibus qui in Græcia & Achaia contigerunt.

Refertur etiam ab eodem Scriptore, accolas Tanais; Tanaim autem vocant indigenæ effluxum Mæotidis paludis in Euxinum mare: postulasse à Justiniano, ut Episcopum ad ipsos mitteret, Justinianum verò, petitionem eorum ad exitum perduxisse, & sacerdotem libentissime ad eos direxisse. Idem Procopius eleganter admodum narrat, quomodo Gothi principatu ejusdem Justiniani, ex palude Mœotide in fines Romanorum irruperint, & quemadmodum Græcia gravissimis terræ motibus concussa fuerit; Bœotia item & Achaia, & loca quæ sunt circa sinum Crissæum quassata: innumera denique oppida atque urbes solo æquatæ sint. Terræ quoque hiatus plurimis in locis exstitisse scribit: & alicubi quidem terram rursus in unum coiisse: alibi vero hiatus illos permansisse.

Κεφ. κδ'.

Περὶ ναρσοῦ στρατηγοῦ καὶ θεοφιλείας αὐτοῦ.

Γράφει καὶ τὰ ναρσοῦ στρατηγίαν, σαλέντιον πρὸς ἰουστινιανὸν πρὸς τὴν ἰταλῶν χώραν, ὅπως τε τὸν τωτίλαν κατηγωνίσατο, καὶ μετὰ τοῦτον, τεΐαν· καὶ ὡς ῥώμη ἐπέπτωκεν ἑάλω· φασὶ τοίνυν οἱ συγγενόμενοι τῷ ναρσῇ, ὡς ἄρα τὸ θεῖον λιταῖς τε καὶ ἄλλαις εὐσεβείαις ἐξοσιοῦτο, τὰ εἰκότα γεραίρων καὶ τὴν παρθένον καὶ θεοτόκον, ὡς ἀναφανδὸν αὐτῇ οἱ διακελεύεσθαι τὸν καιρὸν ὅτε πολεμεῖν δέοι· καὶ μὴ πρότερον χεῖρας ἀρχὴν, πρὶν ἂν ἐκεῖθεν τὸ σύμθημα λάβοι. πέπραχθαι δὲ καὶ ἕτερα τῷ ναρσῇ, λόγου πολλοῦ ἄξια, βουσελῖνον καὶ σινδοῦαλδον καταπολεμήσαντι, καὶ τὰ πολλὰ προσκτησαμένῳ μέχρις ὠκεανοῦ. ἅπερ ἀγαθίας μὲν γέγραπται τῷ ῥήτορι, ὅπως δὲς ἡμᾶς ἀφῖκται.

C

Cap. XXIV.

De Narse Magistro militum, & de ejusdem pietate.

Narrat præterea res à Narsete gestas, quem Justinianus in Italiam miserat: & qua ratione is Totilam, ac deinde Tejam superaverit, & quomodo urbs Roma quintùm capta sit. Porro qui cum Narsete familiariter versati sunt, eum supplicationibus ac reliquis pietatis officiis divinum numen usque adeo coluisse, & debitum Deiparæ honorem tam studiosè exhibuisse ajunt, ut illa tempus ei manifestè indicaret, quo pugna committenda esset: nec prius unquam prælium iniret Narses, quam signum ab illa accepisset. Alia quoque multa ab eodem Narsete gesta sunt, maximâ laude digna: quippe qui Buselinum & Sindualdum debellaverit, multasque regiones ad Oceanum usque, Romanæ ditioni adjunxerit. Quæ Agathias quidem rhetor literis mandavit: nondum tamen nancisci potuimus.

D

A

Cap. XXV.

Quomodo Chosroes obres prospere à Justiniano gestas invidia stimulatus, bellum intulit Romanis, multasque urbes Imperii Romani, atq; in his magnam Antiochiam destruxit.

REFERTUR præterea ab eodem Procopio, qualiter Chosroes, cùm res in Africa atque Italia tam feliciter successisse Imperio Romano didicisset, invidia supra modum exarserit, & quædam objecerit Romanis, fœdus ab illis violatum esse dicens, ruptamque pacem quæ inter ipsos convenerat. Justinianus verò, primum quidem legatos B ad Chosroem misit, qui illi suaderent ne pacem illam interminabilem quæ inter ipsos icta fuerat, dissolveret, neve pacta violaret; sed ut potius si quid controversum erat, examinaretur, & amicè componeretur. Chosroes contra, invidiæ stimulis intus illum pungentibus agitatus, nullam conditionem admiserit, sed cum ingenti exercitu in fines Romanorum invaserit, anno decimo tertio Imperii Justiniani. Narrat porro idem Procopius, quomodo Chosroes urbem Sura ad ripas Euphratis sitam ceperit ac destruxerit, cùm alia quidem illis spondere visus esset, alia verò omnia in eos impie ac nefarie admisisset, & fraude potius quàm armis urbem occupasset. Quomodo item Beream incenderit, atque exinde urbem Antiochiam aggressus sit, quo tempore Ephræmius Episcopatum ejus loci administrabat. Qui tamen civitatem illam deseruerat, propterea quod nihil ipsi ex animi sententia succedebat. Hic Ecclesiam, & quæ circa illam erant ædificia, servasse dicitur, cùm Ecclesiam sacris donariis exornasset eò consilio, ut hoc illi redemptionis pretium esset. Describitur etiam ab eodem Procopio, & luculentè exponitur ex- D pugnatio urbis Antiochiæ, & quomodo Chosroes eam ceperit, & cuncta igni ac ferro vastaverit. Quomodo item Seleuciam venerit, quæ urbs est vicina Antiochiæ: deindè ad suburbanum Daphnes: posthæc Apameam profectus sit, cujus urbis Episcopatū eo tempore administrabat Thomas, vir dictis factisq; admirabilis. Qui quidē prudenti consilio usus, equestres ludos unà cum Chosroe in Circo spectare contra Ecclesiasticum morem non recusavit, gratificari Chosroi studens modis omnib9, ejusq;

Κεφ. κέ.

Ὡς ὁ χοσρόης φθόνῳ τακεὶς ἐπὶ τοῖς εὐημερείαις ἐχρήσατο πρὸς ῥωμαίων ἐχθρώσει, καὶ πολείς τε καθεῖλε πολλὰς ἐν αἷς καὶ τὴν μεγάλην ἀντιόχειαν.

Τῶν αὖπω̃ πεπροχοπίων καὶ τάδε συνεγράψ-
ὅπ γε χοσρόης ἐπειδὴ ἔγνω τάτε ἐν λι-
βύῃ τάτε ἐν ἰταλίᾳ συνενεχθέντα δεξιῶς τῇ
ῥωμαίων ἀπκρατείᾳ, πρὸς φθόνον ἔξαιτα
ἠρθη· ἐπεκάλεί τέ τινα τῇ ῥωμαίων ἀρχῇ παρα-
σπονδείας λέγων, καὶ τὸν συγκείμενον
εἰρήνην λελύας· καὶ πρῶτα μὲν ἀπίστους
πρέσβεις διαπέμψας πρὸς χοσρόην, πει-
σοντας μὴ τὸν ζόφον ἀπέραντον εἰρήνην πα-
λῦσαι, μηδ' ὑπὲρ ἀμφιλόγοις τοῖς συγκειμέ-
νοις, ζητηθῆναι δ' τὰ ἀμφίλογα, καὶ τὰ
φιλίῳ διαλεχθῆναι πρόπῳ. τὸν δ' φθόνον αὐτὸν
τὰ ὑπὸ τοῦ ἔνδοθεν κυκῶντος φθόνε, μετὰ
τῶν δολόγων πρεσβέων ἐρρωμένως μεγάλῃ
τῇ ῥωμαίων ἐπελθεῖν γῇ, τρίτον καὶ δέκατον
ἔτος ἀγόντος ἰουστινιανοῦ τοῦ καὶ τοῦ ῥωμαίων βα-
σιλέως. καὶ συγγράφει, ὅπως ὁ χο-
ρόης σὺν ὀργῇ τὴν πόλιν πρὸς ταῖς πίσσι δυ-
φράτου κειμένην ὁπ πολιορκήσας καθεῖλε
ἑτέρα σωτείρας δόξας, ἑτέρας πρόφασις
αὐτὸς, τὰ πάντα ἀνοσιώτατα, τοῖς συγκειμέ-
νοις δόλῳ πρόσεχηκώς, καὶ δόλῳ μᾶλλον ἢ
πολέμῳ τῆς πόλεως ἐγκρατὴς γεγονώς. ὅπως
τε τὴν βέροιαν ἐνέπρησαν. εἶτα καὶ τὴν ἐς ἀν-
τιόχειαν ἔφοδον, ἐφραμίου μὲν ἐπισκόπου
τοῦ τὴν πόλιν, καὶ λελοιπότος τὴν αὐτὴν, μι-
δενὸς αὖπω τῶν κατὰ σκοπὸν πρόσθεν τοῦ τὸ
ἐκκλησίαν (τὰ ἀμφ' αὐτὴν πάντα σῶσαν
λέγε), κατακοσμήσας τοῖς ἱεροῖς ἀνα-
θήμασιν, ἵνα λύτρα ταύτην ᾖ· ἀναγράφει
δ' (τὰ πεπραγμένα) καὶ τῆς ἀντιόχε-
λεως τὴν ἅλωσιν πρὸς αὖπω χοσρόου ᾑρημέ-
νην, καὶ ὡς πάντα δηόλυσι κλεόντων τε καὶ ἐμ-
πρας χοσρόης. ὅπως τε καὶ τὴν γειτονα σελεύ-
κειαν γέγονεν, ὃν δ' ἄφνη τε τῷ πρασεισθέντα
καὶ καὶ τὴν ἀπαμέων, θωμᾶ τοῦ αὐθεντοῦ ἐκ-
κλησίας θρόνου διέποντος, ἀνδρὸς λόγῳ τε καὶ
ἔργῳ δυναλωλάτε· ὃς καὶ συνθεασάσθαι τὸν
χοσρόην τὴν τῶν ἵππων ἄμιλλαν ἐν τῷ ἱππο-
δρομίῳ πρὸς τὸ νενομισμένον, ὅπως ὑπ-
σῇ, παντοίως χοσρόην θεραπεύων τε καὶ

ἡμερέμβρῳ. ὃν καὶ χοσρόης ἤρετο, εἴπερ ἤθελεν αὐτὸν ἀνὰ τὴν οἰκείαν θεάσασθαι πόλιν. ὃν φασιν ἀληθιζόμενον εἰπεῖν, ὡς οὐχ ἥδιστα τὸν χοσρόην ὁρῴη κατὰ τὴν οἰκείαν πόλιν. ἃ καὶ θαυμάσαι φασὶ τὸν χοσρόην, τῆς ἀληθείας τὸν ἄνδρα δικαίως ἀγάμενον.

Aanimum mitigare. Idem interroganti eum Chosroi, num libenter ipsum in sua civitate visurus esset, respondisse fertur, ex animi sui sententia se haud quaquam libenti animo illum in sua civitate visurum esse. Quod responsum admiratus esse dicitur Chosroes, & propter studium veritatis hunc virum merito suspexisse.

Κεφ. κϛ'.

Περὶ τοῦ γεγονότος θαύματος ἐν Ἀπαμείᾳ τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ ξύλου τοῦ σταυροῦ.

Ἐπεὶ δὲ ἤδη τῆς ἱστορίας ὧδε γεγόναμεν, λέξω καὶ τὸ γεγονὸς αὐτόσε θαῦμα, ὃ τῆς παρούσης ἱστορίας ἄξιον καθέστηκεν. ὅτε τὴν αἰτίαν ἔσχε πυρπολεῖσθαι τὴν Ἀπαμέων οἱ παῖδες ἐγνώκεσαν, ἱκέτευον τὸν λελεσμένον μοι θωμᾶν, τὸ ζωπήιον καὶ ζωοποιὸν τοῦ σταυροῦ ξύλον ὧδε τὸ εἰωθὸς προενεγκεῖν τε καὶ προθεῖναι, ὡς ἂν τὰ τελούμενα ὁρῶντες καὶ καθαπτόμενοι, τὴν μόνην τῶν ἀνθρώπων ζωὴν εἶναι, ἐφόδιόν τε λάβοιεν τῆς ἑτέρας βιοτῆς, διαπορθούμενοι αὐτοὺς τὸ τιμιώτατον σταυρὸν πρὸς τὸν ἀμείνω λῆξιν. ὁ δὴ καὶ πεπραχὼς ὁ θωμᾶς, προφέρει τὸ ζωοποιὸν ξύλον, ῥητὰς ἐπαγγείλας ἡμέρας τῆς προθέσεως, ὡς ἂν ἔξῃ καὶ πᾶσι τοῖς ἀσυγκίτοσιν ἀλιθῶναι, καὶ τῆς ἐντεῦθεν ζωῆς ἀπολαῦσαι· φοιτῶσι γὰρ μετὰ τῶν ἄλλων καὶ οἱ ἐς φῶς με προαγαγόντες, ἐς γραμματοδιδάσκαλον φοιτῶν τά με προάγοντες. ὡς οἳ ἂν προσκυνήσαί τε καὶ καθαπτάσασθαι τὸν τίμιον ἠξιώθημεν σταυρὸν, ἅρας ὁ θωμᾶς ἀμφοτέραις χεῖρε, τὸ τῆς ἀρχαίας καταρᾶς ἐξαλειπτήριον τοῦ σταυροῦ ξύλον ἐπεδείκνυ, πάντη τῶν θείων ἀνακτόρων προνοσῶν, ὥσπερ ἐν ταῖς κυριακαῖς τῶν προσκυνήσεων ἡμέραις εἰώθει· εἶτα ὑπὸ τῷ θωμᾷ μεθεσμένῳ πυρὸς μέγα τι χρῆμα σελαγίζοντος, ἀκαταπαύστου, ὡς πάντα τὸν χῶρον ἐνθα παρεσὼς τὸν τίμιον ἐπεδείκνυ σταυρὸν, ἐμπίπραται δοκεῖν. καὶ γέγονεν οὐχ ἅπαξ, οὐδὶς, ἀλλὰ καὶ πολλάκις, τοῦ ἱερέως πάντα τὸν αὐτόσε χῶρον προϊόντος, καὶ τοῦ ἀθροισθέντος λεὼ τοῦτο φλέγεσθαι θωμᾶν δυσωποῦντος. ὅπερ καὶ τῶν μελλόντων ζωῆς ἀπαμεῦσι προσφυτεῦσαν. ἀνελέθη τοίνυν καὶ εἰκὼν ἀνὰ τὸν ὄροφον τῶν ἀνακτόρων, ταῦτα τοῖς

Cap. XXVI.

De pretiosi ac vivifici ligni S. Crucis miraculo, quod Apamiæ factum est.

Sed quoniam in hunc sermonem delapsus sum, miraculum quod tunc Apamiæ factum est non silebo, quippe quod huic operi nostro inseri mereatur. Cùm urbem Antiochiam à Chosroe incensam esse didicissent Apamenses, postularunt suppliciter à Thoma, cujus supra mentionem feci, ut salutare ac vivificum crucis lignum præter consuetum morem proferret, atque omnium oculis exponeret: ut unicam hanc mortalium salutem postremùm cernere ac deosculari ipsis liceret, atque hoc ipsis ad alteram vitam esset viaticum, veneranda scilicet cruce ipsos ad meliorem sortem transportante. Annuit eorum precibus Thomas, & vivificum lignum depromsit, indictis certis diebus quibus proponeretur, ut omnes finitimi eo confluere, & salutis inde promanãtis participes fieri possẽt. Eò igitur parentes mei unà cum reliquis se contulerunt, me quoq; qui tunc Grammaticorum scholas frequentabã, secum deducentes. Itaque eo tempore quo venerandam crucem adorare ac deosculari meruimus, Thomas elatis sursum manibus, lignum crucis quod veterem maledictionem abolevit, universam ædem sacram circumiens ostendit, sicut in solennibus adorationum diebus fieri consueverat. Progredientem verò Thomam sequebatur ingens flamma, non illa quidem amburens, sed coruscans: adeo ut totus ille locus in quo consistens Thomas venerandam crucem ostendebat, conflagrare videretur. Neque hoc semel atque iterum, sed sæpius factum est, cùm Episcopus universum illum locum circumiret, & populus illic congregatus Thomam enixe rogaret, id ut fieret. Ea res futuram Apamensibus salutem prædixit. Dedicata est igitur imago in lacunari ædis sacræ, quæ hoc

miraculum picturâ expressum nescientibus indicaret. Manſitque integra hæc imago, ad incurſionem usque Adaarmanis & Perſarum. Quo tempore unà cum ſacroſancta Dei Eccleſia & cùm univerſa civitate flammis abſumpta eſt. Atque hæc quidem ita evenerunt. Chosroes verò dum rediret, violatis pactis (quædam enim tunc ſpoponderat) longe alia admiſit, quæ inconſtantiæ quidem ejus ac levitati conveniebant; viro autem ratione prædito, nedum Regi, pactorum ſuorum rationem ducenti, indecora prorsùs erant.

A ἀγγοεῖσι τῇ γραφῇ διαγγέλλουσα. ἥ καὶ μέχρι τῆς ἀδιαρμάνε καὶ πέρσῶν ἐφόδου ἀνεπαφὲς σωεκαύθη ὑπὸ τῇ αὐτόσε ἁγίᾳ τοῦ θεοῦ ἐκκλησίᾳ μᾶ τῆς ὅλης πόλεως. καὶ ταῦτα μὲν δὴ ἐγεγόνει. ὁ δὲ χοσρόης κατὰ τὸν ἀφοδον περαπονδήσας τὰ συγκείμενα, ἐπεὶ καὶ τὰ νικάδε σωεδόκει, ἕτερα πέπραχε, τοῦ μὲν ἀσαθεῖ αὐτῷ καὶ ἀβεβαίῳ τρόπῳ συμβάντα, ἥκιστα δὲ ἀνδρὶ λογικῷ, μήπω γε βασιλεῖ πρέποντα, λόγον τῶν συγκειμένων ποιουμένῳ.

B

Cap. XXVII.

De Chosroïs expeditione adversus Edessam.

NArrat etiam idem Procopius ea quæ de Edeſſa & de Agbaro ab antiquis ſunt prodita, & quemadmodum Chriſtus Epiſtolam ad Agbarum ſcripſerit. Deinde qualiter Chosroes in altera incurſione Edeſſam obſidere aggreſſus ſit, convicturum ſe falſi exiſtimans ea quæ à fidelibus jactabantur, Edeſſam nunquam in poteſtatem hoſtium venturam eſſe. Quod tamen non legitur in ea Epiſtola quam Chriſtus Deus noſter ad Agbarum miſit, ut Studioſi colligere poſſunt ex hiſtoria Euſebii Pamphili, qui Epiſtolam illam iisdem plane verbis operi ſuo inſervit. Ab univerſis tamen Fidelibus ita prædicatur & creditur, ipſoque eventu comprobatum eſt, fide ſcilicet vaticinium ad effectum perducente. Nam cùm eam urbem expugnare aggreſſus eſſet Chosroes, ac ſæpenumero in eam irrumpere conatus eſſet, ingentem præterea aggerem exſtruxiſſet, qui ipſa urbis mœnia altitudine ſuperabat; innumeras denique alias machinas adhibuiſſet, tamen re infecta abſceſſit. Sed rem totam uti geſta eſt, narrabo. Mandaverat Chosroes militibus ſuis, ut maximam copiam lignorum ex qualicunq; arbore ad obſidionem congererent. Quæ cùm dicto citius collecta eſſet, eam undique in orbem erexit, & in medium congeſta humo, rectà urbem versùs promovit. Ita paulatim materiam ſimul & aggerem ſuperſtruens, & ad urbem propius accedens, in tantam altitudinẽ opus erexit, & urbis mœnia usq; adeo ſuperavit, ut tela ex ſuperiore loco conjiceret in defenſores urbis qui in muris ſtabant. Obſeſſi igitur, cùm

Κεφ. κζ'.

Περὶ τῆς εἰς Ἔδεσσαν δευτέρας στρατείας χοσρόου.

ΑΝαγράφει ὁ αὐτὸς μὲν καὶ τὰ περὶ Ἐδέσσης καὶ Ἀγβάρου τοῖς παλαιοῖς ἱστορημένα, καὶ ὡς ὁ χριστὸς πρὸς Ἀγβαρον ἀπέστειλε· εἶτα καὶ ὡς ἐς ἑτέραν ἔφοδον τὴν πλιορκίαν τῆς Ἐδέσσης ὁ χοσρόης καθίστη παραλύειν οἰόμενος τὰ λεγόμενα τοῖς πιστοῖς θρυλούμενα, ὡς οὐκ ἂν ποτε ἡ Ἔδεσσα ὑπὸ τοὺς ἐχθροὺς ἔλθοι ἡ ἁλώσοιτο· ὅπερ τοῖς γραφεῖσι μὲν πρὸς Ἄγβαρον παρὰ Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν, οὐκ ἔστι, ὡς ἔσιν τοὺς φιλοπόνως ἐλεῖν ἐκ τῆς ἱστορηθέντων Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου, αὐτὰ πρὸς λέξιν τοῖς ὑπομνήμασιν ἀναγράψαντος· ἔστι δὲ λεγόμενα τοῖς πιστοῖς ἀδελφοῖς καὶ πεποιθόσι καὶ τὸ πέρας ἐπιβεβαιοῦσθαι, τῆς πίστεως ἔργῳ τὴν ἀποβολὴν ἀναγούσης· μετὰ γοῦν τὸ πειρᾶν βαλεῖν τῇ πόλει τὸν χοσρόην, μυρίας τε ἐφόδους ἐργάσασθαι, χῶν τε συναμῆσαι τῇ πολιορκίᾳ, ὡς καὶ τὰ τείχη τῆς πόλεως ὑπερπηδῆσαι, ἑτέρας τε μυρίας μηχανὰς ῥᾳδίως ἀπράκτους ἐπεποίηκε τὴν ἀποπορθησιν. λέξω δὲ τὰ γενόμενα. ἐπήγαγεν ὁ χοσρόης τὰς ἀμφ' αὐτὸν δυνάμεσι, ξύλον ἀθροίσαι μέγα πρῆμα πρὸς τὴν πολιορκίαν τῆς παρεστυχούσης ὕλης. ἅπερ ἐπειδὴ συνελέγη ἐξ ὑστέρου τῆς ἐπιβάξεως, κυκλώσεως ἕνεκα θεὶς, τὸν χῶν ἐς μέσον ἐπέβαλεν, καὶ ἀνέμετρον τῇ πόλει ἡ. ὕτω τε κατὰ μικρὸν ἐπικοδομῶν τοῖς ξύλοις τε καὶ τῷ χώματι τῆς πόλεως προσιών, τοσοῦτον ἐς ὕψος ἤρε, καὶ τὸ τεῖχος ὑπερῆλθε, ὡς ἐξ ὑπερδεξίου τὰ βέλη τῶν προκινδυνευόντων ὑπὲρ τῆς πόλεως ἐπὶ τείχη ῥίπτειν· ἐπειδὴ τοίνυν οἱ τῇ πολιορκίᾳ συνεχ-

τωνεχόμβροι, τεθέανλο τὸ χῶμα πλησίον ὥ- A vidissent aggerem montis instar procedentem ad urbem appropinquare, remque eò adductam esse ut hostes pedibus in urbem ingressuri crederentur; primo mane, ex adverso aggeris, quem Romani aggestam vocant, cuniculos agere instituerunt, atq; inde ignem immittere, quò lignis incensis agger in terram rueret. Et opus quidem ipsum absolutum est. Sed cùm rogum accendissent, res eis non successit ex voto, propterea quòd ignis viam non habebat, qua posset admisso aëre congeriem lignorum apprehendere. Itaq; ad inopiam consilii jam redacti, afferunt divinitùs fabricatam imaginem, quam non hominum manus effinxerant, sed Christus Deus ad Agbarum miserat, qui ipsum videre magnopere cupiebat. Hanc cùm in fossam quam effoderant importassent, aqua aspersêrunt: & ex eadem aqua in rogum ac ligna guttas aliquot injecerunt. Statimq; divinâ potentiâ fidei illorum opitulante, quod priùs fieri nullo modo poterat, ad exitum perductum est. Nam continuò ligna flammam concepere, & dicto citius in carbones redacta, eam ad superiora ligna transmisere, igne universa undiq; depascente. Obsessi verò, postquam fumum in sublime erumpentem viderunt, istud commenti sunt. Parvas quasdam lagenas sulphure ac stupa, aliaq; materia ad ignem concipiendum aptissima repletas, in aggerem hostium miserunt. Quæ cùm fumum emittere cœpissent, igne scilicet ipsa jactionis vi accenso, id perficiebant, ut fumum ex aggere erumpere ignoraretur. Omnes enim qui ejus rei ignari erant, non aliunde quàm ex lagenis illis fumum prodire suspicabantur. Tertio demum post die, flammæ ignis ex terra prodeuntes apparuere. Tunc verò Persæ qui ex aggere pugnabant, senserunt quo in discrimine positi essent. At Chosroes, quasi divinæ potentiæ se se opponens, aquæ ductus omnes qui extra civitatem erant, in rogum derivans, eum restinguere conatus est. Sed rogus aquam vice olei, aut sulphuris, aut alterius materiæ quæ flammam alere solet admittens, magis magisque incendebatur, quoadusque aggerem universum pessundedit, & in favillas ac cineres redegit. Tunc igitur Chosroes animum penitùs despondens, & experimento ipso intelligens magnum se

ωπερ ὄρος ἐαδίζον ἐγγίζον τῇ πόλῃ, ἐπιδόξας τε B
εἶναι δὴ πολεμίους πεζῇ τ πόλεως ἐπιβήσεαθαι,
ἅμα ἕῳ μηχανῶν), ἀντικρὺ δ χώμαλος, ὅπερ
ἀγέσα πὸς ῥωμαίων κέκλη), διώρυγα ὑπὸ
γῆν καὶ εργάσαθαι, ἔνθέν τε πῦρ ἀνεῖναι, ὡς αὖ
τῇ φλογὶ τὰ ξύλα φθειρόμενα τὸν χῶν ἐς
γῆν καὶ ἄγοι· κ τὸ μὲν ἔργον ἐπετέλεσο. πυ-
ραὶ γ προσάψαντες, δ σκοπὸν διημάρτανον, ἐκ
ἐχούσης δ πυρὸς διέξοδον, ὅθεν ἀέρος ἐπιλαμ-
βανόμενον δύναιτο τὴν ὕλην ῥιπίσαθαι. ὡς C
δ ἐς πᾶσαν ἀμηχανίαν ἦλθον, φέρουσι τὴν
θεοτύκτον εἰκόνα, ἣν ἀνθρώπων μὴν χεῖρες οὐκ
εἰργάσαντο· ἀγβάρῳ γ χρις ὸς ὁ θεὸς ἐπεὶ αὐτὸν
ἰδεῖν ἐπόθ, πέπομφε· ταύτην τοίνυν τὴν πα-
λαίαν εἰκόνα κ τὴν εἰργασμένην ζφίσιν ἐσα-
γαγόντες διώρυγα, ὕδατί τε ἐπικλύσαντες, ἀπ'
ἀυτ κ τ πυρᾶς κ ξύλων ἀφεῖσαν. κ παρ
αὐτίκα τ θείας δυνάμεως τῇ πίσ τῷ δεδρα-
κότων ἐπιφοιτησάσης, ὅπερ ἦν ἐκείνοις πρώην
ἀδύναον, ἐξηνύετ· ῥᾳδίκαι γ ἐσεδέξαντ
τὴν φλόγα τὰ ξύλα, κ λόγ θᾶττον ἀπαν-
θρακωθέντα τοῖς ὑπερτέροις μεταδίδοσαν, ἄ- C
παντα δ πυρὸς ἀμφινεμομένου. ὡς γ τὸν κα-
πνὸν ἀναθρώσκοντα τεθέανλο οἱ τῇ πολιορκίᾳ
πιεζόμβροι, σοφίζον) τάδε· λαγυνίδας μι-
κρὰς ἀσαγόντες, ἐμφορησάντες τε θείου ἄμα κ
σπόγγ κ τῶν ἄλλων εὐκαταφλέκτων ὑλῶν, κ
τ καλουμένης ἀγέσας ἀπεσφενδόνιζον, αἷπερ
καπνὸν ἀνιέσαι τὸ πυρὸς τῇ εὐμητ βολῆς ἀ-
ναφθέντ, τὸν ἐκ δ χώματ ἀναδιδόμε-
νον καπνὸν λανθάνειν παρεσκεύαζον· ὡς πάν-
τας ὑποπτάζειν τὸς οὐκ εἰδότας, ἐκ τῶν λα-
γυνίδων μᾶλλον κ ἐκ ἑτέρωθεν τὸν καπνὸν D
καθεσάναι. τῇ τ δ' ἓν ἀπ' ἐκείνης ἡμέρᾳ, ὠφ-
θησαν αἱ γλωσσίδες δ πυρὸς ἐκ τ γῆς ἀναδι-
δόμεναι, κ τότε συνῆκαν οἱ ἐν τῷ χώματι τῶν
περσῶν μαχόμβροι, ὅποι κακῶν καθεσήκα-
σιν. ὁ γ χοσρόης ὥσπερ ληθεία δυνάμ αὐτιφε-
ρόμενος, τὰς τῶν ὑδάτων ὁλκὰς οἱ ἐπ τ πό-
λεως ἔτυχον ὄντες, κ τ πυρᾶς ἀφεὶς, σβεννύειν
ταύτην ἐπειρᾶτ. ἡ δ μᾶλλον ὡς ἔλαιον ἢ θεῖον,
ἅπτετῶν ὀξάπλην εἰωθότων, λὸ ὕδωρ δ ἐξαμένη,
ἐπὶ μεῖζον ἤρθη μέχρι αὐτὸ παῦ καὶ ἡγαγ τὸ
χῶμα, κ τέλεον τὴν ἀγέσαν ἀπελέφρωσε.
τότε δ' ἐν ὁ χοσρόης ἀπάσας ταῖς ἐλπίσιν ἀ-
πειρηκὼς, κ δι' ἀτῶν ἔργων ἐγνωκὼς, ὡς πολ-

dedecus retulisse, qui speraſſet se Deo A quem nos colimus superiorem futurum, cum ignominia in regionem suam reversus est.

λιὼ ὤφλεν αἰσχύνιν, ὑποδοπήσας τὸ παρ' ἡμῖν προσβλυόμενον θεὸν κρείσσω, ὅπη τὰ ἑκάτερα τὴν ἀποπορθυσιν ἐποιεῖτο ἀκλεᾶ.

Cap. XXVIII.

De miraculo quod factum est Sergiopoli.

Referam nunc id quod ab eodem Chosroe alibi gestum est circa urbem Sergiopolim. Est enim eximium, dignumque prorsus quod sempiternè hominum memoriæ commendetur. Quippe Chosroes ad hanc quoque urbem accessit, expugnare eam cupiens. Cùm igitur incusso ariete muros quatere jam cœpisset, oppidani cum eo colloquium inierunt, servandæ urbis causâ. Tandemque inter eos convenit, ut sacra Ecclesiæ vasa pro redemptione urbis darentur: in quibus erat crux, quam Justinianus ac Theodora eò miserant, his ad Chosroen perlatis, sciscitatur Chosroes ex sacerdote & ex Persis, qui unà cum illo ad eam rem missi fuerant, nihilne amplius supereſſet. Tum quidam ex iis qui mentiri consueverant, respondit, alios præterea Thesauros esse, ab oppidanis qui pauci admodum erant, occultatos. Porro ex sacris Thesauris qui comportabantur, aureum quidem vel argenteum vas nullum relictum fuerat, sed alterius præstantioris materiæ, ac Deo prorsus dicatæ: sanctissimæ scilicet reliquiæ invicti Martyris Sergii, in oblonga quadam arca argento cooperta reconditæ. His inductus Chosroes, cùm universum exercitum urbi admovisset, repente per omnem ambitum murorum innumerabilis visa est militum multitudo, cum clypeis urbem defendentium. Quo conspecto, hi qui à Chosroe missi fuerant, reversi sunt, & numerum & armaturæ genus non sine admiratione referentes. Chosroes verò, postquam iterum sciscitatus paucos admodum in urbe remansisse didicit, eosque aut senes aut parvulos, robustis videlicet omnibus è medio sublatis: hujus miraculi auctorem esse Martyrem intellexit. Atque ob id metu perculsus, admiratusque Christianorum fidem, in regnum suum reversus est. Ajunt etiam illum sub exitum vitæ, sacro regenerationis lavacro initiatum fuisse.

Κεφ. κή'.

Περὶ τῆς γενομένης ἐν σεργιουπόλει θαύματος.

Ἀελέξεται δ' καὶ ὁ κῦ τὼν σεργίου πολιτῶν ἄλλοσε ὑπὸ χοσρόου γέγονεν, ἐπεὶ ἀξιόλογόν ἐστι, καὶ πρέπον ὅλως μνήμης ἀεὶ διασωζομένης. ἐπέστη καὶ ταύτῃ ὁ χοσρόης, ἐκπολιορκεῖν αὐτὼν ἐπειγόμενος. ὡς δ' ἐν τῷ τειχῶν ἀπεπειρᾶτο, τὰ πρὸς τῆς φυλακῆς τῆς πόλεως πρὸς ἑκατέρων ἐλαλήθη καὶ συμβαίνουσιν ὥστε τὰ ἱερὰ κειμήλια λύτρα τῇ πόλει γενέσθαι, ἐν οἷς καθειερωμένος ὑπὸ ἰουστινιανοῦ καὶ θεοδώρας πεμφθεὶς ὡς δ' ἂν ἀπεκομίσθη ταῦτα, τὸ ἱερεῖον ὁ χοσρόης καὶ τῶν σὺν αὐτῷ πεμφθέντων πρέσβεων ἀνεπυνθάνετο μή τι ἕτερον εἴη. τῶν δέ τις ὡς εἰωθότων ἀληθίζεσθαι, φησὶ πρὸς τὸν χοσρόην καὶ ἕτερα εἶναι κειμήλια ἀπὸ τῶν πολιτῶν ἀπεκρύβη ἐναισίμων ὄντων. ὑπελέλειπτο δ' χρυσοῦ μὲν ἢ ἀργύρου κειμήλιον τῶν ἐπιφερομένων οὐδέν, ἑτέρας δὲ πρεσβυτέρας ὕλης, καὶ θεῷ καθάπαξ ἀνακείσης, τὰ παναγία λείψανα σεργίου τοῦ ἀθλοφόρου μάρτυρος, ἔν τινι τῶν ἐπιμήκων σορῶν κείμενα ἐξ ἀργύρου ἠμφιεσμένη. ἐπεὶ δὲ τούτοις πειθεὶς ὁ χοσρόης, τῇ πόλει τὸν ὅλον ἐπαφῆκε στρατὸν, ἐξαπίνης ἀνὰ τὸν περίβολον ἅπασι ἀνεφάνη μυρία, ὑπερμαχοῦσα τῆς πόλεως· ὅπερ οἱ πεμφθέντες πρὸς χοσρόην θεασάμενοι ἐπανῆκον, ὅ τε πᾶς θαυμάζοντες, τῶν τε ἐξόπλισιν διηγούμενοι. ὡς δὲ καὶ πάλιν πυθόμενος ἔμαθεν ὁ χοσρόης ὀλίγους τῇ πόλει κομισθῆναι πομεῖναι ἐξώρους τε καὶ ἀώρους, τῆς σφαγῆς ἡλικίας ἐκ τοῦ ὧν γρομένης, ἔγνω τὸ μάρτυρος εἶναι τὸ θαῦμα. καὶ δείσας, ὡς τῶν χερσιανῶν πίστιν ἀγάμενος, ἀπῆρε πρὸς τὰ οἰκεῖα. ὃν καὶ φασὶν ἐν ταῖς τελευταίαις, τῆς θείας ἀξιωθῆναι παλιγγενεσίας.

A

Κεφ. κθ'.

Περὶ τῆ λοιμικῆ πάθες.

Ἀφηγήσομαι δὲ καὶ τὰ πρὸ τῆς ἐπισκηψάσης νόσε τῦτο δεύτερον καὶ πεντηκοστὸν ἔτος, μὴ πρότερον ἰσορηθὲν, κρατησάσης καὶ πᾶσαν γῆν ἐπινεμηθείσης. Τῆς γὰρ ἀντιόχε πρὸς περσῶν ἁλώσης, ἔτεσιν ὕστερον δύο πάσῃ ἐπεδήμησε λοιμώδες, ἐν τισι μὲν συμφερόμενον τῷ ὑπὸ θουκυδίδε γραφέντι, ἔν τισι δὲ, πολλῷ διαλλάττον. καὶ ἦρχθη μὲν ἐξ αἰθιοπίας, ὡς νῦν ἐλέγετο. τὸν δὲ πᾶσαν ἀμοιβαδὸν προελθεῖν ὁρᾶμεν οἰκουμένην, ὀλίγους ἀνθρώπων οἶμαι ἀπείρατος τῆ νόσε καταλελοιπός. καὶ ἔνιαι μὲν πόλεις ἐπὶ τοσῦτον κατεσχέθησαν, ὥστε καὶ τὰ παντάπασι κενὰς οἰκητόρων γενέσθαι. ἔστι δὲ ἃ ἐπιλαβόμενον τὸ πάθος, κᾆτα ὑστερον μεληθὲν. ὅτε δὲ καὶ περιοδόν τινα τεταγμένην ἐνέσκηπτεν, ὅτε αὖ ἐπισκῆψαν, ὁμοίως ἀπεχώρει. ἀλλὰ τινὰς μὲν τόπους χειμῶνος ἐρχομένε κατεῖχεν. ἑτέρους δὲ ἦρος διαλελυμένου, ἄλλους θερίζοντος. ἐνιαχῆ δὲ καὶ μετοπώρε προϊόντος. καὶ ἔστιν ἔνθα μέρος πόλεως ἁψάμενον, τῶν γε ἄλλων ἀπήλλακτο μερῶν, καὶ πολλάκις ἔστιν ἰδεῖν ἐν ᾗ νοσούσῃ πόλει, ἐνίας οἰκίας ἐς ὑπερβολὴν φθειρομένας. ἔστι δὲ ἃ μιᾶς ἢ δύο φθαρεισῶν οἰκιῶν, τὸ λοιπὸν τῆς πόλεως ἀπαθὲς μεμενήκει. ὡς οἵ γε ἐς τὸ ἀκριβὲς ἐπισκέψαντες καταληλύθαμεν, αἱ ἀπαθεῖς μείνασαι οἰκίαι, καλὰ τὸν ἐφεξῆς ἐνιαυτὸν μόναι ἐπεπόνθεσαν. τὸ δὲ πάντων θαυμαστότερον, τῦτο ἴσθι, ὅτι εἴ γε συνέβαινε τῶν εἰλημμένων πόλεων οἰκήτορας ἑτέρωθι διάγειν ἔνθα τὸ πάθος οὐκ ἐπέσκηψε, κἀκεῖνοι μόνοι τοῖς παθήμασιν ἁλίσκονται, οἱ ἐκ τῶν κρατηθεισῶν πόλεων ἐν ταῖς ἀπαθέσι πόλεσι διαιτώμενοι. καὶ ταῦτα μὴν πολλάκις ἐν ταῖς περιόδοις τῶν κύκλων τῶν καλεμένων ἐπινεμήσεων, ταῖς πόλεσι καὶ τοῖς ἑτέροις ἐγίνοντο τόποις. μάλιστα δὲ πανολεθρία σχεδὸν τοῖς ἀνθρώποις ἐπέπιπτεν, ἐν ᾧ δηλήρῳ ἔτει τῆς πεντεκαιδεκαετηρίδος τὸ κύκλε. ὡς καὶ ἐμὲ τὸν ταῦτα συγγράψαντα. σχεδὸν γὰρ καὶ τὰ κατ' ἐμὲ παρυφάναι τῇ ἱστορίᾳ, τὰ πρόσφορα τοῖς προσφόροις

B

C

D

Cap. XXIX.

De pestilenti morbo.

Sed & pestem illam commemorabo quæ iisdem temporibus ingruit, & quæ duobus jam & quinquaginta annis, quod nunquam antea accidisse legitur, grassata est, & universum prope terrarum orbem depasta. Etenim biennio post captam à Persis Antiochiam, pestilens morbus grassari cœpit, aliquatenùs quidem similis illi quem describit Thucydides, aliquatenùs autem dispar. Et initium quidem sumpsit ex Æthiopia, ut tunc ferebatur: omnem verò terrarum orbem per quasdam vices peragravit, nullos, ut opinor, mortales intactos relinquens. Ac nonnullæ quidem urbes ea calamitate adeò vexatæ sunt, ut incolis penitùs vacuæ remanerent. In quibusdam autem locis, quę occupaverat levius perstrinxit. Neq; verò certa quadam anni tempestate incumbebat hæc lues: nec postquam incubuisset, simili modo recedebat. Sed nonnulla quidem loca initio hyemis occupavit: alia verno tempore: quædam æstate, alia procedente autumno, & in aliis quidem urbibus, cùm aliquas partes attigisset, à reliquis abstinuit. Ac sæpenumero cernere licebat, in urbe quæ non ægrotaret, quasdam familias funditus interire. Alicubi verò, unâ aut alterâ familia consumptâ, reliqua civitas intacta remansit. Cæterum ut re attentius considerata observavimus, familiæ illæ quæ intactæ remanserant, sequente anno solæ hanc calamitatem expertæ sunt. Istud verò præ reliquis omnibus singulari admiratione dignum fuit, quod si qui forte Cives earum urbium quas pestis illa corripuerat, alibi degerent in locis in quæ lues illa minime incubuerat, soli hoc morbo corripiebantur illi, qui ex urbibus pestilentia infectis oriundi, in intactis civitatibus morabantur. Et hæc quidem sæpe tum in urbibus, tum aliis in locis eveniebant, labentibus circulis quos vulgo indictiones appellant. Præcipue tamen anno secundo uniuscujusque indictionis, exitialis pernicies generi humano incumbebat. Adeo ut me quoque qui ista scribo: visum enim est ea quoq; quæ ad me spectant, huic historiæ intexere, congrua locis congruis inserendo: me inquam, dum Gramma-

ticorum scholas adhuc frequentarem sub pestis illius exordium, lues inguinaria corripuerit: & in morbis illis qui diverso tempore incubuerunt, tum multos ex liberis meis, tum uxorem & cognatos complures amiserim, servos itē & rusticos quamplurimos: indictionum circulis calamitates meas inter se quodammodo partientibus. Quo igitur tempore ista scribebam, annum agens ætatis octavum & quinquagesimum, ante hos duos annos, cùm Antiochiam hic morbus quater jam invasisset: quatuor siquidem indictionum circuli ab exordio hujus mali præterierant, præter superius à me commemoratos, filiam quoq; amiseram, & nepotem ex ea prognatum. Porro lues illa, ex diversis morbis conflata erat. Nam in nonnullis, à capite exorsa, oculos sanguinolentos & vultum tumidum efficiebat. Deinde in guttur descendens, quemcunque corripuisset, è medio tollebat. Aliis profluvium ventris contingebat. Quibusdā abscessus in inguine exorti, & graves inde febres accessere & intra biduum fere aut triduum moriebantur, mente ac corpore perinde firmi, ac si nihil mali passi essent. Alii mente capti animam exhalabant. Carbunculi quoque ex corpore erumpentes, multis vitam ademere. Sed & nonnulli, cùm semel atq; iterum hoc morbo correpti evasissent, postea eadem ægritudine tentati occubuere. Modus verò contrahendi morbi multiplex fuit, & rationē omnem superans. Alii enim eò solum quòd simul versati essent, aut in iisdem ædibus manerent, interierunt. Nonnulli cùm attigissent tantum, aut in domum ingressi essent. Quidam in medio foro eam labem contrahebant. Nonnulli cùm ex urbibus ea labe infectis aufugissent, ipsi quidem intacti remanserunt: Aliis verò qui sani erant, morbum intulere. Quidam licet cum multis eo morbo laborantibus mansissent, nec ægros solum, verum etiam mortuos tetigissent, nullum tamen morbum contraxere. Alii cùm propter liberorum ac necessariorum suorum internecionem modis omnibus studerent, ut ipsi quoque extinguerentur, atque idcirco cum ægris assiduè versarentur: tamen morbo voluntati eorum quodammodo reluctante, nullatenus correpti sunt. Cæterum lues ista per duos & quinquaginta annos, ut jam dixi, ad hoc usque tempus grassata est, cunctas

III. De sceleratis hominibus, Addæo atque Ætherio.
IV. Edictum de fide, ad omnes, qui ubique sunt, Christianos à Justino scriptum.
V. De Anastasii Antiochensis Episcopi ejectione.
VI. Quomodo post Anastasium Gregorius Episcopus factus sit, & de moribus ejusdem.
VII. Quomodo Persarmenii Romanis sese tradiderunt, unde bellum exortum est Romanos inter ac Persas.
VIII. De Marciano Magistro militum, & de Nisibis obsidione.
IX. Quomodo Chosroes cùm Adaarmanem ducem contra Romanos misisset, qui illos magnis cladibus affecit, ipse Nisibim perrexit.
X. De expugnatione Apameæ & Daras.
XI. Quomodo cùm Justinus in dementiam incidisset, Tiberius Reipublicæ curam suscepit.
XII. Quomodo Trajanus Legatus ad Chosroem missus, res Romanorum restituit.
XIII. De nuncupatione Imperatoris Tyberii & de moribus ejusdem.
XIV. Quomodo Imperator Tyberius collectis ingentibus copiis, & Justiniano duce contra Chosroem misso, eum ex Romanorum finibus expulit.
XV. Quomodo Chosroes cladem suam ægre ferens, ex hac luce migravit: & filius ejus Hormisda ei in regnum successit.
XVI. Quinam eo tempore majorum Ecclesiarum fuerint Episcopi.
XVII. De terræ motu qui Tyberii temporibus contigit Antiochiæ.
XVIII. De motu adversus sceleratum Anatolium.
XIX. De Mauritii ducatu, deque ejus virtutibus.
XX. Quomodo Mauritius Tanchosdro & Adaarmanem Persarum duces devicerit.
XXI. De signis quæ Mauritio imperium portenderunt.
XXII. De nuncupatione Mauritii & Augustæ.
XXIII. Computatio temporis à Justino Juniore usque ad Mauritium.
XXIV. De continua serie historiarum, quæ ad nostra usque tempora servata est.

A

ΕΥΑΓΡΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ ΕΠΙΦΑΝΕΩΣ, καὶ ἀπὸ ἐπάρχων ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

Τόμος πέμπτος.

EVAGRII SCHOLASTICI EPIPHANIENSIS, Et ex Præfectis ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ

LIBER QUINTUS.

B

Κεφ. α'.

Περὶ τῆς Ἰουστίνου ἀναῤῥήσεως καὶ τῆς πρόσθεν αὐτοῦ.

Οὕτω μὲν δὴ Ἰουστιανὸς ἅπαξ ἅπαντα ταράξας καὶ θορύβων πληρώσας, καὶ τἀπίχειρα τούτων πρὸς τῷ τέρματι τοῦ βίου κομισάμενος, ἐς τὰ καλούμενα μετεχώρησε δικαιωτήρια. ὁ δὲ γε Ἰουστῖνος, ἀδελφιδοῦς μὲν ἦν καθεστὼς, τῶν δὲ φυλακιτῶν τῆς αὐλῆς ἐμπεπιστευμένος, ὃν κεροπαλάτην Ῥωμαίων λέγει φωνὴ, μετ' αὐλὸν τὸν ἀλυγίδα προσαγορεύεται· ὅτε τὸν θάνατον Ἰουστιανοῦ, ὅτε τὸν ἀνάῤῥησιν Ἰουστίνου τινὸς ἐγνωκότος, πλὴν τῶν ἀμφ' αὐλὸν, μέχρις ἧς τὴν ἐπιφοίτησιν ἐφάνη τὰ νόμιμα τῆς βασιλείας δράσων τε καὶ πεισόμενος. ὡς δ' ἓν ταῦτα γέγονε, μηδενὸς παῤῥησίᾳ νεωτερισθέντος, ἐπανῆκε μὲν καὶ τὴν αὐλήν· πρώτην δὲ ποιεῖται κέλευσιν, οὓς ἅπαντα χῆ σωρευθέντας ἱερέας ἀφεῖσαν πρὸς οὓς οἰκείους θρόνους, ἐφ' ᾧ τὰ εἰωθότα θρησκεύειν μηδενὸς περὶ τὴν πίστιν καινοτομήσαντος. καὶ τοῦτο μὲν ἀξιόλογον αὐτῷ ἐπράχθη. ἰδίᾳ δέ γε τὸν βίον ἐκδεδιηπημένος, καὶ τρυφαῖς ἀτεχνῶς καὶ ἡδοναῖς ἐν τόποις ἐγκαλινδούμενος. ἀλλοτρίων τε χρημάτων διάπυρος ἐρασὴς, ὡς πάντα κέρδος ἀθέμιτον ἀπεμπολεῖν, μηδὲ ἐπὶ ταῖς ἱερωσύναις τὸ θεῖον εὐλαβούμενος, ἃς τοῖς προῦχουσιν ἐπίπρασκεν, ὠνίους καὶ ταύτας ἀναφανδὸν τιθέμενος. θράσει δὲ καὶ δειλίᾳ ταῖς κακίαις κραθόμενος, πρῶτον Ἰουστῖνον προσηγμένη τυγχάνοντα, καὶ πολὺ κλέος πᾶσιν ἔχοντα, τήν τε ἐμπειρίαν πολέμων καὶ τὰς ἄλλας ἀξιώσεις,

Caput Primum.

De electione Imperatoris Justini, & de ejus moribus.

Hunc igitur in modum Justinianus, cùm cuncta tumultu ac perturbationibus implevisset, & pro his factis congruam mercedem sub exitum vitæ retulisset, ad parata apud inferos supplicia migravit. Justinus verò sororis ejus filius, cùm Imperialis palatii custodiam gereret, quem Romani Curopalaten vocant, statim post illius obitum purpuram sumsit, cùm nec obitum Justiniani, nec electionem Justini quisquã adhuc nosset, præter ejus familiares. Donec in Circensi spectaculo apparuit, ea quæ Imperatoris sunt, acturus simul & susceperturus. Quibus peractis, cùm nihil prorsus tentatum esset, ipse quidem in palatium regressus est. Primùm verò edictum promulgavit, quo universi qui ubique congregati erant Episcopi, ad suas sedes dimittebantur, ut consueto more divino cultui inservirent, nulla re circa fidem innovata. Et hoc quidem ejus factum magnopere laudandum est. Sed quod ad vitam ejus ac mores attinet, mollis fuit ac dissolutus, & deliciis ac fœdis voluptatibus addictus. Ad hæc alienæ pecuniæ tam vehementi cupiditate flagrabat, ut iniqui quæstus causâ cuncta divenderet; ac ne in sacerdotiis quidem divinum numen revereretur, quæ obviis quibusq; pretio vendebat, venalia hæc etiam publicè proponens. Cumque duobus contrariis vitiis, audacia & ignavia implicatus teneretur, primùm quidem Justinum cognatum suum ad se evocavit, qui in magna gloria apud omnes erat, tum ob peritiam rei militaris, tum ob

reliquas quas gesserat dignitates. Is A tum ad Danubium morabatur, & Abaros à transitu fluminis arcebat. Sunt autem Abari, Scytharum gens in plaustris degentium, qui campos ultrà Caucasum sitos incolebant. Hi cùm à Turcis, finitimis suis, gravi detrimento affecti essent, relictis sedibus suis universi cum uxoribus ac liberis ad Bosporum venerunt. Deinde relictis littoribus Euxini Ponti, ubi multæ quidem barbaræ habitant gentes; urbes verò & castra ac stationes quædam à Romanis conditæ sunt, cùm aut milites veterani, aut coloni ab Imperatoribus eò deducti essent: ulterius progressi sunt, B cum omnibus barbaris qui in itinere occurrerent, depugnantes. Tandem verò cùm ad ripas Danubii pervenissent, Legatos ad Justinum miserunt. Ex his igitur locis accersitus est Justinus, tanquam accepturus ea quæ inter ipsum atque Imperatorem Justinum pacta fuerant. Nam cùm ambo sæculari fastu ac potentia inter se pares essent, & ad utrumq; ex æquo imperium propendere videretur, post multas disceptationes id inter ipsos convenerat, ut is qui ad Imperium perveniisset, alteri proximum locum concederet. Quòd scilicet in secundo Imperii gradu C constitutus, primas præ reliquis omnibus ferret.

μελάπεμπτον ποιεῖται, ἀμφὶ τὸν ἴσχυν τὰς διαλιβὰς ποιούμενον, καὶ τὰς τῶν ἀβάρων διαβάσεις ἀνείργοντα. ἔθνος δὲ σκυθικὸν οἱ ἄβαροι τῶν ἁμαξοβίων, τῶν ὑπὲρ τὸν καύκασον τὰ ἐπέκεινα πεδία νεμομένων, ἀφ' ὧν γειτνιῶντας τύρκας πασυδὶ πεφευγότες, ἐπεὶ κακῶς πρὸς αὐτῶν ἐπεπόνθεσαν, ἐπὶ τὸν βόσπορον ἀφίκοντο. καὶ τὴν ἠιόνα τὴν ἐυξείνου καλουμένου πόντου καταλιπόντες, ἔνθα συγνὰ μὲν ἔθνη βαρβαρικὰ ἐξῳκίσθησαν ὑπὸ ῥωμαίων πόλεις τε καὶ στρατόπεδα, καί τινες προσορμίσεις, ἢ σταλιῶν ἀποικιῶν γιγνομένων, ἢ καὶ ἀποικιῶν πρὸς τῶν βασιλέων στελλομένων, τὴν πορθυσιν ἐποιοῦντο, πᾶσι τοῖς ἐν ποσὶ βαρβάροις ἀναμιγνύμενοι, μέχρις ἐς τὰς ἠιόνας τὰς ἴσχυρὰς τελήφασι, καὶ πρὸς ἰουστινιανὸν ἐπρεσβεύσαντο. ἐνταῦθεν ὁ ἰουστῖνος μεταπεμφθεὶς ἐδέδεκτο ὀφείλων τῶν συγκειμένων αὐτῷ τι τῷ αὐτοκράτορι ἰουστίνῳ ἀπολαῦσαι. ἐπεὶ γὰρ ἀμφω πλησίον καθεστήκατον τοῦ βίου φαντασίας, καὶ ἐπ' ἀμφω ὁ βασιλεὺς ἐπηώρητο, σωφρονοῦντε μὴ πολλὰ τὰ ἀμφίλογα, ὥστε τὸν ἐς τὴν βασιλείαν παρελθόντα, στὴν δευτέραν χώραν θαλέρῳ δοῦναι, ἵν' ἐκ τῶν δευτερείων τῆς βασιλείας τὰ πρωτεῖα τοῦ ἄλλων ἀποφέροιτο.

Cap. II.

De cade Justini, cognati Imperatoris.

IGITUR Imperator Justinus Justinum, in speciem quidem summa cum humanitate ac benevolentia excepit. Mox varias subinde causas comminiscens, paulatim satellites ei detraxit ac domesticos & corporis custodes; vetuitque ne ad ipsum visendum procederet: ipse enim sedebat domi. D Tandem verò jussu Imperatoris Justini in magnam civitatem Alexandriam amandatus est, atque illic nocte intempesta cùm in lecto decumberet, miserandum in modum interfectus est: ob benevolentiam in rempublicam & ob res præclare in bello gestas, hanc mercedem referens. Nec priùs Justinus Imperator & conjux ejus Sophia furorem suum remiserunt, aut conceptam adversus Justinum iram expleverunt, quàm Justini caput præcissum vidissent, ac pedibus suis proculcassent.

Κεφ. β'.

Περὶ τοῦ ἰουστίνου τοῦ ἀνεψιοῦ αὐτοῦ ἀναιρέσεως.

ΜΕΓΑ πολλῆς τοιγαροῦν τῆς ἐξωθεν φιλοφροσύνης ὁ ἰουστῖνος τὸν ἰουστῖνον ὑποδεξιωσάμενος, καὶ κατ' ὀλίγον αἰτίας ἐπιπλάττων, καὶ σὺν ὑπασπισταῖς καὶ δορυφόροις καὶ σωματοφύλαξι περιεσόμενος, τάς τε παρ' αὐτῷ προόδους ἔπαυεν. καθῆστο γὰρ οἴκοι, ἐς τὴν ἀλεξάνδρου μεγάλην ἰουστῖνος ἐλθούσαν ἐσοικίζεσθαι πόλιν. αὐτῷ τε ὑπνώττοντι ἀναιρεῖται πρόρρω τῶν νυκτῶν, ἔτι χειμερινῆς ὑπαρχούσης, ταύτην ἀμοιβὴν τῆς εἰς τὸ πολίτευμα εὐνοίας, καὶ τῶν ἐς αὐτὸν πολλῶν ἀνδραγαθημάτων κομισάμενος· καὶ ὁ πρότερον ἀνεῖσαν τῷ θυμῷ, ἢ τῆς ζωστῆς μηνιδος ἐνεφορήθησαν, μέχρις ἐτὴν κεφαλὴν ἀπολμηθεῖσαν αὐτοῦ τε, καὶ ἡ τύτης σύνοικος σοφία ἐθεάσαντο, καὶ τοῖς ποσὶν ὠλέκλισαν.

A

Κεφ. γ'.

Περὶ τῶν ἀληθείᾳ ἀδίκως καὶ ἀθέσμως.

Ὁ γὲ μετ' ὀλίγον ἡ καὶ αἰθέριον καὶ Ἀδδαῖον, τῆς μὲν συγκλήτου βουλῆς καθεζομένους, μεγάλα ἡ καὶ ὡρωλεῖα παρ' Ἰουστινιανῷ ἐφηνηκότες, εἰς κεφαλὴν ὅτι καθοσιώσεως ἐκδεδώκεσαν. ὧν ὁ μὲν αἰθέριος συγκαλεσθεὶς φαρμάκοις βουληθεὶς τὸν βασιλέα διαχρήσασθαι, τῆς τοιαύτης κοινωνὸν ἐγχειρήσεως, καὶ ὄντα σωεργὸν ἔχειν εἰπὼν τὸν Ἀδδαῖον. ὁ δὲ, ὅρκοις δεινοῖς διωμόσατο μηδὲν τούτων παντάπασιν εἰδέναι. ἀμφω δ' ἂν τὰς κεφαλὰς ἀ- B πετμηθέτην. παρ' αὐτῷ τῷ ἐπιτομῷ τῆς κεφαλῆς ἀδδαίου φήσαντος, ὃν τούτοις μὲν συκοφαντηθῆναι, δίκαια δὲ πάσχειν πρὸς τῆς ἐφόρου τῶν ὅπωσδὴν δρωμένων δίκης. αὐτὸν γὰρ γοητείαν τὸν θεόδοτον ὕπαρχον τῆς αὐλῆς ἀνελεῖν. ἐγὼ δὲ, εἰ μὲν ταῦτ' ἄτως ἔχοι, οὐκ ἔχω λέγειν. ἀμφω δὲ ἀλιτηριώτατον. ὁ μὲν ἀδδαῖος παιδομανῶν. αἰθέριος δὲ διὰ πάσης ἰὼν συκοφαντίας, καὶ τάς τε τῶν ζώντων, τάς τε τελευτώντων τὰς οὐσίας λῃζόμενος ὀνόματι τῆς βασιλικῆς οἰκίας, ἧς ἐπῆν ἰουστινιανὸς προϊστάμενος. καὶ ταῦτα μὲν ἔληξεν ὧδε.

Cap. III.

De sceleratis hominibus, Addæo atq; Æthereo.

Haud multo pòst, Ætherium & Addæum, viros ordinis senatorii, qui apud Imperatorem Justinianum plurimùm potuerant, Majestatis crimine accusatos, judicibus examinandos tradidit. Ex quibus, Ætherius quidem confessus est, se Imperatorem veneno interficere voluisse, ejusque facinoris & omnium consiliorum suorum conscium ac principem fuisse Addæum. Addæus verò, gravi cum jurejurando affirmavit, se earum rerum penitus ignarum esse. Ambo tamen capite truncati sunt. Et Addæus quidem, cùm jam caput ipsi amputandum esset, se hac quidem in re calumniam passum esse dixit, merito tamen se plecti à divina justitia quæ omnia dispicit quæ geruntur. Se namque Theodotum Præfectum prætorio magicis artibus interemisse. Ego verò, utrum hæc ita se habeant, certo affirmare non possum. Uterq; tamẽ sceleratus fuit. Addæ⁹ quidẽ puerorum amori supra modum dedit⁹. Ætherius verò nullum calumniandi genus prætermisit, sed omnium tam viventium, quam mortuorum bona diri- C puit nomine Imperialis domus, cujus curator erat regnante Justiniano. Atq; hæc quidem istiusmodi exitum habuerunt.

Κεφ. δ'.

Περὶ τῆς προγράμματος τῆς πίστεως ἡμῶν, ὃ περιέσγη τοῖς ἅπασταχῆ χριστιανοῖς ἐγγραφὲν.

Γράφει ὁ ἰουστῖνος τοῖς ἑκασταχῆ χειστιανοῖς πρόγραμμα, αὐτοῖς ὀνόμασι ἔχον. ἐν ὀνόματι τοῦ δεσπότου ἰησοῦ χειστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν, αὐτοκράτωρ καῖσαρ φλάβιος ἰουστῖνος πιστὸς ἐν χειστῷ, ἥμερος, μέγιστος, εὐεργέτης, ἀλαμανικὸς, γοτθικὸς, γερμανικὸς, ἀντικὸς, φρανκικὸς, ἐρουλικὸς, γηπαιδικὸς, εὐσεβὴς, εὐτυχὴς, ἔνδοξος, νικητὴς, τροπαιοῦχος, ἀεισέβαστος, αὔγουστος. εἰρήνην τὴν ἐμὴν ἀφίημι ὑμῖν, φησὶν ὁ δεσπότης χειστὸς, ὁ ἀληθινὸς ἡμῶν θεὸς. εἰρήνην τὴν ἐμὴν ἀφίημι ὑμῖν, ὁ αὐτὸς κηρύττει πᾶσιν ἀνθρώποις. οὐκ ἄλλο δὲ τοῦτό ἐστιν, ἢ τοὺς πιστεύοντας εἰς αὐτὸν, εἰς μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἐκκλησίαν συνιέναι. ὁμοφρονοῦντας μὲν περὶ τὴν ὀρθὴν τῶν χειστιανῶν δόξαν,

Cap. IV.

Edictum de fide, ad omnes ubiq; Christianos à Justino scriptum.

Scripsit porro idem Justinus ad omnes qui ubique sunt, Christianos edictum in hæc verba. In nomine Domini Jesu Christi Dei nostri, Imperator Cæsar Flavius Justinus, fidelis in Christo, Clemens, Maximus, Beneficus, Alamannicus, Gothicus, Germanicus, Anticus, Francicus Erulicus, Gepidic⁹, Pius. Felix, Glorioſus, Victor ac triumphator semper Augustus. Pacem meam do vobis, ait Dominus Christus, verus Deus noster. Pacem meam relinquo vobis, idem Christus universis hominibus prædicat. Istud porro nihil aliud sibi vult, quam ut omnes qui in ipsum credunt, in unam eandemque Ecclesiam conveniant, & in recta quidem Christianorum fide in-

inter se consentiant, aversentur autem eos qui contraria dicunt aut sentiunt. Prima enim salus cunctis hominibus est constituta, rectæ fidei confessio. Quocirca nos quoq; Evangelica præcepta & sacrum Symbolum sive doctrinam sanctorum Patrum sectantes, cunctos hortamur ut ad unam eandemque Ecclesiam ac sententiam se conferant: Credentes in Patrem & Flium & Spiritum Sanctum, Trinitatem consubstantialem, unam Deitatem, seu naturam ac substantiam & verbo & re ipsa: unam item vim & potentiam & operationem in tribus subsistentiis sive personis credentes: in quas baptizati sumus, in quas credimus, & quibus conjuncti sumus. Unitatem enim in Trinitate, & Trinitatem in Unitate adoramus, quæ admirabilem habet tum divisionem, tum unitionem. Unitatem quidem quantum ad Deitatem sive substantiam: Trinitatem verò quantum ad proprietates sive subsistentias vel personas. Dividitur enim indivise, ut ita dicamus, & conjungitur divise. Unum enim est in tribus, Deitas scilicet: & Tres unum sunt, in quibus scilicet est Deitas, aut ut accuratius loquamur, quæ sunt ipsamet Deitas. Deum Patrem, Deum Filium, Deum Spiritum Sanctum, quando singulæ personæ seorsum considerantur, mentis scilicet acie ea quæ inseparabilia sunt separante. Deum unum tres personas, simul intellectas, ob eundem motum eandemque naturam. Quippe & unum Deum confiteri oportet, & tres subsistentias, sive proprietates prædicare. Confitemur verò ipsum unigenitum filium Dei, Deum Verbum, qui ante sæcula & sine tempore ex Patre genitus est, non autem factus: in extremis diebus propter nos & propter nostram salutem è cœlo descendisse, & incarnatũ esse ex Spiritu Sancto & ex Domina nostra, sancta & gloriosa Deipara ac semper virgine Maria, & ex illa genitũ, qui est Dominus noster Jesus Christus, unus è sancta Trinitate, qui cum Patre & Spiritu Sancto glorificatur. Neque enim quartæ personæ adjectionem Sacrosancta Trinitas accepit, postquã incarnatus est unus è S. Trinitate, Deus Verbum: sed unus idemque est Dominus noster Jesus Christus, consubstantialis quidem Deo Patri quantũ ad divinitatem, consubstantialis autem nobis quantum ad humanitatem: patibilis

A ὑποτρεφομένους ἢ τὰς ταναντία λέγοντας ἢ δοξάζοντας. πρώτη γὰρ σωτηρία καθέστηκε πᾶσιν ἀνθρώποις, ἡ τῆς ὀρθῆς πίστεως ὁμολογία. διὸ καὶ ἡμεῖς τοῖς εὐαγγελικοῖς καὶ ἀποστολικοῖς παραγγέλμασι, καὶ τῷ ἁγίῳ συμβόλῳ, ἤτοι μαθήμασι τῶν ἁγίων πατέρων, πρὸς μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἐκκλησίαν τε καὶ γνώμην προτρεπόμεθα πάντας σωθῆναι· πιστεύοντες εἰς τὸν πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα, τρισὶ δὲ ὁμοούσιον, μίαν θεότητα ἤτοι φύσιν καὶ ἐσίαν λόγῳ καὶ τρόπαις, καὶ μίαν δύναμιν καὶ ἐξουσίαν καὶ ἐνέργειαν, ἐν τρισὶν ὑποστάσεσιν ἤγουν προσώποις δοξάζοντες, εἰς ἃ B βεβαπτίσμεθα, εἰς ἃ πεπιστεύκαμεν, καὶ ἐν οἷς σωζόμεθα. μονάδα γὰρ ἐν τριάδι, καὶ τριάδα ἐν μονάδι κηρύττομεν, ἀδιαίρετον ἔχουσαν καὶ τὴν διαίρεσιν, καὶ τὴν ἕνωσιν· μονάδα μὲν κατὰ τὴν οὐσίαν ἤγουν θεότητα· τριάδα δὲ κατὰ τὰς ἰδιότητας ἤγουν ὑποστάσεις, ἤτοι πρόσωπα, διαιρεῖται γὰρ ἀδιαιρέτως, ἵν' ἕτως εἴπωμεν, καὶ συναπτῶς διῃρημένως. ἐν γὰρ ἐν τρισὶν ἡ θεότης, καὶ τὰ τρία ἕν, τὰ ἐν οἷς ἡ θεότης, ἤτοι γε ἀκριβέστερον εἰπεῖν, αὐτὴ ἡ θεότης· θεὸν τὸν πατέρα, C θεὸν τὸν υἱόν, θεὸν τὸ ἅγιον πνεῦμα, ὅταν ἕκαστον πρόσωπον καθ' ἑαυτὸ θεωρῆται· τῇ νοερᾷ χωρίζοντα τὰ ἀχώριστα· θεὸν τὰ τρία μεθ' ἑαυτῶν νούμενα. τῷ ταυτῷ τῆς κινήσεως καὶ τῆς φύσεως. ἐπρεπὲ γὰρ καὶ τὸν ἕνα θεὸν ὁμολογεῖν, καὶ τὰς τρεῖς ὑποστάσεις ἤγουν ἰδιότητας κηρύττειν· ὁμολογοῦμεν δὲ αὐτὸν, τὸν μονογενῆ υἱὸν καὶ λόγον τὸν θεὸν λόγον τὸν πρὸ αἰώνων καὶ ἀχρόνως ἐκ D πατρὸς γεννηθέντα, ἀποιηθέντα, ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν ἡμερῶν δι' ἡμᾶς καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα ἐκ τῶν οὐρανῶν, καὶ σαρκωθέντα ἐκ πνεύματος ἁγίου, καὶ τῆς ὑπεραγίας ἡμῶν τῆς ἁγίας ἐνδόξου θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου μαρίας, καὶ γεννηθέντα ἐξ αὐτῆς, ὅς ἐστιν ὁ κύριος ἡμῶν ἰησοῦς χριστὸς ὁ εἷς τῆς ἁγίας τριάδος, συνδοξαζόμενος τῷ πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι. οὐδὲ γὰρ τετράδα προσῆψε προσθήκη ἐπεδέξατο ἡ ἁγία τριας, σαρκωθέντος δὲ ἑνὸς τῆς ἁγίας τριάδος θεοῦ λόγου· ἀλλ' ἔστιν εἷς καὶ ὁ αὐτὸς ὁ κύριος ἡμῶν ἰησοῦς χριστὸς, ὁμοούσιος τῷ θεῷ καὶ πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιος ἡμῖν ὁ αὐτὸς καὶ τὴν ἀνθρωπότητα· παθητὸς

σαρκὶ, καὶ ἀπαθὴς ὁ αὐτὸς ἐν θεότητι. οὐ γὰρ ἄλλον τὸν θεὸν λόγον τὸν θαυματοεργήσαντα, καὶ ἄλλον τὸν παθόντα ἐπιστάμεθα. ἀλλ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ὁμολογοῦμεν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν χριστὸν τὸν θεοῦ λόγον, σαρκωθέντα καὶ τελείως ἀνθρωπήσαντα, καὶ ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ τὰ τε θαύματα, καὶ τὰ πάθη, ἅπερ ἑκουσίως ὑπέμενε σαρκὶ δι' ἡμᾶς εἰς σωτηρίαν. οὐ γὰρ ἄνθρωπός τις ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν δέδωκεν. ἀλλ' αὐτὸς ὁ θεὸς λόγος ἀτρέπτως γενόμενος ἄνθρωπος, τό τε ἑκούσιον πάθος, καὶ τὸν θάνατον ὑπὲρ ἡμῶν σαρκὶ κατεδέξατο. καὶ θεὸν τοίνυν αὐτὸν ὁμολογοῦντες, οὐκ ἀθετοῦμεν εἶναι αὐτὸν καὶ ἄνθρωπον· καὶ ἄνθρωπον αὐτὸν ὁμολογοῦντες, οὐκ ἀρνούμεθα εἶναι αὐτὸν καὶ θεόν. ὅθεν ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ἐξ ἑκατέρας φύσεως, θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος, συνῆχθαι ὁμολογοῦντες τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν χριστὸν, σύγχυσιν τῇ ἑνώσει οὐκ ἐπεισάγομεν. οὐδ' ὅτι γέγονε καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπος, τὸ εἶναι θεὸς ἀπολέσας. οὔτε μὴν ὅτι θεὸς κατὰ φύσιν ἐστὶν, καὶ τοῦτο πρὸς ἡμᾶς ὁμοίωσιν ἀπαράδεκτον ἔχει, τὸ καὶ ἄνθρωπος εἶναι παραιτήσεται. μεμένηκε γὰρ ὥσπερ ἐν ἀνθρωπότητι θεὸς, οὕτω καὶ ἐν ὑπερoχῇ θεότητος ὢν, ἄνθρωπος, οὐδὲν ἧττον ἀμφω ὢν ἐν ταυτῷ, καὶ εἷς θεός τε ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπος ὁ ἐμμανουήλ. τὸν αὐτὸν ὁμολογοῦντες ἐν θεότητι τέλειον, καὶ ἀνθρωπότητι τέλειον, ἐξ ὧν καὶ συνετέθη, διαίρεσιν μὴν τὴν ἀνὰ μέρος, ἢ τομὴν οὐκ ἐπιφέρομεν τῇ μιᾷ αὐτοῦ συνθέτῳ ὑποστάσει. τὴν γὰρ διαφορὰν τῆς φύσεων σημαίνομεν, οὐκ ἀναιρουμένην διὰ τὴν ἕνωσιν. οὔτε γὰρ ἡ θεία φύσις εἰς τὴν ἀνθρωπείαν μετεβλήθη, οὔτε ἡ ἀνθρωπεία φύσις εἰς τὴν θείαν ἐτράπη. νοουμένης δὲ μᾶλλον ἑκατέρας ἐν τῷ τῆς ἰδίας φύσεως ὁρῷ τε καὶ λόγῳ συνεπάρχειν φαμὲν τὴν ἕνωσιν καθ' ὑπόστασιν. ἡ δὲ καθ' ὑπόστασιν ἕνωσις δηλοῖ, ὅτι ὁ θεὸς λόγος τελείωσιν ἡ μία ὑπόστασις τῶν τριῶν τῆς θεότητος ὑποστάσεων, συνυπάρχοντος ἀνθρώπῳ πρώην, ἀλλ' ἐν τῇ γαστρὶ τῆς θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, ἑαυτῷ, ἐξ αὐτῆς ἐν τῇ ἰδίᾳ ὑποστάσει σάρκα ὁμοούσιον ἡμῖν καὶ ὁμοιοπαθῆ πάντα, χωρὶς ἁμαρτίας, ἐμψυχωμένην ψυχῇ λογικῇ καὶ νοερᾷ. ἐν αὐτῷ δὲ ἔχει τὴν

A quidem carne, Deitate verò impatibilis. Neque enim alium Deum Verbum qui miracula perpetravit, & alium qui passus est, agnoscimus: sed unum eundemque confitemur Dominum nostrum Jesum Christum, Dei Verbum, incarnatum & perfecte hominem factum, & unius ejusdemque esse tum miracula, tum passiones, quas salutis nostræ causâ, sua sponte in carne sustinuit. Non enim homo aliquis seipsum tradidit pro nobis, sed ipsemet Deus Verbum, sine ulla conversione homo factus, spontaneam passionem ac mortem in carne pro nobis subiit. Itaque B cùm illum confitemur Deum, eundem quoque hominem esse non inficiamur: & cùm illum hominem esse confitemur, non idcirco negamus eundem esse etiam Deum. Unde dum unum eundemque Dominum nostrum Jesum Christum ex utraque natura, deitate scilicet atque humanitate compositum profitemur, confusionem non superinducimus unitioni. Non enim eò quòd perinde ac nos homo factus est, Deus esse desinet: Nec rursus eò quòd natura Deus est, & similitudinis nostræ haudquaquam capax, homo esse recusabit. Quippe ut in humanitate Deus, sic in C majestate Deitatis constitutus, manet nihilominus homo: utrumque simul existens unus, Deus scilicet atque homo, Emanuel. Porro cùm illum in divinitate perfectum, & perfectum in humanitate, ex quibus compositus est confitemur, unicujus compositæ personæ particulatem divisionem aut sectionem non inferimus; sed naturarũ differentiam, quæ per unitionem nequaquam tollitur, indicamus. Nam nec divina natura in humanam mutata est, nec humana in divinam conversa. Sed utraque potiùs intellecta atque existente in propriæ naturæ definitione atque ratione, unitionem factam esse dicimus secundùm personam, unitio Dverò secundum personam id significat, Deum Verbum, hoc est, unam personam ex tribus divinitatis personis, non homini præexistenti unitam esse, sed in utero Dominæ nostræ, sanctæ gloriosæ Deiparæ ac semper Virginis Mariæ, sibi ipsi ex ea condidisse in propria persona carnem nobis consubstantialem, & iisdem omnino passionibus obnoxiam, præterquã peccato: eamque animam rationali & intelligente animatam. In se enim habuit

personam, & homo factus est, & unus idemque est Dominus noster Jesus Christus, qui una cum Patre & Sancto Spiritu glorificatur. Porro ineffabilem ejus unitionem mente considerantes, recte confitemur unam naturam Dei Verbi incarnatam, cane quæ anima rationali atque intelligente animata est. Rursus verò naturarum differentiam animo considerantes, duas esse naturas asserimus, nullam superinducentes divisionem. Utraque enim in illo inest natura. Quamobrem unum eundemque confitemur Christum, unum filium, unam personam, unam subsistentiam, Deum simul atque hominem. Omnes verò qui aliter aut senserunt, aut sentiunt, anathematizamus, & à sancta Catholica & Apostolica Dei Ecclesia alienos judicamus. Cùm igitur recta dogmata quæ à sanctis Patribus tradita sunt nobis prædicentur, hortamur vos omnes, ut in unam eandemque Catholicam & Apostolicam Ecclesiam conveniatis: imo potius rogamus. Neque enim piget, tametsi in regali fastigio constituti simus, hujusmodi verbis uti, pro consensu & adunatione omnium Christianorum, ut una ab omnibus glorificatio tribuatur Deo optimo maximo & Servatori nostro Jesu Christo, ac nemo deinceps inanem prætextum arripiens circa personas aut syllabas rixetur. Si quidem syllabæ ad unam eandemque fidem & intelligentiam perducunt: eo qui hactenus in sancta Catholica & Apostolica Dei Ecclesia obtinuit more atq; statu, firmo & inconcusso in posterũ perpetuò manente. Huic edicto omnes quidem consensum suũ accommodarunt, rectam in eo fidem ac doctrinam promulgatam esse d. centes, nullum tamen ex membris Ecclesiæ quæ discissa fuerant, ad pristinam rediit unitatem, propterea quod disertis verbis edixerat Imperator, ut firmus atque immotus Ecclesiarum status in posterum servaretur, sicut antea servatus fuerat.

ὑπόστασιν, καὶ γέγονεν ἄνθρωπος, καὶ ἔστιν ἓς καὶ ὁ αὐτὸς κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς σωδοξαζόμενος τῷ πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι. σὺν ἕνωσιν δὲ τὴν ἄφραστον ἐνοοῦντες ὀρθῶς ὁμολογοῦμεν μίαν φύσιν τοῦ θεοῦ λόγου σεσαρκωμένην, σαρκὶ ἐμψύχῳ μετὰ ψυχῆς λογικῆς καὶ νοερᾶς. καὶ πάλιν ἐν θεωρίᾳ λαμβάνοντες τὴν τῶν φύσεων διαφοράν, δύο ταύτας εἶναι λέγομεν, διαίρεσιν δὲ μίαν εἰσάγοντες. ἑκατέρα γὰρ φύσις ἐστὶν ἐν αὐτῷ θεὸν ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ὁμολογοῦμεν χριστὸν, ἕνα υἱὸν, ἓν πρόσωπον, μίαν ὑπόστασιν θεόν τε ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπον. πάλαι τε τοὺς ταῦτα φρονήσαντας ἢ φρονοῦντας ἀναθεματίζομεν, ἀλλοτρίους κρίνοντες τῆς ἁγίας τοῦ θεοῦ καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας. τῶν ὀρθῶν τοίνυν δογμάτων τῶν παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων παραδεδομένων ἡμῖν χρὴ πάντων, προτρεπόμεθα ὑμᾶς ἅπαντας εἰς μίαν καὶ τὴν αὐτὴν καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν ἐκκλησίαν συνιέναι, μᾶλλον δὲ καὶ παρακαλοῦμεν. εἰ γὰρ ὀκνήσαιμεν κἂν ἐν ὑπερογκῳ βασιλείας ἐσμὲν, τοιούτοις χρήσασθαι ῥήμασι περὶ τῆς τῶν χειμένων ἁπάντων ὁμοφρονούσης εἰς ἑνώσεως, ὑπὲρ μίας ἁπάντων δοξολογίας ἀναπέμπειν τῷ μεγάλῳ θεῷ καὶ σωτῆρι ἡμῶν ἰησοῦ χριστῷ. τὸ δὲ λοιπὸν μηδένα προφασιζόμενον, πρόσωπα ἢ συλλαβὰς ζυγομαχεῖν· ὅτι πρὸς μίαν καὶ τὴν ὀρθὴν πίστιν τείνουσιν αἱ συλλαβαὶ φέρουσι δὲ μέχρι νῦν κρατοῦντος ἔθους τε καὶ σχήματος ἐν τῇ ἁγίᾳ θεοῦ καθολικῇ καὶ ἀποστολικῇ ἐκκλησίᾳ, διὰ πάντων βεβαίως τε καὶ ἀκαινοτόμητα, καὶ εἰς τὸν ἐξῆς ἅπαντα μένοντος χρόνον. τούτῳ μὲν ἅπαντες τῷ ἰδίκτῳ συγκατατιθέμενοι, ὀρθοδόξως ἐπεφώνησαν λέγοντες· εἷς θεὸς ὁ τῶν διαφόρων ὅλως ἡνώθη, διὸ ῥητῶς ἐπεσημήνατο τὸ βέβαιον καὶ ἀκαινοτόμητον ταῖς ἐκκλησίαις πεφυλάχθαι καὶ εἰς τὸν ἐξῆς ἐπιρρέοντα χρόνον.

Cap. V.

De Anastasii Antiochensi Episcopi ejectione.

PORRO Justinus Anastasium quoq; ex Antiochena sede ejecit: objiciens ei, tum quod S. pecuniam in superfluos ac minime necessarios usus profudisset, tum quòd ipsi convitiatus esset.

Κεφ. ε'.

Περὶ τῆς ἐκ θρόνου ἀναστάσεως Ἀναστασίου.

ΕΚβεβλήκει δὲ καὶ ἀνάστασιον Ἰωάννης θεοῦ πόλεως θρόνου, ἐπεγκαλῶν οἱ τῶν τε ἱερατικῶν χρημάτων τὴν γεγυμνωμένην ἀπασῶν, λέγων καὶ ἐς ἄπορον καὶ μὴ καὶ τὸ πρέπον χρῆσθαι τὰ

τήν τε ἐς αὐλὸν βλασφημίαν. ἐρωτηθέντα γὰρ τὸν ἀνασάσιον, τίδή ποτε ἔτω χυδαῖως τὰ ἱερατικὰ ῥίπτοι χρήματα, ἀναφανδὸν εἰπεῖν, ὡς ἂν μὴ παρὰ ἰουστίνου τῆς κοινῆς λύμης ἀφαιρεθείεν, ἐλέγετο δὲ μνησθῆναι ἀνασασίῳ, ὅτι γε ζηδῶνι χρήματα τὴν ἐπισκοπὴν ἐγχειρισθέντι, οὐχ εἵλετο δοῦναι. ὥστε φέρειν ἂν καὶ ἕτερα ἄττα κατ' αὐτοῦ, ἐνίων τὸν βασιλικὸν οἶμαι βουλημάτων θεραπεῦσαι σκοπόν.

A Nam cùm interrogatus fuisset Anastasius, cur adeò profusè sacram pecuniam dilapidaret, diserte responderat, ne à Justino, communi peste ac pernicie generis humani diriperetur. Dicebatur autem Justinus idcircò infensus fuisse Anastasio, quòd cùm pecuniam ab eo ad Episcopatum promoto postulavisset, Anastasius eam dare noluerat. Objiciebantur præterea à eidem Anastasio alia quædam, nonnullis Imperatoris proposito ac voluntati gratificari studentibus.

Κεφ. ϛ'.

Ὅτι μετὰ ἀνασάσιον χειροτονεῖται ἐπίσκοπος γίγνεται, καὶ οἷος ὁ τρόπος αὐτοῦ.

Cap. VI.

Quomodo post Anastasium Gregorius Episcopus factus sit, & de moribus illius.

B

Μετ' αὐλὸν δὴ, πρὸς τὸν ἱεραρχικὸν ἀνεισι θρόνον γρηγόριος, ὃ κλέος εὐρὺ κατὰ τὴν ποίησιν. ἐκ πρώτης ἡλικίας τοῖς μοναδικοῖς ἐναποδυσάμενος σκάμμασιν. ἔτω δὴ γρηγορικῶς καὶ καρτερικῶς ἀγωνισάμενος, ὡς τάχιστα ἐκ πρώτων ἰσχίων πρὸς θεὸν ἀναβάτω βαθμὸς ἐλάσαι· ἡγήσατο δὲ τῆς τῶν βυζαντίων μονῆς ἔνθα τὸν ἄσκοπον εἵλετο βίον. κελεύσμασι δὲ ἰουστίνου καὶ τῷ σινᾶ ὄρους, καὶ ᾧ μεγίστοις ἐμπέπλωκε κινδύνοις, ὠλιγορκίαν ὑποσὰς ὑπὸ τῶν σκηνιτῶν ἀραβίων εἰρηνεῦσαι δ' ἔν αὐτῷ ὅμως μέγιστα τῷ τόπῳ καταπεραξάμενος, ἐκεῖθεν πρὸς τὴν ἀρχιερωσύνην ἐκλήθη. ᾗ δὴ γνώμῃ καὶ ἀρετῇ ψυχῆς, πάντα ἐν πᾶσι κρατίστος, καὶ ἐς ὅτι ὁρμήσειεν, ἐξεργασικώτατος. δεξιά τε ἀτρεπὴς, καὶ πρὸς τὸ ὑποεικὲς ἡ κατεπηχέια δωρεᾶς, ἀληπτόταται. ὅτω δὴ μεγαλοπρεπεῖς τὰς ἐπιδόσεις τῶν χρημάτων ἐποιεῖτο, ἐλευθερίους τε καὶ ἀφειδέσιν εἰς ἅπαντα χεόμενος, ὥστε ὅτε περίοι, παμπληθεῖς αὐτῷ καὶ τῶν εἰωθότων ἀτερ ἐπηκολούθουν· καὶ ὅσοι ὁρῶεν ἢ ὑποφαίνοιντο τερπνόταται, συνέῤῥεον· καὶ δὴ τάγε εἰς τὴν τοσαύτην ἀρχὴν, δευτέρα τῆς εἰς τὸν ἄνδρα τιμῆς, ἐθελουσίων τὰ πολλὰ ὁρᾶν τε ἐκ τοῦ σύνεγγυς, καὶ ἀκοῦσαι διαλαλοῦντος ἐπιθυμούντων· τοσοῦτον γὰρ ἑαυτῷ πᾶσι τοῖς ὁπωσοῦν ἐντυγχάνουσιν ἐνεργάσατο ἡν ἱκανωτάτη. ἰδεῖν τε ἀξιάγαστος, καὶ πρὸς

C

D

Post Anastasium verò, ad Episcopalem sedem evectus est Gregorius, cujus gloria, ut cùm Poëtis loquar, longè lateq; diffusa est. Hic ab ineunte ætate in palæstra monastica exercitatus, adeo fortiter & constanti animo decertaverat, ut brevi, in prima adhuc lanugine constitutus, ad summos gradus pervenerit, & monasterio Byzantiorum præfuerit, in quo monasticum vivendi genus primùm amplexus fuerat. Postea verò Justini jussu, Monachis etiam Sinæ montis præfectus fuit. Quo in loco obsessus ab Arabibus quos Scenitas vocant, in gravissima incidit pericula. Nihilominus tamen cùm altissimam pacem ei loco conciliasset, illinc ad Pontificatum evocatus est. Fuit porrò & consilio & virtute & reliquis in rebus, omnium mortalium præstantissimus admirabilis industriæ ad perficienda ea quæ animo proposuerat, adversus metum invictus: nec adduci unquam poterat ut cederet, aut sæcularem potentiam reformidaret. In eroganda autem pecunia adeo magnificus fuit, liberaliter ac prolixe eam in omnes effundens, ut quoties in publicum prodibat, ingens hominum multitudo, præter eos qui comitari consueverant, eum sectaretur; & quotquot eum procedentem aut viderant aut audierant, ipsi quoq; confluerent. Et honor qui summis hujus sæculi potestatibus defertur, inferior erat honore illo qui huic viro exhibebatur, cùm homines plerumque sua sponte eum videre aut loquentem de proximo audire desiderarent. Erat enim ad excitandum desiderium sui in animis eorum qui ipsum qualicunque de causa adierant, aptissimus. Quippe qui &

aspectu esset admirabilis, & in colloquiis ob leporem jucundissimus: ad rem confestim intelligendam acutus, si quisquam alius; & ad agendum promptissimus: ad optimum consilium eligendum, & ad judicandum, tum de suis, tum de alienis negotiis, solertissimus. Itaque tot ac tantas res perfecit, cùm nihil unquam in crastinum differret. Admirationi autem fuit non Romanorum modo, verùm etiam Persarum Imperatoribus, cùm in omnibus negotiis ita se gereret, ut necessitas postulabat, utq; ferebat occasio, cui quidem nunquam defuit, quemadmodum suis locis sigillatim exponam. Erat in illo acer quidem ac vehemens impetus, atque interdum iracundia. Rursus tamen non modica, immo potius abundans animi lenitas ac mansuetudo. Adeo ut in eum optime conveniret id quod à Gregorio Theologo sapienter est dictum; Severitas verecundiâ temperata, sic ut neutra læderetur ab altera, sed ambæ se se invicem exornarent.

A φθέγξασθαι διὰ χαείτων ἥδιστος, νοῆσαί τε ἐν τῷ παραυτίκα ὀξὺς, εἴτις ἄλλος ἀνθρώπων, πρᾶξαί τε ἑστὰ μάλιστα ὀξύτατος, καὶ βουλὴν ἄριστα βουλεῦσαι, καὶ κρίναι τὰ τε οἰκεῖα, τά τε τῶν ἄλλων ἱκανώτατος· ὥστε τοσαῦτα καὶ τηλικαῦτα, μηδὲν ἐς αὔριον ἀναβαλλόμενος. καὶ ἐπλήξε δή, ὁ μόνον οὐ Ῥωμαίων βασιλέας, ἅπασι χρώμενος. καὶ ἦτε χρεία κολοίη, καὶ καιρὸς ὑποείκοι ἐκ ὑστέρου, ἀλλὰ καὶ σὺν πρῶτος ὡς ἕκαστα προφόρως δηλώσω. ὧν ἡ ἐν αὐτῷ πολυμάθεια Σοφοκλέους, ἐνιαχοῦ δὲ, καὶ τὸ θυμοειδὲς οὐκ ὀλίγον δὲ πάλιν, ἀλλὰ καὶ μάλα πρόκειται

B τὸ πρᾷόν τε καὶ ἥμερον. ὡς ἐπ' αὐτῷ ἀρίστα καλαυλῆσαι τὰ γρηγορείῳ τῷ θεολόγῳ πεφιλοσοφημένα, τὸ ἀυσηρὸν αἰδοῖ συγκεραννύντα. ὡς μὴ δὲ ἕτερον ὑπὸ τοῦ ἑτέρου καλαβλάπτεσθαι, ἀλλ' ἀμφότερα δι' ἀλλήλων ἐνδοκιμεῖν.

Cap. VII.

Quomodo Persarmenii Romanis se se tradiderunt: unde bellum exortum est inter Romanos ac Persas.

C

Hujus igitur Gregorii Pontificatus anno primo, incolæ majoris Armeniæ quæ nunc Persarmenia dicitur; hæc autem regio antea quidem Romanis paruerat; sed cùm Philippus successor Gordiani eam Sapori prodidisset, minor quidem Armenia penès Romanos mansit: reliqua verò omnis penès Persas: hujus igitur incolæ, fidem Christianam professi, cùm à Persis graviter vexarentur, præcipue iis in rebus quæ ad religionem ipsorum pertinebant: clam Legatos ad Justinum miserunt, rogantes ut Romanorum di-

D tioni subjicerentur, quo liberè absque ullo impedimento, divini cultus ceremonias peragerent. Quam Legationem cùm admisisset Justinus, & conditiones quasdã scriptis proditas approbasset, graviq; jurejurando confirmasset, Armenii præfectos suos necarunt, & universi Romano Imperio se se adjunxerunt, unà cum finitimis quos sibi sociaverant, tam ejusdem gentis, quam alienigenis: Duce Vardane, qui apud ipsos genere ac dignitate & rei militaris peritia eminebat. His de rebus

Κεφ. ζ.

Ὡς οἱ λιγόμβροι ἀρμένιοι πέρσαις τοῖς χειρωσαμένοις προσεχώρησαν· διόπερ ὁ πρὸς πέρσας ἀνεῤῥάγη πόλεμος.

Τοῦτο τὴν ἐπισκοπὴν πρῶτον ἔτος Διόνυσος, ἀπὸ τῆς πάλαι μὲν μεγάλης λεγομένης Ἀρμενίας, ὕστερον δὲ Περσαρμενίας ἐπονομασθείσης, ἣ πρώην Ῥωμαίοις καλήκοος ὢν, Φιλίππου δὲ τοῦ μετὰ Γορδιανὸν καλαπροδόντος αὐτὴν τῷ Σαπώρῃ, ἡ μὲν κληθεῖσα μικρὰ Ἀρμενία πρὸς Ῥωμαίων ἐκρατήθη, ἡ δὲ γε λοιπὴ πᾶσα πρὸς Περσῶν· τὰ χειρωσαμένων Περσῶν, ἐπεὶ δὴ δὲ παρὰ Περσῶν κακῶς ἔπασχον, καὶ μάλιστα περὶ τὴν οἰκείαν νόμισιν, ἐν παρ-

D αβύσῳ ἐπρεσβεύοντο πρὸς Ἰουστῖνον, ἱκετεύοντες καλήκοοι Ῥωμαίοις γενέσθαι, ὡς ἂν ἐπ' ἀδείας δοῖεν τὰ ἐς θεὸν γέρα, μηδενὸς αὐτοῖς ἐμποδὼν γινομένου. τοῦ δ' Ἰουστίνου προσπαμένου, καί τινων ἐν γράμμασι πρὸς ἃ βασιλέως διομολογηθέντων, ὅρκοις τε δεινοῖς καὶ ἀσφαλισθέντων, ἀποσφάπτουσι μὲν οἱ δομέστικοι σὺν Σοῦν ἀρχοντας. προσιόντος δὲ παρασυδὶ τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ μετ' ὀλίγον προσελθόντων πλησιοχώρων, ὁμοεθνῶν τε καὶ ἀλλοφύλων, ἀφθόνως παρέχοντο πρὸς ἀνδρῶν γένη τε καὶ ἀξιώσεις, καὶ τῇ πρὸς σὺν πολέμου

ἐμπειρία. ἐπεγκαλῶν τοίνυν περὶ τούτων A cùm Chosroes conquestus esset, Justinus Legatos ejus cum hoc responso dimisit, terminatam esse pacem quæ inter ipsos facta fuerat, nec fieri posse ut Christiani Christianos belli tempore ad se confugientes rejicerent. Et hæc quidem respondit Justinus. Nec tamen se ad bellum gerendum paravit: sed consuetis deliciis immersus, libidinibus suis cuncta postponenda esse ducebat.

χοσρόῃ, ἰσσὶν ὃ ἀπεπέμπετο, λέγων περιττὰ τὰ τῆς εἰρήνης, καὶ μὴ δίον τε εἶναι χριστιανοὺς ἀπορρίψαι, ἐν καιρῷ πολέμου χριστιανοῖς προσφύγοντας· καὶ ταῦτα μὲν ἀπεκρίνατο. ὁ μὲν ἐς πόλεμον παρεσκευάζετο. ἀλλὰ τῇ συνήθει τρυφῇ ἐνεδίδου, πάντα δεύτερα τῆς οἰκείων ἡδονῶν τιθέμενος.

Κεφ. η'.

Περὶ μαρκιανοῦ στρατηγοῦ, καὶ τῆς πολιορκίας νισίβεως.

Cap. VIII.

De Marciano Magistro militum, & de Nisibis obsidione.

B

Στρατηγὸν ὁ τῶν ἑῴων ἐκπεμπτὴ μαρκιανὸν συγγενῆ αὐτῷ καθεστῶτα, ὅτε στρατείαν ἀξιόμαχον ἄλλως τε καὶ τὴν ἐς τὸν πόλεμον παρασκευὴν. ὃς ἐπὶ προύπτῳ κινδύνῳ καὶ ἐπ' ἀναιρέσει τῶν ὅλων, τὴν μέσην καταλείψας τῶν ποταμῶν, ὀλίγους κομιδῇ στρατιώτας, καὶ τούτους ἀνόπλους ἐπισυρόμενος, ἔχων καί τινας σκαπανέας καὶ βουλάτας ἐκ τῶν συγγενῶν ἀφῃρημένους. συμπλακεὶς μὲν ὀλίγα πρὸς ἑσπέρας περὶ τὴν νίσιβιν, ὅπως ἐκ τῶν πέργων παρεσκευασμένων. καὶ τὸ πλέον ἐσχηκὼς προσκαθῆται τὴν πόλιν, οὐκ ἀξιωσάντων τῶν πέργων ἀποκλεῖσαι τὰς πύλας, ἐνυβριζόντων δὲ καὶ μάλα αἰσχρῶς ἐς τὸ ῥωμαίων στράτευμα. τερατεία δὲ πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα ὡράθη, τὰ ἐσόμενα δυσχερῆ μηνύοντα. καὶ βοῦς δέ τις ἐν θεάτρῳ ἐθεασάμεθα καταρχὰς τοῦ πολέμου, ᾧ δύο κεφαλαὶ ἐκ τοῦ αὐχένος ἐπεφύκεσαν.

Præsidio igitur Orientalis militiæ misit Marcianum quendam, genere sibi conjunctum, nec justum exercitum, nec reliquum belli apparatum ei sufficientem tradens. Hic ad manifestissimum discrimen & ad subversionem omnium rerum in Mesopotamiam venit, perpaucos milites, eosque inermes secum trahens. Habebat etiam fossores quosdam ad bubulcos, quos Provincialibus eripuerat. Levi itaque prælio circa Nisibim conserto, cùm ipsi etiam Persæ nondum ad bellum satis instructi essent, superior evasit: statimque urbem obsidione cinxit: Persis interim ne portas quidem occludere dignantibus, sed cum summo dedecore & contumelia illudentibus exercitui Romano. Et alia quidem multa tunc visa sunt prodigia, quibus mala quæ eventura, erant indicabantur. Nos tamen initio belli, vitulum vidimus recens natum, ex cujus cervice capita duo prominebant.

Κεφ. θ'.

Ὡς ὁ χοσρόης ἀδδαρμανίῳ στρατηγὸν καὶ ῥωμαίων ἐξαποστείλας, πολλὰ κακὰ τούτοις διαθείς, πρὸς νισίβιν αὐτὸς ἀπῆλθεν.

Cap. IX.

Quomodo Chosroes cum Addarmanem ducem contra Romanos misisset, qui illos magnis cladibus affecit: ipse Nisibim perrexit.

D

Ὁ δὲ χοσρόης, ἐπεὶ αὐλάρχως αὐτῷ τὰ ἐς τὸν πόλεμον ἐξηυτρέπιστο, ἀδδαρμάνην μὲν διαπορθοῦσαι μέχρι τινὸς, καὶ τὸν εὐφράτην ἀνὰ τὴν Ϲφελέραν γῆν διαβάντας, ἐς τὴν ῥωμαίων ἐπικράτειαν ἥκοι διὰ καλουμένου κιρκησίου. τὸ δὲ κιρκήσιόν ἐστι πόλισμα ῥωμαίοις ἐπικαιρότατον, πρὸς ταῖς ἐσχατιαῖς τῆς πολιτδυμαίου κείμενον. ὅπερ ὄχυρον μὲν τὰ τείχη ποιεῖ, ἐς ἄπειρον ὕψος ἐπαιρόμενα. ἀλλὰ καὶ εὐφράτης καὶ ἄβορας ποταμοὶ κυκλοῦντες, καθάπερ ἀπορρήξαντες τὴν πόλιν· νῆσος δὲ σὺν τοῖς ἀμφ'

Chosroes verò, posteaquam omnia quæ ad bellum erant necessaria abunde præparasset, ad certum usq; locum progressus, Euphrate in regione sua trajecto, Addarmanem quidem in Romanorum fines per Circesium emisit. Est autem Circesium oppidum commodissimum Romanis, in extremis Imperii finibus situm. Quod non muri solum in summam altitudinem erecti, verum etiam Euphrates & Abora fluvii munitissimum reddunt, totam urbem undiq; cingentes, ac veluti insulam efficientes. Ipse verò cum

copiis suis Tigrim fluvium transgressus, Nisibim contendit. Hæc dum fierent, diu tamen Romanos latuerunt: adeo ut Justinus famæ nimium credens, quæ Cosroem aut jam mortuum esse, aut certe extremum spiritum ducere nuntiabat, ægre ferret quòd obsidio Nisibis tamdiu protraheretur: & quosdam mitteret qui Marcianum urgerent, & qui claves portarum ad se confestim afferrent. Sed cum res nullatenùs procederet, immò potiùs maximum ipse dedecus ac probrum referret, quippe qui ea quæ fieri non poterant, tentaret adversus tantam urbem cum exercitu tam vili atque abjecto; nuntius primum perlatus est ad Gregorium Episcopum Antiochiæ. Nam cùm Episcopus Nisibis ei esset amicissimus, utpote qui maximis muneribus ab illo affectus fuisset, & alioqui contumeliam Persarum erga Christianos, quam perpetuo passi fuerant Christiani, molesto animo ferret, cuperetque, urbs ut sua in ditionem Romanorum veniret: quæcunque in hostico fiebant, ad Gregorii notitiam perferenda curabat, cuncta suo tempore significans. Quæ quidem Gregorius continuò retulit ad Justinum, celerrimam Chosroïs irruptionem nuntians. At Justinus, cum in consuetis voluptatibus assidue volutaretur, Gregorii litteras despexit, neque iis fidem habere voluit, id tantum sibi persuadens quod ipse cupiebat. Etenim hominibus dissolutis usuvenire solet, ut & ignavi sint, & præfidenti animo adversus rerum eventus: Et si quid contra voluntatem ipsorum acciderit, minimè credant. Scripsit igitur Gregorio, ea quæ ab illo nuntiata fuerant, penitus rejiciens ac repudians tanquam falsa: aut si vera essent, Persas tamen expugnationem urbis haudquaquam præventuros esse: vel si eam præveniissent, gravi clade accepta inde abscessuros. Simul Acacium quendam, hominem sceleratum & contumeliosum, ad Marcianum mittit, dans ei in mandatis, ut etiamsi Marcianus alterum jam pedem in civitatem intulisset, ei nihilominus potestatem abrogaret. Quod quidem ille sedulò perfecit, non ex Reipublicæ utilitate obsecutus Imperatoris mandato. Nam cùm ad castra Romanorum veniisset, Marcianum in hostico dignitate exuit, cùm nihil ea de re militibus renuntiasset. Centuriones

A αὐλὸν τὸν τίγρητα διαβὰς πόλαμὸν, ἐπὶ νικῆ-
σεως τὴν ἔλασιν ἐποιεῖτο. ταῦτα δ' γιγνόμε-
να, μέχρι πολλοῦ σὺν ῥωμαίοις ἐλάνθανε·
ὥστε ἰσχυρὸν φήμη πειθόμενον, λεγόντι χει-
ρόνη ἢ τεθνάναι, ἢ πρὸς αὐλὰς τὰς τελευταίας
ἀναπνοὰς εἶναι, ἀχάλιν ἐπὶ τῇ δῆθεν βρα-
δυτῆτι τῆς πολιορκίας τῆς νισίδεως, πέμψα-
τες σὺν ἐπείγονλας τὸν μαρκιανὸν, καὶ τὰς κλεῖ-
τῶν πυλῶν ὡς τάχισα αἰτοῦνλας. ὡς δ' ἐδα-
μὴ ῥᾳδίως τὸ πρᾶγμα προϊὸν, ἀλλὰ καὶ
πολλὴν ὤφελε τὴν αἰσχύνην τὰ μηχανώ-
των ἐπὶ τοιαύτῃ καὶ τοσαύτῃ πόλει καὶ ἔθνει
B ἐξευτελισμένῳ σφαλῶ, ἀγγέλλε δ' πρῶτον γρη-
γορίῳ τῷ θεσπόλεως ἐπισκόπῳ. ὁ γὰρ τῆς νι-
σίδεως ἐπίσκοπος, φίλος ἐς τὰ μάλιστα
γρηγορίῳ καλασὰς, μεγάλοις δώροις παρ'
αὐτοῦ δεξιωθεὶς, ἄλλως τε καὶ δυσχεράνων
τὴν περσῶν παροινίαν τὴν ἐς χριστιανὸς γεγε-
μένην, ὧν διὰ παντὸς παρ' αὐτῶν ἐπεπόνθε-
σαν, καὶ ῥωμαίων καθήκοον τὴν οἰκείαν πό-
λιν ἱμειρόμενος εἶναι, πάντων τῶν ἐντεῦθεν
ὁρία γιγνομένων τὴν γνῶσιν γρηγορίῳ παρ-
είχετο, ἅπαντα καθ' καιρὸν παρισὰς. ἀπὸ
ῥᾳδυλίκα ἐπὶ ἰσχυρὸν ἀνέφερε, τὴν ἔφοδον
C τοῦ χοσρόου τὴν ταχίστην μηνύων. ὁ δ', πρὸ
τὰς σωτηδὰς ἡδονὰς ἐγκαλινδούμενος,
τοῖς μὲν γεγραμμένοις ἐσπουδὴν οὐδὲν. οὐδ'
δὲ πιστὸν ἤθελεν, οἰόμενος ὅπερ ἐβούλετο,
ἔπεσθαι γὰρ τοῖς ἐκδεδιηπημένοις τῶν ἀνθρώ-
πων, τό τε ἀθυμεῖν καὶ θρασὺ πρὸς τὰς ἐκ-
βάσεις, τὸ δ' ἄπιστον εἴ τι τύχοιεν αὐτοῖς τῶν
θελήσεων αὐλῶν φερόμενον. γεάφε μὲν ὁ
αὐτῷ, ταῦτα τέλεον ἀποδιοπομπούμενος,
ὡς οὐκ ἀληθῆ πᾶσιν ὄντα. εἰ δέ γε καὶ
ἀληθῆ, ὡς ὐ φθησομένων περσῶν τὴν πο-
D λιορκίαν. εἰ δὲ καὶ φθαῖεν, κακῶς ἀπαλ-
λαξάντων. ἐκπέμπει δ' ἀκάκιον, ἀταθα-
λόν τινα καὶ ὑβριστὴν, ᾧ δὴ μαρκιανὸς,
ἐγκελευσάμενος καὶ εἰ θάτερον τοῖν πο-
δοῖν ὁ μαρκιανὸς φθαίη τῇ πόλει πεμψας,
ᾧ δαλῦσαί γε αὐλὸν τῆς ἀρχῆς. ὁ καὶ πε-
πραχεν ἀκριβῶς, ὐ πρὸς τὸ σωτῆρον
τοῖς τοῦ βασιλέως κελεύμασι διακονη-
σάμενος. γνόμενος δ' πρὸς τὸ στρατό-
πεδον, μαρκιανὸν μὲν ἐν τῇ ὑπερορίᾳ πωλῶ
τῆς ἀρχῆς, οὐδὲν τῷ στρατιῷ διαγγείλας. οὗ

λοχαγοὶ καὶ ταξιάρχαι, ὡς διανυκτερεύσαντες ἔξεμαθον φανθῶαι τὸν στρατηγὸν, πόσῳ μᾶλλον ἀφαρπέσαν τὸ πλῆθος· ὑποχωρήσαντες δὴ φύγοσι παροράδες, τὴν καταγέλαστον πολιορκίαν λύσαντες. ὁ μὲν οὖν Ἀδδαρμάνης ἔχων ἀξιόλογον στρατὸν περσῶν τε καὶ τῶν σκηνητῶν βαρβάρων, ἐπεὶ τὸ κιρκήσιον παρῆλθε, φανερῶς τοῖς ῥωμαίων ἐλυμήνατο στρατεύμασιν, ἐμπιπρὰς, ἀποκτίννυς, ἀδῆν μέγιστον ἐνοῶν ἢ στρατηγῶν. αἱρεῖ τε φρούρια καὶ κώμας πολλὰς, ἀδενὸς ἀντιπαλαίοντος· πρῶτα μὲν ὅτι γε ἦρχεν ἀδείς, εἶθ' ὅτι καὶ τῶν στρατιωτῶν πρὸς Χοσρόην τὸ Δάρας ἐναποκλεισθέντων, ἐπ' ἀδείας αἵ τε πρεμναὶ καὶ αἱ ἔφοδοι ἐγίνοντο. ἔπεσι δὲ καὶ τῇ θεσπολιτῶν διὰ τῶν ἀμφ' αὐτὸν, ἀδεῶς αὐτοῖς ἀφίκετο· οἳ καὶ πᾶσαν ἐλπίδα ἀπεκρέμασαν, μηδενὸς ἐναπομείναντος τῇ πόλει, ἢ λίαν κομιδῇ ὀλιγάριθμων, καὶ δὴ ἱερέως πεφυγότος καὶ τὰ ἱερὰ ὑπεξαγαγόντος κειμήλια, διόπερ καὶ τὰ πολλὰ τὰ τείχεα διερρύη, καὶ ὁ δῆμος ἐπανέσῃ, νεωτέρων πραγμάτων ἄρξαι θέλων, διὰ φιλεγίνεαν, καὶ μᾶλλον ἅτε τοιούτοις καιροῖς· οἳ καὶ αὐτοὶ πεφυγότες, ἐρήμην τὴν πόλιν καταλελοίπασιν, ἀδενὸς ὅλως ἐπιτηδείου εἰς ἐπίθεσιν, ἢ ἀντεπιχείρησιν.

A verò & ordinum ductores, postquàm peractis vigiliis ducem suum exauctoratum esse didicerunt, non amplius processerunt in publicum: sed dilapsi hac illac fugere cœperunt, ridiculam illam obsidionem relinquentes. Interim Addarmanes, qui Persarũ & Scenitarum Arabum ingentem habebat exercitum, Circesium prætergressus, Romanorum ditionem incendio ac ferro & omni vastationis genere populatus est, nihil mediocre animo designans aut gerens. Castella etiam cepit & vicos quamplurimos, nemine resistente: primum quidem quia nullus tunc erat dux Romanorum. Deinde eo quod militibus Romanis à Chosroe intra oppidum Daras conclusis, pabulationes & incursiones absque impedimento fiebant. Adortus est etiam urbem Antiochiam per milites suos. Neque enim ipse illuc perrexit: Qui tamen præter omnium spem atque expectationem inde repulsi sunt, cùm nemo præter admodum paucos in urbe remansisset, & Episcopus ipse aufugisset, & sacros thesauros secum absportasset, propterea quod & muri maxima pars interciderat, & populus rerum novarum cupiditate flagrans, seditionem excitaverat: quemadmodũ ejusmodi præsertim temporibus fieri solet. Sed & ipsi seditiosi, arreptâ fugâ, urbem vacuam reliquerant, cùm nihil omnino excogitatum esset, aut ad feriendum hostem, aut ad propulsandum.

Κεφ. ι'.

Περὶ τῆς ἁλώσεως ἀπαμείας, καὶ τῶν Δάρας

Ὡς δὴ ἐν τῆς πείρας ταύτης διήμαρτεν Ἀδδαρμάνης, ἐμπρήσας τὴν πάλαι μὲν ἡρακλεάν, ὕστερον δὲ γαλατικὴν ὀνομασθεῖσαν, Ἀπάμειαν καλεῖλεφε, πρὸς Σελεύκου δὲ νικάνορος συνοικισθεῖσαν, πάλαι μὲν εὐδαίμονα καὶ πολυάνθρωπον, τῷ χρόνῳ δὲ τὰ πολλὰ διαῤῥυεῖσαν. ὃς ἐπί τισι συμβάσεσι τὴν πόλιν παρέλαβε, ἐπεὶ μηδὲ ἀντισχεῖν οἱοί τε καθεστήκεσαν, τὰ τείχεα τοῦ χρόνου ἐπὶ γῆς κείμενα, πᾶσαν ἐμπρήσας καὶ πάντα λησάμενος τὰ σκεύη, ἀπῆλθεν ἀνδραποδίσας τὴν πόλιν, καὶ τὰ περιόντα χωρία. μεθ' ὧν καὶ τὸν ἱερέα τῆς πόλεως, καὶ τὸν τὴν ἀρχὴν ἔχοντα ἀπήγαγε. τὰ πάνδεινα δὲ

Cap. X.

De expugnatione Apameæ & Daras.

HOc igitur conatu frustratus Addarmanes, post incensã urbẽ quæ olim quidem Heraclea, posteaverò Gallice nuncupata est, Apamiam occupavit, olim à Seleuco Nicatore conditam: quæ antea quidem opibus & incolarũ multitudine abundarat: progressu autem temporis magnopere imminuta erant. Hanc igitur pactis quibusdam conditionibus cùm cepisset: cives enim nullo modo resistere poterant, muro præ vetustate collapso: totam conceremavit, bonisque omnibus contra fidem datam direptis abscessit, universos cives ac finitimos, captivos abducens. Inter quos ipsum quoque urbis Episcopum, & eum, cui administratio provinciæ commissa erat, secum asportavit. Sed & in redeundo

multa atrociter gessit, cùm nullus esset A qui cohiberet, aut omnino obsisteret, præter paucissimos milites à Justino missos, quibus præerat Magnus quidam, qui prius quidem Argentariorum mensæ præpositus fuerat in urbe regia, postea verò unius ex Imperialibus domibus Curator fuerat à Justino factus. Verùm hi quoque se se in fugam dedere, cùm parum abfuisset, quin universi ab hostibus caperentur. His rebus gestis Addarmanes ad Chosroem venit, qui urbem Daras nondum expugnaverat. Ejus igitur copiis conjunctus, maximum rebus momentum attulit, cùm & suorum animos confirmasset, & B hostibus terrorem incussisset. Porro urbem ipsam deprehendit vallo circundatam, & aggerem ingentem ad muros urbis admotum; bellicas item machinas quas Heelpoles vocant, paratas; ac præcipue catapultas, ex editiore loco saxa jacientes, quas vulgo petrarias vocant. Hoc modo Chosroes hiberno tempore urbem illam vi cepit, Joanne Timostrati filio qui urbi præerat, parum de ea sollicito, immo vero eam prodente. Utrumque enim dicitur. Obsederat autem urbem illam Chosroes quinque & amplius menses, nemine eam defendente. Cùm igitur universos ex urbe eduxisset, immensam hominum multitudinem: & quosdam ex iis crudeliter illic mactasset, reliquos verò vivos servasset, urbem quidem, utpote opportunè sitam, præsidio imposito munivit: Ipse verò in regionem suam reversus est.

καὶ κῆ τῳ ἀποπόρθυσιν εἰεργάσαϛο, εἰδὼϛ ἀπείργονϛο ἢ ὅλως ἀνιπίπλονϛο, πλῆθοϛ ἀχίϛυ κομιδῆ ϛρατιώϛας ἀμφὶ ἰυσῖνον ϖεμφθέντο, ὑπὸ μάγνῳ ταπομούε, πρώην μὲν γὰρ τραπέζης περισαμένῳ κῆ τὴν βασιλέως ὕϛερον ἢ καὶ μίαν τῶν βασιλικῶν οἰκιῶν ἐμπιϛευθέντι ϖρὸς ἰυσῖνον· οἱ καὶ πρόσϖαλοι ἐφύγον, μικρᾶ δορυάλωτοι ληφθέντες· ἀδδαρμάνης μὲν ἓν ταῦτα καλειργασμένο, τὸν χοσρόην καλειλήφει, ἔπω τὴν πόλιν ἐκπολιορκήσαντα. ὃς πρϛεθεὶς αὐτῶ μεγάλην ῥοπὴν δέδωκε, τούς τε οἰκείους ἀναθαρσήσας, τό τε ἀνύξοον καταπλήξας. εὗρηκε ϑὴν τε πόλιν ἀποκλειϖομένην, καὶ χάραγμα τοῦ τείχους συμφορηθέν ἐπὶ πολύ, καὶ τὰς ἑλεπόλεις μηχανὰς ἑϛώσας, καὶ μάλιϛα τὰς καταπέλτας ἐξ ὑπερδεξίων ῥιπτούσας λιθοβόλους ἢ σωϑήϑα καλεῖ. οἷς καὶ τὴν πόλιν καλαχειρίζο. εἷλεν ὁ χοσρόης κῆ τὴν ὥραν ἔχμῶν, ἰωάννου ϑ τιμοσράτε παῖδος αὐτῆς ἄρχονϛο, ἤκιϛα ϖροδοσίᾳ· ἢ καὶ κῆ ϖροδόνϛο. λέγε) γὰ ἀμφότερα. ϖροσήρθυσε ϑὴ πόλει ὁ χοσρόης πέμπων ϖρὸς γε μιᾶν, μηδενὸς ἀμύνονϛο· ἁπάντας τοίνυν ἐξαγαγὼν πλῆθο ἀσάθμητον, κῆ τοὺς μὲν αὐτοῦ ϑλαίως καλαϛφάξας, τοὺς ϑ πλείϛους κῆ ζωγρίας ἑλών, τὴν μὲν πόλιν ἐπίκαιρον οὖσαν φρουρᾷ καλέλιπεν. αὐτὸς ϑ πρὸς τὰ οἰκεῖα ἀπεχώρησεν ἤδη.

Cap. XI.

Quomodo cùm Justinus in dementiam incidisset, Tiberius Reipublicæ curam susceperit.

Hæc cùm audivisset Justinus, nihil sani animo reputans, nec humanitus casum illum ferens, ex tanto fastu ac tumore in phrenitidem ac dementiam D incidit, adeo ut nihil eorum quæ gerebantur, deinceps intelligeret. Exinde igitur rempublicam rexit Tiberius, oriundus ex Thracia, qui apud Justinū auctoritate & gratia plurimum poterat. Hunc Justinus paulo antea collecto ingenti exercitu adversus Abaros miserat. Sed cùm milites ne aspectum quidem Barbarorum sustinere valuissent, Tiberius penè ab hostibus captus est: nisi divina providentia præter omniū opinio-

Κεφ. ια'.

Ὡς ὁ βασιλεὺς ἰυσῖνο φρενῖτιδι νόσῳ ἁλὼν· τιβέριο ὁ τῆς Φρυγίδο τῶν ὅλων ἀνεδέξαϛο.

Ἅπερ ἐπειδὴ ἠκηκόϛ ὁ ἰυσῖνο, ὀκ ὀρθὰ τύφῳ καὶ ὄγκῳ, οὐδὲν ὑγιὲς ϖερὶ Φρενῶν ἐννοήσας, οὐδὲ ἀνϑρωπίνως τοσοῦτον ἐνεχθεὶς ἀνατλὰς, ἐς φρενῖτιδα νόσου καὶ μανίαν ἐμπίϖϛ, οὐδὲν λοιπὸν τῶν γιγνομένων συνεὶς. διὼκῆ ϑ τὸ πολίτευμα τοῦ ϑείου, ϑρᾴξ μὲν γένο, τὰ ϖρῶτα ϑ ϖαρὰ ἰυσίνῳ φέρων. ὃν καὶ κῆ τῶν ἀδαρανῶν ϖρώτων ἐπεπόμφϛ, πολλῷ ἀγείρας πλῆθο ϛρατοῦ. ὃς καὶ μικρᾷ ἑάλω, τῶν ϛρατιωτῶν μηδ' ὅλως τὴν ϑέαν τῶν βαρβάρων ὑπενεγκάντων, εἰ μὴ ϑεία ϖρόνοια ϖαραδόξως ἔσωσεν

διέσωσε, καὶ ἐς τὴν ῥωμαίων βασιλείαν ἐφύλαξε, κινδυνεύσασαν τοῖς ἰουστίνου παραλόγοις ἐγχειρήμασι, σὺν καὶ τῷ ὅλῳ πολιτεύματι διαῤῥυῆναι, καὶ βαρβάροις τῆς τοιαύτης ἀρχῆς ἐκστῆναι.

A nem eum periculo eripuisset, & Romano Imperio reservasset; quod temerariis Justini consiliis in ejusmodi discrimen adductum fuerat, ut metuendum esset, ne cum universa republica funditùs interiret, & in barbarorum ditionem ac potestatem concederet.

Κεφ. ιϛ'.

Ὡς τραϊανὸς διαπρεσβευσάμενος πρὸς χοσρόην, τὰ τῶν ῥωμαίων ἐπηνώρθωσε πράγματα.

Βουλεύεται τοίνυν βουλὴν ἐπίκαιρον, καὶ τοῖς πράγμασιν ἁρμοδίαν, ἢ τὸ πᾶν ἀνώρθωσε πταῖσμα. τραϊανὸν γὰρ παρὰ τὸν χοσρόην ἐκπέμπουσιν, ἄνδρα λόγιον τῆς συγκλητοῦ βουλῆς, πολιᾷ τε καὶ συνέσει τοῖς πᾶσι τίμιον. οὐκ ἐκ προσώπου τῆς βασιλείας, οὐδὲ μὴν τῆς πολιτείας τὴν πρεσβείαν ἀνοίσοντα, ὑπὲρ δέ γε μόνης σοφίας τὰς διαλέξεις ποιησόμενον. γέγραφε δὲ καὶ αὐτὴ πρὸς χοσρόην, τάς τε συμφορὰς τἀνδρὸς πολιωμένη, τό τε τῆς πολιτείας ἄναρχον, καὶ ὡς οὐ δέοι χήρᾳ γυναικὶ, καὶ βασιλεῖ κειμένῳ, καὶ ἐρήμῃ πολιτείᾳ ἐπεμβαίνειν. καὶ αὐτὸν γὰρ νοσήσαντα, μὴ μόνον τῶν παραπλησίων τυχεῖν, ἀλλὰ γὰρ καὶ τοὺς πάντων ἀρίστους ἰατροὺς πρὸς τῆς ῥωμαίων πολιτείας παρ' αὐτὸν πεμφθῆναι, οἳ καὶ τὴν νόσον διέλυσαν. πείθεται τοίνυν ὁ χοσρόης· καὶ μέλλων ὅσον οὔπω τοῖς ῥωμαίοις ἐπιτίθεσθαι πράγμασιν, ἐκεχειρίαν τριῶν ποιεῖται χρόνων, ἐν τοῖς ἑῴοις μέρεσι· δόξαν τὴν ἀρμενίαν ἐν τοῖς παραπλησίοις μεῖναι. ὡς ἂν αὐτοῦ πολεμῶεν, μηδενὸς τὰ ἑῴα παρενοχλοῦντος. τούτων κατὰ τὴν ἑῶαν πραττομένων, τὸ σίρμιον πρὸς τῶν βαρβάρων ἑάλω· πρώην μὲν ὑπὸ γηπαίδων κρατούμενον, ἰουστίνῳ δὲ πρὸς αὐτῶν παραδοθέν.

Cap. XII.

Quomodo Trajanus Legatus ad Chosroem missus, res Romanorum restituit.

Tiberius igitur consilium cepit opportunissimum & rebus præsentibus accommodatum: quod universam cladem resarcivit. Trajanus enim ad Chosroem missus est, vir prudens, ex ordine senatorio: qui tum ob canitiem, tum ob singularem prudentiam, summo in honore apud omnes erat: non ex Imperatoris aut Reipublicæ nomine Legationem obiturus, sed pro Sophia Augusta duntaxat verba facturus. Quippe illa litteras scripserat ad Chosroem, quibus tum viri sui calamitatem, tum rempublicam Imperatore orbatam deplorabat; addens insultandum non esse mulieri viduæ, & Imperatori mortuo, & reipublicæ desertæ. Nam & ipsum olim, cùm in morbum incidisset, non modò parem humanitatem expertum esse: verùm etiam præstantissimos medicos à republica Romana ad ipsum missos esse, à quibus etiam morbo liberatus fuerat. His postulationibus annuit Chosroes. Et cùm in Romanorum ditionem jam jam invasurus esset, trium annorum inducias pactus est in Orientis partibus. Cautum tamen, ne Armenia simili conditione frueretur; quò bellum illic geri posset, nemine Orientales partes lacessente. Dum hæc in Oriente gererentur, Sirmium oppidum à Barbaris captum est, quod prius quidem Gepidæ occupaverant: postea tamen Justino Imperatori tradiderant.

Κεφ. ιγ'.

Περὶ τῆς εἰς τὴν βασιλείαν ἀναῤῥήσεως τιβερίου, καὶ τῶν ἤθους αὐτοῦ.

Ἐν τοσούτῳ δὲ, καίσαρα τιβέριον βουλεύμασι σοφίας ἰουστῖνος ἀναγορεύει, τοιαῦτα κατὰ τὴν ἀνάῤῥησιν ἐπιφθεγξάμενος, ἃ πᾶσαν ἐκβέβηκε παλαιάν τε καὶ νέαν ἱστορίαν, οὗ φιλανθρώπου

Cap. XIII.

De nuncupatione Imperatoris Tiberii, & de moribus ejusdem.

Sub idem tempus, Justinus suadente Sophia Tiberium Cæsarē renuntiavit. Qua in nuncupatione, ejusmodi orationem habuit quæ omnem historiā transcendit, tam veterem, quàm recen-

tem: cùm clementissimus Deus hoc ei spatium temporis concessisset, tum ad propria delicta confitenda, tum ad salubria consilia suggerenda pro utilitate Reipublicæ. Congregatis enim in atrio Imperialis palatii, ubi hæc fieri mos est, Joanne Patriarcha cujus supra meminimus, unà cum sacerdotibus suis & magistratibus atque honoratis; cunctis denique qui in palatio militabant, Justinus Imperatoria tunica & purpurea chlamyde Tiberium vestiens, edita voce ita palam locutus est. Ne te in errorem inducat vestis tuæ magnificentia, nec pompa rerum quæ sub aspectum cadunt. Quibus ego in fraudem inductus, imprudens extremis me supplициis obnoxium reddidi. Sed tu errata mea corrigito, omni cum lenitate ac mansuetudine Rempublicam regens. Tum Magistratus digito demonstrans: Cave, inquit, ne his credas. Hi enim in hunc quem vides statum me deduxerunt. Adjecit etiam ejusdem modi alia, quæ summam admirationem omnibus incusserunt, & immensam lachrymarum copiam elicuerunt. Fuit autem Tiberius corpore maximo procero, & cum proceritate staturæ, venustissimus non Imperatorum modò, verum etiam omnium mortalium, quantum quis conjectura assequi potest: adeo ut primùm quidem forma ejus digna esset imperio. Animo autem lenis fuit atque humanus, & qui primo statim intuitu cunctos comiter excipere et. Summas esse divitias existimabat, largiri omnibus, & erogare non ad necessitatem solum sublevandam, verùm usque ad affluentiam. Neque enim quidnam accipere deberent poscentes, considerabat, sed quid Imperatorem Romanum dare deceret. Aurum porrò illud adulterinum censebat, quod cum lachrymis provincialium collectum fuerat. Quam ob rem unius anni tributum collatoribus remisit: & possessiones quæ ab Adarmane vastatæ fuerant, tributaria functione relevavit, non pro modo detrimenti quod passæ fuerant, sed multo uberiùs atque prolixiùs. Remissæ sunt etiam magistratibus illegitimæ munerum oblationes, quibus antea Imperatores subditos suos illis vendere consueverant. Constitutiones quoque his de rebus scripsit, posterorum securitati prospiciens.

A θεῖ ἐνδόντος καιρὸν ἱκανὸν τάς τε ἰδίας ἐξαμπεῖν ἁμαρτίας, τάς τε χρησιμοποιεῖσθαι ὑπὲρ τῆς πολιτείας συμβουλίας. ἀθροισθέντων γὰρ ἐν τῷ βασιλείῳ αὐλῇ, ἔνθα πάλαι ἔθος λέγειν τὰ τοιαῦτα γίνεσθαι, τότε δὴ μνείας ἐποιήσατο Ἰωάννου, ὃς πρόσθεν ἐμνήσθημεν, καὶ τῶν ἀμφ' αὐτὸν, τῶν τε ἐν ἀξιώσεσι τελούντων καὶ τῶν τὰ λοιπὰ αὐλικῶς ἐσθιόντων, τὰ βασιλικὸν χιτῶνα ἐνδιδύσκων Τιβέριον, καὶ τὴν χλαῖναν περιθείς, ἀναφανδὸν κεκραγυίας εἶπε. μὴ πλανάτω σε τῆς ἀμπεχόνης ἡ σεμνότης, μηδὲ τῶν ὁρωμένων ἡ σκληρότης. εἰς ὑπαγόμενος, ἑλαθόν ἐμαυτὸν ταῖς ἐσχάταις περιπεσόντα ὀδύναις. ἀνόρθωσον τὰς ἐμὰς ἁμαρτάδας, διὰ πάσης εὐπαθείας ἄγων τὸ πολίτευμα. καὶ τὰς ἄρχοντας ὑπὸ ὀργῆς ἐλεγμοῖς ἔφη χρῶ τούτοις πείθεσθαι, πρὸς ἃ θεὶς ὡς αὐτὸς μετ' ὀργῆς ἤγαγον, καὶ τέρατα τοιαῦτα ἀπὸ ἁπάντων ἐς καταπλήξεις δακρύων ἁμίστων χύσιν ἤγαγε. τῷ δὲ γε Τιβερίῳ μέγιστός τε τὸ σῶμα ἐς ὑπερογκίαν διαπρεπέστατος μᾶλλον εἰπεῖν τις ἐκάστου βασιλέων μόνων, ἀλλὰ καὶ πάντων ἀνθρώπων. ὡς πρῶτον μὲν τὸ εἶδος ἄξιον τυγχάνειν εἶναι τὴν ἡγεμονίας. τὴν δὲ ψυχὴν ἤπιός τε καὶ φιλανθρωπος, δύσκολος ἀπὸ βλέμματος ἅπαντας δεξιούμενος· πλεῖστον ἡγούμενος, τὸ παρασχεῖν ἐπαρκεῖν πρὸς τὰς ἐπιδόσεις, ἃ μὴ μόνον τὴν χρείαν, ἀλλὰ καὶ τὸ περιττὸν κατὰ ὅτι λαβεῖν ὄφλον οἱ δεόμενοι, τοῦτο διεκπραττόμενος· ἀλλ' ὅπερ βασιλέα ῥωμαίων δῶρα πρέπει. κίβδηλον δὲ τὸν χρυσὸν ἡγεῖτο τοῖς ἀπὸ δακρύων ἥκοντα. ὅθεν ἀμέλει τὴν τε δασμολογίαν τοῖς συμβαλοῦσιν ἐπαφῆκεν ἑνὸς τέλεσι χρόνου. τάς τε κλήσεις ἅπερ ὁ Ἀδραμάνου ἐλυμήνατο, τῶν ἐπικειμένων τελῶν, ἃ μὴ τὸ μέτριον τῆς βλάβης, ἀλλὰ καὶ πολλῷ παθυπερέφερον ἠλευθέρωσεν. ἀφεῖτο δὲ καὶ τοῖς ἄρχουσιν αἱ ἄθεσμοι δόσεις, αἷς πρόσθεν οἱ βασιλεῖς τοὺς ὑπηκόους ἐπίπρασκον· καὶ ὑπὲρ τούτων καὶ διατάξεις ἔγραψε, τὸ μέλλον κατασφαλισάμενος.

A

Κεφ. ιδ'.

Ὡς ὁ βασιλεὺς τιβέριος στρατὸν πολλὴν ἀγείρας καὶ χοσρόην τὸν στρατηγὸν ἰουστινιανοῦ ἐξαπορείλας, τῆς ὅλης τῶν ῥωμαίων γῆς ἀπέλασεν.

Τοῖς τοίνυν κακῶς συλλεγεῖσι χρήμασιν ἐς δέον χρησάμενος, τὰ πρὸς τὸν πόλεμον ἐξηρτύετο· καὶ τοσοῦτον ἀγείρει στρατὸν ἀνδρῶν ἡρώων, ἔκ τε τῶν ὑπὲρ τὰς ἄλπεις ἐθνῶν, τὰ ἀμφὶ τὸν ῥῆνον ἀρισίνδην κραλογήσας, τά τε ἐν τοῖς τῶν ἄλπεων, μασσαγετῶν τε καὶ ἑτέρων σκυθικῶν γυιῶν. καὶ τὰ πρὸς παιονίαν τε μυσούς, καὶ ἰλλυριούς, τε ἰσαύρους ὡς B σύνεγγυς πεντήκοντα τε ἑκατὸν χιλιάδων εἶλας ἱππέων ἀρίστων ἐγκαταστήσασθαι, ἐξῶσαί τε τὸν χοσρόην, μὴ τὴν δάρας ἄλωσιν, εὐθὺς ἀνὰ τὸ θέρος ὑπὸ τὴν ἀρμενίαν ἐλάσαντα, ἐκεῖθέν τε τὰς ὁρμὰς ὑπὸ τὴν καισαρείαν ἔχοντα τῶν καππαδοκῶν ἀρχήν, καὶ τῶν αὐτόσε πρακθῆναι πόλεων. ὡς τοσοῦτον ὑπερεφρόνει τὴν ῥωμαίων ἀρχὴν, ὅτι γε πρεσβευσαμένου καισαρος, οὐκ ἠξίωσε τῆς ὡς αὐτὸν ἐσόδου τοῖς πρέσβεσι μεταδοῦναι· ἕπεσθαι δὲ τούτοις διεκελεύετο μέχρι τῆς καισαρος. ἐκεῖσε γὰρ τῆς πρεσβείας διασκοπεῖν ἔλεγεν. ὡς δ' ἂν ἀμφὶ μέτωπον εἶδε τὸ ῥωμαίων στράτευμα ὑπὸ ἰουστιανῷ τεταγμένον, τὰδελφῷ ἰουστίνου τοῦ πρὸς ἰουστίνου δεινοπαίως ἀνῃρημένου, ἀκριβῶς ἐξωπλισμένον, τότε σὺν ἀλίῳ τὰς σάλπιγγας ἠχέσας, καὶ τὰ σημεῖα πρὸς μάχην αἰρόμενα, τόν τε στρατιώτην φονῶντα, τε θυμοῦ μὴ τῆς ἐς ἄγαν εὐκοσμίας πλέοντα, ἵππον τε τοσαύτην τε τοιαύτην, ὧν ἐδεὶς πω πόλεμος βασιλέων ἐφαντάσθη, πολλά γε ἐπιθειάσας, ἀνώμωξε μύχιον πρὸς τὸ ἀνέλπιστε ἀδόκητον καὶ μάχης ὀκνῆσθαι ἄρχειν. ἀναβαλλομένου δ' αὖπω καὶ διαμέλλοντι, καὶ τὸν καιρὸν τρίβοντι, καὶ σοφιζομένου τὴν μάχην, ἔπεισι κέρας ὁ σκύθης, ἀνὴρ δὲ δεξιὸν κέρας ἡγούμενος· καὶ μὴ οἷόν τε γυμνούμενον ἐνεγκεῖν τὴν ἐμβολὴν τῶν καθ' αὐτὸν πρῶν, ἐκλελοιπότων σφᾶς μάλα λαμπρῶς τὴν τάξιν, πολὺν μὲν εἰργάσατο φόνον τῶν ἀπεναντίας. ἔπεισι δὲ τοῖς ἄραγοις, ἔνθα καὶ τὴν ἀποσκευὴν, ὅτε χοσρόης καὶ ὁ σύμπας εἶχε στρατός. αἱρεῖ τε τὰ βασιλικὰ κειμήλια ἅπαξάπαντα, καὶ μὲν καὶ τὴν ἀποσκευὴν ἅπασαν, ὁρῶντος μὲν χοσρόε,

Cap. XIV.

Quomodo Imperator Tiberius collectis ingentibus copiis, & Justiniano duce contra Chosroem misso, eum ex Romanorum finibus expulit.

Pecunia igitur malis artibus partâ bene usus, res ad bellum necessarias comparavit: tantumque numerum fortissimorum militum collegit, tum ex gentibus Transalpinis quæ circa Rhenum habitant, tum ex Cisalpinis: ex Massagetis præterea, aliisque Scythicis nationibus; ex Pannonia item ac Mœsia, & ex Illyriis atq; Isauris, optimo quoq; viritim lecto: ut propè centum & quinquaginta hominum millia turmis præstantissimorum equitum inseruerit, & Chosroem fugaverit: Qui post captam urbem Daras, confestim æstivo tempore in Armeniam irruperat, atq; inde Cæsaream Cappadociæ & reliquarũ illic urbium metropolim invadere meditabatur: Romanorum autem Imperium tantopere despiciebat, ut cùm Cæsar Legatos ad eum misisset, eos ad conspectum suum minime admiserit, sed usq; ad urbem Cæsaream sequi ipsum jusserit. Illic enim se eorum legationem auditurum esse ajebat. Verùm ubi Romanorum exercitum contra se stare vidit, duce Justiniano, fratre Justini ejus qui ab Imperatore Justino crudeliter occisus fuerat: probè instructum atq; armatum, & tubas bellicum canentes, & signa ad committendam pugnam in altum sublata: militem præterea cædis avidum, & cum pulcherrimo ornatu iram ac furorem anhelantem; tantum deniq; ac talem equitatum, quantum nullus unquam ex Imperatoribus animo conceperat: vehementer obstupefactus, altum ingemuit ob rem tam insperatam atque inexpectatam, nec pugnam ordiri unquam voluit. Cùm igitur prælium differret, & cunctabundus tempus tereret, & pugnam duntaxat simularet, Curs Scytha qui dextro cornui præerat, impetum in eum facit. Cumque Persæ impetum illius sustinere non possent, sed aperte ordines desererent, Curs maximam hostium stragem edidit. Deinde extremum agmen Persarum aggressus est, ubi Chosroes & universus ejus exercitus, impedimenta ac sarcinas habebat. Cunctos igitur regis thesauros & universas sarcinas cepit, ipso Chosroe spectante

atque tolerante, & impressionem suam facilius quàm impetum Curs sustineri posse existimante. Hoc modo Curs unà cum suis militibus, maximis opibus ac spoliis potitus, & jumenta cum omnibus sarcinis abducens, inter quas erat etiam ignis sacer quem Chosroes ut Deum colebat: Persarum quidem exercitum circumivit, lætum Pæanem canens: circa primam autem facem reversus est ad suos, qui jam stationes suas reliquerant: Cùm neq; Chosroes: neq; ipsi pugnam exorsi essent, sed leves duntaxat velitationes utrimq; exA κὼ ἐγκαρτερῶν Θ, ἀνεκλόητον ἢ τῆς ἑαυτῶ ἐπιφορᾶς ἕ κρείττω ἡγεμένω. ὅτ Θ μὲν οὖν σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν μεγάλων χρημάτων κὼ λαφύρων ἐγκρατὴς γενόμεν Θ, τά τε σκευοφόρα τῶν ζώων σὺν κὼ αὐτοῖς φορτίοις ἄγων, ἐν οἷς κὼ τὸ χοσρόε σεβασὸν πῦρ, ὁ θεὸς καθεστήκ, περιελαύνε μὲν τὸ τῶν Περσῶν στρατόπεδον παιανίζων. ἀφικνεῖται δ' πάλιν ἐπὶ τοὺς ἑαυτῶν κείους ἀμφὶ τὰς ἐπιλυχνίους ὥρας, κὸν ἀναλυθέντας ἐκ τῶν τάξεων, μήτε χοσρόε μάχης ἄρξαντ Θ, μήτε μὴν αὐτῶν μόνων δέ τινων ἀκροβολισμοῦ γενομένων, ἢ εἴπερ γε εἰς πρὸς ἕνα συνεπλάκη ἐξ ἀμφοῖν τῶν στρατοπέδοιν ὅπερ εἰώθ γίγνεσθ. συμπολλὰ τῇ νυκτὶ ὁ χοσρόης ἀναψας, πρὸς νυκτομαχίαν παρεσκευάζετ. κὼ δυοῖν στρατοπέδοιν τοῖς ῥωμαίοις γενομένοιν, ἕπεισιν αὐτοῖς τῶν νυκτῶν, τοῖς ἀμφὶ τὸ βόρειον μέρ Θ. ὧν ὑποχωρησάντων τῷ αὐτοῦ τε κ ἀνακτῶ, πλησιάζουσι μελιτινῇ ἔπεισι τῇ πόλει ἀφυλάκτῳ κ ἐρήμῃ πολιτῶν καθεστώσῃ. κὼ πᾶσαν συρπολήσας, πρὸς τὴν διάβασιν τοῦ εὐφράτου παρεσκευάζετο πόλεμον. ὡς δ' ἀλιθὲν τὸ στράτευμα τῶν ῥωμαίων εἰπελπίσας ἀπὸ τῆς ἑαυτῶ σωτηρίας, αὐτὸς μὲν ὑποφανὶς ἐπὶ βάς, τὸν πόλεμον ἐπεραιώθη. τῶν δὲ ἀμφ' αὐτὸν πολὺ πλῆθ Θ τοῖς τοῦ πόλεμοῦ ῥεύμασιν ἐκπνιγέν. ὃς ὑποπιγέντας λαβὼν, ἀπιὼν ᾤχετ. χοσρόης μὲν ἐν ταύτῃ τῇ ὑστάτῃ ποιησάμ τῆς ἐς ῥωμαίους τοσαύτης παρανομίας καθαρθεὶς, σὺν κὼ τοῖς ἀπεσταλμένοις, τὰ ἑῶα καλειμένοις, ἔνθα τὴν ἐπιχειρησίαν εἶχεν, ὡς ἂν μή τις αὐτῷ ἐπιθοῖ. ὁ δὲ γενναῖος ἰουστινιανὸς, ἐσβαλὼν σὺν παντὶ τῷ στρατοπέδῳ τὴν τῶν Περσῶν ἐπικράτειαν, ὅλην τὴν χειμερινὴν ὥραν αὐτοῦ διήγαγε, μηδενὸς παντάπασιν ἐνοχλήσαντ Θ. ἐπανῆκε μὲν ἔν ἀμφὶ θερινὰς τροπὰς, ἀδὲν ὅλως ἀποβαλὼν τῶ στρατεύματος κὼ σὺν εὐπαθείᾳ, κὼ κλέει πολλῷ παρ' ἀνθρώποις ἐθέριζε τὰ μεθόρια.

B ergò interdum unus aut alter ex utroq; exercitu, sicut fieri solet, singulari certamine inter se congressi essent. Sequenti nocte Chosroes multis ignibus accensis, ad nocturnam pugnam se paravit. Cumq; Romanorum exercitus in duo castra divisus esset, nocte intempesta irruit in eos qui ad Septentrionem locati erant. Quibus ob repentinum atq; inexpectatum superventum in fugam versis, Melitinam urbem in proximo sitam invadit, quæ tunc præsidio atque incolis vacua erat. Hanc cùm integram concremasset, ad fluvium Euphratem trajiciendum se se accingit. Sed cùm Romanus exerciC tus in unum collectus eum insequeretur, ipse saluti suæ metuens, conscenso Elephanto amnem trajecit. Eorum verò qui circa illum erant ingens multitudo, Euphratis fluentis obruta est. Quos ille aquis suffocatos cùm accepisset, inde abscessit. Chosroes igitur cùm has ultimas pœnas pro contumeliis quibus Romanum Imperium affecerat persolvisset, unà cum iis qui evaserant, in Orientis partes profectus est, ubi pactas habebat inducias ne quisquam ipsum aggrederetur. At Justinianus cum universo exercitu RomaD no in Persidem ingressus, totum hiemis tempus ibi transegit, nemine prorsus illi molestiam exhibente. Sub æstivum autem solstitium reversus est, nulla omnino parte copiarum amissa: & cum summa felicitate ac gloria, circa utriusque Imperii confinia æstatem exegit.

A

Κεφ. ιε'.

Ὅτι χοσρόης δυσθυμήσας διὰ τὴν ἧτταν ἐτελεύτησεν· ὁ δὲ υἱὸς αὐτοῦ ὀρμίσδας, τῆς περσῶν ἀρχῆς ἀνελαύνει.

Τῶ δὲ χοσρόη μύριον ἀχος ἐπιχυθὲν, ἀλύουσα ἀμηχανία, καὶ τῆ παλιρροίᾳ τῆς λύπης καταπονωθεῖσα, τὸ βίου δειλαίως ἀφείλετο, σήλω ἀθανάτω τῆς αὐτοῦ φυγῆς ἀναθεῖσα, ὃν γέγραφε νόμον, μηκέτι βασιλέα περσῶν κατὰ ῥωμαίων στρατηγεῖν. βασιλεύει δ' ὀρμίσδης ὁ τούτου παῖς· ὃν καὶ ἑαυτόν, ἐπεὶ τὰ ἔξης πρὸς ἑαυτά με καλεῖ, καὶ τὴν ἑῶ τοῦ λόγου ἀπεκδέχεται.

B

Cap. XV.

Quomodo Chosroes cladem suam aegre ferens, ex hac luce migravit, & filius ejus Hormisda ei in regnum successit.

CHOSROEM verò anxium & ad consilii inopiam redactum, & reciprocis doloris fluctibus submersum, immensa quædam ægritudo animo ejus obfusa, ex hac vita subduxit: cùm perpetuum fugæ suæ monumentum posteris reliquisset legem illam quam scripsit, ne posthac Persarum Rex contra Romanos exercitum duceret. Post hunc Hormisda ejus filius, Persarum regnum suscepit. Sed ista nunc omittenda sunt, quandoquidem sequentia me ad se vocant, & sermonis nostri cursum expectant.

Κεφ. ις'.

Τίνες ἐπίσκοποι τὸ τίμιον τοῦ μεγάλου θρόνου ἦσαν παρειλήφασι.

Ἰωάννου τοῦ καὶ καλεμένου τὴν ἐπ' ἐσθῆτι μεταξὺ διαίτης βόνωσος τοῦ τὰς τῆς ἐπισκοπῆς ῥώμης ἐγχειρίζεται, καὶ μετ' αὐτὸν ἕτερος ἰωάννης, πελάγιός τε αὖ. τὸν δὲ βασιλίδου μετὰ ἰωάννην, ὀπτός γε αὐτὸν εὐτύχιος. μετὰ δὲ ἀπολινάριον ἰωάννης τὸν ἀλεξανδρείας διαδέχεται θρόνον, μεθ' ὃν εὐλόγιος. ἐπὶ δὲ τὴν ἱεροσολύμων ἄνεισιν ἱερωσύνην, μετὰ μακάριον ἰωάννης, ἐν τῆ καλουμένη τῶν ἀκοιμήτων μονῆ τὸν ἄσκηθον βίον ἀγωνισάμενος, μηδενὸς νεωτερισμοῦ ἕνεκα περὶ τὴν ἐκκλησιαστικὴν κατάστασιν.

C

Cap. XVI.

Quinam eo tempore majorum Ecclesiarum fuerint Episcopi.

PER idem tempus, cùm Joannes qui alio nomine Catelinus dicebatur, ex hac vita migrasset, Bonosus Episcopatus Romani gubernaculum suscepit. Huic successit Joannes alter, quem deinde excepit Pelagius. Constantinopolitanæ autem Ecclesiæ sacerdotium Joanne mortuo recepit Eutychius, qui jam ante Joannem illud obtinuerat. Alexandrinam verò sedem post Apolinarem rexit Joannes, & post Joannem Eulogius. Ad Hierosolymitanæ autem Ecclesiæ pontificatum post Macarium evectus est Joannes, qui in Acœmitensi monasterio religiosæ vitæ instituta didicerat: nec quidquam rerum novarum in Ecclesia tentatum est.

Κεφ. ιζ'.

Περὶ τοῦ γενομένου ἐπὶ τιβερίου ἐν ἀντιοχείᾳ σεισμοῦ.

Ἀνὰ δὲ τὴν θεσπολιτῶν, καὶ τὴν γείτονα δάφνην, τιβερίου καίσαρος τρίτον ἔτος τὴν βασιλείαν διακυβερνῶντος, κλόνος τε τῆς γῆς γέγονεν ὀξύτατος ἐς αὐτὸ τῆς μεσημβρίας τὸ σφοδρώτατον, ὅτε καὶ σύμπασα δάφνη τῶν σεισμῶν ἔργον γέγονε, τῶν ἐν θεσπόλει δημοσίων καὶ ἰδιωτικῶν οἰκοδομῶν διαῤῥαγεισῶν μὴ μέχρι τῆς γῆς αὐτῆς. ἀμυδὸν ἐς ἔδαφος γόνυ κλινασῶν. γεγόνασι δὲ καὶ ἕτερα ἔνια λόγου πολλοῦ ἄξια, ἀνά τε θεσπολιν αὐτὴν καὶ τὴν βασιλεύουσαν.

D

Cap. XVII.

De Terræ motu qui Tiberii temporibus contigit Antiochiæ.

ANTIOCHIÆ verò & in suburbano Daphnensi, cùm Tiberius Cæsar annum tertium Imperii ageret, ipso meridiei ferventissimo æstu, ingens extitit terræ motus. Quo Daphne quidem universa funditus prostrata est: Antiochiæ verò ædificia, tam publica, quàm privata, ad terram usq; disrupta, nec tamen collapsa sunt ad solum usque. Alia quoq; nonnulla, commemoratione inprimis digna, tum in eadem urbe, tum Constantinopoli con-

tigerunt, quæ utramq; urbem non mediocriter commoverunt, & in maximas turbas conjecerunt: Initium quidem fortita ex zelo Dei, finem verò prorsus Deo dignum consecuta. De quibus jam aggrediar dicere.

Cap. XVIII.

De motu adversùs sceleratum Anatolium.

Erat tunc Antiochiæ Anatolius quidam, vir initio quidem unus ex plebe, & ex sellulariis opificibus; sed qui postea ad Magistratus & ad alia munera nescio quo modo irrepserat. In ea igitur urbe degens, quæ tum habebat negotia administrabat. Ex quo factum est, ut maximam familiaritatem contraheret cùm Gregorio illius urbis Antistite. Quippe illum adibat frequentissimè, partim ut cum eo colloqueretur, partim ut ex crebra ejusdem consuetudine majorem sibi auctoritatem conciliaret. Hic aliquando diis sacrificasse deprehensus est. Cumque eo nomine in judicium vocatus esset, inventus est sceleratus ac præstigiator, & innumeris flagitiis coopertus. Verùm Comitem Orientis corrupit pecuniâ, parumque abfuit quin dimitteretur unà cum sociis: habebat enim alios ejusdem farinæ homines, qui simul cum ipso comprehensi fuerant: nisi populus insurgens, gravi seditione excitata id consilium discussisset. Sed & contra ipsum Antistitem vociferabantur, eum quoq; illius consilii participem esse clamantes. Turbulentus etiam atque exitialis quidam dæmon nonnullis persuaserat, eum detestandis sacrificiis unà cum Anatolio interfuisse. Hac de causâ Gregorius in extremum discrimen adductus est, cùm populus gravissimas in illum impressiones fecisset. Atq; hæc suspicio tantopere increvit, ut Tiberius quoq; Imperator ex ipsius Anatolii ore veritatem discere voluerit. Jussit igitur ut Anatolius cum sociis ad urbem Regiam confestim perduceretur. Quo comperto, Anatolius ad imaginem Deiparæ quæ funè appensa erat in carcere, procurrens manibus post tergum circumplicatis, supplicis atque orantis speciem palam exhibuit. At illa hominem detestata, & sceleratum Deique hostem coarguens, faciem suam penitùs retrò avertit: spectaculo plane horrendo, & sempiterna memoria digno, quod ab universis,

ἅπερ ἀμφοτέρας ἀνελάσαξε καὶ ἐς μεγίστους θορύβους ἐξεβάκχευσε, τὴν ἀφορμὴν ὀρθὴν ζήλῳ λαχόντα, καὶ πέρας θεοπρεπὲς δέξαμθρα, ἀπ' ἀρχῆς λέξων ἄρχομαι.

Κεφ. ιή.

Περὶ τῆς ἐπαναστάσεως, ἣν κατὰ τοῦ ἐναγοῦς Ἀνατολίου.

Ἀνατόλιός τις, πρῶτα μὲν εἰς τὸν τῶν λαῶν τε καὶ ὑποδυφείων καθεστὼς, ὑστερον δ' ἀρχαῖς τε καὶ ἑτέραις τιμήμασιν οὐκ οἶδ' ὅπως ἐπεσφρήσας ἑαυτὸν, ἀνὰ τὴν θεοπολιτῶν τὴν διαίταν εἶχεν. ἔνθα καὶ διῳκεῖτο τὰ ἐν χερσὶ πράγματα ἐξ ὧν καὶ σωτὸς μᾶλλον ἐς χρηματισμὸν γεγονὼς τῷ τῆς αὐτῆς πόλεως προέδρῳ συχνά τε σὺν αὐτῷ ἐφοίτα, τὰ μὲν, καὶ πράγματα διαλεξάμενος. τὰ δὲ, καὶ μείζω δύναμιν ἐν τῆς πρὸς αὐτὸν ἀρχαιότητος μνώμενος. ὅθεν ἐπὶ θυσίαις ἤλω, καὶ πρὸς εὐθύνας κληθεὶς, ἐφωράθη ἐξάγιος, καὶ γόης, καὶ μυρίοις ἀτοπήμασιν ἐνειλημένος. ἐξωνεῖται δὲ τὸν τῆς ἐφόδου ἡγεμόνα καὶ μικρὸν ἂν ἀφεῖτο σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν. εἶχε γὰρ καὶ ἑτέρους ὁμοτρόπους, οἳ σωπλωσαν εἰ μὴ γε ὅλεως ἀνασὰς, καὶ πᾶν τὸ κυκήσας τὸ σκέμμα διέλυσεν. ἐπεβόων δὲ καὶ τῇ ἱερέως φάσκοντες καὶ αὐτὸν κοινωνῆσαι τῆς βουλήματος. ταραξίας δέ τις καὶ ἀλιτήριος δαίμων ἐνέπεισεν ἐνίοις, ὡς καὶ θυσίας σὺν ἀναστολίῳ παρενέβαλεν. ἐνθένδε καὶ πρὸς ἔσχατον ἦλθε κινδύνου τοῦ, ἐφ' ὧν μεγάλων καθ' αὐτοῦ πρὸς τὸ δῆμον γνωμένων. καὶ τοσοῦτον ἦρθη τὰ τῆς ὑποψίας, ὡς καὶ βασιλέα τιβέριον ζητῆσαι τὴν ἀλήθειαν διὰ τῆς ἀναστολίου φωνῆς ἐκμαθεῖν. κελεύει δὲ καὶ ἀναστόλιον καὶ σὺν αὐτῷ τοὺς ἀμφ' αὐτὸν τὴν βασιλέως τάχιστα καταλαβεῖν. ἅπερ ἐγνωκὼς ὁ ἀναστόλιος, ἐπί τινος εἰκόνος τῆς θεοτόκου τὴν εἰρκτὴν καλῶς διῳκημένης, ἐκθορὼν, καὶ ὀπίσω τὰ χεῖρε περιερείσας, τὸν ἱκέτου σχῆμα καὶ δέησιν ἀπήγγειλεν. ἡ δὲ, μυσαχθεῖσα καὶ τὸν ἐναγῆ καὶ θεομισῆ διελέγξασα, τέλεον ἐκ τοὐμπαλιν μετεστράφη, θαῦμα φερικῶδες, καὶ τῆς ἀεὶ μνήμης ἄξιον. ὅπερ ἐπὶ

πάντων τῶν τε ἐμφρουρείων, τῶν τε αὖ τῶν φυλακὴν αὐτῶν καὶ τῶν ἀμφ' αὐτὸν πεπιστευμένων ὁρᾶσθαι, τοῖς πᾶσι δι' ἡμέρας ἐδηλώθη. ὤφθη δὲ καὶ ὑπαρ πισι τῶν πιστῶν, παρατρυνῶσα κατὰ τοῦ ἀλάστορος, φάσκουσα τε τῷ αὐτῆς υἱῷ τὸν ἀναβολιον ἐνυβρίσαι. ὡς δὲ καὶ τῶν βασιλέως ἤκουσε, πᾶσαν τε αἰτίας ὑπερβολὴν ὑποστᾶσα, ὅσον ὅλως κατὰ τοῦ ἱερέως ἔχειν εἰπεῖν, μᾶλλον καὶ μᾶλλον ἐθορύβων, καὶ παντοίημα στάσεως ἅπτου τῇ πόλει συνετοῖς ἀμφ' αὐτὸν γέγονεν. ἐνίους γοῦν τῶν ψῆφον δεξαμένων ἐξορυχίζουσαν, ἐμοὶ ἀναρρῆσαν, θείῳ τινὶ ζήλῳ πυρωθεὶς ὁ δῆμος, ἅπαντα διεφάραξεν, ἀγριαίνων τε καὶ χαλεπαίνων. ὅσους μὲν ἐξορυχίζειν ἔδοξε ἀναρπάσας, ἀκαλύπτους ἐμβιβάσας, πυρὶ ζῶντας παρέδωκε, καὶ δήμου τῶν ψῆφον ἐξενέγκαντος. καθεδόντων δὲ βασιλέως καὶ δυτυχίου τοῦ Σοφῶν ἱερέως, ὡς τῶν πίστιν προδόντων. οἱ καὶ διαχρήσασθαι τὸν δυτύχιον ἔμελλον, καὶ τοὺς τὴν ζήτησιν ἐμπεπιστευμένους, πάλαι προδιώκτας, καὶ τούτους ἀνερευνώμενοι, εἰ μή γε ἡ πάντων σωτῆρα πρόνοια, σκεύους μὲν ὃν τῶν ζητούντων ἀνῆρπασε, τὸν δὲ θυμὸν ἔτοσοῦτον λεὼ καθ' ὁμικρὸν καθήνασε, μηδενὸς ὃν χερῶν ἀποπνιγόμενον. καὶ αὐτὸς δὲ ἀναβολιος θηρίοις προτερούμενος τὸ ἀμφιθέατρον προσδοθεὶς, καὶ πρὸς αὐτῶν τὸ σῶμα διασπασθεὶς, ὕστερον ἀνεσκολοπίσθη, οὐδ' ὅτῳ τῶν ἐπιτηδείων ποινῶν λύσιν ἐφάμιλλον. λύκοι γοῦν τὸ μιαρὸν ἀπὸ σῶμα καθαγαγόντες, ὃ καὶ ἱστορηθὲν πώποτε πρὸς θοίνην διενείμαντο. ἦν δέ τις τῶν παρ' ἡμῖν, ὃς καὶ πρὶν ταῦτα γενέσθαι ἔλεγε καθ' ὕπνους ἰδεῖν, ὡς ἥκοι ἀναβολιος ψῆφον καὶ τῶν ἀμφ' αὐτὸν, τῷ δήμῳ ἐδόθη· καὶ μέγας δέ τις τῶν βασιλικῶν οἰκιῶν πρέσβεως ἰσχυρῶς μᾶλλον τοῦ ἀναβολίου ὑπερασπίζων, εἰκότως θεάσασθαι τὴν θεοβόκον λέγουσαν, μέχρι τίνος ἀνέξεται ἀναβολιος, ἕως ἐς αὐτήν τε καὶ τὸν αὐτῆς παῖδα ἐνυβρίσαι. Καὶ ταῦτα μὲν, ἐλήξεν ὧδε.

A tam qui in carcere inclusi detinebantur, quam iis quibus Anatolii & sociorum custodia commissa erat, visum, omnibus renuntiatum est. Apparuit etiam interdiu Deipara nonnullis Fidelium, incitans eos adversus pestem illam; & filium suum ab Anatolio contumelia affectum esse dicens. Ubi verò Constantinopolim perductus est, & gravissimis tormentis exeruciatus, adversus Gregorium Episcopum nihil prorsus habuit quod diceret, majorum adhuc motuum & publicæ seditionis ipse unà cum sociis, in ea urbe auctor exstitit. Nam cùm nonnullos eorum B in exilium mittendos esse, non autem capite plectendos pronuntiatum fuisset, populus divino quodam zelo succensus cuncta permiscuit, indignatione percitus & efferatus. Cumque eos qui exilio damnati fuerant corripuisset, lembo impositos, injecto igne vivos concremavit, populo hanc in illos ferente sententiam. Contra Imperatorem quoque, & contra Eutychium ipsorum Episcopum vociferabantur, tanquam fidei proditores; paratique erant Eutychium interficere, & eos quibus causæ hujus cognitio mandata fuerat; C quos ubique circumeundo investigabant: nisi divina providentia omnium conservatrix, istos quidem ex quærentium manibus eripuisset; tantæ verò multitudinis furorem paulatim sedasset, ita ut nullum atrox facinus populari violentia perpetratum sit. Porro ipse Anatolius in amphitheatro bestiis objectus, & ab iisdem laniatus, postea cruci suffixus est. Sed ne sic quidem suppliciorum quæ hac in vita sensit, finem est sortitus. Lupi enim impurum ejus corpus cùm ex cruce detraxissent, quod quidem nunquam antea visum fuerat, vorandum inter se diviserunt. Quidam etiam ex nostris, antequam hæc fierent, affirmavit, vidisse se in somnis, quemadmodum adversus Ana- D tolium ejusque socios sententia à populo lata esset. Ad hæc illustris quidam Imperialium domuum Præpositus, qui Anatolium acerrime defendebat, visam sibi dixit esse Deiparam dicentem, quo usque tandem defenderet Anatolium, qui tum ipsi, tum Filio ipsius, tantam contumeliam irrogasset. Et hæc quidem ejusmodi exitum habuerunt.

A

Cap. XIX.

De Mauricii ducatu, deque ejus virtutibus.

Cæterum Tiberius post mortem Justini, cùm jam Imperialem coronam gestaret, Justiniano potestatem abrogavit, eò quòd non eadem qua prius felicitate adversus Barbaros uteretur. Mauricium verò ejus loco Magistrum Orientalis militiæ constituit, qui genus quidem ac nomen ex seniore Roma traxerat: patriam verò habebat Arabissum, urbem Cappadociæ, in quâ noviſſimi ejus parentes se se receperant. Erat hic vir prudens ac solers, & B usquequaque accuratus & constans. Qui cùm in victu ac moribus constans esset atque exactissimus, nec gulæ unquam inserviit, iis duntaxat rebus utens quæ necessariæ & paratu faciles essent: nec aliis voluptatibus quibus intemperantes homines se se oblectare solent. Vulgus hominum non facile ad colloquium admisit: nec aures promiscuè omnibus præbuit: quippe qui sciret illud quidem contemptum parere; hoc verò adulationi proximum esse. Rarò copiam dabat ipsum conveniendi, idq; non nisi de rebus seriis. Superfluis autem sermonibus aures suas obturabat, non quidem cera, ut est apud Poetam, sed C ratione: ita ut optima aurium clavis esset ratio, quæ opportune illas in colloquiis & aperiret & clauderet. Porro inscitiam, quæ mater est temeritatis, & ab ea disjunctam, ac nihilominus conjunctam ignaviam, ita à se depulerat, ut quoties in discrimen veniret, prudentiæ: quoties cunctaretur, securitati adscribendum esset. Quippe fortitudo ac prudentia opportunitatibus temporum, veluti equo cuidam insidebant, & habenas moderabantur juxta id quod utilitas Reipublicæ præcipiebat. Itaque quoties impetum aut remittebat D aut relaxabat, id fiebat non sine mensura quadam atque ratione. Sed de hac re accuratius post hæc dicturi sumus. Qualis enim quantusque extiterit, Imperio ipsius reservandum est. Quod quidem mores ejus longe manifestius declaravit, dum liberâ facultate quidvis agendi ei concessâ, interna ejus omnibus patefecit. Hic igitur Mauricius, cum exercitu Romano in Persarum regionem ingressus, urbes & castella opportune admodum sita occupavit: tantamque prædam cepit, ut captivi

Κεφ. ιθ'.

Περὶ τῆς στρατηγίας Μαυρικίου, καὶ τῶν ἀρετῶν αὐτοῦ.

Ὁ δέ γε Τιβέριος, ἐπεὶ Ἰουστινιανὸς μὲν τῇ Θεοῦ παλαιᾷ τύχῃ καὶ τῷ βαρβάρων ἐχρῆτο, παύει μὲν αὐτὸν τῆς ἀρχῆς, τὸν καὶ τὸν στέφανον περιῃρεῖτο καὶ ἱκανῶς τε λευκήσαντος. χρηστοῦ δὲ τῆς ἑῴας στρατηγὸν Μαυρίκιον, ἔλκοντα μὲν γένος ἐκ τῶν νομᾶ ἐκ τῆς πρεσβυτέρας ῥώμης· ἐκ δὲ τῶν πρεσβυτέρων παλαιρῶν, ἀφανιστὸν παρὰ δὲ Ἀπυραφόμενον καὶ παππαδοκῶν ἔθνος ἄνδρα φρενήρη τε καὶ ἀγχίνουν, καὶ πάντα ἐν πᾶσιν ἀκριβῆ τε καὶ ἀδόνητον. ἐν τῷ τε διαίτῃ, τάς τε τροπὰς βιωτικὰς τῶν καὶ ἀπεξεσμένον, γαστρός τε ἐκτός, μόνοις τοῖς ἀναγκαίοις καὶ δυπορήτοις χρώμενον, τῶν τε ἄλλων ἀπάντων, ὧν ἐκ δεδημηκὼς ἐγκαλλωπίζεται βίον. ὧν τὰς συνδύξεις τοῖς πολλοῖς οὐκ διδοῦσθαι, οὐδὲ τὰς ἀκοὰς ἀνέῳγεν. τὸ μὲν εὐδὲ ἐς περιφρόνησιν ἄγον. τοὺς, ἐς ἀκοὰς φέρον. τὰς μὲν ἐν ἐς αὐλὸν ἐσόδους σπανίας παρεῖχε, καὶ ταύτας ἐσπεδασμένως. περὶ δὲ τὰς ἀκοὰς τοῖς περιττοῖς ἀπέφρατεν ἐ κηρῷ καὶ τῷ ποιήσιν, λόγῳ δὲ μᾶλλον· ὡς ἄρισα κλεῖν αὐλαῖς τὸν λόγον ἐνευδύθετος ἐν ταῖς διαλέξεσιν ἀνοιγνύσαι καὶ ἀποκλείσαν· ἀμαθίαν δὲ ἔφασκε τῷ μητέρα, καὶ ἀφλίαν τῷ ἀπρακτισμένῳ καὶ σωθυρεν αὐλῇ ἔτως ἀπώσαθ. ὡς τὸ μὲν κινδύνευμα εὐβουλίαν εἶναι, τὸν δὲ ὄκνον ἀσφάλειαν, ἀνδρείας τε καὶ φρονήσεως τοῖς καιροῖς ὀχουμένων, καὶ τὰς ἰσίας πνευμανούντων ὡς ὁ ἂν ἡ χρεία ἐπίτοι. καὶ τὴν ὕφεσιν καὶ ἐπίτασιν αὐτῶν ὁρμῶν, μέτρῳ τινὶ καὶ ῥυθμῷ γίγνεσθ. ὧν δ τελεώτερον ἐν τοῖς ἑξῆς εἰρήσε). ὅστις δὲ καὶ οἷος, τῇ βασιλείᾳ φυλακίσον, ὅτι ἄνδρα τεανώτερον διεσάφησε, τῷ ἀντιξεσίῳ καὶ τὰ ἔνδον ἀναπτύξασα. ὅσα μὲν ὁ μαυρίκιος τὰς στρατιώτας ποιησάμενος καλὰ τῆς ὑπεροχείας, πόλεσι καὶ φρούρια πέρσας ἐπικαιρότατα αἰχμαλώτων τε τοσαύτων ἐκράτησε,

τὰ σαγεινοθέντα αἰχμάλωτα ὁλοκλήρους νήσους καὶ πόλεις, ἀγρούς τε ἐρημωθέντας τῷ χρόνῳ ἐξοικῆσαι, τήν τε γῆν ἐνεργὸν καλασήσασθαι πάσῃ πεῦσει ἀγεώργητον οὖσαν, στρατόπεδά τε ἐξ αὐτῶν συσῆναι πολύανδρα καὶ τῶν ἄλλων ἐθνῶν μάλα γενικῶς τε καὶ ἀνδρείως ἀγωνισάμενα. πληρωθῆναι τε καὶ πάσης ἐσίας τὰς οἰκετικὰς χρείας, ἐς τὸ καθοτατὸν τῶν ἀνθραπόδων ὠνουμένων.

A quos ex Persida abduxerat, integras insulas & urbes, atque agros jampridem desertos incolerent, & terram quæ prius inculta erat, fœcundam redderent: utque ex illis ingentes exercitus conscripti fuerint, qui postea contra alias barbarorum gentes strenue ac fortiter depugnarunt: denique ut singulæ domus haberent, qui servilia munera implerent, cùm servi ac mancipia vilissimo pretio compararentur.

Κεφ. κ'.

Ὡς ὁ χοσρόης καὶ ἀδδαρμάνης τὰς περσῶν στρατηγὰς ἐνίκησε μαυρικίῳ.

Cap. XX.

Quomodo Mauricius Tamchosroem & Addarmanem, Persarum duces devicerit.

Συνανεπλάκη δὲ καὶ τοῖς ἀρίστοις περσῶν, τῷ τε ταμχοσρόῃ καὶ ἀδδαρμάνῃ μὴ ἀξιολόγως στρατῷ ἐπιστραβῆσαι· καὶ ὅπως μὲν, καὶ ὅτι, καὶ ὅπη τὰ ἐπράκθαι, ἄλλοι γραφόντων, ἢ καὶ ἡμῖν ἴσως ἐν ἑτέρῳ λελέξεται πόνῳ, τὸ παρὸν τῆς πραγματείας ἕτερα μᾶλλον καλέπαγγελλομένης. ὡσαύτως δ' οὖν ὅμως καὶ τὴν τροπὴν ὁ ταμχοσρόης, οὐκ ἀνδρείᾳ γε ῥωμαίων στρατῷ, εὐλαβείᾳ δὲ μόνῃ, καὶ τῇ εἰς θεὸν πίστει τοῦ στρατηγοῦ. φεύγει δὲ καὶ ὁ ἀδδαρμάνης καλαπρατος ἐν τῇ μάχῃ τραπόμενος, καὶ πολλοὺς τῶν οἰκείων ἀποβαλών. καὶ ταῦτα ἀλαμουνδάρου καλαπροδόντος, ὃς τῶν σκηνιτῶν ἡγεῖτο βαρβάρων, καὶ τὸν εὐφράτην οὐκ ἐθελόντων διαβῆναι πόλεμον, καὶ συμμαχῆσαι τῷ μαυρικίῳ τῶν ἀπεναντίας σκηνιτῶν βαρβάρων. ἀκαλαγώνιστοι γὰρ τοῖς ἄλλοις διὰ τὴν τῶν ἵππων ὠκύτητα, ὅτε καλαλαμβανόμενοι εἴ που ἐγκλεισθεῖεν, καὶ δεῦρο ἀπεναντίας ἐν ταῖς ὑποχωρήσεσι τροφθάνοντες. καὶ θεοδώριχος ὁ τῶν σκυθικῶν ἐθνῶν ἡγεῖτο, οὐδὲ οὗτος βέλος γενόμενος, σὺν οἷς καὶ τοῖς ἀμφ' αὐτὸν πεφυγότος.

Conflixit etiam cum præstantissimis Ducibus Persarum, Tamchosroe scilicet & Addarmane, qui cum ingenti exercitu in fines Romanorum irruperant. Quid autem gestum sit & quonam modo, quibusq; in locis, scribant alii: aut à nobis fortasse in alio opere exponetur. Præsens enim opus longe aliarum rerum narrationem pollicetur. Cecidit nihilominus in ea pugna Tamchosroes, non exercitus Romani fortitudine, sed Ducis eorum religione & in Deum fide. Addarmes verò, ingenti clade accepta & multis suorum amissis, contentissime fugit: Idq; tametsi Alamundarus Saracenorum Dux prodidisset, nec Euphratem amnem trajicere, & Mauricio adversò Saracenos qui in hostium acie erant, suppetias ferre voluisset. Nam Saraceni, ab aliis superari non possunt propter equorum pernicitatem. Quippe qui nec comprehendi possint, si cubi concluſi fuerint, & retrocedentes hostem longe antevertant. Tametsi etiam Theodoricus Scythicarum gentium dux, ne primum quidem telorum jactum sustinuisset, sed cum suis omnibus fugam arripuisset.

Κεφ. κα'.

Περὶ τῶν μυστικῶν σημείων τῆς βασιλείου μανδύου.

Cap. XXI.

De signis quæ Mauricio Imperium portenderunt.

Γεγόνασι δὲ καὶ θεοσημεῖαι τὴν βασιλείαν αὐτῷ προφηθήσασαι. τὸ ῥῆμα δὲ τῶν νυκτῶν, ἐπιθυμιῶντί γε αὐτῷ τῶν ἀνακλήρων ἑστῶτι ἱερεῖ οἴκου τῆς ἁγίας καὶ παναγνοπαρθένου καὶ θεοτόκου μαρίας, ὃς πρὸς τῶν θεοπολιτῶν ἰουστιανῆς προσηγόρευται, τὸ ἀμφὶ τὴν ἱερὰν τράπεζαν πρόβλημα πυριφλεκτὸν γέγονεν, ὡς καὶ πρὸς ἔκπληξιν κινδύνου ἐλθεῖν τὸν μαυρίκιον, καὶ δεῖσαι

Signa quoq; divinitùs ostensa sunt, quæ Imperium eidē Mauricio prænuntiarent. Nocte n. intempesta, cùm intra sanctuarium Ecclesiæ sanctę & intemeratæ virginis ac Deiparæ Mariæ, quam Antiocheni Ecclesiam Justiniani vocant, incensum offerret, velum altaris conflagare visum est, adeo ut Mauricius ipse admiratione percelleretur,

ac visum reformidaret. Cui adstans Gregorius ejus loci Episcopus, divinum quiddam id esse dixit, & summa quædam atque eximia ei significari. Apparuit etiam illi in Oriente vigilanti Christus Deus, petens ab eo ut ipsum ulcisceretur. Quo quidem signo manifestè Imperium designabatur. A quo enim alio quàm ab Imperatore, eoque religiosissimo ipsius cultore, id postulasset. Alia præterea memorabilia & historiâ inprimis digna, parentes ejus mihi retulerunt, cùm ego de his rebus eos percontarer. Nam pater quidem ejus mihi affirmavit, se eo tempore quo conceptus est, vitem maximam in somnis vidisse è cubili suo exortam, ex qua multæ ac pulcherrimæ uvæ dependerent. Mater verò narravit, terram partus sui tempore novum quendam atque insolitum odorem spirasse. Sæpe item eam quæ vulgo Empusa dicitur, infantem absportasse, tanquam eum devoraturam: nullum tamen ei detrimentum afferre potuisse. Denique Symeones qui juxta urbem Antiochiam super columna stans vitam exegit: vir ad res gerendas aptissimus, & cunctis divinis virtutibus insignis, multa & dixit & fecit, quæ Imperium Mauricio nuntiabant. De quo viro opportunius in sequente libro dicturi sumus.

A τὸ ὅραμα· ᾧ παρεστὼς γρηγόριος ὁ τῆς πόλεως ἀρχιερεὺς, εἶπεν, θεασμοῦ τινος εἶναι τὸ χρῆμα, καὶ μέγιστα καὶ ἔξοχα μηνύειν αὐτῷ. ἐφάνη δὲ οἱ κατὰ τὴν ἑῴαν καὶ χριστὸς ὁ θεὸς ὑπερεκδίκησιν ζητῶν, ὅπερ ἄντικρυς βασιλείαν ἐδήλου. παρά τινος γὰρ ἂν ἢ παρὰ βασιλέως, καὶ οὕτως ἐς αὐτὸν εὐσεβοῦς τὰ τοιαῦτα ἐξήτησεν. ἀξιόλογα δὲ καὶ ἱστορίας ἄξια πυνθανομένῳ μοι περὶ τούτων, καὶ οἱ ἐς φῶς αὐτὸν παραγαγόντες διηγήσαντο. ὁ μὲν γὰρ φύσας, ἔλεγεν, ἄμπελον μεγίστην ὄναρ ἰδεῖν, κατὰ τὸν καιρὸν τῆς αὐτοῦ συλλήψεως ἐκ τῆς (φετέρας κοίτης B ἐκφύσαι, καὶ βότρυς παμπληθεῖς καὶ ὡραίους αὐτῆς ἠωρῆσθαι. ἡ δέ γε μητὴρ αὐτὴν ἔφασκεν τὴν ἀπότεξιν, εὐωδίαν ξένην τε καὶ παρηλλαγμένην τὴν γῆν ἀναθυμιᾶσαι. πολλάκις δὲ καὶ τὴν γεγομένην ἔμπουσαν μεταθεῖναι τὸ βρέφος, ὡς τοῦτο βρώξουσαν· μὴ οἴαν δὲ γενέσθαι τοῦτο λυμήνασθαι. καὶ συμεώνης δὲ ἀγχοῦ θεουπόλεως τὴν ἐπὶ κίονος στάσιν ποιούμενος, ἀνὴρ πρακτικώτατος, καὶ πάσαις ταῖς ἐν θέοις ἀρεταῖς ἐπίσημος, πολλὰ ἔλεξέ τε καὶ πέπραχε, τὴν βασιλείαν αὐτῷ μηνύοντα. περὶ οὗ τὰ πρόσφορα ἡ ἑξῆς ἱστορία C διαλέξεται.

Cap. XXII.

De nuncupatione Mauricii & Augustæ.

CÆTERUM Mauricius ad Imperium evectus est, cùm Tiberius extremum jam spiritum duceret, eique filiam suam Augustam, & dotis loco imperium tradidisset. Et hic quidem brevi admodum tempore imperavit. Ob ea tamen quæ gessit bona, immortalem nominis sui memoriam dereliquit. Neque enim oratione comprehendi facile possunt. Præstantissimam porro hæreditatem Tiberius reliquit Reipublicæ, nuncupationem Mauricii. Cui quidem etiam nomina sua distribuit. Ipsum enim Mauricium, Tiberium: Augustam verò ejusdem uxorem, Constantinam cognominavit. Quid autem ab illis gestum sit, sequens liber, Deo juvante, ostendet.

Κεφ. κβ'.

Περὶ τῆς ἀναγορεύσεως μαυρικίου καὶ αὐγούστης.

Ὁ δέ γε μαυρίκιος, πρὸς τὴν βασιλείαν ἀεὶ σι τιβερίου πρὸς ταῖς ἐσχάταις ἀναπνοαῖς τυγχάνοντος, καὶ τὴν παῖδα αὐγοῦσαν, καὶ τὴν βασιλείαν ἀντὶ φερνῆς τινος παραδόντος αὐτῷ· ὀλιγοστὸν μὲν βιώσαντος ἐν τῇ βασιλείᾳ χρόνον, ἀθάνατον δὲ μνήμην καταλελοιπότος ἐφ' οἷς πέπραχεν ἀγαθοῖς· οὐδὲ γὰρ λόγῳ περιληπτέον· ἄριστον δὲ καὶ τῷ πολιτεύματι κλῆρον καταλέλοιπεν ὁ τιβέριος, D τὴν μαυρικίου ἀνάῤῥησιν· ᾧ διένειμε καὶ τὰς ἑαυτοῦ προσηγορίας, τὸν μὲν μαυρίκιον, τιβέριον· τὴν δὲ αὐγοῦσαν, κωνσταντῖναν προσειπών. τί δὲ καὶ αὐτοῖς πέπρακται τῆς θείας συναιρουμένης ῥοπῆς, ἡ ἑξῆς ἱστορία δηλώσει.

A

Κεφ. κγ'.

Περὶ χρόνων ἀναγραφῆς ἀπὸ Ἰουστίνου τοῦ νέου μέχρι Μαυρικίου.

Ὅσα δὲ καὶ ὁ χρόνος σὺν πάσῃ ἀκριβείᾳ ἀναγραφεῖεν, ἰσχύει, ὡς βεβασίλευκεν Ἰουστῖνος ὁ νέος, καθ' ἑαυτὸν μὲν ἔτη δυοκαίδεκα πρὸς μησὶ δέκα καὶ ἥμισυ. σὺν Τιβερίῳ δὲ ἔτη τέσσαρα, μῆνας ἕνδεκα. τὰ δὲ πάντα ἔτη, ἐξ καὶ δέκα πρὸς μησὶν ἐννέα ἥμισυ. ἐβασίλευσε δὲ καὶ Τιβερίου καθ' ἑαυτόν τε, ἔτη τέσσαρα· ὡς σωάγειν ἀπὸ Ῥωμύλου μέχρι τῆς ἀναῤῥήσεως Μαυρικίου Τιβερίου, ὥστε τὰ παρῳχημένα τότε παρόντα δεδηλώκασιν ἔτη.

Cap. XXIII.

Computatio temporum, à Justino Juniore usque ad Mauricium.

PORRO ut tempora accuratissime distinguantur, sciendum est Justinum Juniorem solum quidem imperasse annis duodecim, & mensibus decem cum dimidio: cum Tiberio autem collega, annis tribus ac mensibus undecim. Fiunt itaq; in universum anni Imperii Justini sedecim cum mensibus B novem ac dimidio. Tiberius verò imperavit solus annis quatuor. Quare à Romulo usq; ad nuncupationem augustam Mauricii Tiberii, colliguntur anni .... sicut tum Superiora, tum præsens temporum descriptio declaravit.

Κεφ. κδ'.

Περὶ ὧν καθ' εἱρμὸν ἱστορίας μέχρις ἡμῶν σωζομένης.

Σὺν θεῷ δὲ ἡμῖν καὶ τὰ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας εὐσυνόπτως ἀπόκειται διὰ τῶν ἱστορημένων. μέχρι μὲν κωνσταντίνου εὐσεβοῦς τοῦ παμφίλου. ἐξ ἐκείνου δὲ μέχρι θεοδοσίου τοῦ νέου, θεοδωρήτου σωζομένου τε καὶ σωκράτους, καὶ ὧν ὁ παρὼν ἡμῖν ἐξέλεξε πόνος. καὶ ἡ ἀρχαία δὲ καὶ ἡ θύραθεν ἱστορία καθ' εἱρμὸν τοῖς φιλοπόνοις διασώζεται, μωσέως μὲν ἀρξαμένου ἱστορίας καὶ συγγραφῆς ὡς τοῖς τὰ περὶ τούτων συναγαγοῦσι σαφῶς ἀποδέδεικται, τὰ ἀπ' ἀρχῆς κόσμου ἀληθῶς γράψαντος, ἐξ ὧν ἐντυγχάνων τῷ θεῷ μεμάθηκεν ἀνὰ τὸ σινὰ ὄρος, καὶ ὧν ὁ μετ' αὐτὸν τὴν ἡμέτεραν προοδοποιοῦντες θρησκείαν διὰ τῆς θείας ἀπετέλουν γραφῆς. πολλὰ δὲ καὶ ἰώσηπος ἔγραψεν ἱστορίαν, χρειώδη ἐς ἅπαντα τυγχάνουσαν. ὅσα δὲ εἴτε μυθώδη, εἴτε μὴ τῶν ἀληθῶν γεγένηται, ἑλλήνων τε καὶ τῶν ἀρχαίων βαρβάρων πρὸς ἑαυτούς τε καὶ πρὸς ἐκείνους διαγωνιζομένων, ἢ εἴ τι καὶ ἄλλο ἐξειργάσθη ἐξότε ἀνθρώπους ἱστόρησαν εἶναι, χάραξί τε γεγραπται, καὶ θεοπόμπῳ καὶ ἐφόρῳ, καὶ ἄλλοις

Cap. XXIV.

De serie historiarum, quæ ad nostra usque tempora servata est.

ET Ecclesiastica quidem historia, Deo dante, in unum corpus digesta, ad nos pervenit, studio atque industria optimorum Scriptorum. Ad C Constantini quidem usque tempora, studio atq; opera Eusebii, cognomento Pamphili. A Constantini autem Imperio, usq; ad principatum Theodosii Junioris, studio atq; industria Theodoriti, Sozomeni ac Socratis: Per ea denique quæ nos in præsenti opere collegimus. Antiquior autem historia, tam sacra, quam profana, ipsa quoq; à viris studiosis atque industriis per ordinem temporum digesta habetur. Moses enim, qui primus historiam scribere aggressus est, sicut ab illis qui hujusmodi D res collegerunt certissime demonstratum est: res ab ipso mundi exordio gestas verissime conscripsit, sicut à Deo didicerat, quocum in monte Sina fuerat collocutus. Alii deinde eum secuti, religioni nostræ viam munientes, ea quæ subsecuta sunt, sacris voluminibus exposuerunt. Sed & Josephus copiosam nobis reliquit historiam, eamque utilem prorsus ac fructuosam. Quæ verò vel fabulosa sunt, vel re ipsa acciderunt inter Græcos ac priscos barbaros, dum Græci inter se ipsi, aut adversus Barbaros decertarent; aut si quid aliud gestum est ab eo tempore, ex quo illi homines primùm exstitisse acceperant: Charax & Theopompus atque Ephorus, & innumerabiles alii

perscripserunt. Romanorum verò res gestas, quæ totius prope terrarum orbis historiam complectuntur, & quæcunque vel ipsi inter se mutuò divisi, vel contra alios egerunt, Dionysius Halicarnasseus scriptis prodidit, exorsus à populis qui Aborigines dicebantur, & ad Pyrrhum usque Epirotarum regem historiam prosecutus. Ab eo tempore Polybius Megalopolitanus usque ad expugnationem Carthaginis opus suum perduxit. Quæ omnia Appianus summa perspicuitate distinxit, & singula in unum corpus congessit, tametsi diversis temporibus gesta essent. Ea verò quæ post illorum quos dixi, historiam gesta sunt, Diodorus Siculus & Dio Cassius litteris mandarunt. Quorum ille usq; ad Julii Cæsaris tempora, hic verò usq; ad principatum Antonini ejus qui ex urbe Emesa oriundus fuit, historiam suam deduxit. Herodianus quoq; eorundem temporum scriptor, cuncta nobis usq; ad obitum Imperatoris Maximi commemoravit. A Philippo autem Imperatore qui Gordiano successit, usque ad Odænathũ Palmyrenum, & ignominiosam Valeriani expeditionem contra Persas, res gestas conscripsit Nicostratus Sophista Trapezuntius. Multa quoq; iisdem de rebus scripsit Dexippus, qui à Scythicis bellis exorsus, finem scribendi fecit in principatu Claudii qui post Gallienum imperavit. Ea quoq; quæ Carpi & aliæ barbaræ gentes per Achaiam, Thraciam atq; Ioniam gessere, ab eodem Dexippo litteris mandata sunt. Eusebius præterea, ab Octaviani & Trajani ac Marci rebus gestis exorsus, usq; ad obitum Imperatoris Cari provectus est. Sed & Arianus & Asinius Quadratus, de iisdem temporibus quædam scripserunt. Sequentium autem temporum historiam usq; ad imperium Arcadii & Honorii, Zosimus elaboravit. Post illorum verò imperium res gestas Priscus rhetor & alii quidam litterarum monumentis prodiderunt. Quæ omnia ab Eustathio Epiphanensi scite admodum in compendium redacta sunt in duobus voluminibus: quorum prius usque ad annum duodecimum Imperii Anastasii, res gestas complectitur. Jam verò quæ ab Anastasii temporibus usque ad Imperatorem Justinianum gesta sunt, Procopius Rhetor nobis tradidit. Quæ au-

ἀναρίθμοις. αἱ δὲ κῦ ῾ρωμαίων πρᾶξις πᾶσαν κοσμικὴν ἱστορίαν ἐν αὑτοῖς περιλαβόντα, ἢ εἴ τι ἕ ἄλλο γέγονεν, εἴτ' ἐς ἑαυτοὺς διαιρεμένων, εἴτε κ' καθ' ἑτέρων πραξάντων, πεπόνηται, διονυσίῳ μὲν τῷ ἁλικαρνασσεῖ ἀπὸ τῶν λεγομένων ἀβορίγινων τὴν ἱστορίαν ἐλκύσαντι μέχρι τοῦ ἠπειρώτου πύρρου. ὃν ἐκεῖνος δὲ πολυβίῳ τῷ μεγαλοπολίτῃ καταγαγόντι ἕως τῆς καρχηδόνος ἀλώσεως, ἅπερ ἀππιανὸς εὐκρινῶς διέτεμεν, ἐλάσσω πραγματείᾳ ἐς ἓν ἀγείρας, εἰ καὶ διαφόρως γέγονε χρόνοις· καὶ τὰ μετ' ἐκείνους αὐτοὺς εἰργασμένα, διοδώρῳ τε τῷ σικελιώτῃ πεποίηται, τὰ μέχρις ἰουλίου καίσαρος, κ' δίωνι τῷ κασσίῳ, γράψαντι μέχρις ἀλεξάνδρου τοῦ ἐμέσης. ἐκθεμένου δὲ τὰ τοιαῦτα ἐπιφανεῖ, τὰ μέχρι τῆς μαξίμου τελευτῆς διὰ νικοστράτου τε τοῦ σοφιστοῦ τοῦ ἐκ τραπεζοῦντος συγγράψαντος τὰ ἀπὸ φιλίππου τοῦ κῦ γορδιανὸν ἐκλιπόντα, ἕως ὀδαινάθου τοῦ ἐκ παλμύρας, καὶ τῆς ἀλεξανδρέων πρὸς πέρσας αἰχρᾶς ἀφίξεως. καὶ δεξίππου δὲ πλείστα περὶ τούτων πεπόνηται, ἀπὸ μυθικῶν ὀρξαμένου, κ' λήξαντι ἐς τὴν κλαυδίου τοῦ κῦ γαλλιήνου βασιλείαν. ᾧ συναπέληπται περὶ ὧν κάρποι καὶ ἕτερα βάρβαρα ἔθνη, κ' τὴν ἑλλάδα κ' θρᾴκην καὶ ἰωνίαν διαπολεμήσαντα ἔπραξαν. καὶ εὐσέβιος δὲ ὁ ἀπὸ ὀκταβιανοῦ, τραϊανοῦ κ' μάρκου λαβών, ἕως τῆς τελευτῆς κατήντησε. γέγραπται δὲ περὶ τῶν χρόνων τούτων ἔνια δριανῷ τε καὶ ἀσινίῳ κοδράτῳ· περὶ δὲ τῶν ἑξῆς χρόνων ζωσίμου ἱστορήματα μέχρις ὀνωρίου καὶ ἀρκαδίου, τῶν βασιλέων. καὶ ὅσα μετ' αὐτὸν συνείλεκται πεῖσκος τε ῥήτωρ, καὶ ἕτεροι. ἅπερ ἅπαντα εὐσταθίου τοῦ ἐπιφανεῖ ἐπιτέτμηται πανάριστα ἐν δυσὶ τεύχεσιν, ἑνὶ μὲν ἕως ἀλώσεως ἰλίου, τῷ δ' ἑτέρῳ, ἕως δωδεκάτου ἔτους τῆς ἀναστασίου βασιλείας. καὶ προσκείσθω δὲ τῷ ῥήτορι πεποίηται τὰ δὲ ἐκείνου ἕως τῶν ἰουστινιανοῦ χρόνων. καὶ τὰ ἑξῆς δὲ τοῦ ἀγαθίου τῷ ῥήτορι καὶ ἰωάννῃ ἐμοῦ τε πολίτῃ καὶ συγγενεῖ κατ' εἰρμὸν ἱστορηται, μέχρι τῆς

χοσρόου τοῦ νέου πρὸς ῥωμαίους φυγῆς, καὶ τῆς εἰς τὴν αὐτοῦ βασιλείαν ἀποκαταστάσεως· μαυρικίου μηδαμῶς πρὸς τὴν πρᾶξιν ἐλινύσαντος, ὑποδεξαμένου δὲ βασιλικῶς, καὶ μάλιστα τάχιστα ἐς τὴν βασιλείαν χρήμασί τε μεγάλοις καὶ στρατεύμασι καταγαγόντος, εἰ καὶ μήπω ἔτυχον ἐκδεδωκότες· περὶ ὧν καὶ ἡμεῖς τῆς ἄνωθεν ἐπιτρεπούσης εὐμενείας ἐν τοῖς ἐφεξῆς τὰ πρόσφορα λέξομεν.

tem deinceps subsecuta sunt, usque ad Junioris Chosrois fugam ad Romanos, & ejusdem restitutionem per Mauricium: qui nihil cunctatus profugum regali magnificentia excepit, & maximis sumptibus ac copiis in regnum suum eum reduxit: scripserunt quidem Agathias Rhetor & Joannes civis & cognatus meus: nondum tamen historias suas in lucem ediderunt. Quibus de rebus nos quoque, si divina adfuerit clementia, ea quæ decet dicturi sumus.

Τέλος τοῦ ε'. τόμου τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας εὐαγρίου.

Finis Libri quinti Ecclesiasticæ historiæ Evagrii.

ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ ΤΩ ΕΚΤΩ ΤΟΜΩ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας εὐαγρίου Σχολαστικοῦ.

α'. Περὶ τοῦ γάμου μαυρικίου καὶ αὐγούστης.
β'. Περὶ ἀλαμουνδάρου τοῦ σαρακηνοῦ καὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ νααμάνου.
γ'. Περὶ τῆς στρατηγίας ἰωάννου καὶ φιλιππικοῦ, καὶ ὧν πεπράχασι.
δ'. Περὶ στρατηγίας πρίσκου, καὶ ὧν πέπονθεν ὑπὸ τοῦ στρατοῦ ἐπαναστάντος αὐτῷ.
ε'. Περὶ τῆς γερμανοῦ εἰς τὴν τῶν ὅλων ἀρχὴν ἀκουσίου καταχέσεως.
ϛ'. Ὡς ὁ βασιλεὺς φιλιππικὸν πάλιν ἐξαπέστειλεν· ὁ δὲ στρατὸς τούτων οὐ παρεδέξατο.
ζ'. Περὶ γρηγορίου τοῦ θεουπόλεως, καὶ τῆς κατ' αὐτοῦ γενομένης συκοφαντίας, καὶ ὅπως τε ταύτην ψευδῆ διήλεγξεν.
η'. Ὡς πάλιν ὑπὸ σεισμῶν ἡ θεούπολις ἔπαθεν.
θ'. Ὡς οἱ βάρβαροι θαρρήσαντες τῇ τοῦ στρατοῦ μετὰ τοῦ βασιλέως ἀποστάσει, τούτοις προσβαλόντες, ὑπὸ γερμανοῦ ἡττήθησαν.
ι'. Περὶ τῆς τοῦ βασιλέως εἰς σοῦ ἀποστάτας φιλανθρωπίας.
ια'. Ὡς γρηγόριος ὁ θεουπόλεως εἰς διαλλαγὰς ἐξαπεστάλη τοῦ στρατοῦ.
ιβ'. Δημηγορία γρηγορίου πρὸς τὸν στρατόν.
ιγ'. Ὅτι μετὰ τὸ δημηγορῆσαι γρηγόριον, μετέθεντο ταῖς γνώμαις οἱ στρατιῶται, καὶ πάλιν δέχονθε φιλιππικὸν στρατηγόν.
ιδ'. Περὶ τῆς ἁλώσεως μαρτυροπόλεως.
ιε'. Περὶ τῆς στρατηγίας κομεντιόλου, καὶ ἁλώσεως τοῦ ὄκβας.
ιϛ'. Περὶ τῆς ἀναιρέσεως ὁρμίσδου.
ιζ'. Περὶ τῆς πρὸς ἡμᾶς φυγῆς τοῦ νέου χοσρόου.
ιη'. Ὡς ὁ βασιλεὺς γρηγόριον καὶ δομετιανὸν εἰς ἀπάντησιν χοσρόου ἐξαπέστειλεν.
ιθ'. Ὡς πάλιν τὴν ἀρχὴν πρεσῶν χοσρόης ἔλαβε, ῥωμαίων αὐτῷ συναραμένων.
κ'. Ὅτι κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ἡ ἁγία μήτηρ ἦν γολανδούχ.
κα'. Περὶ ὧν ἔπεμψε χοσρόης ἀναθημάτων τῷ ἁγίῳ μάρτυρι σεργίῳ.
κβ'. Περὶ νααμάνου τοῦ σαρακηνοῦ.
κγ'. Περὶ τῆς τελευτῆς τοῦ ἐν ἁγίοις συμεὼν τοῦ νέου στυλίτου.
κδ'. Περὶ τῆς τελευτῆς γρηγορίου ἐπισκόπου θεουπόλεως, καὶ ἀποκαταστάσεως ἀναστασίου.

IN SEXTO LIBRO ECCLESIASTICÆ

Historiæ Evagrii Scholastici hæc continentur.

CAP. I. De nuptiis Mauricii & Augustæ.
II. De Alamundaro Saraceno, & de filio ejus Naamane.
III. De Joanne & de Philippico, Magistris militum, & de rebus ab eisdem gestis.
IV. De Prisco Magistro militum: & quænam passus sit à militibus adversus ipsum insurgentibus.
V. Quomodo Germanus Imperii insignia suscipere per vim coactus est.
VI. Quomodo Imperator denuo Philippicum misit, utque exercitus eum suscipere recusavit.
VII. De Gregorio Antiochiæ Episcopo, deque concinnata adversus eum calumnia, & quomodo eam falsi convicerit.
VIII. Quomodo Antiochia terræ motibus denuò vexata est.
IX. Quomodo Barbari fiducia sumpta ex eo quod milites ab Imperatore defecissent, eosdem aggressi, à Germano superati sunt.
X. De Imperatoris in rebelles clementiâ.
XI. Quomodo Gregorius Antiochensis Episcopus ad pacandos milites directus est.
XII. Gregorii Oratio ad exercitum.
XIII. Quomodo post orationem Gregorii, milites depositâ priore sententiâ, Philippicum ducem denuò susceperunt.
XIV. Quomodo capta sit Martyropolis.
XV. De Comentiolo Magistro militum, & de expugnatione Castelli Hocbas.
XVI. De cæde Hormisdæ.
XVII. De Junioris Chosrois ad Romanos fugâ.
XVIII. Qualiter Imperator Gregorium ac Domitianum Chosroi obviam ire jussit.
XIX. Quomodo Chosroes Romanorum auxilio, Regnum suum recuperavit.
XX. De sancta matre Golanduch, quæ illis temporibus vixit.
XXI. De Donariis quæ Chosroes misit ad sanctum martyrem Sergium.
XXII. De Naamane Saraceno.
XXIII. De Obitu sancti Symeonis Stylitæ Junioris.
XXIV. De Obitu Gregorii Antiochensis Episcopi, & restitutione Anastasii.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A

ΕΥΑΓΡΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ ΕΠΙΦΑΝΕΩΣ, καὶ ἀπὸ ἐπάρχων ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ Τόμος ἕκτος.

EVAGRII SCHOLASTICI EPIPHANIENSIS, Et ex Præfectis ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ LIBER SEXTUS.

B

Κεφ. α'.

Περὶ τοῦ γάμου μαυρικίου καὶ αὐγούστης.

ΜΑΥΡΙΚΙΟΣ δὲ, ἐπεὶ παρέλαβεν τὴν ἀρχὴν, πρῶτα μὴν τὰ περὶ τὸν γάμον ἐξηρτύετο· ἃ κατὰ τοὺς βασιλικοὺς θεσμοὺς αὐγοῦσταν, τὴν καὶ κωνσταντίναν, ἐσοικίζετο. τῆς τε τῶν γάμων πομπῆς μεγαλοπρεπῶς γεγενημένης, δημοθοινίας τε, καὶ ἀγερωχίας ἑκασταχοῦ τῆς πόλεως. παρῆσαν δὲ τῷ γάμῳ, θεοσέβειά τε καὶ βασιλεία δορυφοροῦσαί τε ἐκπρεπέστατα, καὶ δωροφοροῦσαι τὰ τιμιώτατα. ἡ μὴν γὰρ, πατέρα καὶ μητέρα παρείχετο, σεμνῇ πολιᾷ, αἰδεσίμῳ τε ῥυτίδι τὸν γάμον ἁγιάσοντας, οὐχ ἱστορηθὲν ἐς βασιλέας πώποτε, ἀδελφούς τε καλοὺς καὶ ὡραίους τὴν γαμήλιον πομπὴν σεμνύοντας. ἡ δέ γε, ἀμπεχόνην χρυσόπαστον, ἁλουργίδι καὶ λίθοις ἰνδῶν κεκοσμημένην, στεφάνους τε χρυσῷ πολλῷ καὶ ταῖς ἐκ λίθων ποικιλίαις τε καὶ διαυγείαις τιμαλφεστάτους, ἅπαντάς τε τοὺς ἐν ἀξιώσεσι περὶ τὴν αὐλὴν καὶ στρατείαις ἐναριθμίους, κηρούς τε γαμηλίους ἐξάπτοντας, μεγαλοπρεπῶς τε ἐσταλμένους, καὶ ἐξ ὧν γνωρίζοιντο, καὶ τὴν νυμφαγωγὸν πανήγυριν ἀνυμνοῦντας· ὥστε τῆς πομπῆς ἐκείνης, μηδὲν τῶν ἐν ἀνθρώποις σεμνοπρεπέστερον ἢ εὐδαιμονέστερον γενέσθαι πώποτε, καὶ δαμόφιλος μὴν φησὶ τὰ κατὰ ῥώμην ἀναγράφων, πλούταρχον τὸν χαιρωνέα Σαφῶς εἰπεῖν, ὅτι διὰ ταύτην μόνην ἐσπείσαντο πρὸς ἀλλήλας ἀρετή τε καὶ τύχη. ἐγὼ δ' ἂν φαίην ὡς θεοσέβειά τε, καὶ εὐδαιμονία ἐπὶ μαυρικίῳ μόνῳ οὕτω συνηλθέτην, τῆς θεοσεβείας βιασαμένης τὸ εὔδαιμον, καὶ περιτρέπεσθαι παντάπασιν

Cap. I.

De nuptiis Mauricii & Augustæ.

MAURICIUS simul atque Imperium adeptus est, ante omnia nuptiarum suarum apparatum instituit. Augustam igitur, quæ & Constantina dicebatur, solenni Imperatorum more uxorem duxit: nuptiali pompa, & publicis epulis ac festivitatibus, per totam urbem magnificentissime celebratis. Interfuerunt his nuptiis Pietas & Imperatoria dignitas, decentissimo satellitio Mauricium & Augustam stipantes, & pretiosissima eis munera offerentes. Nam illa quidem, quod nulli unquam Imperatorum obtigisse legimus, patrem simul ac matrem Mauricii exhibuit, qui decora canitie rugisque venerandis nuptias sanctificarent: fratres item forma ac venustate eximios, qui nuptiarum pompam exornarent. Hæc verò auream vestem purpura & lapillis Indicis distinctam, & coronas auro plurimo & gemmarum varietate ac nitore collucentes præbuit: cunctos item qui in palatio dignitates gerebant & qui militiæ adscripti erant, nuptiales faces manibus gestantes, & magnificis indutos vestibus, quo dignosci possent; hymnis denique & canticis pompæ illius festivitatem celebrantes. Adeo ut apparatu illo nihil unquam illustrius aut beatius inter homines extiterit. Damophilus quidem de urbe Roma scribens, Plutarchum Cheronensem eleganter dixisse refert, uni⁹ urbis Romæ gratiâ, virtutem ac fortunam pacto inter se fœdere convenisse. Ego verò dixerim, pietatem ac felicitatē societate inita in uno Mauricio coïvisse: cum Pietas felicitatem subegisset, nec eam ullatenus elabi pateretur,

Post hæc Mauricius operam dedit, ut non corpus solum, verum etiam animum imperiali purpura & corona exornaret. Solus enim ex iis qui antea regnarunt Imperatoribus, sibimet ipse imperavit. Et Imperator re ipsa factus, plebejum quidem dominatum perturbationum ex animo suo procul amandavit. Optimatum verò principatum in mente sua constituens, vivum quoddam virtutis simulachrum se præbuit, subditos omnes ad sui imitationem erudiens. Quæ quidem non assentandi studio à me dicta sunt. Cur enim eo consilio hæc dicerem, cùm ille ea quæ à me scribuntur, penitus ignoret. Sed rem ita se habere ut dixi, perspicue ostendent, tum ea quæ sunt illi donata divinitùs, tum ea quæ variis subinde temporibus acciderunt: quæ profecto, ut inter omnes constat, Deo accepta referri debent.

A οὐκ ἐνδύσης. ἐπαύδακε ᾗ λοιπὸν οὐκ ἐν τῷ σώματι, ἀλλὰ γὴ καὶ ἐν τῇ ψυχῇ θεκαλὸς ἀγαθὸν ἀλυργίδα, καὶ τὸν στέφανον. μόνος γὰρ τῶν πρώην βασιλέων ἑαυτὸν βεβασιλευκε καὶ αὐτοκράτωρ ὄντως γεγόμενος, τὸν μὲν ὀχλοκρατείαν τῶν παθῶν ἐκ τῆς οἰκείας ψυχῆς ἐξηλάτησε ψυχῆς. ἀριστοκρατείαν ᾗ ἐν τοῖς ἑαυτοῦ λογισμοῖς καθιερώσας, ζῶν ἀρετῆς ἄγαλμα ἑαυτὸν παρέσχετο, πρὸς μίμησιν ἐκπαιδεύων τὸ ὑπήκοον. ἅπερ ὑ πρὸς ὑμῶν σπουδὴν εἰρῆσθαί μοι. πῶ γὰρ καὶ λελέξεται, ἀγνοοῦντι ἐκείνου τὰ γραφόμενα. πεπράχασι δ᾽ ταῦτ᾽ ὄντως ἔχων, τά τε ἐκ θεοῦ δεδωρημένα γε αὖπω, τά τε παντοίως συμπεσόντα, ἅπερ ἡμῖν ὁμολογουμένως ἐς τὸν θεὸν ἀναπτέον.

Cap. II.

De Alamundaro Saraceno, & de filio ejus Naamane.

PRÆTER alias autem virtutes hoc illi præcipuum studium fuit, ut neminem eorum qui læsæ majestatis accusati erant, extremo supplicio afficeret. Itaque nec Alamundarum Saracenorum regulum, qui & rempublicam & ipsum Mauricium, sicut antea commemoravi, prodiderat, morte mulctavit: sed tantum in insulam relegavit, & cum uxore sua atque aliquot liberis Siciliam incolere præcepit. Naamanem verò ejus filium, qui rempublicam innumeris malis repleverat, & qui utramque Phœnicem & Palæstinas tres, ope barbarorum quos circa se habebat, populatus fuerat & in servitutem redegerat, eo tempore quo captus est Alamundarus: cùm omnes judices eum capitali supplicio afficiendum esse censuissent, in libera custodia detinuit, nullo amplius malo eum mulctans. Eadem clementia usus est etiam erga alios innumerabiles, ut sigillatim dicemus suo loco.

B

C

D

Κεφ. β'.

Περὶ ἀλαμουνδάρου τοῦ σαρακηνοῦ, καὶ υἱοῦ αὐτοῦ Νααμάνου.

Οὗτος πρὸς τοῖς ἄλλοις ἅπασι διεπρέπετο, μηδενὸς τῶν ὑποδίκων τῇ βασιλείᾳ αἵματι παντὶ ἅπασιν ἐκχέαι. ἀμελεῖ τοιγαροῦν ὅτε ἀλαμούνδαρον τῶν σκηνιτῶν ἀραβίων ἡγούμενον, τό τε πολίτευμα αὐτοῦ τὴν καταπροδοῦσαν, ὡς πρόσθε μοι δεδήλωται, ἀνεῖλε. μόνης ᾗ νήσου προσελέμενος σὺν γυναικὶ καὶ τῶν παιδῶν ἐνίοις, καὶ πρὸς τῷ σικέλων ἐξοικίσαι. νααμάνην ᾗ τὸν τούτου παῖδα, μυρίων κακῶν ἐμπλήσαντα τὸ πολίτευμα, φοινίκην τε ἐκάλεραν, παλαιστίνας τε λησάμενον, καὶ ἀνδραποδίσαντα διὰ τῶν ἀμφ᾽ αὐτὸν βαρβάρων ὅτε ἀλαμούνδαρος ἑάλω, πάντων αὐτὸν θάνατον καταψηφισαμένων, ἐν ἐλευθέρᾳ φυλακῇ φρουρεῖ, μηδὲν ἐπέχθεια κακῶν· ἅτε ἐφ᾽ ἑτέροις ἀναξίοις πέπραχεν, ὡς ἑκάστα προσφόρως λελέξεται.

A

Κεφ. γ'.

Περὶ τῆς στρατηγίας ἰωάννου καὶ φιλιππικοῦ, καὶ ὧν πεπράχασι.

ΠΕπομφε μὴν οὖν ὁ μαυρίκιος στρατηγὸν τῶν ἑῴων ταγμάτων, πρῶτα μὴν ἰωάννην θρᾶκα γένος· ὅς τινα μὲν πταίσας, τινα δὲ καὶ ἀναμαχεσάμενος, οὐδὲν ὅτι καὶ λόγου ἄξιον πέπραχε. μετ' αὐτὸν δὲ φιλιππικὸν, κῆδος πρὸς αὐτὸν ἔχοντα. τὴν ἑτέραν γὰρ ταῖν ἀδελφαῖν αὐτοῦ γεγαμήκει· ὃς ἐκ τῆς ὑπερορίαν διαβὰς, πάντα τε τὰ ἐν ποσὶ λῃϊσάμενος, μεγάλων λαφύρων ἐγκρατὴς γέγονεν, ἀνεῖλέ τε πολλοὺς τῶν εὐγενῶν τε καὶ εὐπατριδῶν τῆς νισίβεως, καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐντὸς τοῦ τίγριδος ποταμοῦ· συνεπλάκη δὲ καὶ πέρσαις· καὶ μάχης καρτερᾶς γενομένης, πολλῶν τε καὶ ἀξιολόγων περσῶν πεπτωκότων, καὶ ζωγρίας πολλοὺς εἷλε, καί τινα λόχον ἐκδραμόντα ἔν τινι τῶν εὐφυῶν γεωλόφων δυνάμενος ἐξελεῖν, ἐφῆκεν ἀπαθεὶς, ὑποσχομένους πείθειν τὸν Σφῶν βασιλέα εἰρήνης περὶ τὴν ταχίστην ἐκπέμπειν. καὶ ἕτερα δὲ στρατηγῶν κατεπράξατο, τῶν περιττῶν καὶ ἐς τρυφὴν ἀγόντων τὸν στρατὸν ἐλευθερώσας, καὶ πρὸς τὸ κόσμιον καὶ εὐπειθὲς αὐτοὺς χαλινώσας. ἃ τοῖς συγγράψασιν, ἢ καὶ συγγράφουσι καταληπτέον, ὡς ἂν ἀκοῆς ἢ δόξης ἔχοιεν, ἢ καὶ ἐσχήκασιν, οἷς ὁ λόγος τῇ ἀγνοίᾳ περιολισθαίνων καὶ ἀποχωλεύων, ἢ προσπαθείᾳ θρυπτόμενος, ἢ ἀντιπαθείᾳ τυφλώττων τῶν ἀληθῶν διαμαρτάνει.

Cap. III.

De Joanne & Philippico, Magistris militum, & de rebus ab iisdem gestis.

PORRO Magistrum Orientalis militiæ, primo quidem Joannem misit, oriundum ex Thracia. Qui in aliquot præliis interdum adversa, interdum prosperiore fortuna usus, nihil memoria dignum gessit. Huic deinde Successorem misit Philippicum, affinitate ipsi conjunctum. Alteram enim ex Mauricii sororibus, uxorem duxerat. Qui in hostium regionem ingressus, & obvia quæque depopulatus, ingenti præda potitus est. Multos quoque ex nobilibus Nisibenis, & ex aliis urbibus quæ sunt intra fluvium Tigrim, interfecit. Conflixit etiam cum Persis: commissaque ingenti pugna & multis qui inter Persas eximii habebantur, occisis, non paucos vivos cepit. Turmam item Persarum quæ in collem quendam satis commode situm evaserat, cùm capere posset, illæsam dimisit: postquam polliciti essent persuasuros se Regi Persarum, ut Legatos de pace quamprimùm mitteret. Alia præterea dum copiis Romanorum præesset, præclare gessit: Cquippe qui cuncta quæ superflua erant, & ad luxum ac delicias accommodata, ab exercitu removerit, & milites ad modestiam atque obsequium revocaverit. Verùm hæc relinquenda sunt iis qui de his rebus scripsere, vel qui jam scribunt, prout ipsi vel auditione acceperint, vel opinione ducuntur. Quorum quidem oratio ob ignorationem rerum cespitans & claudicans, & vel affectui indulgens, vel odio obcæcata, longius à vero aberrare solet.

Κεφ. δ'.

Περὶ στρατηγίας πρίσκου, καὶ ὧν πέπονθεν ὑπὸ τῶν στρατοῦ ἐπαναστάντος αὐτῷ.

ΜΕτ' αὐτὸν δὲ πρίσκος τὴν στρατηγίδα μέτεισιν ἀρχήν. οὐκ εὐπρόσοδός τις, οὐδὲ ἄτερ τῶν ἀναγκαίων εὐπρόσβατος. τὸ πᾶν δὲ νομίζων καταπράττεσθαι, εἰ τὰ πολλὰ κατ' αὐτὸν εἴη, ὡς ἐντεῦθεν καὶ τῶν στρατευμάτων δέει μᾶλλον ὑπειξόντων πρὸς τὰ κελευόμενα. ὅτε δ' οὖν πρὸς τὸ στρατόπεθον ἀφίκετο, ὀφρυάζων καὶ ὑπερβλέπων, καὶ

Cap. IV.

D *De Prisco Magistro militum: & quænam passus sit à militibus adversus ipsum insurgentibus.*

POST hunc Magister militum creatus est Priscus: Vir haudquaquam facilis aditu, nec nisi ob res necessarias in publicũ prodire solitus. Quippe existimabat, cuncta se facilius perfecturũ, si solus maneret ut plurimum: quasi milites hoc pacto metu adducti, imperata citius facturi essẽt. Certe quo primùm tempore ad castra Romanorum venit, elato supercilio, è sublimi despiciẽs, &

ad fastum ac pompam vestitus atque ornatus, edicta quædam proposuit de militum in bellis tolerantia, & de accurata eorundem armatura, de annona denique quam ex fisco accepturi essent. Qui cùm de his rebus jam antea aliquid didicissent, tunc iram suam in apertum erumpere siverunt. Impetu igitur facto in tabernaculum Prisci, omnes ejus sarcinas, & magnificum apparatum, & ex thesauris pretiosissima quæque, barbatorum more diripiunt. Ipsum quoque interfecturi, nisi conscenso quodam ex funalibus equis, Edessam se proripuisset. Eam urbem milites missis eo aliquot copiis obsederunt, Priscum sibi dedi flagitantes.

A πρὸς τὸ κομπῶδες ἐρεθον ἐξησκημένος, πρός τι δή τινα ἀφεῖτε τῆς τῶν στρατιωτῶν ἐς τοὺς πολέμους καρτερίας, ἀφεί τε τῆς ἀκριβείας ὁπλίσεως, καὶ ὧν ἐκ τοῦ δημοσίου κομίσαιντο οὐκ ἀπόλωφεῖ τούτων πεπυσμένοι, ἐς τοῦμφανὲς τὸν θυμὸν ἐξέρρηξαν ὁμόσε χωρήσαντες ἔνθα ἦν σκηνὴ μάλα βαρβαρικῶς ὅσα μεγαλοπρεπῶς ἀπῆν διασκάσαντο, καὶ τῶν κρημνίων τὰ πρωτάτω μικροῦ δεῖν καὶ αὐτὸν διεχρήσαντο, εἰ μή τινι τῶν παρόντων ἵππων ἐπιβὰς, καὶ τῷ ἔδεσαι διασωθεὶς ὠκὺ πέμψαντες ἐπολιόρκησαν, τὸ
B πείσκον ἐξαιτούμενοι.

Cap. V.

Quomodo Germanus Imperii insignia susciperè per vim coactus est.

Sed cùm Edesseni id facere recusarent relicto illic Prisco, Germanum Ducem rei militaris per Phœnicem Libanensem, injecta manu corripiunt: & ducem suum, quantumq; in ipsis erat, Imperatorem constituunt. Cúmque Germanus quidem id renueret, illi verò acrius instarent; & gravis utrimque C contentio esset, illo annitente ne cogeretur: his ut id quod volebant perficerent contendentibus: ac militibus quidem mortem ei interminantibus, nisi sponte munus delatum susciperet: Germano verò mortem libenti animo amplectente: postquam eum nec metu vinci, nec terrore percelli viderunt, verbera quædam ac membrorum mutilationes ei inferre cœperunt, rati scilicet eum ista haudquaquam toleraturum. Neque enim illum duriorem fore quàm natura & ætas ipsius ferret. Rem igitur aggressi, parcius & cùm re- D verentia quadam periculum ejus fecerunt: tandemq; eum invitum assentiri coegerunt, & conceptis verbis jurare, se se ipsis fidem servaturum. Ita igitur ipse militibus subditus imperare, & regere eos à quibus regebatur; & qui captivus erat, dominari compulsus est. Reliquis deinde omnibus ordinum ductoribus & præpositis ac Tribunis, centurionibus item ac decurionib⁹ expulsis, alios pro arbitrio in eorũ locũ substituunt, maledicta in imperiũ ac probra palam congerentes. Et modestiùs quidem, ut plurimum se gerebant, quàm

Κεφ. ε'.

Περὶ τῆς γερμανοῦ εἰς τὴν τῶν ὅλων ἀρχὴν ἀναγκαίας καταστάσεως.

Ὡς δὲ τῆς πόλεως οὐκ ἐνεδίδωσαν οἱ φύλακες μὴ αὐτὸ πείσκον, βίᾳ δὲ καὶ χερσὶ ζωγρήσαντες γερμανὸν τὸν ἐν φοινίκῃ λιβανησίας στρατιωτικῶν ταγμάτων ἡγεμονεύοντα, χλευάζοντες ὡς ἡγεμόνα τοῦτον ἐπ' αὐτοὺς, καὶ αὐτοκράτορα τοῦ ἀνθρώπου, καὶ τῶν ὅλων δρότερον ἐγκρίνοντες, ἔτοιμός τε ἀμφοῖν ἦν, τὸ μὲν, μὴ βιασθῆναι, τῶν δὲ ἐξεργάσασθαι καὶ τῶν μὴ ἀποκαινεῖν ἐν ἀγνοουμένοις εἰ μὴ ἑκὼν ἐνδέχοιτο· ἔδει, μάλα δὴ καὶ τοῦτο ἐνδεχομένου, ὡς ὅτε φοβοῖτο, ὅτε κατεπτοῖτο, ἑτεραπόνοτο πίτυνας αἰκιῶν τε καὶ λωβήσεων ἤρχοντο, ἃς ὁδαμῇ ἂν ἴσως αὐτὸν ὤετο. οὐ γὰρ ἦν τῆς φύσεως. καὶ τῆς ἡλικίας ἔσεσθαι ἀτεγκτότερον. καὶ καταρξάμενοί γε καὶ ἀποπειράσαντες αὐτὸν, σὺν βίᾳ καὶ φόβοι, τέλος ἀκούσια βιάζουσι σωφρονεῖν τε καὶ διομόσασθαι ἢ μὴν τὰ πρὰ φυλάξειν αὐτοῖς. ἔνθεν ἦν ἄρχειν ἀρχόμενον, καὶ κρατεῖν κρατούμενον, καὶ εἰλημμένον δεσπόζειν ἁλόντων καὶ ἠναγκάζετο. τὰς δὲ γε ἄλλας ἁπάσας ταξιάρχας, λοχαγούς τε καὶ χιλιάρχας, ἕτερ ὅσοι ἑκατοντάρχου ἢ δεκάδος ἦρχον ἐκβιαζόμενοι, φασὶ χλευάζοντες ἐς ἐξόλους, ἀναφανδὸν τὴν βασιλείαν βλασφημοῦντες καὶ τῶν μὴ βαρέα-

βαρβάρων μελειώτερον τοῖς σὺν ἐλευθερίᾳ τὰ πολλὰ διαγιγνόμενοι. συμμάχων γὰρ ἢ πολίτων ἄλλων, καὶ μάλα γε ἀλλοτρίως. οὐδὲ γὰρ τακτοῖς μέτροις ἢ σταθμοῖς τὰς σιτήσεις ἐνομίζοντο, οὐδὲ μόναις ταῖς ἀπονενεμημέναις ἠρκοῦντο. ἀλλ' ὧν ἑκάστῳ θεσμὸς ἡ γνώμη, καὶ μέτρον νενομισμένον ἡ βούλησις.

A Barbari erga provinciales. Verùm à Sociis ac servis Reipublicæ longissime aberant. Nam neq; statutis ponderibus ac mensuris annonas accipiebant, nec assignatis sibi mansionibus contenti erant Sed sententia sua unicuique pro lege, & voluntas pro mensura fuit.

Κεφ. ε'.

Ὡς ὁ βασιλεὺς φιλιππικὸν πάλιν ἐξαπέστειλεν· ὃ οὐ στρατὸς τούτων οὐ παρεδέξατο.

Cap. VI.

Quomodo Imperator denuo Philippicum misit, utq; exercitus eum suscipere recusavit.

Ταῦτα διαθήσοντα φιλιππικὸν βασιλεὺς ἐκπέμπει· ὃν οὐ μόνον οὐκ ἐσεδέξαντο· ἀλλὰ κἂν εἴ τινα ἐκείνῳ προσηκόντων ὑπελήφεσαν, περὶ τῶν ἐχόντων κινδύνους ἦν.

B Ad istas res componendas missus est ab Imperatore Philippicus. Quem tamen milites non modo non susceperunt: Verùm si quem forte ei favere suspicati fuissent, is de vita ipsa periclitabatur.

Κεφ. ζ.

Περὶ γραμματέως τῆς θειοτάτης ἐκκλησίας τῆς κατ' αὐτὸ γνωμένης συκοφαντίας, ὅπως τε ταύτῃ ἡ ὑπόθεσις διήλθεν.

Cap. VII.

De Gregorio Antiochiæ Episcopo, deque concinnata adversus eum calumnia, & quomodo illam falsi convicerit.

Ἐν τούτοις ὄντων τῶν πραγμάτων, ἐπάνεισι τῆς βασιλίδος γραμματεῖον ὁ τῆς θεουπόλεως ἐπίσκοπος, ἤδη τὸν ἀγῶνα νενικηκὼς ὃν ἰσορήσων ἔρχομαι, ἀσεβείᾳ τὴν ἑῴαν ἀρχὴν διέποντος, ἐριδός τέ τινος συστάσης αὖπως τε καὶ γραμματείῳ, τὸ πᾶν τῆς πόλεως κεφάλαιον ἐς τὴν ἀσεβείᾳ μοῖραν ἀπεκέκλιτο. προσελάβετο δὲ καὶ εἴ τι δημῶδες ἐν, καὶ τὰς τέχνας τῇ πόλει συνεπλήρου· ἕκαστοι γὰρ βεβλάφθαι τι ἐνίσχυόν. λοιπὸν δὲ καὶ ὁ δῆμος ἀφείθη πρὸς τὰς κατ' αὐτοῦ βλασφημίας. ἄμφω τοιγαροῦν τὼ δήμω ἐς μίαν συνήτην γνώμην, τά τε καλά τε τὰς λεωφόρους, ἀνά τε τὸ θέατρον τὰς κατὰ τοῦ ἱερέως ὕβρεις ἐπεβόων, οὐδὲ τῶν ἀπὸ τῆς σκηνῆς τούτων ἀποχομένων· καὶ παύεσθαι μὲν τῆς ἀρχῆς ἀσέρος. ἐγχειρεῖσθαι δὲ ταύτην ἰωάννης, πρὸς τοῦ βασιλέως κελευσθεὶς τὴν τῶν κινουμένων ζήτησιν ποιήσασθαι. αἰτῆ, οὐδὲ τὰ σμικρότατα τῶν πραγμάτων, μήτιγε δὴ τὴν τοσαύτην ὑπόθεσιν διοικήσασθαι ὅσος τε ὤν. θορύβων τοίνυν καὶ ταραχῶν τὴν πόλιν ἐμπλήσας, προγράμμασί τε χρησάμενος, εἴ τις καλήγορεῖν τοῦ ἱερέως βούλοιτο, δέχεσθαι γραφὰς καθ' αὐτοῦ, πρός τινος τραπέζης ἀργυρείων προεστηκότος, λεγούσας τῇ τε οἰκείᾳ ἀδελφῇ Πλακιανῇ,

C Cum res in hoc statu essent, Gregorius Antiochensis Episcopus ex urbe regia domum revertitur, cùm jam victoriam reportasset ex quodam certamine, quod hoc loco commemorabo. Quo tempore Asterius Comitivam Orientis administrabat, orta inter ipsum & Gregorium contentione, primores urbis universi Asterio sese adjunxerunt. Plebeji quoque & opifices ejusdem urbis, Asterii partes secuti sunt. Singuli enim damno aliquo se affectos esse à Gregorio affirmabant. Tandem verò etiam populo permissum est, ut probra ac maledicta in Episcopum conjiceret. Ambo igitur, tam primores scilicet, quam opifices, in eandem cum plebe sententiam conspirarunt: Et tum per plateas, tum in

D theatro, contumeliosè vociferari adversus Gregorium cœpere: ne scenicis quidem ab ejusmodi petulantia abstinentibus. Interea Asterio magistratus abrogatur, & Joannes in ejus locum substituitur. Mandatumque est ei à Principe, ut de motu illo diligenter inquireret: Vir ne ad leviſſima quidem negotia, nedum ad tantam rem componendam idoneus. Itaq; cùm urbem tumultu ac turbis repletset, & edictis propositis denuntiasset, licere cuivis Episcopum accusare, libellum contra eum à quodam argentariæ mensæ præposito oblatum suscepit: quo accusabatur Gregorius, quòd cum pro-

pria sorore alteri viro nuptâ rem habuisset. Suscepit etiam accusationes ab aliis ejusdem farinæ hominibus de pace ac tranquillitate urbis Antiochiæ, quasi Gregorius eam sæpius perturbasset. At Gregorius, de crimine quidem turbatæ pacis paratum se esse respondit causam dicere. De aliis verò ipsi objectis, ad Imperatorem & ad synodum provocavit. Me igitur consiliarium & comitem habens, venit Constantinopolim, his accusationibus responsurus. Cumq; omnes qui ubique sunt Patriarchæ, partim per se, partim per Legatos suos quæstioni interessent, Senatores item urbis regiæ, & ex religiosissimis Metroplitanis quamplurimi, negotio diu multumque examinato: Tandem post multas actiones Gregorius causam obtinuit: adeò ut accusator nervis cæsus, & per totam urbem circumductus, exilio mulctaretur. Inde igitur Gregorius ad suam sedem reversus est, quo tempore exercitus Romani in Oriente tumultuabantur, & Philippicus circa urbes Beroeam & Chalcidem moras agebat.

A ἑτέρῳ ἀνδρὶ συνοικεῖν λαχούσῃ. δέχεται δὲ παρ' ἑτέρων τοιούτων περὶ τῆς εὐσηνείας τῆς πόλεως, ὡς ἀπ' αὐτῆς πολλάκις λυμαινομένου. καὶ περὶ μὲν τῆς εὐσηνείας τὰς δικαιολογίας ὑπέδυ. περὶ δὲ τῶν ἄλλων, βασιλέα τε καὶ σύνοδον ἐπεκαλέσατο. περὶ τούτων μὲν δὴ ἐμοῦ παρεδρεύοντος καὶ παρόντος γε αὐτῷ, καὶ τὴν βασιλέως γέγονε τὴν δικαιολογίαν ὑφέξων· καὶ τῶν ἑκάστοτε πάλαι ἀρχῶν, τῶν μὲν δι' ἑαυτῶν, τῶν δὲ καὶ διὰ ἑτέρων τῇ ζητήσει παραγινομένων, πρεσβεῖα δὲ καὶ τῆς ἱερᾶς γερουσίας, καὶ πολλῶν ὁσιωτάτων μητροπολιτῶν, τῆς ὑποθέσεως ὁκιμαζομένης, καὶ πολλοὺς ἀγῶνας κραλεῖ. ὥστε τὸν κατήγορον νδύροις αἰκισθέντα καὶ τὴν πόλιν περιαχθέντα, ἐξοστρακισμῷ περισωθῆναι. ἐνθένδε ἐν ἐπάνεισι πρὸς τὸν οἰκεῖον θρόνον, τῶν στρατευμάτων σασαζόντων, καὶ Φιλιππικὸς ἀμφὶ Βέροιαν καὶ Χαλκίδα τὰς πόλεις ἐνδιατρίβοντος.

B

Cap. VIII.

Quomodo Antiochia terræmotibus denuo vexata est.

C

POst ejus autem reditum, quatuor mensibus elapsis, anno urbis Antiochiæ sexcentesimo tricesimo septimo, post annum unum ac sexagesimum ab ultimo terræmotu, postremo die mensis Hyperberetæi, dum ego virginem sponsam acciperem, & tota civitas feriaretur ac publicam festivitatem circa pompam thalamumq; celebraret, tertiâ circiter noctis hora, terræmotus cum fragore & sonitu irruens, totam urbem concussit: multa etiam ædificia evertit, fundamentis ipsis sursum propulsis. Adeo ut membra omnia quæ D erant circa sanctissimã Ecclesiam, funditùs prosternerentur, solumq; hemisphærium incolume remanserit, quod ex tignis Daphnensis luci Ephræmius construxerat, cùm Justini temporibus labefactatum fuisset. Terræmotibus deinde subsecutis idem hemisphærium ad latus boreale ita inclinatum fuerat, ut tigna haberet quibus fulciretur. Quæ tigna vehementi terræmotu cùm concidissent, hemisphærium in alteram partem reversum est, ac veluti norma quadam dirigente, in pristinum

Κεφ. η'.

Ὡς πάλιν ἄπο σεισμῷ ἡ θεόπολις ἔπαθε.

ΚΑὶ τεσσάρων διαγρομένων μηνῶν μὴ τὴν αὐτὴ ἄφιξιν, ἔτος ἑβδομον καὶ ἑξακοσιοστὸν καὶ ἑξακοσιοστὸν χιλιαστὸν θεσπολεως, μὴ ἓν καὶ ἑξηκοστὸν ἔτος τῶν πρόσθεν σεισμῶν, ἐμοῦ καὶ τὴν ἕνλω καὶ νέαν ἡμέραν τὸ ὑπερβερεταίου μηνὸς κόρλω παρθένον νυμφοῦντος, καὶ τῆς πόλεως ἑορταζούσης, καὶ δημοτελῆ πανήγυριν ἀγούσης περί τε τὴν πομπὴν καὶ τὴν παστάδα, ἀμφὶ τρίτην ἐπλήγνιον ὥραν, βρασμὸς καὶ κλόνος ἐπελθόντες, τὴν πᾶσαν μὲν καλέσεισαν πόλιν. τὰ πολλὰ δὲ καὶ καθήγαγον, αὐλῶν τῶν βαθρων διαβραθέντων· ὥστε πάντα τὰ περὶ τὴν ἁγιωτάτην ἐκκλησίαν ἐς ἔδαφος ἐνεχθῆναι, μόνα τὸ ἡμισφαιρίῳ περισωθέντος, ἐκ τῶν δάφνης ξύλων πρὸς ἐφραιμίου διασκαυθέντος, ἐκ τῶν ἐπὶ ἰουστίνου σεισμῶν παθόντος· ὅπερ ἐκλίθη ἐκ τῶν ἑφεξῆς κλονων καὶ τὸ βόρειον μέρος. ὥστε καὶ ἀντερείδοντα ξύλα βαλεῖν, ἃ καὶ περιώκασι τῷ ζοσδρῷ κλόνῳ ὑπονοσήσαντος τὸ ἡμισφαιρίῳ, καὶ ὡς ἔκ τινος κανόνος ἐς τὸν ἴδιον

ἀποκαλασάντω χῶρον. πέπωκε δὲ καὶ τὰ πολλὰ τῆς καλεμένης ὀστρακίνης, καὶ ὁ πρόσθεν ἔφαμμος ψηφίον, καὶ σύμπαντα τὰ καλέμματα βρυσία, καὶ τὰ περὶ τὸν πάνσεπτον σηκὸν τῆς θεοτόκου, μόνης τῆς μέσης στοᾶς παραδόξως σωθείσης. πεπόνθασι δὲ καὶ σύμπαντες οἱ πύργοι τὸ πεδίον, τῆς λοιπῆς οἰκοδομίας ἀπαθῆς μεινάσης, τὴν ἐπάλξεων δίκα. τούτων δέ ἔνιοι λίθοι ἐς οὖμπαλιν μετεσράφησαν, ὑπὸ πεπωκότες. πεπόνθασι δὲ καὶ ἕτεροι νεὼ, καὶ τῶν δημοσίων βαλανείων ἑκάτερον, τὸ πρὸς τὰς ὥρας διηρημένον. καὶ πλῆθος δὲ ἀσύμβιον ἦλω, ἃ ὡς εἰκάζον ἔνιοι τὴν ἄρτων τεκμαιρόμενοι, ἀμφὶ τὰς ἑξήκοντα χιλιάδας ἀνάλωσεν ὁ πόνος ἐκεῖ. σώζεται δὲ ὁ ἱερεὺς ὑπέρτερον πάσης ἐλπίδος, τὸ καλαγωγίῳ σύμπαντος πεπωκότος ἐνθα καὶ αὐλὸς καθῆστο, καὶ μηδενὸς τὸ παράπαν διασωθέντος ἢ μόνον τῶν ἀμφ' αὐτὸν ἑστώτων· οἳ καὶ φορεῖδιον ἀνελόμενοι, διά τινος καλωδίου καθήγαγον, ἕτερος σεισμὸς τόπον διορύξαντος, καὶ τῶν κινδύνων ὑπεξήγαγον. καὶ ἕτερον δὲ γέγονε τῇ πόλει σωτήριον, τὸ φιλανθρώπως θεὸν φεισθὲν τὴν ἀπειλὴν θήξαντος, κλάδῳ τε οἰκτῖρε καὶ ἐλέᾳ τὴν ἁμαρτίαν σωφρονίσαντος. ὀλίγος δὲ ἐμπρησμὸς γέγονε, τοσαύτης φλογὸς τὴν πόλιν περιεχούσης, ἔκ τε τῶν ἐφαρῶν, καὶ τῶν δημοσίων καὶ ἰδιωτικῶν λύχνων, ὀπανείων τε, πυγέων τε αὖ καὶ βαλανείων, καὶ ἑτέρων ἀναθέμων. ἐλήφθησαν δὲ καὶ τῶν ἀξιολόγων πλείστοι, μεθ' ὧν καὶ ἀσέβειος ἔργον τῶν σεισμῶν γέγονε. καὶ τὸ μὲν πάθος τῆς πόλεως, χρήμασιν ὁ βασιλεὺς παρεμυθήσατο.

A locum restitutum. Corruit præterea magna pars regionis quæ Ostracine dicitur: Psephium item cujus antea mentionem feci, & universa loca quæ vulgo Brysia appellantur: ædificia deniq; quæ erant circa venerabilem Ecclesiam Deiparæ virginis, solâ mediâ porticu mirabili quodam modo conservatâ. Labefactatæ sunt etiam universæ turres quæ erant in Campo, reliquo ædificio præter pinnas murorum integro atque illæso. Harum enim lapides aliquot in contrariam partem conversi, nec tamen prolapsi sunt. Multæ quoq; sacræ ædes, & ex publicis lavacris alterum, illud scilicet quod pro singulis anni tempestatibus divisum erat, eandem calamitatem sensere. Hominum verò multitudo innumerabilis eo terræmotu oppressa est. Atq; ut nonnulli conjiciebant, argumento ducto ex annona publica, sexaginta circiter hominum millia eâ clade perierunt. Episcopus verò præter spem omnem incolumis evasit, cùm domicilium in quo sedebat corruisset, nec ullus omnino servatus fuisset præter eos qui circa illum stabant. Qui quidem cùm alius terræmotus locum subruisset, Episcopum humeris suis bajulantes, per funem demiserunt, atque ita ex periculo eripuerunt. Aliud præterea quidpiam civitatem servavit, cùm clementissimus Deus minas suas lenitate temperasset, & virgâ miserationis ac misericordiæ peccatum populi castigasset. Nullum enim exortum est incendium, quamvis ingens ignis copia passim in urbe esset, partim ex focis, partim ex publicis ac privatis lucernis, ex culinis item & fornacibus ac balneis, aliisq; innumeris locis. Plurimi porrò illustres viri eo terræmotu oppressi sunt: inter quos fuit etiam Asterius. Et hanc quidem urbis calamitatem solatus est Imperator, suppeditatis ex fisco pecuniis.

Κεφ. θ'.

Ὡς οἱ βάρβαροι θαῤῥήσαντες τῇ τοῦ στρατοῦ καὶ τοῦ βασιλέως ἀποστάσει, τούτοις προσβαλόντες ὑπὸ γερμανοῦ ἡττήθησαν.

ΤΑ δὲ τοῦ στρατοῦ πανταπασίως εἶχεν ὥστε καὶ τοὺς βαρβάρους ἐπιραλῦσαι, πεισθέντας μηδένα ζοφὰς κωλύσειν τὰ βαρβάρων πράττοντας· ὑπανιάζει δὲ τούτοις ὁ γερμανὸς σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν, καὶ ἅτε

Cap. IX.

Quomodo Barbari fiduciâ sumptâ ex eo quòd milites ab Imperatore defecissent, eosdem aggressi, à Germano superati sunt.

EXercitus verò semper in eadem defectione perseverabat: adeo ut Barbari cum copiis in Romanorum fines irrumperent, persuasum habentes, neminem ipsos prohibiturum quo minùs barbarico more grassarentur. Sed Germanus cum exercitu Romano ob-

viam illis profectus, victos sic ad internecionem cecidit, ut ne nuntius quidem relictus sit, qui cladem Persis renuntiaret.

A κατακράτος νικήσας, διέφθειρεν, ὥστε μὴ δὲ ἀγγελιώτην τῆς συμφορᾶς πέρσαις ὑπολειφθῆναι.

Cap. X.

De Imperatoris in rebelles Clementia.

IMPERATOR verò exercitum quidem pecuniis remuneratus est. Germanum verò cum quibusdam aliis inde revocatum, in judicium deduxit. Cumque omnes judicum sententiâ capitali supplicio damnati essent, Imperator tamen nullo incommodo affici eos permisit: Immo honores ac præmia eis largitus est. Dum hæc geruntur, Abares usque ad longum murum semel atque iterum excursione facta, Singidunum, Anchialum & universam Achaiam, alias præterea urbes & castella expugnarunt atque in servitutem redegerunt: igni, ferroq; cuncta vastantes; nullo resistente, eo quòd maxima pars exercitus Romani in Oriente esset. Imperator igitur Andream, qui primus fuerat inter Imperiales satellites, eò misit, persuasurum militibus, ut priores præpositos ac reliquos ductores, quos antea habebant, susciperent.

Κεφ. ί.

Περὶ τῆς τοῦ βασιλέως εἰς τοὺς ἀποστάτας φιλανθρωπίας.

ΑΜείβεται μὲν οὖν βασιλεὺς τὸν στρατὸν χρήμασιν· ἀναγαγὼν δὲ γερμανὸν καὶ ἑτέρους, ἐς κριτήριον καλεῖ. καὶ πάντες μὲν θανάτου κατεψηφίσθησαν. οὐ μὴν εἴασεν ἄχαρί τι παθεῖν, ἀλλὰ καὶ γέρων ἠξίωσε. τούτων ὧδε χωρούντων, ἡ ἄβαρες δὶς μέχρι τοῦ κα-
B λουμένου μακροῦ τείχους διελάσαντες, σιγγιδόνα ἀγχίαλόν τε, καὶ τὴν ἑλλάδα πᾶσαν, καὶ ἑτέρας πόλεις τε καὶ φρούρια ἐξεπολιόρκησαν καὶ ἠνδραποδίσαντο, ἀπολλύντες ἅπαντα καὶ πυρπολοῦντες, τῶν πολλῶν στρατευμάτων κατὰ τὴν ἑῴαν ἐνδιατριβόντων. πέμπει δέ γε βασιλεὺς ἀνδρέαν, τῶν βασιλικῶν ὑπασπιστῶν πρῶτον γενόμενον, πείσοντα τὸν στρατὸν, οὗτος προτέρους λοχαγούς τε καὶ λοιποὺς ἐσδέξασθαι.

C

Cap. XI.

Quomodo Gregorius Antiochensis Episcopus ad pacandos milites directus est.

SED cùm milites id mandatum ne audire quidem sustinuissent, totius negotii cura in Gregorium transfertur, non solum eò quòd ad res maximas perficiendas erat aptissimus, verum etiam eo quod summus ei honor ab exercitu, & quidem jure merito deferebatur. Multos enim milites pecuniis donaverat. Aliis vestem ac cibaria aliasque res subministraverat, tunc cum delectu habito in matriculam adscripti per ipsius agros transirent. Missis igitur quaquaversum nuntiis, principales milites evocavit ad locum qui Litarba dicitur, trecentis stadiis distans ab urbe Antiochia. Ad quos ipse cùm venisset, tametsi in lecto decumberet, ejusmodi verba fecit.

Κεφ. ιά.

Ὡς γρηγόριος ὁ θεουπόλεως, εἰς διαλλαγὰς ἐξαπιστάλη τοῦ στρατοῦ.

ΩΝ μηδὲ μέχρις ὤτων ὑπομεινάντων τὸ κέλευσμα, ἐς γρηγόριον τὸ πρᾶγμα μετασκευάζεται, οὐ μόνον ὅτι τὰ μέγιστα ἐργάζεσθαι οἷός τε καθεστήκει, ἀλλ' ὅτι καὶ πολλὴν ὦφλε τιμὴν αὐτῷ τὸ στράτευμα. τῶν μὲν χρήμασι δεξιωθέντων πρὸς αὐτοῦ. τοῦ
D δὲ, καὶ ἐσθῆσι, βρωτοῖς τε καὶ ἑτέροις, ὅτε στρατολογηθέντες ἐκ καταλόγου δι' αὐτοῦ παρήεσαν. ἀγείρει τοίνυν οὗτος ἐς πρῶτα τοῦ στρατοῦ τελοῦντας, ἀγγελιαφόρους ἑκασταχοῦ πέμψας, ἐν λιτάρβοις τῷ χωρίῳ, διεστῶτι θεουπόλεως ἀμφὶ οὗτος τριακοσίους σταδίους. παρ' οὓς αὐτὸς γενόμενος, καὶ ταῦτα κλινοπετὴς ὑπάρχων, ἔλεξε τοιάδε.

A

Κεφ. ιϛ'.

Δημηγορία ῥητορεία πρὸς τὸν στρατόν.

Ἐγὼ μὲν, ὦ ἄνδρες ῥωμαῖοι τὴν παρουσαν εὐνοιαν καὶ τὰ παράγγελματα, ὥμην ὀλίγου ἔμπροσθεν τινὶ ὑμῖν παρ' ἡμᾶς ἀφικνουμένοις κοινωσομένων τὰ παρόντα, βουλήν τε λημψομένων ἵν' ἡ πρὸς ὑμᾶς εὔνοια καὶ ἐπαγγελία, τοῖς πρόσθεν οὐκ ἐνδοιαστῶς βεβαιωθεῖσα, ὅτε τὸν νικήσαν ὑμῖν κλόνον καὶ τὸν ἐκ θυέλλης σάλον, τοῖς ὑπηκόοις ἐπαρκέσαμεν· ἀλλ' ἐπεὶ μέχρι τοῦδε παρῶπται, ἴσως ἄνωθεν οὐκ ἐνδοιάσαντες ἡγούμενοι, ἵνα πέρσαι μὲν τὴν ῥωμαίων τέλεων ἀνδρείαν ἐκμάθοιεν, πρὸς ἀνδρῶν ἀπροσηγήτων ἐκπολεμηθέντες· ἡ δέ γε ὑμῖν ἀκραιφνὴς εὔνοια διὰ πάντων βεβαιωθείη, τῷ καιρῷ βασανισθεῖσα καὶ τοῖς ἔργοις μαρτυρηθεῖσα. δεδείκατε γὰρ ὡς εἰ καὶ πρὸς τοὺς στρατηγήσαντες ὑμῖν τὴν λύπην ἐπληρώσατε, ἀλλ' ἐν ὑμῖν ἦν πολλῷ μᾶλλον προὐργιαίτερον. φέρε νῦν καὶ τῶν πραχθέντων σκοπήσωμεν. βασιλεὺς ὑμᾶς προσκαλεῖται, πάντων τῶν ἠγνοημένων ἀμνηστίαν καὶ ἐπαγγελλόμενος, τὴν ἐς τὴν πολιτείαν ὑμῖν εὔνοιαν, καὶ τὴν ἐν τῷ πολέμου ἀνδρείαν ἐς ἐκείνην καὶ θαλλοὺς δεξάμενος ταῦτα δὲ ἐς ὑμᾶς· τῆς ἀφέσεως ἐνέχυρα πάντων ἀσφαλέστατα, καὶ φησὶν, ὡς εἰ ὁ θεὸς τῇ εὐνοίᾳ τὸ πλέον δέδωκε, καὶ τῶν ἁμαρτάδων ἐξωθήσων, ἡ ἀνδρεία διεφάνη, σαφὴς ἔλεγχος τῆς συγχωρήσεως γενομένη, πῶς ἂν ἐγὼ τῇ θείᾳ κρίσει καρδίαν βασιλέως ἐν χειρὶ θεοῦ καὶ ὃ ἂν θέλῃ κλίνει αὐτήν. ὑπείξατέ μοι δή, ὦ ῥωμαῖοι, τάχιστα· καὶ μὴ καταπροδῶμεν τὸν παρόντα καιρὸν, μηδὲ παρολισθήσωμεν διαμάχης. μισεῖ γὰρ κεκλεισμένας διαδρομὰς, καὶ ὥσπερ ἀγανακτῶν ὅπου γε παρώφθη, δύσληπτον εἶναι καθάπαξ οὐκ ἀνέχεται. κληρονομήσατε δὴ τὰς πατρίδας τῆς εὐνοίας, ὥσπερ τῆς ἀνδρείας ἐκληρονομήσατε, ἵνα διὰ πάντων ῥωμαῖοι δόξητε, καὶ μηδεὶς ὑμῖν ἄψηται μῶμος ἢ νενοθευμένους ὑμᾶς παῖδας δείξῃ τοῖς πατράσι καὶ βασιλεῦσι ταπεινομένοις ὑμᾶς φύσαντες, πατρὶς καὶ ἀνδρεία τὸ οἰκούμενον ἅπαν προσεκτήσαντο. μάνλιος τορκουάτος τὸν

Cap. XII.

Gregorii Oratio ad exercitum.

EGo quidem existimabam, viri & nomine & rebus ipsis Romani, vos jampridem ad me venturos esse, tum de iis quæ acciderant, mecum communicaturos, tũ ejusmodi capturos consilium quod mea erga vos benevolentia pollicetur. Quæ quidem superioribus officiis certissime confirmata est, tunc cùm navalem vestrum tumultum & tempestatem inde excitatam, missis alimentis sublevavi. Sed quoniam hactenus id neglectũ est, divinâ fortasse providentiâ ejus rei copiam minime tribuente, tum ut Persæ à viris duce destitutis superati, Romanorum fortitudinem penitus perspicerent, tum ut vestra in Rempublicam sincera benevolentia opportuno tempore explorata & rebus ipsis comprobata, omnibus modis confirmaretur. Perspicuè enim declarastis, licet adversus duces vestros causas doloris ac simultatis habeatis, nihil tamen republica antiquius vobis esse. Nunc igitur quid agendum sit consideremus. Invitat nos Imperator, omnium præteritorum oblivionem promittens: vestram in rempublicam benevolentiam, & in prælio fortitudinem, tanquã ramos ac verbenas supplicum suscipiens: Et indulgentiæ suæ pignora omnium certissima vobis donans, cùm ita dicit. Si Deus vestræ in rempublicam benevolentiæ victoriam concessit, & depulsis peccatis fortitudo vestra eluxit, quod certissimum est argumentum indultæ veniæ: Quomodo ipse Dei præjudicium non sequar; Cor Regis in manu Dei est, & quocunque voluerit Deus, illud inclinat. Obtemperate itaque mihi quam citissime, Romani: Nec occasionem nobis oblatam dimittamus, nec elabi patiamur. Nam postquam effugerit, comprehendi se non patitur: & quasi indigne ferens quod neglecta fuerit, nunquam se bis capi sinit. Hæredes estote obedientiæ Majorum vestrorum, sicut fortitudinis eorum hæredes fuistis, ut vos Romanos undecunque ostendatis, nec ulla reprehensionis nota nomini vestro inuratur, vosque degeneres esse filios arguat. Majores vestri sub Consulum atque Imperatorum regimine constituti, obedientia ac fortitudine orbem terrarum subegerunt. Manlius Torquatus filium

suum, qui fortiter quidem se gesserat, imperio tamen minime paruerat, coronatum securi percussit. Ducum enim prudentiâ & militū obedientiâ, res maximæ perfici solent. Quod si alterum alterius ope destituatur, claudicat statim atque eversum labitur, disjuncto duarum illarum virtutum præstantissimo jugo. Nolite igitur amplius cunctari: sed mihi obtemperate, qui tanquam sacerdos, inter Imperatorem & exercitum reparandæ concordiæ interpres sum. Ostendite nullam esse perduellionem in eo quod agitis, sed justam indignationem, ad breve tempus susceptam adversus duces vestros à quibus injuriâ affecti estis. Nisi enim quàm celerrime ad Imperatorem accurreretis, ego quidem tum benevolentiæ quam debeo in rempublicam, tum meæ erga vos amicitiæ satisfecero. Vos verò considerate quæso, quinam sint exitus tyrannorum. Qua enim ratione præsentium rerum statum terminabitis? Ut in unum collecti permaneatis, fieri nullo modo potest. Unde enim fruges ad vos convehentur, aut ea commoda quæ mare continenti subministrare solet: nisi Christianis bellum inferentes, & ab iisdē vicissim bello appetiti, res omnium teterrimas faciatis ac sustineatis. Quis autem horum finis futurus est? Hac illac dispersi, vitam transigetis. Aderit è vestigio vindex justitia, non sinens ut veniam amplius consequamini. Datis igitur dextris, ea quæ & nobis & reipublicæ profutura sint perpendamus: Quando & salutaris passionis & sanctissimæ resurrectionis Dei nostri Jesu Christi festos dies, nobis ad id suffragantes habemus.

A παῖδα σεφανώσας ἀνεῖλεν, ἀνθεισάμενοι μὲν, ἀπεθήσαντο δὲ τὴν γε ἀγαγόντων δυσνομίαν, καὶ τῶν ἀγομένων ἀσφάλειαν, μεγάλα τε φύκασιν ἀγαθὰ καὶ εργάζεσθαι. Ἀτεχνῶς γὰρ ἑτέρα χρεῶν, χωλεύει καὶ σφαλερὸν, καὶ σφάλλεται πάντως, τῆς ἁρίστης ξυνωρίδος διαλυομένης. μὴ οὖν μέλλετε. πείθησθέ μοι, ἱερωσύνης βασιλείας τε καὶ στρατοῦ μεσίτευσις, καὶ δείξατε ὡς ἐτυραννικὰ τὰ ἡμέτερα, ἀλλὰ δικαία πρὸς μικρὸν ἀγανάκτησις τῶν ἀδικησάντων ὑμᾶς στρατηγῶν. εἰ γὰρ μὴ τὸ ταχὺ τῆς σπουδῆς ἐμοὶ, ἐγὼ μὲν ἐξοσιώσομαι, καὶ τὸ εἰς τὴν πολιτείαν εὔνοιαν, καὶ τὴν εἰς ὑμᾶς φιλίαν. ὑμεῖς δὲ σκοπεῖτε ποῖα τῶν τυράννων τὰ τέλη. ποῖ γὰρ καὶ πεφανέντα παρῆν· ἀθρόως εἶναι τῶν ἀδυνάτων. πόθεν γὰρ ἡ τῶν ὡραίων συγκομιδὴ, ἢ ὧν ἐς ἀνθρώπων ἡ θάλασσα τὴν ἤπειρον δίδωσιν, εἰ μή γε πολεμοῦντες χριστιανοὺς, καὶ πολεμούμενοι, τὰ πάντων αἴσχιστα δράσοιτε καὶ πείσοισθε καὶ ποῖ τὸ τέλος· ἀπορράδες γυρόμενοι βιώσεσθε. αὐτόθεν παρὰ πόδας ἡ δίκη, συγγνώμην τοῦ λοιποῦ νέμειν οὐκ ἀνεχομένη· δόντες οὖν δεξιὰς, καὶ ἑαυτοῖς καὶ τῷ πολιτεύματι τὸ σωτήριον σκοπήσωμεν, ὅτ' ἂν καὶ τὰς ἡμέρας τοῦ σωτηρίου πάθους, καὶ τῆς παναγίας ἀναστάσεως χριστοῦ τοῦ θεοῦ σωτηρίου λαμβανομένας ἔχωμεν.

B

C

Cap. XIII.

Quomodo post orationem Gregorii, milites deposita priore sententia, Philippicum ducem denuo susceperunt.

His dictis cùm multum illachrymatus esset, momento temporis omnium mentes velut divina quadam virtute commutavit. Statimque postularunt, ut ex conventu discedere ipsis liceret, quò de his quæ agenda erant, inter se ipsi deliberarent. Nec multò pòst reversi, se se arbitrio voluntatique Episcopi permiserunt. Qui cùm Philippicum illis nominasset ut eū sibi ductorem postularent, se & universum exercitum gravi jurejurando ea de re obstrictum esse dixerunt. Tum

Κεφ. ιγ'.

Ὅτι μετὰ τὸ δημηγορῆσαι γρηγόριον, μετέθεντο τοὺς γνώμας οἱ στρατιῶται, καὶ πάλιν δέχονται φιλιππικὸν στρατηγόν.

D Τοσαῦτά γε εἰπὼν, καὶ πλείω δὲ ἅπερ δακρύσας, ὥσπερ ἐκ θείας τινὸς ῥοπῆς ἁπάντων τὰς γνώμας ἐν ἀκαρεῖ μεταθέσθαι ποιεῖ. ὅπως ἐξέλθοιεν καὶ συλλόγους καὶ αὐτοὺς περὶ τῶν πρακτέων βουλεύσοιντο. ἦλθον τοίνυν ὀλίγου πολὺ φάσκοντες αὐτοὺς ἱερεῖ ἐγχειρίσαντες. καὶ δῆτα φιλιππικὸν αὐτοῖς ἐξονομάσαντος, ἵν' αὐτοῖς στρατηγὸν φήσιν ἐξαιτήσωσιν, ὅρκοις δεινοῖς ἔφασκον περὶ τούτου διομόσασθαι καὶ τὸ σύμπαν στράτευμα. ὁ δὲ

μὴ πρὸς τοῦτο μελλήσας ἢ ὅλως ἐλινύσας, ἱερεὺς ἔφη καλὰ συγχώρησιν εἶναι, ἐξουσίαν τε ἔχειν, λύειν καὶ δεσμεῖν ἐπὶ γῆς τε καὶ οὐρανῷ, καὶ τῆς θείας ἀπεμνημόνευε φωνῆς. ἐνδόντων δὲ καὶ πρὸς τοῦτο, τὸν θεὸν λιταῖς καὶ πρεσβείαις ἐξωσιοῦτο· καὶ δὴ ἀκραάντῳ αὐτοῖς μεταδοὺς σώματος· ἦν γὰρ ἡ πάνσεπτος ἡμέρα δευτέρα ἡ τῷ ἁγίῳ ἐγγίζουσα πάθει. πάντας δὲπνίσας ἀμφὶ τὰς δισχιλίας, σιτάδων ἐπὶ τῆς πόας κεδιασθέντων, ὡς ἔτυχε κατὰ τὴν ἕξιν. ἔδοξε δὲ αὐτοῖς συλλεγῆναι ἢ βούλοιντο· μεταπέμπεται τοίνυν φιλιππικὸν ἐν ταρσῷ τῆς κιλικίας διάγοντα, ἐπιγόμενόν τε τῷ βασιλέως, ἀναγαγὼν τῇ βασιλείᾳ πόλει τούτων, σείλας τε καὶ τὰς παρὰ Περσῶν πόλει φιλιππικῷ δεήσεις· πᾶσι τοίνυν τῷ φιλιππικῷ καὶ τῷ θεσπολιτῶν ὁμιλήσῳ, καὶ τοὺς ἠξιωμένους τῆς θείας παλιγγενεσίας ἐς ἀκεραίαν πρεσλαβόμενοι, προσπίπτουσιν αὐτῷ· καὶ δεξιᾶς ἀμνηστίας λαβόντες, σὺν αὐτῷ τὰς ἑορτὰς ἐπιτελοῦσι ποιεῖται· ἕτω μὲν δὴ πρεχωρήσθη ταῦτα.

A Gregorius nihil cunctatus nec ullatenus moratus, Dei gratiâ sacerdotem se esse dixit, & datam sibi esse potestatem ligandi atque solvendi, tum in cœlo, tum in terris. Simul divinum oraculum eis in memoriam revocavit. Cumque milites hac etiam in re acquievissent, Gregorius precibus ac supplicationibus Deum placavit. Et immaculato Christi corpore eis distributo: erat enim venerabilis inprimis dies secunda feria quæ Dominicæ passioni vicina est: cùm universos, duo circiter hominum millia, toris in gramine tumultuarie compositis cœna excepisset, postridie domum reversus est. Placuerat autem, ut milites quo in loco vellent, in unum convenirent. Gregorius igitur Philippicum accersit, qui tum apud Tarsum urbem Ciliciæ morabatur, & Cõstantinopolim quamprimum proficisci parabat. Porro de his rebus ad Imperatorem retulit, missis etiam supplicationibus militum, quibus Philippicũ ducem postulabant. Cùm ergo Philippicus Antiochiam venisset, milites illic ei occurrunt: & iis qui divinæ regenerationis lavacrum promeriti fuerant, ad supplicandum pro se assumptis, ad genua ejus procumbunt. Qui cùm dextrâ datâ oblivionem præteritorum eis confirmasset, milites unà cum illo in expeditionem profecti sunt. Atq; hæc quidem hunc in modum processere.

B

C

Κεφ. ιδ'.

Περὶ τῆς ἁλώσεως μαρτυροπόλεως.

Σίττας δέτις τῶν ἐν μαρτυροπόλει δεκαδάρχων, πρός τινα τῶν αὐθι στρατιωτικῶν ἀρχόντων λυπηθείς, καὶ προδίδωσι τὴν πόλιν, τὴν ἀποστέρησιν τῶν ἐγκαθημένων αὐτὴν στρατιωτῶν ἐπηρώμενος· καὶ λόγον πέρσικὸν ὡς ῥωμαίων ἐσαγαγών, τὴν πόλιν καλέσει, ἐπικαιροτάτην ῥωμαίοις καθεστῶσαν, τὰ μὲν πολλὰ τῶν γυναίων τῶν ὀφειγόντων, εἴσω κρατήσας· ἅπαντας δὲ τοὺς ἄλλους χωρὶς ὀνίων οἰκετῶν ἐξελάσας. διὸ θέως μὲν ἂν ὁ φιλιππικὸς αὐτὸ τὴν ἔλασιν ἐποιεῖτο καὶ περικαθήσας τὴν πόλιν ἐπολιόρκει, οὐδὲν τῶν ἐς πολιορκίαν ἐπιτηδείων ἔχων· ὅμως δ' ἂν ἐκ τῶν παρόντων αὐτῷ διεμάχετο, καί τινας διώρυχας ἐργασάμενος, ῥήξει τῶν πύργων ἕνα. ὁ μὲν τὴν πόλιν ἐξίσχυσε περισῶσαι, τῶν πέρσῶν διανυκτερευσάντων, καὶ

D Interea Sittas quidam, qui Decanus erat Martyropoli, injuriam sibi illatam à quodam ex militiæ rectoribus ægre ferens, urbem hostibus prodidit, observato tempore quo milites præsidiarii ex urbe discesserant: Introductaque Persarum cohorte, perinde ac si ea Romanorum cohors esset, urbẽ occupavit admodũ opportunã Romanis. Et ex junioribus quidem feminis, plerasq; intra urbem retinuit: reliquos autem omnes, exceptis aliquot servulis ejecit. Confestim igitur Philippicus eò profectus, urbem obsidione cinxit, tametsi nihil eorum quæ ad obsidionem necessaria sunt, ipsi suppeteret. Nihilominus iis quæ ad manum erant utens, urbem oppugnavit, actisque quibusdam cuniculis unam ex turribus dejecit. Sed cùm Persæ tota nocte insomnes, id quod

Cap. XIV.

Quomodo capta sit Martyropolis.

collapsum fuerat, instaurassent, urbem expugnare non potuit. Cùm igitur Romani crebrò murum adorti, assidue repellerentur. Tela enim ex superiore loco in eos missa, rarò à scopo aberrabant, ita ut ipsi plus detrimenti acciperent quam hostibus inferrent, obsidionem solverunt. Ac paululum inde digressi, castrametati sunt, id unum sollicite observantes, ne Persis, qui obsessi erant ulla submitterentur auxilia. Verùm jussu Imperatoris Mauricii Gregorius ad exercitum perrexit, eique persuasit ut ad oppugnandam urbem reverteretur. Milites tamen nihilo plus quam antea perficere potuerunt, cùm bellicis machinis quibus urbes expugnari solent, penitus destituerentur. Itaque exercitus quidem ad hyberna dimissus est. In proximis autem castellis crebra relicta sunt militum præsidia, ne supervenientes Persæ clanculò urbem ingrederentur. Sequenti æstate, cùm exercitus Romanorum in unum collectus esset, & Persæ expeditionem suscepissent adversus Romanos, circa Martyropolim gravis commissa est pugna. Cumque Philippicus superior fuisset, multique Persæ, & inter hos princeps quidam fortissimus in prælio cecidisset, Persarum tamen multitudo non contemnenda Martyropolim ingressa est, id quod maxime illis studio fuerat. Exinde Romani ab obsidione quidem urbis abstinendum sibi esse censuerunt. Neque enim fieri posse ut eam vi expugnarent. Alteram autem urbem in montosis & munitioribus locis, septem stadiis à Martyropoli exstruxerunt, ut insidiis atque excursionibus eam infestarent. Et hæc quidem æstivo tempore facta sunt à Romanis. Hyeme verò dimissus est exercitus.

Cap. XV.

De Comentiolo Magistro militum, & de expugnatione Castelli Ochas.

Mittitur posthac ab Imperatore Comentiolus, genere Thrax, qui Philippico in Magisteria potestate succederet. Hic fortissimè cum Persis congressus, cũ unà cum equo præceps dejectus esset, pæne interierat, nisi quidam ex satellitibus ipsum equo funali impositum ex prælio subduxisset. Superati nihilominùs Persæ, universis ducib⁹ suis amissis, fugam arripuerunt, & Nisibim se receperunt: Cumque ad Re-

A τὸ πεπτωκὸς κατασφαλισαμένων, ὡς δὲ συχνὰ προσβάλλοντες οἱ ῥωμαῖοι τῷ τείχει ἀπεκρούοντο. Ἐπίσκοπα γὰρ ἐξ ὑπερδεξιῶν ἐφέρετο κατ' αὐτῶν τὰ βέλη, καὶ πλέον ἐβλάπτοντο ἢ τοὺς ἔνδον ἐλύπουν, λύουσι τὴν πολιορκίαν καὶ σμικρόν. διαστάντες, στρατοπεδεύονται μόνον, τὸ μὴ καὶ ἑτέρους προστεθῆναι πέρσαις, ἐπιτηροῦντες. κελεύσμασι δὲ μαυρικίου, καὶ γρηγόριος ἀφικνεῖται πρὸς τὸ στρατόπεδον, καὶ πείθει πρὸς τὴν πολιορκίαν ἐπανελθεῖν. οὐ μὴν τι πλέον ἐξεργάσασθαι οἷοί τε γεγόνασι, μηδενὸς τῶν ἑλεπόλεων μηχανῶν ὄντος. ὅθεν B διαλύεται μὲν ὁ στρατὸς διαχειμάσων· ἐς δὲ τὰ σύνεγγις φρούρια, συχναὶ φρουραὶ καταλιμπάνονται, ἵνα μὴ λαθόντες πέρσαι τῇ πόλει ἐπεσέλθωσι. καὶ κατὰ τὸ ἑξῆς δὲ θέρος, ἀθροισθέντος, τοῦ στρατεύματος, καὶ περσῶν ἐπιστρατευσάντων, γίγνεται μὲν ἀμφὶ μαρτυρόπολιν μάχη καρτερά. καὶ τὸ πλέον ἐρχηκότος φιλιππικοῦ, καὶ πολλῶν πρεσῶν πεπτωκότων, ἑνὸς ἥρωος ἐσσηθέντος ἱκανὴ πληθὺς πρεσῶν ἐσπέπτωκεν ἐν μαρτυροπόλει, ὃ καὶ μάλιστα διεσπουδάσθη αὐτοῖς· ἐντεῦθεν πολιορκεῖν μὲν οἱ ῥωμαῖοι τὴν πόλιν ἀπέγνωσαν. C μηδὲ γὰρ δυνάμει ταύτην οἷόν τε παραστήσασθαι· ἑτέραν δὲ ἀντανιστῶσι πόλιν ἀποστάδιον ἑπτά, ἐπὶ τὰ ὄρεια καὶ ἐρυμνότερα μέρη, ὡς ἂν ἐπιτεχνήσεις τινὰς καὶ ἀντεπιχειρήσεις ποιοῖντο. καὶ ταῦτα μὴν θερίζοντες ἔπραττον, τῷ δὲ χειμῶνι διελύοντο.

Κεφ. ιέ.

D περὶ τῆς στρατηγίας κομεντιόλου, καὶ ἁλώσεως τοῦ ὄκβας.

Καὶ πέμπεται τῆς ἡγεμονίας διάδοχος κομεντίολος, θρᾷξ γένος. ὃς κράτιστα πέρσαις συνεπλάκη, καὶ μικροῦ τὸν βίον κατέστρεψε σὺν τῷ ἵππῳ καταῤῥαγεὶς, εἰ μή τις τῶν δορυφόρων ἔν τινι τῶν παρόχων ἵππων ἐπιβιβάσας, τῆς μάχης ὑπεξήγαγε. φεύγουσι δ' οὖν οἱ περισωθέντες τροπάδην, πάντας τοὺς φετέρους ἡγεμόνας ἀποβαλόντες, καὶ κατὰ τὴν νίσιβιν διασώζονται· καὶ τὴν πρὸς τὸν

φῶν

ζοῦν βασιλέα δεδιότες ἐπάνοδον. θάνατον γὰρ αὐτοῖς ἠπειλήκει εἰ μὴ σὺν ἡγεμόνας διασώσωσιν. αὐτοῦ τοίνυν κατὰ ὁρμίσδαν τυραννίδα μελετῶσιν, ἤδη καὶ βαράμην στρατηγὸν πέρσῶν τὸν βουλεύσαντα σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν, ἐκ τῆς τῶν τούρκων συμπλοκῆς ἐπανιόντα. ἐν τούτῳ δὲ κομμεντίολον τὸν μαρτυρόπολιν ἐφικαθήμενον, σὺν μὲν πολλὴν αὐτῶν καταλείπει. αὐτὸς δὲ σὺν καὶ τισιν ἐκλεκτοῖς ἐπιλεγεῖσιν, ἐπιτρέχει τὸ ὄκβας ὀχυρώτατον φρούριον, ἀντικρὺ μαρτυροπόλεως ἐς τὴν ἀντιπέρας ὄχθην διακείμενον ἐπί τινος σκοπέλου ἀπορρῶγος, ὅθεν ἐξ ἀπόπτου ἡ πᾶσα καθεωρᾶτο πόλις· καὶ πολιορκήσας, πείρας τε ἐδέν ἀνιεὶς, καὶ τὸ τείχος τινὰ διὰ καλαπελτῶν ῥίψας, ὥσπερ καλάβας αἴρει καὶ κρατεῖ τὸ φρούριον. ὅθεν λοιπὸν ἐν ἀπογνώσει πέρσαις τὰ μαρτυροπόλεως καθεῖκε.

Κεφ. ιε'.

Περὶ τῆς ἀναιρέσεως ὁρμίσδου.

Τούτων ὧδε δρωμένων, ὁ πέρσαι τὸν ὁρμίσδην διεχείρισαν, πάντων βασιλέων ἀδικώτατον γνόμορον, ἐ μόνον ὅτι χρήμασιν ἐζημίου σὺν ὑπηκόους, ἀλλὰ καὶ θανάτων διαφόροις ἰδέαις.

Κεφ. ιζ'.

Περὶ τῆς πρὸς ἡμᾶς φυγῆς τοῦ νέου χοσρόου.

Ἐγκαθιστῶσι δὲ μετ' αὐτὸν βασιλέα χοσρόην τὸν τούτου παῖδα, καθ' ὃν βάραμος ὑπεξελεύσει τῶν ἀμφ' αὐτόν· ὥπερ ὑπανιάζει μὴ ὁ χοσρόης μετά τινος σὺν ἀξιολόγου δυνάμεως, καὶ φύγῃ, σὺν οἰκείους ὁρῶν ἐθελοκακοῦντας. ἀφικνεῖται δὲ καὶ τὸ κιρκήσιον, ὡς γε αὐτὸς ἔφη, τὸν θεὸν τῶν χριστιανῶν ἐπικαλεσάμενος, ἐπεῖσε τὸν ἵππον ἀπιέναι ἔνθα αὐτὸν ὁρμῷτο. ἀφίκετο δὲ σὺν καὶ ταῖς γυναιξὶ καὶ παισὶ νεογνοῖς δύο, καί τισι βραχέων τῶν εὐγενῶν, οἵπερ αὐτῷ ἐθελονταὶ καθηκολούθουν. κἀκεῖθεν πρὸς βασιλέα μαυρίκιον πρεσβεύεται. ὁ δὲ, καὶ τούτῳ πανάρσια βουλευσάμενος, καὶ τὸν ἀσκητὴν καὶ κάθαρνον βίον, καὶ τὰς αἰχμηρὰς θλιβερὰς τῶν ἀνθρώπων ζωῆς καὶ τούτῳ διαμετρησάμενος, δέχεται τὴν ἱκετείαν, καὶ ξένον

A gem suum reverti minime auderent: mortem enim ipsis minatus fuerat, nisi duces suos salvos atq; incolumes reduceret: Illic adversùs Hormisdam conjurationē ineunt, auctore Varamo Magistro militum apud Persas, qui paulo antea ex prælio adversùs Turcos unà cum suis redierat. Interea Comentiolus Martyropolim obsidens, maximam qvidem copiarum partem illic reliquit: ipse verò assumptis quibusdam, quos viritim legerat, ad Ocbas excurrit, castellum munitissimum, è regione Martyropolis in adversa ripa situm, & prærupto scopulo impositum: Unde urbs tota facile conspici poterat. Illud igitur oppugnare aggressus, nihilque intentatum relinquens, cùm partem aliquam muri catapultis perfregisset, illac irrumpens, castellum vi cepit. Itaque Persæ de retinenda deinceps Martyropoli penitus desperarunt.

Cap. XVI.

De cæde Hormisdæ.

Dum hęc geruntur, Persæ Hormisdam interfecerunt: Regum omnium injustissimum: quippe qui subditos suos non solum pecuniarum exactionibus, verum etiam variis supplicium generibus oppressisset.

Cap. XVII.

De junioris Chosrois ad Romanos fuga.

Regem deinde sibi constituunt Chosroem, ejus filium. Contra quem Varamus unà cum iis quos circa se habebat, expeditionem suscepit. Huic Chosroes cum exercitu non valde numeroso obviam progressus, cùm suos proditionem meditari animadverteret, fugam arripuit. Tandemque Circesium pervenit, Christianorum Deum, sicut ipse ajebat, prius precatus, ut equum suum, quò vellet, deduceret. Cùm igitur illuc venisset unà cum uxoribus & cum duobus liberis recens natis, & cum nonnullis Persarum Optimatibus qui ipsum sponte secuti fuerant, inde Legatos ad Mauritium Imperatorem misit. At Mauritius hic quoque ut in reliquis rebus, prudenti consilio usus, cùm instabilem mutabilemq; hujus vitæ rationem, & repentinas rerum humanarum conversiones ac reciprocos æstus, hoc etiam exemplo edoctus perpendisset, supplicationem Chosroi;

libenter admisit. Eumque hospitem pro exule, pro fugitivo filium sibi adscivit, regalibus donis omnique benevolentia eundem excipiens. Nec verò ipse solus munera misit ad Chosroem; Verum etiam Augusta erga conjuges Chosrois, & liberi Imperatoris erga Chosrois liberos idem præstiterunt.

A ἀντὶ φυγάδος, παῖδά τε ἀντὶ αὐτομόλου καθίστησι, δώροις βασιλικοῖς δεξιωσάμενος. οἷς ἐφιλοφρονήσατο, οὐ μόνος αὐτὸς βασιλικῶς στείλας, ἀλλὰ καὶ τῆς βασιλίδος τὰ παραπλήσια περὶ τὰς ὁμοζύγους τοῦ χοσρόου, καὶ τῶν παίδων πρὸς τοὺς παῖδας πραξάντων.

Cap. XVIII.

Qualiter Imperator Gregorium ac Domitianum Chosroi obviam ire jussit.

SED & regale satellitium integrum, & universum exercitum Romanorum unà cum duce, Mauritius ad Chosroem misit, qui eum sequerentur quo vellet. Denique majoris honoris causâ, Domitianum Melitensem Episcopum, cognatum suum, ad eum direxit: virum singulari prudentia ac solertia, & tam opere quam sermone eximium, & ad maxima negotia perficienda aptissimum. Missus est etiam Gregorius: qui quidem Chosroem cunctis in rebus admiratione perculit, tum in colloquiis, tum in muneribus, tum in consiliis, quæ pro temporis opportunitate prudentissime suggerebat.

Κεφ. ιη'.

Ὡς ὁ βασιλεὺς γρηγόριον καὶ δομετιανὸν εἰς ἀπάντησιν χοσρόου ἐξαπέστειλεν.

B ΠΕμπει δὲ καὶ πᾶσαν βασιλικὴν δορυφορίαν, καὶ πάντα τὸν ῥωμαίων στρατὸν σὺν καὶ τῷ στρατηγῷ, ἑψόμενον αὐτῷ ὅπη καὶ βούλεται. καὶ πρὸς μείζονος τιμῆς, δομετιανὸν ἐπίσκοπον μελιτινῆς αὐτοῦ συγγενῆ, ἄνδρα φρενήρη καὶ ἀγχίνουν, λόγῳ τε καὶ ἔργῳ ἐς τὰ μάλιστα ἱκανώτατον, καὶ πρὸς τὰ μέγιστα τῶν πραγμάτων ἐξεργαστικώτατον. πέμπει δὲ καὶ γρηγόριον, ὃς ἐν ἅπασι κατέπληξε τὸν χοσρόην, ὁμιλῶν, δωρούμενος, ἐπίκαιρα τοῖς πράγμασιν ἐσηγούμενος.

C

Cap. XIX.

Quomodo Chosroes Romanorum auxilio regnum suum recuperavit.

PORRO Chosroes cùm Hierapolim pervenisset, quæ metropolis est provinciæ Euphratensis, exinde retrogressus est, cum id Mauritio quoq; placuisset, qui utilitati supplicis plus tribuit, quã propriæ gloriæ. Ingentem etiam vim pecuniæ ad eum misit, quod nunquam antea factum fuisse memoratur. Cumque exercitum Persarum conscripsisset, & donativum ex ærario suo iis tribuisset, Chosroem cùm gemino exercitu, Romanorum scilicet ac Persarum, extra fines Imperii Romani deduxit: Martyropoli prius ipsi tradita cum Sitta, quem quidem Martyropolitani lapidibus obrutum cruci suffixerunt. Sed & oppidum Daras Romanis traditum est, Persis inde egressis. Post hæc cùm Varamus unico prælio à Romanis solis devictus, solus cum ingenti ignominia fugam arripuisset, Chosroes in regiam suam reductus est.

Κεφ. ιθ'.

Ὡς πάλιν τὴν ἀρχὴν περσῶν χοσρόης ἔλαβε, ῥωμαίων αὐτῷ συναραμένων.

ΠΑραγενόμενος δὲ μέχρι τῆς ἱεραπολιτῶν ὁ χοσρόης, ἢ τῆς εὐφρατησίας προκάθηται, αὖθις ἐπανῆκε, τοῦτο καὶ μαυρικίου συνεωρακότος, καὶ τὸ πλέον δόντος τῆς οἰκείας δόξης τῷ συνοίσοντι τῷ ἱκέτῃ· δεξιοῦται δὲ καὶ χρήμασι μεγάλοις, οὐχ ἱστορηθὲν πώποτε· καὶ πέρσας στρατολογήσας, D καὶ τὰς ἐπιδόσεις ἁπάσας οἴκοθεν ποιησάμενος ἐκπέμπει τὸν χοσρόην μεθ' ἑκατέρου στρατοῦ, ῥωμαίων τε καὶ περσῶν κατὰ τὴν ὑπερορίαν, μαρτυροπόλεως καὶ σίττα παραδοθέντος αὐτῷ. ὃς καὶ πρὸς τῶν μαρτυροπολιτῶν καταλευσθεὶς ἀνεσκολοπίσθη. παρεδόθη δὲ καὶ τὸ δάρας, ὑπεξελθόντων περσῶν. καὶ διὰ μιᾶς συμπλοκῆς ἐσσηθέντος τοῦ βαράμου πρὸς ῥωμαίων μόνων, ἀκλεῶς τε μόνου πεφευγότος, ἐς τὰ ἴδια κατήχθη βασίλεια ὁ χοσρόης.

A

Κεφ. κ'.

Ὅτι κατ' ἐκεῖνο καιρὸν ἡ ἁγία μαρτὺς Ἰὼ γολανδοὺχ.

ΤΟτε καὶ γολανδοὺχ μάρτυς ζῶσα παρ' ἡμῖν Ἰών, ἣ διὰ πολλῶν μὲν πόνων τὸ μαρτύριον διενέγκασα, τῶν μάγων πέρσῶν αὐτὴν αἰκιζομένων, μεγάλων δὲ τερασίων ἐργάτις γενομένη. ἧς τὸν βίον ἀνέγραψε Στέφανος ὁ παλαιότερος ἐπίσκοπος ἱεραπόλεως.

Cap. XX.

De sancta Martre Golanduch, quæ illis temporibus vixit.

IISDEM temporibus Golanduch, martyr vivens ac spirans, apud nos mansit. Quæ à Persarum Magis graviter excruciata, diuturnum & laboriosum martyrium pertulit, multaque miracula perpetravit. Porro ejus vitam scripsit Stephanus antiquior, Episcopus Hierapolitanus.

Κεφ. κα'.

Περὶ ὧν ἔπεμψε χοσρόης ἀναθημάτων τῷ ἁγίῳ μάρτυρι σεργίῳ.

B

ΟΔὲ χοσρόης ἐγκρατὴς τῶν οἰκείων βασιλείων γενόμενος, πέμπει χρηγορίῳ σαυρὸν, χρυσῷ πολλῷ καὶ λίθοις τιμίοις ἐξησκημένον, πρὸς τιμὴν δὲ ἀθλοφόρου μάρτυρος σεργίου. ὃν αὐτὸς ἔθηκε μὲν θεοδώρα ἰουστινιανοῦ γαμετὴ, ἐλήσατο δὲ χοσρόης σὺν καὶ τοῖς ἄλλοις κειμηλίοις, ὡς ἤδη μοι ἀφήγηται. πέμπει δὲ καὶ ἕτερον σαυρὸν χρυσοῦν, καὶ ἐπέγραψεν ὁ χοσρόης τῷ σαυρῷ ἑλλήνων γράμμασι τάδε. Τοῦτον τὸν σαυρὸν ἐγὼ χοσρόης βασιλεὺς βασιλέων, υἱὸς ὁρμίσδου, ὅτε ἐκ διαC βολικῆς ἐνεργείας καὶ κακουργίας τοῦ δυσυχεστάτου βαράμου, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ καβαλλαρίων, εἰς ῥωμανίαν ἀπήλθομεν, καὶ διὰ τὸ ἔρχεσθαι τὸν δυσυχῆ ζαδεσπρὰμ μὴ στρατὸν εἰς τὴν νίσιβιν ἐπὶ τὸ ἐκστρατεῦσαι αὐτὸν καβαλλαρίους τοῦ μέρους τοῦ νίσιβι εἰς τὸ ἀνελεῖν καὶ καταῤῥάξαι, ἐπέμψαμεν καὶ ἡμεῖς καβαλλαρίους μετ' ἄρχοντος εἰς τὸ χαρχὰς καὶ διὰ τύχης τοῦ ἁγίου σεργίου τοῦ πανσέπτου καὶ ὀνομαστοῦ, ἐπειδὴ ἠκούσαμεν δόσπρα εἶναι αὐτὸν τῶν αἰτήσεων, ἐν τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς βασιλείας D ἡμῶν, μηνὶ ἰανουαρίῳ ἐννάτῃ, ἠτησάμεθα ὡς ἐὰν οἱ καβαλλάριοι ζωάξωσι τὸν ζαδεσπρὰμ, ἢ χειρώσωνται, σαυρὸν χρυσοῦν διάλιθον εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ πέμπομεν διὰ τὸ πανσέπτον αὐτοῦ ὄνομα. καὶ τῇ ἐνάτῃ τοῦ Φευρουαρίου μηνὸς τοῦ κεφαλαίου τοῦ ζαδεσπρὰμ ἤνεγκαν ἐπὶ ἡμῶν. ἐπιτυχόντες ἐν τῇ δεήσεως ἡμῶν, διὰ τὸ ἕκαστον ἀναμφίβολον εἶναι, εἰς τὸ φανερὸν αὐτοῦ ὄνομα τοῦτον τὸν σαυρὸν τὸν παρ' ἡμῶν γενόμενον, μὴ τοῦ περιφανέστατος σαυροῦ τοῦ χοσρόου βασιλέως

Cap. XXI.

De Donariis quæ Chosroes misit ad sanctum Martyrem Sergium.

CÆTERUM Chosroes cùm regnum suum recuperasset, crucem auro multo & pretiosis lapidibus exornatam, in honorem invictissimi Martyris Sergii ad Gregorium misit: quam Theodora quidem uxor Justiniani eidem Martyri dedicaverat: Chosroes verò unà cum aliis Thesauris diripuerat, sicut à me superius commemoratum est. Aliam præterea crucem auream idem Chosroes misit, cui litteris Græcis hæc inscripsit. Ego Chosroes rex regum, filius Hormisdæ, quo tempore per diabolicam operationem & malitiam infelicissimi Varami & equitum qui unà cum illo erant, ad Romanorum ditionem me contuli: & quoniam infelicissimus Zadespram cùm exercitu Nisibim advenerat, sollicitaturus equites Nisibenos, ut à nobis deficerent nosq; oppugnarent: nos quoq; equites misimus ad oppidum Charchas unà cum duce. Et quoniam audieramus venerabilem ac celeberrimum S. Sergium cuncta largiri quæ ab ipso postularentur; anno primo regni nostri, die septimo mensis Januarii, per genium ejusdem Sancti postulavimus, pollicentes, si equites nostri Zadespram occidissent, aut certe vivum cepissent, nos crucem auream lapillis distinctam ad ejus ædem missuros esse, ob venerandum ejus nomen. Nono autem die mensis Februarii equites nostri caput ejusdem Zadespram ad nos attulerunt. Voti igitur nostri compotes facti, quo res manifesta omnibus fiat, nec ullus dubitandi locus relinquatur, in venerandissimo ejus nomine crucem hanc à nobis factam, unà cum ea quæ olim ab Imperatore Romano-

rum Justiniano ad ejusdem Sergii ędem A missa est: postea verò bello inter duas respublicas exorto, à Chosroe Cabadis filio, patre nostro huc allata, & in thesauris nostris reperta est, misimus in ædem venerandissimi sancti Sergii. Has cruces Gregorius non sine consensu Imperatoris Mauritii cùm accepisset, cum ingenti pompa in Ecclesia sancti Martyris dedicavit. Nec multo post idem Chosroes alia quoq; dona ad eandem Ecclesiam misit, & in aureo disco hęc Græco sermone jussit inscribi. Ego Chosroes rex regum, filius Hormisdæ, B ista in hoc disco inscribenda curavi, non ut ab hominibus conspicerentur, nec ut amplitudo venerandi nominis tui sermonibus meis innotesceret, sed tum ob rerum quæ inscriptæ sunt veritatem, tum ob multa & maxima beneficia quibus me affecisti. Felicitatis enim loco mihi est, quod nomen meum in sacris vasis tuis incisum reperiatur. Cùm essem in loco qui dicitur Beramais, postulavi à te vir sancte, ut mihi opem ferres, utq; Sira in utero conciperet. Et quoniam Sira quidem Christiana erat, ego verò gentilis, lex quidem nostra nobis minime permittebat ut Christianam uxorem haberemus. C Ego tamen ob meam erga te benevolentiam, hujus mulieris causâ legem neglexi, eamque præ cæteris uxoribus meis præcipuo amore dilexi, atque indies magis magisq; diligo. Itaque decrevi benignitatem tuam nunc implorare vir sancte, ut illa gravida fieret. Postulavi igitur & votum nuncupavi, Sira gravida facta esset, me crucem quam illa gestat, ad venerandam ædem tuam dono missurum esse. Hanc ob causam ego & Sira constituimus, in memoriam nominis tui, vir sancte, hanc crucem retinere. Et pro illa æstimationem ejus quæ quater mille & quadrin- D gentos stateres milliarenses minime excedit, quinq; staterum millia transmittere decrevimus. Ex quo autem hoc apud me votum concepi & hæc mecum ipse cogitavi, quoadusq; Rosum Chosrum perveni, non plures quam decem dies effluxerunt: cùm tu vir sancte, non quòd ego id meritus essem, sed pro tua benignitate, noctu mihi in somnis apparuisti, terque mihi affirmasti, gravidam fore Siram. Atque ego in eadem visione tertio tibi respondi, recte. Et quoniam ea, quæ à te postulantur, tribuis, ex eo die

ρωμαίων εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, καὶ τῷ καιρῷ τῆς αὐξίας τῶν δύο πολιτειῶν ἐνεχθεὶς ὁ κλαῦδιος ὁ τοῦ χοσρόου βασιλέως βασιλέων μέγας δὲ, τὰ ἡμέτερα θαλῆς, καὶ εὑρεθεὶς ἐν τοῖς ἡμετέροις θησαυροῖς, ἐπέμψαμεν τῷ ἐκεῖσε ἁγίῳ παντεπόπτῃ σεργίῳ. καὶ τούτοις γνώμῃ μακαρίτου βασιλέως γρηγορίου λαοῖς τῆς πολιτικῆς πομπῆς ἐς τὸν ἱερὸν οἶκον ἐν μάρτυρος ἀνατεθεικεν. ἐμοὶ δὲ πολλῷ μᾶλλον καὶ ἕτερα τοιαῦτα δῶρα ὁ χοσρόης ἀνατεθεικεν ἐν αὐτῷ ἱερῷ νεῷ, ἐπιγράψας ἐπὶ δίσκῳ ἐν χρυσῷ τοιουτῳ μένῳ, ἑλληνικῇ φωνῇ ταῦτα. ἐγὼ χοσρόης βασιλεὺς βασιλέων υἱὸς ὀρμίσδου, τὰ ἐν τῷ δε τῷ δίσκῳ γεγραμμένα, οὐκ εἰς θέαν ἀνθρώπων, οὐδ' ἵνα ἐν τῷ λόγων μου τὸ μέγεθος καὶ παντεπόπτου ὀνόματος γνωσθῇ, ἀλλὰ διὰ τὴν ἀλήθειαν τῶν γεγραμμένων, καὶ διὰ τὰς πολλὰς χαρίτας καὶ ἐνεργεσίας ἃς ἔσχον παρά σου. εὐτυχία γὰρ μοί ἐστιν ἵνα τὸ ἐμὸν ὄνομα ἐμφέρηται τοῖς ἱεροῖς σκεύεσιν ἐν τῷ εἶναί με ἐν τῷ βεραμαὶς, ἠτησάμην παρά σου ἅγιε, ἐλθεῖν εἰς τὴν βοήθειάν μου καὶ ἐν γαστρὶ συλλαβεῖν σιρήν. καὶ ἐπειδὴ ἡμῖν χριστιανή ἐστιν κἀγὼ ἕλλην, ὁ ἡμέτερος νόμος ἀθέμιτον ἡμῖν τὸ παρέχειν χριστιανὴν ἔχειν γαμετήν. διὰ δὲ τὴν ἐμὴν πρός σε εὐγνωμοσύνην, εἰς ταύτην τὸν νόμον παρεῖδον, καὶ ταύτην ἐν γνησιωτάτῃ ἔχον καὶ ἔχω. καὶ ὅτως σωθεῖδον νῦν δεηθῆναί σῆς ἀγαθότητος, ἅγιε, ἐν γαστρὶ συλλαβεῖν αὐτήν. καὶ ἠτησάμην καὶ σωθέντες ἀξάμην, ἵνα ἐν γαστρὶ συλλάβῃ σιρὴ τὸν σταυρὸν τὸν φορούμενον παρ' αὐτῆς πέμψω τῷ παντεπόπτῃ σοὶ κἀγώ. καὶ τούτου ἕνεκα κἀγὼ καὶ σιρὴ τὸν σκοπὸν τοῦτον ἔχομεν, ἵνα εἰς μνημόσυνον τοῦ ὀνόματός σου, ἅγιε, τοῦτον τὸν σταυρὸν κρατῶμεν. καὶ σὺν θεῷ μὲν αὐτὸ τὴν τιμὴν αὐτοῦ μὴ σωθεῖσαν πεντήκοντα τῶν τετρακισχιλίων τετρακοσίων σταθήρων μιλιαρησίων, τουτέστι χιλίας σταθῆρας ἐκπέμψαι. καὶ ἐξ ὅτου τοιαύτην ἐσκεψάμην καὶ ἐμαυτῷ ἔχον αἴτησιν, καὶ ταῦτα διελογισάμην, ἐως ἐφθάσαμεν τὸ ῥόσον χόσρου, δέκα ἡμέρας πλέον οὐ διῆλθον. καὶ σὺ ἅγιε, οὐ διὰ τὸ εἶναί με ἄξιον, ἀλλὰ διὰ τὴν σὴν ἀγαθότητα, ἐφάνης μοι ἐν ὁράματι τῇ νυκτὸς, καὶ τρίζον εἶπάς μοι σιρὴ ἐν γαστρὶ ἕξει· κἀγὼ ἐν αὐτῷ τῷ ὁράματι τρίτον ἀπεκρίθην σοι λέγων καλῶς· καὶ διὰ τὸ εἶναί σε δοῦλον τῆς αἰτήσεως, ἐν τῇ

ἡμέρας ἐκείνης ἡ σιρὴ τὸ εἰθισμένον ταῖς γυ-
ναιξὶν οὐκ ἔδειν. ἐγὼ δὲ διςάσας εἰς τοῦτο, εἰ μὴ
τοῖς λόγοις σε πίσευσα, καὶ ὅπ ἅγιος εἶ καὶ δο-
τὴρ τῶν αἰτήσεων, μέλλω ταῦτα τὰ γυναικεῖα
μὴ ἰδεῖν. ἐκ τούτου ἔγνων τὴν δύναμιν τῆς
ὁράσεως, καὶ τὴν τῶν πρός σε ῥηθέντων ἀλή-
θειαν. παρ' αὐτὰ ἓν ἔπεμψα τὸν αὐτὸν σαυ-
ρᾶν, ὃ τὴν τούτου τιμὴν ἐν τῷ πανσέπτῳ σε οἴ-
κῳ, κελεύσας ἐν τούτου τιμῆς δίσκον ἕνα καὶ
πτήριον εἰς χρείας, εἰς λόγον τῶν θείων μυσ-
ρίων. ἀλλὰ μὴν καὶ σαυρᾶν χρέας, καὶ πηχθῆ-
ναι ὀφείλοντα ἐπὶ τῆς ἁγίας τραπέζης, καὶ θυ-
ματήριον, τὰ πάντα χρυσᾶ. καὶ ἀμφίθυρον
ὑπὲρ κεκοσμημένον χρυσίῳ, καὶ τὰ ἀποβύον-
τα τῆς τιμῆς μιλιαρήσια. εἶναι τὸ ἅγιόν σε οἶ-
κον, ἵνα διὰ τῆς τύχης σε ἄγιε εἰς πάντα, ἐξαι-
ρέτως δὲ εἰς τὴν αἴτησιν ταύτην ἐλθῃς εἰς τὴν βο-
ήθειάν μου, καὶ σιρῆς, ὃ διὰ τῆς πρεσβείας
γέγονεν ἡμῖν τῷ ἐλέει τῆς ἀγαθότητος καὶ
τῷ θελήματί μου καὶ σιρὴς εἰς τέλος προέλθῃ·
ἵνα κἀγὼ ὃ σιρὴ καὶ πάντες οἱ ἐν τῷ κόσμῳ, εἰς
τὴν σὴν δύναμιν ἐλπίζωμεν καὶ εἰς σὲ πιστεύ-
ωμεν. ταῦτα τὰ παρὰ χοσρόου ἀναθήματα
λεγέ, οὐδὲν τοῦ Βαλαὰμ προφητείας ἀπαδόντα,
τοῦ φιλανθρώπου θεοῦ σοφῶς οἰκονομήσαν-
τος, ἑλλήνων γλώσσας σωτήρια φθέγξα-
σθαι ῥήματα.

A Sira non sensit muliebria. Ego verò de hac re fortasse dubitassem, nisi verbis tuis credidissem, quoniam vir sanctus es, & donas quæ petuntur, Siram deinceps non esse sensuram muliebria. Ex eo igitur virtutem visionis, & veritatem eorum quæ abs te prædicta sunt, deprehendi. Quamobrem illicò crucem ipsam & ejus pretium ad venerandam ædem tuam transmisi, jubens ut ex ejus pretio discus unus & poculum unum fiat ad usum sacrorum mysteriorum: Crux item quæ in sacro altari defigatur & thuribulum: cuncta ex auro. Velum præterea Hunnicum auro exornatum. B Qui verò ex supradicto pretio reliqui, fuerint miliarenses, eos ad sacram ædem tuam volumus pertinere, ut per genium tuum, vir sancte, cunctis in rebus, sed præcipue in hac petitione mihi & Siræ auxilium feras, & quod intercessione tua nobis contigit, id misericordiâ benignitatis tuæ, ex utriusque nostrum sententia ad perfectionem perveniat. Quò scilicet ego & Sira, cunctique mortales, in potentia tua spem ac fiduciam collocemus atque in te credamus. Hæc sunt quæ in donariis à Chosroe transmissis continebantur, à Balaami prædictione nihil discrepantia. C Benigno scilicet Deo ita res cum summa prudentia dispensante, ut gentilium linguæ salutaria interdum proferant verba.

Κεφ. κϛ'.

Περὶ νααμάνου τοῦ σαρακηνοῦ.

Τότε καὶ νααμάνης τῶν ἐχθρῶν σκληντῶν
φύλαρχος, ἐξάγιος καὶ παμμίαρος
ἕλλην, ὡς καὶ ἀνθρώπους αὐτοχθεὶ φαγιάζειν
τοῖς αὐτοῦ δαιμονίοις, τῷ ἁγίῳ προσῆλθε
βαπίσματι, τὴν ὅλως ὕλην χρυσῆν ἀφροδί-
τιμον πυρὶ τήξας, καὶ πτωχοῖς διαδοὺς, καὶ πάντας
τοὺς ἀμφ' αὐτὸν τῷ θεῷ προσαγαγών. ὁ δὲ γε
γηγόριος νάμασι τοῦ βασιλείου μέλλων τὸν δε-
ῦναι τοὺς χοσρόου σαυρούς, τοὺς πανερήμους τῶν
λεγομένων λιμητῶν φοίνικος, ἐνοῖς μάλιστα
τὰ σεμνὰ δόγματα, καὶ πολλὰ φρόνια, καὶ
κώμας, μοναστήριά τε καὶ φυλὰς ὁλοκλήρους
τῇ ἐκκλησίᾳ προσήγαγε τοῦ θεοῦ.

Cap. XXII.

De Naamane Saraceno.

Per idem tempus, Naamanes quoque Saracenorum hostium Philarchus, sceleratus atque abominandus gentilis, adeo ut homines sua ipsius manu diis suis immolaret, ad sacrum Baptismum accessit, & verè auream D Venerem, quippequæ nihil aliud esset quam auri massa, igne liquefactam pauperibus distribuit, & cunctos qui cum ipso erant, ad Dei cultum traduxit. At Gregorius, postquam donaria à Chosroe missa dedicasset, Imperatoris permissu solitudinem limitum peragrans, ubi Severi dogmata vigebant, iis in locis Ecclesiastica dogmata prædicavit: multaque castella & vicos atque integras tribus, & monasteria, ad Ecclesiam Dei adduxit.

A

Cap. XXIII.

De obitu sancti Symeonis Stylitæ junioris.

EODEM tempore cùm Gregorius sanctum Symeonem lethali morbo ægrotare, me indicante didicisset, ad eum confestim excurrit, ut postremæ salutationis officium ei exhiberet. Verùm id quod cupiebat, consequi non potuit. Porro hic Symeon cunctos sui temporis mortales virtute longe superavit. Quippe à teneris unguiculis asperum vivendi genus in columna excoluerat: adeo ut dentes in columnæ statione ipsi mutaverint. Columnam B autem conscendit hujusmodi ex causa. Cùm esset admodum tenera adhuc ætate, ludens & saltans per montis juga oberrabat. Cúmque in Pardum incidisset, zonam collo ejus injecit, & belluam innatæ feritatis oblitam, quasi loro trahens, ad monasterium suum deduxit. Quod contemplatus magister ejus, qui in columna vitam agebat, puerum interrogavit, quidnam hoc esset? Ille felem esse respondit, quem vulgo cattam nominant. Atque ex hoc facto conjecturam capiens qualis quantusque Symeon in virtutis studio futurus esset, in columnam eum admisit. Qua in colum- C na, & in altera quæ est in summo montis vertice, octo ac sexaginta exegit annos: omni gratiæ genere donatus. Quippe qui & dæmones abigeret, & morbos ac languores omnes sanaret, & futura perinde ac præsentia prævideret. Gregorio certe prædixit, eum mortem quidem ipsius visurum non esse: quæ verò post mortem futura essent, ignoraturum. Cúmque ego amissis liberis meis in varias cogitationes deduceret, & apud me quærerem quid causæ esset, cur Gentilibus quibus multi sunt liberi, idem non evenerat: Quam- D vis nemini prorsus cogitationem hanc aperuissem, ille tamen cogitationes animi mei introspiciens, scripsit ad me ut ab his cogitationibus abstinerem, quippe quæ haudquaquam placerent Deo. Idem cùm uxori cujusdam ex meis amanuensibus post partum lac obstructum esset, & Infans in summo discrimine versaretur, contacta viri dextra, præcepit ut eam conjugis suæ mamillis imponeret. Quo facto, statim lac quasi ex quodam fonte profiliit, adeo ut totam mulieris vestē madefaceret. Sed & puerū quendam nocte intempesta à

Κεφ. κγ'.

Περὶ τῆς τελευτῆς τοῦ ἁγίου συμεὼν τοῦ στυλίτου τοῦ νέου.

ΕΝ τούτῳ τῷ συμεὼνι τῷ ὁσίῳ τὴν θάνατον νοσήσαντι, ἐμὲ τὰ περὶ τούτου μεμυσάντι, ὑπερεχόμενος γρηγορίου, τὸν τὰ τελευταῖα καταστασόμενον, ἐφθασεν. ἐτύχειν. ἐμοὶ δέ γε ὁ συμεὼνης πάντων τῶν καθ' αὐτὸν ἀνθρώπων τὴν ἀρετὴν ὑπερέβαλετο, ἐξ ἀπαλῶν τῶν ὀνύχων, τὸν ἐπὶ κίονος διατελοῦντα βίον· ὡς καὶ τὰς ὀδόντας αὐτοῦ διήλλαξεν ἐν τῇ στάσει τοῦ κίονος. ἀνῆλθε δὲ ὁ κῦρ τὸν κίονα, ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε. ἐπαιχεράν κομιδῇ τὴν ἡλικίαν ἄγων, κυβιστῶν τε καὶ ἀλλόμενος ἀνὰ τὰς κολωνὰς τῶν ὀρῶν ἐφοίτα. καὶ φέλυχόν τινα ἁρπάσας τῶν ἀγρίων ζώων ἐπὶ αὐχένα βάλλει, καὶ οὕτω ἑλκύσας ἦγε, τῆς φύσεως ὑπολαβούσης, καὶ ἀνὰ τὸ οἰκεῖον ἤγαγε φροντιστήριον. ὁ δὲ ἑωρακὼς ὁ τοῦτον μαθητεύων αὐτῷ ἐπὶ κίονος ἐσώσας, ἐπυνθάνετό τί ἂν εἴη τοῦτο. ὁ δὲ φησὶν αἴλουρον εἶναι, ὃν κάτταν ὀνομάζουσι λέγει. ἐνθένδε τεκμηράμενος πλείονος ἐσεσθαι τὸν ἀρετὴν, ἐπὶ δὲ κίονος ἀνήγαγεν τούτῳ τῷ κίονι, καὶ ἐν ἑτέρῳ ἐστὼς ἀνατάτῳ δὲ ὄρους ἀκρωρείας, ὀκτὼ καὶ ἑξήκοντα διελέλυκε χρόνους, πάσης χάριτος κεκοσμένος· ὥστε τὸν τῶν δαιμόνων ἐλάσαι, ἀκέσασθαί τε πᾶσαν νόσον, καὶ πάσας μαλακίας, προορῶν τε ὡς παρόντα τὰ μέλλοντα. ὃς καὶ γρηγορίῳ προειρηκέναι, αὐτὸν μὲν μὴ ὁρᾶν τὸν ἀπὸ θάνατον, τὰ δὲ μετ' αὐτὸν ἀγνοεῖν. κἀμὲ δὲ λογισμοὺς θεωρήσας ἐπὶ τέκνων ἀποβολῇ, καὶ διαπορεῖν τί δή ποτε ἕλλησι πολυτέκνοις γέγονε ταῦτα, καὶ πρὸς μηδένα τὸ παράπαν ἐξαγαγόντος, γεγράφηκεν ἐκπαιστῶν ὡς οὐκ ἀρέσκον τῷ θεῷ. καὶ γυναικός τινος τῶν συγγραφόντων μοι, ἐπὶ τῷ γάλα τεκούσῃ κεκωλυτο, καὶ πρὸς τῷ ἑρπετῶν τὸ βρέφος ἐκινδύνευεν, ἐπιθεὶς τὴν χεῖρα τῇ δεξιᾷ τοῦ ἀνδρὸς, ἐπέστεπε ταύτην ταῖς θηλαῖς τῆς γυναικὸς ἐπικαλῶν. ὅπερ ἐποίησε τὸ πρᾶγμα, αὐτίκα ὡς ἐκ τινος πηγῆς ἤλατο τὸ γάλα, ὡς καὶ τὴν ἐσθῆτα τῆς γυναικὸς ἐμπλῆσαι. καὶ παῖδα εἷς τῶν

ἡδυωδοιπόρων ἐπιλελησμένῃ πόρρω τῶν τυκτῶν, λέων τοῖς νώτοις ἐπιβάσας, ὡς ἀπὸ τὸ μανδρεῖον ἤγαγε, καὶ συμεώνῃ παρέξαντο· ὑπεξελθόντες οἱ διακονήμονες, τὸ παιδίον ἤγαγον ἐπὶ τὸ λέοντος φρυγάνιον. πολλὰ δ' ἕτερα, καὶ μνήμης κρείττονα πέπραχεν, ἃ καὶ γλώσσης κεκομψευμένης, καὶ χεῖρα, καὶ παρασκευὴν ἰδίας δεῖται, ταῖς τῶν ἀνθρώπων ἀδόμενα γλώσσαις. ὑπ' πάσης γὰρ σχεδὸν γῆς, καὶ μόνων ῥωμαίων, ἀλλὰ καὶ βαρβάρων, παρ' αὐτοῦ ἐφοίτων, καὶ τῶν αἰτουμένων ἐτύγχανον. ᾧ ἀνεπαισθήτως βρωτὰ καὶ ποτά, κλάδοι τινὲς ἐτύγχανον ὑπὸ θάμνου τοῦ ὄρους φυομένης.

A comitibus itineris per oblivionem relictum in via, leo humeris suis impositum ad Simeonis monasterium vexit. Ministri deinde Simeonis egressi, puerum qui à leone custodiebatur introduxerunt. Multa quoque alia memoriam omnem superantia idem vir gessit, quæ & linguam disertam, & otium, & peculiare opus desiderant. Quæ quidem omnium pæne mortalium sermone celebrantur. Omnium enim nationum homines, non Romani solum, verum etiam barbari, ad eum ventitabant. & quæcunque postulaverant, impetrabant. Pro cibo autem ac potu ei fuere rami cujusdam fruticis, qui B in eo monte nascitur.

Κεφ. κδ'.

Περὶ τῆς τελευτῆς γρηγορίου ἐπισκόπου θεουπόλεως, καὶ ὑπατείας αὐτοῦ ἀναστασίου.

Cap. XXIV.

De obitu Gregorii Antiochensis Episcopi, & restitutione Anastasii.

ΕΠιλελοιπὼς δὲ αὐτὸν μεῖ' ὀλίγον καὶ γρηγόριος, ποδαγικῷ μὲν ἄλγει παθήματι, ᾧ μάλιστα παρλωώχλειτο, φαρμακοποιήσας ὃ ἐκ τῆς καλουμένης ἑρμοδακτύλου, πρός τινος τῶν ἀσκληπιαδῶν δεδομένης. τελευτᾷ δ', γρηγορίου μὲν τοῦ πρεσβυτέρου ῥώμης ἐπισκοπήσαντος, ὃς μετὰ πελάγιον γέγονε. τοῦ δὲ νεωτέρου, ἰωάννου· καὶ τὴν ἀληθῆ λόγιον τῶν λελεγμένων μοι, ἀνασώσας τε τοῦ θεουπολιτῶν τῷ οἰκείῳ ἀποδοθέντος θρόνῳ μῆ πρεῖς καὶ εἴκοσι χρόνους ἱεροσολύμων τε ἰωάννου δὲ μετὰ βραχὺ τελευτήσαντος, ὅπως τὰς αὐτοσχεδίακας ἐνεχθείσης. ἐπαῦθα μοὶ τὰ τῆς ἱστορίας πεπαύσθω, μακρὰν πρόσω δωδέκατον ἔτος τὴν ῥωμαίων βασιλείαν διαχειρωνοῦντος, τῶν ἐξῆς τοῖς βουλομένοις ἐκλέγειν τε καὶ γράφειν καταλιμπανομένων. εἰ δέ τι παρῶπται ἢ οὐκ ἀκριβῶς ἀνείληπται, μηδεὶς ἡμᾶς γραφέτω μέμψεως, ἐννοῶν ὡς πεπανημένην ἱστορίαν συνελέξαμεν, τὴν τῶν ἀνθρώπων ὠφέλειαν πραγματευσάμενοι, δι' ἃς καὶ τῶν πολλῶν πόνων ἠνεχόμεθα. πεπόνηται δ' ἡμῖν καὶ ἕτερον τεῦχος, ἀναφορὰς, ἐπιστολὰς, ψηφίσματα, λόγους τε καὶ διαλέξεις, καὶ ἕτερα ἄττα ἔχον. τῶν ἐμπεριεχομένων ἀναφορῶν, ὡς ἐπὶ πᾶν ἐκ προσώπου γρηγορίου τοῦ θεουπόλεως συντεθειμένων. ὧν καὶ δύο τετυχήκαμεν ἀξιωμάτων.

NEc multo post Gregorius podagræ morbo quo maxime vexabatur, correptus, abiit è vita, cùm medicamentum ex Hermodactylo confectum, ipsi à medico porrectum ebibisset. Mortuus autem est eo tempore, quo senioris quidem Romæ Gregorius successor Pelagii, junioris autem Ro- C mæ Joannes Episcopatum gerebant: Alexandrinæ Ecclesiæ Eulogius, ut jam dixi, Antiochenæ verò præsidebat Anastasius, post tres ac viginti demum annos in sedem suam restitutus. Hierosolymitanæ autem Ecclesiæ Joannes Pontificatum administrabat. Quo non multò post mortuo, nemo etiamnum Ecclesiæ illius gubernationem susce- pit. Atque hîc historiæ nostræ finis esto, anno scilicet duodecimo principatus Mauritii Tiberii. Reliqua verò quæ sequuntur, studiosis qui voluerint narranda ac scribenda relinquimus. D Quod si quid à nobis omissum, vel minus accuratè expositum est, nemo id nobis vitio vertat: illud secum cogitans, nos historiam dispersam in unũ corpus collegisse, ut hominum utilitati consuleremus, quorum gratiâ tot ac tantos labores suscepimus. Aliud præterea volumen à nobis compositum est, quo Epistolæ, relationes, decreta, orationes ac disputationes, & alia quædam continentur. Et supradictæ quidem relationes quæ in eo volumine habentur, pleræque Gregorii Antiochensis Episcopi nomine conscriptæ sunt, quarum etiam gratiâ duas dignitates consecuti sumus:

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A Tiberio quidem Constantino Quæsturæ honorem adepti: A Mauritio autem Tiberio codicillos præfecturæ nacti, ob ea quæ composueramus tunc cùm extincto Imperii probro, Theodosium in lucem edidit, qui tum ipsi, tum Reipublicæ, summæ felicitatis exordium præbuit.

Evagrii Scholastici Epiphaniensis, & ex præfectis Ecclesiasticæ historiæ Libri sex.

FINIS.

A τιβερίου μὲν κωνσταντίνου, τῇ τοῦ κοιαιστωρίου περιβαλόντος, μαυρικίου δὲ τιβερίου, δέλτους ὑπάρχων στείλαντος, ἐφ' ᾗ συντεθείκαμεν, ἀπὸ τὰ ὀνείδη τῆς βασιλείας λύσας, θεοδώσιον ἐσφῶς προήγαγε, προοίμιον αὐτῷ τε καὶ πολιτεύματι πάσης εὐδαιμονίας παρασχόμενον.

Εὐαγρίου σχολαστικοῦ ἐπιφανέως καὶ ἀπὸ ἐπάρχων ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας τόμοι ἕξ.

ΤΕΛΟΣ.

ΕΚ ΤΩΝ

ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΩΝ

ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΦΙΛΟΣΤΟΡΓΙΟΥ

ΕΠΙΤΟΜΗ,

Απὸ φωνῆς ΦΩΤΙΟΥ πατριάρχου.

Id est,

EX ECCLESIASTICIS

PHILOSTORGII HISTORIIS

EPITOME,

Confecta à Photio Patriarcha,

HENRICO VALESIO Interprete.

ΕΚ ΤΩΝ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΩΝ ἱστοριῶν φιλοστοργίου Ἐπιτομὴ, ἀπὸ φωνῆς φωτίου πατριάρχου.

ΟΤι ἐν δώδεκα λόγοις αὐτοῦ ἡ ἱστορία περαίνεται, ἀπαρτιζόντων αὐτοῦ τοὔνομα τῶν ἑκάστου λόγου ἀρχομένων γραμμάτων ἐν τάξει συντιθεμένων. ἄρχεται μὴν ἀπὸ τῆς ἀρείου πρὸς ἀλέξανδρον ὡς ἑαυτὸ λέγει ἔριδος. ἢν καὶ τῆς αἱρέσεως αἰτίαν ἀναγράφει· κάτεισι δὲ μέχρι τῆς οὐαλεντινιανοῦ, ὃς ἦν παῖς πλακιδίας καὶ κωνσταντίου, εἰς βασιλέα B ἀναῤῥήσεως, καὶ τῆς ἰωάννου τοῦ τυράννου ἀναιρέσεως. ἡ δὲ ἱστορία τῶν αἱρετιζόντων ἐστὶν ἐγκώμιον αὐτῷ. ὥσπερ καὶ τῶν ὀρθοδόξων διαβόλη καὶ ψόγος μᾶλλον ἢ ἱστορία.

A COMPENDIUM HISTOriæ Ecclesiasticæ Philostorgii quod dictavit Photius Patriarcha.

HVIVS Scriptoris historia duodecim libris comprehenditur. Primæ autem litteræ uniuscujusque libri simul junctæ, nomen Auctoris efficiunt. Porro historiam suam orditur ab Arii Alexandrini, ut quidem ipse vocat, rixâ & contentione adversus Alexandrum: quam quidem causam dicit hæreseos. Progreditur verò usque ad nuncupationem augustam Valentiniani Iunioris, qui filius fuit Placidiæ & Constantii: & usque ad cædem Ioannis Tyranni. Cæterum hæc historia encomium quidem est hæreticorum: Orthodoxorum autem criminatio ac vituperatio potius quàm historia.

ΕΚ ΤΗΣ ΠΡΩΤΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ.

ΟΤι τῶν μακκαβαϊκῶν φησι τὸν συγγραφέα ὅστις ποτέ ἐστιν ἀγνοεῖν. πλὴν τὸ μὲν πρῶτον βιβλίον ἀποδοχῆς ἀξιοῖ, C συνᾴδοντα διηγούμενοντα τοῦ δανιὴλ προφητείαις· καὶ ὅτι λίαν προμηθῶς διέξεισιν, ὅπως τε ἀνδρῶν μοχθηρία τὰ ἰουδαίων ἤλασεν ἐπ' ἐσχάτων κακῶν, ὅπως τε πάλιν ἀνδρῶν ἀνήνεγκεν ἀρετὴ, καὶ τότε κατὰ τῶν πολεμίων ἐπανείλοντο κράτος, καὶ ὁ νεὼς τῶν ἑλληνικῶν ἀνεκαθάρθη μολυσμάτων. τὸ δεύτερον δὲ μὴ τὸν αὐτὸν μέν φησιν ἐνδείκνυσθαι σύγγραφέα. Σύνοψιν δὲ εἶναι D τῶν ὑπὸ ἰάσονος τοῦ κυρηναίου ἐν πέντε λόγοις ἀναγεγραμμένων, ἢ τὸν πόλεμον ἀπαγγέλλει, ὃν ἰούδας ὁ μακκαβαῖος πρὸς ἀντίοχόν τε τὸν Ἐπιφανῆ, καὶ τὸν αὐτοῦ παῖδα τὸν Ἐπίκλην εὐπάτορα, διεπολέμησε. τὸ δὲ τρίτον ἀποδοκιμάζει, τερατῶδες καλῶν, καὶ οὐδὲν ὅμοιον τῷ πρώτῳ διεξερχόμενον. τὸ μὴν τοίγε τέταρτον ὑπὸ ἰωσήπου γεγράφ-

EX LIBRO PRIMO.

AIt Philostorgius ignorare se, quisnam sit auctor librorũ qui Maccabaici vocantur. Ac primum quidem eorum librum magnopere probat, utpote qui ea narret, quæ cum Danielis vaticiniis egregiè consentiunt: Et propterea quòd prudenter exponit, quonam modo virorum quidem malitia res Judæorum ad ultimum exitium perduxerit: aliorum autem virorum fortitudo eas restituerit. Quo tempore & Judæi adversus hostes pristinas vires recuperarunt, & templum Græcanicæ superstitionis inquinamentis purgatum est. Secundus autem liber, ut ait Philostorgius, non ejusdem videtur auctoris ac primus: sed breviarium est eorum quæ ab Jasone Cyrenæo quinque libris conscripta fuerant, in quo refertur id bellum quod Judas Maccabæus gessit cum Antiocho Epiphane, & cum ejusdem filio qui Eupator cognominatus est. Tertium autem Maccabæorum librum improbat Philostorgius, monstrosum eum appellans, & qui nihil narret quod simile sit

Libro primo. Quartum verò librum à Josepho conscriptum esse dicit ipse quoque, & Eleazari ac septem ejus filiorum Maccabæorum encomium potius esse quàm historiam.

2. Etsi aliis in rebus & præcipue ob Ecclesiasticę historiæ scriptionem, Eusebium Pamphili laudat Philostorgius, eundem tamen errare dicit in iis quæ ad Religionem pertinent. Errorem autem illius hunc esse ait, quòd Deum nec cognosci, nec comprehendi posse existimaverit. Aliis quoque ejusdem modi erroribus implicatum eum fuisse dicit. Porro testatur, illum historiam suam ad ea usque tempora perduxisse, quibus liberi Constantini Magni in patris imperium successerunt.

3. Ait Impius Philostorgius Arium, cùm suffragia pro Archiepiscopatu Alexandrino in ipsum inclinarent, Alexandrum tamen sibi prætulisse, & suffragia in eum transtulisse.

4. Ait Alexandrum quendam presbyterum, cognomento Baucalim, ob coacervatam carnis superfluæ molem, quæ in dorso ejus excreverat instar vasis testacei: cujusmodi vasa Alexandrini patrio sermone Baucalas vocant. Hunc igitur Alexandrum, cùm secundum ab Ario locum inter presbyteros obtineret, ait simultatis inter Alexandrum Episcopum & Arium causam præbuisse, & consubstantialis prædicationem ab eo tempore excogitatam fuisse.

5. Constantius Magni Constantini pater, ob eximiam fortitudinem, ut ait Philostorgius, superioris Galatiæ in qua sunt Alpes, Imperator renuntiatus est. Hæc autem loca accessu difficilia sunt & impervia. Porro hæc superior Galatia, nunc à Romanis Gallia vocatur. Mors autem Constantii contigit in Britannia, quæ Albionis insula olim dicebatur. Illic Constantinus post vitatas feliciter Diocletiani insidias, cùm patrem ægrotantem reperisset, eum brevi pòst mortuum sepulturæ mandavit, ac mox Imperii successor factus est.

6. Causam, cur Constantinus M. à Gentilium superstitione ad Christianam religionem transierit, Philostorgius perinde ac reliqui omnes, ait, fuisse victoriam de Maxentio. In qua crucis signum visum est in Oriente, longissime protensum, luce quadam admirabili eam depingente & stellis undique

A ϑαι καὶ αὐτὸς συνομολογῶν, ἔχ' ἱστορίαν μᾶλλον ἢ ἐγκώμιον εἶναι φησι, τὸ περὶ τοῦ ἐλεάζαρου καὶ τῶν ἑπτὰ παίδων τῶν μακκαβαίων διηγούμενον.

2. Ὅτι τά τε ἄλλα, καὶ ὅσα περὶ εὐσεβείας ἥκιστα λόγον, ὁ φιλοστόργιος τὸν παμφίλου σέβιον ἐπαινέσας, περὶ τὴν εὐσέβειαν διαμαρτάνειν φησι. καὶ τὸ ἁμάρτημα ὁ δυσσεβὴς διηγούμενος, διότι ἄγνωστον τὸ θεῖον καὶ ἀκατάληπτον ἡγοῖτο. ἀλλὰ καὶ ἄλλα τοιαῦτα φησιν αὐτὸν πλημμελεῖν. καταπαῦσαι δ' αὐτὸν τὰς οἰκείας τῆς ἱστορίας μνήμας, μέχρι τῆς τῶν παίδων διαδοχῆς τοῦ μεγάλου κωνσταντίνου συνεπιμαρτύρει.

3. Ὅτι ὅτι ὁ δυσσεβὴς φησι τὰς ψήφους τῆς ἀρχιερωσύνης ἐπ' ἄρειον φερομένας, αὐτὸν μᾶλλον ἀλέξανδρον προτιμήσαντα ἑαυτοῦ, μεταθεῖναι αὖπως ταύτας καὶ μεταγαγεῖν.

4. Ὅτι ἀλέξανδρόν τινα πρεσβύτερον βαυκαλιν ἐπονομαζόμενον, διὰ τὸ σαρκὸς ὑπερσαφοῦς ὄγκον περὶ τὸν μεταφρένιον αὐτοῦ σεσωρευμένον, ἄγγεσι ὀστρακίνοις ἐκμίμημά τι σχῆμα, ἅπερ ἐν βαυκάλαις ἐπιχωρίοις ἀλεξανδρεῖς εἰώθασιν ὀνομάζειν. τοῦτόν φησι τὴν δευτέραν τάξιν μετ' ἄρειον ἔχοντα, ἀρξαι τῆς αἰτίας, ἐξ ἧς ἡ διαφορὰ ἀλεξάνδρῳ τῷ ἐπισκόπῳ καὶ ἀρείῳ συνεπράγη, καὶ τὴν τοῦ ὁμοουσίου ἀνακήρυξιν ἐκεῖθεν ἐπιτεχνασθῆναι.

5. Ὅτι φησὶ κωνστάντιος ὁ τοῦ μεγάλου κωνσταντίνου πατὴρ κατ' ἀνδραγαθίαν τὸν ἀνωγαλατιῶν, ἐν αἷς αἱ καλούμεναι ἄλπεις, βασιλεὺς ἀπεδείχθη· δυσέμβολα γὰρ τὰ χωρία ταῦτα καὶ δυσπρόσοδα· τὰς δὲ γαλατίας νῦν γαλλίας ἐπονομάζουσιν. ἡ δὲ τελευτὴ κωνσταντίου, κατὰ βρεταννίαν γέγονε, τὴν ἀλβιώνος καλουμένην. ἐν ᾗ κατοικοῦντα καλαλαυκὸν αὐτὸν κωνσταντῖνος ὁ παῖς, φυγὼν παραδόξως τὴν ἐπιβουλὴν διοκλητιανοῦ, τελευτῶντα ἐκήδευσε, καὶ τῆς βασιλείας καθέξη διάδοχος.

6. Ὅτι τὴν τοῦ μεγάλου κωνσταντίνου μεταβολὴν ἐκ τοῦ ἑλληνίδος θρησκείας εἰς τὸ χριστιανισμὸν καὶ φασὶ τοῖς ἄλλοις φιλοσόφοις, αἰτίαν ψευδῶς ἀναγράφειν τὴν κατὰ μαξεντίου νίκην. καθ' ὃν καὶ τὸ τοῦ σωτῆρος σημεῖον κατὰ μήκιστον ὤφθη δίηκον, αὐγῆς αὐτὸν καταπλη-

τάσης διαλυπεμφθῆς, καὶ ἀστέρων αὐτὸν κύκλῳ A circa eam currentibus instar cœlestis
περιθόντων, ἱεροῦ τέρατος, καὶ τοῖς γράμμασιν arcus, & litterarum formam exprimentibus. Porro litteræ Latino sermone
τὸν χαρακτῆρα ῥυθμιζομένων· τὰ δὲ ἄρα hæc verba designabant: In hoc vince.
Ῥωμαίων ἔλεγε φωνῇ, ἐν τούτῳ νίκα.

7. Ὅπως δὲ τὴν νικαίαν συνόδου, φησὶν τὸν Alexandrum Alexandriæ Epi-
Ἀλεξανδρείας Φησιν Ἀλέξανδρον καταλα- scopum, cùm venisset Nicomediam,
βόντα τὴν Νικομήδειαν, καὶ ὁσίῳ τε τῷ Κορδύβης & collocutus esset cum Osio Cordu-
συντυχόντα καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ ἐπισκόποις, συνο- bensi, aliisque Episcopis qui unà cum
δικαῖς ψήφοις ἀνομολογῆσαι φρονεῖν καὶ illo erant, perfecisse, ut nodali sen-
διδάσκειν ὁμοούσιον τῷ πατρὶ τὸν υἱόν, καὶ τὸν ἄρειον tentia Filium Patri consubstantialem
ἀποκηρύξαντας. esse profiterentur, & Arium à communione removerent. Nec multo pòst
congregatam esse synodum apud Nicæam: Cui præter reliquos Antistites
8. Μετὰ πολὺν δὲ χρόνον καὶ τὴν ἐν νικαίᾳ συ- B Basileus Amasiæ Episcopus, & Meleti-
νέλθοντα σύνοδον, ἐν ᾗ μετὰ τῶν ἄλλων ἀρχιερέων θεὸς, us Sebastopoleos interfuerunt.
καὶ βασιλέα τὸν Ἀμασείας ἐπίσκοπον παρεῖναι, καὶ μελέτιον τὸν Σεβαστουπόλεως.

8. Fatetur etiam Philostorgius, cunctos Episcopos expositioni fidei quæ
9. Ὅτι δὲ αὐτὸς ὁμολογεῖ πάντας ὁμο- Nicææ facta est consensisse, excepto
φρονῆσαι τῷ ἐν νικαίᾳ τῆς πίστεως ὅρῳ, πλὴν Secundo Ptolemaidis Episcopo, quem
γε Σεκούνδου Πτολεμαΐδος, ᾧ καὶ θέων ὁ τῆς secutus est Theon Episcopus Marmari-
μαρμαρικῆς ἠκολούθησεν. τὸ δὲ ἄλλο σύφρον τῶν cæ. Reliqua autem caterva Arianorum
ἀρειανῶν ἐφόρων, εὐσέβιός τέ φημι ὁ νικομηδείας Antistitum, Eusebius inquam Nicome-
ὃν δὴ ἀποθεὸς μέγαν, καὶ θέογνις ὁ νικαίας, diensis, quem Philostorgius Magnum
καὶ μάρις ὁ χαλκηδόνος, καὶ ἡ ἅλληφάλαγξ, cognominat, Theognis Nicænus, &
πρὸς τὴν σύνοδον μετέβαλον· δόλῳ Maris Chalcedonensis Episcopus &
μὲν, καὶ δὴ φησι, τὸ ὁμοούσιον ἐν τῇ ὁμο- C cæteri omnes, sententiam synodi am-
ούσιε φωνῇ ὑποκλέψαντες· πλήν γε συμφρο- plexi sunt: dolosè quidem ac fraudu-
νεῖν τοῖς συνοδικοῖς ψηφίσμασιν ἀναδέξαντο, lenter, ut testatur etiam Philostorgius,
κωνσταντίνας τῆς τοῦ κωνσταντίνου βασι- cùm sub voce homousii τὸ ὁμοούσιον cal-
λέως ἀδελφῆς εἰσηγησαμένης αὐτοῖς τὴν εἰς lide occultarent. Sed tamen synodi de-
τοῦτο παραίνεσιν. cretis consentire non recusarunt, cùm
Constantina soror Imperatoris Con-
10. Λέγει δὲ καὶ σεκοῦνδον ὑπεροριζόμενον εἰπεῖν stantini hoc consilium eis suggessisset.
πρὸς εὐσέβιον, εὐσέβιε ὑπέγραψας, ἵνα μὴ ἐξο-
ριωθῇς· πιστεύω τῷ θεῷ δι' ἐνιαυτοῦ σε δεῖ ἀχ- 9. Addit Philostorgius, Secundum,
θῆσαι ἀπαγόμενον· καὶ γεγονέναι τῷ εὐσεβίῳ cùm in exilium proficisceretur, Euse-
τὸν ἐξοστρακισμὸν μετὰ μῆνας ὀκτὼ τῆς συνόδου bio dixisse: Eusebi subscripsisti, ne in
τρεῖς· καθὰ καὶ σεκοῦνδος προεῖπε, πρὸς τὴν ἰδίαν exilium mittereris. Ego verò Deo id
αὖθις τὸ πρόφανες ἀσέβειαν ἀνατρέψαντι. mihi revelanti confido, te intra annum
in exilium abductum iri. Sanè Eusebius
tribus mensibus post synodum exactis
relegatus est, quemadmodum Secun-
dus prædixerat, cùm ad pristinam im-
pietatem palàm reversus esset.

ΕΚ ΤΗΣ ΔΕΥΤΕΡΑΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ.

EX LIBRO SECVNDO.

Ὅτι ὁ φιλοψευδὴς ὢν κακοήθης, D
μετὰ τὴν οἰκουμενικὴν σύνοδον, καὶ τὴν
ἐκπροσηλθοῦσαν τῷ περὶ τὸν εὐσέβιον πρὸς τὴν εὐ-
σέβειαν παλινῳδίαν, τὸν βασιλέα φησὶ
κωνσταντῖνον τούτους μὲν δίκῃ εἰσπράξασθαι,
ἀντ' ὧν ἄλλα φρονοῦντες τῷ ὁμοουσίῳ ὑπεστημήναντο· αὐτὸν δὲ περὶ σεκοῦνδον ἀνακα-
λέσασθαι· καὶ γράμματα ταναχεῖ διαπέμψαι, τὸ μὲν ὁμοούσιον διασυρόντα,

Ait mendacissimus Philostorgius, post universalem synodum & post Eusebianorũ palinodiam adversus Religionem, Imperatorem Constantinum eos quidem pœna affecisse, propterea quod cùm aliter sentirẽt, homousio nihilominus subscripserant: Secundũ verò cum sociis ab exilio revocasse, litteras etiam quaquaversum misisse, quib⁹ consubstantialis quidẽ vocẽ explode-

bat, dissimilis autem substantiæ fidem confirmabat. Quibus litteris Alexandrum quoque Episcopum Alexandriæ subscripsisse dicit, & ob hanc causam Arium etiam ei communicasse. Sed cùm metus ab Imperatore deinceps cessaret, Alexander quidem ad priorē sententiam rediit. Arius verò una cum ejusdem opinionis assertoribus, ab Alexandro & ab Ecclesia secessit.

2. Ait Arium, cùm ab Ecclesia recessisset, cantica nautica & molendinaria ac viatoria conscripsisse, aliaque ejusmodi composuisse, quæ certis modulationibus aptavit, prout unicuique cantico convenire existimabat: Atq; ita imperitiorum animos suavitate cantus ad impietatem suam sensim abduxisse.

3. Etsi Arium divinis laudibus efferat Philostorgius in eo quod divinitatē Filii oppugnat, absurdis tamen erroribus eum implicari dicit, eò quòd passim affirmet Deum nec cognosci, nec comprehendi, nec mente concipi posse: Idque non ab hominibus solum, quod malum tolerabilius esset, sed ne ab ipso quidem unigenito Dei Filio. Et ad hujus erroris absurditatem, non Arium modò, verum etiam plerosq; alios ea tempestate simul cum illo arreptos esse. Excepto enim Secundo ac Theona, & discipulis Luciani Martyris, Leontio scilicet, Antonio & Eusebio Nicomediensi, reliqua impiorum cohors hanc sententiam amplexa est.

4. Ait Philostorgius Constantinum Novercæ calumniis circumventum, Crispum filium interemisse. Eam verò postea, cùm in adulterio deprehensa fuisset cum quodam ex Cursoribus, calore balnei suffocari jussisse. Nec multo post Constantinum, dum Nicomediæ moraretur, pœnas cædis filio persolvētem, à fratribus suis veneno necatū esse.

5. Ait Philostorgius, Urfilam ex Transistrianis Scythis, qui ab Antiquis quidem Getæ, nunc verò Gothi appellantur, maximam hominum multitudinem in Romanum solum traduxisse, qui pietatis causâ ex patriis sedibus ejecti fuerant. Eam autem Gentem ad Christi fidem olim transisse hoc modo: Cùm Valerianus & Gallienus imperium administrarent, ingens multitudo Scytharum trans Istrum degentium, in Romanorum ditionem trajecit. Et Europæ quidem magnam partem excursionibus infestarunt. Deinde

A κρεῖττονα ἢ τὸ ἑτερούσιον· ὃς γράμμασι καὶ τὸν ἀλέξανδρον ἀλεξανδρείας ὑπογράψαι, καὶ διὰ τοῦτο συνελθεῖν αὐτὸν καὶ τὰς περὶ ἄρειον τοῦ ἐκ βασιλέως ἠρεμήσαι διωγμούς. φόβῳ, τὸν μὲν ἀλέξανδρον ἐπὶ τὴν οἰκείαν ἀναδραμεῖν γνώμην· τὸν δὲ ἄρειον πάλιν αὖτε καὶ τὰς ἐκκλησίας σὺν τοῖς ὁμόφροσιν ἀποστῆναι.

2. Ὅτι τὸν ἄρδον ἀποπηδήσαντα τῆς ἐκκλησίας φησὶ ἄσματά τε ναυτικὰ καὶ ἐπιμυλιακὰ καὶ ὁδοιποερικὰ γεγράψαι, καὶ τοιαῦθ' ἕτερα συντιθέντα, εἰς μελῳδίας ἐντεῖναι, ἃς ἑνὶ μέλει ἑκάστοις ἁρμόζειν, διὰ τὸ ἐν τοῖς μελῳδιακοῖς B δονῆς ἐκκλέπτειν πρὸς τὴν οἰκείαν ἀσέβειαν τὰς ἀμαθεστέρας τῶν ἀνθρώπων.

3. Ὅτι τὸν ἄρδον ἐν τῷ θεομαχεῖν, καὶ ὑπερφάλαγγα ἀτόποις ἐνέχεσθαι φησὶ διότι ἄγνωστόν τε τὸν θεὸν καὶ ἀκαταλήπτως παντελῶς καὶ ἀνεννόητον ἐστηγεῖτο· καὶ οὐκ ἀνθρώπους μόνους, ὃ κακὸν μετριώτερον ἴσως, ἀλλὰ καὶ αὐτῷ τῷ μονογενεῖ υἱῷ τοῦ θεοῦ· καὶ πρὸς ταῦτα φησὶ τῷ ἀτοπίαν καθ' ὁντινοῦν καιρὸν μὴ ἀρκεῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς πλείους αὐτῶν συναπενεχθῆναι· πλὴν γὰρ σεκούνδου καὶ θεωνᾶ, καὶ τῶν C λουκιανοῦ τοῦ μάρτυρος μαθητῶν, λεοντίου καὶ ἀντωνίου, καὶ τοῦ νικομηδείας εὐσεβίου, τὸ ἄλλο τοῦ ἀσεβείας σύστημα πρὸς ταύτην ὁρμῆσαι ῥυῆναι τὴν δόξαν.

4. Ὅτι φησὶ τὸν κωνσταντῖνον ἀνελεῖν οἱ ἰδίου παῖδα κρίσπον, διαβολαῖς τῆς μητρυᾶς συναρπασθέντα· καὶ ἐπὶ τῷ φωραθέντα τινὶ τῶν κursώρων μοιχωμένῃ, τῆς βαλανείου ἀλέας ἐναποπνιγῆναι τρόπῳ ἀξίᾳ καὶ τῷ παιδίῳ τοῦ ξίφους διαθέντα κωνσταντῖνον τὸν δίκην, μετ' ὀλίγον χρόνον ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν φαρμάκοις καὶ τὴν νικομήδειαν διατρίβοντα ἀναιρεθῆναι.

5. Ὅτι ὑρφίλαν φησὶ καλεῖσθαι τοὺς ἐκ τῶν πέραν ἴστρου Σκυθῶν, οὓς ① μὲν παλαι γέτας, ② δὲ νῦν γότθους καλοῦσι, πολυανθρωπίαν ῥωμαίων διαβιβάσαι λαὸν, διὰ εὐσέβειαν ἐκ τῶν οἰκείων ἠθῶν ἐλαθέντας· χειραγωγῆσαι δὲ τὸ ἔθνος τρόπῳ τοιῷδε. Βασιλευόντος οὐαλεριανοῦ καὶ γαλλιήνου, μοῖρα Σκυθῶν βαρεῖα τῶν πέραν τοῦ ἴστρου, διέβησαν εἰς τὴν ῥωμαίων. καὶ πολλὴν μὲν καὶ λεηλάτησαν τῆς εὐρώπης· διαβαίνοντες

ἦ καὶ εἰς τὴν ἀσίαν, τήν τε γαλατίαν, καὶ τὴν καππαδοκίαν ἐπῆλθον, καὶ πολλοὺς ἔλαβον αἰχμαλώτους, ἄλλους τε καὶ τῶν κατηξιωμένων τοῦ κλήρου· καὶ μετὰ πολλῆς λείας ἀπεκομίσθησαν οἴκαδε. οἱ δὴ αἰχμάλωτοι σὺν εὐσεβέσι ἀνδράσι φαύλοις τοῖς βαρβάροις, σὺν ὀλίγοις τε αὐτῶν εἰς τὸ εὐσεβὲς μεταποίησαν, καὶ τὰ χριστιανῶν φρονεῖν ἀντὶ τῶν ἑλληνίδος δόξης παρεσκεύασαν. ταύτης τῆς αἰχμαλωσίας γεγόνεσαν καὶ οἱ ὑρφίλα τε γόνοι, καππαδόκαι μὲν γένος, πόλεως δὲ πλησίον παραναστάς, ἐκ κώμης δὲ Σαδαγολθινὰ καλουμένης. ὁ τοίνυν ὑρφίλας οὗτος καθηγήσατο τῶν ἐξόδου τῶν εὐσεβῶν, ἐπίσκοπος αὐτῶν πρῶτος καταστάς· κατέστη δὲ ὧδε. ὅτε τὸν ἀρχιερέα ἄγων τῶν ἔθνους ἐπὶ τῶν κωνσταντίνου χρόνων εἰς πρεσβείαν σὺν ἄλλοις ἀπεστάλη· καὶ δὴ καὶ τὰ τῇδε βάρβαρα ἔθνη ὑπήκοα ἦν τῷ βασιλεῖ τότε· ὑφ' οὗ εὐσεβείᾳ καὶ τῶν σὺν αὐτῷ ἐπισκόπων χειροτονεῖται τῶν ἐν τῇ γοτθικῇ χριστιανιζόντων· καὶ τάτε ἄλλα αὐτῶν ἐπεμελεῖτο· καὶ γραμμάτων αὐτοῖς οἰκείων εὑρέσεως καταστάς, μεταφέρασιν εἰς τὴν αὐτῶν φωνὴν τὰ γραφὰς ἁπάσας, πλήν γε δὴ τῶν βασιλέων, ἅτε τῶν μὲν πολέμων ἱστορίαν ἐχουσῶν, τοῦ δὲ ἔθνους ὄντος φιλοπόλεμου, καὶ δεομένου μᾶλλον χαλινοῦ τῆς ἐπὶ τὰς μάχας ὁρμῆς, ἀλλ' ἐχίτου πρὸς τὰ παρόντα ἀνυσίμου· ὅπερ ἰσχὺν ἔχει ταῦτα ποιεῖν, σεβάσμιά τε μάλιστα νομιζόμενα, καὶ πρὸς τὴν θείαν θεραπείαν σφᾶς αὐτοὺς καθαρσίως ἐξορύσασθαι δι' ὁ βασιλεὺς τὸν αὐτόμολον τοῦτον λαὸν ἔθετο τῆς μυσίας χωρία, ὡς ἑκάστῳ φίλον ἦν· καὶ τὸν ὑρφίλαν διὰ πλείστης ἦγε τιμῆς, ὡς καὶ πολλάκις ὀνομαστὶ ἐφ' ἡμῶν μωσῆν λέγειν ἔθος αὐτόν. λίαν δὲ ἔοικε τὸν ἄνδρα θαυμάζειν, καὶ τὴν αἱρετικὴν αὐτοῦ δόξαν ἐρασθῆναι αὐτόν τε καὶ σὺν αὐτῷ ἀναγεγράφθαι.

A verò cùm in Asiam trajecissent, Galatiam & Cappadociam invaserunt. Cumque plurimos homines captivos fecissent, inter quos non pauci erant Clerici: cum ingenti præda in patriam suam reversi sunt. Captivi igitur ac pii homines isti, barbaris permixti, non paucos eorum ad veram pietatem traduxerũt, utq; pro Gentilium superstitione Christianam religionem amplecterentur, iis persuaserunt. Ex horum captivorum numero fuerunt etiam majores Urfilæ, natione quidem Cappadoces, orti juxta urbem Parnassum, ex vico qui Sadagolthina vocatur. Hic igitur Urfila, dux fuit piorum hominum qui ex Gothia egressi sunt, primusque eorum Episcopus fuit, constitutus hoc modo. Cùm à rege qui tunc Gothis præerat, Legatus unà cum aliis ad Imperatorem Constantinum missus esset: Nam & Barbaræ gentes illic positæ Constantino obsequebantur: ab Eusebio aliisque qui cum illo erant Episcopis, ordinatus est Episcopus Christianorum qui apud Gothos degebant. Eorum itaque tum aliis in rebus maximam curam gessit: tum proprias ipsis litteras excogitavit, & universos sacræ Scripturæ libros patrio ipsorum sermone interpretatus est excepris libris Regnorum, eo quòd illi res bello gestas contineant, gens autem illa bellis maxime delectetur, & fræno potius opus habeat ad bellicos impetus comprimendos, quàm calcari quo ad prælia incitentur. Maximam porro incitandi vim habent libri illi, utpote qui venerabiles maxime existimentur, & credentium animos ad Dei cultum informent. Hanc igitur transfugarum multitudinem Imperator in locis Mœsiæ pro ut cuique visum est, collocavit: Et Urfilam ipsum magno in honore habuit, adeo ut de illo loquens, sæpe eum nostri temporis Mosen appellaret. Cæterum Philostorgius hunc Urfilam miris laudibus extollit, aitque & illum, & eos qui sub illo erant Gothos, ejusdem cum ipso hæreseos sectatores fuisse.

6. Ὅπως δὲ ἐνδοξάτων ἰνδῶν, ὅσοι χειρὸς ἔμαθον τιμᾶν ἐκ τῆς βαρθολομαίου τοῦ ἀποστόλου διδασκαλίας, τὸ ἑτερόδοξον πρεσβύων ὁ δυσεβὴς φησὶ· καὶ τὸν θεόφιλον εἰσάγει τὸν ἰνδὸν τοιοῦτον ἀσπαζόμενον φρόνημα, ἁρμόζεσθαι τε εἰς αὐτὸν καὶ τῶν αὐτῶν ἐνδιηγεῖσθαι δόξαν. τόθεν τῶν ἰνδῶν ἔθνος ἦτο, σάβα μὲν πάλαι, ἀπὸ τῆς σάβα

6. Ait impius Philostorgius, interiores Indos qui Bartholomæi Apostoli prædicatione ad Christi cultum conversi sunt, dissimilem Filii substantiam profiteri. Narratq; Theophilum Indum, qui hanc sententiã amplectebatur, ad illos veniisse, & suam illis opinionem tradidisse. Hos autem Indos, olim quidem Sabæos, ait esse dictos ab urbe Saba,

quæ caput est totius gentis: nunc verò Homeritas vocari.

7. Ait Philostorgius, Eusebium, Marim & Theognium, post triennium Constantini Imperatoris jussu ab exilio revocatos, symbolum hæreticæ fidei edidisse, & quaquaversum misisse ad eversionem synodi Nicænæ. Alexandrum quoque Episcopum Alexandriæ ab iisdem depositum esse & excommunicatum, eo quod ad Consubstantialis fidem denuo reversus esset. Sed & Eustathium Antiochensem Episcopum perinde ab iisdem depositum esse, cùm puellæ cujusdam stuprum ac fœdæ libidinis crimen ei objecissent. Imperator verò eum exilio mulctavit, & in occidentis partes relegavit. Cæterum in hoc illegitimo Concilio Episcopos numero ducentos & quinquaginta sedisse scribit, & malorum omnium officinam illis fuisse Nicomediam.

8. De Agapeto ejusdem cum ipso hæreseos sectatore, qui ex milite primùm quidē presbyter sectæ suæ, postea verò Episcopus Synadensis factus est, multa prodigiosa narrat; mortuos ab illo suscitatos esse dicens, multasq; ægritudines expulsas & sanatas. Alia quoq; miracula ab eodem patrata esse dicit, & multos Gentilium ad Christianam religionem ejus opera conversos.

9. Ait Constantinum octavo & vicesimo Imperii sui anno ex Byzantio Constantinopolim condidisse. Et cùm ambitum urbis illius delinearet, pedibus incedentem circumiisse, hastam manu gestantem. Cumque iis qui ipsum sequebantur, majus quam oportebat spatium metiri videretur, quendam ex illis ad eum accessisse dicit, ita percontantem: Quousque Domine? Ei verò Imperatorem his verbis respondisse: Donec sistat is qui me præcedit. Quo responso aperte declaravit, cœlestem quandam virtutē ipsum manu ducere, docentem ea quæ facienda essent. Addit Philostorgius, Constantinum postea quam urbem ædificasset, eam appellasse almam Romam, quod Latine illustrem significat. Senatum præterea ibi constituisse, & copiosum annonæ modum civibus distribuisse, & reliquum omnem civitatis ornatum magnificè adjecisse, ita ut honore & gloria cum seniore Roma contenderet.

10. Mortuo autem hujus civitatis Episcopo Alexandro, ait, Eusebium

μητροπόλεως, τὰνῦν ὁ μητρόπολις καλεῖσθαι.

7. Ὅτι μὴ τρεῖς ὅλως ἐνιαυτοὺς φησὶν ἀνασχέσθαι τὸν θεῖον καὶ μακάριον καὶ θεόγνιον, ψήφῳ βασιλέως Κωνσταντίνου ἐπανόδου τυχόντας, πίστεως τὸ σύμβολον αἱρετικῆς ἐκθεῖναι, καὶ πανταχοῦ σε διαπέμψαι, ἐπ' ἀνατροπῇ τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου· καὶ τὸν Ἀλεξανδρείας Ἀλέξανδρον καθελεῖν τε καὶ ἀποκηρύξαι, ἀφ' ὧν ὑπὲρ τὸ ὁμοούσιον παλινστρόφως ἐφρόνησεν· ἀλλὰ καὶ δυσάθικτον τὸν Ἀντιοχείας Εὐστάθιον, παιδίσκης μίξιν καὶ αἰσχρᾶς ἡδονῆς ἀπολαῦσιν αἰτίαν ὑπερφαλμοῦ, φυγῇ αὖθις βασιλικῇ ἐζημίωσε, εἰς τὴν ἑσπέριον μεθόριον ποιησάμενος. πενθήκοντα δὲ καὶ διακοσίους φησὶν ἀναριθμήτους ποιήσασθαι τὸ πλήρωμα τῆς παρανόμου τότε συνόδου, καὶ τὴν Νικομήδειαν αὐτοῖς τῶν παρανομηθέντων ποιήσασθαι ἐργαστήριον.

8. Ὅτι περὶ Ἀγαπητοῦ συναιρεσιώτου, ἐκ στρατιωτικοῦ καταλόγου τραπέντος τε καὶ τῶν ὁμοφρόνων, ἐπισκόπου ὕστερον· περὶ γοῦν τούτου πολλὰ τερατολογῶν, νεκρούς τε αὐτὸν ἀναστῆσαι λέγει, καὶ πολλῶν ἄλλων παθῶν φυγαδευτὴν γενέσθαι καὶ ἐλατῆρα. ἃ μὲν ἄλλα καὶ παραδόξων ἄλλων ἔργων δημιουργόν, καὶ πολλοὺς ἐξ Ἑλλήνων εἰς τὸν χριστιανισμὸν μεταλάξαι παρασκευάσαι.

9. Ὅτι Κωνσταντινούπολιν φησὶν ὀκτῷ καὶ εἰκοστῷ ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ, τὸ Βυζάντιον εἰς Κωνσταντινούπολιν μετασκευάσαι, καὶ τὸν περίβολον ὁμολογούμενον, βάδην τε περιέναι, τὸ δόρυ τῇ χειρὶ φέροντα. ἐπεὶ δὲ τοῖς ἑπομένοις ἐδόκει μεῖζον ἢ προσῆκε τὸ μέτρον ἐκτείνειν, προσελθεῖν τε αὐτῷ τινα καὶ διαπυθέσθαι, ἕως πότε δέοι τοῦτο. τὸν δὲ ἀποκρίνασθαι ἀναρρήδην φάναι, ἕως ἂν ὁ ἔμπροσθεν μὴ τῇ, ἐπίδηλον ποιοῦντα, ὡς δυνάμεις αὐτοῦ τὰς ἡγεμονίαν προηγοῖτο, καὶ πρατομένην διδάσκαλος ἰδρυσάμενον τὴν πόλιν ἅλμα ῥωμῆν ὀνομάσαι, ὅ δηλοῖ τῇ ῥωμαΐδι γλώττῃ τὸ ἔνδοξον. καὶ βουλήν τε συγκλητον τάξαι, καὶ σιτηρέσιον δαπανῶν αὐταρκες ἅπασιν διανεῖμαι τοῖς οἰκήτορσι, καὶ τὸν ἄλλον ἐν αὐτῇ τῆς πολιτείας πολυτελῶς κόσμον καλάσαι, ὡς λόγος ἔχειν τὴν ἀντίπαλον κλέος τῇ πρεσβυτέρᾳ ῥώμῃ.

10. Τελευτήσαντος δὲ τούτου τῆς πόλεως ἀρχιερέως Ἀλεξάνδρου, τὸν Νικομηδείας φησὶν

φησιν εὐσέβιον, εἰς τὸν τῆς νεοκλίσε πόλεως ἀρχιερατικὸν μεταστῆσαι θρόνον.

11. Ὅτι τὸ δυσσεβὲς ὄντως τοῦ ψεύδους ὄργανον, ἀλεξάνδρου τοῦ ἀλεξανδρείας τελευτήσαντος, ἐν ψήφοις ἄλλων ἐπ' ἄλλοις φερομένων, καὶ χρόνου τινὸς ἐπὶ τούτῳ διαλειπομένου, τὸν θεῖον ἀθανάσιον φησι περὶ δείλην ὀψίαν εἰς τὴν διονυσίου καλουμένην ἐκκλησίαν ἐσπηδήσαντα, καὶ δύο τινὰς τῶν αἰγυπτίων ἐπισκόπων εὑρόντα, τὰς πύλας τε κῦ ὀχυρώταλον μῦ τῶν συστασιωτῶν ἐπικλείσαι μόνον, ὥστε τὴν χειροτονίαν ὑπελθεῖν, τοῦ χειροτονηθέντος πολλὰ μοὐ ἀναβοήσαντος. τῆς δ' ἐπαγομένης αὐτοῖς βίας, μείζονος τῆς βουλῆς καὶ τῆς δυνάμεως γεγενημένης, τὸ δοκεῖν ἀθανασίῳ ἐπιτελεσθῆναι. καὶ ὡς ὁ παρὼν τῶν ἐπισκόπων ἄλλος ὅμιλος, διὰ τοιαύτην αἰτίαν τῷ ἀναθήματι τοῦτον παρεπέμψαντος. τὸν δ' ἀθανάσιον κεκυρωμένον τὰ καθ' ἑαυτὸν, ὡς ἀπὸ τοῦ κοινοῦ τῆς πόλεως πρὸς βασιλέα γεγράψαι τὴν εἰς τὴν ἀρχιερωσύνην ἀναρρησιν αὐτοῦ. τὸν δ', νομίσαντα κοινῆς βουλῆς εἶναι τὸ γράμμα, ἐπιψηφίσαι τὴν καλοκἀγαθοῦ τοῦ θρόνου. ὕστερον δὲ μαθόντα τὰ πεπραγμένα, εἰς τύρον τῆς φοινίκης αὐτὸν ἐξαποστεῖλαι, τῷ ἐκεῖσε συνεδρίῳ λόγον ὧν ἔδρασε δώσοντα· καὶ μόλις μὲν ὃν εἶχεν τοῖς βασιλείοις ἀπειλαῖς τὸν ἀθανάσιον εἶχαντα δ' ὃν καὶ προχωροῦμενον εἰς τύρον, οὗ μὲν δίκην οὐκ εἰσέρχεται. γύναιον δέ τι μισθωσάμενον ἑταιρικὸν, ἤδη τοῦ τῆς γαστρὸς ὄγκῳ τὴν ἀκολασίαν σκιρτῶν, ἐπαφεῖναι διαμηχανᾶται τῷ εὐσεβίῳ, ὃς τοῦ ἐκεῖσε συνεδρίου κορυφαῖος ἐνομίζετο. τῷ διὰ τὴν συκοφαντίαν ὡς εἰκὸς ἐμπεσόντι θορύβῳ καὶ ταράχῳ, τῷ τε δίκην ὑπεκκλέψαι, καὶ τὴν κρίσιν ἐκφυγεῖν διανοουμένῳ φωραθῆναι δὲ τὴν συκοφαντίαν ὁ τοῦ ψεύδους φίλος ἀναγράφει, δι' ἧς μεθόδου φασὶν οἱ εὐσεβεῖς τὸ καθ' ἑαυτοὺς μεγαλεῖον ἀθανάσιος μισθωτὴν παρὰ τῶν δυσσεβῶν ποργίδιον διελεγχθῆναι· τὸν μὲν γὰρ εὐσέβιον διαπυθάνεσθαι τῆς ἑταιρίδος, εἰ γινώσκει αὐτῆς τὸν φθορέα. τῆς δὲ καὶ μάλα διαλειπομένης, προσαναπυθέσθαι, εἰ ἄρα γε τοῦτον ὁ παρὼν χορὸς ἔχοι.

A Episcopum Nicomediæ ad Episcopalem sedem urbis recens conditæ translatum fuisse.

11. Ait impius hic mendaciorum artifex, post mortem Alexandri Episcopi Alexandriæ, cùm variantibus Episcoporum suffragiis, plures designarentur Episcopi, & aliquantum temporis in hac altercatione tereretur, divinum Athanasium sub vesperam in Ecclesiam quæ Dionysii dicitur, advolasse: cumq; ibi duos quosdam Episcopos Ægypti reperisset, januas unà cum
B suæ factionis hominibus firmissimè occlusisse, atque ita ordinatum esse, multùm licet reclamantibus Ordinatoribus. Sed cùm vis illis inferretur ejusmodi, quæ voluntatem ipsorum potentiamque superabat, confectum esse id quod volebat Athanasius. Addit Philostorgius reliquam Episcoporum qui tum aderant, multitudinem, Athanasium hujus rei causâ anathemati subjecisse. Hunc verò, cùm res suas prius confirmasset, totius civitatis nomine litteras ad Imperatorem de ordinatione sua scripsisse. Qui cùm eas litteras ab Alexandrinorum curia scriptas esse existimaret, electionem illam suo suf-
C fragio comprobavit. Postea verò de iis quæ acta fuerant, certior factus, Athanasium misit Tyrum, quæ urbs est Phœnices, ut synodo quæ ibi collecta erat, rationem gestorum redderet. Et Athanasium quidem Imperatoris minis ægrè cessisse scribit Philostorgius. Tandem verò cùm venisset Tyrum, ipsum quidem sistere se in judicio noluisse: sed meretricem quandam, quæ ipso ventris tumore intemperantiam suam prodebat, mercede conduxisse, & adversus Eusebium qui synodi illius princeps atq; Antesignanus habebatur, per fraudem submisisse: tumultu illo
D ac motu qui ex hujusmodi calumnia, ut verisimile est, excitandus erat, elusurum se judicium, & damnationem subterfugiturum esse, arbitrantem. Sed fraudem detectã esse scribit Philopseudes noster eodem planè modo, quo Orthodoxi scortum illud, quod adversus magnum Athanasium ab hæreticis conductum fuerat, convictum esse scribunt. Eusebium enim ait quæsiviss-se ex meretrice, utrum stupratorem suum nosset. Quæ cùm affirmasset illum sibi probe notum esse. Rursus Eusebium quæsiviss-se, num ille in præsenti Episcoporum consessu versãretur.

Eam verò respondisse: Bona verba, Domine. Neque enim ego tantopere insanio, ut tales viros fœdę libidinis insimulem. Ex iis verò cùm veritas in lucem prodire cœpisset, totam fraudis machinationem patefactam fuisse. Et Eusebium quidem omni calumnia superiorem apparuisse: Athanasium verò qui judicium subterfugere speraverat, duplici judicio convictum abiisse, ad illegitimam ordinationem accedente sceleſtissima calumnia. Atque idcirco communi omnium consensu depositionis sententiam in eum latam esse. Athanasium nihilominus frontem perfricuisse, ac dicere ausum, depositionis sententiam sicut & calumnias quæ ipsi objectæ fuerant, ab Episcopis qui in Concilio residebant, per odium ac simultatem esse fabricatam, propterea quod manuum impositionem ab ipsis accipere recusaret. Quamobrem Imperatorem quoque alteri Episcoporum synodo mandasse, ut Athanasii causa examinaretur. Istos verò alia insuper crimina prioribus adjecisse. Nam & Callinicum Confessorem, Episcopum Pelusii, compedibus ferreis vinctum, ab illo missum esse in custodiam: nec destitisse Athanasium contumelias ei inferre, donec illum è medio sustulisset. Tunc etiam manus Arsenii in medium prolata est, & Mareotes, & Ischyras, & sacrum poculum, & ejusmodi alia. Has ob causas ait Athanasium à synodo excommunicatum esse, & Gregorium Cappadocem in ejus locum substitutum. Et hæc quidem Philopseudes noster de sancto Athanasio falsa narrat.

12. Ait Helenam Imperatoris matrem, ad fauces sinus Nicomediæ, urbē ædificasse quam Helenopolim cognominavit. Porro Helenam eo loco delectatam esse ob id unum, quòd cadaver Luciani Martyris post coronam martyrii eò deportatum fuisset à Delphino.

13. Ait Lucianum Martyrem, cùm jam jam moriturus esset, & tyrannica vis nec Ecclesiæ, nec altaris copiam faceret: Cumq; vincula & plagæ ne quidem ut se commoveret, ei permitterent, supinum jacentem, supra proprium pectus tremendum sacrificium peregisse, & tum ipsum participasse, tum aliis ut de immaculato sacrificio participarent, copiam fecisse. Peractum autem est hoc sacrificium in carcere, cùm sacer Christianorum Chorus qui illum

A τὴν ϑ φᾶναι, εὐφήμει, ὦ δέσποτα· ἀϑλέγως ἂν μαινοίμην, ἀνδρῶν τοιούτων αἰχρᾶς κἀνοσίου ϑηλείαν ὡς τεκαλαγνῶναι. εἶτ' ἐντεῦϑεν ἐξαμένης ϖῶς τῆς ἀληϑείας, τὴν ὅλην συσκοτοῦσι ἀνακαλυφϑῆναι· κ τὸν μὲν εὐσέβιον κρείττω συκοφαντίας πάσης ἐφῆναι. τὸν ϑ ἀθανάσιον, ἀντὶ τοῦ φυγεῖν τὴν δίκην, διπλῆς ἔνοχον ἀπελεγχθῆναι, ϖεσταϑέσης τῆς ϑεοκτόνου χειροτονίας τὴν ἐναγεστάτην συκοφαντίαν. διὸ δ τὴν καθαιρέσιν ψῆφον ὁμόφωνον καϑ' αὑτοῦ ἐξενεχθῆναι ἐκεῖνον μὲν τοίγε ϖροσαναισχυντεῖν, ἐλέγχου ἀπεχθεία τὴν καθαίρεσιν οὐδὲν συνεδρεύσαν-
B λας διαπεράσαντας, ὥσπερ κ τὰς συκοφαντίας· διόπερ μὴ ϖαρ' αὐτῶν ἀναδέξασϑαι τὴν δεξιὰν κωλύειν χειροτονίαν γενέσϑαι. διὸ κ τὸν βασιλέα ἐπιστεῖλαι πάλιν ἑτέρᾳ συνόδῳ τὰ κατὰ τὸν ἀθανάσιον ἐξετασϑῆναι. οὗτος ϑ ἕτερα τῶν ἐγκλημάτων ἐπισωρεύσας· καλλιστρατόν τε γὰρ τὸν ὁμολογητὴν, ἐπίσκοπον Ϝ πόλεως, πέδαις σιδηραῖς ἐνδυσάμενον, εἱρκτῇ καϑέξας, δ μὴ διαλιπεῖν ϖεσπλακίζοντα, ἕως ἀνηύλου Ϝ ζωῆς ἀπελάσαι, ϖεσεληλεσϑαι ταῖς καλημγορίαις· κ δὴ δ ἡ ἀρσενίκειος τμηϑεῖσα τὰ ϖεσεκομίσϑη, καὶ ὁ μαρεώτης, κ ὁ ἰσχυρᾶς, καὶ τὸ μυστικὸν πώλημα, κ τὰ ϖαραπλήσια τούτοις. ἐφ' οἷς αὐτὸν καὶ ἐκκηρύξαι τὸ συνέδριον, καὶ ἀντ' αὐτοῦ ϖροχειρίσασϑαι τὸν ἐν καππαδοκίᾳ γρηγόριον. ταῦτα μὲν ὁ φιλοψευδὴς κακοσόργι ϖεῖπε ἀγαθεραλθέντ ἀθανασίου.

12. Ὅτι φησὶν ἡ τοῦ βασιλέως κωνσταντίνου μήτηρ ἑλένη, ὑπὸ τῷ στόματι τοῦ νικομηδείας κόλπου πόλιν ἐδείματο, ἑλενόπολιν αὐτὴν ἐπονομάσασα· ἀποπάσασϑαι δ τὸ χωρίον κατ' ἄλλο μὲν οὐδέν, ὅτι δ' ἐλκιανὸς ὁ μάρτυς ἐκεῖσε τύχοι μ τὸν μαρτυρικὸν θάνατον ὑπὸ δελφίνου ἐκκομισθείς.

13. Ὅτι τὸν μάρτυρα λουκιανὸν φησι μέλλοντα τελευτᾶν, κ μήτε ναὸν μήτε θυσιαστήριον τῆς τυραννικῆς βίας παρεχούσης, ἀλλὰ μηδὲ ἀνακινεῖσϑαι τῶν δεσμῶν κ πληγῶν συγχωρούντων, ἐν τῷ οἰκείῳ στέρνῳ ἀνακείμενον τὴν φρικτὴν θυσίαν τελεσάμενον, οὕτω τε αὐτὸν μεταχεῖν, κ οὐδὲ ἄλλους μεταλαβεῖν Ϝ ἀχράντου θύματος ἐπιτρέψαι· ἐτελεύτησε δ' ἐν εἱρκτῇ ἱερουργήσας ἐν τῇ εἱρκτῇ, τῷ κυκλώσαντι αὐτὸν ἱερῷ χορῷ

ὡς ἤδη ἀποθεῖναι, ἐκκλησίας σχῆμα καὶ ἀσφάλειαν τῷ μὴ καθορᾶσθαι τὰ δρώμενα τοῖς ἀπὸ τῶν εὐσεβούντων ἀναπληροῦντα.

14. Ὅτι τούτου τοῦ μάρτυρος πολλοὺς μὲν καὶ ἄλλους μαθητὰς ἀναγράφει, οἷς καὶ εὐσέβιον τὸν νικομηδείας, καὶ μάριν τὸν καλχηδόνος, καὶ τὸν νικαίας θεόγνιν συμβάλλει, καὶ λεόντιον, τὸν ὕστερον γεγονότα τῆς ἀντιοχείας ἐπίσκοπον, καὶ ἀντώνιον τὸν ταρσοῦ τῆς κιλικίας, καὶ μηνόφαντον, καὶ νουμήνιον, καὶ εὐδόξιον. ἀμὲν ἄλλα καὶ ἀλέξανδρον καὶ ἀστέριον τὸν καππαδόκην· ὃς καὶ ἑλληνίσαι φησὶ συνδόντας τῇ τῶν τυράννων βίᾳ. ὕστερον δὲ ἀνακαλέσασθαι τὴν ἥτταν, συμβαλλομένου αὐτοῖς πρὸς τὴν μετάνοιαν τοῦ διδασκάλου.

15. Ὅτι τῶν εἰρημένων ἀντωνίου μὲν καὶ λεοντίου, ἀπαρεγκλήτως τὴν εὐσέβειαν διασώσασθαι λέγει. εὐσέβιον δὲ καὶ μάριν καὶ θεόγνιν, στραπαχθῆναι μὲν τῇ κατὰ νίκαιαν συνόδῳ, ἀνενεχθῆναι δὲ τῆς μεταβολῆς. τὸν δὲ μάριν ἐκεῖθεν ἀνενεχθέντα, εἰς ἑτέραν αὖθις καταλιθῆσαι ἀτοπίαν, καὶ δὴ καὶ τὸν θεόγνιν ὃς τὸν θεὸν καὶ πρὸ τοῦ γεννῆσαι τὸν ἰδίον πατέρα οἴεται, ἅτε δὴ τὴν δύναμιν ἐχόντα τοῦ γεννῆσαι· ἀλλὰ δὴ καὶ τὸν ἀστέριον τοιαῦτά φρονοῦντα, ἀπαραλλάκτου εἰκόνα τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας εἶναι τὸν υἱὸν ἐν τοῖς αὐτοῦ λόγοις καὶ γράμμασι διαμαρτύρεσθαι.

16. Ὅτι τὸ τριακοστὸν δεύτερον ἔτος βασιλεύοντος τῆς βασιλείας αὐτοῦ κωνσταντίνου, ἐν νικομηδείᾳ φαρμάκοις ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν τεθνάναι γράφει· ἐπεὶ δὲ τὸ τέλος γεγονὸς καὶ αὐτόθροον τῆς βασιλείας, διαθήκας τε γράψαι, τιμωρίαν ἀπειλήσας οὗ ἀνελόντας, καὶ ταύτην εἰσπραξάσθαι τὸν πρωτοπαλαιόντα τῶν παίδων κελεῦσαι, δεδιέναι τὸ μή τι κἀκείνους ὑπ' αὐτῶν ὅμοιον ὑποστῆναι· δεῖναί τε τὰς διαθήκας εὐσεβίῳ τῷ νικομηδείας. τὸν δὲ ὑφορώμενον οὗ τοῦ βασιλέως ἀδελφούς, μή ποτε ζητήσειαν αὐτάς, καὶ ἀναμαθεῖν τὰ γεγραμμένα βεληθεῖεν, ἐνθεῖναι τῇ χειρὶ τοῦ νεκροῦ τὸ βιβλίον, καὶ πραθούσαν τοῖς ἰμαλίοις. ἐπιζητησάντων δ' ὡς ὑπενόει, λαβεῖν μὲν φῶναι, ἀνταποδοῦναι δὲ πάλιν εἰς χεῖρας ὁμολογῆσαι·

A utpote morientem undique cingebat, Ecclesiæ speciem referret, ac simul munimentum præstaret, ne ab impiis spectari possent ea quæ gerebantur.

14. Hujus Martyris Luciani cùm multos alios discipulos recenset Philostorgius, tum præcipuè Eusebium Episcopum Nicomediæ, Marim Chalcedonis, Theognin Nicææ: Leontium præterea qui postmodùm Episcopo Antiochiæ factus est, & Antonium Tarsi Ciliciæ: Menophantum item & Numenium atq; Eudoxium. Alexandrum quoque & Asterium Cappadocem: Quos etiam ait Tyrannorum cedentes violentiæ, diis Gentilium sacrificasse: postea tamen lapsum suum emendasse, magistro ipsis ad pœnitentiam opitulante.

15. Ex supradictis autem, Antonium quidem ac Leontium integram atque illibatam pietatem servasse dicit: Eusebium verò & Theognim ac Marim à Nicæna quidem synodo in transversum abreptos esse: postea verò ad pristinam sententiam rediisse. Marim tamen qui ad sanam doctrinam reversus fuerat, in alium denuò errorem prolapsum esse. Pari modo etiam Theognim, qui Deum etiam antequam genuisset filium, patrem fuisse existimavit, utpote qui gignendi vim haberet. Sed & Asterium Luciani doctrinam interpolasse scribit, quippe qui in scriptis & orationibus suis affirmet, Filium substantiæ Patris imaginem esse nulla in re differentem.

16. Ait Constantinum, cùm tricesimum ac secundum annum Imperii sui ingressus esset, veneno à fratribus suis necatum esse Nicomediæ. Cumq; exitus vitæ jam instaret, compertis insidiis testamentum scripsisse, quo mandabat, ut in auctores cædis animadverteretur: jussisseque ut ex liberis suis is qui primus advenisset, pœnas de illis sumeret, ne forte ipsi quoq; simili fraude ab illis extinguerentur. Porro testamenti tabulas à Constantino traditas esse Eusebio Nicomediensi Episcopo. Hunc verò metuentem ne Imperatoris fratres eas requirerent, & quid in illis scriptum esset cognoscere cuperent, tabulas in mortui manus reposuisse, & in vestibus ejus occultasse. Cùm igitur illi, sicut suspicatus fuerat Eusebius, testamenti tabulas requisivissent, Eusebium respondisse: Se quidem eas accepisse, sed statim in manus Constantini ipsius reddidisse. Postea

verò eundem Eusebium, cùm testamenti tabulas rursus abstulisset, eas tradidisse Constantio Constantini filio, qui fratrum suorum adventum præverteret. Hunc verò non multo post, ea quæ Pater testamento mandaverat executum esse.

17. Hic etiam impius Dei hostis Christianos accusat, quòd imaginem Constantini in Porphyretica columna stantem sacrificiis placarent, & Lucernis aceensis ac suffitibus honorarent, vota etiam facerent ut Deo, & supplicationes ad depellendas calamitates peragerent.

18. Post mortem Constantini Magni, cùm omnes ubicunque qui exulabant, redeundi licentiam nacti essent, Athanasium quoq; ex Galliis Alexandriam reversum esse scribit. Cumque Gregorium mortuum esse didicisset, ex nave egressum, protinus ita ut erat, in Ecclesiam venisse ad sedem recepisse, nulla ratione habita eorum qui ipsum deposuerant.

A εἶτα μὴ ταῦτα ἀνελόμενον, κωνσαντίνου τοῦ αὐτοῦ παιδὸς ἐγχειρίσαι τὸ γράμμα τῷ Κωνσαντίῳ, δεῦρο ἄλλως. τὸν δὲ μετ' ὀλίγον καὶ τὰ περὶ σάγματα τοῦ πατρὸς διαπράξασθαι.

17. Οὗτος ὁ θεομάχος, καὶ τὴν κωνσαντίνου εἰκόνα τὴν ἐπὶ τοῦ πορφυρίτου κίονος ἱσταμένην, θυσίαις τε ἱλάσκεσθαι, καὶ λυχνοκαΐαις καὶ θυμιάμασι τιμᾶν, καὶ εὐχὰς προσάγειν ὡς θεῷ καὶ λοιμοπαύσεις ἱκετηρίας τοῦ δεινοῦ ἐπιλύσασθαι δεῖσθαι χρῄζειν τε καὶ ἱκετεύειν.

18. Οὗ τελευτήσαντος δὲ μεγάλου κωνσταντίνου φησὶ, καὶ τῶν πανταχόθι μεθορίων ταλαιπωρουμένων ἄδειαν ἀνακλήσεως ἐπὶ οἴκους τῶν, καὶ ἀθανάσιον φησὶ ἐκ τῶν γαλλιῶν εἰς τὴν ἀλεξάνδρειαν ἀπαγγελόντα, ἐπεὶ χρηστὸν ἐμεμαθήκει τελευτήκοτα, ὡς εἶχεν αὐτὸς ἀπὸ τῆς νέως εἰς τὴν ἐκκλησίαν χωρῆσαι καὶ τὸν θρόνον ἀναλαβεῖν, μηδένα λόγον τῶν ἀποκηρυξάντων αὐτὸν ποιησάμενον.

EX LIBRO TERTIO.

1. AIT Philostorgius, Constantinum qui filiorum Constantini erat maximus natu, Constanti fratri insidias struxisse. Et cum ducibus ejus conserto prælio interfectum esse, & portionem imperii illius, Constantis Imperio adjunctam fuisse.

2. Multis laudibus Constantium effert Philostorgius, aitq; eum Constantinopoli Ecclesiam ædificasse, quę revera & est & dicitur magna. Reliquias etjam Andreæ Apostoli ex Achaia eum transtulisse scribit in Ecclesiam quam ipse absolverat, quæ Apostolorum vocatur. Et juxta eam Ecclesiam patris sui tumulum collocasse. Lucam præterea Evangelistam ex eadem Achaia ab eo translatum esse in supradictam Ecclesiam. Timotheum deniq; Apostolum ab urbe Ioniæ Epheso in celebrem illam ac venerabilem Basilicam jussu ejusdem Constantii deportatum fuisse.

3. Ait Philostorgius Constantium, cùm Athanasium Alexandrinam sedem postliminiò recuperasse didicisset, eum quidem expulisse Alexandria: mandasse verò ut Georgius Cappadox ejus loco ordinaretur. Athanasium itaque, cùm Imperatoris minas & inimicorum insidias reformidaret, ad Imperatorem, qui tum in Occidentis partibus regnabat, denuò se contulisse.

ΕΚ ΤΗΣ ΤΡΙΤΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ.

ΟΤι κώνσαντά φησιν, ὃς ἦν πρεσβύτερος τῶν κωνσαντίνου παίδων, ἐπιβουλεῦσαι τῷ ἀδελφῷ κωνσαντίνῳ, καὶ μάχῃ τοῖς περὶ τοῦτον αὐτοῦ συρραγέντα διαφθαρῆναι τε, καὶ τὴν μοῖραν τῆς ἐκείνου ἀρχῆς εἰς τὴν κώνσαντος ἀνακοινωθῆναι.

2. Ὅτι κωνσάντιον δι' ἐπαίνων ἄγει, καὶ τὴν ἐκκλησίαν φησὶν αὐτὸν δομήσασθαι τὴν ἐν κωνσαντίνου πόλει, καὶ ὄσαν καὶ καλουμένην μεγάλην. καὶ δὴ καὶ ἀνδρέαν τὸν ἀπόστολον ἐκ τῆς ἀχαΐας μεθαρμόσαι ἐπὶ τὸν ναὸν ὃν αὐτὸς ἐξῳκοδόμησεν, τὸ κοινὸν τῶν ἀποστόλων ἐπιφερόμενον ὄνομα. ἔπλησίον καὶ τὸν πατρῷον τάφον ἱδρύσασθαι· ναὶ δὴ καὶ λουκᾶν τὸν εὐαγγελιστὴν ἐκ τῆς αὐτῆς ἀχαΐας εἰς τὸ αὐτὸ μεθενεγκεῖν τέμενος. ἀλλὰ καὶ τιμόθεον τὸν ἀποστόλων ὡσαύτως ἐξ ἐφέσου τῆς ἰωνίας εἰς τὸν αὐτὸν ἀνακομίσαι θεώνυμον καὶ σεβάσμιον ναόν.

3. Ὅτι φησὶν ὡς ὁ κωνσάντιος γνοὺς ἀθανάσιον τὸν ἀλεξανδρείας θρόνον ἀναλαβεῖν, ἐκεῖνον μὲν ἐλαύνει τῆς ἀλεξανδρείας, ἀντιχειροτονηθῆναι δὲ γνώμῃ ἀποφαίνει γενέγιον τὸν ἐκ καππαδοκίας· ὁ δὲ ἀθανάσιος δείσας καὶ τὰς ἀπειλὰς καὶ τὸν ἐξ ἐπιβουλῆς θάνατον, πρὸς τὸν ἑσπέριον ἀφικνεῖται πάλαι βασιλέα.

4. Ὅτι κωνσάντιον φησὶ διαπεσεῖσθαι τοὺς πάλαι μὲν Σαβαίους, νῦν δὲ ὁμηρίτας καλουμένους. ἔστι δὲ τὸ ἔθνος τῶν ἀπὸ χεττούρας τοῦ Ἀβραὰμ γεγονότων· τὴν δὲ χώραν μεγάλην τε Ἀραβίαν καλεῖσθαι καὶ εὐδαίμονα παρὰ τῶν Ἑλλήνων· καθήκειν δὲ ἐπὶ τὸν ἐξώτατον ὠκεανόν· ἧς μητρόπολις ἡ Σάβα. ἐξ ἧς καὶ ἡ βασίλισσα πρὸς τὸν Σολομῶντα ἀφικομένη. ἐμπεῖτομον δὲ τὸ ἔθνος, καὶ τὴν ὀγδόην ἀφ' ἑτέρου νομίζουσιν ἡμέραν. καὶ θύουσιν ἡλίῳ καὶ σελήνῃ καὶ δαίμοσιν ἐπιχωρίοις. οὐκ ὀλίγον δὲ πλῆθος καὶ Ἰουδαίων αὐτοῖς ἀναπέφυε. πρὸς τούτους οὖν διαπεσεῖσθαι κωνσάντιον, ἐπὶ τῷ εὐσέβειαν σκοπὸν ποιήσασθαι αὐτοὺς μεταθεῖναι. δώρεαις τε οὖν μεγαλοπρεπέσι, καὶ πλήθει, τὸν καθηγούμενον τοῦ ἔθνους οἰκειώσασθαι διενοεῖτο· κἀκεῖθεν αὐτῷ καὶ τὰ τῆς εὐσεβείας σπέρματα χώραν εὑρεῖν ἐναποθέσθαι. ἀξιοῖ δὲ καὶ παραχεῖν ἐκκλησίας τοῖς ἐκεῖσε τῶν ῥωμαίων ἀφικνουμένοις ἀνοικοδομήσασθαι, καὶ εἴ τι ἄλλο τῶν αὐτοχθόνων ἐπὶ τῷ εὐσέβειαν ἀποκλίνοιεν. ἐδίδου δὲ καὶ φέρειν φιλοτίμως τὰς πρέσβεις καὶ τὴν οἰκοδομῆς τὸ ἀνάλωμα. ταύτης δὲ τῆς πρεσβείας ἐν τοῖς πρώτοις ἦν ὁ θεόφιλος, ὁ ἰνδός, ὃς πάλαι μὲν κωνσαντίνου τοῦ πάλαι βασιλεύσαντος, ἔτι τὴν ἡλικίαν νεώτατος, καθ' ὁμηρείαν ἀφὰ τῶν διηνεκῶς καλουμένων εἰς ῥωμαίους ἐστάλη· διὸ καὶ γ' ἐστὶν αὐτοῖς ἡ νῆσος χώρα, τῶν ἰνδῶν δὲ καὶ ἕτοι φέρουσι τὸ ἐπώνυμον. τὸν μὲν οὖν θεόφιλον, οὐκ ὀλίγον ῥωμαίοις ἐνδιατρίψαντα χρόνον, τότε εἰθὲ εἰς τὸ ἀκρότατον πρὸς ἀρετὴν ῥυθμίσαι, καὶ τὴν δόξαν πρὸς εὐσέβειαν ἐκ τοῦ μοναύλιον ἀτελέστως βίον. καὶ δὴ καὶ εἰς βαθμὸν διακόνων ἀφαγεῖλαι, εὐσεβίῳ τὰς ἱερουργὸς ὡπερ χεῖρας ἐπιθεμένῳ. ἀλλὰ ταῦτα μὲν πρότερον. τὴν δὲ πρεσβείαν ὑπελθόντα καὶ φορὰ λαβεῖν παρὰ τῶν ὁμοδόξων ἀξίωμα. ὁ μέντοι κωνσάντιος μεγαλοπρεπῶς καὶ εἰς τὸ μάλιστα κεχαρισμένον τὴν πρεσβείαν στέλλων, καὶ ἵππους εἰς διακοσίους τῶν ἐκ καππαδοκίας εὐγενεστάτων ἱππαγωγοῖς πλοίοις κομιζομένους, καὶ πολλὰς ἄλλας δωρεὰς εἰς τὸ πολυτελέστατον θαῦμα παρασχεῖν, καὶ θελκτηρίως συνεξεπέμψε. καταλαβὼν δὲ τὸν Σαβαίους ὁ θεόφιλος, πείθειν ἐπεχείρει τὸν ἔθναρχον, χρεῖττον τεθεῖσθαι εἰδέναι, καὶ τῆς ἑλληνικῆς πλάνης ἀποστῆναι. ἡ δὲ τῶν ἰουδαίων οἰκεία ἐπίνοια, τὸ

4. Ait Philostorgius, Constantium Legatos misisse ad eos qui olim quidem Sabæi, nunc autem Homeritæ vocantur. Est hæc gens eorum, qui ex Chettura nati sunt Abrahæ. Regionem autem quam incolunt, Arabiam magnam & felicem à Græcis appellari scribit, & ad extimum Oceanum pertingere. Ejusque metropolim esse Sabam, ex qua urbe olim Regina ad Salomonem visendum profecta est. Est autem ea gens ex Circumcisione, & octavo die circumciditur. Sacrificant etiam Soli & Lunæ & diis indigenis. Judæorum quoq; non exigua multitudo iis permixta est. Ad hos igitur Legationem misit Constantius, eo consilio ut ad veram pietatem illos traduceret. Proinde magnificis muneribus & blanda verborum persuasione Regem illius gentis sibi conciliare statuit, atq; ex eo statim opportunitatem nactus, Religionis semina ibi spargere. Postulavit etiam, ut Romanis illuc navigantibus, & regionis incolis qui ad Christi fidem converti vellent, Ecclesias ædificare liceret. Dedit etiam Legatis magnã vim pecuniæ, quam ædificandis Ecclesiis impenderent. Hujus porrò Legationis princeps erat Theophilus Indus. Qui olim quidem Constantino imperium administrante admodum juvenis, obses à Divæis missus fuerat ad Romanos. Horum regio Divus insula est. Incolæ verò ipsi quoque Indi cognominantur. Porrò hunc Theophilum, cùm diu inter Romanos vixisset, mores suos ad summam virtutis perfectionem formasse, & veram de Deo opinionem amplexum esse scribit: sed & monasticam vitam eum elegisse, & ad gradum diaconi promotum esse testatur, Eusebio sacras ei manus imponente. Sed hæc quidem prius. Postea verò cùm Legationem hanc obeundam suscepisset, à suæ communionis hominibus Episcopali dignitate eum ornatum esse. Cæterum Constantius, cùm eam Legationem magnificam & valde gratiosam esse vellet, ducentos equos ex Cappadocia generosissimos navibus impositos, multaque alia dona, partim ad conciliandam admirationem, partim ad alliciendos animos misit. Theophilus igitur cùm ad Sabæos veniisset, gentis principi persuadere conatus est, ut Christum coleret & à Gentilium errore recederet. Et Judæorum quidem solita fraus ac malitia, in profundissimum

silentium se se abdere coacta est, cùm Theophilus admirandis operibus editis fidem Christi invictam esse semel atque iterum ostendisset. Legatio verò felicem exitum sortita est, cùm princeps gentis illius sincero animo ad veram pietatem transiisset, & tres Ecclesias in ea regione ædificasset, non tamen ex ea pecunia quam Legati ab Imperatore secum attulerant, verum ex iis sumptibus quos ipse alacri animo ex privata pecunia suppeditavit, admirandis Theophili operibus æqualem animi sui magnitudinem exhibere contendens. Ex illis autem Ecclesiis, unam quidem in Metropoli totius gentis quam Tapharon vocant, ædificavit. Aliam verò in eo loco in quo Romanum erat emporium, ad exteriorem Oceanum vergens. Vocatur autem hic locus Adane, quo cuncti qui ex Romanorum ditione veniunt, appellere solent. Tertiam denique Ecclesiam in altera Regionis parte extruxit, ubi Persicum est emporium celebre, in ostio maris Persici quod inibi est, situm.

5. At Theophilus, cùm apud Homeritas singula prout poterat & prout temporis ratio sinebat, ordinasset, & Ecclesias dedicavisset, & ornamentis quibus poterat exornasset, ad insulam Divu, quam ipsi patriam fuisse superius indicavimus, navigavit. Atque inde ad alias Indiæ regiones perrexit: multaq; quæ apud illos non rite fiebant emandavit. Nam & lectiones Evangelii audiebant sedentes, & alia quædam peragebant quibus divina lex repugnabat. Verùm Theophilus, cùm singula apud eos juxta sanctiorem ritum Deoque magis acceptum correxisset, Ecclesiæ quoque dogma confirmavit. Neque enim circa divini numinis cultum, ut ait impius iste, ulla egebant emendatione, utpote qui ab ultima antiquitate constantissime filium alterius à Patre substantiæ profiterentur.

6. Ex hac autem magna Arabia profectus est Theophilus ad Æthiopas qui Auxumitæ vocantur. Habitant isti ad primum littus maris rubri, quod Oceanus illic sese insinuans efficit. Ac rubrũ quidem mare in maximam extensum longitudinem, in duos sinus dividitur. Et alter quidẽ eorum versùs Ægyptũ tendit, Clysma ubi desinit, cognominatus. Per hunc sinũ Israelitæ quondã fugiẽtes Ægyptios, sicco pede trãsgressi

A Θεοφίλῳ δὲ ταῦτα δόξαντα ἔργοις καὶ ἄπαξ καὶ δὶς τὸ εἰς Χριστὸν πίστιν ἄμαχον ἐπιδείξαντι, ἐς σιγὴν μὲν βαθεῖαν, καὶ ἄκον τὸ ἀνύπτιον καθεῖλε. τὰ δὲ τῆς πρεσβείας τὸ πέρας ἐδέξατο, καὶ παρὰ τῆς γνώμης τοῦ ἡγεμόνος τοῦ ἔθνους πρὸς τὴν εὐσέβειαν ἀποκλίναντος, καὶ τρεῖς ἐκκλησίας ἀνὰ τὴν χώραν ἀνασησαμένου, ἐξ ὧν ἐπρέσβευε φέρων βασιλικῶν ἀναλωμάτων, ἀλλ' ἐξ ὧν αὐτὸς ἐκεῖνος προθύμως ὠκονόμησεν ἐχορήγει· καὶ τῷ θαύματι τῶν θεοφιλῶν ἔργων, ἐναμιλλον παρέχων ἐφιλοτιμεῖτο τὸ πρόθυμον. τῶν δὲ ἐκκλησιῶν μίαν μὲν αὐτὸς
B τῇ μητροπόλει τοῦ παντὸς ἔθνους τάφαρι ὀνομαζομένῃ καθίδρυσε. ἑτέραν δὲ ὧν τὸ ἐμπόριον ἐτύγχανεν, ἔξω πρὸς τὸν ὠκεανὸν ἱσταμένον καλοῦσι δὲ τὸ χωρίον ἀδὰν ἐνθα καὶ οἱ ἐκ ῥωμαίων ἀφικνούμενοι εἰώθασι καθορμίζεσθαι· τὴν δὲ τρίτην ἐπὶ θατέρου τῆς χώρας μέρους, ἐν ᾧ πέρσικὸν ἐμπόριον γνωρίζεται πρὸς ὁμοῦ τῷ ἐκεῖσε περσικῆς κόλπου θαλάσσης.

5. Ὁ μέν τοι θεόφιλος τὰ ἐν τοῖς ὁμήρίταις, ὡς ἕκαστα δυνατὸν ἦν, καὶ ὁπηνίκα καιρὸς ἐδίδου διαθεὶς, καὶ τὰς ἐκκλησίας ἱερωσάμενος, καὶ
C κόσμοις οἷς ἐνῆν δυνατὸν διακοσμήσας, ὅπου πλοῦν διέβη νῆσον (ἣν αὐτὸς πατρίδα προεῖπε τῆς λόγος) ἀπέπλευσε· κἀκεῖθεν εἰς τὴν ἄλλην ἀφίκετο ἰνδικὴν, καὶ πολλὰ τῶν παρ' αὐτοῖς οὐ δικαίως δρωμένων ἐπανορθώσατο, καὶ διδάσκαλος ἀναγνωσμάτων ποιεῖται τὴν ἀκρόασιν, καὶ ἄλλα πάνυ ὅσα μὴ θέμις δεσμὸς ἐπεσάτῃ διεπρέπετο· ἀλλὰ τοῦτο μὲν καθάπερ πρὸς τὸ σεβάσμιον αὐτοῖς ὁ θεόφιλος μεταρυθμίσας, καὶ τὸ τῆς ἐκκλησίας δόγμα ἐκράτυνε. καὶ δὴ ἐδεδόκτο, φησὶν ὁ δυσσεβὴς οὗτος, τὸ θεῖον σέβας διορθώσης ὑφηγήσεως, ἐξ ὀρθοτέρας
D ἀφορμῆς τὸ ἑτερούσιον προσδυομένου.

6. Ἐκ ταύτης τῆς μεγάλης ἀραβίας, εἰς τοὺς αὐξωμίτας καλουμένους ἀπαίρει αἰθιοπας καὶ τοὺς πρώτους ὄχθους καλοῦσιν τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης, ἣν ὁ ταύτῃ ὠκεανὸς εἰσκολπιζόμενος ἐργάζεται πᾶσαν· ἡ μέν τοι ἐρυθρὰ ἐπὶ πλεῖστον μηκυνομένη, εἰς δύο πως ἀπομερίζεται κόλπους· καὶ τὸ μὲν αὐτῆς ἑτέρωθι αἰγύπτῳ χωρεῖ κλύσμα, καθ' ὃ τελευτᾷ τὸ ἐπώνυμον φέρον. δι' ἣν πάλαι καὶ τὸ ἰσραηλιτικὸν φυγόντες τοὺς αἰγυπτίους, ἀβρόχῳ

τὸ ῥεῖθρον διεπεραιώθησαν ποδί. τὸ δὲ ἕτερον μέρος, ἐπὶ παλαιᾶς ἔρχεται κώμης πόλιν ἀΐλα ἐκ παλαιᾶς καλουμένην· ἀλλὰ γὰρ ταύτης τῆς ἐυθρᾶς θαλάσσης, ἐν ἀριστερᾷ τὸ ἔξω θεν αὐξωμῖται καλέχυσιν, ἀπὸ τῆς μητροπόλεως οὕτω κληθέντες. αὔξωμις γὰρ αὐτοῖς ἡ μητρόπολις. οἱ δὲ τέρσι ἐκ τούτων τῶν αὐξωμιτῶν ἐπὶ τὴν ἔξω τάτω θεὸς ἀναβολὰς καθήκοντες ὠκεανὸν παροικοῦσιν Σύροι, ταύτην τὴν κλῆσιν καὶ αὐτοὶ τοῖς ἐκεῖσε φερόντες· ἀλέξανδρος γὰρ αὐτοὺς τοῖς μακεδὼν ἐκ τῆς συρίας ἀναστήσας, ἐνταῦθα κατῴκισεν, οἱ ἐν τῇ πατρῴᾳ φωνῇ κέχρηνται. μέλανες δέ εἰσι σφόδρα ἅπαντες, ὀξείας B αὐτοῖς τὰς ἀκτῖνας τοῦ ἡλίου καθαπτομένης. αὐτοῖς δὲ τούτοις ἡ τε ξυλοκασία μάλιστα γίνεται, καὶ κασία, καὶ λωτὸς κάσαμον, καὶ τὸ κιννάμωμον, καὶ δὴ καὶ ἐλέφαντων πλῆθος. πρὸς μὲν τούτοις ὁ θεόφιλος οὐκ ἀφίκετο τοῖς αὐξωμίταις· αὐτὰ δὲ ἐγνωκὼς, καὶ τὰ ἐκεῖσε καταστησάμενος, τῆς ἐπὶ ῥωμαίους ἀνακομιδῆς εἶχετο. πολλῆς δὲ τιμῆς αὐτὰ βασιλέως μὴ τὴν ἐπάνοδον ἀξιωθείς, πόλιν μὲν ἰδίαν ἐφορᾶν οὐκ ἐκληρώσατο κοινὸν δὲ ὥσπερ αἴρεσιν ἐν ἀρετῇ τοῖς ὁμοδόξοις ἐβλέπετο. C

7. Ὁ δὲ ἐπὶ τῷ στόματι τῆς περσικῆς θαλάσσης, ὃν ὁ ταύτῃ ὠκεανὸς εἰσέχων ἀποτελεῖ μέγιστον τε ὂν, καὶ ἔθνη κύκλῳ πολλὰ περιβαλλόμενον, ἄλλοι τε μέγιστοι ποταμοὶ, καὶ ὁ τίγρις τοῖς ἐκείθροις ἐμβάλλει· ὃς πρὸς ἀπηλιώτην ἐκ κατώθεν τῆς ὑρκανίας θαλάσσης, ἐν κορδυαίοις μὲν τὰς ἐμφανεῖς ἀναδόσεις λαμβάνει τὴν συρίαν ἑλκόμενος· ἐπεὶ δὲ αὖ γλυκαῖς κατὰ τὴν σουσίδα γῆν, σὺν αὐτοῖς δὲ διαφέρεται τὸ ῥεῖθρον ἀπὸ μιγνύμενος, μέγας ἤδη τοῖς χεύμασι χωρήσας πρόσω παφλάζων. ὅθεν αὐτὸν φασὶ τὸ ἀνειὸν τὸ τίγρις λαβεῖν τὸ ἐπώνυμον. πρὶν δὲ ἐπὶ θάλατταν καταβαίνει, χίζεται εἰς δύο μεγάλους ποταμοὺς· ἑπτὰ δυσὶ τοῖς ἑκάτοις D στόμασιν ἀλλήλων διαφερομένοις, εἰς τὴν περσικὴν θάλατταν ποιεῖται τὰς ἐκβολὰς, γῆν ἐν μέσῳ πλείστην περιλαμβάνοντες. κτῆσιν αὐτὴν ποιῶν, ποταμίαν τε ἅμα καὶ θαλαττίαν, ὃν ἔθνος οἰκεῖ τῶν μεσηνῶν ἐπικαλούμενον.

8. Ὁ δὲ εὐφράτης ποταμὸς ἐξ ἀρμενίων τὸ θεοφανὲς ἀναλαμβάνει· ἔνθα τὸ ὄρος ἐστὶ τὸ ἀραρατ, ἐπὶ καὶ πρὸς ἀρμενίων οὕτω καλούμενον, ἐφ' ᾧ ἐκ τῶν λεγόντων ἱδρῦσθαί φασιν ἡ γραφή. ἧς ἄχρι καὶ νῦν εἶναι φασιν ὑ μικρὰ

A sunt. Altera verò pars in Palæstinam fertur, juxta urbem quæ jam inde à priscis temporibus Aila vocatur. Ad hujus igitur maris rubri exteriorem sinum, in sinistro latere degunt Auxumitæ, ex vocabulo Metropolis ita appellati. Urbium enim caput Auxumis dicitur. Ante hos autem Auxumitas, Orientem versus, ad extimum pertingentes Oceanum, accolunt Syri, ab earum quoque regionum incolis ita dicti. Etenim Alexander Macedo eos ex Syria abductos, illic collocavit: Qui quidem patria Syrorum lingua etiamnum utuntur. Porro hi omnes colore sunt admodum nigro, acutis scilicet solis radiis eos perstringentibus. Apud hos Xylocassia præcipuè nascitur, & Cassia: Cassamum item & Cinnamomum. Plurimi etiam ibidem sunt Elephanti. Et Theophilus quidem ad hos usque minime penetravit. Sed cùm ad Auxumitas venisset, & cuncta illic negotia probe ordinasset, inde ad Romanorum ditionem redire cœpit. Multis deinde honoribus ab Imperatore post reditum affectus, nullius quidem urbis peculiarem sortitus est Episcopatum. Verùm ab hominibus suæ sectæ, velut publicum quoddam virtutis simulachrum suspectus fuit.

7. Ait Philostorgius ad ostium maris Persici quod Oceanus illuc influens efficit, quodque maximum est & à plurimis gentibus circumsitis accolitur, tum alios maximos amnes influere, tũ præcipuè Tigrim, qui ad Apelliotem, & infra mare Hircanum in Corduenis conspicuo fonte ortus, per Syriam labitur. Ubi verò ad Susianam regionem pervenit, aquis Euphratis ei commixtis, magnus deinceps fluens & rapidus, ingenti sonitu in ulteriora progreditur. Unde & vocabulum Tigridis feræ, ei impositum esse perhibent. Priusquam autem in mare se se immittat, in duos magnos amnes dividitur. Deinde duobus extremis ostiis longe à se invicem dissitis, in Persicum mare evolvitur, maximum terrarum ambitum aquarum divortio complexus, & insulam efficiens fluvialem simul ac marinam, quam incolit gens Mesenorum.

8. Euphrates verò ex Armeniis conspicuo fonte oritur: Quo loco mons est Ararat, qui etiamnum ab Armeniis ita nominatur. Super quo monte Arcam posità fuisse sacri libri testantur. Multaque adhuc fragmenta lignorum &

clavorum ejusdem arcæ superesse adjunt, quæ illic servantur. Hinc igitur Euphrates ortus, principio quidem exiguus fluit. Deinde in ulteriora progrediēs, subinde augetur, plurimos amnes qui in alveum ejus influunt, in nomen suum adsciscens. Postquam autem per Armeniam majorem ac minorem lapsus est, ulteriùs procedit. Ac primum quidem Syriam secat, eam quæ propriè Euphratensis vocatur. Posteà verò aliã quoque Syriam permensus, & per regiones quas permeat, in variam ac multiplicem helicem fractus; ubi proxime ad Arabiam accessit, tum in orbem ex adverso maris Erythræi prætergressus, Regionemque haud exiguam sinu suo complexus, ad Cæciam deinceps, qui inter Boream & Subsolanum ventos medius est, aquarum cursum convertit. Cumque ad fluvium Tigrim pervenerit, totus ei misceri non potest. Sed quibusdam sui partibus antea absumtis, reliqua tandem parte, quæ & maxima est & navigabilis, circa urbem potissimum Susa Tigridi sociatur. Jamque amisso proprio nomine, unà cum illo in Persicum evolvitur sinum. Porro quæ inter hæc duo flumina, Tigrim scilicet atque Euphratem, sita est regio, Mesopotamia vocatur.

9. Et Euphratis quidem ac Tigridis fontes, prout nobis apparent, supra relati sunt. Sacri verò libri nostri, in quibus scriptum est eos ex paradiso oriri, verissimè dicunt. Ex eo namque aquarum ducentes initium, aliquatenùs quidem procedunt, supra terram fortasse labentes, postea verò vasta & arenosa solitudine eos excipiente, illic in profundum demersi, ad inferiora ferri non prius desinunt, quàm ad stabile ac petrosum solum regionis illius pervenerint. Postquam autem crepido illa cursum illorum ad inferiora tendentem represserit, tum demum singuli aquis suis collectis, ulterius progrediuntur, præ vi ac multitudine undarum perpetuo adfluentium, recta ferri contendentes. Cæterum subterranei meantes hi fluvii, utpote terrâ quæ interjacet partem eorum haud exiguam absorbente, minores atq; infirmiores ad locum eruptionis ipsorum accedunt. Non est autem adeo incredibile, hos amnes per tanta terrarũ spatia subterraneos labi. Multa enim ubiq; sunt maximorum & rapidissimorum amnium fluenta, quæ sub terram feruntur. Idq; ex

Αλείψαναλῶν τε ξύλων, καὶ τῶν ἥλων ἐκείνης
ζόμενα· ἐνθεῦθεν καὶ ὁ Εὐφράτης ὁλίγος
πρῶτα ῥυείς, προβαίνων ἀεὶ γίνεται μείζων
πλείσους ἐμβαλλόντας αὐτῷ ποταμοὺς εἰς τὸ
ἑαυτοῦ προσηγορίαν συνεφελκόμενος. Καὶ
ἀρμηνίαν ἥ, τήν τε μεγάλην καὶ τὴν μικρὰν
διελθών, ἔπειτα πρόεισι, τέμνων μὲν πρότερον
τὴν συρίαν τὴν ἰδίως Εὐφρατησίαν καλουμένην, ἔπειτα μέντοι καὶ τὴν ἄλλην διαμυθιζόμενος. Ἕλικα διασπῶν ὢν δίφυσι ποικίλως κλασθείς, ὁπηνίκα τῇ ἀραβίᾳ πελάσῃ, ὁλκὰς
θαλάσσης παρενεχθείς, καὶ χώραν ἐκ ὀλίγου
πωσάμενος, ἔπειτα πρὸς καικείαν ἀνέμου
τρέφει τὸ ῥεῖθρον, ὅπῃ ἐν βορέου τε καὶ ἀπηλιώτου
μέσος ἕστηκε· καὶ πρὸς τίγρητα πόλεμον
σας, ἐφ' ὅσος τέ ἐστιν αὐτῷ ὅλως συμμίξαι,
λὰ μοίρας ποιν ἐν τῷ διὰ μέσου ἀφανίζεται
νος, τῆ ὑπολειπομένη μεγίστη τε οὔσῃ, καὶ
ἀναχέεσθαι ἀνωλεθρωτάτῃ, τῷ τίγρητι καὶ αὐτῇ
μάλιστα συμπίπτει. καὶ δὲ τὸ ἑαυτοῦ ἀφανισθὲν
ας ἀποπαυσάμενος, σωὴ ἐείνῳ πρὸς τὸν πόντον
κὸν καλασύρην κόλπον καὶ τὸ μεταξὺ τῆς διαπλαμῆρ τάτων δὴ τε τίγρητος καὶ εὐφράτου, μεσοποταμία τυγχάνει προσαγορευομένη.

9. Ὅθεν ὁ τίγρης καὶ ὁ εὐφράτης καὶ μὴν τὰς
φανὲς ὅθεν ἀναδύονται, εἰρηται. Καὶ ἱερὰ μὲν
γραφὴ, ἐκ τοῦ παραδείσου τούτους λέγεσθαι
μάσι, τὸ ἀληθέστατον ἰσορεῖ. καὶ γὰρ ἀπὸ
πρώτας ἀρχὰς ἰῶν ῥείθρων φερομένης, ἀχρί
τινος προίασιν, ἴσως ὑπὲρ γῆς ῥεούσης ἔστιν
τὸ μεγάλης ἐρήμου καὶ ἀμμώδεστάτης αὐτοὺς
ἐκδεξαμένης, πρὸς τὸ βάθος εἰσαῦθις καταπινόμενοι, ἐπέρτερον ἴσαν τὸ πάτα κατὰ
φοράς, πρὶν ἐπ' αὐτῷ δὴ τῷ πελαγίῳ καὶ πεδήσες τὸ αὐτοῦ δίκαιον καλαυλήσωσι γῆς κάτω οὗ
τὸ πάτα κάτω προχωρήσεως τὸ αὐτοῦ μέτρον
πῆδος πρασχομένης, εἰσαῦθα ἤδη τῶν ῥευμάτων αὐτοῖς συναγερομένων ὑπὸ πλήθους
ἰσχύος τῷ ἀεὶ πάπιφερομένῳ τε πρόσω χωρεῖν
ἐπ' αὐτῷ βιαζόμενοι· ἀλλ' ἔτοι μὲν οἱ πολλοὶ καλωρύχιοι πορευόμενοι· μοῖραν αὐτῶν
ὀλίγην τὸν ἐν μέσῳ γῆς ὑπεξαιρεμένης, ἐλάττω
ἀπαυλῶσιν ἤδη καὶ ἀσενεστέροις πάλαις χρώμενοι
ἀναδόσεων· καὶ τό γε μυχίας αὐτὰς πλείστων
ἐναγῆν, ἐκ εἰκὸς ἀπιστεῖν. πολλὰ γὰρ ἐστὶ καὶ
λα ῥεύματα παντάχῃ καὶ τῶν βαθέων μεγάλων τε καὶ ἰσχυροτάτων, ὑπὸ γῆν ἀφικνούμενα

δῆλον ὃ. ἦχος τε γὰρ ἀπ' αὐλῶν ἀκούεται μέγας, A
συνταράχῳ καὶ ροίζῳ πολλῷ φερομένων. ἀλλὰ καί τινες ὑπὲρ αὐλῶν φρέατα ὀρυσσόμενοι, καὶ ἀπλωτικιὰς αὐλοῖς πλακὸς κάτωθεν ἐπ' ὀλίγον τρώσαντες, ὑφ' ὧν τὸ ῥεῖθρον ἤδη καχλάζον τὴν ἐπὶ τὸ ἄνω φορὰν βιαζόμενον, μόλις γ' ἀνελήφθησαν ὑπὸ τῶν ἐπὶ τὸ χείλους τῆς φρεωρυχίας ἑστώτων ἀναρπασθέντες· καὶ τὸ ῥεῖθρον ἐφομαρτῆσαν εἰς ὀχετὸν πεσὸν χώρησεν, ὑπ' ἐρημίας ἀνομβρίας ἔτι ἀδαλυπέρυτον, διὰ τὸ τῆς χορηγίας ἀένναον· ἡ γὰρ τοῦ θεοῦ ἀπόρρητος σοφία, οἷονεὶ φλέβας χορηγοὺς τῶν ἀναγκαίων τὰς τῶν ῥείθρων διεκδρομὰς, τὰς μὲν ἀφανεῖς, τὰς δὲ προδήλους εἰργάσατο. ταύτῃ ἄρα καὶ B
ὁ προφήτης ἐμελῴδησε Δαυὶδ, αὐτὸς ἐπὶ θαλασσῶν ἐθεμελίωσεν αὐτὴν καὶ ἐπὶ ποταμοῖς ἡτοίμασεν αὐτήν· ὡς τὰς μὲν θαλάσσας τοῖς μεγίστοις ἀυτοῦ κολπώμασιν οἷον ἀποθησαυρίσας, καὶ τὴν βάσιν αὐτοῖς κραταιώσας πρὸς τὸ ἀνέχεσθαι τοσοῦτον ὄγκον καὶ πλῆθος τῶν ἐν αὐτῇ φερομένων. τοῖς δὲ ποταμοῖς τὴν διέξοδον ἀπολυτοῦσι ταῖς εὐμηχάνοις αὐτοῦ διαθέσεσι δὲς ἀεὶ, ταῖς τῶν χωρίων ὑπαγωγαῖς τε καὶ ἀπειρότησιν ἀπὸ τῶν ὑψηλοτέρων ἐπὶ τὰ χθαμαλώτερα, τόπον τῇ ῥοπῇ τοῦ βρίθους ὕδατος ἀδαφῶν.

10 Ὅτι κεῖσθαι τὸν παράδεισον ἔοικεν εἰκασίας C
χώρας λέγει, καὶ τὰς ἰσημερίας τῆς, πρῶτον μὲν ὅσα τὰ πρὸς μεσημβρίαν δῆλά ἐστι πάντα οἰκούμενα ἄχρι τοῦ μέχρι τοῦ ἔξω θαλάττης, ἵν' θάλαττα νότος ἥλιος ἤδη ξυμφλέγει καθέτως ἐπ' αὐτῆς τὰς ἀκτῖνας ἐρείδων. καὶ διὰ μέσου λεγομένη ζώνη τοῦτό ἐστιν. ἔτι δὲ καὶ διόπονδον ὕφασις καλούμενος ποταμὸς ὃν ἡ γραφὴ Φεισὼν ὀνομάζει, καὶ αὐλὸς τοῦ Γαδείσου ἀναβλύζων, ἐκ τῶν ἀρκτώων μᾶλλον τῆς ἀνατολῆς μερῶν ἐπὶ τὴν μεσημβρίαν φαίνεται ῥέων, καὶ εἰς τὸν ταύτῃ ὠκεανὸν τὸ ῥεῖθρον εἰσερευγόμενος, D
αὐτικρὺ τῆς νήσου Ταπροβάνης· ἣ Γαδάτας ὀχθας τοῦ ποταμοῦ εὐθείσκεται τὸ λεγόμενον καρυόφυλλον, εἴτε καρπὸς, εἴτε δὴ καὶ ἄνθος τυγχάνει· καὶ πεπίστευκασιν οἱ ἐκείνῃ, τῶν ἐκ Γαδείσου τοῦτο δένδρον εἶναι· καὶ δὴ καὶ ἡ ὑπὲρ αὐτὸν γῆ, ἔρημός τέ ἐστι δεινῶς ἅπασα καὶ ἀκαρπολάτη. ἐκ δὲ τοῦ φέρειν τὸν ποταμὸν τὸ ἄνθος, ἐπίδηλον αὖ εἶναι ὡς ἔοικεν ὁ ποταμὸς ὑπὸ γῆς ἅπας ῥεῖ, μηδαμόθι καταδυόμενος. ἐκ δὲ τοῦ τὸ ἐκεῖθεν φυόμενον ἡδύναται φέρειν· ἔχει δέ τι καὶ ἄλλο

eo manifestum sit, quòd ingens eorum sonitus auditur, cum magno strepitu & fragore fluentium. Sed & nonnulli cùm supra eos amnes puteos fodere aggressi essent, & petrosum solum quod ipsis occurrerat, paulatim pertudissent, sub quo perstrepens unda sursùm versùs erumpere nitebatur, difficile admodum retracti sunt ab iis qui sursùm stabant in crepidine putei. Et aqua subsecuta in rivum processit, qui nulla deinceps siccitate intercepta est, ob perennis aquæ affluentiam. Quippe arcana Dei sapientia, fluminum meatus, tanquam venas quasdam necessaria suppeditantes, alios quidem occultos, alios autem conspicuos effecit. Unde & Propheta David cecinit: Ipse super maria fundavit eam, & super flumina præparavit eam. Maria quidem maximis terræ finibus quasi Thesauros recondens, basimq; eis firmam constituens ad tantam aquarum quæ in ea feruntur vim ac multitudinem sustinendam. Fluminibus verò liberum cursum perpetuò præbens dispositione solerti: locorum depressionibus, ac declivitate à sublimioribus ad inferiora vergente, iter faciens impetui currentis undæ.

10. Paradisum ad æquinoctiũ Orientis situm esse scribit Philostorgius, conjecturam capiens, primùm ex eo quòd cuncta fere loca ad meridiem sita constat esse habitabilia, usq; ad Oceanum, quem deinde sol adurit, radios suos perpendiculò in eum immittens. Atq; hæc est quæ media dicitur Zona. Deinde ex eo quòd Fluvius qui nunc Hyphasis dicitur, in sacris autem libris Phison nominatur, ortus & ipse ex Paradiso, ex Arctois magis Orientis partibus meridiem versùs fluere videtur, & in Oceanum qui illic est aquas suas evolvere, ex adverso insulæ Taprobanæ. Ubi ad ripas fluvii invenitur Caryophyllum, sive is fructus, sive flos est. Creduntq; incolæ ejus loci, hanc arborem unam esse ex iis quæ erant in Paradiso. Etenim universa quæ supra illos est regio, admodum deserta, prorsusq; infructuosa est. Ex eo verò quòd fluvius iste florem gignit, manifestum fit eum supra terram totum fluere, neque uspiam sub terra cuniculos agere. Alioqui florem illic natum perferre nullo modo posset. Porro hic fluvius aliud quoq; indicium præfert terreni cum Paradiso commercii. Ajunt

enim, si quis ardentissima febre correptus, in hoc fluvio mergatur, cum confestim morbo liberari. Tigris contra & Euphrates, propterea quod terram subeunt ac rursus emergunt, nihil inde deferre possunt perinde ac Hyphasis. Sed neq; Nilus. Nam hunc quoque ex paradiso fluere testantur Moysis oracula, quæ illum Gion appellant: Græci verò Ægyptium olim nominarunt. Hic, ut conjicere licet, ex paradiso erumpens, priusquàm ad regionem habitabilem perveniat, terra absorptus, deinde Indicum mare subiens, & circa illud in orbem, ut credibile est, circumvolutus: Quis enim hominum id exacte cognoverit? posthæc sub universa tellure quæ in medio est, usq; ad rubrũ mare occultus fluens, ac sub ipso etiam Mari rubro subterlapsus, ad alterum ejus latus erumpit, sub eo monte qui Lunæ vocatur. Ibi duo fontes maximos efficere dicitur, non modico intervallo à se invicem distantes, qui ex imo violenter in sublime prorumpunt. Hinc per Æthiopiam lapsus, in Ægyptum fertur, per abruptos scopulos præcipitatus.

11. Ait universam regionem quæ ad Solis ortum & circa meridiem sita est, quamvis immodico æstu torreatur, cuncta tamen quæ terra mariq; gignuntur, longe optima & maxima producere. Nam & Balænas incredibilis magnitudinis eo in mari inesse, quæ sæpenumero per Oceanum illum navigantibus visæ sunt è pelago emergentes. Terra quoq; illa maximos habet Elephantos ac vastissimos. Eos item qui Taurelephanti dicuntur, quod belluarum genus, cætera quidem bos est maximus: corio autẽ & colore cutis & magnitudine ferme Elephas. Hoc enim animal ipse vidi, cùm ad Romanos delatum esset: idq; quod vidi scribo. Sunt præterea apud illos dracones, crassitudine quidem trabibus æquales: longitudine verò ad 15. usque Orgyias protensi. Nam & horum pelles ad Romanorum ditionem perlatas vidi. Monoceros item animal apud eos nascitur, caput quidem draconis habens, nisi quòd cornu flexuosum, non ita magnum ei ińascitur: mentum ejus integrum barba vestitur. Cervix longa in sublime protensa, ad draconis tractus similitudinem proxime accedens. Reliquum corpus cervi potius similitudinẽ refert, pedes verò Leonis habet. Ejus effigiem

A σύμβολον τῆς παρ' ἕτερα θαῤῥαλεώτερον γενησόμενος ἐπιμιξίας. Φασὶ γὰρ ὡς ἐάν τις τύχοι πυρεττῷ λαμπρῷ φλεγόμενος, εἰς τὸν ποταμὸν βαπτισάμενος, παραυτίκα ὑγιὴς ἀπαλλάττεται. Ὁ δὲ τίγρης καὶ ὁ Εὐφράτης, διότι καταδύσει πάλιν ἀνίσχουσιν, οὐδὲν ἐκεῖθεν δύνασθαι κομίζειν φασίν. οὐδέ γε ὁ Νεῖλος. καὶ γὰρ τοῦτον ἐκεῖθεν ῥεῖν ἡμῶν ἐπίπνοια λογίων αὐτὸν ὀνομάζουσα. ὃν οἱ παρ' Ἕλλησιν αἰγύπτιον ἐκάλεσαν, ὡς ἔστι συμβαλεῖν, ἐξορμῶν δὲ καταδύεται πρὸς τὸ οἰκούμενον φθάσας, καὶ ἀδιόρυκτος, ἔπειτα τὴν ἰνδικὴν θάλατταν ὑπελθὼν, καὶ κύκλῳ γε αὐτὴν περιελιχθεὶς, ὡς εἰκάσαι τίς γὰρ ἀνθρώπων ἀκριβῶς δέδεκται; καὶ ὑπὸ πᾶσαν τὴν ἐν μέσῳ γῆν ἐνεχθεὶς μέχρι τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης, κἀκ ταύτην ὑποδραμών, ἐπὶ θατέρου αὐτῆς ἐκδύεται μέρους, ὑπὸ τὸ σελήνης καλούμενον ὄρος. ἐν ᾧ δύο πηγὰς λέγεται ποιεῖν μεγάλας, ἀλλήλων οὐκ ὀλίγον διεστηκυίας κατωθεν βιαίως ἀναῤῥηγνυμένας. καὶ διὰ τῆς Αἰθιοπίας ἐνεχθεὶς, ἔπειτα τὴν αἴγυπτον χωρεῖ διὰ πετρῶν ὑψηλῶν καταῤῥαπτόμενος.

11. Ὅτι φησὶν ἅπαν τὸ πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον καὶ πρὸς τὴν μεσημβρίαν κλίμα, καίτοι πέρα μέτρου θαλπόμενον, ὅμως τὰ κράτιστα ἐκ μέγιστα φέρειν τῶν ὅσα γῆ καὶ θάλαττα ἀνδρὶ τρέφειν. τά τε γὰρ κήτη τὰ ὑπερμεγέθη ταύτῃ ἐνεῖναι τῇ θαλάττῃ· καὶ πολλάκις ἐπιπολάσαντα τοῖς πρὸ ὠκεανὸν ἐκεῖνον πλέουσιν ὀφθῆναι. ἥτε γῆ καὶ ἐλέφαντας ἔχειν μεγίστους καὶ ὑπερφυεστάτους, καὶ δὴ καὶ ταυρελέφαντας λεγομένους. ὧν τὸ μὲν γένος τὰ μὲν ἄλλα πάντα βοῦς ἐστι μέγιστος, τὴν δὲ βύρσαν καὶ τὸ χρῶμα ἐλέφας, καὶ σχεδὸν εἰπεῖν καὶ τὸ μέγεθος. καὶ γὰρ εἰς ῥωμαίους κομισθὲν τὸ ζῶον ἐθεασάμην, καὶ τοὔνομα γράφω· ἀλλὰ καὶ δράκοντες ἐντεῦθεν εἰσὶ, πάχος μὲν δοκῶν οὐκ ἐλάττες, τὸ δὲ μῆκος εἰς δεκαπέντε καταλεινόμενον ὀργυίας· καὶ γὰρ καὶ τούτων τὰς δορὰς εἰς ῥωμαίους ἀποκομισθείσας εἶδον. ὅτε μονόκερως τὸ ζῶον παρ' αὐτοῖς ἐστι. τὴν μὲν κεφαλὴν δράκοντος φέρειν, κέρας δὲ σκολιὸν αὐτῷ πέφυκεν, ὅ τι σῶμα μέγα. ὁ δὲ ἀνθερεὼν αὐτῷ, πώγωνος ὑποπεπλάσθαι ἅπας. μακρὸς δὲ τράχηλος εἰς ὕψος ἀναλεινόμενος, ὅλως δράκοντος ἐγγύτατα παραπλήσιος. τὸ δὲ ἄλλο σῶμα ἐλάφου πρόσεστι.

κε μᾶλλον· ὧν ἡ πόδας λεόντος ἔχει. καὶ ἔστι γε
αὐτοῦ τὸ ἐκτύπωμα ὁρᾶν ἐν κωνσταντινουπόλει.
ἡ δὴ καὶ παρδαλις τ' ἐκείνης γέννημα
χώρας· ἢ τὰ μὲν ἄλλα ἔλαφός ἐστι μεγίστη,
καμήλου δὲ ὕψος ἐνέδωκε τὸ σῶμα μιμεῖσθαι.
τὰ μέντοι αὐχένα μήκιστον, καὶ ὑπὲρ τὴν ἀναλογίαν τοῦ λοιποῦ σώματος φέρει εἰς ὕψος ἀνορθούμενον. ἀλλὰ καὶ τὴν δορὰν ἅπασαν ἀπὸ κεφαλῆς ἄκρας ἕως ἐσχάτων ποδῶν παρδάλει μάλιστα τὴν ποικιλίαν προσφερεστάτην ἔχει, καὶ τὰς ἐμπροσθεν πόδας ὑψηλοτάτας τῶν ὀπίσω. παρ' αὐτοῖς δέ ἐστι καὶ ὁ λεγόμενος αἰγοπίθηκος πιθηκός τις ὤν. μυρία γάρ ἐστι γένη πιθήκων. ἀρκοπίθηκοι γάρ εἰσιν ἐν αὐτοῖς, καὶ λεοντοπίθηκοι, καὶ κυνοκέφαλοι, καὶ ἄλλαις πολλῶν ζώων εἰδέαις τῆς πιθηκείας μορφῆς ἐπιμιγνυμένης. καὶ δῆλον ταῦτα ἐστι, πολλῶν εἰς ἡμᾶς κομιζομένων. ὅιος δὴ καὶ ὁ πάνυ ἐπικληθεὶς ὑπάρχει. ὃς τὴν κεφαλὴν αἰσχροπρόσωπός ἐστι καὶ αἰγόκερως, καὶ ἐκλαγόνων τὰ κάτω αἰσχρελής. τὴν δὲ κοιλίαν καὶ τὸ στέρνον καὶ τὰς χεῖρας καθαρὸς πίθηκος. οὗ καὶ ὁ τῶν ἰνδῶν βασιλεὺς κωνσταντίῳ ἀπέστειλε· τοῦτο δὲ τὸ ζῶον, ἔξη μὲν φερόμορον ἄγει τινα, ἐν τινι πλέγματι διὰ τὸ θηριώδες εἰργμένον. ἐπεὶ δὲ ἀπέθανε, ταριχεύσαντες αὐτὸ οἱ κομίζοντες, θεάματος παρασχεῖν ἀσυνήθους εἰκόνα, μέχρι τῶν κωνσταντίνου διεσώσαντο πόλεως. καί μοι δοκοῦσι τὸ ζῶον τοῦτο Ἕλληνες πάλαι ἰδεῖν, καὶ ἐκπλαγέντες τῷ ξένῳ τῆς θέας, θεὸν σφίσιν νομίσαι, εἰθισμένον αὐτοῖς τὰ παράδοξα θεοποιεῖν· ὥσπερ καὶ τὸν σάτυρον ἔστι δὲ καὶ τοῦτο πίθηκος, ἐρυθρὸς τὸ πρόσωπον, καὶ γοργὸς τὴν κίνησιν, καὶ θρᾶν ἔχων. καὶ μὴν καὶ ἡ σφίγξ, γένος ἐστὶ πιθήκων· αὐτὸ γὰρ θεασάμενος γεγράφω. ἧς τὸ μὲν ἄλλο σῶμα λάσιόν ἐστι ὡς τοῖς λοιποῖς πιθήκοις. τὸ δὲ στέρνον ἄχρι γε αὐτοῦ τραχηλοῦ φίλωσαι. μαζοὺς δὲ γυναικὸς ἔχει, ἐρυθρότινος βραχέος κεχρωσμένος ἅπαν ἐν κύκλῳ τὸ γεγυμνωμένον τοῦ σώματος. εὐθέσπλος, καὶ εἰς πολλήν τινα εὐπρέπειαν ἀνθρωποφανεῖ οὐδὲν τῷ ἐν μέσῳ χρώματι, συναρμοζομένου. τό τε πρόσωπον ἐνεστρογγυλωμένον μᾶλλον καὶ εἰς γυναικείαν ἕλκει μορφήν. ἥ τε φωνὴ ἐπιεικῶς ἀνθρωπεία. σαφηνὸς δὲ οὐκ ἐστὶν οὐδὲ διηρθρωμένη, ἀλλά τινι ταχέως καὶ δεινῷ μεθ' ἁρμονίας ὀργῆς τε καὶ ἡδονῆς ἄσημα ὑποφθεγγομένη προσοικεῖα. βαρυτέρα τε μᾶλλον ἐστὶν ὀξυνομένη. ἀγρίον τέ ἐστι δεινῶς τὸ

A Constantinopoli depictam licet cernere. Sed & Camelopardalis in eadem regione nascitur. Quæ cætera quidē cervus est maximus: proceritate verò cameli corpus videtur imitari. Collum quidem longissimum, nec reliqui corporis proportioni respondens, in sublime erectum gestat. Pellis autem tota à summo vertice usq; ad imos pedes, varietate simillima est pardo. Pedes anteriores, posterioribus altiores habet. Est etiam apud illos Ægopithecus, simiæ genus quoddam: plurima enim sunt genera simiarum. Nam & Arcopitheci sunt & Leontopitheci & Cynocephali, B aliis atq; aliis animalium formis permiscente se simiarum figura. Idq; apparet ex multis hujusmodi bestiis quę ad nos comportantur. Cujusmodi etiam est is quiPan vocatur: Capite, vultu, & cornibus capram referens: ab ilibus deorsum versus caprinis cruribus insistens. Ventre verò & pectore ac manibus, merus simius. Hoc animal Rex Indorum dono misit ad Imperatorem Constantium. Vixit autem aliquamdiu, cùm in cavea quadam inclusum ob ferocitatem ferretur: Postquam autem mortuū est, hi qui illud afferebant, sale condierunt, insoliti spectaculi ostentandi causâ; & Constantinopolim usq; C integrum servarunt. Ac mihi quidem videntur Græci istud animal olim vidisse, & spectaculi novitate obstupefacti, Deum sibi finxisse, cùm solenne eis esset, ex rebus stupendis atque admirandis Deos facere: quemadmodum etiam fecerunt in satyro. Nam & hic simius est, facie ruber, motu concitus, & caudam habens. Sed & Sphinx simiæ genus est. Id enim testor quod ipse vidi. Cujus reliquum quidem corpus hirsutum est, sicut cæteris simiis: pectus verò ad cervicem usque glabrum est. Mammas verò habet mulieris. Totumque corpus quà nudum est, D rubra quædam milii speciem referens eminentia, in orbem circuit: & humano colori cutis quæ in medio est, plurimum gratiæ & decoris affert. Facies fere rotunda est, & ad muliebrem formam accedit. Vox humanæ ferme similis, nisi quod minime est articulata, sed velut mulieris cujusdam, celeriter & cum ira ac dolore quodam verba minime distincta proferentis. Gravis porro est magis quam acuta. Cæterum hoc animal ferum admodum est & vafrum, nec facile mansuescit. Quod cùm Thebas urbem Bœotiæ olim de-

portatum fuisset,& in quosdam eorum qui ad spectaculum ejus confluxerant, insiliisset, vultusque eorum laceraſſet, Oedipus civium suorum mutilationes moleste ferens, bestiam interfecit: atque ex ea re ut mihi quidem videtur, maximam gloriam est consecutus. Cæterum fabula, ut fortitudinis laudem conciliet Oedipo, ipsum quidem animal alatum finxit, propterea quod velociter insiliret. Eidem verò pectus mulieris & corpus Leonis aptavit. Illud quidem ob expositam nuditatem & ob muliebris formæ similitudinem: hoc verò propter feritatem, & quòd ut plurimum quatuor pedibus insisteret. Rationis quoque particeps illud fabulæ finxere, ob similitudinem vocis humanæ. Ænigmata verò ab eodem proponi dixerunt, eo quod ignotas voces ac minime distinctas ederet. Neque verò id magnopere mirandum est, cùm Græci multa quoque alia in fabulas soleant detorquere. Cæterum eadem regiò fert etiam asinos agrestes, statura maximos, & pelle mirum in modum variegata, albo ac nigro colore sibi invicem valde permixto. Quippe zonas quasdam habent, à spina dorsi ad latera & ad ventrem usque demissas, ibique divisas, quæ per circulos quosdam sibi invicem innexæ, mirabilem quandam texturam efficiunt ac varietatem. Phœnix item, avis multorum sermone celebrata, apud eos nascitur. Psitacum quoque inde allatum vidi, quòd genus avis est loquacissimum & ad vocis humanæ similitudinem proxime accedens. Variegatas præterea ac punctis distinctas aves, quas vulgo Garamantidas vocant, nomine eis indito ex gente, ex qua plurimæ ad nos deportantur. Alia denique complura animalia citra controversiam eximia, ibi proveniunt, quorum multitudinem recensere præsens narratio reformidat. Sed & aurum purissimum illic gignitur, aureis quasi fibris sponte ex ea terra surgentibus, aliisque super alias jacentibus, & auri illius productionẽ apertam ac manifestam præbentibus. Quin & fructus apud illos pulcherrimi sunt & maximi, ex quibus notissimæ sunt nuces. Universa deniqi Homeritarum regio usque ad rubrum mare, duplicem quotannis fructuum proventum reddit. Unde etiam Arabia felix cognominata est. Sed & generaliter, omnis ea regio quæ ad orien-

A θηρίον καὶ πανεργόταλον, καὶ ἀδ' ἑραδίως τῶν ἐπ-
σευόμενον· ταύτης εἰς θήβας μοι δοκεῖ τὰς
βοιωτίας πάλαι κομισθείσης, καὶ τισὶν τῶν
ἐπὶ θέᾳ συνερρυηκότων ἐφαλλομένης, καὶ τοὺς
προσώποις λυμηναμένης, θεὶς ὁ οἰδίπους τὸν
νος ὁ οἰδίπους τὰς τῶν ὁμοφύλων λώβας, καὶ
φονεῦσαι τὸ ζῶον, ἔνομα λαμπρὸν ἐκεῖθεν
λαβεῖν· καὶ αὐτὸν ὁ μῦθος εἰς ἀνδρείαν κατα-
κωπλεον μὲν τὸ θηρίον ἀναπλάττει, διὰ τὸ
ξέως ἐπιπηδᾶν· ἕρπον δὲ γυναικὸς ἐφαρμόττει
καὶ τὸ σῶμα λέοντος. γυναικὸς μὲν, διὰ τὸ
προσχεῖον τὸ γυμνώσεως ἕνεκα· λέοντος δὲ τὸ
εἶδος ὁμοιώσεως· λέοντος δὲ, διὰ τὸ θηριῶδες,
B ἔνεκα καὶ τὸ πλεῖστον τοῖς τέτραξι τυγχάνειν
σιν ἐρειδόμενον. λόγου δὲ τὸ θηρίον μεμηδῶσθαι
πλάσμα, διὰ τὸ τὴν φωνῆς ἀνθρωπικῆς ἀπο-
μαλῶδες δὲ, διὰ τὸ ἄσημα φθέγγεσθαι καὶ θαυ-
μαστὸν οὐδέν· πολλὰ γὰρ καὶ ἄλλα συνηθέστατα
ἕλλησι πρὸς τὸ μυθῶδες διαπλάττειν. καὶ αὐ-
τὴν δὲ χώραν καὶ ὄνους ἀγρίους μεγίστους τε καὶ μεγ-
θεῖ φέρειν, καὶ τὸν δορὰν καὶ τὸ ξενίζον ποικιλ-
μένους, λευκῷ σφίσι καὶ μέλανος χρώματος ἐ
C καὶ μικρὸν συμποικιλλομένου. ἀλλὰ ζῶνάς τι-
νες εἰσὶν ἀπὸ τῆς ῥάχεως ἐπὶ τὰς πλευρὰς καὶ τὴν
κοιλίαν καθήκουσαι. καὶ ἐναλλὰξ ἐπεζευγ-
μέναι, καὶ καλά τινας περιφερείας ἀλλήλαις
ἐνελιττόμεναι, θαυμασίως τινα καὶ ξένως ἀπερ-
γάζονται πλοκὴν καὶ ποικιλίαν. ἀλλὰ γε δὴ καὶ
ὁ φοῖνιξ τὸ πολυθρύλλητον πτηνὸν, παρ' αὐτοῖς
τυγχάνει γινόμενον. καὶ μὴν δὴ καὶ τὴν σπάνιον
ἐκεῖθεν ἴσμεν κομιζομένην, ὃ τῶν ὀρνέων ἐπιλα-
λίστατον, καὶ τὴν ἀνθρωπίνης γλώττης μιμητι-
κώτατον. καὶ οὗτοι ποικίλους τε καὶ καλαισγεῖς ὄντας, καὶ
D χαραμάντας ἐπικαλοῦσίτινες, ἀποτεθῆναι
ἁμάλιστα πλεῖστοι κομίζονται, τὴν ἐπωνυμίαν
θέμενοι· καὶ ἄλλα δὲ πλεῖστα διαφανῶς ἐπιφε-
φυόμενα φύεται, ὧν τὸ πλῆθος ἡ διήγησις
κωσ ἐλλείπει. ἀλλὰ καὶ ὁ χρυσὸς ἐναύλως γι-
νόμενος καθαρώτατος, χρυσίδων οἷονεὶ τει-
χῶν αὐλοφυῶν τε ἐκείνης γῆς ἀναδιδομένων, καὶ
ἐπ' ἀλλήλοις κειμένων, καὶ ἐπιθήλων αὐτὰ τὴν
γένεσιν παρεχομένων. καὶ καρποὶ δὲ κάλλιστά
τε καὶ μέγιστοι. ὧν γνώριμα καὶ τὰ κάρυα. ἀλ-
λὰ μὴν καὶ τὸ ἐπὶ τοῖς ὁμηρείταις κλίμα πᾶν
μέχρι τῆς ἐρυθρᾶς θαλάττης, ὃς τὸ ἐναυ-
τὸ ἀναδίδωσι διττὸν καρπόν. ἐξ οὗ καὶ τὴν
χώραν εὐδαίμονα προσηγόρευ-

σαν. καὶ ὅλως ἡ πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον ἅπασα γῆ, μακρῷ τ' ἄλλης ἐν πᾶσι διαφερό· ὁ δ' παράδεισο, ἁπάσης τ' ἕως τὸ κράτιστον τε καὶ καθαρώτατον ὑπάρχων, καὶ τὰς ἀέρας ἀκεραιοφυεστάτας τε καὶ λιπεστάτας ἔχων, καὶ τοῖς διαφανεστάτοις ὕδασι καταρδόμενος, θήλιον ὡς ἀπαραβλήτῳ ὑπερογκῇ τ' ὑφ' ἡλίῳ πάσης ἐν πάσῃ τὸ κρεῖττον φερό· τ' ἔξωθεν θαλάσσης κατ' ἀνίσχοντα τὸν ἥλιον αὐτῷ παρακλυζομένης.

12. Ὅτι φησὶν Ἀθανάσιος πρὸς τὸν ἑσπέριον ἀφικόμενος βασιλέα, καὶ δώρων τὰς αὐτῷ παραδωσεύοντας ὑπαγαγὼν ἀφθονίᾳ, μάλιστα δ' ὑσάθιον, ὃς κόμης ἐπὶ τῶν λεγομένων πρώτων, καὶ τῷ βασιλεῖ πιθανώτατος, ἐπιστολὴν πρὸς κωνστάντιον κομίζει, λέγεσαν ὧδε· Ἀθανάσιος ἥκει ὡς ἡμᾶς, ἑαυτῷ προσήκειν τὴν ἐπισκοπὴν τῆς Ἀλεξανδρείας ἀποδεικνύς. τυγχανέτω τοίνυν διά σε ταύτης. ἐπεὶ τοῖς ἐμοῖς γε αὐτὴν ἀνακτήσει ὅπλοις. δεξάμενον δ' τὴν ἐπιστολὴν τὸν κωνστάντιον, καὶ τοὺς ἐπισκόπους ἐπὶ κοινωνίᾳ βουλῆς συγκαλέσαντα, γνώμην παρ' αὐτῶν λαβεῖν, ἄμεινον εἶναι μὴ πόλεμον ἀναρρῆξαι τῷ ἀδελφῷ, ἢ τῆς Ἀθανασίου βαρύτητος τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἀπαλλάξαι. διὸ καὶ ἐφιέναι αὐτῷ τὴν ἐπισκοπὴν ἀναλαβεῖν, καὶ τὸν γεώργιον μετ' ἐπιστολῆς εἰς ἑαυτὸν μεταπέμψασθαι. ἀλλ' ὁ μὲν εἰς τὴν ἑαυτοῦ πατρίδα τὴν καππαδοκίαν ἀφίκετο, κἀκεῖ διῆγε τὰ καθ' ἑαυτὸν ἐπισκοπούμενος· ὁ δ' Ἀθανάσιος, μετὰ μείζονος ἤδη φρονήματος διιὼν τὰς πόλεις, καθ' ἃς γίνοιτο τῶν ἐπισκόπων, λόγοις αὐτὰς ἐξεκαλεῖτο πρὸς τὸ ὁμοούσιον· τοὺς μὲν ἄλλους μὴ πρόσθεν ἐχόμενος. αἴτιον δ' τὸν ἔφορον τῆς παλαιστίνης ἐπὶ πορνείᾳ καταγελλόμενον, καὶ βουληθέντα τῇ πρὸς Ἀθανάσιον ἐπιχωρήσαι τὸ αἰσχρὸν ἐπικαλύψασθαι, πρὸς τὴν ἐκείνου δόξαν αὐτομολῆσαι· δ' ἵνα οἱ ὁμοίως ὀξύταλα τὴν δίκην, καὶ αἰδοῖα διασαπέντα καὶ σκώληκας βρύσαντα, καὶ οὕτω τῆς ζωῆς ἐλαθέντα. ἀλλὰ καὶ μάξιμον τὸν ἱεροσολύμων ἐπίσκοπον, πρὸς τὴν Ἀθανασίου δόξαν ἀποκλίναι. καίπερ ὁ καὶ μαξιμιανὸν διωγμὸς μάρτυρα τοῦτον ἐδείκνυ, καὶ τὸν ἕτερον τῶν ὀφθαλμῶν ὥσπερ τῆς ἀσεβείας φέρνην διορωρυγμένον. καὶ πολλοὺς ἄλλους καὶ μικρὸν εἰς τὴν ἑαυτοῦ δόξαν τὸν Ἀθανάσιον ἐπισύραντα.

A tem solem vergit, reliquis religionibus omni ex parte multùm præstat. Paradisus verò, cùm totius Orientis præstantissimus ac purissimus sit tractus, & cœlum habeat nitidissimum, ac pulcherrimum: Aquis denique limpidissimis irrigetur, procul dubio totius terrarum orbis cunctis in rebus longe præstantissimus est locus, qui ad Solis ortum Oceani fluctibus alluitur.

12. Ait Philostorgius Athanasium, cùm ad Occidentalium partium Imperatorem venisset, ejusque palatii proceres, ac præcipue Eustathium comitem rerum privatarum, qui auctoritate B plurimum valebat apud Principem, donis ac muneribus sibi conciliasset, litteras à Constante ad Constantium attulisse, quarum hæc erant verba. Athanasius ad nos veniens, Episcopatum Alexandriæ ad ipsum pertinere manifestis proportionibus ostendit. Quare illum per te consequatur: aut certe meis armis eundem recuperabit. Porro his litteris acceptis, ait Constantium Episcopos convocasse, ut unà cum illis quid facto opus esset deliberaret. Eos verò id consilium dedisse Constantio, satius esse ut Alexandria Athanasii jugo minime liberaretur, quàm ut bellum C adversus fratrem susciperet. Constantium itaque permisisse Athanasio ut Episcopatum reciperet: Georgium verò per Epistolam ad se evocasse. Ac Georgius quidem in Cappadociam ex qua oriundus erat, reversus est, ibique degens privata negotia administravit. Athanasius verò, majore deinceps confidentia per urbes transiens, singulos Episcopos ad quos accesserat, ad Consubstantialis fidem sermonibus suis excitabat. Et alios quidem Episcopos verbis Athanasii non obtemperasse scribit. Aetium verò Episcopum Palæstinæ, qui fornicationis reus delatus fuerat, cùm per communionem Athanasii id probrum occultare vellet, ad ejus sententiam se transtulisse. Eundem tamen brevi pœnas dedisse, tabefactis genitalibus, ac vermibus scaturientem, atque ita ex hac luce sublatum. Maximumquoque Hierosolymorum Episcopum ad sententiam Athanasii declinasse scribit, tametsi hic in persecutione Maximiani, confessionis gloriâ illustris fuisset, & alterum oculum effossum haberet. Addit præterea, Athanasium paulatim multos alios ad opinionem suam pertraxisse.

13. Ait Flavianum Antiochenum collecta Monachorum multitudine, primum omnium acclamasse: Gloria Patri & Filio & Spiritu sancto. Nam ex iis qui ætate illum antecesserant, alios quidem dixisse. Gloria Patri per Filium in sancto Spiritu, atque hanc acclamationem usu magis receptam esse. Alios verò dicere solitos: Gloria Patri in Filio & Spiritu Sancto.

14. Ait Arianos, quamvis in fidei doctrina dissentirent ab iis qui consubstantialem Filium prædicabant, in precationibus tamen atque hymnis & consultationibus, aliisque fere omnibus, præterquam in mystico sacrificio, cum iisdem communicasse. Postquam verò advenit Aetius, & dissensionis circa hæc quoque auctor fuit; persuasit cætui eorum qui idem cum ipso sentiebant, ut ruptis omnibus amicitiæ & consuetudinis vinculis quibus antea cum homousianis conjuncti erant, illis maxime adversam factionem constituerent.

15. Ait Aetium ortum fuisse ex Cæle Syria; Patrem verò ejus cùm in præsidiali officio militasset, male rem gessit. Cumque in ejusmodi statu mortuus esset, is qui tunc rector erat provinciæ, facultates ejus fisco addixit. Ita Aetius adhuc admodum adolescens, unà cum matre ad summam egestatem redactus est. Qua de causa aurificinam exercere aggressus est, quo tum sibi, tum matri victum compararet. Cumque hanc artem satis diu exercuisset, ob indolis præstantiam, ad Philosophicas disciplinas animum applicuit. Ac primùm quidem auditor fuit Paulini, qui ex Episcopatu Tyri ad sedem Antiochenam translatus fuerat. Postea verò cùm mater ipsius extremum diem obiisset, cujus potissimùm causâ aurificinæ artem excolebat, totum se deinceps Aetius ad Logicæ studia convertit. Ac brevi in disputando plerisque superior visus est. Ex quo etiam non mediocris invidia adversùs illum exarsit. Verùm Paulino quidem superstite, vires suas compressit invidia. Ubi verò Paulinus post sextum Episcopatus sui mensem mortuus, & Eulalius in ejus locum substitutus est, tum verò invidiæ livor pristinum robur recuperans, Eulalium incitavit, ut Aetium Antiochiâ expelleret. Igitur Aetius Anazarbum quæ Ciliciæ urbs est, profectus, artem suam denuò exercuit ad victum sibi comparã-

13. Ὅτι φησὶ τὸν ἀντιοχείας Φλαβιανὸν πλήθει μοναχῶν συναγείραντα, πρῶτα ἀναβοῆσαι, δόξα πατρὶ καὶ υἱῷ καὶ ἁγίῳ πνεύματι. τῶν γὰρ πρὸ αὐτοῦ, τὸν μὲν, δόξα πατρὶ διὰ υἱοῦ ἐν ἁγίῳ πνεύματι λέγειν· καὶ ταύτῃ μᾶλλον τὴν συνήθειαν ἐπικρατῆσαι· τὸν δὲ, δόξα πατρὶ ἐν υἱῷ καὶ ἁγίῳ πνεύματι.

14. Ὅτι φησὶν εἰ καὶ διαφέρονται τὰς δόξας τοῖς τὸ ὁμοούσιον προσβεύουσιν οἱ περὶ Ἀέτιον, ὅμως καὶ εὐχῶν, καὶ ὕμνων, καὶ συλλυμάτων, καὶ τῶν ἄλλων σχεδὸν ἁπάντων, πλὴν τῆς μυστικῆς συνόδου θυσίας, ἐπιγνώμονές εἰσι καὶ τῆς ἐν τούτοις διαστάσεως ἄρξαντες, τὴν ὁμόδοξον συναγωγὴν, πάντας δεσμοὺς καὶ φιλίας καὶ συνηθείας, τοῖς ἑτερόδοξοις συνήπτοντο, διαῤῥήξαντες εἰς ἀνήλπαλον τούτοις μάλισα παρασκευάσαι καταστῆσαι τὴν μοῖραν.

15. Ὅτι πατρὸς Ἀελίῳ ἡ ἐν κοίλῃ γέγονε συρίᾳ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ τῶν ἐν στρατείᾳ δυσπραγέσερον ἐνηνεγμένων, καὶ τὸν βίον ἐν τούτοις ἀπολιπόντος, τὴν μὲν οὐσίαν τὰ τηνικάδε ἄρχοντα φησὶ δημοσιεῦσαι· νέον ὄντα αὐτὸν ὄντα, εἰς ἔσχατον συμπεσεῖν πενίας ἐλάσαι, καὶ διατοῦτο ἐπὶ τὸ χρυσοχοεῖν ὁρμῆσαι, ὡς ἂν ἀμοιβαίως αὐτός τε καὶ ἡ μήτηρ διαβίῳ· ἀποχρώντως τῇ τέχνῃ κεχρημένον, διὰ ῥώμην φύσεως ἐπὶ τὰς λογικὰς ἐπιστραφῆναι μαθήσεις. καὶ παυλίνου μὲν ἀκροάσασθαι πρότερον, ὃς ἐκ τῆς ἑῴας τύρου εἰς τὴν τῆς ἀντιοχείας μετέστη· τοῦ μὲν τὸν βίον λήξαντος, διὰ ἣν μάλιστα ἡ ποικιλία εἰδέαις τὸν χρυσὸν ἐπιμορφοῦσα τέχνη μεταχειρίζεται τὸν ἀέτιον, ἐκεῖθεν αὐτὸν ὅλον εἰς τὴν τῶν λογικῶν μαθημάτων μεταλαβέσθαι θεωρίαν· καὶ τάχιον ἐπὶ λόγων ἀμίλλαις τῶν πλείστων ὁρᾶσθαι κρατοῦντα, καὶ φθόνον ἐκ τούτου μικρὸν ἀναπτῆναι· ἀλλὰ μέχρι μὲν παυλίνου ἔσχε, τὴν ἰσχὺν ὁ φθόνος παρασχεῖν· ἐπεὶ δὲ ἐκεῖνος μὴ μῆνας ἓξ ἀπέβιω, αὐτοῦ δὲ εὐλάλιος τὸν θρόνον εἶχεν, εἰς τὴν αὐτοῦ δυνάμιν ἐπανελθὼν ὁ φθόνος, κινεῖ τὸν εὐλάλιον τῆς ἀντιοχείας, τὸν ἀέτιον ἀπελάσαι ὁρμήσαντα, εἰς τὴν τῆς κιλικίας ἀναζαρβὸν ἀφικόμενον· τῇ τέχνῃ πάλιν πρὸς τὸ ζῆν ἀπεχρήτω

ἀδ' ἐτῆς ἐν λόγοις ἀφισάμενος πρὸς τὰς ἐν τυγχάνοντας ἀμίλλης· γραμματικὸν δέ τινα τὴν φύσιν αὐτῷ ἀγαμένῳ, καὶ μεταδοῦναι τῆς τέχνης ὁρμημένῳ, ὁ Αἴτιος παρ' αὐτὸν εἰσοικισθεὶς ἐθήτευεν, ταῖς οἰκετικαῖς αὐτῷ τελῶν λειτουργίαις· καὶ ὁ μὲν τὴν γραμματικὴν αὐτῷ προθύμως αὐτὸν ἐδιδάξατο· ὁ δὲ, ἅτε διδάσκαλον δημοσίᾳ ποτὲ καλέσας εἰς ἔλεγχον, ὅτι μὴ τοῖς θείοις λογίοις ὀρθῶς ἐποιεῖτο τὴν διήγησιν, καὶ πολλὴν αὐτοῦ τὴν ἐπ' ἀμαθείᾳ τοιούτων αἰρύσιν καταχεάμενος, ἀντιμισθίαν οὕτω τὴν ἀποκήρυξιν τῆς οἰκετείας αὐτὸν οἰκίας ἐκπέμψειν ἐλαθείς, Ἀθανασίῳ συγγίνεται, ὃς τῶν μὲν λουκιανοῦ μάρτυρος ὁμιλητῶν εἷς ἐγεγόνει, τὴν ἀναβαρζοῦ διεσκόπει παρ' ᾧ τὰς εὐαγγελικὰς ἀναγνοὺς, καὶ τοῖς καθ' ἕκαστον αὐτοῦ ἐντυχὼν, ἐπὶ τὴν ταρσὸν ᾤχετο ἀντιόχειον ἀφικνεῖται. τῶν λουκιανοῦ δὴ καὶ ἐκεῖνον γνωρίμων· ὑφ' ἕτερα δὲ ἀποστολὴ ἀναδιδαχθεὶς ἐπιστολὰς, ἱκανὸν αὐτῷ συνδιέτριβε χρόνον, τὴν δὲ πρεσβυτέρου τάξιν πληροῦντι. ἐπεὶ δ' ὁ ἀντιόχειος ἔφορος ἐγεγόνει, καὶ οὐκ οἷός τε ἦν ἐναχολεῖν τῇ σοφιζούσῃ τὸν ἀέτιον διδασκαλίᾳ, εἰς τὴν ἀντιόχειαν πάλιν ὁ ἀέτιος ἐπάνοδον, ἀκροασόμενος λεοντίου πρεσβυτέρου τότε ὄντος ἀντιοχείας καὶ ἑνὸς ἐκείνου καιρῷ, καὶ αὐτὸς τῶν μαθητῶν λουκιανοῦ χρηματίσας. ὃς αὐτῷ καὶ τὰς προφήτας ἐξηγήσατο, καὶ μάλιστα τὸν ἰεζεκιήλ· ἀλλὰ κἀκεῖθεν αὐτὸν ὁ φθόνος αὖθις, ὡς φιλοσόφῳ λῆρος, ὡς δ' ἄν τις ἀληθεύων εἴποι, τῆς γλώσσης ἡ ἀκρασία, καὶ τὸ τοῦ φρονήματος δυσσεβὲς ἀπελαύνει. ἐκεῖθεν δὴ τὴν κιλικίαν καταλαμβάνει. καί τις τῶν βορβοριανῶν λόγοις αὐτῷ περὶ τῆς ἰδίας δόξης συμπλακείς, εἰς ἔριν ἦλθε καὶ ἐκονίσαντο ἀλλήλοις. ἐφ' ᾧ ἀθυμία τε αὐτὸν κατεῖχε, καὶ τὸ ζῆν οὐκ ἀνεκτὸν ἡγεῖτο, ὁρῶν τὸ ψεῦδος τῆς ἀληθείας ἐπικρατέστερον· ἕτως ἔτι τῷ ἀετίῳ διακειμένῳ ὀπαδίᾳ τις, ὡς φασὶ τεραστολογεῖ, ἐπίσα λύσα τὴν ἀθυμίαν, συμβόλοις παρεχομένη τὸ ἀναταλάντιστον τῆς ἤδη παρεχομένης αὐτῷ σοφίας· κἀκεῖθεν παραγεγόνει τῷ ἀετίῳ τὸ μηδενὸς ἐν συμπλοκαῖς ἥττασθαι λόγων. μετ' ὀλίγον γὰρ ἀφθόνιός τις τῆς μανιχαίων λύσεως πρόεδρος, καὶ μεγάλῳ παρὰ πολλοῖς ἐπὶ σοφίᾳ καὶ δεινότητι λόγων φέρεσθαι τὴν δόξαν, ἐν τῇ καθ' αἰγυπτίους αὐτῷ

A dum; nec tamen à disputationibus adversùs eos qui cum ipso congredi vellent, penitùs abstinuit. Porro cùm Grāmaticus quidam, ingenii ejus admiratione captus, artem ei suam tradere aggressus esset, Aetius in domum ejus admissus ei ministravit, serviles operas præstans. Et illi quidem libenti animo Aetium artis Grammaticæ præceptis instituit. Aetius verò, cùm aliquando magistrum suum publice coarguisset, tanquam divina oracula minùs rectè explicantem, magnoque eum pudore ob ejusmodi imperitiam affecisset, hāc mercedem retulit, ut ex domo bene de ipso meritâ ejiceretur. Inde igitur expulsus, cum Athanasio versatus est, Luciani Martyris discipulo, qui tunc Anazarbi Episcopatum regebat, apud quem cùm Evangelistas legisset, & singula quæ in illis occurrunt accuratè observasset, Tarsum inde perrexit: visurus Antonium, qui & ipse unus erat ex discipulis Luciani. A quo cùm Epistolarum Pauli explanationem didicisset, satis diu cum eo vixit, in presbyterorum ordine adhuc constituto. Ubi verò Antonius ad Episcopatum evectus est, nec erudiendo Aetio vacare amplius poterat, iterum Aetius Antiochiam revertitur, Leontium auditurus, qui tunc temporis presbyter erat Antiochiæ, & unus fuerat ex auditoribus Luciani. Hic Prophetas, ac præcipue Ezechielem exposuit Aetio. Sed rursus invidia, ut somniat Philostorgius, seu ut verius aliquis dixerit, linguæ intemperantia & dogmatum impietas, inde eum ejecit. Illinc igitur Aetius in Ciliciam profectus est, ubi quidam ex hæresi Borborianorum pro defensione dogmatis sui cum eo congressus, penitus eum vicit atque oppressit. Quam ob causam despondere animum cœpit, nec sibi amplius vivendum esse existimabat, cùm mendacium veritate potentius esse cerneret. Dum sic animo affectus esset Aetius, visio quædam, ut fingit Philostorgius, ei oblata est, quæ animum ejus erexit ac confirmavit: signis quibusdam exhibens invictam vim sapientiæ quæ illi deinceps ad futura esset. Ex eo tempore id datum est divinitùs Aetio, ut à nemine in disputationibus vinceretur. Nec multo post Aphthonius quidam Manichæorum insaniæ præpositus, & tum sapientiæ, tum eloquentiæ causâ magnam apud multos gloriam consecutus,

in urbe Alexandrina cum eo congressus est. Etenim Aetius ex urbe Antiochia ad eum venerat, famâ hominis excitus. Ubi verò ad certamen ventum est, non valde prolixa disputatione habitâ Aetius Aphthonium ad sermonis inopiam redactum, ex magna gloria in summum dedecus atque ignominiam depressit. Quare Aphthonius præter expectationem victum se ægre ferens, in gravissimum morbum incidit, quem mors brevi subsecuta est, cùm ultra septem dies post hanc acceptam cladem supervivere minime potuisset. Aetius verò adversarios suos sermonibus ubique superabat, & illustrem victoriam reportabat. Per idem tempus medicinæ quoque operam dedit, quo non solum animorum, verùm etiam corporum morbos curare posset. Habuit autem in ea disciplina Magistrum Sopolim, virum in hac arte nulli secundum. Porro Aetius cùm in arte medica excelleret, gratuitam indigentibus operam præstabat. Quòd si forte ipse rebus ad vitam necessariis opus haberet, ad aliquem ejusdem artis opificem noctu accedens, ne interdiu à gravioribus negotiis avocaretur: quodcunque aurum peritioris artificis indigebat, manu illud celeriter, elaborans, mercedem ab aurifice referebat, eoque modo vitam substentabat. Hæc verò principatu Constantii acciderunt, eodem tempore quo Theophilus ex India reversus, Antiochiæ morabatur.

B occidebat unà cum Lucifero, postea verò paulatim recedens, ac Septentrionẽ ascendebat, sensim ac lente progrediens, & oblique tanquam ad lævam; respectu quidem intuentium, proprium cursum instituens: communem verò circuitionem eandem habuit quam reliquæ stellæ juxtà quas ambulabat. Cæterùm cùm proprium cursum quadraginta dierum spatio complevisset, in mediam majorem ursam se conjecit: &
C in ipso ejus meditullio postremùm visum, ibidem extinctum est. Neq; verò hoc solum, sed multa quoque alia admiranda de hoc sidere gladii speciem referente scribit Philostorgius.

10. Ait Philostorgius, se quoque contra Porphyrium scripsisse pro Christianis.

11. Eodem tempore quo sidus illud ensiferum apparuit, visa sunt etiam duo corpora humana: alterum quidem in Syria, humanæ statutæ proceritatem multùm excedens: alterum verò in Ægypto, incredibilis brevitatis. Syrus quidem staturâ erat quinque cubitorum altitudinis, adjecto insuper palmo: quamvis pedes reliquæ totius corporis proceritati minime responderẽt; Sed introrsum retorti variique essent. Nomen huic erat Antonio. Ægyptius verò in tantam contractus erat brevitatem, ut inclusas in caveis perdices
D non invenuste imitaretur, utque perdices cum illo ad rixam usque colluderent. Quod verò admirabilius est, inerat ei prudentia, brevitate corporis nullatenus imminuta. Nam neque voce erat rudi, & sermones vim intelligendi quâ præstabat, satis declarabant. Uterque porrò eorum hominum vixit temporibus Philostorgii, nec ità citò ex hac luce migravit. Nam procerus quidem ille, post annum ætatis quintum ac vicesimum abiit è vita,

Minimus alter, ab hoc vitæ spatio non multum abfuit. Multa quoque alia prodigia hoc loco refert Philostorgius, quæ vel iisdem temporibus quibus supra memorata prodigia, vel Superiori memoria acciderant.

12. Jejunium quartæ & sextæ feriæ, non in sola carnium abstinentia positũ esse ait Philostorgius: sed canonibus definitum esse, ne quidquam omnino cibi ad vesperam usque sumatur. Nam de Eudoxio quodam ejusdem hæresis sectatore, qui gradu quidem Presbyter erat, orbatus autem genitalibus, ita scribit. Adeo autem jejunandi studiosus fuit, ut toto vitæ tempore non modo eos dies qui ex præcepto memoriam Passionibus Dominicæ servant.....

Desunt quatuor folia.

ὁ δ' ἐλάχις⊙, οὐκ ὀλίγῳ καὶ τούτῳ λείπεται· πολλὰ δὲ ἕτερα τέρατα, τὰ μὲν τοῖς ἐπιμιξίοις ὁμόχρονα, τὰ δὲ καὶ προγεγενημένα, ταῖς ἱστορίαις ἀπὸ καταῤῥώσεως.

12. Ὅπως τεσσαράδος καὶ παρασκευῆς τὴν νηστείαν, ὁ φιλοσόργιός φησιν οὐκ ἐν μόνῃ τῇ κρεῶν ἀποχῇ περιορίζεσθαι, ἀλλὰ καὶ τὸ μηδεμιᾶς τροφῆς ὅλως ἅπτεσθαι μέχρι τῆς ἑσπέρας, κανονίζεσθαι· λέγει γοῦν τινα⊙ δόξιν, σωφρονισθέντα μὲν, πρεσβυτέρου δὲ τὴν τάξιν, ἐφιλομενοῦντα δὲ τῷ δι' ὧν ἡ διαδοχὴ τῆς γλώττης, τοιαῦτα ἱστορικὸς ἱστορεῖ· ὡς ἐπὶ παρ' ὅλον μὲν τὸν χρόνον, μὴ μόνον τὰς κατὰ διάταξιν τῶν μνημείων κυριακὰς πάσας φερούσας,.....

Λείπει τέσσαρα φύλλα.

EX LIBRO UNDECIMO HISTORIÆ deest initium.

ursis ac leonibus uteretur. Annum ætatis agens vicesimum, vita simul atque imperio & ferarum venationibus privatus est. Porro iracundiæ erat immodicæ. Idque præcipue causam ei mortis præbuit. Nam cùm aliquando in palatio cum Arbogaste colloqueretur, verbisque illius ad iram excitatus esset, adversus Magistrum militum gladium stringere aggressus est. Prohibitus verò: nam satelles cujus gladium extrahere conatus fuerat, eum repressit: tum quidem Arbogastes ab ea suspicione removere verbis conatus est. Verùm ille ex verbis principis consilium ipsius certiùs deprehendit, in apertam lucem prolatum. Interroganti enim, quænam fuisset tanti impetus causâ, respondit Valentinianus, manus sibi metipsi illaturum se esse, propterea quòd Imperator cum esset, nihil eorum quæ volebat, agere sineretur. Arbogastes verò, tum quidem nihil amplius curiose percontatus est. Postea verò Viennæ in Gallia, cùm eum pransum, & meridiano tempore in deserto quodã palatii loco cum quibusdam scurris labra in fluviũ mergentem vidisset, satellites quosdam in eum misit. Qui manuum vi ac mentis feritate miserum strangularunt, cùm nullus ex ministris Imperatoris adesset. Eo enim tempore universi ad prandium perrexerant. Cæterum, ne quis illico cædis auctores requireret, hi qui

ΕΚ ΤΗΣ ΕΝΔΕΚΑ ΤΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ἀρκτῶν καὶ λεόντων χρήσασθαι. ἀπὸ τεσσαρεσκαιδεκάτου δὲ ἔτους τῆς ἀρχῆς, καὶ τῶν ἐπὶ τοῖς θηρίοις ἀθλων, ἐκπεσὼν ὑπὸ θυμώσεως διανύων ἔτι⊙, ἀπεφάσατο· ἐπὶ τῷ θυμῷ ἀκρότατος, ὃ καὶ μάλιστα τὸν ἑαυτοῦ ἐξεδίκησεν. διαλεγομένῳ γὰρ πρὸς καὶ τὸ παλάτιον τῷ Ἀρβογάστῃ, ἐπέπεσεν αὐτῷ ὁ λόγος περὶ ὀργῆς ἀνέσθαι, ξίφος ὥρμησε καὶ σφαγῆναι πασάσθαι κωλυθεὶς δ', ὁ μὲν δορυφόρου ἐπέσχεν ἕνεκα τοῦ ξίφους ἕλκειν ἐπεβάλλετο, καὶ τὸ παρὸν λόγοις μὲν ἐπεραίτο τὴν ὑπονοίας τὸν Ἀρβογάστην ἀπαγόμενος. ὁ δὲ διὰ τῶν λόγων τὴν ὑπόνοιαν αὐτοῦ μᾶλλον εἰς ἀκριβεστέραν μετέστησε γνῶσιν. ἐπερωτήσαντι δὲ τοσαύτης ὁρμῆς τὴν αἰτίαν, ἑαυτὸν διαχρήσασθαι Βαλεντινιανὸς ὑπεκρίνατο, διότι βασιλεύων, οὐδὲν ὧν ἠβούλετο πράττει. ὁ δὲ Ἀρβογάστης οὐδὲν πλέον τότε περιεργασάμενος, ὕστερον ἐν Βιέννῃ τῆς Γαλλίας μεσημβρινώτατον τὸν βασιλέα, καὶ μεσούσης ἡμέρας καὶ τὰ ἔρημα τῶν βασιλείων, ἐπὶ τὸν ποταμὸν τὴν χείλου⊙ οἷς ἐμαλακισμένον καὶ καλαμῶδες μύρον θεασάμενος, πέμπει τινὰς καὶ αὐτῶν ὑπασπιστῶν. ὃ τὸν δείλαιον χεῖρας ἰσχυρὰς γνώμης ἀποπνίγουσιν ἀγριότητι, οὐδενὸς τῶν ὑπηρετούντων τῷ βασιλεῖ τινος παρόντος· ὁ γὰρ καιρὸς αὐτοὺς ἅπαντας μετεπέμπετο. ἐμοὶ γε τοῦτον ἀποπνίξαντες, ἵνα μὴ

τὸ σφαιρικὰ πρὸς ζήτησιν τινες χωρήσωσι τῶν ἐργασαμένων, τὸ μιλύδιον ἀπὸ τῷ τραχήλῳ βρόχε τρόπον περιελίξαντες ἀναρτῶσιν, ὡς δι' αὐτὸ γε τῆ οἰκείᾳ γνώμῃ ἀπαγξαμένε.

2. Ὁ μὲν ἀρβαγάστης τὸν οὐαλεντινιανὸν ἀνελῶν, ἐπεὶ τὸ γένος αὐτὸν βασιλεύειν ἀπεκώλυσε, βάρβαρος γὰρ ἦν αὐτὸν ὁ φυσάμενος· εὐγένιόν τινα, μαγίστρον τὴν ἀξίαν, ἕλλην δὲ τὸ σέβας, βασιλέα ῥωμαίων καθίστησι· μαθὼν δὲ ταῦτα θεοδόσιος, θαλέρῳ μὲν τῶν παίδων ὀνορίῳ τὸν βασίλειον περιτίθησι στέφανον· ἐν ὅλῳ δὲ τῷ χειμῶνι τὰ πρὸς τὸν πόλεμον αὐτὸς ἐξαρτύει· ἦρι δὲ ἐπιφαινομένῳ ἐκστρατεύει καὶ ἐπὶ τυράννε· καὶ ταῖς ἄλπεσι προσβαλὼν, ἐκράτησεν αὐτῶν προδοσίᾳ. συμπλακεὶς δὲ τῷ τυράννῳ καὶ τὸν ποταμὸν ψυχρὸν ὕδωρ ἀπὸ τινὸς ἐπωνυμίαν ποιᾶν· καὶ μάχης καρτερᾶς γενομένης, καὶ πολλῶν ἐκατέρωθεν ἀπολλυμένων, ὅμως ἡ νίκη τὸν τύραννον μυσαχθεῖσα, τὸν ἔννομον βασιλείαν σωδιεκόσμησε συλλαμβάνει· τοίνυν ὁ τύραννος, καὶ τὴν κεφαλὴν ἀποτέμνει· ὁ μέν τοι ἀρβαγάστης ἀπαγχὼν, ὑπὲρ τῶν ἀναιρεῖ ἑαυτὸν τῷ ξίφει. μὴν δὲ ταῦτα προαγεγονὼς ὁ βασιλεὺς ἐν μεδιολάνῳ μεταπέμπει τὸν ἑαυτοῦ παῖδα ὀνώριον, καὶ τὸν ἑσπέραν ἐγχειρίζει πᾶσαν. μὴν δὲ τὴν κατὰ τυράννε νίκην, τῇ κατὰ ὑδέρῳ νόσῳ κρατηθεὶς, τελευτᾷ τὸν βίον. βασιλεύσας δὲκα καὶ ἓξ ἔτη. ἐν ὅλοις δὴ βασιλεύων εἰς ὑψηλὸς ἐβίω καταλήξας τέρμονας· ἐπί τε δὴ νίκαις λαμπραῖς, καὶ μοναρχήσας ῥωμαίων καὶ δυοῖν βασιλέων πατέρα ἑαυτὸν ἐπιδὼν, καὶ τούτοις ἀσασίαστον παραπέμψας τὴν βασιλείαν, καὶ πρὸς τὰ ἑαυτοῦ κλίνης εὐδαιμονέστατα προλείπει τὸν βίον, ἐμοὶ θεσμῶν δοκῶ καὶ τῶν εἰδώλων ζῆλε ἐστὶ γέρας ἐξενεγκών. ταῦτα λέγων ὁ δυσσεβὴς πρὸς εὐσεβέστατε θεοδοσίε, σκαιχύνει κωμωδεῖν αὐτὸν ἐπ' ἀκρασίᾳ βίον καὶ τυφῆς ἀμετρίᾳ, δι' ἣν αὐτὸν ἁλῶναι γράφει καὶ τῷ ἐν ὑδέρῳ νοσήματι.

3. Ὁ μὲν κατὰ ἑῷαν ἐπ' ἀνατολῆς ῥουφῖνος παρεδυνάστευε· καὶ ἦν τὴν δύσιν τῷ ὁμοίῳ. τὴν αὐτὴν ὁ στελίχων τάξιν διέσωζεν. ἑκάτερος γὰρ αὐτῶν, ἑκατέρῳ τῶν θεοδοσίε παίδων τὸ τῆς βασιλείας σχῆμα καὶ τὸ ὄνομα νέμειν

A eum strangulaverant, sudarium ipsius, instar laquei, collo ejus circumligantes, eum suspenderunt, ut sua sponte gulam sibi ipse fregisse videretur.

2. Occiso Valentiniano Arbogastes, cùm genus ab Imperio ipsum excluderet: Patre enim barbaro natus erat: Eugenium quendam, dignitate quidem magistrum, religione autem paganum, Imperatorem renuntiavit. Quibus compertis Theodosius, alteri quidem ex filiis Honorio Imperatoriam coronam imposuit. Ipse verò ea quæ ad bellum erant necessaria, tota hyeme præparavit. Appetente autem Vere, adversùs tyrannum expeditionem suscepit. B Cumque ad Alpes venisset, eas proditione occupavit; Et congressus cum tyranno juxta fluvium qui Frigidus cognominatur, acri prælio commisso, & quamplurimis utrinque cæsis, tandem victoria tyrannum aversata, legitimum Imperatorem coronavit. Captus igitur tyrannus & capite truncatus est. Arbogastes verò omni spe abjecta, gladio suo incumbens, mortem sibi conscivit. Posthæc Imperator Mediolanum ingressus, Honorium filium suum evocavit, eique totius Occidentis Imperium tradidit. Post relatam autem de tyranno victoriam, Theodosius aquæ intercutis morbo correptus vitam finivit, C cùm regnasset annis sexdecim. Porrò quamdiu imperavit, ad summum humanæ felicitatis pervenit fastigium. Nam & ob victorias illustris, & totius Imperii Romani Monarchiam obtinens, & duorum Imperatorum se se videns patrem, & Imperium illis firmum ac seditionis expers relinquens, in suo denique lecto felicissima morte sublatus est; zeli sui quo adversus simulachrorum cultum exarsit, hanc mercedem, ut mihi quidem videtur, referens. D Hæc cùm de Theodosio dicat impius Philostorgius ipsum tamen non pudet, ob intemperantiæ vitã & ob immodicas delicias eundem traducere: eaque ex causâ morbum aquæ intercutis contraxisse illum dicit.

3. In Orientis quidem partibus Rufinus apud Arcadium summã potestatem obtinebat: In Occidente autem Stilicho apud Honoriũ eundem obtinebat locum. Uterq; enim istorũ, imperii nomen ac speciẽ penes utrumq; filiorũ Theodosii remanere facile passus, robur Imperii penès se retinuit: Al-

ter sub Magistri militum, alter sub Præfecti appellatione Imperatori suo imperans. Neuter porrò illorum eo loco quem apud principes suos obtinebat, contentus fuit. Nam Rufinus quidem etiam Imperatorium nomen ad se ipsũ trahere omni arte studebat: Stilicho verò filio suo Eucherio imperium vindicare nitebatur. Sed Rufinum milites qui unà cum Theodosio ad bellum adversus tyrannum profecti erant, Roma reversi, in loco qui Tribunal dicitur, ad ipsos Imperatoris pedes gladiis contrucidarunt: tùm quòd ipsis id mandatum fuerat è Stilichone: tum quòd derideri se à Rufino deprehenderant. Cæterùm eo ipso die interfectus est, quo ii qui delectum militum agebant, quo Astrologi illũ purpurâ tantùm non induerant. Porro Rufinus procero corpore, & virilis animi fuit, ut scribit Philostorgi⁹. Solertiã verò ejus, tũ oculorũ motus, tũ linguæ facundia declarabat. Contra verò Arcadius, brevis statura, & habitu corporis tenuis, & virib⁹ infirm⁹, & colore niger fuit. Mentis quoq; socordia, tum ex ejus sermonibus, tum ex conniventibus oculis apparebat, qui dormientium more clausi, ægre admodum aperiebantur. Quæ quidem res Rufinum deceperunt: quasi exercitus primo statim aspectu, ipsum quidẽ Imperatorem libentissimè creaturus, Arcadium verò abjecturus esset. Porro milites cùm Rufino caput amputassẽt, lapidem ori ejus immiserunt: hastæque infixum circumferentes, quaquaversùm discurrere cœperunt. Dexteram quoque ejusdem præcisam gestantes, per singulas officinas urbis circumtulerunt, hæc addentes: Date stipem insatiabili. Magnamque auri vim hujusmodi postulatione collegerunt. Hi enim qui caput illud videbant, tanquam ob jucundum ipsis spectaculum libenti animo aurum largiebantur. Ac Rufini quidem ambitio & imperandi cupiditas hunc exitum sortita est. Stilichonem quoque ob insidias Honorio structas, ut Philostorgius ait, exercit⁹ acceptâ ab Imperatore tesserâ, unà cum conjurationis sociis interfecit.

4. Post cædem Rufini Eutropius Eunuchus, servili genere ortus, cùm in palatium irrepsisset, & ad dignitatem Præpositi evectus esset, præsenti tamen fortuna minime contentus fuit. Sed quòniã genitaliũ abscissio eũ ab imperio submovebat, persuasit Imperatori, ut

Α ἀ ϖξαιλέμϖ Θ, τὸ κεφάτ Θ τ ὀξυχῆς ἀπ
χθες καὶ γλώσσης εἶχεν, ἐν ὑπάρχε περτ
γοεία βασιλδύων τ βασιλδύοντ Θ. ὁ δὲ τ
ρ Θ ϑ αὐτῶν ὅις ὑπῆρχε τῶν βασιλέων ἐσερ
γν· ὁ μὲν γὰρ ῥεφῖν Θ, καὶ τὸ τ βασιλέως ὀ
νομα εἰς ἑαυτὸν μεθελκύειν ἐτέχναζεν· ὁ δὲ ἥλ
ϑ τῷ ἑαυτ πατδὶ δύχερέϊ ϖξιαπλέν ἠγωνίζε
το. ἀλλὰ τὸν μὲν ῥεφῖνον ὁ ἀπὸ ῥώμης ἀπα
κομιδεὶς σρατὸς, ὀπίσω τῷ Θεοδοσίῳ κ ϑ τ
ρέννε σωθεσρατδύσαντ Θ, ἐν τῷ λεγομέν
τειδεναλίῳ, ϖξὸς αὐτοῖς τοῖς ϑ βασιλέως
ποσὶ, ταῖς μαχαίραις καὶ ἐκόψαϑ· τὸ μὲν
Β ἔχουσες ἐντολὰς ϖξὰ σελίχων ϑ ἐξεργα
σαδ· τ τ Θ καὶ διότι μυκηδζων αὐτὸς ἐ
πεφώρατ· καὶ κατ' ἐκδίνω ἀπερράγη τὸν
ἡμέραν τ ζωῆς, καθ' ὃν ϑ σραδολόγα μι
νον ἐχὶ τὸν ἀλυρχίδα αὐτῷ ϖξιεξάλοιϑ· δι
μήκης δέ, φησι, ὁ ῥεφῖν Θ ὢν καὶ ἀνδρω
δης· καὶ τὸν σύνεσιν αὖ τε τῶν ὀφθαλμῶν
κινήσες ἐδήλεν, καὶ τῶν λόγων ἡ ἑτοιμότης·
ϑ ὀξυχάδη Θ βραχὺς τῷ μεγέϑ, καὶ λεπὸς
τὸν ἕξιν, καὶ ἀδρανὴς τὸν ἰσχύν, καὶ τ
χρῶμα μέλας· καὶ τὸν τ ψυχῆς νωθείαν ἡ
τελόγοι διήγγελλον, καὶ τῶν ὀφθαλμῶν ἡ φύ.
C σις, ὑπνιλῶς τε κ δυσαναφόρως ἀνδς δ ἀ
νύσα καϑελκομένους. ἀ καὶ τὸν ῥεφῖνον ἡ
πάτα, ὡς ἀξ αὐτῆς μόνης τ ὄψεως ὁ σρατὸς
αὐτὸν μὲν αἱρήσε ϑ χαίρων βασιλέα, ἀπο
σκυάσε ϑ ὃ τὸν ϑρακάδιον τὴν μὲν τοι κεφα
λὴν ῥεφίνε τεμόντες, τῷ σόματι λίθον ἐνέ
ϑεσαν ἐπὶ καμάκε οἷ ἀναρτήσαντες, πα
ραχῦ ϖξιέϑεον· καὶ τὴν δεξιὰν ὡσαύτως τε
μόντες, ἐν τοῖς ἐργασηρίοις τ πόλεως ϖερ
ῆγον, δότε τῷ ἁπλήσῳ, λέγοντες· καὶ τοῦτο
χρυσίον ἠαίτησις ἡρανίσαλο. διὰ γὰρ τ ϖερ
D ϑυμίῳ θεάματι ϖξὸς ϑ χρυσίον ἀφειδῶς
ἀνιδίδοσαν. ἀλλ' ὁ μὲν ῥεφίνε τ βασι
λείας ἔρως εἰς τ τοῦ ϖξιέκοψε. καὶ τὸν σελίχω
να ϑ, ὡς ϖρόσ λέγε, ἐπιβελλόμεν ϑ ὀνειρο
συσησάμενον, αὐτόν τε καὶ ϑ συσασιώτας
ὁ τὸ σωμάϑημα ϖρὰ ϑ βασιλέως δεξάμενος
σρατὸς ἀποσφάγιασιν.

4. Ὅτι δὐτρόπι Θ φησι μ ῥεφῖνον, ὃν
δ ἄλλων δύνε Θ εἰς τὰ βασίλεια παρεισδύ
καὶ τὸν τ ϖραιποσίτε τιμὸν ἀναδὰς τοῖ
ϖαρδσιν οὐκ ἠγάπησεν· ἀλλ' ἐπειδὴ ἀπ
τὸν ἠκ ϑμὸν τ ἀλυρχίδος ἀπεσέρϑ, πειϑὴ βα
σιλέα

σιλέα, παλεικιόν τε αὐλὸν, ⸂καὶ⸃ ὕπατον ἀναγρά- A ipsum Patricium & Consulem renuntiaret. Itaque Eunuchus, qui ne vilem quidem filium gignere poterat, pater deinceps Imperatoris fuit.

φειν. καὶ ὧ λοιπὸν παλὴς ὁ εὐνοῦχος βασιλέως, ὁ μηδὲ ⸂τὴν τυχοῦσαν⸃ παῖδα φῦναι δυνάμενος.

5. Ὅτι φησὶν Εὐνάπιος ⸂ὁ σοφιστὴς⸃ καισαρείῳ τὴν ῥοφίνου διαδεξαμένῳ ἀρχὴν, εὐνόμιον ἐκ τῶν δακοροηνῶν ⸂μονῶν⸃ τύανα μεταστῆσαι, ἵνα τῶν ἐκεῖ μοναζόντων τηρηθῇ μνῆμον. βασκαίνων γὰρ αὐτῷ τῇ κλέους, καὶ τὸν νεκρὸν αὐτοῦ ταφῆς τυχεῖν τῆς μετὰ τοῦ διδασκάλου συνεχωρήσας, καίτοι πολλὰ πολλῶν δεηθέντων. ἀλλὰ καὶ τὰς βίβλους αὐτοῦ δημοσίοις γράμμασιν ἀφανίζεσθαι διεκέλευσε.

5. Eutropius, ut ait Philostorgius, Cęsario qui post Rufinum prętecturam prætorii administrabat, mandavit, ut Eunomium ex agro Dacoreno Tyana transferret, à Monachis qui illic erant servandum. Invidens quippe Eunomii gloriæ, ne cadaver quidem ejus coīnune cum magistro sepulchrum sortiri permisit, idq; licet plurimi id enixe flagitassent. Sed & libros ejusdem Eunomii, publicis edictis jussit aboleri.

6. Ὅτι φησὶν Ἀρκάδιος ὁ βασιλεὺς μὴ B θάνατον ⸂τοῦ⸃ πατρὸς, θυγατέρα Βαύδωνος ἀγέ⸂γ⸃γαμε γυναῖκα· ὁ δὲ, βάρβαρος μὲν ⸂τὸ⸃ γένος, στρατηγίᾳ δὲ ⸂τὴν⸃ ἑσπερίαν διαπρέψας· τὸ δὲ γύναιον, οὐ ⸂τὴν⸃ τοῦ ἀνδρὸς διέκειτο νωθείαν, ἀλλ' ἐνῆν αὐτῇ βαρβαρικὴ θράσος οὐκ ὀλίγον· αὐτῇ δὲ θυγατέρας ἤδη τῷ Ἀρκαδίῳ δύο, Πουλχερίαν ⸂τε⸃ Ἀρκαδίαν ἐγεγάλατο. ὕστερον δὲ καὶ μαεῖναν, καὶ γὰρ ἐτέτεκε Θεοδόσιον. τότε δ' οὖν τῶν δύο παίδων μήτηρ οὖσα, ὥσπερ εὐροπίᾳ ψευδειθεῖσα, ὡς ⸂τε⸃ ἀπειλῷ αὐτῇ ἐπενεγκεῖν, τῶν βασιλείων θᾶττον ἀποπέμψασθαι· ὡς εἶχεν ἀνακαλισαμένη τὰ παιδία διὰ χειρὸς C ἑκάτερας, ⸂προσέρχεται⸃ τῷ ἀνδρί. καὶ κωκύσασα ἅμα, καὶ τὰ βρέφη ⸂προτεινομένη⸃, δακρύων ἠφίει λιβάδας, καὶ ἄλλα ἐποίει ὅσα γυνὴ φλεγμαίνουσα, γυναικείᾳ τέχνῃ ⸂πρὸς τὸ⸃ παθητικώτερον ἐφελκύσασθαι τὸν ἄνδρα. τῷ δὲ Ἀρκαδίῳ οἶκτός τε τῶν παίδων εἰσῆλθε, ἐκ τῆς ⸂προσ⸃ τὴν μητέρα συμπαθείας βραῦκανομένων, ⸂καὶ⸃ ὀργὴ ἀνῆφθη. καὶ δὴ τότε τοῖς τε θυμοῖς ⸂τῷ δι' αὐτῶν⸃ ἐμβριθείᾳ τῶν λόγων ὁ Ἀρκάδιος Βασιλεὺς ἰδὼν· ὅθεν αὐτίκα τὸν εὐτρόπιον τιμῆς τε ἁπάσης ⸂ἀπεδύσε⸃, καὶ τὸν πλοῦτον ἀφαιρεῖται, καὶ εἰς κύπρον τὴν νῆσον φυγαδεύει. μεθ' D ὁπλοῦ δέ τινων ἀπενεγκάντων καθ' αὐτοῦ γραφὰς, ὡς ὁπόταν ὕπατος ἐγεγόνει, βοσκήμασιν ἀπειρήκοι, ὅις ἑτέροις τῶν ἄλλων ἐξεῖναι, μὴ ὅπερ μόνῳ βασιλεῖ, μεταπεμπτὸς ἀπὸ κύπρου γενόμενος, καὶ σωφρονίσας τὸ καλούμενον πανυχίον καθεστῶτος, ἀνθέμιανὸς δ' ὑπάρχου ἑτέρου τ' ἐν ταῖς ἀρχαῖς ⸂φανέντων⸃ ἀρχόντων διεσκοπεῖτο τὰ καταγορευόμενα αἰτίας ὁ εὐτρόπιος ἁλούς, τὴν κεφαλὴν ἀφῃρέθη. ἀλλ' ὁμοῦ φιλοστόργιος ταῦτα περὶ εὐτρο-

6. Arcadius Imperator, post patris obitum filiam Baudonis duxit uxorem. Erat autem Baudo natione Barbarus, & Magisterio militum in Occidentis partibus perfunctus fuerat. Porro mulier, longe à viri desidia ac socordia distabat. Inerat enim ei nonnihil barbaricæ audaciæ. Susceperat jam ex ea Arcadius filias duas, Pulcheriam & Arcadiam. Postmodùm verò Marinam quoque & Theodosium filium ex ea sustulit. Tunc igitur cùm duorum tantum liberorum parens esset, ab Eutropio contumeliâ affecta: minatus enim ei fuerat Eutropius, se palatio eam propediem ejecturum esse, liberos suos ambabus ulnis complexa, sicut erat, ad maritum accessit: & lamentans simul ac liberos prætendens, lachrymarum imbrem profudit. Alia item adjecit, quæ mulieres iratæ muliebri arte facere solent, quibus mariti animum ad miserationem vehementiùs concitent: Tum verò Arcadius, & miseratione infantium commotus est, qui naturali quodam impulsu unà cum matre ejulabant; & irâ exarsit. Ac tum demum Arcadius, ira eum inflammante & verborum vigorem ei suggerente, Imperator apparuit. Statim igitur Eutropium omni dignitate exuit, opesq; ei ademit, & in Cyprum insulam eum relegavit. Nec multo post, cùm nonnulli eum accusassent, quòd consul factus ornamentis iis usus esset, quibus nemini præter Imperatorem uti licebat, ex Cypro revocatus est. Cumque Judices Pantichio consedissent, Aurelianus verò Præfectus prætorio, & alii qui præcipuos Magistratus gerebant ad exercendam quæstionem constituti essent, Eutropius convictus criminis cujus accusabatur, capite pœnas dedit. Et Philostorgius quidē de Eutropio ista scribit.

Alii verò alias causas referunt, ob quas Eutropius dignitate nudatus ac relegatus, & postremò capite mulctatus est.

7. Ait Philostorgius, sua adhuc ætate tantam hominum luem exstitisse, quanta nunquam superiori memoria extiterat. Atq; hoc ait portendisse stellam quæ instar gladii apparuerat. Neq; enim militares copiæ tantum, ut superioribus bellis consumptæ sunt: Neq; in parte aliqua orbis terrarum calamitates substituerunt. Verùm cujuscunque conditionis homines interierunt: & tum universa Europa, tum Asiæ non minima pars funditùs periit. Africæ præterea magna pars, ac præcipue ea quæ Romanis parebat. Nam & Barbaricus ensis maximam hominum multitudinem delevit: Et pestilentia ac fames, & aggrestium ferarum greges simul incubuerunt. Ad hæc terræmotus gravissimi, urbes ac domos à fundamentis ipsis evertentes, in exitium inevitabile projecerunt. Hiatus quoque terræ in quibusdam locis ruptæ ac dehiscentis, subitaneũ sepulchrum incolis præbuit. Aquarum item è cœlo cadentium diluvia quibusdam in locis: alibi verò siccitates flammeæ, & ignis turbines cœlitus immissi, multiplicem atque intolerabilem intulerunt calamitatem. Sed & grando, lapide manum implente major, multis in locis decidit. Deprehensa enim est alicubi, quæ octo librarum, ut vocant, pondus æquaret. Nivium præterea vis & frigoris immanitas, eos quos alia calamitas non præripuerat, corripiens, vitâ privavit, Dei indignationem manifeste denuntians. Verùm singula commemorare, humanis viribus majus videtur.

8. Hunni qui Scythiam quæ trans Istrum sita est occupaverant prius ac devastarant, postea amnem gelu constrictum trajicientes, in Romanorum ditionem irruperunt, & per universam Thraciam diffusi, totam Europam depopulati sunt. Hunni autem Orientales, trajecto amne Tanai, in Orientis provincias effusi, per majorem Armeniam in Regionem quæ Melitine dicitur, irruerunt. Exinde Euphratensem aggressi, ad Cœlesyriam usque penetrarunt: & percursâ Ciliciâ, incredibilem hominum cædem perpetrarunt. Mazices præterea & Ausoriani, qui inter Africam ac Libyam sedes habent, ab Orientali quidem ipsorum plaga Libyam devastarunt, & Ægypti haud exiguam partem simul oppresserunt.

A λέγει· ἕτεροι δὲ ἄλλας αἰτίας, καὶ τὸ ἀξιω-
λυθῆναι τῆς ἀρχῆς, καὶ τῆς ὑπατείας, καὶ
δὴ καὶ τὸ θανάτῳ ἀνισορρόπως.

7. Ὅτι φησὶ κομήτην ἐπ' ἐμὲ γενημένης χρό-
νους τοσαύτη φθορὰ γέγονεν ἀνθρώπων, οἵαν
οὐδεὶς χρόνος ἐξ αἰῶνος ἔγνω. κομήτην δὲ τοῦτον
τὸν ξιφίαν σημαίνειν ἀστέρα· οὐ γὰρ μόνον τὸ μα-
χιμον, ὥσπερ πάλαι κομήτην ἐμπεσόντων πολέ-
μους, ἀπωλώλη, ἀλλ' ὅτι μέρος γῆς τὰ πάν-
τα συνέσχη. ἀλλὰ πάντα μὲν διεφθάρη γένη
B πάσα δ' ἀπόλωλεν ἡ εὐρώπη, καὶ τῆς ἀσίας οὐ
ὀλίγη μοῖρα συνδιεφθάρη· ἀλλὰ καὶ τῆς λιβύης
πολλὴ, καὶ μάλιστα γε ὅση ῥωμαίοις ὑπῆκτο·
βαρβαρικὴ μὲν γὰρ τὸ τῆς φθορᾶς πλῆθος
εἰργάζετο μάχαιρα· λιμὸς δὲ καὶ λοιμὸς, καὶ
θηρίων ἀγρίων ἀγέλαι συνεπελήφθησαν· σει-
μοί τε ἐξαίσιοι πόλεις καὶ οἰκίας ἀναστάτους
βάθρων, εἰς τὸ ἀφυκλότατον τὸν ὄλεθρον συν-
έφερον. καὶ χάσματα ἐν γῆς ἐνιαχοῦ τοῖς ἀπο-
τόροις ὑπορρηγνυμένης, τάφος ἐν αὐτοσχε-
δίῳ. ἐπικλυσμοί τε ἐξ ἀέρος ὑδάτων, καὶ
καθ' ἄλλους ἀνὰ χμοὶ φλογώδεις, πρηστῆρες τε
ἦσιν οἷς ἐμβάλλομένοις, ποικίλον τε τὸ θεῖον
C ἐποίουν καὶ ἀφόρητον· καὶ δὴ καὶ χάλαζα μει-
ζων ἢ κατὰ χερμάδα πολλαχοῦ γῆς κατέφερε-
το. ἄχει γὰρ καὶ ὁλίῳ τῷ λεγομένων λιτρῶν
ἑλκυσαβάρης, ὥφθη καλασκήψασα· χιό-
νος δὲ πλῆθος καὶ κρυμῶν ὑπερβολαὶ, ὡς ἄλλο
πλὴν ἢ θεομηνίᾳ πάσας, τούτους καλαλαμβά-
νουσα ἐξ εἴδους ἐξέλαυνον, καὶ σαφῶς τὴν θείαν ἀ-
νεκήρυττον ἀποστροφήν· ἃ καθ' ἕκαστον ἐπεξιέ-
ναι, ὑπὲρ πᾶσαν ἀνθρωπίνῳ ἂν εἴη δύναμιν.

8. Ὅτι τῷ ὄντων φησὶν οἱ μὲν, τὸν ἔνδοθεν ἱστο-
σκυθίας τὴν πολλὴν χειρωσάμενοι καὶ διαφθεί-
ραντες πρότερον, ἔπειτα παγέντα τὸν ποταμὸν
D διαβάντες, ἀθρόως εἰς τὴν ῥωμαίων εἰσπλάσαν
καὶ πᾶσαν ἀναχθέντες τὴν θρᾴκην, ὅλην τὴν
εὐρώπην ἐλῄσαντο. οἱ δὲ πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα,
τὸν τάναϊν ποταμὸν διαβάντες, καὶ τὴν ἑῴαν ἐπεξ-
ελθόντες, διὰ ἀρμενίας μεγάλης εἰς τὴν καλου-
μένην μελιτινὴν καλεῤῥάγησαν. ἐνταῦθα δὲ
εὐφραθησίαν τε ἐπέθεσαν, καὶ μέχρι τοῦδε
συνείας ἤλασαν. καὶ τὴν κιλικίαν καλαβαμίν-
τες, φόνον ἀνθρώπων εἰργάσαντο ἀνισόρροπον·
οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ μάζικες καὶ αὐσωριανοὶ
μελαξὺ δὲ λιβύης καὶ ἄφρων οὖσοι νέμονται. καὶ
μὴν τὸ ἑωθινὸν αὐτῶν κλίμα τὴν λιβύην ὅλην
ῥήμωσαν, καὶ σὺν αἰγύπτου μοῖραν οὐκ ἐλαχίστην

συνδιώλεσαν. ἄφροις τε ἐμβαλόντες καὶ δυόμοιρον ἥλιον, τὰ πλησιαίτατα ἔδρασαν. ἀλλ' ἐπὶ τούτοις πᾶσι Τριγιβίλδος ἀνὴρ Σκύθης μὲν γένος, τῶν νῦν ἐπικαλουμένων Γότθων, πλεῖσα γὰρ καὶ διάφορα τούτων ἔστι τὰ Σκυθῶν γένη, ἔστι δὲ δύναμιν βαρβαρικὴν ἔχων, καὶ ἐν Φρυγίᾳ ἐν τῇ Νακωλείᾳ καθεζόμενος, καὶ κόμητος ἔχων τιμὴν, ὁπ φιλίας εἰς ἔχθραν ῥωμαίων ἀπορραγεὶς, ἀπ' αὐτῆς Νακωλείας ἐξάρμενος, πλεῖστας τε πόλεις τῆς Φρυγίας εἷλε, καὶ πολὺν φόνον ἀνθρώπων εἰργάσατο. ἐφ' ὃν Γαϊνᾶς ὁ στρατηγὸς ὑπεμφθεὶς, βάρβαρος δ' ἦν καὶ αὐτὸς, προὔδωκε τὴν νίκην, τὰ ἴσα καὶ αὐτὸς ῥωμαίοις δρᾶσαι διανοούμενος. ἐκεῖπεν ὁ Τριγιβίλδος ὡς δὴ φεύγων τὸν Γαϊνᾶν διαφυγὼν, τήν τε Πισιδίαν καὶ τὴν Παμφυλίαν ἐπιὼν καταλυμαίνατο. εἶτα πολλαῖς καὶ αὐτὸς πρότερον δυσχωρίαις τε καὶ ἰσαυρικαῖς μάχαις ἀποτριφθεὶς τὴν ἰσχὺν ἐπὶ τὸν ἑλλήσποντον διασώζεται. καὶ περαιωθεὶς ἐπὶ τὴν θρᾴκην, ἐμὴ πολὺ διαφθείρει. Γαϊνᾶς δὲ μὴ τὴν προδοσίαν ἐν τῷ στρατηγεῖ σχήματι πρὸς τὴν κωνσταντινούπολιν ἐπανελθὼν, εἰς μελέτην ἦκε ταύτην προαγαγέσθαι. ὀρανία δέ τις ἔνοπλος ἐπιφανεῖσα δύναμις, καὶ σὺν ἐπιβαλεῖν ὁρμηθέντας τῇ πράξει δειμαλέους ἐποίησε, τὴν μὲν πόλιν τῆς ἁλώσεως ῥύσασθαι, ἐκείνους δὲ φωραθέντας, ταῖς ἀνθρωπίναις ἐκδίδωσι, καὶ φόνος αὐτῶν ἐρρύη πολύς. ὁ Γαϊνᾶς εἰς τοσοῦτον καλέσας δέος, ὡς αὐτίκα νυκτὸς ἐπεχούσης, μετ' ὀλίγων ἠδυνάθη σὺν ἐπὶ τῶν πυλῶν βιασάμενος, ἐξελαύνει τῆς πόλεως. ἐπεὶ δὲ ἡ θρᾴκη ἐξηρήμωτο, καὶ ὅτε παρέχοι τι τῶν ἐπιτηδείων τοῖς δυναμένοις, ὅτε φθορὰν ἄλλην ἐνεγκεῖν, ἐπὶ χερρόνησον ὁ Γαϊνᾶς ἐστέλλετο, σχεδίας διανοούμενος ἐπὶ τὴν ἀσίαν διαπεραιοῦσθαι. διαγνωσθείσης δὲ τῷ βασιλεῖ τῆς αὐτοῦ διανοίας, πέμπεται στρατηγὸς κατ' αὐτοῦ Φραυίτας, γένος μὲν τὸ γένος, ἕλλην δὲ τὴν δόξαν, πιστὸς δ' ἐν ῥωμαίοις, καὶ τὰ πολέμια κρατιστος. ἔστι δὲ ᾧ Γαϊνᾶς προέπεμπε τὸν ὑπ' αὐτῷ στρατηγὸν ταῖς σχεδίαις διαπεραιοῦσθαι, νύκτωρ ὅλῳ συμπλέκεται ταύταις, καὶ ὅπλοις πάντας τοὺς συμπλέοντας ταῖς σχεδίαις διαφθείρει. ἐξ ὧν Γαϊνᾶς τὰ καθ' ἑαυτὸν ἀπογνοὺς, εἰς τὰ τῆς θρᾴκης ἀνωτέρω φεύγει, καί τινες τῶν ἄννων ἐπολλοῖς διαῤῥυέντος χρόνῳ

A Ab occidentali autem plaga Afros aggressi, simili clade affecerunt. Præter hos omnes Barbaros, Trigibildus quoque, vir natione Scytha, ex iis qui nunc Gothi nominantur: horum enim Scytharum gentes sunt numero plurimæ ac discrepantes: hic igitur cùm Barbarorum copias circa se haberet, & Nacoliæ in Phrygia resideret, Comitis dignitate decoratus; ex amico repente hostis Romanorum efficitur. Et ab ipsa exorsus Nacolia, plurimas Phrygiæ urbes occupavit, magnamq; hominum stragem fecit. Contra hunc missus Gaina Magister militum, ipse quo-
B que natione Barbarus, victoriam prodidit, cùm & ipse paria adversus Romanos moliretur. Exinde Trigibildus, quasi Gainam fugiens, in Pisidiam ac Pamphyliam invasit, easque depopulatus est. Dein variis locorum difficultatibus & Isauricis præliis attritus, tandem in Hellespontum evasit. Unde cùm in Thraciam trajecisset, non multò pòst extinctus est. At Gaina post proditionem cum Magistri militum
C dignitate reversus Constantinopolim, eam occupare conatus est. Verùm cœlestis quidam exercitus, conspectus ab iis qui rem executioni mandare aggressi erant, cùm eos perterruisset, urbem quidem expugnationis periculo liberavit: illos verò deprehensos, hominum vindictæ tradidit. Ingens itaq; eorum cædes perpetrata est. Gaina verò tanto metu perculsus fuit, ut statim nocte superveniente, cum iis quos colligere potuit, portarum custodes vi facta perrumpens, ex urbe egressus sit. Quoniam verò Thracia penitus vastata erat, ac neque necessariorum quidquam præbere, neque aliam depræda-
D tionem sustinere jam poterat, Gaina in Cherronesum trajecit, ratibus inde in Asiam transfretare cogitans. Quod quidem ejus consilium cùm Imperator didicisset, missus est contra illum Fravita Magister militiæ, Gothus quidem natione, sed religione paganus: fidus autem Romanis, & rei militaris peritissimus. Hic igitur, dum Gaina exercitum suum in oppositam continentem ratibus trajiceret, navibus armatis in eas invectus, levi negotio cunctos, qui illis vehebantur, confecit. Quare Gaina nullam sibi spem relictam videns, in superiora Thraciæ loca aufugit. Nec multò pòst Hunni quidam impetu facto eum interfecerunt: ca-

putque ejus sale conditum Constantinopolim perlatum est. Præter has calamitates, Isaurorum gens varias clades intulit Romanis. Nam ad Solis quidem Ortum Ciliciam percursarunt, & finitimam Syriam, non eam solum quæ Cœle dicitur, sed & eam quæ ad Persas usq; pertingit. Ad Japigem autem & Thrasciam ventos, Pamphyliam invaserunt, & Lyciam populati sunt. Cyprum quoq; insulam vastarunt: Lycaonas item ac Pisidas in servitutem abduxerunt. Cumq; Cappadocas sedibus suis expulissent & captivos egissent, ad Pontum usque progressi sunt & atrociùs quàm reliqui Barbari in captivos sævierunt.

A ἐπελθόντες, αὐτὸν ἀναιρέσι· καὶ ἡ κεφαλὴ περιχθεῖσα, εἰς κωνσταντινούπολιν κομίζεται. χωρεῖς δὲ τῶν εἰρημένων κακῶν, ὡς τὸ ἴσαυρων γένος, παντοδαπὲς ἐπήνεγκεν ὀλέθρους τῇ μὲν γὰρ ἡλίου ἀνιοχοῦσα, τῷ τε κιλικίαν καὶ συρίαν τὴν κοίλην καλουμένην, καὶ τὴν ὁμορον συρίαν. οὐ τὴν κοίλην μόνον, ἀλλὰ ὡς τὴν ἄλλως μέχρι πρὸς αὐτὴν ἀφικομένην. κατὰ δὲ ἰάπυγα ἄνεμον καὶ θρᾳκίαν, παμφυλίαν τε ἐπῆλθον, καὶ λυκίους διέφθειρον. κύπρον τε τὴν νῆσον καθεῖλον. ψάμμοι, λυκάονάς τε καὶ πισίδας ἠνδραπόδισαν· καὶ καππαδόκας τοὺς πλείστους ἀνασήσαντες, ἄχρι ὡς ἐπὶ τὸν πόντον διεκινδύνευσαν. καὶ τῶν ἄλλων βαρβάρων τὰ χείρισθ' ὑβρίσματα ἐξήνεγκαν.

B

EX LIBRO DUODECIMO HISTORIÆ.

1. PHILOSTORGIUS cùm ob alia multa Stiliconem graviter perstringit, tùm affectatæ tyrannidis reum fuisse scribit. Refert etiam quomodo Olympius quidam Magister, gladium qui adversus Imperatorem strictus erat in palatio, manu sua corripiens, seipsum quidem læserit, Imperatorem verò servarit, eiq; ad occidendum Stiliconem qui tunc Ravennæ morabatur, operam ac ministerium suum commodaverit. Alii hunc non Olympium, sed Olympiodorum nominant: Nec Imperatori suppetias eum tulisse dicunt, sed Stiliconi bene de se merito insidias struxisse, eumque affectatæ tyrannidis falsò accusasse. Nec Magistrum eo tempore adhuc fuisse scribunt, sed post injustam Stiliconis cædem, eam dignitatem præmii loco accepisse. Eundem tamen haud multo post fustibus interfectum, nefariæ cædis pœnas pependisse Stiliconi.

2. Iisdem temporibus Alaricus, natione Gothus, circa superiores Thraciæ partes collecto exercitu, in Achaiam irrupit, & Athenas cepit: Macedonas quoque & finitimos Dalmatas populatus est. Illyricum præterea invasit, & Alpes transgressus, in Italiam intravit, à Stilicone, qui tunc adhuc superstes erat, evocatus, ut ait Philostorgius, qui quidem Alpium etiam claustra ei reseravit. Omne enim insidiarum genus adversus Imperatorem struxisse ait Stiliconem, nec ob id saltem reveritum esse quòd generum illum haberet, data illi in matrimonium filia; sed potionem ei præbuisse, qua procreandæ

C

D

ΕΚ ΤΗΣ ΔΩΔΕΚΑ ΤΗΣ ἱστορίας.

1. ΟΤΙ φιλοστόργιος, ὃς ἐν ἄλλοις πολλοῖς σελίχωνος κατηγορεῖ, καὶ τυραννίδος ἔνοχον γράφει. καὶ ὡς ὀλύμπιος τις τῶν μαγίστρων, φερόμενον τὸ βασιλικὸν ἐν τῷ παλατίῳ τὸ ξίφος ἀνειλαβὼν τῇ χειρὶ, ἑαυτὸν μὲν ἐλυμήνατο, τὸν βασιλέα δὲ διέσωσε. καὶ συνεργὸς αὐτῷ καλέσηται πρὸς τὴν αἵρεσιν σελίχωνος, καὶ τὴν ῥάβενναν διαλεύσαντος. ἄλλοι δὲ οὐκ ὀλύμπιον, ἀλλ' ὀλυμπιόδωρον φασίν. ἐπαμύναι τῷ βασιλεῖ ἀλλ' ἐπιβουλεῦσαι τῷ εὐεργέτῃ σελίχωνι, καὶ εἰς τυραννίδα συκοφαντῆσαι αὐτόν· καὶ ἐπὶ μάγιστρον τηνικαῦτα εἶναι, ἀλλ' ὕστερον μετὰ τὸν ἀδικον τοῦ σελίχωνος φόνον, ἐπαθλον τὴν ἀξίαν λαβεῖν. ἀλλ' οὐκ εἰς μακρὸν καὶ αὐτὸν ῥοπάλοις ἀναιρεθέντα, τῆς μιαιφονίας τὴν δίκην ἀπολῖσαι τῷ σελίχωνι.

2. Ὁμοίως δὲ περιρρήγνυσι χρόνος καὶ σελίχωνος γόητος τὸ γένος, περὶ τὰ τῆς θρᾴκης ἄνω μέρη δύναμιν ἀθροίσας, ἐπῆλθε τῇ ἑλλάδι, καὶ τὰς ἀθήνας εἷλε, καὶ μακεδόνας, καὶ δὴ καὶ περισχεῖς δαλμάτας ἐληίσατο. ἐπῆλθε δὲ καὶ τὴν ἰλλυρίδα, καὶ τὰς ἄλπεις διαβὰς, ταῖς ἰταλίαις ἐνέβαλε· σελίχωνι δὲ, ὡς φασὶ λέγει, ζῶντι μεθάπεμπτος ὢν, ὃς αὐτῷ καὶ τὰς τῶν ἄλπεων πύλας διήνοιξε. καὶ γὰρ ἐπίβουλας πάσας σελίχωνα κατὰ βασιλέως παλαμᾶσθαι, καὶ μήθ' ὅτι γαμβρὸν αὐτὸν εἶχεν ἐπὶ θυγατρὶ δυσωπεῖσθαι, ἀλλὰ καὶ φάρμακον αὐτῷ

ἀγωνίας ἐγκεφάσας. ἐλελήθει δ' ἄρα ἑαυτὸν, ἐν τῷ παιδάριον τὸν υἱὸν δύσχειρον ἀνακηρύξειν ἀθρόως βασιλέα, τὸν διάδοχον τῆς ἀρχῆς καὶ θεσμοῖ βασιλείας προεκθεόμενος καὶ ζημιούμενος. οὕτω δὲ καταφορον καὶ ἀδεᾶ τὴν τυραννίδα προενεγκεῖν τὸν στελίχωνα λέγει, ὡς καὶ νόμισμα, μορφῆς λαπτύσης μόνης, κόψαντα.

3. Ὅν στελίχωνος ἀνηρημένου, οἱ συνόντες βάρβαροι τὸν ἐκείνου παῖδα λαβόντες, τὴν ταχίστην ὤχοντο· καὶ τῇ ῥώμῃ πλησιάσαντες, τὸν μὲν ἐφεῖσαν εἰς τινα τῶν ἀσύλων ἱερῶν καταφυγεῖν· οἱ δὲ τὰ τῆς πόλεως πέριξ ἐπόρθουν, τῶν μὲν τῷ στελίχωνι τιμωρησάντες, τῶν δὲ λιμῷ πιεζόμενοι. ἐπεὶ δὲ παρὰ ὀνωρίου γράμμα, κρεῖττον τῆς ἀσυλίας γενόμενον, ἀναιρεῖ τὸν δύσχειρον, διὰ ταῦτα συμμίξαντες οἱ βάρβαροι ἀλαρείχῳ, εἰς τὸν πρὸς ῥωμαίους αὐτῶν ἐξορμῶσι πόλεμον· ὁ δὲ θᾶττον καταλαμβάνει τὸν πόρτον· μέγιστον δὲ ὂν τοῦτ' νεώριον ῥώμης, λιμέσι πρισὶ περιγραφόμενον, καὶ εἰς πόλεως μικρᾶς περιγενόμενον μέγεθος. ἐν τούτῳ δὲ ὁδημοσίου ἅπας σῖτος καὶ παλαιὸν ἔθος ἐταμιεύετο· ἑλὼν δὲ ῥᾳδίως τὸν πόρτον, καὶ τῇ σιτοδείᾳ, ἣ ταῖς ἄλλαις μηχαναῖς πολιορκήσας τὴν ῥώμην κατὰ κράτος αἱρεῖ καὶ ψηφισαμένων τῶν ῥωμαίων τοῦτο δὲ αὐτοῖς ἀλαρίχου ἐνεδίδου, ἄτταλον αὐτοῖς ἀναγορεύει βασιλέα. ἦν δὲ ἰὼν μὲν ἦν τὸ γένος ἕλλην δὲ τὴν δόξαν, τῆς αὐτῆς δὲ πόλεως ἔπαρχος. ἔσχε δὲ λοιπὸν μετὰ τὴν ἀναγόρευσιν, τὸ λεῖψανον τῶν ῥωμαίων, ὅπερ ὁ λιμὸς αὐτὸς καὶ ἡ ἀλληλοφαγία ὑπελείπετο, προφὴν αὐτοῖς κομίζειν ἀπὸ τοῦ πόρτου ἐφίησιν. εἶτα τὸν ἄτταλον λαβὼν, καὶ στρατηγὸν ἅμα πλεῶν αὐτῷ, ἐπὶ τὴν ῥαβενναν καθ' ὁνωρίου στρατεύει καὶ κελεύει ἄτταλον τὸν ὀνώριον, τὸν ἰδιώτην ἀνθελέσθαι βίον, καὶ τῶν τοῦ σώματος ἀκρωτηρίων τῇ περικοπῇ τὴν τοῦ ὅλου σωτηρίαν ὠνήσασθαι. σάρος δὲ, ὃς μετὰ στελίχωνα τὴν στρατηγικὴν ἀρχὴν ὀνωρίου δεδωκότος εἶχε, συμβαλὼν ἀλαρείχῳ, κρατεῖ τῇ μάχῃ, καὶ τῆς ῥαβέννης ἀποδιώκει. ὁ δὲ τὸν πόρτον καταλαβὼν, ἀποδύει μὲν τῆς βασιλείας τὸν ἄτταλον· οἱ μὲν φασὶ,

A sobolis facultas adimeretur, neq; illud animadvertit, se dum Eucherium filiũ Imperatorem contra jus fasq; renuntiare studeret, nepotem cui successionis jure Imperium debebatur, ante adultum florem succidere ac perdere. Porro Stiliconem adeo manifeste ac sine ullo metu tyrannidem exercuisse scribit, ut etiam nummos percuteret, in quibus præter ipsi⁹ effigiẽ nihil deerat.

3. Interfecto Stilicone, Barbari qui unà cum illo erant, assumpto ejus filio statim abscesserunt. Cumque Romam appropinquassent, huic quidem permiserunt, ut in templum quoddam, B quod jure Asyli fruebatur, confugeret. Ipsi verò cuncta quæ circa urbem erant vastarunt: tum ut Stiliconem ulciscerentur, tum quòd fame pressi erant. Ubi verò litteræ ab Honorio missæ jure Asyli potentiores, Eucherium morte mulctarunt, post hæc Barbari Alarico juncti, eum ad expugnandam urbem Romam incitarunt. Hic verò confestim Portum occupavit. Id autem est maximum navale urbis Romæ, tribus portubus constans, & in parvæ urbis magnitudinem extensum. Illic etiam annona publica juxta veterem consuetudinem erat recondita. Cùm igitur Alaricus Portum levi negotio occupas- C set, urbem Romam tum annonæ penuriâ, tum reliquis machinamentis expugnavit. Et Romanis decernentibus: Id enim illis Alaricus permiserat: Attalum Imperatorem renuntiavit: Ortus hic erat ex minore Asia: religione quidem paganus, dignitate verò Præfectus urbis Romæ. Post nuncupationem Imperatoris Attali, Alaricus permisit deinceps reliquiis populi Romani, his scilicet quos fames & humanorum corporum comestio reliquos fecerat, ut annonam sibi ex portu conveherent. Assumpto deinde Attalo, Magistri militum munere eidem fungens, Ravenna adversus Honorum cum exercitu D proficiscitur. Inter hæc Attalus mandavit Honorio, ut privatam potius vitam eligeret, & extremorum membrorum abscissione totius corporis salutem redimeret. Sarus verò, cui post Stiliconis necem Honorius magisterium rei militaris contulerat, initio adversus Alaricum prælio, eum superavit, & ab urbe Ravenna longius fugavit. Tum verò Alaricus occupato portu, Attalum Imperio exuit: sive quòd accusatus fuerat,

quasi malevolo animo esset erga Alaricum: sive ut alii dicunt, eo quod Alaricus in mente habebat, fœdus cum Honorio inire, ac prius è medio tollendum esse ducebat eum qui impedimento esse videbatur. Post hæc Alaricus Ravennam reversus, cùm fœdus obtulisset Honorio, à supra memorato Saro repulsus est, eum qui audaciæ suæ pœnas dare debuisset, indignum esse affirmante qui inter amicos numeraretur. Iratus ob hæc Alaricus, anno post primam irruptionem in Portum urbis Romæ, tanquam hostis infestis signis Romam versùs contendit. Exinde verò tantæ gloriæ magnitudinem ac potentiæ famam externus ignis, & hostilis gladius, & Barbarica captivitas, quasi sortitò inter se diviserunt. Dum urbs Roma in ruderibus esset, Alaricus Campaniam deprædatus est. Atque illic morbo correptus occubuit.

A

B

4. Uxoris autem ejus frater Adaulfus ei successit. Qui Placidiam Honorii sororem, quam Alaricus captivam ab urbe Roma secum abduxerat, sponsam accepit; repudiata priore uxore, quæ ex Sarmatarum gente erat oriunda. Ac tunc demum testaceo generi copulatum esse, ait Philostorgius, eum qui ex ferrea stirpe erat oriundus. Neq; tunc solum, sed & rursus tunc cùm Adaulfus matrimonii jure Placidiam sibi sociavit, tunc enim testacea natura conjuncta est ferreæ. Sed quoniam Scriptura dicit, non diu permansuram esse eam conjunctionem, idcirco Constantius qui Placidiam adamabat, hanc spem animo conceperat, se si Adaulfum bello superasset, Placidiam sibi sponsam accepturum esse. Nec multo post Adaulfus, cùm multa gravia facinora iracundiâ ipsum impellente perpetrasset, à quodam domestico suo interficitur. Exinde Barbari fœdus cum Honorio percusserunt, & Placidiam sororem atque Attalum Imperatori Honorio tradiderunt, cùm priùs ipsi annonas ab Imperatore, & partem Galliæ ad agros excolendos accepissent.

C

D

5. Post hæc autem Roma à gravissimis malis paululùm respirans, incolis frequentari cœpit. Et Imperator cùm eò advenisset, manu simul & lingua ædificationem urbis comprobavit. Cumq; supra tribunal ascendisset, ad primum ejus gradum transire Attalū jussit. Post hæc dextræ man⁹ duos digitos ei abscisi-

μὴ δύνειν εἶναι διαβληθέντα· ὃ δὴ ὅτι προδὰς διενοεῖτο πρὸς ὀνώμενον θεὸς, καὶ τὸ δοκοῦν ἐμποδὼν ἐσάναι, δέον ἡγεῖτο προαποσκευάσασθαι. μεθ' ὃ τοῦτο πρὸς Ῥαβένναν ὁ Ἀλάριχος ἐπανελθὼν, καὶ πρεσβείας πρὸς τὸν Ὀνώριον ἐκπέμψας διεκρούσθη σὺν φασιν τὸν δίκας ὀφείλοντα τῷ τολμηθέντι, μὴ ἀνάξιον εἶναι φίλοις συντάττεσθαι. ἐνθεῦτεν ἀλάριχος ὀργισθεὶς μετὰ ἐνιαυτὸν τὴν πρεσβείας ἐπὶ τὸν πόλεμον ἐφόδου, ὡς πολέμιον ἀπειλούμενος τῇ ῥώμῃ. καὶ τὸ συλλεσθὲν τοσαύτης δόξης τὸ μέγεθος, καὶ τὸ τῆς δυνάμεως ἀφεώνυμον, ἀλλόφυλον πῦρ καὶ ξίφος πολέμιον, καὶ αἰχμαλωσία καθ' εἱμαρμένην ἐδέξατο. ἐν ἐρήμοις δὲ τῆς πόλεως κειμένης, ἀλάριχος τὰ καλὰ καμπανίαν ἐληίζετο, κἀκεῖ νόσῳ φθείρεται.

4. Ὁ δὲ τῆς ἀπεγγυωμένης ἀδελφός, . . .

Desunt hic duæ lineæ.

βαρβαρικὸς γὰρ γένος ἐκ σαυρομάτων γαμαλίζειν αὐτῷ καὶ συναφθῆναι τότε τὸ σεραπίνῳ γένει τὸν ἐκ σιδήρου τῷ γένει ἐπικοινωνεῖν ἐξ ἑτοίμου μόνον, ἀλλὰ καὶ αὖθις πάλιν ἀδελφὸς γαμικαῖς ὁμιλίαις τὴν πλακιδίαν συνείπετο, τὴν γὰρ ὀστρακίνην φύσιν . . . .

Desunt hic novem lineæ.

ἐλπίδας τρέφων, ὡς αὐτὸς καταπολεμήσας ἀδελφὸν, τῷ πλακιδίαν συμφήσασθαι. ὁ δὲ πολὺ τὸ μέσον καὶ πολλὰ θαμὰ ἐγγήσας, ἐξ ὀργῆς ἀδελφὸν τὸν τοῦ ἰδίων ἀποστάτην. ἐν τούτῳ τὸ βάρβαρον πρὸς ὀνώμενον πένδεται, καὶ τῷ οἰκείαν ἀδελφὴν, καὶ τὸν Ἄτταλον τῶν βασιλεῖ προσθεν αὐτοῖ, σιτήσεσίτε δεξιωθέντες, καὶ μοίραν τινὰ τῆς τῶν γαλατῶν χώρας εἰς γεωργίαν ἀποκληρωσάμενοι.

5. Μετὰ ταῦτα ὃ καὶ ἡ ῥώμη τῶν πολλῶν κακῶν ἀναπνεῦσα συνοικίζεται· καὶ ὁ βασιλεὺς αὐτῇ πρεσβυγενὴς, χρεὼ καὶ γλώττῃ τὸν συνοικισμὸν ἐπεκρότει. ὑπὲρ ὃ βήματος ἀναβὰς, ὁ τὴν πρώτην αὐτοῦ βαθμίδα τοῦ Ἀττάλου διαβαίνειν ὑπεκλίθη. . . . .

Desunt hic duæ lineæ.

δεξιᾶς χειρὸς ἀπέτεμε τοὺς δύο δακτύλους πλὴν ὁ μὲν ἀντίχειρ.

ὁ ἡλιχανὸς ἔχει τὴν κλῆσιν· καὶ εἰς λίπαραν τὴν νῆσον τοῦτο φυγαδεύει, μηδενὸς ἄλλου κακοῦ πρὸς πεῖραν καλασήσας, ἀλλὰ καὶ τὰς εἰς τὸν βίον χρείας παραχόμενος.

Aei abscidit, quorum alter quidem pollex, alter verò index vocatur. Eumque in insulam Liparam relegavit, nullo alio supplicio eum afficiens, immo cuncta ad vitam necessaria ei submini-strans.

6. Κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους Ἰοβιανός τε ἐπανέστη, εἰς φθορὰν ἀπέσβη. καὶ Σεβαστιανὸς ἀδελφὸς αὐτοῦ τοῖς ἴσοις ἐποφθαλμήσας, τὴν ἰσομοιρίαν ἔδωκε δίκην. ὁ δὲ Ἡρακλιανὸς μιμησάμενος τούτους, καὶ πλέον τοῦ τύχης γέλωτος ἐπεισάμενος, εὐκλεέστερον ἔσχε τὴν καλάστροφὴν, τῆς θείας ἐμφανῶς ἐπικηρυττούσης. ὁ δὲ ἀκόσμου ἐᾷ, οὐδὲ χαίρει τοῖς τυραννοῦσιν· ἀλλ' οἷς ὁ καλὸς θεσμὸς βασιλεῦσι ἁρμόζει, τούτῳ καὶ αὐτὴ συμπαθεστάτη.

6. Per idem tempus Jovianus adversus Imperatorem rebellavit, ac brevi oppressus est. Sebastianus quoque ejus frater, cùm paria affectasset, pares etiam pœnas persolvit. Heraclianus verò horum vesaniam imitatus, & ad majus adhuc fortunæ ludibrium evectus, illustriorem exitum sortitus est: divina providentia aperte proclamante, nihil se inordinatum relinquere, nec tyrannis delectari. Sed qui legitimum Imperatorem defendunt, iis se quoque auxilium præbere.

7. Ὅτι τελευτήσαντος Ἀρκαδίου, διάδοχος τοῦ ἑῴας ἀρχῆς κομιδῇ νέος ὢν Θεοδόσιος ὁ παῖς, ἀναδείκνυται· σωλοῖ δὲ αὐτῷ καὶ παλχερία ἡ ἀδελφὴ, τὰς βασιλικὰς σημειώσεις ὑπηρετουμένη καὶ διευθύνουσα.

7. Mortuo Arcadio Theodosius ejus filius, admodum puer, Orientalis imperii successor declaratur, degebat cum eo in Palatio Pulcheria ejus soror, Imperiales subscriptiones administrans ac dirigens.

8. Ὅτι Θεοδοσίου τοῦ τῶν μεγάλων ἡλικίας ἐπιβεβηκότος, καὶ δὲ μηνὸς ἰουλίου εἰς ἔννεα καὶ δεκάτην διανεύοντος, περὶ ὀγδόην τῆς ἡμέρας ὥραν, ὁ ἥλιος ἔτως βαθέως ἐκλείπει, ὡς ἀστέρας ἀναλάμψαι καὶ νύκτωρ ἔτως τὸ πάθος συνεῖπεν, ὡς πολλῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν ἄλλων ζώων ἀσιωπήτῳ φθορὰν παντάχοθι φέρεσθαι. ἐκλείποντι δὲ τῷ ἡλίῳ, φέγγος τι κατὰ τὸν ἀέρα σωματοφανὲς, κόμης σχῆμα ἐπιφαινόμενον, ὅτινες ἐξ ἀμαθίας ἀστέρα κομήτην ἐκάλεσαν. καὶ δὴ ὧν ἐκεῖνο ἐδείκνυ, οὐδὲν ἐν αὐτῷ κομήτου ἐφάνη. οὔτε γὰρ τὸ φέγγος εἰς κόμην ἐπεβαίνεν, οὔτε ἀστέρι ὅλως ἐῴκει· ἀλλ' οἷον λύχνου τις μεγάλη φλὸξ ὑπῆρχε καθ' ἑαυτὴν ὁρωμένη, μηδενὸς ἀστέρος θρυαλλίδος αὐτῷ τινος μορφὴν ὑποτεχούσης· ἀλλὰ γὰρ καὶ τῆς κινήσεως παρήλλακτο. ἐκ γὰρ κινηθεὶς ὅθεν ὁ ἥλιος καθ' ἰσημερίαν ἀνίσχει, ἐκεῖθεν τὸν κατὰ τὴν ἄρκτου ἀρχὴν τεταγμένον ἔσχατον ἀστέρα ὑπερενεγκὼν ἤρεμα πρὸς βαίνει πορευόμενος ἐπὶ δύσεις, ἐπεὶ δὲ διεμέτρησε τὸν οὐρανὸν, ἀφανὴς ἦν, πλείους τεσσάρων μηνῶν ἐξανυσθείσης αὐτῷ τῆς πορείας ἡ κορυφὴ δὲ φέγγους, νῦν μὲν εἰς μῆκος μεῖζον ὠξύνετο, ὡς ἐκβαίνειν τὰς δὲ κόμης λόγους· νῦν δὲ πρὸς τὸ ἐκείνου μέτρον συνεστέλλετο. καὶ ἄλλα δὲ παρεῖχε τερατώδη θεάματα, δι' ὧν τὸ τῶν

8. Cùm Theodosius adolescentiæ annos jam ingressus esset, die XIX. mensis Julii, circa octavam diei horam Sol tantopere defecit, ut stellæ quoq; visæ fuerint; tantaque siccitas hunc Solis defectum secuta est, ut multorum hominum ac brutorum animalium insueta mortalitas ubique terrarum grassata sit. Porro eò ipso tempore quo Sol defecit, fulgor quidam in cœlo apparuit, coni similitudinem referens, quem nonnulli præ imperitia cometam vocarunt. In iis enim quæ fulgor ille nobis ostendit, nihil erat simile cometæ. Nam neque in comam desinebat lux illa, neque ullam omnino stellæ speciem præferebat. Sed velut lampadis cujusdam ingens flamma per se ipsam subsistens videbatur, nullâ subtus stellâ ellychnii speciem præferente. Sed & motus ejus longe diversus fuit à motu cometarum. Mota enim primum ab ortu solis æquinoctiali, inde ultimam stellam in cauda Ursæ sitam trangressa, paulatim ad occasum processit. Postquam verò universum cœlum permensa est, tandem disparuit, cùm cursus ejus plus quam quatuor menses durasset. Porro ejus vertex, nunc quidem in magnam longitudinem acuebatur; adeo ut coni modum ac mensuram excederet, nunc verò ad coni mensuram redibat. Alias præterea prodigiosas species oculis subjecit, quæ à vulgarium signorũ na-

tura illam differre ostendebant. Cœpit autem à media æstate, & ad exitum ferme autumni perseveravit. Fuitque signum gravium bellorum & mortalitatis hominum incredibilis. Insequenti anno terræmotus cœpere, qui cum superioribus haud facile conferri possint. Simul autem cum terræmotibus ignis quoque è cœlo demissus, omnem salutis spem præclusit: nullam tamen hominibus cladem intulit. Divina enim benignitas, immisso vehementi vento cùm ignem undique fugasset, in mare tandem projecit. Et videre erat novum quoddam spectaculum, maris videlicet fluctus quasi saltus quosdam ac silvas, diuturno tempore conflagrare, donec flamma penitus in mari exstincta esset.

9. Porrò multis in locis cùm terra movisset, visa sunt ædium culmina magno cum fragore ac sonitu distrumpi, adeò ut ii qui intra domoserant, cœlum ipsum oculis suis cernerent. Post hujusmodi autem divulsionem ita rursus juncta & compaginata sunt, ut nullum ejus rei quæ acciderat, indicium relinqueretur. Idem quoque pavimentis ædium accidit diversis in locis. Nam & horrea eos qui sub ipsis habitabant, oppresserunt, frumenti acervum ipsi superfundentia per subitos hiatus, ac rursus solum ita coaluit, ut cuncti ambigerent, undenam frumentum illud lethale defluxisset. Alii præterea hujusmodi casus novi atque insueti eo tempore contigerunt, qui quidem manifestissimè ostendebant, non naturali modo atque ordine ista evenire, ut Gentiles falsò opinantur; sed divinæ indignationis flagella in homines immissa esse.

10. Idem Philostorgius variis argumentis ostendere conatur, terræmotus neque ex inundatione aquarum fieri, neque ventorum vi intra sinus terræ inclusorum: Nec rursus ex aliqua terræ inclinatione, sed sola Dei voluntate accidere ad conversionem & emendationem peccatorum. Aitque ista se constanter asseverare, propterea quod neutrum ex supradictis elementis ejusmodi casus vi naturali perficere potest. Quod si Deus ita voluerit, vel minima gutta è cœlo delapsa, vel nix levissima, Olympum Macedoniæ aut alium quempiam ex altissimis montibus, facillime movere possit: Quandoquidem videmus Deum sæpenumero his

A σωνήθων φασμάτων ἐξηλάπιζε φύσεως
ἤρξατο ἤδη ἀπὸ μέσου θέρους κεδόντι μέχρι τοῦ
μέσου πώρου τελούσης. γέγονε δὲ ἄρα καὶ τότε σημεῖον πολέμων μεγάλων, καὶ φθορᾶς ἀνθρώπων ἐξ ἐρήμης. λῶν ἐξῆς ἐτταράξαντο σεισμοὶ πάντες ὄντες τοῖς προλαβοῦσι παραβαλεῖν. τοῖς σεισμοῖς δὲ πῦρ οὐρανόθεν συνεκαταῤῥηγνύμενον
B πᾶσαν ἐλπίδα ζωῆς ἐξέκοπτε πλὴν τῆς φθορᾶς ἀνθρώπων ἐκ ἐνεφάνιζε. ἀλλ' ἦν θαῦμα ἐνδεὲς πάθημα ζοφερὸν καὶ θεῖον, τὸ πανταχόθεν προελάσασα, καὶ τῆς θαλάσσης ἀπέῤῥιψε. καὶ ἰδεῖν ξένως θέαν, τῷ κυμαίνων τὸ πλεῖον ὥσπερ πυῶν λασίων χωρίων πυρὶ καταφλεγομένων. ἄχει τελείως τὸ φλέγον ἐναπέσβη τῷ πελάγει.

9. Ὅτι καὶ πολλοὺς τόπους τῶν σεσωρευμένων, ὥφθησαν ὀρθοὶ οἰκιῶν ἀπ' ἀλλήλων μεγάλων παλαιῶν καὶ ἀῤῥαγῶν διασάσαι, καὶ σὺν ἐνδον ὁρᾶν συχνὰς καθαρῶς τὴν ὄψιν τὸν οὐρανὸν ὑποβάλλειν. καὶ μὴν τοσαύτην διάσασιν, ἔτω πάλιν ἁρμοθεῖσαν τε καὶ συναφθεῖσαν, ὡς μηδ' ἐμίαν αἴσθησιν τοῦ νεωστὶ ἐνῆναι μηδενὶ ῥᾳδίαν εἶναι. τὸ αὐτὸ δὲ ἔτος πάθη, ἐφ' εἰ δὲ ἐφάνη πολλαχῇ σωλῆνες καὶ γῆς βόλων σὺν κάτωθεν οἰκείους ἀπέπιξαν, τὸν σῖτον αὐτοῖς ἀθρόον ἐπιχεάμενοι ὁπόθεν τῶν πάλαι ἐπάλιν ἔτω παρέσχον τὸ ἄφος ἡρμοσμένων, ὡς ἐξαπορεῖν ἅπαντας πόθεν ὁ φονεὺς ἀπέῤῥυη σίτου. καὶ ἄλλα ὁποῖα τρόπαθη τὰ νεωστὶ καθ' ἡμᾶς ἐνεωχμώθη, δίκαιά μὴ φυσικῇ τινι ταῦτα προελθεῖν ἀκολουθία, ὡς ἑλλήνων παῖδες λήρουσιν, ἀλλὰ θείας αἰῶνα τήσεως μάστιγας ἐπαφεθῆναι.

10. Ὅτι διαφόροις ἐπιχειρήμασι καταπειράζων πειρᾷ, σὺν σεισμὸς μήτε διαπλημμύραν ὑδάτων σωΐσαθαι, μήτε πνευμάτων ἐναπολαμβανομένων τοῖς κόλποις τῆς γῆς ἀλλὰ μηδὲ γῆς τινος ὅλως παρεκλίσει μόνῃ ἢ τῇ θείᾳ γνώμῃ, πρὸς ἐπιστροφὴν καὶ διόρθωσιν τῶν ἁμαρτανομένων. καὶ ταῦτα φησὶν ἐρεζόμενον λέγειν, διότι τὰ τηλικαῦτα πάθη, μὴ δύνα μηδέτερον τῶν εἰρημένων στοιχείων καὶ φυσικὴν ἀποτελεῖν δύναμιν· ἐπεὶ δὲ βληθείη, καὶ ψεκὰς ἡ ἐλαχίστη πεσοῦσα καὶ νιφὰς ἡ κατωτάτη, τὸν ὄλυμπον τὸ μακεδονίας, ἢ τι ἄλλο τῶν μειζόνων ὀρῶν κινήσειεν ἂν ῥᾳδίως. ἐπεὶ καὶ φαίη πολλάκις τὸν

D θεὸν

θεῖον ἐπὶ παιδείᾳ τῶν ἀνθρώπων, τοῖς χρώμενον. τήνδε γὰρ ἐρυθρὰν θάλασσαν, ῥᾴδιον οὖν ἀθρόον διασχεῖν, νότῳ βιαίῳ πρότερον μαστίγωσας καὶ συνωθίσας, ἔτω διέκρινεν, τῇ δὲ νότου φύσει μηδεμιᾶς δυνάμεως τοιαύτης ἐγκαθιδρυμένης, ἀλλὰ τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς ὑπέφυσεν αὐτῷ χρησαμένης πρὸς τὸ οἰκεῖον βέλημα· καὶ ῥάβδος ἦν πηγὰς ἐκ πέτρας ναμάτων πλήσασα πρόχει. καὶ Ἰορδάνου ῥεῖθρα καθαίρουσι λέπραν, ἀπὸ τῆς φύσεως αὐτῶν ταῦτα δρᾶν ἐνδυναμούσης, ἀλλ' ὅπλασε μεταπλάσθαι ἕκαστον τῶν δημιουργημάτων πρὸς ὃν ἂν ἐθέλοι χρείαν, πολλὴν καὶ ἀκώλυτον ἔχοντα τὴν ἐξουσίαν.

A rebus usum esse ad emendationem generis humani. Nam & rubrum mare cùm facile posset subitò discindere, Austro violento prius illud verberans atq; impellens, ita demum divisit: non quòd ulla hujusmodi virtus in Austro insita sit à natura: sed quod divina vis ad voluntatem suam exequendam eo usa fuerit. Sed & virga percutiens, fontes aquarum elicuit ex petra. Et Jordanis fluenta lepram sanarunt: Non quod eorum natura ista operari valeat, sed quia Creator singulas creaturas ad eum quem voluerit usum transmutandi, plenam atque omnimodam habet potestatem.

11. Ὅτι μὴ θάνατον εὐδοξίου, ὃς τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει εὐνομιανῆς συναγωγῆς ὑπῆρχε, Λουκιανὸς ἀνεψιὸς αὐτοῦ, παῖς ὢν ἀδελφῆς εὐνομίου. τοῦτον δή φασιν εἰς φιλαργυρίαν τε καὶ τὰ συγγενῆ καταπεσόντα πάθη, καὶ τὴν ἐπ' αὐτῆς ὑφορώμενον ὄγκον, ἀποχίσαι μὲν τῆς ἄλλης εὐνομιανῶν μοίρας. ἰδίας δὲ συμμορίας ἀρχηγὸν ἑαυτὸν ἀναδεῖξαι, καὶ συντάγματος οὐκ εὐκαταφρόνητος ἄρξαι· πάντων τῶν ἀπρήκτων τε καὶ ποικίλοις πάθεσι καθυπλισμένων πρὸς αὐτὸν ἀπερρυηκότων.

B Post mortem Eudoxii qui Constantinopoli Eunomianorum sectæ præfuerat, Lucianus sororis Eunomii filius in ejus locum substituitur. Hunc porrò ajunt, cùm in avaritiam & cognata vitia prolapsus esset, pœnamq; ob id metueret, à reliquorum quidem Eunomianorum secta sese abrupisse: propriç verò factionis principem extitisse, nec contemnendæ multitudini præfuisse, cùm improbi omnes & diversis vitiis implicati ad eum confluxissent.

12. Ὅτι ὀνώριος ὁ βασιλεὺς κωνσάντιον τὸν στρατηγὸν τιμῶν ἐκήδετο εἰς τὸ τῆς βασιλείας προσλαμβάνεσθαι σκῆπτρον. ἤδη καὶ παῖδα ἐκ Πλακιδίας αὐτῷ γεγαμηκότος, ὧν καὶ τὴν τελευτὴν ἐπιφανέστατα ἐπένθησεν ὁ ὀνώριος ἀξίαν. αἱ δὲ κωνσαντίου εἰκόνες, ὡς ἔθος ἦν τοῖς ἄρτι παρελθοῦσιν εἰς βασιλείαν προπέμπειν, ἀναπέμποντο πρὸς τὴν ἑῴαν. ἀλλ' ὅ γε θεοδόσιος ἐκ δρεσκόμενος τῇ ἀναῤῥήσει, ἀπεστείλατο ταύτας· ὡς δὴ κωνσαντίῳ ἐπασκευαζομένῳ διὰ τὴν ὕβριν ἐπὶ πόλεμον, καὶ τῆς ζωῆς καὶ τῶν φρονίδων ἐπισὰς ὁ θάνατος τὴν ἀπαλλαγὴν παρέσχε, βασιλεύσαντι μῆνας ἕξ.

C 12. Honorius Imperator Constantium Magistrum militum ob affinitatis honorem ad consortium Imperii adscivit, cùm Placidia Valentinianum ei filium jam peperisset. Cui quidem Valentiniano Honorius Nobilissimi dignitatem tribuit. Constantii igitur imagines, ut moris erat eorum qui recens ad imperium promoti erant, missæ sunt in Orientem. Sed Theodosius, cùm nuncupationem augustam Constantii improbaret, imagines ejus non admisit. Cumq; Constantius ob hanc contumeliam sese ad bellum pararet, mors superveniens, vitâ simul & curis eum liberavit, cùm imperasset mensibus sex.

13. Ὅτι ἐν ὑπατείᾳ Βασιλέως θεοδοσίου τὸ δέκατον, καὶ ὀνωρίου τὸ τρισκαιδέκατον, αὐλὸς ὀνώριος ὑδέρῳ τελευτᾷ. καὶ ἰωάννης τυραννίδι ἐπιθέμενος, διαπρεσβεύεται πρὸς θεοδόσιον. ἀπρακτήσας δὲ τῆς πρεσβείας γεγονυμένης, καὶ ἑτέρους πρέσβεις ὑβριστὰς ἐνεγκών, ἄλλος ἀλλαχῇ καὶ τὴν πρωτεύουσαν φυγῇ προειλήθησαν. τὴν μέντοι θρακιδίαν καὶ τὸν τείτον βαλεντινιανὸν. μὴν δὲ κωνσαντίνου θάνατον, πρὸς τὸ βυζάντιον ἀνεκομίσθησαν. ἀποστέλλει πρὸς θεσσαλονί-

D 13. Consulatu Imperatoris Theodosii decimo & Honorii tertiodecimo, idem Honorius aquæ intercutis morbo interiit. Joannes verò cùm tyrannidem arripuisset, Legationem misit ad Theodosium. Sed re infecta, Legati insuper contumelia affecti, alius aliò per Propontidem relegati sunt. Placidiam verò & Valentinianum Tertium, qui post obitum Honorii Byzantium profugerant, Theodosius Thessalonicam misit. Illic patrueli suo Cæsaris dignitatem concessit, & Ardaburio Magistro militum ejusq; filio Aspari, belli

adversus Tyrannum administrationem commisit. Hi Placidiam & Valentinianum secum ducentes, cùm Pannoniam & Illyricum pertransissent Salonas urbem Dalmatiæ vi ceperunt. Post hæc Ardaburius quidem cum navalibus copiis contra tyrannum profectus est. Aspar verò assumptis secum equestribus copiis, & impressionis inopinæ celeritate suspicionem præveniens, Aquileiam urbem maximam occupavit, Placidia & Valentiniano ipsum comitantibus. Et hic quidem maximam civitatem absque ullo negotio cepit. Ardaburium verò violentus quidam ventus excipiens, unà cum duabus triremibus in manus tyranni detulit. Ille de fœdere ineundo cogitans, Ardaburium humaniter excepit. Qui cùm maxima libertate frueretur, ductores tyranni qui jam ad defectionem propensi erant, contra tyrannum animavit. Simul Aspari filio per litteras significavit, ut tanquam ad paratam victoriam adesset. Qui cùm celeriter adventasset unà cum equestribus copiis, conserto levi prælio captus est Joannes, proditione eorum qui circa ipsum erant, & Aquileiam ad Placidiam & Valentinianum deducitur. Illic dextra manu prius amputata, postea etiam capite truncatus est, cùm per unum ac dimidium annum tyrannidem exercuisset. Tum verò Theodosius Valentinianum Romam missum, Imperatorem renuntiavit.

14. Aetius unus ex ducibus Joannis tyranni, tertio post ejus obitum die supervenit, Barbaros adducens mercede conductos, ad sexaginta fere hominum millia. Commissoque inter ipsum & Asparis exercitum prælio, multi ex utraque parte ceciderunt. Posthæc Aetius fœdus iniit cum Placidia & Valentiniano, & Comitis dignitatem accepit. Barbari verò auro accepto, iram atque arma deposuerunt, & obsidibus datis fideque vicissim acceptâ in proprias sedes reversi sunt.

Finis Excerptorum Ecclesiasticæ historiæ Philostorgii.

A κὴν θεοδόσιος. κἀκεῖ τὴν τοῦ καίσαρος ἀξίαν τῷ ἀνεψιῷ παρατίθησιν, ἀρδαβούριον τῷ στρατηγῷ, καὶ τῷ τούτου υἱῷ ἄσπαρι τὴν κατὰ τοῦ τυράννου στρατηγίαν ἐγχειρίσας· οἱ δὴ καὶ συνεπαγόμενοι πλακιδίαν τε καὶ οὐαλεντινιανὸν, καὶ τοὺς τε παίονας καὶ σὺν ἰλλυρίους διελάσαντες, τὰς σαλώνας πόλιν τῆς δαλματίας ἀναιροῦσι κατὰ κράτος. ἐντεῦθεν ὁ μὴν ἀρδαβούριος νηΐτῃ στόλῳ κατὰ τοῦ τυράννου χωρεῖ. ὁ δὲ ἄσπαρ τὴν ἱππικὴν δύναμιν συναναλαβὼν, καὶ τῷ τάχει τῆς B ἐφόδου κλέψας τὰς αἰσθήσεις, τῆς ἀκυλήϊας μεγάλης πόλεως ἐγκρατὴς γίνεται, συνόντων αὐτῷ οὐαλεντινιανοῦ καὶ πλακιδίας· ἀλλ' ὁ μὴν οὕτω τὴν μεγάλην ἀταλαιπώρως παραιρεῖσατο. τὸν δὲ ἀρδαβούριον βίαιον ἀπολαβὸν πνεῦμα, σὺν δυσὶν ἑτέραις τριήρεσιν εἰς χεῖρας ἄγει τοῦ τυράννου· ὁ δὲ πρὸς σπονδὰς ἀφορῶν, φιλανθρώπως ἐκέχρητο τῷ ἀρδαβουρίῳ. καὶ πολλῆς οὕτως ἀπολαύων τῆς ἀδείας, σὺν ὑποστρατηγοὺς τοῦ τυράννου, ἤδη καὶ αὐτοὺς ὑποκεκινημένους, τὴν ἐπιβουλὴν κρατύνει τὴν κατὰ τοῦ τυράννου. καὶ σημαίνει ἄσπαρι τῷ παιδὶ παραγενέσθαι, ὡς ἐφ' ἑτοίμῳ τῷ κατορθώματι. τοῦ δὲ C θᾶττον σὺν τῷ ἱππότῃ στρατῷ παραγεγονότος, καὶ μάχης τινὸς συρραγείσης, συλλαμβάνεται ὁ ἰωάννης τῇ τῶν ἀμφ' αὐτὸν προδοσίᾳ, καὶ πρὸς πλακιδίαν καὶ οὐαλεντινιανὸν εἰς ἀκυλήϊαν ἐκπέμπεται· κἀκεῖ τὴν δεξιὰν προδιατμηθεὶς, εἶτα καὶ τῆς κεφαλῆς ἀποτέμνεται, ἕνα τυραννήσας ἐπὶ τῷ ἡμίσει ἐνιαυτόν. τότε καὶ βασιλέα ὁ θεοδόσιος τὸν οὐαλεντινιανὸν ἀποστείλας ἀναγορεύει.

14. Ὅτι ἀέτιος ὁ ὑποστρατηγὸς ἰωάννου τοῦ τυράννου, μετὰ τρεῖς ἡμέρας τῆς ἐκείνου τελευτῆς, βαρβάρους ἄγων μισθωτοὺς εἰς ξ' χιλιάδας D παραγίνεται· καὶ συμπλοκῆς αὐτοῦ τε καὶ τῶν περὶ τὸν ἄσπαρα γεγενημένης, φόνος ἑκατέρωθεν ἐρρύη πολύς. ἔπειτα σπονδὰς ὁ ἀέτιος τίθεται πρὸς πλακιδίαν καὶ οὐαλεντινιανὸν, καὶ τὴν τοῦ κόμητος ἀξίαν λαμβάνει. καὶ οἱ βάρβαροι χρυσίῳ καταθέμενοι τὴν ὀργὴν καὶ τὰ ὅπλα, ὁ μήρους τε δόντες, καὶ τὰ πιστὰ λαβόντες, εἰς τὰ οἰκεῖα ἤθη ἀπεχώρησαν.

Τέλος τῶν ἐκλογῶν τοῦ παρόντος βιβλίου τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας φιλοστοργίου.

SUPPLEMENTA PHILOSTORGIANA.

De Josepho, Phlegonte & Dione, *ex Suida in voce φλέγων.*

Τοῦτο φλέγωνος φησι φιλοστόργιος ἴσον τὰ κῆ σὺν ἰουδαίοις συμπεσόντα διὰ πλείονος ἐπεξελθεῖν τὸ πλάτος. φλέγωνος καὶ δίωνος βραχέως ἐπιμνησθέντων, καὶ παρενθήκην αὐτὰ τῶ ἰδίω λόγω ποιησαμένων· ἐπεὶ τῶν γε εἰς εὐσέβειαν ἢ τὴν ἄλλην ἀρετὴν ἐλκόντων, οὐδ' ὁτιοῦν οὐδ' οὗτοι δείκνυται προφερτικῶς, ὅπερ οὐδ' ἐκεῖνοι τρόπον. τἐναντίον μὴν ὁ ἰώσηπος, καὶ δεδοικότι ἔοικε καὶ εὐλαβουμένω ὡς μὴ προσκρούσειεν ἕλλησι.

PHILOSTORGIUS ait, ea quæ circa Judæos acciderunt, pluribus & copiosius executum esse Justum: Phlegontem verò & Dionem breviter meminisse, eaq; velut obiter historiæ suæ indidisse. Cæterùm eorum quæ ad pietatem aliasque virtutes ducunt, neque ille curam ullo modo gessisse dignoscitur, quemadmodum neque hi: Contrà verò Josephus & reformidanti similis est caventique, ne Græcos offendat.

De Eusebio Nicomediensi, & Theophilo Indo. *Ex uno è sex prioribus libris, referente Photio in Bibl.* N. XL.

Ἐν τερασίοις δὲ βίῳ εὐσέβιον τῆς νικομηδείας, ὃν καὶ μέγαν ἀποκαλεῖ, καὶ θεόφιλον τὸν ἰνδὸν καὶ ἄλλους πλείονας ἐξαίρει.

Quod verò ad miracula attinet vitamque, Eusebium Nicomediæ (quem & *Magnum* appellat) & Theophilum Indum, aliosque plures extollit.

De his qui ab Ario steterunt in Synodo Nicæna, *ex Niceta* in Thesauro orthod. fid. lib. 5. c. 7. in fin.

Cæterùm (ut Philostorgius primo Historiæ suæ libro author est) ab Ario in Synodo Nicæna steterunt hi, quorum nomina subsequuntur Episcopi. Ex superiore quidem *Libya* Sentianus Boræi, Dachius Beronices, secundus Theuchirorum, Zopyrus Barces, Secundus alius Ptolemaidis, Theon Marmaricæ: Ex Thebis *Aegyptiis* Melitius: ex *Palæstina* Patrophylus Scythopoleos, Eusebius Cæsariensis qui Pamphyli dictus est; Ex *Phœnicia* Paulinus Tyri, Amphion Sigedonis: Ex *Cilicia* Narcissus Irenopoleos, Athanasius Anazarbi, Tarcodimatus Ægòn: ex *Cappadocia* Leontius, Longianus & Eulalius: ex *Ponto*, Basilius Amasiæ, Melitius Sebastopoleos: ex *Bithynia*, Theognis Nicææ, Maris Chalcedonis, Eusebius Nicomediæ, *Magnus* quidem cognomine, qui Luciano Martyri familiaris fuerat, miraculisque clarus, ut qui vel maxime, ex quo etiam *Magni* cognomen adeptus erat.

De Subscriptionum *varietate in Concilio Nicæno, ex Niceta* in Thesauro orthodoxæ fidei, lib. 5. c. 8.

Philostorgius, *sub finem libri primi*, author est, eorum qui Nicænæ fidei subscripserant, alios quidem è chirographorum suorum regione ὁμουσίῳ dictionem adscripsisse, alios vero ab Eusebio instructos blasphemam ὁμοιουσίῳ vocem loco ὁμοουσίῳ supposuisse, præter Secundum & Theonam, qui etiam una cum Ario ejusque presbyteris in Illyricum relegati sunt.

De Pœnitentia *quorundam Arianorum, quod Concilio Nicæno subscripsissent, quod refert Nicetas* in Thes. orth. fid. lib. 5. c. 8.

Philostorgius *initio libri secundi* scribit, Eusebium, Theognin & Marin, eorum quæ subscripserant pœnitudine ductos ad Imperatorem venisse, hisque apud eum verbis usos: *Iniqui, Imperator, in eo fuimus, quod tui metu perculsi impietati subscripserimus.* Ex quo

factum sit, ut Imperator excandescens eos in Galatias seu Gallias occiduas relegarit, & Arianos sua quemque patria excedere jusserit.

De Paulino *Ep. Antiocheno facto, quod refert Nicetas* in Thesauro orthod. fidei, lib. 5. c. 9.

Solus Philostorgius *libro Historiarum secundo,* *Paulinum Tyro Antiochiam translatum (in locum Eustathii) author est.

De Aetio & Eunomio, *ex uno è sex prioribus ejus libris, referente Photio in Biblioth.* N. XL.

Extollit verò in sermonibus maximè *Aëtium* & *Eunomium*, falso asserens, eos solos repurgasse pietatis dogmata tempore contaminata.

Ἐξαίρει δὲ, ἐν μὴν λόγοις μάλιστα ἀέτιον καὶ εὐνόμιον, μόνους ἀνακαθάραι τὰ τῆς εὐσεβείας δόγματα τῷ χρόνῳ συγκεχωσμένα τερατευόμενος.

De Acacio *Cæsareæ Pal. Ep. apud Photium in Bibl.* N. XL.

Reprehendit verò *Acacii* maximè Cæsareæ Palæstinæ Episcopi vim dicendi intolerabilem & versutiam inexpugnabilem, quibus eum artibus oppressisse ait præ omnibus tam eos qui idem sentire viderentur, odio tamen quodam divisos, quam contraria in religione sentientes.

Κατηγορεῖ δὲ ἀκακίου μάλιστα τοῦ καισαρείας τῆς κατὰ παλαιστίνην ἐπισκοπήσαντος δεινότητά τε ἀνυπέρβλητον καὶ κακουργίαν ἄμαχον, μεθ' ὧν καὶ πάντων φησὶ κατισχύσαι τῶν τε ὁμοφρόνων δοκούντων, εἰς ἔχθραν δέ τινα καταστάντων, καὶ τῶν τἀναντία θρησκευόντων.

De Aëtio *ex Photii Biblioth.* N. XL.

Narrandi porrò initium fecit ab Arii in hæresin studio & initio, ad Aetii impiissimi revocationem usque. Hic verò Aetius à cohæreticis ipsis, quod ipsos impietate superaret, ut hic ipsemet etiam invitus narrat, diaconatu submotus: ab impiissimo verò Juliano revocatus & humanissimè exceptus fuit.

Ἱστορεῖ δὲ ἀπὸ τῆς ἀρείου περὶ τὴν αἵρεσιν σπουδῆς τε καὶ κατάρξεως, μέχρι τῆς ἀετίου τοῦ δυσσεβεστάτου ἀνακλήσεως. οὗτος δὲ ὁ ἀέτιος παρ' αὐτῶν μὴν τῶν συναιρεσιωτῶν, διὰ τὸ κἀκείνους ὑπερβάλλεσθαι τῇ δυσσεβείᾳ, ὡς αὐτὸς ἐστοῦτο καὶ μὴ βουλόμενος ἱστορεῖ, τῆς διακονοίας καθηρέθη. ὑπὸ δὲ τοῦ δυσσεβεστάτου ἰουλιανοῦ ἀνεκλήθη τε καὶ φιλοφρόνως ἐδεξιώθη.

De Basilio *ex Photii Bibl.* N. XL.

Basilio verò Magno calumniam texere ausus est, quâ illustriorem eum reddidit. Vim enim & venustatem sermonis in concionibus, ipsa rei evidentia fateri coactus est. Temerarium tamen ipsum homo futilis appellat nec in refutando exercitatum, eò quod, ut ait, Eunomii libris respondere ausus est.

Βασιλείου δὲ τοῦ μεγάλου ἐπεχείρησεν ὑφαίνειν μῶμον, δι' οὗ λαμπρότερον ἔδειξε. τὴν μὴν γὰρ ἰσχὺν καὶ τὸ κάλλος τῆς ἐν τοῖς πανηγύρεσιν ὁμιλίας ὑπ' αὐτῆς τῆς τῶν πραγμάτων ἐνεργείας ἐβιάσθη συμφθέγξασθαι. θρασὺν δ' αὐτὸν ὁ δείλαιος ἀποκαλεῖ, καὶ ἀντιλογικῶν λόγων ἄπειρον, ὅτι φησιν, ἀπετόλμησεν εὐνομίου ταῖς συγγραφαῖς ἀντιτάξασθαι.

De Leontio *Ep. Tripolis, apud Suidam in* λεόντιος.

Hunc verò Leontium sibi vindicat improbus Philostorgius in libro ..... velut consentientem Arianæ suæ improbitati.

Τὸν τοιοῦτον λεόντιον προσαιτερίζεται ὁ κακόφρων φιλοστόργιος ἐν τῇ βίβλῳ ἀντὶ τοῦ, ὡς ὁμόφρονα τῆς ἀρειανικῆς αὐτοῦ κακοφροσύνης.

De Jordane, & de Paneade, *quod habet Ioannes Antiochensis* ἐκ τῆς ἀρχαιολογίας ἀπὸ τῆς ἱστορίας Φιλοστοργίου.

Ἐπ' ἐσχάτοις τ παλαιστίνης τέρμασι, μεθ' ὧν ἡ τῶν Φοινίκων ἐκδέχε), κεῖ) πόλις δ' ἀν' ὀνομαζθεῖσα πρότερον ἐπὶ τ Δ δὰν φυλῆς, ὀπηνίκα χρόνον ἐπ' ἐκ ὀλίγου ἔτοι δὴ μόνοι τ πανδ ἔθνους πλανόμενοι, ἐλευσταῖον τὰ ταύτη καλαχόνες χωρία, μόγις ἱδρύνησαν, καὶ πόλιν ἐπὶ τοῖς ἄκροις αὐλῶν ὄρεσι θέμενοι, ἣν τ φυλάρχαι Ὀφῶν ἐτέθηκαν κλῆσιν. Ὃ τ αὐτὸ δὴ τ Ἰορδάνου ὄνομα πρὸς Φοινίκην ὁρᾶ. ταύτῃ χρόνῳ ὕστερον ἡρώδης ὁ μέγας ὠκοδομήσας, καὶ σάρδιν Φιλίππου μετωνόμασε νῦν δ' πανεὰς ἐστὶ καλουμένη. Ὃ γὰρ πανὸς ἐν ταύτῃ βρέτας ἑσπάμενοι, εἰς τοῦτο τὴν τ πόλεως ἔτρεψαν προσηγορίαν. ἐν ταύτῃ τῇ πανεάδι, τῶν τ Ἰορδάνου πηγῶν ἡ ἑτέρα τίκτε), δυοῖν ὑσῶν, δ' ἀν' ὃν τ παλαιὸν ὄνομα καὶ ἔτι καὶ νῦν ὀνομαζομένην· τὴν γὰρ ἑτέραν, ἥτις ἰὼν ἀπὸ καλεῖ), πόρρωθεν αὐλῆς ὡς ἀπὸ σαδίων ἑξ κολωνός τις τ αὐτ προσῆκεν ὄρους, ὧν ἐξ ἑκάτερας προσχεῖ) πολαμὸς, ὁ μὲν Ἰορδάτης, ὁ δ' δανίτης ἀπὸ καλούμενο· οἱ διὰ τ ὄρους ἐνεχθέντες ἐπὶ δὴ καλαβαῖεν εἰς τὸ πεδίον, ἐνταῦθα ἤδη ξυνίασιν, καὶ ἕνα μέγιστον ἀπολελοῖσι πολαμὸν, τὸν Ἰορδάνην. ἐν ταύτῳ ἤδη τότε ῥοῦμα, καὶ τὴν προσηγορίαν κιρνάμενο, τὴν τ Τιβεριάδο διέξεισι λίμνην, μέσην τέμνων αὐτὴν καὶ δι' ὅλης αὐτῆς ἐν τῷ οἰκείῳ ὁλκῷ ῥεόμενος μέχρις ἂν ἐπὶ τὴν καλουμένην ἐκπερᾶσε γῆν ἴσο αὐτὸς ἑαυτῷ καὶ πλησίος ὤν· κἀνταῦθεν ἤδη διὰ τ παλαιστίνης ἐνεχθεὶς, ἅπας εἰς τὴν νεκρὰν καλουμένην ἐσπερῶν ἀφανίζε) θάλασσαν.

Ad extremos Palæstinæ fines, post quam Phœnicia excipit, sita est urbs quæ Dan prius vocabatur de tribu Dan, quo tempore eoque haud parvo hi soli totius gentis errantes, tandem locis illis occupatis vix & ægre consederunt, urbemque ad extremos eorum fines ædificantes, Phylarchi ipsorum nomen indiderunt. Hicque ultimus erat Judææ Phœniciam versus terminus. Hanc cùm Herodes Magnus posteriobus temporibus ædificasset, mutato nomine Cæsaream Philippi vocavit. Nunc verò Paneas vocatur. Cùm enim Panis in eâ simulachrum positum fuisset, nomen istud urbs illa accepit. In hâc Paneade alter è duobus Jordanis fontibus oritur (duo enim fontes sunt) qui Dan etiamnum ex veteri nomine vocatur. Alterum verò qui Jor nominatur, procul ab illo stadiis circiter 160. collis quidam ex eodem monte profundit. Ex utroque horum effunditur fluvius hic quidem Jorates, sicut ille Danites vocatur. Qui per montem delati, ubi in plana descenderint, inde jam confluunt, maximumque fluvium efficiunt Jordanem. Qui exinde & aquas & nomen utriusque in unum commiscens, per lacum Tiberiadis transit, medium eum secans, perque totum eum proprio alveo fluens, quoad usque ad oppositam continentem perveniat: sibi ipsi æqualis semper ac similis. Inde jam per Palæstinam habens, totus in mare quod mortuum dicitur, illapsus extinguitur.

De Apollinario, Basilio, & Gregorio Nazianzeno, *quod ipsissimis Philostorgii verbis recitatis habet Suidas tribus locis, in v.* Ἀπολλινάριο, Βασίλιο, Γρηγόριος.

Ἀπολλινάριο γὰρ ἤκμαζε καὶ ἐκεῖνος ἐπὶ χρόνους ἐν τῇ λαοδικείᾳ τ συρίας, καὶ Βασίλιος ἐν καισαρείᾳ τ καππαδοκίας, καὶ Γρηγόριος ἐν τῇ ναζιανζῷ σάθμος δ' ἐστὶ τόπος ἐστὶ τ αὐτῆς καππαδοκίας. τρεῖς δ' ἔτοι ἄνδρες, τότε τ ὁμοουσίῳ πρεμάχουν τ ἑτεροουσίῳ, μακρῷ πάντας παρενεγκόντες τοὺς πρότερον καὶ ὕστερον ἄρξαντας ἐμ τ αἱρέσεως πρὸς αὐτὰς· ὡς παῖδα παρ' αὐτοῖς κριθῆναι τ ἀθανάσιον. τ γὰρ ἔξωθεν

Apollinarius enim illis temporib⁹ floruit Laodiceæ Syriæ, & Basilius Cæsareæ Cappadociæ, & Gregori⁹ Nazianzi. Est verò locus hic statio ejusdem Cappadociæ. Tres verò viri isti tunc Homousion propugnabant, adversus heterousion, longe superantes omnes qui priùs, quiq; deinceps ad meam ætatem usq; illi hæresi præfuerunt, adeo ut præ iis Athanasius puer judicaretur. Nam & in eo doctrinæ genere quod externũ (seu

profanum) dicitur, plurimum hi profecerant: & sacrarum Scripturarum, quæcunque ad lectionem & promptam memoriam conferebant, magnam notitiam habebant, & inter eos maximè Apollinarius: Hic enim Hebraicam etiam linguam intelligere poterat. Quin & unusquisque eorum in suo singuli genere plurimum stylo valebant. Apollinarius scil. dicendi genere quod commentationibus & aptissimum longe præstabat. Basilius verò in genere panegyrico splendidissimus erat. At Gregorii cum utroque comparati oratio, sublimiorem in scriptione locum obtinuit. Etenim Apollinario erat uberior in dicendo: Basilio verò gravior. Cùm autem isti tantâ dicendi & scribendi facultate prædíti essent, non minus etiam mores præ se tulerunt ad alliciendam ad sui spectaculum multitudinẽ aptos: adeo ut eos quibus conspicerentur, & apud quos verba facerent, & quæcunq; scripta ederent, omninò pertraherent in sui communionem, quotquot qui quavis istarum rationum facile capi poterant.

καλλιμμύης παιδεύσεως ἅπαι πλείστου ἀπροελημύθεσαν· καὶ τῶν ἱερῶν γραφῶν ὅπως εἰς ἀνάγνωσιν καὶ τὴν παρέχεσθαι μνήμην εὐτόλμητον πολλὴν εἶχον τὴν ἐμπειρίαν· καὶ μάλιστα μὲν Ἀπολλινάριος· τῶν γὰρ ἑβραϊκῶν ἐφήπτετο διαλέκτου ἐπαίδευτο τε ἱκανῶς. καὶ μὴν καὶ συγγραφὴν ἑκάτερος εἰς τὸν αὐτῶν τρόπον ἦν ἱκανώτατος· τῷ μὲν γε Ἀπολλιναρίῳ τὸ ἐπιμηκέστερον εἶδος τῆς λέξεως, μακρῷ ἄρειστα εἴχε· βασίλειος δὲ πανηγυρίσαι λαμπρότατος ἦν, τὸ δὲ γρηγορίῳ τὸ σαφὲς ἀμφοτέροις ἐξαίρετον μείζω βάσιν εἰς συγγραφὴν εἶχεν ὅλος δὲ ἦν εἰπεῖν, Ἀπολλινάριος μὲν αὐθέντερος, βασίλειος δὲ σαθρότερος· τοσαύτης δὲ αὐτοῖς τῶν λόγων τε γραφῆς δυνάμεως οὔσης, καὶ τοῦ ἤθους οὐδὲν ἧττον ἄνδρες παρεῖχον σεμνὸν τὴν τῶν πολλῶν θέαν ἐπαγωγόταται· ὥστε οἷς ὁρῶεν, καὶ οἷς ἔλεγον καὶ ὁπόσα γράφοιεν διεδίδοσαν, διὰ πάντων ἤρων εἰς τὴν ἑαυτῶν κοινωνίαν τοὺς καθ' ὁπῶν αὐτῶν δυσχερέστερον ἀλίσκεσθαι δυναμένους.

FRAGMENTA PHILOSTORGII.

Ex Suida in voce ἀγαπητὸς.

AGAPETUS Synadorum Episcop⁹ quem multis laudibus exornat Eusebius Pamphili, & miracula ejus insuſitata commemorat atque insolita: montes ac fluvios alium in locũ translatos: mortuos ad vitam suscitatos. Ait etiam Imperatorem Maximinum, eum adhuc militem, utpote Christianum, interficere voluisse, propterea quod comperisset multos, Operum quæ ab Agapeto fiebant admiratione captos, relicto Gentilium cultu ad Christianam fidem transire. Vide Philost. lib. 2. in cap. 2.

Ἀγαπητὸς ἐπίσκοπος συνάδων οὗ ἐπαινῶ πολλῷ πάθει δυσεβεῖ ὁ θαυμάσιος καὶ θαυμάτων αὐτοῦ ἐξαισίων μνήμην ποιεῖ ὀρῶν μεταστάσεις, καὶ ποταμῶν, καὶ νεκρῶν ἐγέρσεις· καὶ ὅτι βασιλεύοντα ὄντα ἠβουλήθη μαξιμῖνον ὡς χριστιανὸν ἀποκτεῖναι, διὰ τὸ πλεῖστα θανεῖσθαι πολλοὺς τὰ παρ' αὐτοῦ τελούμενα ὑπερεκπλήττεσθαι.

Ex Suida in voce ἀέτιος.

Aetius Magister Eunomii, ortus ex urbe Syriæ Antiochiâ, parentib⁹ egenis ac vilissimis. Pater ej⁹ cohortali militiæ adscriptus, cùm adversâ fortunâ us⁹ esset, fato functus est relicto isto admodũ puero, qui ad summam egestatem redactus, aurificinâ exercere instituit, &

Ἀέτιος ἐξ ἀνθιοχείας τῆς συρίας διδάσκαλος δυνομίου, ἀπὸ πενιχρῶν καὶ ἀτελῶν γονέων τυγχάνων· ὁ δὲ πατὴρ αὐτοῦ τῶν ἐν στρατιᾷ δυστραγέστερος ἐνειλεγμένων γλώσσῃ, ἐτεθνήκει, κομιδῇ παῖδα τὸν αὐτοῦ ἀφεὶς· αὐτὸς δὲ εἰς ἔσχατον ἀπορίας ἦκων, ἐπὶ χρυ-

σοχοΐαν ἐχώρησεν, ἀκριβῶς τε ἐγγράφεσθαι. ἐπεὶ δὲ ἡ φύσις αὐτῷ μείζονων ὠρέγετο μαθημάτων, πρὸς λογικὰς θεωρίας ἐτράπετο· καὶ δὴ τὰ συγγράμματα Παυλίνου, ἀρξαμένου ἀπὸ Τύρου εἰς Ἀντιόχειαν ἀφικομένου ἔτι καὶ τοῦ Κωνσταντίνου χρόνους. τοῦτο ἠκροᾶτο, πολλὴν ἐπιφανῶς φαίνων τὴν ἀσεβείας τῆς πρὸς τοὺς διαφερομένους ζητήσεις, καὶ οὐχ ἥκιστα καὶ ἤδη τοῖς πολλοῖς ἦν. ἐπεὶ δὲ Παυλῖνος ἐτετελεύτηκε, δι' ἓξ καὶ εἴκοσι ἀπὸ τοῦ ἀποστόλων ἔχοντα τὸν θρόνον, πολλοὶ τῶν ὑπὸ τοῦ ἀελίου ἐλεγχομένων, δεινὸν ποιησάμενοι πρὸς ἀνδρὸς δημιουργοῦ καὶ νέου κατακεκτῆσθαι ἥλωσαν, συνελόντες ἐξήλασαν αὐτὸν τῆς ἀντιοχείας· ἐξελαθεὶς δὲ, εἰς Ἀνάζαρβον ἀφίκετο. ὃ δὴ, ἤδη τάχιστα δυνάμεως πάσης ἐπιλαμβανόμενος, μείζους ἀεὶ τῶν διδομένων ἀφορμῶν εἰσέφερε τοῦ καρποῦ· ὃ δὴ, δὴ ἐν ἐπαύετο, τοῦτο μὴν διελέγχων· φαύλως δὲ ἀμπεχόμενος καὶ ὡς ἔτυχε ζῶν.

ad summam hujus artis perfectionem evasit. Sed quoniam ejus indoles ad altiores disciplinas aspirabat, ad Logicæ studia animum applicuit. Ac primum quidem auditor fuit Paulini, qui paulo ante ex urbe Tyro Antiochiam translatus fuerat, Constantino etiam tum Imperium gubernante. Hunc dum audiret Aetius, non mediocrem vim ingenii ostendebat, in quæstionibus adversus eos quibuscum disputabat: Jamque ejus impetus à plerisq; haudquaquam sustineri poterat. Mortuo deinde Paulino, cùm Eulalius tertio ac vicesimo loco post Apostolos sedem Antiochenam regendam suscepisset, multi ex iis qui ab Aetio convicti fuerant, ægrè ferentes, quod ab opifice & adolescente victi ac profligati essent, conspiratione facta, eum Antiochiâ expulerunt. Ejectus igitur Aetius Anazarbum se contulit. Cumque vim omnem ac facultatem brevi admodum tempore percepisset, majores semper edebat fructus, quam erant elementa atque institutiones quas ab aliis acceperat. Interim verò reprehendere alios & confutare non desistebat: ipse vili pallio tectus, & tenui ac pauperrimo utens victu. *Vide Philost. lib. 3. cap. 15.*

Ex Suida in voce αὐξένιος.

Αὐξένιος μοψουεστίας ἐπίσκοπος· ὃς ἦν τῶν ὁμολογητῶν ὀνομαζομένων· ἦν δὲ ἐκ τῶν ἐπιφανῶς τῷ βασιλεῖ Λικινίῳ σεμνυσαμένων, τῶν ὑπογραφέων τοῦτο γινομένων, ἃς δὴ νοταρίους ῥωμαῖοι καλοῦσι· τὸ δὲ τῆς ὁμολογίας, τοιόνδε γέγονεν εἶδος· ἦν ἔν τινι τῆς βασιλικῆς ἐσίας αὐλῇ, κρήνη τε ὕδατος, καὶ ἐπ' αὐτῇ διονύσου ἄγαλμα, καὶ ἄμπελος μεγάλη περικειμένη, καὶ σκιερὸν ἐπιφανῶς ἅπαν τὸν τόπον ἐργαζομένη, ἐν ταύτα ὁ Λικίνιος καὶ πρόφασιν ἀπαγωγῆς ἀφικόμενος, ἔτε αὐξένιος αὐτῷ καὶ ἄλλων πολλῶν ἐκ θεραπείας παρεπομένων, εἰς τὴν ἄμπελον ἀνιδών, ἐθεάσατο βότρυν ὡραῖόν τινα καὶ μέγαν, τῶν κλημάτων ἀπαιωρούμενον· ἔτον προσέταξε τῷ αὐξενίῳ τεμεῖν· ὃ δὲ αὐτίκα τὸ προσηρτημένον ταῖς ἀναξυρίσιν αὐτῷ μαχαίριον ἀφελόμενος, ἔτεμε μηδὲν ὑποπτεύσας· ὁ δὲ Λικίνιος πρὸς αὐτόν, θὲς τοίνυν τὸν βότρυν ἔφη πρὸς τοῖς τοῦ διονύσου ποσίν. ὁ δὲ, μὴ ὦ βασιλεῦ ἀπεκρίνατο· χριστιανός γὰρ εἰμί· κἀκεῖνος

Auxentius Episcopus Mopsuestiæ, unus ex Confessoribus. Fuit hic ex numero eorum qui in palatio Imperatoris Licinii splendide militabant, ejus scilicet exceptor quos Romani Notarios vocant. Porro ejus confessio hujusmodi fuit. In quodam atrio Imperialis Palatii, erat fons, & supra fontem Bacchi statua, & magna circumquaque vitis quæ universum illum locum tectū atque opacum efficiebat. Eò cùm Licinius avocandi animi causâ venisset, tum Auxentio ipso, tum aliis pluribus ex ejus palatio ipsum sectantibus: in vitem oculos conjiciens, uvam quandam conspexit inusitatæ magnitudinis ac venustatis, ex palmitibus dependentē. Hanc Auxentio jussit, ut abscinderet. Ille statim arrepto cultro quem femoralibus appensum gestabat, uvam exsecuit nihil suspicatus. Tunc Licinius ad eum conversus: Pone, inquit, hanc uvam ad pedes Bacchi. Ad hæc Auxentius, nequaquam, ô Imperator, respondit; Christianus enim sum. Quo audito Licinius dixit; Abi igitur solu-

tus militiâ. Duorum enim alterum abs te fieri necesse est. Tum verò Auxentius nihil cunctatus balteum deposuit, atq; ut erat discinctus, libenti animo è palatio excessit. Nec multo post Episcopi eum Mopsuestiæ Antistitem ordinarunt. Hujus frater natu minor fuit Theodorus, vir qui Athenis Rhetoricam didicerat. Qui quidem & ipse postea Episcopatum Tarsensem sortitus est. Etenim Aetius cùm antea ipse per se, & Eunomium ipsum & alios qui majoris meriti erant, docere solitus esset, postquam Eunomium ad docendi munus promovit, eum deinceps magistrum pro se ac doctorem esse voluit, tum aliorum, tum eorum præcipue qui perfectiore doctrinâ & institutione indigebant. Nam ipse quidem ad principia atque elementa aliis tradenda præstantissimus erat. Eunomius verò ad elementa quæ tradita fuerant, excolenda ac promovenda, & ad interpretandum perspicue simul atque magnificè, longè illo præstantior habebatur. *Vide Philost. in lib. 5. cap. 2.*

ἐκεῖ ἐκ τοσούτων οἰκήσας τὴν περιλείαν διαπερασάμενος. θάτερον γὰρ τοῖν δυοῖν ἀνάγκη ποιεῖν, ὁ ὃ μηδὲν μελλήσας τῷ τε ζώνῳ ἑαυτὸν λύσαι, καὶ ἀσμένως ἐξεχώρησεν ὡς εἰχε τῆς βασιλείων καὶ αὐτὸν ἐφορεῖ μετὰ πάνα χρόνου ὕστερον ἐπίσκοπον ἐγκήσαντο τῆς Μοψουεστίας. ἔστε ὃ ἀδελφὸς νεώτερος Θεόδωρος ὢν, ἀπὸ τῆς ἀθηναίων παιδευτηρίων. ὃς καὶ αὐτὸς χρόνῳ ὕστερον ἐπίσκοπον τῆς Ταρσέων ἐκκλησίας ἔτυχε κληρωσάμενος. ὁ γὰρ δὴ Αἴτιος τὰ πρότερα δι' ἑαυτοῦ τόν τε Εὐδόξιον αὐτὸν καὶ ἄλλους πλείστους λόγου ἀξίους διδάσκων, ἐπειδὴ τὸν Εὐνόμιον εἰς τὸ τῆς διδασκαλίας πρωτεῖον ἤγαγον, τούτῳ ἤδη καὶ τὸ πλεῖστον αὐτοῦ ἑαυτὸν διδασκάλῳ ἐχρῆτο πρὸς τοὺς ἄλλους, καὶ τοῖς μάλιστα τελεωτέρας μαθήσεως δεομένοις. καὶ γὰρ ἐκεῖνος μὲν ἦν ἐν ἀρχαῖς παιδεύειν ἀρίστος. ἔτος ὃ τὰς δοθείσας ἐργασάμενος, καὶ σαφῶς τε ἅμα καὶ μεγαλοπρεπῶς ἑρμηνεῦσαι δυνάμενος πολὺ δεινότερος.

Ex Suida in voce Εὐδόξιος.

Eudoxius Episcopus Antiochiæ, ex Arabisso minoris Armeniæ oppido oriundus. Pater ejus Cæsarius, Maximino Imperium administrante Martyrii coronam reportaverat, licet prius voluptatibus addictior visus fuisset. Verum prioris vitæ maculas martyrii sui cruore studuit eluere. Nam cùm utrumque ei pedem sex maximis clavis carnifices transfixissent, eum in rogum conjecerunt. Sed quoniam ad ignem properans confestim expiraverat, cadaver ejus semiustum adhuc & integrum propinqui, cùm è rogo sustulissent, in agro quodam, qui Subel dicitur, deposuerunt. *Vide Philost. lib. 4. cap. 4.*

Εὐδόξιος ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας ἐξ Ἀραβισσοῦ τῆς μικρᾶς Ἀρμενίας. ὁ ὃ πατὴρ αὐτοῦ Καισάριος, ἐπὶ Μαξιμιανοῦ τοῦ τὸ μαρτυρίου στέφανον ἀνεδήσατο, καίτοι πρότερον ἡδονῶν ἥττων φανείς. ἀλλ' ἐβελήθη τὰς πρώτας κηλίδας διὰ τοῦ μαρτυρίου τοῦ αἵματος ἀπορρύψασθαι. ἦλυξε γὰρ μεγάλως ἑκάτερον τῶν ποδῶν ἐξ τὸν ἀριθμὸν αὐτοῦ διαπερονήσαντες πυρὶ παρέδοσαν· καὶ ἐπειδὴ αὐλίκα πρὸς τῷ φλόγα χωρῶν ἀπέθανεν, ἡμίφλεκτον ἔτι καὶ σῶον ὡς προσήκοντες τὸν νεκρὸν ἀνελόμενοι, ἔν τινι ἀγρῷ Σουβὲλ λεγομένῳ καλέσθεσαν.

Ex eodem Suida in voce Θεόφιλος.

Theophilus ex India reversus, Antiochiæ domicilium fixit: propriâ quidem ac peculiarem Ecclesiam nullam habens: communis verò omnium Antistes. Adeo ut cunctas libere pro arbitratu suo tanquam proprias adire ei liceret: cùm & Imperator maximum ei honorem ac reverentiam exhiberet, & reliqui omnes ad quos accesserat, summâ alacritate eum exciperent, virtutisque ejus præstantiam admirarentur.

Θεόφιλος ἦτο ἀπὸ Ἰνδῶν ἐπανελθὼν εἰς Ἀντιόχειαν διῆγεν· ἐκκλησίαν μὲν ἀφωρισμένως οὐδεμίαν ἔχων αὐτός· κοινὸς ὢν τῶν πάντων, ὡς πάσαις αὐτὸν μετ' ἀδείας ἐπιφοιτᾶν ὡς ἰδίαις ἔξον, βασιλέως αὐτὸν ἐς τὰ μάλιστα διαπρεπῶς τε πάσης καὶ αἰδοῦς ἄγοντος· καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ὁπόσοις ἐπύθετο μὴ πάσης προθυμίας αὐτὸν ὑποδεχομένων, καὶ τὸ τῆς ἀρετῆς αὐτοῦ μέγεθος καταπληττομένων.

λῶ γὰρ ὁ ἀνὴρ κρειττόνων ἢ ὡς ἄν τις δηλώσειε λόγῳ. ὡς ἄν τις τῶν ἀποστόλων εἰκών. λέγεταί γέ τοι πολὺν καὶ νεκρῶν ἀναστῆσαι ἐν ἀντιοχείᾳ ἰουδαίας τινός· θαλάσσιος, ὃ τὸν φησι, τῶν ἐπ' ἐκ ὀλίγον τἀνδρὸς συγγενομένων χρόνον, καὶ ἥκιστα δὴ εἰς τὰ τοιαῦτα ψεύδεσθαι ὑποπτος ὤν. ἄλλως τε καὶ ἔχων σὺν ὀλίγοις τῶν καθ' τὸν αὐτὸν αὐτῷ γεγονότων χρόνον σὺν Ἀπομαρτυρῆσαι.

Quæ quidem talis ac tanta in eo fuit, ut eam nemo verbis explicare possit: quippe qui imago quædam fuerit Apostolorum. Ajunt etiam eum aliquando Antiochiæ Judæam quandam ex mortuis suscitasse. Id autem affirmat Thalassius, qui cum illo diutissime versatus est, & in hujusmodi rebus extra suspicionem est mendacii: & qui alioqui haud paucos habet hujus rei testes qui eodem tempore vixerunt.

Item ex Suida in voce λεόντιος.

Λεόντιος τριπόλεως τῆς Λυδίας Ἐπίσκοπος, μυσὸς τὸ γένος τῶν πρὸς τῷ Ἴστρῳ κατῳκημένων, οὓς ἀγχεμάχας ὁμηρος καλεῖ. τὸν τοιοῦτον λεόντιον προσελαυνέζεται ὁ κακόφρων φιλοστόργιος ἐν τῇ βίβλῳ αὐτοῦ, ὡς ὁμόφρονα τῆς ἀρειανικῆς αὐτοῦ κακοφροσύνης. ὡς ὄντος παῖδα ἕνα ἐσχηκὼς, ἐπειδὴ μὴ χρηστὰς ἐλπίδας αὐτοῦ ὑποφαίνοντα πρὸς ἀρετὴν εἶδε, εὐξάμενος, ὥς φασιν, ἔτι μειράκιον ὄντα, ἐποίησεν ἀποθανεῖν. κάλλιστον ἡγησάμενος, τὸ πρὸ αἰσχρᾶς τινος καταλύσασθαι τὸν βίον, τῶν Ὀφαλεργῶν καὶ τὸν βίον ὀλισθόντων ἔξω γενόμενον κανόνα ὃν αὐτὸν ἐκάλουν τῆς ἐκκλησίας. ὧν ὃ ἐλεύθερος τὴν γνώμην Ἐπίσης εἰς πάντας καὶ παρρησιαστικός. καί πού σωφρονούσης γενομένης, εὐσεβείας τῆς κωνσταντίνου γυναικὸς εἰς ὄγδοον ἀρθείσης φρονήματος, καὶ ὑπὸ τῶν ἐπισκόπων προσκυνουμένης, μόνος ὅτος οὐδὲ φαῦλον αὐτῇ τιθέμενος, οἷοι ἔμενεν. ἡ δὲ διὰ τοῦτο ὑποθερμανθεῖσα τοῖς θυμοῖς, καὶ τὴν γνώμην φλεγμήνασα, πέμπει πρὸς αὐτὸν αἰτιωμένη, καὶ ὑποχέσεσι κολακεύουσα, ὡς ἐκκλησίαν σοι μεγίστην ἐγερῶ, καὶ χρήματα, ἐπὰν ψιλοσόφημαι, εἰ ἀφίκοιο πρός με. ὁ δὲ ἀνεβόησε τούτων μὴ, εἰ τι βουληθεὶς τελέσαι ὦ βασίλεια, σὺν ἐμοὶ μᾶλλον, ἢ τῇ σῇ ψυχῇ, ἵνα τι χαρισμένη. εἰ δὲ θελήσειας ἀφικέσθαι πρός σε, ὡς τῆς τοῖς ἐπισκόποις πρεπούσης φυλαχθησομένης αἰδοῦς. ἵν' εἰσέλθοιμι μὲν ἐγὼ, σὺ δ' αὐτίκα τοῦ θρόνου ἐξ ὑψηλοῦ καταβᾶσα, μετ' αἰδοῦς ὑπαντήσειας ἐμοὶ, καὶ τὴν κεφαλὴν ὑποσχὼν τοῖς ἐμαῖς χερσὶν, εὐλογιῶν ἀξιωμένη· κἄπειτα καθεδοῦμαι μὲν ἂν ἐγὼ, σὺ

Leontius Episcopus Tripolis urbis Lydiæ, ortus ex Mysis qui Istrum accolunt, quos Homerus ἀγχεμάχας appellat, id est cominus pugnantes. Hunc Leontium suis partibus adjungit Impius Philostorgius in lib. Historiæ suæ septimo, tanquam Arianæ sectæ quam ipse profitebatur, addictum. Hic cùm unicum haberet filium, nec ullam in eo bonæ indolis notam animadverteret, orationibus à Deo impetravit, ut adhuc adolescens ex hac vita discederet: satius esse judicans, ut ante ullum probrum ac flagitium mortem oppeteret, ex incertis ac periculosis hujus vitæ casibus subductus. Porro eum Ecclesiæ normam vulgo appellabant. Idem summa libertate, tam in sentiendo, quam in loquendo, erga omnes ex æquo utebatur. Cumq; aliquando synodus Episcoporum convenisset, & Eusebia Augusta uxor Imp. Constantii fastu elata ab universis Episcopis salutaretur, solus hic Augustam parvi pendens, domi mansit. Id factum Augusta ægre ferens, & ira excandescens, quendam ex ministris suis ad eum misit, partim conquerens, partim blanditiis & pollicitationibus eum demereri studens. Maximam tibi, ajebat, Ecclesiam ædificabo, & pecunias insuper largiar, si ad me visendam accesseris. Quibus Leontius ita respondit; Horum quæ mihi promittis, Augusta, si quidpiam perficere volueris, scias velim quod animæ tuæ potius quam mihi gratificaberis. Quod si me ad te salutandam cupis accedere, accedam quidem, dummodo ea quæ Episcopis debetur, servetur reverentia: ita ut ingrediar quidem ego: tu verò statim è sublimi solio descendens, verecunde mihi occurras, & manibus meis caput tuum submittas, benedictionem à me postulans. Deinde ut sedeam quidem ego:

Tu verò ſtes cum reverentia; poſtquã juſſero ſeſſura ubi ſignum tibi dedero. Si quidem id elegeris, ad te accedam; Sin aliter, nunquam tot ac tanta mihi donare poteris, ut ego de honore qui Epiſcopis debetur aliquid remittens, divinas ſacerdotii leges violare unquam velim. Hæc ubi nuntiata ſunt, regina mirum in modum excanduit, hujusmodi reſponſum ſibi à Leontio afferri haudquaquam patienter ſuſtinens. Cumq; multum intumuiſſet, & magnopere commota eſſet animo, & pro levitate atq; impatientia muliebri minas intentaſſet, rem ad maritum retulit, ultionem flagitans. Hic verò laudandam potius eſſe duxit in Leontio animi libertatem: Et uxoris iram ſedavit, eamq; ad cubiculum ſuum remiſit. Quodam item tempore dum Conſtantius Epiſcoporum cœtui præſideret, & Eccleſias pro arbitratu ſuo regere vellet: cunctis verba Imperatoris cum plauſu & admiratione excipientibus & recte cuncta ab eo dicta eſſe affirmantibus, ſolus Leontius conticuit. Et cùm Imperator eum interrogaſſet, quam ob cauſam ſolus ex omnibus ſileret, reſpondit Leontius. Miror, inquit, te qui aliis rebus adminiſtrandis præpoſitus ſis, alias regendas ſuſcipere: & cùm militarium ac civilium negotiorum tibi mandata ſit cura, Epiſcopis tamen præcipere de rebus quæ ad ſolos Epiſcopos pertinent. Quibus auditis, Conſtantius verecundia ac pudore ſuffuſus, in ejusmodi negotiis deinceps pro Imperio agere ac jubere deſtitit. Tanta in loquendo libertate præditus fuit Leontius. *Vide Philoſtorgium lib. 7.*

δ' ἂν ἐσήκῃς αἰδεσμένη. ὁπόταν ὑ κελεύσαιμι καθεδεσμένη, νίκα δ'οἴη τὸ σύνθημα. εἰ ὕτως αἱρήσῃ, ἀφικοίμιν ἂν ἐγώ ἕτερον τρόπον, οὐχ ὕτω πολλὰ δώσεις, ἐδ' ὕτω μεγάλα δωρήσῃ, ὡς ἡμᾶς τῆς θρησκείας τιμῆς τοῖς ἐπισκόποις καθυφιεμένους, εἰς τὸν θεῖον ἐξυβρίσαι τῆς ἱερωσύνης θεσμόν. ταῦτα ὡς ἀπηγγέλθη, ἀναπέμπει τῇ γυναικὶ, οὐκ ἀναχρεῖον ἡγεμένη θρασὺ λεοντίου τοιούτους δέξασθαι λόγους. καὶ πολλὰ δυσθυμήσασα ἡ παθιναμένη, καὶ πολλὰ ὑπὸ γυναικείας ἀκροχόλου καὶ κόφης ἀπειλήσασα διανοίας, καὶ τάνδρὶ δυσηνεγκαμένη, θρασὺ τιμωρίαν ἐξώρμα. ὁ δὲ μᾶλλον ἐπήνεσε τὴν ἐλευθερίαν τῆς γνώμης. καὶ τὴν γυναῖκα παρήνεγκε τῆς ὀργῆς. καὶ ἀποπέμπει εἰς τὴν γυναικωνίτιν. καί ποτε μεταξὺ θρονιζομένου τοῦ βασιλέως κωνσταντίου τῶν ἐπισκόπων, καὶ ἀρχὴν τῶν ἐκκλησιῶν ἐθέλοντος, ὁ μὲν πολλοὶ πᾶν ὅτι φήσειεν, ἐπῄνουν καὶ ἐθαύμαζον, ἄφωνα εἰρηκὼς διορίζόμενοι. ὁ δὲ, ἐσιώπα. ὡς δ' ἤρετο αὐτὸν ὁ βασιλεὺς, τί σιωπᾷς μόνος τῶν ἁπάντων, θαυμάζω ἔφη ὅπως ἕτερα διέπειν ταχθεὶς, ἑτέροις ἐπιχειρεῖς. στρατιωτικῶν μὲν καὶ πολιτικῶν πραγμάτων θρασυνικῶς. ἐπισκόποις δὲ θεῖ τῶν εἰς μόνους ἐπισκόπους ἀνηκόντων διαλαπόμενος. τὸν δὲ βασιλέα καταιδεσθέντα, παύσασθαι τῆς ἐν τοιούτοις ἤδη διακελεύσεως τοιοῦτος ὢν ὁ λεόντιος ἐλευθέριος.

Item ex Suida in voce δημόφιλος.

Demophilus Conſtantinopolitanus Epiſcopus, vir inſano quodam impetu cuncta ſimul miſcere ſolitus: & qui inſtar rapidi vagiq; torrentis, plurimum luti ac ſordium in ſermonibus ſuis convolveret. Ut quivis facile deprehendet ex primâ concione quam habuit Conſtantinopoli. Quâ quidem in concione veriſimile eſt eum accuratiorem ac diligentiorem fuiſſe: quippe cùm hujusmodi ſermones excipi ſoleant à notariis. Certe in ejus Commentariis qui etiamnum ſuperſunt, multa diſſerit confuſa atq; indiſtincta: & de Patre ac Filio loquens, diſertis verbis ita pronuntiat: Filius ſolius Patris voluntate genitus eſt, ſine tempore ac ſine me-

Δημόφιλος ἐπίσκοπος κωνσταντινουπόλεως. οὗτος ἐμπεσὼν ὁμοῦ σύμπαντα φύρειν ἀκοσμοφορεῖ, καὶ ἀπερ ἀτακτος χειμάρρους, πολὺν ἐν τοῖς λόγοις τὸν συρφετὸν ἄγων. ὡς ἔστι τις ἂν θεάσαιτο ἐν τῇ πρώτῃ ἐν γῇ τοῖς ἔτι σῳζομένοις ὑπομνήμασιν αὐτοῦ γενομένης δημηγορίας, ἔνθα καὶ μᾶλλον εἰκὸς ἦν ἀσφαλείας αὐτὸν φροντίδα θέσθαι τινὰ, ὡς ἐγγεγράφοις ἀναλαμβανομένων τῶν λεγομένων. ἐν τούτοις γοῦν ἄλλα τε πολλὰ διείλεκται ἀίαρθρα, διαῤῥήδην τε ἐν τοῖς θεοῖς λεγόμενα καὶ ὑὸς λόγοις. φησὶ γὰρ, υἱὸς μὲν πατρὸς θελήσει γεγέννηται μόνου, ἀχρόνως, ἀμεσιδίτως.

ἵνα διάκονος γένηται καὶ ὑπηρέτης βουλημάτων τοῦ πατρός. ἐπειδὴ ὁ προγινώσκων θεὸς ὅτι ἃ ἔμελλε πράττειν, ἀδύνατα ἦν τῆς ἀκρατήτου τάξεως τοῦ μέλλοντος αὐτὰ ποιεῖν θεοῦ ἐν τῷ γενέσθαι μέλλοντα· ἢ γὰρ ἔδει αὐτὰ πάντα θεοὺς γενέσθαι πρὸς ἀξίαν τοῦ ποιοῦντος, καὶ ἐκ τούτων ἔμελλον εἶναι θεοί. ἢ ἔδει αὐτὰ γενόμενα λύεσθαι, ὥσπερ κηρὸν, πυρὶ θερμῷ προσαγόμενα. γέγονε μὲν οὖν μεσίτης τῶν τε ἐσομένων, καὶ τοῦ γεγεννηκότος αὐτὸν θεοῦ, ὁ υἱὸς, ἵνα συντάξας ἑαυτὸν καὶ συγκαταβαίνων τοῖς γινομένοις, ἀποτελέσειε τὸ βούλημα τοῦ πατρὸς, καὶ μεσίτης γένηται τοῦ θεοῦ καὶ ἡμῶν τῶν δι' αὐτοῦ γενομένων. ἐλάνθανε διὰ τούτων θεοῦ τῶν ὅλων ἀσθένειαν καὶ βασκανίαν καταψευδόμενος, καὶ τὸν υἱὸν πάντων τῶν κτισμάτων ἀποφαίνων καταδεέστερον. ὁ μὲν γὰρ, ἀσθενὴς ἂν ἦν κατὰ δημόφιλον, εἰ βουληθεὶς, ἔπεισα ἀπόρως εἶχε τοῖς πᾶσι τὸ εἶναι διορήσασθαι· φθόνου δ' οὐκ ἀπήλλακτο ἂν, εἰ ἐξὸν αὐτῷ θεοὺς τὰ πάντα ποιεῖν, ὁ δὲ ἐφαίνετο μηχανώμενος ὅπως μὴ ταύτης αὐτῷ τύχη τὰ γενησόμενα τῆς ἀξίας· τοῦ δὲ γ' αὖ παιδὸς οὐκ ἦν τῶν κτισμάτων οὐδὲν ὃ μὴ ἄμεινον ὑπάρχειν ἐδείχθη ἂν, εἴπερ γε μὴ δι' ἑαυτὸν ἐκεῖνος ἔτυχε γεγονὸς ἀλλὰ διὰ σκοπὸν καὶ χρείαν τῆς τούτων γενέσεως· ἅπαν γάρ τοι τὸ δι' ἑτέρων γινόμενον χρείαν, ἔλαττον ὑπάρχειν ἐκείνων ἀνάγκη, διὰ τοῦ εἶναι τυγχάνει. καὶ ἄλλα δὲ ἐληρώδει πολλά.

dio: Ut jussorum patris minister sit & famulus. Nam cùm prævideret Deus, ea quæ facturus erat, non posse consistere, quippe quæ puri atque impermixti ordinis futura essent, perinde ac Deus qui ipsa fecerat. Nam prorsus necesse erat, ut vel omnia dii essent juxta dignitatem ejus qui illa condiderat. Ex quo eventurum erat ut plures dii essent. Vel certè necesse erat, ut postquam facta fuerant, statim dissolverentur, perinde ac cera ardentissimo igni admota. Idcirco Filius medius extitit inter creaturas quæ condendæ erant, & inter Patrem ex quo genitus est: ut is sese demittens, seq; adjungens & socians iis quæ creanda erant, voluntatem Patris adimpleret, essetq; mediator inter Deum atq; inter nos, qui per illum facti sumus. Sed non animadvertit Demophilus, se his verbis summo omnium Deo infirmitatem & invidiam falsò affingere, & filium deterioris conditionis facere quàm reliquas omnes creaturas. Nam Pater quidem infirmus fuerit necesse est juxta Demophili sententiam, quippe qui cùm voluisset cunctis essentiam largiri, id postea perficere non potuerit. Ab invidia autem nequaquàm alienus fuerit, si cùm ipsi liceret cunctas creaturas deos efficere, ipse studiose cavit, ne creaturæ ejusdem cum ipso conditionis ac dignitatis essent. Jam verò Filio, nulla est creatura quæ non potior ac beatior jure merito esse videatur: si quidem ille non propter semetipsum, sed ob contemplationem atque usum creaturarum factus est. Quicquid enim ob aliorum utilitatem fit, inferius sit necesse est iis quorum causâ factum est. Multa quoque alia hujusmodi profert deliria. *Vide Philostorg. in lib. 9. cap. 14.*

ΕΚ ΤΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ
ΙΣΤΟΡΙΑΣ
ΘΕΟΔΩΡΟΥ
ΑΝΑΓΝΩΣΤΟΥ
ΕΚΛΟΓΑΙ.

EXCERPTA
EX ECCLESIASTICA HISTORIA
THEODORI
LECTORIS.

HENRICO VALESIO Interprete.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



ΕΚΛΟΓΑΙ
ΑΠΟ ΤΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ
ΙΣΤΟΡΙΑΣ
ΘΕΟΔΩΡΟΥ
ΑΝΑΓΝΩΣΤΟΥ,

Ἀπὸ φωνῆς νικηφόρου καλλίστου τοῦ ξανθοπούλου.

A EXCERPTA
EX ECCLESIASICA
HISTORIA
THEODORI
LECTORIS,

Auctore Nicephoro Callisto Xanthopuli filio.

ΑΠΟ ΤΟΥ ΠΡΩΤΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ.



ΘΕΟΔΟΣΙΟΣ ὁ νέος ἐξελθὼν εἰς κυνήγιον, εἰς B λευκὸν ποταμὸν παραχθεὶς, ὡς λέγει, τῇ ἐπιούσῃ νυκτὶ ἐτελεύτησεν, καὶ ἐτάφη ἐν τῇ θήκῃ ἀρκαδίου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. λέγει δὲ ὡς καὶ ἡ βασίλισσα εὐδοκία ἀπελθοῦσα εἰς ἱεροσόλυμα, οὐκέτι ὑπέστρεψε. μαρῖνα δὲ παρθενεύουσα ἐν τοῖς βασιλείοις, πρὸ τοῦ ἀδελφοῦ ἐτελεύτησε· καὶ ὅτι χρυσάφιον τὸν τζουμᾶν ἀνεῖλεν ἡ πουλχερία. καὶ ὅτι ἡ εὐδοκία τῇ πουλχερίᾳ τὴν εἰκόνα τῆς θεομήτορος, ἣν ὁ ἀπόστολος λουκᾶς καθιστόρησεν, ἐξ ἱεροσολύμων ἀπέστειλεν.

Μαρκιανὸς ἰλλυριὸς τὸ γένος, τριβοῦνος ὤν, προβεβηκὼς ἐν ἡλικίᾳ, ἐν πολέμοις γενόμενος ἄριστος, ἀνηγορεύθη βασιλεὺς ἐν τῷ ἑβδόμῳ, ὑπὸ παντὸς τοῦ στρατοῦ. ὃς εὐθὺς ἐκέλευσεν ἄρχοντα ἐπὶ δόσει μὴ γίνεσθαι.

Μαρκιανὸς καὶ πουλχερία ἔγραψαν λέοντι τῷ πάπα ῥώμης, πᾶσαν αὐτῷ αὐθεντίαν παρέχοντες· ἐνετάγησαν δὲ καὶ αὗται αἱ κελεύσεις. ἔγραψε δὲ βασιλεὺς καὶ τοῖς καθ' D ἕκαστον τόπον ἐπισκόποις. λέων δὲ ὁ ἐπίσκοπος ἔγραψε πρὸς τὴν ἐν νικαίᾳ ἐλπιζομένην γίνεσθαι σύνοδον θαυμασίαν ἐπιστολὴν, ἥτις καὶ ἐν τοῖς πραχθεῖσιν ἐν καλχηδόνι ἐμφέρεται, καὶ ὑπὸ τοῦ ἱστοροῦντος ἐντέτακται.

EX LIBRO PRIMO.



THEODOSIUS junior ad venationem egressus, cùm in Leucum fluvium abreptus fuisset, ut refert Theodorus, sequenti nocte mortuus est, & in momento Arcadii patris ipsius sepultus. Refert etiam Theodorus Eudociam Augustam Hierosolyma profectam, non amplius revertisse: Et Marinam virginem in palatio ante fratris sui obitum è vivis excessisse. Ait præterea Chrysaphium, qui & Tzumas dictus est, jussu Pulcheriæ interfectum fuisse. Refert etiam Eudociam ab urbe Hierosolymitana ad Pulcheriam misisse imaginem matris Domini, quam Lucas Apostolus depinxerat.

Marcianus oriundus ex Illyrico, Tribunus, provecta jam ætate & in bellis strenuus, ab universo exercitu Imperator renuntiatus est in Septimo. Qui statim constituit, ne quis numerato pretio ad magistratum promoveretur.

Marcianus & Pulcheria litteras scripserunt ad Leonem Papam urbis Romæ, quibus omnem illi potestatem tribuebant. Eæ quoque jussiones insertæ sunt actis synodi Chalcedonensis: scripsit etiam Imperator ad singularum urbium Episcopos. Leo autem Episcopus, mirabilem Epistolam scripsit ad synodum quæ Nicææ congreganda esse credebatur: Quæ quidem Epistola inserta est etiam actis Synodi Chalcedonensis, & à Theodoro Lectore hîc refertur.

Cùm ex omnibus locis Episcopi congregati essent Nicææ, Marcianus quitum in Thracia morabatur, literas scripsit ad Synodum, se se excusans. Deditque operam, ut synodus Chalcedonem transferretur, propterea quod cuperet ipse interesse Concilio, juxta exemplum div. Imp. Constantini. Hoc igitur modo synodus Chalcedonem translata est. & in Ecclesia Euphemiæ Martyris celebrata. In hac synodo multa necessaria dogmata ac negotia constituta sunt: Quorum notitia & multiplex utilitas ex ipsa actorum lectione percipi potest. Expositi sunt etiam Canones viginti septem. Quibus omnibus gestis Episcopi ab Imperatorib⁹ honorati, singuli ad proprias civitates remearunt.

Pulcheria Augusta admodum pia extremum diem obiit, cùm multa præclare in vita gessisset, cunctaque bona sua moriens pauperibus reliquisset. Ejus testamentum Marcianus infirmare noluit: sed ad perficienda cuncta quæ illa mandaverat, libenter sumptus subministravit. Ædificavit autem Pulcheria Ecclesias complures: Eam scilicet quæ est in Blachernis: Item eam quæ est in Chalcopratiis. Aliam quoque quæ dicitur Hodegorum: Item Ecclesiam S. Laurentii Martyris.

Marcianus ad supplicationes quæ fiebant in Campo, pedes extra civitatem progressus, multas pecunias pauperibus erogavit. Anatolium verò urbis Episcopum hortatus est, ut juxta morem Episcoporum urbis regiæ, à Tauro usq; ad Campum lectica vectus ad supplicationem procederet. Verùm ille cùm Marcianum pedibus incedentem vidisset, ipse quoque pedes processit.

Marcianus cùm didicisset ea quæ adversus Romam & Imperatrices facta fuerant à Vandalis ex Africa profectis, sicut Imperatorem decebat commot⁹, ad bellum se paravit. Contigit autem ut ad Supplicationē procederet, in Campum die XXVI. Januarii.* Ejus autem loco Imperator eligitur Leo, oriundus ex Thracia, dignitate Tribunus.

Timotheus audita Marciani morte, adversus Proterium insurgit, eumq; in baptisterio Ecclesiæ occidi, & cadaver ejus per urbem trahi & incendio consumi curavit. Porro hic Timotheus Ælurus, antequam Proterius occideretur, præstigiis quibus dā ac machinamentis

Τῶν ἀπανταχῆ ἐπισκόπων συναχθέντων ἐν τῇ νικαίᾳ, μαρκιανὸς διαφθείρων ἐν θράκῃ, ἔγραψε τῇ συνόδῳ ἀπολογούμενος· καὶ τὴν σύνοδον ἐν καλχηδόνι μεταγαγεῖν ἐσπούδασε, θέλων δι' ἑαυτὸν παρεῖναι ἐν τῇ συνόδῳ, κατὰ μίμησιν κωνσταντίνου τοῦ θείου. οὕτω τοίνυν ἡ σύνοδος ἐν καλχηδόνι μεθέν, ἐν τῷ ναῷ εὐφημίας τῆς μάρτυρος. ἐν ᾗ πολλὰ καὶ ἀναγκαῖα διεκρίθη δόγματά τε καὶ πράγματα, ὧν ἡ γνῶσις καὶ ἡ ὠφέλεια πολυμερὴς ἔστι, διὰ τῶν πεπραγμένων δηλονότι ἀναγνώσεως καὶ κανόνων ἡ ἔκθεσις. ἅπερ ἅπαντα πράξαντες οἱ ἐπίσκοποι, καὶ πάσης τιμῆς ὑπὸ τῶν βασιλέων τιμηθέντες, ἐν εἰρήνῃ ἕκαστος τὴν ἰδίαν πόλιν κατέλαβον.

Πουλχερία ἡ εὐσεβὴς ἐτελεύτησεν, πολλὰ κατορθώματα καὶ πάντα τὰ ἑαυτῆς, πένησι καταλείψασα· ἅπερ μαρκιανὸς οὐκ ἀθέτησεν, ἀλλὰ καὶ ταῖς χρείαις ἅπασι προθύμως ὑπηρέτησεν. ἐκτίσε δὲ καὶ ἐκκλησίας οἴκους πουλχερίᾳ πολλούς, τὸν ἐν βλαχέρναις, τὸν χαλκοπρατίων, τὸν ὁδηγῶν. μεθ' ὧν καὶ τὸν λαυρεντίου τοῦ μάρτυρος.

Ἐν ταῖς λιταῖς θρομβούσαις ἐν τῷ κάμπῳ, πεζὸς μαρκιανὸς ἐξεχώρησε, πολλὰς τοῖς δεομένοις δωρεὰς παρεῖχεν. ἀνατόλιον τὸν ἐπίσκοπον, προπεμπόμενον τῶν ἐπισκόπων τῆς πόλεως, ἀπὸ ταύρου φορείῳ φερόμενον, λιτανεύειν ἕως τοῦ κάμπου. ὁ μαρκιανὸς βλέπων πεζεύοντα, καὶ αὐτὸς πεζεύων ἐλιτάνευεν.

Μαρκιανὸς γνοὺς τὰ ἐν τῇ ἕῳ κατὰ τῆς ῥώμης καὶ τῶν βασιλίδων θρόμενα, κινηθεὶς βασιλικῶς, πρὸς πόλεμον ἡτοιμάζετο. συσκευὴν ὃ αὐτὸν ἐξελθεῖν εἰς τὴν λιτὴν ἐν τῷ κάμπῳ, τῷ ἰανουαρίῳ μηνὶ κς'. προχειρίζεται ὃ εἰς βασιλέα λέων ὁ ς, θρᾷξ μὲν τῷ γένει, τριβούνου δὲ τὴν ἀξίαν.

Τιμόθεος τὸν μαρκιανοῦ ἀκούσας θάνατον, καὶ πρότερον κινεῖται, καὶ ἔτον ἐν τῇ καλυμβήθρᾳ τῆς ἐκκλησίας σφαγῆναι παρεσκεύασε, καὶ τὸν νεκρὸν συρῆναι, καὶ πυρὶ παραδοθῆναι. τιμόθεος ὁ αἴλυρος, πρὶν ἀναιρεθῆναι πρότερον, μελανείᾳ τινὶ χρησάμενος,

νυκτὸς

νυκλὸς ἐν τοῖς τῶν μοναχῶν κελλίοις περιερχόμενος, ἐξ ὀνόματος ἕκαστον μοναχόν. ἐπεὶ δὲ ὑπακούσαντος, ἔλεγεν ὅτι εἷς εἰμὶ ἐκ τῶν λειτουργικῶν πνευμάτων· ἀπεσταλμαι δὲ πᾶσιν εἰπεῖν, ἵνα μὴ θορυβεῖσθε μήτε τὴν κοινωνίαν φεύγωσιν, τιμόθεον δὲ τὸν αἴλουρον ἐπίσκοπον προχειρίζωνται, ἑαυτὸν δηλῶν πᾶσι ποιῶν.

Ὁ αἴλουρος ζῶντος τὸν προτερίου, καὶ καθαιρεθέντων ἐπισκόπων χειροτονεῖται, καὶ ἐνθους θορύβων καὶ ταραχῶν τὴν ἐκκλησίαν ἐπλήρωσεν.

Ὁ νισιβηνὸς ἦν ὁ μέγας ἰάκωβος. ὅπως δὲ ἦν ἐναρέτως ἐδείξατο τὸ περὶ τὰς πλυνούσας ἑλληνίδας κόρας ἐν τῇ πηγῇ, αἵτινες ἐπὶ τῷ ῥήματι ἰακώβου ἐπολιώθησαν, καὶ ἡ πηγὴ ἐξηράνθη· ἠυξάμενος πάλιν, ἀπεκατέστησε. τὰς μέντοι κόρας πεπολιωμένας κατέλιπε. δεῖ εἰδέναι ὅτι ἔστιν ἰάκωβος ὁ καὶ τὸ θαῦμα τὸ περὶ τὴν πηγὴν & τὰς κόρας ποιήσας, οὐκ ἔστιν ὁ αἰλιγράψας πρὸς τὰ ἐγκύκλια. ἔστι δὲ ὁ νισιβηνὸς, ἐν τοῖς κωνσταντίου ἦν χρόνοις. πλὴν ἔστι καὶ ὁ δεύτερος ἰάκωβος μέγας ἦν ἐπὶ θαύμασιν, ὡς φησιν ἐν τῇ φιλοθέου ἱστορίᾳ ὁ θεοδώρητος.

Λάρνακα ἡτοίμασε θεοδώρητος πρὸς ταφὴν τῷ μεγάλῳ ἰακώβῳ. συνέβη δὲ προλαβεῖν τὸν θεοδώρητον. πλὴν καὶ ἔστι ἐν αὐτῇ ἐτέθη ὁ μέγας ἰάκωβος.

Συμεὼν, ὑπὸ κώμης ἦν σισὰν, καὶ πρῶτος τῶν κιόνων ἐπιλήθυμα ἐπενόησεν μέγας γρηγόριος, ὡς δηλῶσι τὰ περὶ αὐτὸν συγγράμματα.

Ἀναλολίου τελευτήσαντος, γεννάδιος προχειρίζεται. πρεσβύτερος τῆς ἐκκλησίας, ἀκακίου τοῦ ὀρφανοτρόφου συμψήφου γενόμενος. προσεβάλετο δὲ γεννάδιος μαρκιανὸν οἰκονόμον, τῆς τῶν καθαρῶν αἱρέσεως εἰς τὴν ἐκκλησίαν μεταθέντα. ὃς ἅμα τῷ γενέσθαι οἰκονόμος, τὰ προσφερόμενα ἐν ἑκάστῃ ἐκκλησίᾳ, εἰς τοὺς τόπους κληρικοὺς κομίζεσθαι διέταξεν, ἕως τότε τῆς μεγάλης ἐκκλησίας πάντα κομιζομένης.

Λέων ἐνομοθέτησε, τὴν κυριακὴν πρὸ πάσης ἐργείας, ἀπραγμόνως τε εἶναι καὶ σεβασμίαν· εἰς τοὺς κληρικοὺς πρὸς τῷ ἐπάρχῳ τῶν πραιτωρίων μόνον ἀποκρίνεσθαι.

usus, noctu cellas Monachorum circuibat, singulos Monachos nominatim appellans. Cumque is qui nominatus erat respondisset, ipse unum ex Angelis se esse dicebat, ad hoc missum ut singulis denuntiaret, ne Proterio communicarent, sed ut Timotheum Ælurum Episcopum eligerent, semetipsum cunctis manifestè designans.

Ælurus vivente adhuc Proterio, ab Episcopis qui depositi fuerant, ordinatur, statimque turbis ac tumultuatione Ecclesiam implevit.

Magnus Jacobus Nisibi erat oriundus. Quanta autem virtute præditus fuerit, apparet ex miraculo quod factum est in puellis quibusdam Gentilibus, quæ lavabant in fonte. Hæ enim post imprecationem Jacobi incanuerunt, & fons ipse exaruit, quem mox Jacobus orationibus suis restituit: Puellas verò ipsas canas reliquit. Sciendum porrò est, Jacobum hunc qui istud miraculum in fonte & in puellis perpetravit, alium esse ab eo qui ad Encyclicas litteras rescripsit. Nam Nisibenus quidem ille vixit temporibus Constantii. Hic tamen junior Jacobus miraculis quoque clarus fuit, ut testatur Theodoritus in historia Philotheo.

Theodoritus arcam magno Jacobo ad sepulturam paraverat. Verùm Theodoritus ante Jacobum è vivis excessit. Nihilominus tamen magnus Jacobus in arca depositus est.

Symeon oriundus fuit ex vico Sisan, qui primus standi in columna exercitationem excogitavit. Vir autem fuit præstantissimus, ut testantur libri de ejus vita conscripti.

Mortuo Anatolio, Gennadius presbyter Ecclesiæ CP. in ejus locum substituitur: simul nominato quorundam suffragiis Acacio, Orphanotrophii Præposito. Porro Gennadius Oeconomum Ecclesiæ constituit Marcianum, qui ex Catharorum secta ad Ecclesiam Catholicam transierat. Hic simul atq; Oeconomus factus est, decrevit ut quæ in unaquaque Ecclesia offerebantur, Clerici ejusdem Ecclesiæ acciperent: cùm ad id tempus magna Ecclesia, universa accipere soleret.

Leo Imp. lege lata constituit, ut die Dominico cuncti feriarentur, isque dies ab omni opere vacuus esset ac venerabilis. Constituit etiam, ut Clerici apud solum Præfectum prætorio convenirentur.

Hic Geñadius neminem ordinabat, A qui Psalterium non sciret memoriter. Sub eodem Gennadio Pictoris cujusdam manus exaruit, qui Christum Jovis specie depingere ausus fuerat. Sed Gennadius pictorem precibus suis mox sanavit. Scribit porro Theodorus noster, melius esse & magis consentaneum veritati, Christum aliâ formâ pingere, crispo scil. & raro capillitio.

Eleutherio martyri ob quendam ejus clericum Gennadius scripsit in hunc modum. Miles tuus disciplinam non servat. Tu igitur, aut emenda illum, B aut dele. Statimque mortuus est clericus, utpote qui malis moribus esset præditus.

Hujus Gennadii temporibus, Studius Ecclesiam sancti Joannis exstruxit, & Monachos ex Accœmitensibus in ea collocavit. Gratissimus verò Præpositus sacri cubiculi, exstruxit Ecclesiam sancti Cyriaci, in qua etiam Monachi vestem assumpsit, simulque Præpositi munus implere non destitit.

Daniel vir plane admirandus, ex Symeonis monasterio profectus, columnam quæ est in Anaplo conscendit.

Anthimus & Timocles tropariorum Poëtæ, in duas factiones divisi sunt. Et C ii quidem qui Chalcedonensem synodum probabant, unà cum Anthimo collectas agebant. Hic enim vigilias quoque celebrari fecit. Quotquot verò supradictæ synodo infensi erant, Timocli adhæserunt.

Martyrio Antiochensis Ecclesiæ Episcopatum gerente, Zeno magister militum qui Leonis Imperatoris filiam Ariadnen, uxorem duxerat, Antiochiam venit. Erat in ejus comitatu Petrus quidam, cognomento Fullo, presbyter Ecclesiæ S. Bassæ martyris, quæ est Chalcedone. Hic sedis Antiochenæ cupiditate captus, persuasit Zenoni, ut D conatus ipsius adjuvaret. Conductis igitur quibusdam ex Apollinaris secta, contra fidem & contra Martyrium Episcopum plurimos tumultus excitavit, Anathemati subjiciens eos qui non dicerent Deum crucifixum. Quam ob causam populum quoq; inter se dissidere fecit. Addiderat enim trisagio hæc verba: Qui crucifixus es pro nobis.

Martyrius cùm ad Imperatorem venisset, honorifice dimissus est, studio atque hortatu Gennadii. Reversus autem Antiochiam, cùm Antiochenses turbis ac seditionibus delectari, & Ze-

Οὗτος οὐδένα ἐχειροτόνει, τὸ ψαλτήριον μὴ γινώσκοντα. Ἐπὶ γεννα δίου, ἡνίκα τὸν Ζωγράφον ἐξηρέθη, τὸν ἐν τάξει δίος, τοῦ σωτῆρος γράψαι τολμήσαντος· ἐν δὲ εὐχῇ ἰάσατο γεννάδιος. Φησὶ δὲ ὁ ἱστορῶν, ὅτι τὸ ἄλλο σχῆματος σωτῆρος, τὸ ἕλκον ὀλιγότερον, ὑπάρχει τὸ ἀληθέστερον.

Ἐλευθερίῳ τῷ μάρτυρι δί' ἕνα κληρικὸν τοῦ ναοῦ αὐτοῦ, ἐδήλωσεν ὁ γεννάδιος, ὅτι ὁ στρατιώτης σου ἀτακτεῖ· ἢ διόρθωσαι τοῦτον, ἢ ἔκκοψον. ὁ δὲ εὐθὺς ἐτελεύτησεν ὡς κακότροπος.

Ἐπὶ γεννα δίου σπούδιος ἔκτισε τὸν ναὸν τοῦ ἁγίου ἰωάννου, καὶ μοναχοὺς ἐκ τῶν ἀκοιμήτων ἐνεκάλεσησεν. γενόμενος δὲ ὁ πραιπόσιτος, τὸν τοῦ ἁγίου κυριακοῦ, ἐν ᾧ καὶ τὸ μοναχικὸν σχῆμα ἔλαβεν, ἅμα ἐπράττε τὰ πραιποσίτου.

Δανιὴλ ὁ θαυμάσιος ἐκ τῆς συμεῶνος μάνδρας ἐλθών, τῷ σύλῳ ἐπέβη τῷ ἐν τῷ ἀναπλῳ.

Ἄνθιμος καὶ τιμοκλῆς, οἱ τῶν τροπαρίων ποιηταὶ, καὶ Φαλείας διῃρέθησαν. οἱ μὲν ὅσοι μὲν ἔχαιρον τῇ ἐν χαλκηδόνι συνόδῳ, συνῆγον τῷ ἀνθίμῳ συνήγοντο. αὐλὸς γὰρ καὶ τὰς παννυχίδας παρεσκεύασε γίνεσθαι. ὅσοι δὲ ταύτης ἐχθροὶ, τῷ τιμοκλεῖ προσέκειντο.

Μαρτυρίου τὴν ἀντιοχείας ἐπισκοπεύοντος ἐκκλησίαν, καλέλαβε τὴν ἀντιόχειαν ζήνων ὁ στρατηλάτης, ὁ γαμβρὸς τῆ θυγατρὶ δηλαδὴ ἀριάδνῃ τοῦ βασιλέως λέοντος· τούτῳ πέτρος πρεσβύτερος, τὸ ἐν χαλκηδόνι ναοῦ βάσσης τῆς μάρτυρος, ὁ ἐπίκλην κναφεὺς, ἠκολούθησεν ἐπὶ ἀντιόχειαν τῷ ζήνωνι τοῦ βασιλέως γαμβρῷ· ἐποφθαλμίσας δὲ τῷ θρόνῳ τῆς πόλεως, πείθει τὸν ζήνωνα συνεργῆσαι αὐτῷ. καὶ μισθωσάμενος ἵνας τῶν λοιπῶν ἀπολιναρίων, μυρίους θορύβους καὶ στάσεως καὶ μαρτυρίου τοῦ ἐπισκόπου εἰργάσατο, ἀναθέματι βάλλων τοὺς μὴ λέγοντας, ὅτι θεὸς ἐσταυρώθη. ἐν οἷς καὶ τὸν λαὸν εἰς διαίρεσιν ἤγαγε, καὶ ἐν τῷ τρισαγίῳ πέπεικε, τὸ ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς προσθῆκαι.

Πρὸς βασιλέα ἐλθὼν μαρτύριος, σὺν πολλῇ τιμῇ ἀπελύθη ἀσμένως παρὰ γεννα δίου· ἐλθὼν δὲ εἰς ἀντιόχειαν, καὶ βλέπων ἀντιοχεῖς ταραχαῖς καὶ στάσεσι χαίροντας, καὶ ζήνωνα

τέτοις συμπεράνηλα, ἀπελάξαλο τῇ ἐπισκοπῇ ἐπ' ἐκκλησίας εἰπὼν, κλήρῳ ἀνυπολάκλῳ, καὶ λαῷ ἀπειθεῖ, καὶ ἐκκλησία ἐρρυπωμένῃ ἀπολάπομαι, φυλάτων ἐμαυλῷ τὸ τῆς ἱερωσύνης ἀξίωμα.

Μαρτυρίᾳ ἀναχωρήσαντος, τυραννικῶς ὁ ναφθὺς τῷ θρόνῳ ἐπεπήδησε, καὶ χειροτονεῖ εὐθὺς ἐπίσκοπον ἀπαμείας ἰωάννην τινὰ ἀπὸ καθαιρέσεως, γνοὺς ὃ ταῦτα γεννάδιος, διδάσκει πάντα τὸν βασιλέα. ὁ δὲ κελεύει τὸν ναφέα πεμφθῆναι εἰς ἐξορίαν, ὅπερ προμαθὼν, φυγῇ ἐχρήσατο τὴν ἐξορίαν διέφυγε. ψήφῳ δὲ κοινῇ ἰουλιανὸς τῇ ἐπισκοπῇ χειρίζεται.

Ἐμπρησμὸς ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ μέγας ἐγένετο, τῇ δευτέρᾳ ἐξ σεπτεμβρίου μηνός, ἀπὸ τοῦ νεωρίου ἀρξάμενος, καὶ φθάσας ἕως τοῦ ἀποστόλου θωμᾶ τοῦ ἀμαντίου. μαρκιανὸς δὲ ὁ οἰκονόμος ἀνελθὼν εἰς δευτέρους τῆς ἁγίας ἀναστασίας, καλέχων τὸ εὐαγγέλια, εὐχαῖς τε δάκρυσι τὸν οἶκον ἀπαθῆ διεφύλαξε.

Λέων ὁ βασιλεὺς προσεβάλετο καίσαρα λέοντα τὸν μικρὸν, τὸν υἱὸν ἀριάδνης τῆς ἑαυτοῦ θυγατρὸς, καὶ ζήνωνος τοῦ γαμβροῦ αὐτοῦ. ἐν ᾧ τούτῳ τῷ χρόνῳ, ἡ κόνις καθῆλθε, μηνὶ νοεμβρίῳ, πυρακλύντων νεφῶν φανέντων τῶν ἐν ἀέρι πρότερον. ὡς πάντας δοκεῖν ὁρᾶν λέγειν, ἀέρανόθεν καλενεχθῆναι.
Theodosius Alexandriæ Episcopus, Chalcedonensis Synodi obtrectator, 387. *epistolam ad eum scribit Severus,* 388. *ejus epistolæ ad Anthimum & Severum missæ.* 388. *à Iustiniano sede ejicitur.* ibid.
Theodotus Episcopus Laodiceæ, fautor Arii, 21. 52. 295
Theodotus Hieropolitanus Episcopus ab Eusebio Samosatensi ordinatur. 203
Theodotus Antiochensis Episcopus, vir castus ac mansuetus, 244. *Apollinaristas qui erant Antiochiæ, reliquo Ecclesiæ corpori adjunxit.* ibid.
Theodotus Ancyræ Episcopus, in Ephesina Synodo Nestorium accusat. 259
Theodotus Episcopus Ioppæ. 339
Theodulus Episcop. ab Arianis occisus, 76. *Theodulus Episcopus Thraciæ.* 92
Theoduli epistola de Nestorio, ejusque hæresi. 257
Theodulus Chæretaporum Episcop. Eunomianus, 504. *postea Palæstinæ Episcop. factus ab Eunomianis.* 511
Theognius Nicænus Episcopus, Arianæ impietatis fautor, 26. 51. 206. *mittitur in Mareotem ad inquirendum contra Athanas.* 74. *litteras ad Imp. scribit contra Athanasium, Asclepam & Marcellum.* 76
Theonæ Ecclesia in urbe Alexandria. 178
Theonas Marmaricæ Episcopus Arianarum partium, 26. *excommunicatus ab Episcopis Concilii Nicæni unà cum Secundo,* 29. & 30. 469. *in exilium mittitur, & postea revocatur.* ibid.
Theophilus Alexandriæ Episcopus ordinatur, 228. *templum ac simulachrum Serapidis destruit.* 229.
Theophilus Indus ad Indos sive Homeritas missus, 472. 477. *Episcopus ab Arianis ordinatur,* 477. *à Constantio relegatur,* 492. *ab exilio revocatur,* 494. *iterùm relegatur Heracleam Ponti.* ibid.
Thessalonica urbs Macedoniæ ampla ac celebris, caput omnium Provinciarum quæ sunt sub dispositione Præfecti Prætorio Illyrici. 219
Thomas Episcopus Apamiæ, 398. *Equestres ludos contra morem Ecclesiasticum spectat.* 398
Thomas monachus in Syria stultitiam simulat. 410
Thrasamundus Vandalorum Rex in Africa. 392
Tiberius, Iustino juniore in amentiam verso, rempublicam gubernat unà cum Sophia Aug. Iustini conjuge, 430. 431. *Cæsar renuntiatur à Iustino,* 431. *ejus elogium.* 432
Tigris fluvius ortus ex Armeniæ montibus, per Assyriam fluit. 143
Tigridis fluvii cursus describitur. 479
Timasius & Richomeres Magistri militum Imperatoris Theodosii. 524
Timotheus Alexandriæ Episcopus post Petrum, 206. *Maximum Philosophum Constantinopolitanæ Ecclesiæ Episcopum ordinat.* ibid.
Timotheus Ælurus ab Alexandrinis Episcopus eligitur superstite Proterio, 299. 303. *à duobus tantum Episcopis ordinatur,* 301. 553. *epistolam de Ordinatione sua scribit ad Leonem August.* 302. 303. *relegatur Gangram,* 305. *ejus prælatiæ,* 552. *à Basilisco Imperatore revocatur.* 335. 555
Timotheus Salofaciolus pulso Æluro Alexandriæ Episcopus ordinatur, 305. *Canopum fuit,* 342. *Zenonis jussu sedem suam recuperat.* 343
Timotheus ejecto Macedonio Constantinopolis Episcopus ordinatur, 363. 563. *Symbolum Nicænum in singulis Collectis recitari instituit.* ibid.
Trajanus Magister militum sub Valente, 191. *cum exercitu mittitur adversus Gothos,* 193

Translationes Episcoporum quam ob causam prohibitæ sint sacris Canonibus, 206. *interdum tamen pro utilitate Ecclesiarum usurpantur.* ibid.
Tribigildus natione Scytha sive Gothus, Comes rei militaris sub Arcadio rebellat. 531
Tripolis urbs Phœnices maritimæ, in qua erat Ecclesia sancti Leontii martyris. 363
Tychæum Antiochiæ, id est, Templum Genii publici, in honorem martyris Ignatii consecratur. 274. 307
Tzundadeer Castrum in confinio Persarum atque Indorum. 564

V.

VAlens à Mursa Pannoniæ, Arianorum signifer, 79. *damnatus in Synodo Sardicensi*, 80. *item in Synodo Ariminensi*, 98. 99. 105. *Eunomium humaniter excipit Valentis Augusti temporibus.* 518
Valens Imperator ab uxore Ariana inductus, Arii hæresin amplexus est, 165. *ab Eudoxio Ariano Episcopo baptizatur*, ibid. *ejus interitus.* 195. 521
Valentinianus Tribunus Lanciariorum, 138. *confessor temporibus Iuliani*, 139. 505. *Imper. ab exercitu eligitur*, 156. 513. *Valentem fratrem in consortium adsciscit imperii*, ibid. *Episcopos ipsemet eligere recusat.* 157
Valentinianus junior, filius majoris Valentiniani, Ambrosium persequitur, 217. *ab Eugenio tyranno perimitur.* 231. 526
Valentinianus Placidus Nobilissimus à Theodosio juniore declaratur, 537. *Cæsar mox fit ab eodem*, ibid. *Imperator Romæ renuntiatur.* 538. *Romæ perimitur insidiis Maximi Patricii, cujus uxorem stupraverat.* 198
Ventidius & Corbulo Romani, Parthos superarunt. 373
Veteranio Magister militum, Cæsar creatur à Constantina Aug. 489. *purpura exuitur à Constantio.* ibid.
Vetranio Episcopus Scythiæ, vir sanctissimus, Valentem Imper. liberè redarguit. 195
Vigilius Romanæ urbis Episcopus, quintæ Synodo interesse recusat. 413
Vincentius Capuanus Episcopus, 103. *ejus elogium.* ibid.
Vindices in singulis civitatibus ab Anastasio Imper. instituti. 375
Virtus infensissimo cuique reverentiam ac terrorem injicit. 239
Vitalianus contra Anastasium rebellat, 375. *Hypatium & Cyrillum Romanorum Duces capit*, ibid. *Magister militum & Consul à Iustino promotus occiditur.* 382
Vitalis Episcopus Antiochiæ, successor Tyranni, Ecclesiam in Palea quæ persecutionis tempore destructa fuerat, instauravit. 8
Vitalis Antiochiæ ordinatur Episc. ab Apollinare Laodiceno. 222
Vitalis ac Misenus Legati Sedis Apostolicæ, ob male gestam legationem in Synodo Romana damnantur. 333. 377
Vlfila Gothorum gentis Episcopus. 196. *ab Eusebio Nicomediensi ordinatur*, 471. *Sacra Scripturæ libros in Gothicam linguam transfert.* ibid.
Vlpianus Sophista orationem scripsit de laudibus Antiochiæ. 277
Vnicus cujusque civitatis Episcopus esse debet, non duo. 96
Vrsacius à Singiduno, Arianorum antesignanus, 79. *damnatus in Synodo Sardicensi*, 80. *vipera ex Ariana aspide prognata.* 81

X.

XEnaias vir nominis sui, adversus Flavianum Antiochenum Episcopum insurgit, 359. *Episc. Hierapolis*, 362. *Græco vocabulo Philoxenus dictus.* ibid.
Xylocassia & cassia & cinnamomum apud Æthiopas nascitur. 479

Z.

ZAcharias Rhetor, Historiæ Scriptor Nestorii favet, 286. *Proterium fallo accusat*, 322. 338. 339. 349. *Zacharias Rhetor Eutychetis partibus favet*, 340. *reprehenditur ab Evagrio parum diligens in scribenda Historia.* 349
Zeno Acicmesius initio dictus, à Leone Augusto gener adsciscitur, 308. *Romanorum Imperator creatur*, 309. *ejus flagitiosa vita*, 333. *ejusdem Henoticum sive edictum unitivum de adunatione Ecclesiarum*, 344. *ejus epistola ad Felicem Papam.* 339
Zeugmatius Monachus cæcus pro fide Catholica strenue decertat. ibid.
Zeugma urbs Euphratensis Provintiæ, 166. *Zeugmatensium regio.* 198
Zenonis Augusta, Basilisci uxor, Synodo Chalcedonensi adversatur, 556. *ejus miserabilis interitus.* 557
Zoilus Rector urbis Antiochiæ sub Theodosio juniore, quænam opera Antiochiæ ædificaverit. 276
Zoilus Alexandriæ Episcopus pulso Theodosio. 388. 412
Zosimus Romanæ urbis Episc. post Bonifacium. 244
Zozimus Historiæ Scriptor, Paganus fuit, & ob id Constantino infensus, 370. *usque ad tempora Honorii & Arcadii Historiam suam perduxit.* 372. 442
Zozimas Monachus Syrus, 384. *terræmotum Antiochiæ prædicit*, 385. *ejus miracula.* ibid.

FINIS.

HENRICI VALESII
ANNOTATIONES
IN
HISTORIAM ECCLESIASTICAM
THEODORITI

HENRICI VALESII ANNOTATIONES IN LIBRUM PRIMUM HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ THEODORITI.

A

In Caput I.

Pag. 5. ΖΩΓΡΑΦΟΙ μὲν in editione quidem Roberti Stephani, & in editione Basiliensi quæ Stephani editionem novem annis antecessit, primum caput hujus libri non ab his verbis inchoatur; Sed ab iis quæ leguntur infra τῶν ἀνοσιουργῶν &c. quam distinctionem Joachimus Camerarius, & diu post illum Jacobus Sirmundus, in sua versione ambo secuti sunt. Ego vero Christophorsonum sequi malui, qui primum caput exorsus est ab iis verbis quæ priore loco posui. Ab illis autem verbis τῶν ἀνοσιουργῶν, secundi capitis initium duxit. Quam quidem distinctionem confirmant tituli Capitum, qui huic libro præfixi sunt, tum in editione Basiliensi, tum in editione Rob. Steph.

B τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας τὰ λειπόμενα. In Manuscripto codice Henrici Savilii scriptum est τὰ λείποντα, reliqui tamen codices nihil mutant. Duplex autem potest esse sensus hujus vocabuli. Aut enim vult dicere Theodoritus, se ea scripturum quæ ab aliis qui sua ætate Historiam Ecclesiasticam scripserant, Socrate scilicet ac Sozomeno, fuerant prætermissa. Aut id tantum vult dicere, se ea narraturum, quæ Eusebius intacta reliquerat. Et hic quidem sensus verior videtur ac simplicior. Subdit enim paulo post Theodoritus, orsurum se ab iis rebus in quibus Eusebius finem scribendi fecit. De Socrate autem ac Sozomeno ne verbum quidem dicit. Mihi tamen videtur, his verbis tacitè eos designasse. Certe tota Theodoriti Historia nihil aliud continet quam τὰ παραλειπόμενα Socratis atque Sozomeni. Nam quemadmodum Johannes Evangelista, cum trium aliorum Evangelia prælegisset, ad scribendum impulsus esse dicitur, eo consilio, ut quæ ab illis omissa fuerant, ipse suppleret; Ita fere Theodoritus, post Socratem atque Sozomenum ad scribendam Historiam rerum Ecclesiasticarum se contulisse mihi videtur, ut ea quæ eorum diligentiam fugerant, Posteris traderet.

συλούμενον. In Manuscripto codice Henrici Savilii legitur συλώμενον, quomodo etiam edidit Jacobus Sirmundus. Contra vero duabus post lineis, ubi legitur σταθμώμενος, codex Savilii habet σταθμούμενος.

In Caput II.

Ταύτην αὐταῖς ἐπρυτάνευε. In Manuscripto codice Henrici Savilii scriptum est αὐτῇ, quomodo etiam edidit Jacobus Sirmundus. Subauditur autem ἐκκλησίᾳ. Sed & paulo ante, ubi legitur καὶ γαλήνης λοιπὸν ἀπήλαυε σταθερὰς, supplendum est necessario ἡ ἐκκλησίᾳ. Pro ἐπρυτάνευε, melius in codice Savilii scribitur ἐπρυτάνευσε. Pag. 6.

καταλύσαι φιλονεικῶν. Hunc locum correxi ex codice Leonis Allatii, in quo scriptum est καταδύσαι, rectius proculdubio. Ita quoque excusum erat in editione Basiliensi. Quare miror Jacobum Sirmundum in editione sua vulgatam scripturam sequi maluisse. Sed verba quæ sequuntur, apertè convincunt Theodoritum ita scripsisse ut dixi: Comparat enim Ecclesiam navi, cujus gubernator est Deus. Ita SS. Patres Ecclesiam comparare solent navi, ut videre est apud Clementem in Epistola ad Jacobum fratrem Domini.

λιβύων τῶν πρὸς αἴγυπτον. Malim scribere πρὸς αἰγύπτῳ, ut legitur in editione Basiliensi. Pag. 7.

προὔστη, καὶ. Hæ duæ voces desunt in editione Basiliensi, nec videntur admodum necessariæ.

τῆς ἱερωσύνης ἐγχειρισθέντα. In codice Savilii legitur τῆς ἀρχιερωσύνης, quemadmodum etiam edidit Jacobus Sirmundus.

ἐκ τῶν ἐκείνου συνταγμάτων. Melius in codice Leonis Allatii & in editione Basiliensi scribitur γραμμάτων. Intelligit autem Theodoritus litteras Alexandri Alexandrinorum Episcopi ad omnes C Episcopos, de condemnatione Arii, quæ habentur infra.

τῇ γὰρ ἀποστολικῇ ἀλεξάνδρου διδασκαλίᾳ. In codice Leonis Allatii & in editione Basiliensi legitur in plurali numero, ταῖς γὰρ ἀποστολικαῖς αλ. διδασκαλίαις.

πῶς μεταπείσειν. In Editione Basiliensi hic locus multo elegantius legitur in hunc modum πρῶτον μὲν αὐτὸν παραινέσεσι μεταπείθειν ἐπειρᾶτο καὶ συμβουλαῖς. Savilius quoque in suo codice μεταπείθειν scriptum esse annotavit.

In Caput III.

Βιτάλιος. De hoc Vitale Hieronymus in Chronico ita scribit anno 22. Constantini. *Antiochiæ* Pag. 8.

post tyrannum, 20. *ordinatur Episcopus Vitalis*; *post quem* 21. Philogonius. Ejusdem meminit Nicephorus Patriarcha Constantinopolitanus in Chronographia, eique annos sex Episcopatus attribuit.

πλὲ ἐν τῇ παλαιᾷ. Male Epiphanius Scholasticus hunc Theodoriti locum ita vertit. *Qui etiam antiquam ex multis temporibus destructam à tyrannis ædificavit Ecclesiam.* Melius Camerarius interpretatur hoc modo. *Vitalis subrogatus, exstruxit in antiqua urbe dirutam à tyrannis Ecclesiam.* Nam quod Marcus Tullius in quarta Verrina de Syracusis dixit, illam ex quatuor urbibus constare; Idem quoque de Antiochia dici potest. Primus Triptolemus Argivus eam condidit, & ex Ius nomine Jonem appellavit, ut scribit Libanius in Antiochico, & Stephanus in libro de urbibus. Postea Cassus Cretensis colonis eam frequentavit, & Cassiotam urbem ædificavit. Postea Græci ex Peloponneso profecti, Heracleam condiderunt. Postremo Seleucus Nicator eam amplificavit, & Antiochiam nominari voluit, ut ibidem scribit Libanius. Vetus igitur urbs ea esse videtur, quam sub monte ædificavit Triptolemus Argivus. Ejusdem loci iterum meminit Theodoritus in lib. 2. cap. 31. & in lib. 3. cap. 4. ubi plura dicemus. Porro in ea regione urbis Antiochiæ, duæ fuere Basilicæ: Altera magna, quam ædificavit Philogonius. Altera minor, cujus meminit Theophanes in Chronico pag. 60. hanc porro Ecclesiam παλαιὰν ἐκκλησίαν vocat auctor Chronici Alexandrini pag. 688. id est, πλὲ ἐν τῇ παλαιᾷ.

ἢ μὴ πλὲ τελευτλε'. Hunc locum correxi ex Manuscripto codice Henrici Savilii, in quo ita legitur ἢ μὴ τλὲ δὲ πλὲ αὐτὸ γε ἀρεῖν. &c. Quomodo etiam scriptum est in codice Leonis Allatii. Ita etiam edidit Jacobus Sirmundus. Denique Epiphanium Scholasticum in suo codice ita legisse, ex versione ejus apparet.

In Caput IV.

Pag. 9. Εἴτε δι' ἄλλων. Hæc verba in sua versione omisit Christophorsonus, & Jacobus Sirmundus: Nec habentur apud Nicephorum, nec in editione Basiliensi. Quare non mirum est Camerarium in sua interpretatione ea omisisse. Habentur tamen in reliquis Exemplaribus, Regio scilicet, Savilliano, & Allatii. Sed & Epiphanius Scholasticus in suo Exemplari ea legerat. Sic enim vertit; *Ne quis forte præsumat eorum in parœcias vestras accedere, vel per se, vel per alios.*

ἀρειῶ γοιῶ ἢ ἀχιλλᾶς. In Manuscripto codice Henrici Savilii & in editione Basiliensi ἀχιλλιὸς scribitur, quomodo etiam legit Epiphanius Scholasticus. Ita quoque scribitur hoc nomen in Epistola Alexandri Episcopi Alexandriæ ad universas Ecclesias, ubi omnes Arii sectatores qui excommunicati fuerant, ordine recensentur: Ac primus omnium nominatur Achilles. Sic enim scribitur in multis Exemplaribus, & apud Gelasium Cyzicenum. Et Gelasius quidem Cyzicenus hanc Alexandri Epistolam ad Alexandrum Constantinopolitanum Episcopum, silentio prætermisit: Quod equidem satis mirari non possum. Cassiodorus verò in Historia Tripartita hanc Alexandri ad Alexandrum Constantinopolitanum Epistolam, subjecit Epistolæ ejusdem Alexandri ad universas Ecclesias. Existimo tamen hanc ad Alexandrum Constantinopolitanum Epistolam priore loco scriptam fuisse. Idem sensisse video Nicephorum in lib. 8. cap. 7. & 8. sed de hac re plura dicemus inferius in Annotationibus ad paginam 19.

ὁ μὲν δὲ αὐτοῖς τούτοις ἰσχναλῶν. Christophorsonus hæc verba αὐτοῖς τούτοις, in neutro genere accepit. Sic enim vertit: *Ille enim quanquam eas ipsas res, quas isti, coarguere conabatur: Tamen improbi sui instituti causam saltem simulatam habuisse visus est.* Reliqui vero Interpretes, Epiphanius scilicet Scholasticus, Joannes Langus, Joachimus Camerarius, ac Sirmundus, in masculino acceperunt, & de Arianis intellexerunt, quos culpabat Colluthus. Quorum quidem sententiam magis probo. Nam in Christophorsoni interpretatione nullum sensum video. Quæ sunt enim illæ res quas Arius & Colluthus accusabant? Verius omnino est, Colluthum accusasse Arium & Sectatores illius. Nam cùm esset presbyter unius ex parœciis Alexandriæ, quemadmodum Arius & Carponas ac Sarmatas; Ipse in parœcia sua perversam quandam doctrinam, perinde ac Arius prædicavit, ut tradit Epiphanius in hæresi Arianorum. Unde orta est inter eos æmulatio, cùm singuli suum dogma adstruere conarentur. Id enim evenire solet inter hæreticos diversarum sectarum. Colluthus igitur, cùm Arium tanquam impium atque hæreticum apud Alexandrum accusasset, & Alexander Arium deponere aliquamdiu distulisset, occasione arrepta, sese ab Alexandro sejunxit, & pro Episcopo agens, Presbyteros ordinavit. Vide Baronium ad annum Christi 315. capit. 28.

μοχθηρᾶς προθέσεως. In codice Leonis Allatii scriptum est προαιρέσεως. Quomodo etiam legisse videtur Epiphanius Scholasticus. Sic enim vertit. *Ille namque hos ipsos culpans, pessimæ voluntatis suæ invenit occasionem.*

πλὼ ἐκείνῳ χρυσιμπορείαν. Colluthus cùm esset presbyter Alexandriæ, arrogantia ac temeritate elatus, pro Episcopo se gesserat, multosque Presbyteros ac Diaconos ordinaverat. Verum in Synodo Alexandriæ congregata, cunctæ ejus ordinationes postea rescissæ sunt, & quicunque ab eo ordinati fuerant, in laicorum ordinem sunt redacti, ut testatur Athanasius in Apologetico secundo adversus Arianos. Hinc apparet, cur Alexander Colluthum χρυσίμπορον vocet, eo quod scilicet ordinationes venderet, & ex manuum impositione ac reliquis Sacramentis quæstum captaret.

δέξης ἀλίκτω. In manuscripto codice Henrici Savilii & in editione Basiliensi legitur ἀλήκτω. Vulgatam tamen scripturam tuentur reliqui Codices.

dices, & Epiphanii Scholastici Interpretatio. Sed & in editione Basilienſi pro his verbis παρὰ τῷ παρεῖ, legitur πρὸς τὸ παρές.

δι' ἐντυχίας γυναικείων Amplector interpretationem Camerarii qui ſic vertit. *Per interpellationes mulierecularum* &c. Nec male Epiphanius Scholaſticus *aditiones* interpretatur. Intelligit enim libellos accuſationum, quos mulieres ab Arianis ſubornatæ porrigebant judicibus adverſus Alexandrum Epiſcopum Alexandriæ. Sane ἐντυχία pro libello ſupplici ſumitur ab Athanaſio, ut obſervavi in annotationibus Euſebianis.

Pag. 10. παμψηφεὶ τῆς ἐκκλησίας ἐξηλάσαμεν. Ex his verbis colligitur, hanc Epiſtolam Alexandri ſcriptam eſſe poſt Synodum Alexandrinam, in qua damnatus erat Arius cum ſociis. Duas autem Synodos Epiſcoporum Ægypti adverſus Arium ejusque ſocios collegit Alexander Epiſcopus Alexandriæ, ut infra pluribus oſtendemus ad paginam 19.

οἷα καὶ πᾶσιν εἶναι πέφυκεν ἀνθρώποις. Ita quoque legitur in editione Baſilienſi, niſi quod οἷον ſcribitur pro οἷα. Verùm in Codice Henrici Savilii & in altero exemplari Regio rectius ſcribitur hoc modo ὅπως καὶ πᾶς πέφυκεν ἄνθρωπος, quomodo etiam edidit Jacobus Sirmundus. In Codice autem Leonis Allatii legitur hoc modo ὅπως καὶ πᾶς ἔοικε συμβέβυκεν ἄνθρωπος. Quomodo etiam in ſuo Codice legerat Epiphanius Scholaſticus, ut ex interpretatione ejus apparet. Sic enim vertit: *Quia & aliquando factus eſt, qualem & omnem hominem eſſe contigit.*

Pag. 11. ὁρμωμένοις τάδε φασί. Poſt hæc verba, in codice Leonis Allatii hæc adduntur ἅτε τινὰ ἔχοντα ἰδιότητα πρὸς αὐτόν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τρεπτὰς τυγχάνοντα φύσεως. Malè quidem. Hæc enim verba inferius locum habent, ut videbimus. Epiphanius tamen Scholaſticus eadem verba in ſuo codice legit hoc loco. Sic enim vertit: *Omni reverentia ſpoliantes ſemetipſos, ajunt: Nec aliquam habet proprietatem ad eum: Sed cùm ſit ipſe naturâ mutabilis, ſcivit de illo Deus præſcientia & pracontemplatione* &c.

ἐγένετο δὲ ἦν ὁ γέγονεν. Duæ poſtremæ voces deſunt in editione Roberti Stephani & in Baſilienſi. Habentur tamen in codice Leonis Allatii, & in verſione Epiphanii Scholaſtici. Sed & Chriſtophorſonus eas in libris ſuis repererat, ut ex interpretatione ejus apparet.

Pag. 12. καὶ ὑπεραῖρον τῆς τῶν γενητῶν διανοίας. Scribendum puto γενητῶν per ſimplex ν. atque ita legiſſe videtur Epiphanius, qui ſic vertit: *Et creaturarum univerſam intelligentiam tranſcendentem.* Pro ὑπεραῖρον, in editione Baſilienſi legitur ὑπερίεσαν. Et in codice Allatiano, rectius ut opinor.

ἀφ' ὁμοουσίου συναΐδιος in M.S. Codice Henrici Savilii & in editione Baſilienſi ſcribitur ὁμοιουσίου, minus recte ut equidem ſentio. Certe Camerarius qui editionem Baſilienſem Latine interpretatus eſt, ὁμοουσίου legit, ut ex interpretatione ejus apparet. Sic enim vertit; *Ne eorundem quidem elementorum complexione in voce facientis aut factorum uti auſus.* Hujus autem loci ſatis obſcuri hic eſt ſenſus. Joannes Evangeliſta cùm originem Filii Dei vellet exponere, eam à rerum creatarum productione longe diſtinxit: Cavitque diligentiſſime, ne in declarandâ Filii eſſentiâ, iisdem verbis uteretur, quibus rerum creatarum originem expoſuit. Nam in declaranda quidem Filii eſſentia, uſus eſt verbo *erat*. In exponenda autem Origine rerum creatarum dixit ἐγένετο, id eſt *facta ſunt*, Subjicit deinde Alexander: οὐχ ὅτι ἀγέννητος ἦν. ἓν γὰρ ἀγέννητον ὁ πατήρ. Id eſt: Non quod Filius Dei non ſit genitus. Unum enim eſt ingenitum, Pater ſcilicet. Quæ quidem Alexandri verba benignè intelligenda ſunt hoc modo: Non quod Filius Dei principium originis ſuæ non habeat. Habet enim re vera principium originis, Patrem ex quo genitus eſt. Sed quia nullum habet principium temporis, quippe qui ab omni æternitate genitus ſit ex Patre, ἄχρονος καὶ ἀμεσιτεύτως ut Græci dicunt, id eſt ſine ullo tempore ac medio.

ἀλλ' ὅτι διανοίας μὴ τῶν. Hunc locum correxi ex duobus manuſcriptis codicibus Allatii & Savilii, in quibus ita legitur ἀλλ' ὅτι τῆς ἐξεσμένης παιδαγωγίας, τάχα δὲ καὶ ἀγγέλων καλλιψεως. Quibus conſentit Baſilienſis Editio, niſi quod ἐξωσμένης habet vitiosè ſcriptum pro ἐξεσμένης. Adverbium quoque quod ſequitur ὑπερεπίκεινα, mutavi in ὑπερέκεινα, ſequutus ſcripturam codicis Allatiani & Baſilienſis Editionis.

εὐσεβεῖς οὐκ οἶμαι λογιζομένους. Hunc etiam locum emendavi ex ſupradictis codicibus Allatii ac Savilii, quibus adſtipulatur editio Baſilienſis, niſi quòd τολμῶντας habet non τολμῶντος. Epiphanius tamen Scholaſticus in plurali numero legiſſe videtur λογιζομένους τοὺς τολμῶντας.

πάντων τῶν ἐν κόσμῳ κίονας. Poſt hæc verba Jacobus Sirmundus in editione ſua quatuor has voces addidit τοὺς θεηγόρους φημὶ ἀποστόλους, neſcio quos ſequutus codices. Certe in noſtris exemplaribus; Et in Baſilienſi Editione non habentur, & Scholium potius redolent cujusdam viri docti, qui ad latus libri ſui id notaverat, per columnas ſignificari divinos Apoſtolos. Certe in Epiſtola Pauli ad Galatas, Petrus & Jacobus dicuntur columnæ fuiſſe Eccleſiæ. Porro initio hujus periodi ſcribendum ἤ καὶ αὐτὸς ὁ σωτὴρ id eſt. *Quocirca Servator noſter* &c.

τὴν περὶ τούτων γνῶσιν. In codice Leonis Allatii & in Editione Baſillenſi ſcriptum eſt περὶ τούτου, rectius ni fallor. Neque aliter legit Epiphanius Scholaſticus. Sic enim vertit hunc locum. *Nam & ipſe ſervator præſtare volens omnibus in hoc mundo columnis, hujus notitiam ab eis exonerare feſtinavit.*

καὶ τοῖς ἐμοῖς. Jacobus Sirmundus in Editione ſua expunxit hæc verba. Certe non habentur in codice Leonis Allatii, & ſuperflua videntur hoc loco. Porro locus iſte deſumptus eſt ex cap. 24. Eſaiæ. Ubi Hieronymus notat verba illa: *Et dixit; Secretum meum mihi; ſecretum meum mihi*: Non haberi in Septuaginta, ſed ex Theodotionis translatione ab Origene addita eſſe. Procopius autem Gaſæus ex interpretatione Symmachi ſuppleta eſſe dicit.

χρονικὴν ἔχει τὴν προβολήν. Optime in Editione Ba-

ne Basilienſi legitur ἴσχοντα. Subauditur autem ὑὸν. In codice Savilii ſcriptum eſt ἴσχον ταύτην προβολὴν, vitioſe quidem, ſed ita ut veræ lectionis veſtigia ſerventur. Pro voce προβολὴν in codice Leonis Allatii habetur ὑποξιν. In altero vero codice Regio, cujus variantes lectiones Robertus Stephanus ad calcem editionis ſuæ notavit, legitur πρόθεσιν peſſimè. Quam tamen vitioſiſſimam lectionem Sirmundus in editione ſua amplexus eſt.

ἀυτίθεν δείκνυζι τὸ ἐξ ὐκ ὄντων. Jacobus Sirmundus hunc locum ita edidit: ἀυτίθεν δείκνυζι ἐκ τῦ ἐξ ὐκ ὀντων. Et totum locum ſic interpretatus eſt. *Quod vero extrema ſit dementia Filium ex non extantibus ortum exiſtimare, atque in tempore productum, indidem patet, hoc eſt ex non extantibus*, &c. Verum cum nulli codices ita ſcriptum habeant, vulgatam lectionem mutare nefas duco. Quod ſi conjecturam noſtram licet proponere, exiſtimo delenda eſſe hæc verba τὸ ἐξ ὐκ ὄντων, quæ Scholii loco ad marginem adſcripta, poſtea in textum translata ſunt. Porrò Epiphanius Scholaſticus hunc locum ita vertit. *Non veor ignorare ſapientes, quia veſanum eſt ſapere ex non exiſtentibus factum Filium, cum utique habeat temporale principium, quòd oſtenditur ex non exiſtentibus factum.* Unde apparet Epiphanium legiſſe χρονικὴν ἔχον τὴν προβολὴν τὸ ἐξ ὐκ ὄντων.

Pag. 13. ἀδιανόητον γὰρ. In codice Leonis Allatii ſcriptum eſt ἀνόητον, quod magis probo. Atque ita legit Epiphanius Scholaſticus. Sic enim vertit: *Stultum eſt enim, & omni peccato plenum*. &c.

δι' ὃ χρηματίζει πατήρ. In manuſcripto codice Henrici Savilii legitur δι' ὃν, quomodo etiam legit Epiphanius Scholaſticus.

Pag. 14. μίχει πρὸς ἐννοίαν. In codice Allatii legitur μίχεις ἐννοίας, omiſſa altera præpoſitione. Utramque tamen vocem agnoſcit Epiphanius Scholaſticus, qui ſic vertit. *Impoſſibile eſt vel uſque ad opinionem invenire vias ſerpentis.*

ἢ τομίμοις ἐντολαῖς. In codice Leonis Allatii ſcriptum eſt ἢ τομίμως ἐντολάς. Quam ſcripturam in editione ſua amplexus eſt Jacobus Sirmundus, & hunc locum ita vertit, *qui autem ejus ſunt creaturæ, homines & Angeli, & benedictionem acceperunt, ut proficerent virtutem exercentes, & mandatorum leges, ne peccarent.* Atque hanc lectionem, re attentius examinata, veriorem puto. Ait enim Alexander, Deum duas res tradidiſſe hominibus & Angelis, ut in virtute progreſſus facere poſſent. Primum benedictiones: Deinde mandata legis. Et mandata quidem legis ad hoc proſunt, ne crimina admittant quæ lege prohibita ſunt. Benedictio verò ad hoc prodeſt, ut in virtutis exercitatione quotidie proficiant. Sed occurrit hoc loco difficultas. Angelis enim profectum attribuit, cujus tamen minime capax videtur eorum natura. Totos enim ſeſe applicant Angeli ad id quod ſemel amplexi ſunt: Nec paulatim progrediuntur ad id quod eligunt; Sed primo impetu ad ſummum faſtigium perveniunt, ita ut nec ulterius progredi, nec retrò reverti valeant. Materiæ enim expertes ſunt, quæ infirmitatem & inconſtantiam gignit. Dicendum tamen eſt, Angelos ita primum creatos eſſe à Deo, ut eſſent mutabiles, & virtutis capaces ac vitii, utque proficere poſſent in melius, aut in deterius labi. Hanc fuiſſe ſententiam veterum Theologorum, tum ex Alexandro patet, tum ex eo quod Arius ac cæteri aſſerebant, Filium Dei mutabilem eſſe, & virtutis ac vitii capacem. Nec ullus Catholicorum eis unquam objecit, Angelos non eſſe mutabilis naturæ. Sciebant enim id proprium eſſe ſolius Dei, qui in ſacris litteris diſerte ait: Ego ſum & non mutor. Angeli verò licet difficile mutentur, mutationi tamen obnoxii ſunt.

τῆς πατρικῆς γεννήσεως. Rectius in manuſcriptis codicibus Savilii & Allatii legitur μυήσεως, quomodo etiam edidit Jacobus Sirmundus. Ita quoque legebatur in altero exemplari regio.

ὃν διαδιξάμενος λυκιανός. Baronius ad annum Pag. 75
Chriſti 318. Cap. 75. Alexandrum excuſare conatur, qui hæc de Luciano Martyre ſcripſerit. Et laudandus quidem eſt Baronius, qui martyrem Chriſti nefandæ hæreſis ſuſpicione liberare conatus eſt. Veritatem tamen cunctis rebus anteponere debemus. Quòd ſi Baronius veteris cujuſpiam ſcriptoris teſtimonium afferret, quo ſuam ſententiam firmaret, & Alexandri teſtimonium ſubverteret, equidem libenti animo ei aſſentirem. Sed cum præter conjecturas nihil adferat, malim equidem Alexandri teſtimonio credere, qui Luciani temporibus vixit, ejusque doctrinam ac diſcipulos apprimè noverat qui ſe Conlucianiſtas vocabant. Certe Theodoritus, poſtquam hanc Alexandri Epiſtolam retulit, diſerte affirmat, eum nulla in re mentitum fuiſſe, ſed veritatem ingenuè protuliſſe. Accedit teſtimonium Epiphanii in hæreſi 43. quæ eſt Luciniſtarum, ubi Lucianum hunc de quo loquitur Alexander, Arianæ hæreſi patrocinatum fuiſſe, & ab Arianis pro Martyre habitum ſcribit. Certè diſcipuli ejus quos recenſet Philoſtorgius, Ariani erroris labe omnes infecti fuere. Sed videamus quid de illo narret Alexander. Ait igitur primo Lucianum ſucceſſiſſe Paulo Samoſatenſi; id eſt erroris illius ſucceſſorem fuiſſe. Certè illum familiarem fuiſſe Pauli Samoſateni credibile eſt. Fuit enim & ipſe oriundus ex urbe Samoſatenſi ut legitur in ejus vita. Et cùm Paulus ex ea urbe ad Antiochenſem Epiſcopatum evectus ſit, Lucianus quoque Antiochiæ presbyter fuit. Ætas quoque utriuſque in idem ferè tempus incurrit. Paulus enim Aureliani temporibus depoſitus eſt, & poſt depoſitionem diu ſuperſtes vixit. Ponamus ergo illum ad Cari uſque tempora perveniſſe. Abhinc ad Martyrium Luciani anni ſunt plus minus viginti quinque. Ex quo apparet, Paulum ac Lucianum eodem oppido ortos, & ejusdem urbis ſacerdotes, iisdem quoque vixiſſe temporibus.

Pag. 75

Διὸ σιωπάω καὶ ἐμετέρων ὑπερόπτων. Hujus verbi vim non intellexerunt Interpretes. Quos ſequutus Baronius ad annum 318. ſcribit, Lucianum à tribus Epiſcopis ſibi continuè ſuccedentibus

cedentibus, Ecclesia ejectum fuisse. Atqui non hoc dicit Alexander, sed tantum ait, Lucianum schisma fecisse in Antiochensi Ecclesia, & sub tribus Episcopis continuè sibi succedentibus Collectas seorsum celebrasse. Id enim significat vox ἀποσυναγωγῶ. Itaque Epiphanius Scholasticus non male hunc locum interpretatus est hoc modo, *cui succedens Lucianus, extra synagogas mansit trium Episcoporum plurimo tempore.* Basilius in Epistola prima ad Amphilochium ἀποσυναγωγὴν usurpat eodem sensu. Ubi distinguit inter hæresim & schisma & παρασυναγωγάς. παρασυναγωγὰς autem ait esse illegitimos Conventus, qui fiunt ab immorigeris Presbyteris vel Episcopis & laicis. Verbi gratia, si quis criminis convictus & à ministerio sacro suspensus, judicio non pareat, sed ministerium suum obire velit, & populum colligat. Inter ἀποσυναγωγὴν autem & schisma parum distat. Porrò causa schismatis Luciano fuit, doctrina Pauli Samosatensis quam defendebat, ut docet Alexander. Cujus gratia diu separavit se à tribus Episcopis, Domno, Tymæo ac Cyrillo. Tandem verò ad unitatem Ecclesiæ reversus est, ut ex Alexandro colligitur. Neque enim cum usque ad exitum vitæ in schismate mansisse Alexander scribit, sed tantum longo tempore separatum fuisse.

ἐν συρίᾳ χωρ. ἐπίσκοποι τρεῖς. Intelligit Eusebium Cæsareæ Palestinæ Episcopum, Theodotum Laodiceæ & Paulinum Tyri. Hos enim anathemate damnatos fuisse ab Alexandro Alexandriæ Episcopo testatur Arius in Epistola ad Eusebium Nicomediensem Episcopum, quæ refertur infra. Porro ex hoc loco colligitur, Epistolam hanc scriptam esse ab Alexandro ante Epistolam ad omnes Ecclesias, priusquam Eusebius Nicomediensis patrocinium Arii suscepisset. Nam si posteriore loco scripta esset hæc epistola, nunquam profecto Alexander mentionem Eusebii Nicomediensis facere omisisset.

ὑπανακείσθω. In Codice Leonis Allatii & in editione Basiliensi legitur ἀνακείσθω. Quomodo etiam scribitur apud Nicephorum.

τὰς τῇ ὑποστάσει δύο φύσεις. Duas naturas dicit Alexander, non simpliciter & absolutè duas, sed personaliter duas, eò quod in duabus personis existat una natura. Quare φύσις ἐν ὑποστάσει idem est quod persona.

Pag. 16. ὃν ὅμοιον ἐν ψαλμοῖς. Rectius in Manuscripto codice Henrici Savilii & in editione Basiliensi scriptum est ἓν ὅμοιον, id est, *quibus similia in Psalmis canunt sanctissimi Patres.* Epiphanius tamen Scholasticus vulgatam scripturam confirmat. Camerarius quoque licet Basilienſem editionem sequutus sit, ὃν tamen legit, & ad Patrem retulit. Christophorsonus verò ad Filium referre maluit. Sic enim vertit, *Filium porrò Patri similem, in Psalmis pronuntiatum memorant sanctissimi viri,* &c.

τιμᾶ τὸν πατέρα. Epiphanius Scholasticus quædam hic addit quæ non leguntur in Græco. Sic enim habet, *quapropter & qui honorat Patrem, honorat & Filium: & qui honorat Filium, honorat & Patrem, & rectè.* Quam lectionem confirmant A sequentia. Itaque error videtur Librariorum, qui hanc pericopen omiserunt decepti vocum similitudine.

ἐκ μελαγχολικῆς ἁρμοσμίου δόξης. Lego μελαγχολικοῖς, quemadmodum edidit Jacobus Sirmundus, cujus tamen factum probare non possum, in eo quod lectionem nullius scripti codicis auctoritate firmatam in textum admittere non dubitavit: quam ad latus editionis suæ rejicere, aut in annotationibus referre potius conveniebat. Apud Nicephorum in lib. 8. cap. 7. legitur ἐκ μελαγχολικῆς δόξης, omissa voce ἁρμοσμίου.

ἀποσκιρτήσαντα. In Manuscripto codice Henrici Savilii scriptum est ἐσκιρτήσαντα. Epiphanius Scholasticus legisse videtur ἀποσκιρτήσαντα. Sic enim vertit. *Sapientia Satanæ in animas eorum nequissimas vehementer insiliens.*

ἠμαύρωσεν. Codex Leonis Allatii habet ἠμίρωσεν. Atque ita prorsus legit Epiphanius Scholasticus, ut ex interpretatione ejus apparet. Sic enim vertit, *non comministrorum concors reverentia de Christo, ferocitatem eorum mansuefecit.*

ἐπιπορεύθω. Correxi ἐπαπορεύθω ex editione Jacobi Sirmundi. In Saviliano codice, & in editione Basilienſi scriptum est ἐπιπορεύθω, quod magis placet: Est enim in præterito.

ἀπαιδεύτῳ ὕλῃ. Sic vocat Dialecticas argumentationes quibus utebatur Arius adversus Christi divinitatem. In codice tamen Allatii pro ὕλῃ legitur ὑλακῇ, id est, latratu; quod non probo.

ὧν μεσιτεύσασα φύσις μονογενὴς. Benignè intelligendum est, quod hoc loco ait Alexander, naturam unigenitam mediam esse inter Patrem ingenitum & creaturas. Ubi naturam sumit pro persona. Intelligit enim φύσιν ἐν ὑποστάσει, ut paulo ante locutus est Alexander. Mediam autem vocat naturam unigenitam, non quod unigenitus inferior sit Patre, sed quod per illum omnia facit Pater, ut ait Johannes Evangelista. Unde, &c. propriè tribuitur Filio, quemadmodum notat Basilius in libro de Spiritu Sancto. Pag. 17.

πάσῃ τῇ γενητῇ φύσει. Malim scribere γενητῇ, quemadmodum legisse videtur Epiphanius. Vertit enim *omni creatæ naturæ imperscrutabili,* &c.

μήτι τι ἐμφερῆ. In codice Allatii & in editione Basilienſi deest particula τι. Vulgatam tamen scripturam confirmat Epiphanius Scholasticus.

πάντων γὰρ δεῖναι πλὴν εἰκόνα. In codice Saviliano & in editione Basilienſi verbum interseritur hoc modo πάντων γὰρ εἶναι δεῖ πλὴν εἰκόνα πλήρη. Atque ita legisse videtur Epiphanius Scholasticus. Sic enim vertit, *& omnino imaginem convenit esse plenam eorum, per quæ non desit aliquid ab æqualitate ejus cujus imago est.* Sed & Christophorsonus eandem scripturam in libris suis repererat, nisi quod δεῖν in illis exemplaribus legebatur, melius fortasse. Refertur enim ad vocem δῆλα quæ sequitur. Quod si δεῖ legere malimus, tum scribendum erit δῆλά ἐστι, ut legitur in codice Leonis Allatii, pro δῆλα.

τὰ ὐκ μέρους αὐτοῖς γνωσθέντα. In Manuscriptis codi- Pag. 18.

codicibus Allatiano & Saviliano & in editione Basilienſi ſcriptum eſt γινωσκόντα. Videtur autem alludere Alexander ad locum Pauli Apoſtoli in Epiſtola prima ad Corinth. *ex parte cognoſcimus & ex parte prophetamus.* Ita certe hunc locum expoſuit Epiphanius Scholaſticus. A

ἅπερ δ' ἀεὶ ἦν, ὡς ἔστι ταυτά. In iisdem Exemplaribus Allatii ac Savilii, & in editione Baſilienſi ſcriptum eſt ὅπερ δ' ἀεὶ ἦν, ὡς ἔστι ταυτόν, &c. Atque ita legit Epiphanius Scholaſticus, ut ex interpretatione ejus apparet. Sic enim vertit. *Igitur erat, & ſemper, & ante ſecula, quodcunque ſit, non tamen eſt id quod ingenitum.* Pene omiſeram monere Lectorem, in codice Leonis Allatii ſcriptum eſſe ὡς ἐπὶ ταυτὸν τῷ ἀγεννήτῳ, rectius procul dubio. Alioqui niſi ita legeris, addendus erit articulus hoc modo ὃ ὅπερ δ' ἀεὶ ἦν.

τῷ πατρὶ μόνον ἰδίωμα. In codice Leonis Allatii ſcriptum eſt μόνῳ. Sed reliqui codices vulgatam ſcripturam tuentur. B

τὸ καινίσαν. In codice Leonis Allatii ſcriptum eſt κινῆσαν quam ſcripturam licet reliqui codices refutent, haud tamen ſpernendam puto.

αὐτῇ πολεμεῖν βουλεύσει. In manuſcripto codice Savilii & in editione Baſilienſi ſcriptum eſt βούλῃσι.

εὐτρεπὲς εἰς ἡμᾶς καθαιρεῖσθαι. Magis placet ſcriptura quam in codice Allatiano & in Baſilienſi editione reperi κατασκευάζεσθαι. Confirmat hanc lectionem Epiphanius Scholaſticus qui ſic vertit, *ſecuros nos faciente patre familias ejus* &c.

Pag. 19. τούτους αἱρεσιαρχεῖσθαι. Intelligit Arium & Achillam & reliquos eorum ſocios ac fautores. Hos enim paulo ſupra nominavit ita ſcribens ὧν ἐναντίοι γινόμενοι οἱ ἀμφὶ τὸν Ἄρειον καὶ Ἀχίλλαν καὶ οἱ τῆς ἀληθείας σὺν αὐτοῖς πολέμιοι. Quibus verbis Alexander non ſolum Presbyteros ac Diaconos Alexandrinæ Eccleſiæ notat qui Ario favebant, ſed & Epiſcopos illos tres provinciæ Syriæ intelligit qui Arii opinionem defendebant: de quibus ſupra locutus eſt. Non ſine causâ igitur Euſebius Cæſarienſis Epiſcopus & Paulinus Tyri, & Theodotus Laodicenus, Anathematizatos ſe eſſe ab Alexandro querebantur, ut ſcribit Arius in Epiſtola ad Euſebium Nicomedienſem quam refert Theodoritus. Hoc enim loco, licet ſuppreſſo eorum nomine, anathematizantur ab Alexandro. De Euſebio autem Nicomedienſe nihil dicit Alexander in hac Epiſtola ſynodica ad Alexandrum C. P. nec Arius inter Epiſcopos qui anathematizati fuerant ab Alexandro, Euſebium Nicomedienſem nominat: Non omiſſurus utique, ſi ab Alexandro id factum fuiſſet. Ex quo intelligi datur, Epiſtolam hanc ſynodicam, ſcriptam eſſe ab Alexandro Alexandriæ Epiſcopo ante Epiſtolam illam Alexandri ad omnes Eccleſias, quam referunt Socrates ac Sozomenus. In hac enim poſteriore Euſebius Nicomedienſis denotatur ab Alexandro ut patronus & ſignifer Arianorum. Unde apparet Epiſtolam iſtam poſteriore loco ſcriptam eſſe, cùm Euſebius Nicomedienſis patrocinium Ariani dogmatis palam ſuſcepiſſet. Sed & aliunde probari poteſt, Epiſtolam hanc quam ad omnes omnium Eccleſiarum Epiſcopos ſcripſit Alexander, ſcriptam eſſe poſt Epiſtolam illam ad Alexandrum C. P. Nam in Epiſtola ad Alexandrum C. P. Decem tantum nominantur Presbyteri ac Diaconi anathematizati. In Epiſtola vero Alexandri ad omnes omnium Eccleſiarum Epiſcopos duodecim recenſentur Clerici anathemate perculſi; Ac præterea duo Epiſcopi, Secundus ac Theonas. Nempe poſt priorem illam ſynodicam, cùm Carponas & Cajus Clerici Alexandriæ, & Secundus ac Theonas Epiſcopi, ſeſe Ario adjunxiſſent, id circa eorum nomina adſcripta ſunt in poſteriore illa ſynodica, quam refert Socrates ac Sozomenus. Duas igitur ſynodos vario tempore adverſus Arium & ſocios collegit Alexander. In priore decem duntaxat damnati ſunt Clerici Alexandrini, & notati tres Epiſcopi Syriæ. Epiſtola C quoque ſynodica ab Alexandro ſcripta eſt ad Alexandrum Epiſcopum Byzantii. In ſecunda ſynodo, in qua centum ferè Epiſcopi Ægypti ſederunt, damnati ſunt duodecim Clerici Alexandrini, ac duo præterea Epiſcopi, Secundus ac Theonas: Et notatus eſt Euſebius Nicomedienſis Epiſcopus. Scripta eſt denique ſynodica ad omnes ubique terrarum collegas. Quonam autem anno ſcripta ſit utraque ſynodica, obſcurum eſt. Baronius quidem anno Chriſti 318. utramque ſcriptam eſſe exiſtimat. Sic enim ratiocinatur. Scriptæ ſunt Epiſtolæ iſtæ ab Alexandro, priusquam Conſtantinus Epiſtolam illam ſcripſiſſet ad Alexandrum & Arium. Atqui Epiſtola illa Conſtantini ſcripta eſt anno 318. cùm Conſtantinus victo Licinio Nicomediam ingreſſus eſſet, ut ipſe teſtatur Baronius cap. 69. Sed facilis eſt reſponſio. Victus enim eſt Licinius anno Chriſti 324. ut ex faſtis Idatii & Chronico Alexandrino aliisque ſcriptoribus conſtat: Qui ſi Baronii ætate editi fuiſſent, nunquam ille tot errores admiſiſſet in rebus Licinii commemorandis.

τοσοῦτ' ἐπ' αὐτοῖς. Emendavi ex codice Leonis Allatii & ex Nicephoro τὸ ὅσον ἐπ' αὐτοῖς. Quomodo etiam edidit Jacobus Sirmundus.

καὶ τῷ τόμῳ συνυπογραψάντων. Quiſnam ſit hic Tomus ſeu Libellus, cui plures Epiſcopos jam ſubſcripſiſſe ait Alexander, obſcurum eſt. Baronius ad annum Chriſti 318. ſcribit eſſe libellum fidei ab Alexandro conſcriptum. Quod ex Chriſtophorſoni verſione videtur hauſiſſe. Sic enim Chriſtophorſonus hunc locum interpretatur, *qui libello adverſus eos edito ſubſcripſerunt.* Ego verò per hanc vocem τόμῳ, hanc ipſam Epiſtolam intelligi exiſtimo, quam Alexander ad alios etiam Epiſcopos miſerat. Eſt enim hæc Epiſtola Encyclica, ut rectè notat Baronius. D Pag. 20.

ἀπίων Θ' τοῦ διακόνου. In codice Leonis Allatii & apud Nicephorum legitur τοῦ ἀρχιδιακόνου. Atque ita etiam legit Epiphanius Scholaſticus, ut ex verſione ejus apparet.

πεισθομένων καὶ ταῖς. Particula καὶ alieno loco poſita eſt, & in ſuum locum ſic reſtituenda πεισθομένων ταῖς τῶν συλλειτουργῶν ἡμῶν συγκατάθεσι καὶ εἰς &c.

εὐ

σὺν τῇ παρ' ὑμῶν ἀδελφότητι. Apud Nicephorum legitur παρ' ἡμῶν quod rectius mihi videtur.

τὴν βερροίαν, rectius in codice Leonis Allatii scriptum inveni τὴν βερροιῶν, quam scripturam confirmat Epiphanius Scholasticus.

καὶ τοὺς ἄλλους. Scripsit etiam Alexander ad Sylvestrum Episcopum urbis Romæ Epistolam ejusdem argumenti, ut docet Liberius Papa in Epistola ad Constantium, his verbis; *Manent litteræ Alexandri Episcopi olim ad Sylvestrum sanctæ memoriæ destinatæ: Quibus significat, ante ordinationem Athanasii, undecim tam Presbyteros quam etiam Diaconos, quod Arii hæresin sequerentur, se Ecclesia ejecisse* &c.

In Caput V.

Pag. 21. Ἐκ τῆς πόλεως ἀνθρώπους ἀθῴους. Emendavi ὡς ἀνθρώπους ἀθέους, ut legitur in codice Allatii & apud Nicephorum, & in Editione Jacobi Sirmundi. Ita quoque legit Epiphanius Scholasticus, ut ex versione ejus apparet.

ἀγεννής ἐστιν. Hic etiam locus ex codice Leonis Allatii restitutus est, in quo legitur ἀεὶ γεννής, quomodo etiam edidit Jacobus Sirmundus. In Nicephoro autem scribitur ἀειγενής per simplex γ, quemadmodum legitur etiam apud Epiphanium in hæresi Arianorum.

ἀνάθεμα ἐγένετο. Hæc ita intelligenda sunt, non quasi Eusebius Cæsariensis. Paulinus ac Theodotus & reliqui, nominatim Anathemate percussi fuerint ab Alexandro: Sed quoniam Arius cum sociis & fautoribus erroris ipsius ab Alexandro anathematizati fuerant, Eusebius, Paulinus ac Theodotus qui Arii opinionem tuebantur, eadem sententia percussi esse videbantur, ut superius observavi in notis ad Epistolam Alexandri. Idem quoque sentit Baronius ad annum Christi 318. cap. 50.

καὶ Μανικῦ. Erat hic Episcopus Tripoleos, ut mox testatur Theodoritus. Qui postea jussu Imperatoris Constantini, fraude atque insidiis Arianorum pulsus est Episcopatu, suffecto in ejus locum Theodosio quodam, ut scribit Athanasius in Epistola ad Solitarios haud procul ab initio.

τῶν τὸν υἱὸν λεγόντων. Prior articulus deest in codice Allatii & apud Epiphanium ac Nicephorum, quos in Editione sua sequitur Jacobus Sirmundus, recte meo quidem judicio. Sequitur enim οἱ μὲν, &c. ubi solecismum notabunt Studiosi. Dicendum enim erat τῶν μὲν.

ἐξαπελύσωσιν. In manuscripto codice Henrici Savilii & in Editione Basiliensi scriptum inveni ἐπαπήλωσιν quomodo etiam legitur in Epiphanio ac Nicephoro.

φιλογόνιον. Is est de quo Theodoritus supra locutus est in cap. 3. hujus libri. Huic egregium orthodoxæ fidei testimonium perhibet Athanasius in oratione prima contra Arianos: Philogenes vocatur à Nicephoro Patriarchâ in Chronographia.

In Caput VI.

Ἡ ὑπὲρ ἀληθὲς λόγος. In codice Leonis Allatii & apud Nicephorum legitur σπουδὴ ὑπὲρ τῆς ἀληθοῦς &c. Paulo post ubi legitur ἅτε δύο ἀγέννητα ἀνακόαμεν, Codex Allatii addit adverbium πώποτε, quam scripturam confirmat Epiphanius Scholasticus. Pag. 22.

ἀλλ' ἀπὸ τῆς γραφῆς. Codex Allatii & Nicephorus unâ voce auctiores sunt, hoc modo, τῆς ἁγίας γραφῆς. Quam quidem scripturam agnoscit etiam Epiphanius Scholasticus.

ἢ γεννητὸν τῇ οὐσίᾳ. Mallem scribere ἢ γενητὸν per simplex γ. Hoc enim magis convenit dogmati Arianorum, qui Filium Dei factum & creatum esse dicebant. Certe ita legitur apud Nicephorum, tametsi Interpres Nicephori verterit genitum, quasi legisset γεννητόν.

In Caput VII.

Οἶκον μίγιστον ἐν τοῖς βασιλείοις. Sumpsit hæc Theodoritus ex Eusebii libro 3. de vita Constantini cap. 10. ad quem locum vide si placet quæ annotavi. Neque enim hic repetere decrevi ea quæ illic satis prolixè annotata sunt. Pag. 25.

φρῶτος ὁ μάγας ἐυστάθιος. Prima vox deest in codice Leonis Allatii, nec videtur admodum esse necessaria. Vide quæ notavi ad cap. 11. lib. 3. de vita Imp. Constantini.

φιλογόνιος δέ. Notandum est quod ait Theodoritus, Eustathium in Episcopatu urbis Antiochenæ proximum successorem fuisse Philogonii. Hieronymus tamen in Chronico inter Philogonium & Eustathium, Paulinum quendam interjicit. De quo vide si placet quæ observavi ad lib. 4. Sozomeni, ubi agit de Sardicensi Concilio. Cum Hieronymo consentit Nicephorus Patriarcha in Indiculo Episcoporum Antiochiæ, ubi post Philogenem, Paulum nominat ac deinde Eustathium.

ἠμείψατο. Post hanc vocem in Allatiano codice hæc adduntur μὴ τοῦτον δὲ πάλιν ἐυσέβιος ὁ ἐπίκλην παμφίλου. Eadem verba in suo codice legerat Epiphanius Scholasticus, ut ex versione ejus apparet in lib. 2. Historiæ tripartitæ cap. 5. vide quæ notavi ad lib. 3. Eusebii de vita Constantini cap. 11. mox ubi legitur παυσαμένου δὲ τούτου. Idem codex Allatii habet παυσαμένων δὲ τούτων perinde ac Epiphanius legit.

θεωνᾶς ὁ μαρμαείτης. Magis placet μαρμαεικὸς ut legitur in codice Leonis Allatii. Primo, quia hic Theonas à cunctis Scriptoribus vocatur Episcopus Marmaricæ. Deinde quia μαρμαείτης dici non potest incola regionis Marmaricæ. μαρμαεικὸς potius dici deberet. Certè Epiphanius Scholasticus Theonam hunc Marmaricenum vocat. Videtur autem Marmarica Regio quæ & Libya proprie dicebatur, unum tantum Episcopum habuisse, eo quòd vici duntaxat & portus in eo tractu essent, quemadmodum ex Ptolemæo colligitur. Pag. 26.

πίστεως διδασκαλίαν. Intelligit formulam fidei quam Eusebius Cæsarienſis primùm Synodo propoſuerat, ut ipſe ſcribit in epiſtola ad Cæſarienſes, quam referunt Socrates ac Theodoritus. Idque confirmat Euſtathius Antiochenus in oratione quam ſcripſit in eum locum proverbiorum: *Dominus creavit me*, &c. Cujus verba referuntur à Theodorito in ſequenti capite.

In Caput VIII.

Βαδιοῦμαι δὲ ἐντεῦθεν. Ab iis verbis incipit locus Euſtathii ex homilia in illud, *Dominus creavit me.* Itaque ab iiſdem verbis inchoandum eſt caput VIII.

τὸ γράμμα τῆς εὐσεβίου βλασφημίας. Chriſtophorſonus eumque ſecutus Sirmundus, hunc locum ita verterunt. *Euſebii blaſphemia ex ejus literis perſpicuè deprehenſa eſt.* Joachimus autem Camerarius ita interpretatus eſt. *Libellus proferebatur Euſebianæ blaſphemiæ.* Quæ quidem interpretatio ſuperiori illi longe anteponenda eſt. Nam & verbis Euſtathii melius reſpondet, & ipſius Theodoriti auctoritate firmatur. Scribit enim Theodoritus in ſuperiori capite, Arianæ factionis Epiſcopos formulam fidei à ſe compoſitam obtuliſſe Concilio, quæ ab omnibus uno conſenſu repudiata eſt. Ad quem locum obſervavi, formulam illam intelligi, quam Euſebius Pamphili in epiſtola ad Cæſarienſes propoſuiſſe ſe dicit. Hæc eſt igitur quam Euſtathius hoc loco vocat γράμμα εὐσεβίου. Nam γράμμα & γραφὴ pro formula fidei ſæpiſſimè ſumitur, ut in libro 4. Sozomeni legere memini. Sic Euſtathius paulo poſt συμφώνοις γράμμασι dicit, de formula Nicænæ fidei loquens. Porrò Euſebium hoc loco Cæſarienſem intelligit, non autem Nicomedienſem, ut colligo ex Socrate. Hic enim in libro primo hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 23. ait, Euſtathium Antiochenum in ſuis libris graviter perſtrinxiſſe Euſebium Pamphilum, utpote qui fidem in Concilio Nicæno ſtabilitam depravaret.

Pag. 27. ἐξοστρακισθεῖεν. Interpretes hoc verbum de exilio acceperunt, cujus metu Arianæ factionis Epiſcopi, Arii blaſphemiam anathematizarint, & fidei Nicænæ ſubſcripſerint. Poteſt tamen hoc verbum ſimpliciter intelligi de excommunicatione, quemadmodum ſumpſiſſe videtur Epiphanius Scholaſticus. Sic enim vertit: *Ariani autem metuentes, ne congregato in idem tanto Concilio pellerentur.* Conſtruxit igitur Euſtathii verba in hunc modum ἐξοστρακισθεῖεν τῆς συνόδου, quod certè non diſplicet. Reliqui tamen Interpretes verba illa τῆς συνόδου συγκεκροτημένης ita acceperunt, quaſi in ablativo abſolute poſita eſſent.

τῶν δὲ περιοδείτων κρατήσαντες. Peſſimè hunc locum verterunt Chriſtophorſonus ac Sirmundus hoc modo: *Verum ubi Epiſcopatus huc illucque circumcurſando adepti ſunt.* Longè rectius Langus & Camerarius. Nam Camerarius quidem ita vertit: *Et præſidentia quidem ſuæ loca, plurimos aſſiduitate ſumma prehenſantes, retinuere.* Langus verò adhuc clarius interpretatus eſt hoc modo: *Et Epiſcopatibus ſuis per ambitionem & circumcurſationem maximam retentis, &c.* optimè. Etenim Euſebius Nicomedienſis Epiſcopus & reliqui Arianæ factionis Antiſtites, cùm formulam fidei ſuæ in Synodo Nicæna explosam vidiſſent, ſeque tanquam Arianæ blaſphemiæ fautores deprehenſos eſſe, veriti ne utpote hæretici Epiſcopatibus ſuis exuerentur, Conſtantinum principem obſecrarunt, opem ejus ac ſuffragium implorantes, ne gradu ſuo dejicerentur. Teſtatur hoc Conſtantinus ipſe in epiſtola ad Nicomedienſes, quam paulò infra retulit Theodoritus. Non poteſt afferri illuſtrior locus ad expoſitionem verborum Euſtathii. Idem enim dicunt Euſtathius & Conſtantinus.

ἀληθινῷ λόγῳ τῷ πατρὸς. Magis placet lectio quam reperi in codice Leonis Allatii ἀληθινοῦ γιοῦ. Nam ex eo quod Filius Verbum eſt Patris, non ſequitur ipſum eſſe ex Patris ſubſtantia. Ex eo verò quod fœtus eſt Patris, conficitur ex Patris ſubſtantia ortum eſſe. Pag. 28.

τοὺς δοκοῦντας ὀλίγως φρονεῖν. Poſtrema vox deeſt in codice Leonis Allatii & in editione Baſilienſi; Nec habetur apud Nicephorum, nec in vulgatis editionibus Athanaſii. Epiphanius tamen Scholaſticus eam agnoſcit.

ἐξῆλθε γὰρ φησι πᾶσα ἡ δύναμις. In codice Leonis Allatii ſcriptum eſt ᾗ ἐξῆλθε πᾶσα ἡ δύναμις. Atque ita legitur apud Nicephorum. In editione autem Baſilienſi legitur ᾗ ἐξῆλθε μὲν πᾶσα, quomodo etiam præferunt vulgatæ editiones Athanaſii. Ita quoque legit Epiphanius Scholaſticus, ut ex verſione ejus apparet.

ἀντιλάβηται ὑμῶν ὁ θεὸς ἰακώβ. Hæc verba deſunt in codice Leonis Allatii, & apud Epiphanium Scholaſticum. Habentur tamen in reliquis exemplaribus.

γενόμενοι γὰρ ἀληθινὸς, ἀληθινὰ ἐρεῖ. Delenda eſt vox ἀληθινὸς quæ priore loco poſita eſt. Certè nec in codice Allatii, nec in editione Baſilienſi habetur. In vulgatis quoque editionibus Athanaſii ac Nicephori non legitur. Proinde miror Jacobum Sirmundum eam in editione ſua retinuiſſe.

ἐννομένων λέξεων. Peſſime hunc locum verterunt Chriſtophorſonus & Sirmundus, qui dictiones piè excogitatas interpretantur. Atqui Nicæni Patres nullas voces excogitarunt, ſed uſi ſunt vocibus quæ aut in ſacra Scriptura legebantur, aut ab antiquis Doctoribus fuerant uſurpatæ. Verum ſi manuſcriptos codices conſuluiſſent, veram hujus loci ſcripturam deprehendiſſent. Certè in codice Allatii & in editione Baſilienſi legitur νεμένων. Ita quoque legitur in vulgatis editionibus Athanaſii ac Nicephori. Sed & Epiphanius Scholaſticus ita legerat. Sic enim vertit: *Propterea ex non ſcriptis ſermonibus, piè tamen intellectis damnati ſunt.* Intelligit autem Athanaſius vocem ἐμφύτων quæ in ſacris quidem Scripturis non extat, ab antiquis tamen Scripto-

Scriptoribus fuerat usurpata, ut docet Eusebius in Epistola ad Cæsarienses.

ὡσὶ ἐτῶν ἐγγὺς πᾶ ἑκατόν. Intelligit Dionysium Episcopum urbis Romæ, & alterum Dionysium Episcopum Alexandriæ; qui in libris suis damnarunt eos qui Filium Dei opus & Creaturam esse dicerent, ut testatur Athanasius in libro de sententia Dionysii contra Arianos. Porro ab exordio Episcopatus Dionysii Romani usque ad Pontificatum Damasi, quo tempore Athanasius Epistolam istam ad Afros scripsit, anni sunt centum & quod excurrit. Nam Dionysius sedere cœpit anno Christi 261. Epistola autem ad Afros scripta est anno Christi 369. aut paulò ante ut censet Baronius. Itaque hoc loco scribendum puto ἑκατὸν τριῶν pro τριάκοντα.

ὃι ἠτιάζοντο. In codice Leonis Allatii & in vulgatis editionibus Athanasii & Nicephori deest articulus postpositivus. Quam lectionem si admiserimus, expungendum erit ἦσαν quod præcedit. Certè verbum istud non habetur apud Athanasium & Nicephorum: Nec Epiphanius Scholasticus illud agnoscit, ut ex ejus interpretatione colligitur.

ἐγκαλεῖ καὶ τοῖς ἰδίοις. Magis placet scriptura codicis Allatiani, in quo ita legitur hic locus ἐγκαλεῖ δὲ καὶ τοῖς ἰδίοις. Certè Epiphanius Scholasticus in suo codice ita scriptum invenerat. Sic enim vertit: *Scripsit autem & civibus suis* &c.

In Caput IX.

Ζάλης ἐπιπέμπλα. In optima editione Basilienſi ſcriptum inveni ἐπιπίπλα rectius ni fallor.

μὴ τῆς ἀλεξανδρίων προεδρείας. Rectius in MS. codice Henrici Savilii legitur ἀλεξάνδρου. Atque ita ſcriptum exhibet editio Basilienſis.

Pag. 31. μάτι χειροθετεῖν. In codice Saviliano & in editione Basilienſi legitur χειροτονεῖν ita quoque ſcribitur apud Gelasium Cyzicenum, qui tamen alteram quoque ſcripturam retinuit, ſed & Epiphanius Scholasticus legisse videtur χειροτονεῖσ. Sic enim vertit: *Nullam vero omnibus modis habere potestatem, neque eligendi, neque ordinandi.*

μυστικωτέρᾳ χειροτονίᾳ. In annotationibus meis ad librum primum Socratis, cap. 9. hunc locum exposui de ordinatione Episcopali. Extitit postea vir doctus, qui in notis ad vitam B. Athanasii quam Gallico sermone scripsit, observavit χειροτονίαν hoc loco non pro ordinatione, sed pro simplici benedictione accipiendam esse. Ait enim tam Orientalem, quam Occidentalem Ecclesiam reordinationes nunquam probasse: Idque pluribus testimoniis allatis adstruere conatur. Memini quoque ab erudito quodam Theologo id mihi quondam suggestum fuisse. Verum hanc eorum expositionem multis de causis probare non possum. Primum quia χειροτονία nil aliud significat quam *ordinationem*. Deinde μυστικωτέρᾳ, satis ostendit ordinationis Sacramentum hîc intelligi. Neque enim simplex benedictio rectè mystica diceretur. Comparant quippe sancti Patres ordinationem Episcoporum quæ facta erat à Meletio, cum ordinatione legitima quam fieri jubent ab Alexandro. Et hanc longe sacratiorem esse dicunt ordinatione illa, quæ præsumpta fuerat à Meletio. Postremo falsum est quod asserunt viri doctissimi, Ecclesiam illis temporibus non probasse reordinationes Episcoporum ac Presbyterorum. Certè Marcellinus Presbyter in libello precum quem obtulit Theodosio Imperatori, disertè testatur Theodorum Catholicum Episcopum urbis Oxyrinchi reordinasse Presbyteros partis Meletii. Sic enim scribit pag. 83. *Sane hinc vult se Catholicum videri, quod & ipse quosdam nunc Presbyteros seu Diaconos Apollonii facit suasu quodam laicos, & eos iterum ordinat, ut videatur turpissima istius ordinationis vicem referre quam passus est.* Theodorus igitur Catholicus cùm Meletianos Presbyteros iterum ordinavit, in eo secutus videtur decretum Synodi Nicænæ. Adde quod Nicæni Patres in Canone sexto disertè definiunt, eos qui citra consensum Metropolitani ordinati fuerint Episcopi, Episcopos habendos non esse. Cùm igitur Episcopi partis Meletii absque consensu Alexandri, qui Metropolitanus erat totius Ægypti, ordinati fuissent, necesse fuit Patribus Nicænis, ut eos denuò ordinari ab Alexandro decernerent, si quidem ipsos Episcopatum suum retinere cupiebant.

τὰς μὴ τῶ ἰουδαίων. Tres postremas voces delevimus, quas Genevenses Typographi ex Socratis Historiâ temerè suppleverant. Desunt enim in nostris codicibus tam MSS. quam editis.

φρονεῖν συμβαίνοντα. In Manuscripto codice Savilii, & in editione Basilienſi ſcriptum inveni συμβαίνοντα, ut referatur ad συζήματα. Vulgata tamen lectio ferri potest, si referatur ad vocem ὀπτηδεύμασι. Pag. 32.

In Caput X.

Πέφυκε χάεις. In codice Allatii exaratum est πέφυκεν ἡ χάεις. Statimque legitur τῶν τε πρὸ πάντων &c. Quomodo etiam legitur in editione Basilienſi. Apud Eusebium verò in libro 3. de vita Constantini cap. 13. τοῦτον πρόγε πάντων.

ἑκάστῳ τε τῶ προσηκόντων. Particula τε deest in codice Leonis Allatii, & apud Eusebium & Nicephorum: Nec videtur admodum necessaria.

πάντων ἱερῷ θεῷ. In codice Leonis Allatii ſcribitur una voce παντιερῷ paulò post, ubi legitur, καὶ φανερῷ λόγῳ, in Manuscripto codice Savilii & in editione Basilienſi ſcriptum inveni λογισμῷ. Pag. 33.

ὧὐ ὲκ καιρῷ τῆς. Hunc locum correxi ex codice Leonis Allatii, in quo ita legitur ὧὐ ὲκ πρώτης τῆς πάθυς ἡμέρας &c. quemadmodum etiam legitur in Socrate atque Nicephoro.

καὶ φέπων καὶ νόμιμῳ. In editione Basilienſi legitur καὶ νόμιμῳ καὶ φέπων rectius procul dubio. Sic enim habent Eusebius & Socra-

tes. Nicephorus vero hunc locum interpolavit. A

ἐκ ἡμῶν ἱκανοί. In Manuscripto codice Henrici Savilii legitur ἐκ εἰμὶν, quomodo etiam legitur apud Eusebium.

Pag. 34. ἐν μηδενὸς ὁμοιώματι. Sic etiam legitur in editione Basilienſi. Codex tamen Allatii ſcriptum habet ὁμοιότητι. Quam ſcripturam confirmant Euſebius, Socrates ac Nicephorus. Mox poſt verbum κοινωνεῖν addidi δοκεῖν ex codice Leonis Allatii & ex editione Baſilienſi, quibus ſuffragatur Euſebius. In Socrate tamen ac Nicephoro duæ voces adduntur hoc modo κοινωνεῖν ἢ δοκεῖν quod eandem vim habet.

τὸ κεφαλαιωδέστατον. In codice Leonis Allatii & apud Euſebium in libro 3. de vita Conſtantini κεφαλαιωδέστερον.

ἐν ἢ μηδὲ μία ἐστὶν. In codice Allatii & apud Socratem legitur μηδὲ μία ἔσται, &c.

In Caput XI.

Pag. 35. Πρὸς τὰς τῶν ἐθνῶν προστατεύοντας. Præfectos Prætorii intelligit, qui multas ſimul Provincias adminiſtrabant. Hi enim curam gerebant Annonæ, tam Çivicæ, quam militaris ac Palatinæ: Quippe qui per officiales ſuos tributa exigerent, quæ in ſpeciebus ſolvebantur; non autem in auro atque argento, uti diſcimus ex codice Theodoſiano. Hæc idcirco annotavi, ne quis Provinciarum præſides hic intelligeret.

ὀλίγον ἐνοίει τότε πίλῳ εἰσφορᾶν. Malè Camerarius eumque ſequutus Sirmundus hunc locum verterunt hoc modo: *Quod tunc fame graſſante, vectigalia eſſent imminuta.* Nam Theodoritus hoc loco loquitur de Annona quam Conſtantinus Imperator Eccleſiis donavit. Hæc autem non pertinet ad vectigalia, ſed ad tributariam functionem, ut videre eſt in titulo codicis Theodoſiani de Annona & tributis. εἰσφορὰ idem eſt quod tributaria functio atque illatio. Vectigalia verò propriè ſunt portoria, & quæ à Græcis dicuntur τέλη. B

Pag. 36. φρόσασιν ἐντιῦθεν λαζόντες. In Manuſcripto codice Henrici Savilii legitur λαμβάνοντες, quod magis placet. Porrò huic narrationi Theodoriti, ſimilis eſt illa quam habet Ruffinus in lib. 10. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 2. Differt tamen in eo quod Ruffinus quidem ait, Epiſcopos variis de cauſis inter ſe jurgantes, libellos criminationum adverſus collegas Conſtantino obtuliſſe. Theodoritus vero libellos illos porrectos fuiſſe dicit à laicis, qui Epiſcopos variis de cauſis accuſabant. Deinde elogium Conſtantini libellos ſibi oblatos comburentis, diverſum eſt in Ruffino ac Theodorito. C

καταλαβεῖν ἕκαστον. Hic quoque καταλαμβάνειν ſcriptum habent codex Savilii & Baſilienſis editio.

In Caput XII.

τὸν περὶ τ προαιρουμένων ἀκριβῆ λόγον. In Manuſcripto codice Henrici Savilii & in editione Baſilienſi legitur πεφαρμένων.

ὅπως εἴρηται ἄνωθεν. Apud Socratem in libro 1. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 8. legitur ὅπως εἴρηται αὐτοῖς, &c. quod magis probo. Paulò poſt ubi legitur ἐβασανίζετο ὁ λόγος, corrigendum eſt ex Socrate ἐβασανίζετό τε ὁ λόγος. Pag. 38.

καὶ αὐτοὶ σωτηθείμεθα. In Manuſcripto codice Savilii & in editione Baſilienſi legitur σωτηθείμεθα. Et paulò poſt pro σῳζειτύμεθα, idem codex Savilii ſcriptum habet σῳζειτύμβοι, ut legitur apud Socratem. Pag. 39.

ἐξεταζόμβος ὁ λόγος σωίσησιν. Codex Henrici Savilii & Baſilienſis editio ſcriptum habent σωίσῃ, quod magis placet. Reſpondet enim verbo quod ſupra poſitum eſt σωτηθείμεθα.

φρόνητα γενητὰ κτίσματα. Malim ſcribere γεννητὰ per ſimplex ν, quemadmodum legiſſe videtur Epiphanius Scholaſticus. Sic enim vertit hæc Euſebii verba: *Eo quod nullam æqualitatem ad creaturas factas Dei Filius habeat*, &c. D

μόνῳ δὲ τῷ πατρὶ. In editione Baſilienſi legitur μόνων δὲ τῷ πατρὶ, &c. quod non diſplicet. Certè ita legitur apud Nicephorum in lib. 8. cap. 22.

περὶ συνεργείας γεννηθῆναι. In his Conſtantini ſive Euſebii verbis error eſt manifeſtus. Neque enim verbum fuit in Patre potentiâ, priusquam actu gigneretur ex Patre. Primum enim actus & potentia non diſtinguuntur in Deo. Deinde ex eo ſequeretur Verbum non fuiſſe ab æterno. Nam & reliquæ creaturæ antequam actu crearentur, potentia erant in Deo. Nec tamen idcirco æternæ eſſe dicuntur. Porrò obſervandum eſt totam hanc pericopen non haberi apud Socratem, nec in Epiphanio Scholaſtico. Certè Socrates conſultò eam prætermiſiſſe mihi videtur, eo quod hæreticum ſenſum contineret. Pag. 40.

In Caput XIII.

λέγει δὲ ὅπως. Locus Euſebii quem hic affert Theodoritus, extat in libro tertio de vita Conſtantini cap. 13. Porro Theodoritus in hoc capite emendat errorem Socratis atque Sozomeni: Modeſte tamen, ſuppreſſo utriuſque nomine. Socrates enim ac Sozomenus ſcribunt, quinque aut ſex Epiſcopos formulæ fidei in Synodo Nicæna conſcriptæ noluiſſe ſubſcribere; Et ob eam cauſam damnatos fuiſſe. Contra Theodoritus ait, omnes Epiſcopos qui Nicænam convenerant, in eandem fidem conſenſiſſe, exceptis duobus, Secundo ſcilicet ac Theona. Idque demonſtrat primum ex Euſebio in epiſtola ad Cæſarienſes: Deinde ex eodem Euſebio in lib. 3. de vita Conſtantini.

πλυκερίς τις ὢν. Ita etiam legitur apud Euſebium. Pag. 41.

bium. In MS. tamen codice Henrici Savilii & in editione Basilienſi ſcribitur γλυκερὸς δέ τις ἰὼ. Mox pro ἐλαύνων, iidem codices habent ἔλαυνεν.

In Caput XIV.

Pag. 42. Πλεῖστον ὅσον ἐν ἀλεξανδρείᾳ. Mortem Arii non rectè hoc loco refert Theodoritus. Diu ſiquidem poſt Nicænam Synodum ea mors contigit. Sed neque verum eſt quod hic ait Theodoritus, Arium poſt Synodum Nicænam diutiſſimè moratum eſſe Alexandriæ. Quomodo enim diu illic morari potuit poſt Concilium Nicænum, cùm vix dum finito Concilio miſſus ſit in exilium ab Imperatore Conſtantino, nec poſteaquam ab exilio B revocatus eſt, Athanaſius eum unquam in Eccleſiam recipere voluerit, ut ipſe docet in Apologetico ſecundo adverſus Arianos. Scio quidem Rufinum in cap. 12. lib. 10. Hiſtoriæ, & Socratem atque Sozomenum ſcribere, Arium poſt exilium Alexandriam rediiſſe. Sed cùm Athanaſius id nuſpiam dicat, immò verò diſertè affirmet ſe Euſebii Nicomedienſis & Imperatoris Conſtantini litteris id minaciter præcipientibus, conſtantiſſimè reſtitiſſe, Athanaſii teſtimonio malim credere.

ἐν τοῖς πρὸς ἀπίωνα. Hæc epiſtola Athanaſii in vulgatis editionibus inſcribitur πρὸς σεραπίωνα.

Pag. 44. μαθεῖν διδασκαλίαν. In Manuſcriptis codicibus Allatii & Savilii legitur μεταμαθεῖν, quod magis placet. Utitur ea voce non ſemel Theodoritus.

In Caput XV.

Τῷ σωτῆρι χριστῷ. In codice Leonis Allatii & apud Nicephorum in lib. 8. cap. 27. pro χριστῷ legitur θεῷ quod magis probo. Apud Euſebium verò in lib. 2. de vita Conſtantini neutra vox habetur.

ἐλάττονα τῆς ἀξίας. Baſilienſis editio habet ἔλαττον adverbialiter, quod mihi non diſplicet. Paulò poſt pro ἐνδιαιτᾶσθαι, in MSS. codicibus Savilii & Allatii & in editione Baſilienſi, necnon apud Nicephorum ſcribitur διαιτᾶσθαι.

In Caput XVI.

Pag. 46. Ἐκπορθῆσαι. Rectius in Manuſcripto codice Henrici Savilii ſcriptum eſt ἐκπεφορθῆσαι. Codex autem Allatii habet ἐκφορθῆσαι quemadmodum edidit Jacobus Sirmundus.

In Caput XVII.

Pag. 47. Κυτοῖς σωφρονοῦσι γενομένης. In Manuſcripto codice Leonis Allatii ſcriptum eſt αὐτὸς rectius procul dubio. Apud Euſebium vero in lib. 3. de vita Conſtantini, & in Nicephori lib. 8. cap. 28. legitur αὐτῆς σωφροσύνης &c. quæ Joannes Langus ita vertit: *Quæ*

A *præſtantiſſima & commodiſſima, operis ipſius forma ſummatim perſpecta exiſtimaveris eſſe, fac ad nos ſcribas.* Vide quæ notavi ad lib. 3. Euſebii de vita Conſtantini. Neque enim neceſſe eſt hic repetere ea quæ illic annotata ſunt.

In Caput XIX.

Τὰς τῆς πίστεως ὁμολογίας σωιδεντο. Longe Pag. 49.
rectius in Manuſcripto codice Savilii & in editione Baſilienſi ſcribitur hic locus hoc modo τῇ τῆς πίστεως ὁμολογίᾳ σωιδεντο ταῖς χερσὶ. Quæ Joachimus Camerarius ita vertit: *Ea enim ex cauſa manus ſuas non ſubtraxere concordiæ fidei, quo induti ovium pelles, ut lupi graſſari poſſent.* At Sirmundus vulgatam lectionem ſecutus ita vertit: *Quippe qui propterea fidei confeſſiones manibus ſuis obſignarant*, &c. Quæ interpretatio nullatenus ferri poteſt. Neque enim obſignare idem eſt quod ſubſcribere. Hoc igitur ſibi vult Theodoritus, Arianos illos non bona fide neque ex animo conſenſiſſe fidei Nicænæ: Et manuum quidem ſubſcriptione eam approbaſſe; revera tamen averſatos eſſe. Idcirco enim ei ſubſcripſerant, ut hoc prætextu ſimpliciores poſtea deciperent. Porro emendationem noſtram confirmat Epiphanius Scholaſticus. Sic enim vertit: *Hujus enim cauſa in confeſſione fidei etiam manibus conſenſerunt*, &c.

Θεῷ ἐνεῖν ἀλέξανδρῳ. Alexandri Epiſcopi Conſtantinopolitani obitum Socrates & Sozomenus in tempora Imperatoris Conſtantii contu- C lerunt. Verùm Philoſtorgius, perinde ac Theodoritus noſter, mortem Alexandri refert principatu Conſtantini Magni. De quo vide quæ notavi in lib. 2. obſervationum Eccleſiaſticarum ad Socratem & Sozomenum. Et hac quidem in parte reprehendendus non eſt Theodoritus, quippe qui alios habeat ſuffragatores. Sed quod ſubjicit, Euſebium Nicomedienſem poſt obitum Alexandri ſtatim in Conſtantinopolitanam ſedem invaſiſſe, id excuſari non poteſt. Alexandro enim ſucceſſit Paulus, quo per fraudem Euſebii pulſo, Epiſcopatum ejus invaſit Euſebius, ut docet Athanaſius auctor certiſſimus.

δεύτερον δὲ γραμμάτων πεποίηκεν. Vox δεύτερον quid hic ſignificet, non video. Binas enim litteras à Conſtantino ad Nicomedienſes ſcriptas eſſe D adverſus Euſebium nuſpiam legitur. Itaque Jacobus Sirmundus hanc vocem in editione ſua expunxit. Quod quidem ejus conſilium laudare non poſſum: Licet enim Interpreti verbum aliquod in verſione ſua prætermittere, quod ſenſum conturbat. In ipſo autem textu Auctoris, nihil immutandum aut delendum eſt, abſque authoritate veterum exemplarium: Nam ſi hæc licentia ſemel concedatur, nullam editionem veterum Scriptorum puram ac ſinceram habituri ſumus. Pro Sirmundo tamen facit Epiphanius Scholaſticus, qui hanc vocem in verſione ſua perinde omiſit. Ego vero libentius pro δεύτερον ſcripſerim ὕστερον.

τὸ τέλος τῆς ὑποθέσεως. Scio multos fore, qui cùm finem hujus epiſtolæ Conſtantini lege-

rint, priorem ejus partem quæ à Theodorito prætermissa est, desiderent. Est enim hoc egregium antiquitatis monumentum, ex quo multa discere possumus, quæ absque hac epistola procul dubio ignoraremus. Monendus itaque est Lector, hanc Constantini epistolam integram haberi in Annalibus Baronii ad annum Christi 329. sed non suo loco. Scripta est enim hæc epistola antequam Eusebius ac Theognius in exilium mitterentur. Missi sunt autem in exilium tribus jam mensibus elapsis à Synodo Nicæna, ut in lib. 1. sub finem tradit Philostorgius, id est anno Christi 325. mense Septembri. At Baronius hanc epistolam scriptam esse existimat anno Christi 329. & anno sequente Eusebium ac Theognium ab exilio revocatos. Verum id jam abunde refutavimus in Annotationibus ad librum 1. Historiæ Socratis, ubi ostendimus, Eusebium anno Christi 328. revocatum esse à Constantino, & anno Christi 329. Concilium Episcoporum Antiochiæ congregasse adversus Eustathium Antiochenum. Est & alius error Baronii non omittendus. Reprehendit enim Theodoritum, quòd hanc epistolam à Constantino scriptam esse crediderit, postquam Eusebius Nicomediensis mortuo Alexandro Constantinopolitanam sedem occupasset. Atqui Theodoritus non id dicit: Sed tantum ait Eusebium jampridem relicta Beryto cujus erat Episcopus, ad Nicomediensem Ecclesiam transiliisse: Et ex ista Nicomediensium sede postea dejectum esse ut testatur Constantinus in epistola ad Nicomedienses.

In Caput XX.

Ο ταῦτα διδάξας. Quæret hic aliquis quæ sint ista mala dogmata quæ Nicomediensis docuerat Eusebius. Id verò discimus ex priore parte epistolæ Constantini, quam hic apponam, sicut edita est à Baronio: *Quid igitur intelligitis, dilecti fratres, nam vos ipsos accuso. Christiani sumus, & medio in affectu dissentimus. Haccine est nostra fides? Hæc sanctissima legis doctrina? Sed quæ causa est propter quam præsentis mali exitum suscitatum est? O flagitium! ô odium supra modum, omnis indignationis magnitudinem superans. Quæ istius latrocinii atrocitas extitit. Quæ Filium Dei abnegat ex individua Patris substantia processisse. Nonne ubique est Deus, cùm certè istum semper nobis adesse sentimus. Nonne per ejus virtutem omnium decoratio constat? Cùm certè separatione dissipatione careat. Num igitur vobis aliquid actum est. O dilecti fratres, considerate modo deprecor tormenta præsentis doloris. Confessores vos esse istius promittebatis, quem esse denegatis; in hoc vobis persuadente doctore in omnibus perdito.* Sequuntur deinde ea quæ Theodoritus retulit. Ex iis autem quæ adduxi, manifestè apparet Constantinum objicere Eusebio Nicomediensi, quòd adversus Nicænæ fidei decreta palam in Ecclesia docuerit, Filium Dei non esse ex Patris substantia, nec consubstantialem Patri. Quod si quis Græca verba prioris partis hujus epistolæ Constantini legere desiderat, habentur apud Gelasium Cyzicenum in fine libri tertii.

συμμύστης. Epiphanius vertit excultorem quòd non probo. Jacobus Sirmundus consortem interpretatur, Christophorsonus verò Administrum. Joachimus autem Camerarius sic transtulit. *Nimirum Eusebius crudelitate tyrannica imitatus.* Ego conscium malim interpretari. συμμύστης propriè est iisdem sacris initiatus, quem Latini vocant consecraneum.

ὅτι γὰρ τὸ ἁγίων παντα χῆ τὸ τυράννου. Duæ postremæ voces desunt in editione Basilienſi & in manuscripto codice Henrici Savilii. Quas tamen necessarias esse nemo non videt. Certè Gelasius Cyzicenus & Epiphanius Scholasticus & vetus Interpres apud Baronium eas agnoscit. Delendæ potius sunt duæ voces quæ præcedunt τῶν ἁγίων, quæ sensum turbant, nec habentur in codice Leonis Allatii, nec apud Gelasium Cyzicenum, nec in versione Epiphanii Scholastici. Cæterum valde probo, quod Epiphanius & vetus ille Interpres à Baronio relatus, φρόσφυγα verterunt clientem. Camerarius transfugam vertit pessimè omnino, deceptus scilicet prava lectione codicis Basilienſis.

ἐφραγματίζοντο συνόδοις. Vetus Interpres hunc locum ita vertit: *Nihil enim de factis in me injuriis modo dicam, per quas cùm maximè adversarum partium festinaverunt concursiones.* Epiphanius autem Scholasticus sic interpretatur: *Per quas quando maxime adversarum partium insidiæ discurrebant, iste etiam oculos contra me habebat intentos.* Ex iis apparet utrumque hoc loco legisse ὅτε μάλιστα non ὅτι ut vulgo legitur. Ita quoque legit Joachimus Camerarius, ut ex versione ejus apparet. Sic enim vertit: *Nam de illius erga me contumeliis nunc non loquar. Quibus cum sævirent maximè adversariorum concursiones, ipse oculos speculatores adversum me intendebat.* Nec dubito quin hæc verissima sit scriptura hujus loci. Sic enim sequentia cùm antecedentibus egregie conveniunt. Sirmundus tamen & Christophorsonus vulgatam scripturam secutus ita vertit: *Nihil enim de illatis in me injuriis nunc dicam, per quas maximè adversarum partium concursus procurabantur.* Atqui φραγματίζεσθαι passivam non habet significationem.

ὀφθαλμοὺς κατασκόπους. Presbyteros ac Diaconos Eusebii intelligit, quos sub initium belli inter Constantinum & Licinium Eusebius ad Constantinum miserat, ut sub legationis prætextu, Constantini consilia & apparatum bellicum explorarent, ut paulò post indicat Constantinus in hac Epistola. Erat enim Eusebius sub ditione Licinii. Nec verò arguit eum Constantinus, quòd Licinii partibus adhæserat. Nam cùm esset sub ditione Licinii, ut jam dixi, Imperatori suo favere omnino debuit. Sed reprehendit, quod speculatores contra ipsum submisisset, ac propemodum militarem operam navasset Licinio. Quæ prorsus indigna sunt sacerdote.

ὃ ἢ πάλιν ἐχρῆν. In Editione Basilienſi legitur ὅπερ ἢ πάλαι. Sed longe rectius in codice Leonis Allatii & apud Gelaſium Cyzicenum ſcriptum eſt ἢ πάλαι ἐχρῆν &c. abſque articulo, qui elegantius omittitur quam repetitur. Atque ita legit vetus Interpres hujus Epiſtolæ apud Baronium, ſic enim vertit: *Et jam pridem oportebat à veſtro pendere judicio.*

δεινῶς τ' τότε. In codice Leonis Allatii & apud Gelaſium Cyzicenum ſcriptum eſt δεινῆ. Sanè deeſſe hoc loco vocabulum quod huic adjectivo reſpondeat, indicat interpretatio tum Epiphanii Scholaſtici, tum interpretis innominati. Nam Epiphanius quidem ita vertit: *Niſi prædictus Euſebius peſſimæ Conſciorum ſuorum tuitione huc veniſſet.* Innominatus autem interpres ſic tranſtulit: *Niſi prædictus Euſebius cum turbulenta magnitudine eorum qui eum ſequebantur, huc perveniſſet; & ordinis rectitudinem impudenter conturbaſſet.* Quibus verbis ſignificat Conſtantinus Euſebium ad Epiſcopatum Nicomedienſem perveniſſe, non electione Cleri ac populi, ſicut ordo Eccleſiæ poſtulat: Sed per vim ac potentiam eorum qui Euſebio favebant. Hortatur igitur Nicomedienſes, ut jus ſuum recuperent, & exturbato Euſebio impietatis doctore, alium eligant Orthodoxum Epiſcopum.

συνεπεφάχει. Corrupta vox; pro qua ſubſtituendum videtur συντέθραχει. Atque ita plane legitur apud Gelaſium Cyzicenum.

μέμνηται ἡ ὑμετέρα ἀτεξικακία. Supra notavi, Epiſtolam hanc ad Nicomedienſes à Conſtantino ſcriptam eſſe, nondum tribus menſibus elapſis à Synodo Nicæna. Verum hic locus ſententiam noſtram videtur refellere. Etenim Conſtantinus Imperator Nicomedienſes alloquens, in memoriam eis revocat Synodum Nicænam, cui & ipſe interfuerit. Id verò dici non poteſt de re adeo recenti, & ante tres menſes geſta. Quare neceſſe eſt ut hæc Epiſtola à Conſtantino ſcripta ſit, anno ut minimum elapſo poſt Concilium Nicænum. Atque ita falſus fuerit Philoſtorgius, qui Euſebium in exilium pulſum eſſe dicit poſt tres menſes quam Synodus Nicæna celebrata fuerat.

Pag. 51. ἀλεξανδρείας τινάς. Baronius quidem hos Melitianos fuiſſe exiſtimat, quos Conſtantinus poſt Synodum Nicænam, cùm tumultus Alexandriæ excitarent, Byzantium ad ſe evocaverat. Ego verò Arianos potius illos fuiſſe crediderim. Atque id plane teſtantur Epiſcopi Ægypti in Epiſtola ſynodica quam ad omnes Eccleſiæ Catholicæ Epiſcopos miſerunt pro defenſione Athanaſii. Verba eorum hæc ſunt: οἶδατε γὰρ ἀκριβῶς, ὅτι ἀμφίων μὲν ἐν νικομηδείᾳ, χρηςὸς δὲ ἐν τοιαύτῃ κατηςάθη ἀντ' αὐτῶν, διὰ τὴν οἰκείαν ἀσέβειαν, καὶ πλὴν ὡς τὰς ἀρειομανίτας κοινωνίας, τὰς ὑπὸ τῆς συνόδου τῆς οἰκουμενικῆς ἀποδοκιμασθέντας. Id eſt: *Bene ſiquidem cognitum habetis, Amphionem Nicomediæ, Chreſtum verò Nicææ, in eorum locum ob impietatem & communionem quam cum Arianis à Nicæno Concilio reprobatis habuerant, Epiſcopos conſtitutos eſſe.* Sed & verba quæ ſequuntur in hac Conſtantini Epiſtola, ſatis indicant id quod dixi, Alexandrinos illos Arianos A fuiſſe, non Melitianos. Sequitur enim τῆς ἡμετέρας πίςεως ἀναχωρήσαντας. Quod Arianis quidem optime convenit; De Melitianis verò dici non poteſt; quippe qui Schiſmatici tantum eſſent, non autem hæretici; Et quo tempore hæc Epiſtola ſcripta eſt, nondum Arianis ſeſe adjunxiſſent.

τῇ τῆς συνόδου ἀληθείᾳ. Hunc locum correxi ex MSS. codicibus Allatii & Savilii, quibus etiam conſentit Gelaſius Cyzicenus & editio Baſilienſis, in hunc modum ὡς ἡ τῆς συνόδου ἀλήθεια πρὸς μετάνοιαν τετηρήκει. Quam emendationem confirmat Epiphanius Scholaſticus & Anonymus interpres; ſic enim vertunt: *Sed iſti boni & optimi nimis Epiſcopi, quos ſemel Concilii veritas ad pœnitentiam reſervabat.* Euſebium ac B Theognium intelligit, qui cùm ante Nicænam Synodum & in ipſa Synodo patrocinium Arii ſuſcepiſſent, Patres Synodi Nicænæ eos unà cum Ario damnare primùm voluerant. Poſtea tamen intercedente pro ipſis Conſtantino, cùm Nicænæ fidei in ſpeciem ſubſcripſiſſent, Synodus eis pepercerat, ad pœnitentiam eos reſervans, ut loquitur Conſtantinus. Porrò ἀλήθεια hoc loco ſinceritatem fidei ſignificat, ὀρθοδοξίαν; opponiturque fraudi ac ſimulationi Euſebii & Theognii.

τὰ τοιαῦτα ἐκεῖνα φράζει. In Editione Baſilienſi excuſum eſt τὰ τοιαῦτ' ἐκεῖνα φράζει: Optime modo utramque ſimul vocem retinemus.

ἢ διαφράξασθαι ὅπως ἁγνὰς. Jacobus Sirmundus hunc locum in Editione ſua aliter diſtinxit, C hoc modo ἢ διαφράξασθαι ὅπως ὅπη κόπως ἁγνάς τε ἢ ὀρθοδόξους ἢ φιλανθρώπους χαίρωμεν. Et locum ſic interpretatus eſt. *Atque ita perfeciſſe Sanctos & Orthodoxos, hominumque amantes Epiſcopos gaudemus.* Verùm hæc Interpretatio ferri non poteſt. Expunxit enim Sirmundus verbum ἔχοντες, contra fidem atque auctoritatem omnium codicum. Sed longè facilius erat locum reſtituere abſque ulla mutatione hoc modo; ἢ διαφράξασθαι ὅπως, ὡς ὅπη κόπως ἁγνὰς τε ἢ ὀρθοδόξους ἢ φιλανθρώπους ἔχοντες χαίρωμεν. Atque ita legit Anonymus Interpres hujus Epiſtolæ, jam toties à nobis laudatus. Sic enim vertit hunc locum: *Nunc veſtrum eſt, ad Deum ſide illa reſpicere, quâ ſemper & fuiſſe conſtat & eſſe decet: Et ſic peragere ut Epiſcopos Caſtos & Orthodoxos & Clementes habentes gaudeamus.* D

In Caput XXI.

Καὶ ἴσχυε βασιλέως φοιτῶν. In codice Savilii præpoſitio additur hoc modo ἢ ἴσχυε πρὸς &c. In Baſilienſi autem Editione ita legitur ἢ θαμὰ πρὸς βασιλέως φοιτῶν quod magis placet. Errat autem hic Theodoritus, qui Euſebium Conſtantinopoleos Epiſcopum fuiſſe putat, tunc cùm Euſtathium Antiochenum è ſede ſua exturbavit. Nam Euſebius in Epiſcopatu Nicomedienſi uſque ad Conſtantini obitum perſeveravit: Quippe qui Conſtantinum paulò

ante

ante mortem baptizavit Nicomediæ, cùm adhuc esset illius urbis Episcopus, ut testatur Hieronymus in Chronico. Idem quoque probari potest ex Ammiano Marcellino, qui in lib. 22. scribit Julianum Nicomediæ educatum fuisse ab Eusebio Episcopo ejusdem loci, quem genere longius contingebat. Atqui Julianus natus est anno Christi 331. ut notavi ad librum 25. Marcellini. Quomodo igitur educari potuit Nicomediæ ab Eusebio Episcopo, si Eusebius jam ante hunc annum relicto Nicomediæ Episcopatu ad C. P. sedem transierat. Omitto locum Athanasii in Epistola ad Solitarios, ex quo manifestè convincitur Eusebium non Alexandro, sed Paulo successisse in Episcopatu C.P.

A sti 342. quod testatur etiam Socrates in lib. 2 cap. 8.

In Caput XXII.

Pag. 53. Εὐλάλιον. Post Eustathium, Antiochensis Episcopus factus est Paulinus qui tunc Episcopus erat Tyri, ut notavi ad lib. 10. Historiæ Ecclesiasticæ Eusebii. Cui successit Eulalius, quemadmodum testatur Philostorgius apud Suidam in voce αἵτιος.

ἐυσέβιον μεταθεῖναι. Non possum assentiri Theodorito, qui post mortem Eulalii Eusebium Cæsariensem ad Episcopatum Antiochenæ urbis vocatum fuisse dicit. Nam Eusebius ipse in lib. 3. de vita Constantini apertè indicat, id statim post depositionem Eustathii factum fuisse. Sed & literæ Imperatoris Constantini ibidem ab Eusebio relatæ, id ipsum non obscurè indicant. Hieronymus tamen in Chronico Eusebium post Euphronium ponit, cùm tamen Eusebius nunquam fuerit Antiochenus Episcopus.

πλακιττίῳ. Hujus Episcopi nomen variis modis scribitur. Interdum enim πλάκιτος, alias φλάκιτος exaratur, ut notavi ad Historiam Socratis. Sed verum ejus nomen fuit φλάκιλλος, ut scribitur apud Eusebium in libris contra Marcellum, & apud Athanasium in Apologia. Ex quo discimus eum interfuisse Concilio Tyri, quod factum est anno 335. natalis Dominici. Quare ante hunc annum Episcopus Antiochensis factus fuerit necesse est. Quod quidem egregiè convenit cum supputatione annorum quos Eulalio & Euphronio tribuit Theodoritus ac Philostorgius. Etenim Paulinus qui primus Eustathio suffectus est, sex tantum mensibus eo munere est perfunctus, teste Philostorgio in lib. 3. Eulalium quoque brevi post electionem mortuum esse testatur Theodoritus. Euphronio autem annum & aliquot menses assignat. Ita tres illi Episcopi trium circiter annorum spatio sedem illam administrarunt. Cùm igitur Eustathius anno Christi 329. aut 330. exutus fuerit Episcopatu, ut ad Eusebium demonstravi: Flaccillus circa annum Domini 333. ad Episcopatum Antiochensem promotus videtur. Huic annos 12. Episcopatus tribuit Nicephorus Patriarcha, qui eum φακίλλιον nominat & interfuisse scribit Synodo Antiochenæ quæ in encæniis celebrata est anno Chri-

---

In Caput XXV.

βιβλίαις ἑλπίσι. Hunc locum supplevi ex codice Leonis Allatii, cui consentit codex Savilii & Basilienſis editio: Nisi quod in istis legitur βεβήμας σωτηρίας ἐλπίσι, sed melior est scriptura codicis Allatiani, quam confirmat Epiphanius Scholasticus. Pag. 57.

γεώδη λαμπιδόνα. Epiphanius Scholasticus locum hunc ita vertit, *omnemque terrenam flammam nimis devito.* Vide quæ notavi ad librum quartum de vita Constantini, ubi hæc ad Saporem Epistola refertur. Sed licet de incantationibus ac mysteriis paganorum hunc locum ibi exposuerim: Nunc tamen re attentiùs examinata, malim hæc Constantini verba interpretari de igne quem Persæ colebant, ut cuncti sciunt. B

ὅλα γένη κατέρριψε. In codice Leonis Allatii scriptum est, πάλλα τ' ἐθνῶν καὶ ὅλα γένη κατέρριψεν.

δωμασίαν καταῤῥήγνυς. Codex Allatii habet καταγνὺς, id est confringens. Pag. 58.

ἡμῖν αὐτοῖς πέπεισμαι. Ita legitur etiam apud Eusebium in lib. 4. de vita Constantini. Verum hæc locutio planè barbara est. Itaque codex Leonis Allatii substituit πεπείσμεθα. Sed melior est scriptura editionis Basilienſis, quam confirmat codex Savilii, πεπίστευται. C

ὁ ἴσως καὶ κἀκεῖνος. In Manuscripto codice Savilii & in editione Basilienſi legitur ὅτι σὺ καὶ κἀκεῖνος. Verum in codice Leonis Allatii scribitur ὅτι σὺ κἀκεῖνοι, id est, *Nam & illi, tui sunt.* Quæ scriptura omnium rectissima mihi videtur. Apud Eusebium in libro 4. de vita Constantini legitur ὅτι σοὶ κἀκείνῳ, ubi vide si placet quæ notavi.

ἀρμοδίως τῆς αὐτῆ. Rectius apud Nicephorum in cap. 38. lib. 8. legitur ἀρμοδίως τῇ σαυτῆ φιλανθρωπίᾳ. Apud Eusebium quoque σεαυτῆ scribitur. Pag. 59.

In Caput XXVI.

Μετὰ μικρὰς πίττε. Idem scribit Athanasius in Apologetico secundo contra Arianos pag. 777. editionis Parisiensis, ὅπως δὲ πίντε μικρὰς παρῆλθεν, καὶ ὁ μακαρίτης Ἀλέξανδρος τετελεύτηκεν. D

τὸ χορὸν δὲ τῶν διακόνων ἀρχιδιάκονος. Id est *Archidiaconus.* Cæterum ex hoc loco manifestè colligitur, Archidiaconos non stipendiorum ordine ad eum locum pervenire solitos, sed ex Episcopi arbitrio ac voluntate promotos fuisse. Etenim Athanasius admodum juvenis fuisse dicitur à Theodorito, quo tempore Alexandrinæ Ecclesiæ erat Archidiaconus. Hinc est fortasse, quod Archidiaconus vulgo Corepiscopi vocabatur, ut scribit Joannes Abbas, in libro de translatione reliquiarum sanctæ Glodesindis, ubi ait; *Hujus rei novitas dum ad notitiam supra memorati Pontificis pervenisset, morarum impatiens mox in crastinum ad hoc inspiciendum*

dum sacrorum ministros cum Archidiacono majore, quem Cor-Episcopi dicunt, direxit. Olim tamen eo loco Chorepiscopum scribendum esse existimabam. Sed nihil temerè mutandum est in veteribus libris, quoties vulgata scriptura defendi non incommodè potest.

ὑπὲρ μελέτιον. In editione Basilienſi deest adverbium. Quam scripturam valde probo.

τῶν φρατιωτῶν τινας. Hujus loci emendatio debetur codici Henrici Savilii, in quo ita legitur τὰν τότε φασιωτῶν μιδωσάμδροι, &c. Ita quoque habet Basilienſis editio, nisi quod φασιφῶν præfert. Sed melior est scriptura codicis Saviliani. Græci enim φασιώτας vocant eos qui sunt ejusdem factionis in civilibus dissidiis, ut docent Hesychius & Favorinus. Sic loquitur Herodotus in lib. 1. ubi de Pisistrato scribit. Certè vulgata lectio ferri non potest. Neque enim Eusebiani, milites conduxerunt, sed Clericos quosdam ex Melitii factione, quemadmodum testatur Athanasius in Apologetico secundo adversus Arianos, ex quo hæc hausit Theodoritus. Confirmat hanc emendationem Theodoritus ipse in cap. 28. hujus libri.

τιλωτεῖ μὲν πρῶτον αἰγυπτίου. Prima accusatio Athanasii per Melitianos facta, fuit de tunicis lineis, quarum Canonem Ægyptiis ab Athanasio impositum atque exactum fuisse finxerunt, ut scribit Athanasius in supradicto Apologetico iis verbis: πλάττονται πρώτιμα κατηγορίαν ὡς σιχαείων λινῶν, ὡς ἐμὲ κανόνα τοῖς αἰγυπτίοις ἐπιδάλλοντα. Impropriè igitur locutus est Theodoritus. Nam τιλωτεῖν propriè dicitur de vectigalibus. Hoc autem tributum fuit linearum vestium, quod Athanasius imposuisse dicebatur. Ipse enim Canonem vocat; quæ vox de tributis tantum dicitur.

In Caput XXIX.

Pag. 62. Οὕτω δὲ τῶν ὑπηκόων. In codice Leonis Allatii hic locus auctior est aliquot vocibus hoc modo: οὕτω δὲ τῶν ὑπηκόων ὡς τοὺς ἐξήκοντα σωσαχθέντων, &c. Verùm hæ voces non sunt Theodoriti, sed Theodori Lectoris, qui eas supplevit ex Historia Socratis ac Sozomeni; quod & alibi facere consuevit in Historia sua Tripartita.

In Caput XXXI.

Pag. 65. Καὶ τὰς ὑπ' αὐτοῦ δομηθέντας ναούς. Unam duntaxat Basilicam Hierosolymis ædificaverat Constantinus; ad cujus dedicationem evocavit Episcopos qui erant tum congregati in urbe Tyro, ut testatur Eusebius in lib. 4. de vita Constantini. Impropriè igitur locutus est Theodoritus, qui Ecclesias in plurali numero dicit à Constantino exstructas. Nisi fortè Anastasim & Martyrium seu Basilicam sanctæ Crucis pro duabus Ecclesiis accepit. Sic certè videtur eas distinguere in Commentariis in Ezechielem cap. 48. ἔτι γὰρ ἐν τοῖς ἱεροσολύμοις ἥτε τοῦ σταυροῦ ἐκκλησία καὶ ἡ ἀνάστασις καὶ ἡ ἀνάληψις, καὶ ἡ ἐν τῷ σιὼν ἐκκλησία, καὶ ἡ ἱερὰ βουλή, &c. Et paulò post, ποῖον ἄρα τοῦ νυκτερεῖον πλέον ἢ τοῦ σταυροῦ ἢ τῆς ἀναστάσεως. Vide si placet, epistolam nostram de Anastasi, quam edidi ad calcem Annotationum Eusebianarum.

σωαπέλυσε δὲ. In editione Basilienſi legitur σωαπέστειλε δὲ, &c. quod magis placet.

τριακοσίον δὲ τότε. Vide quæ notavi ad libr. 4. Eusebii de vita Constantini pag. 248.

In Caput XXXIII.

Pag. 66. κρύπλωσι μὲν πλὴν ἀληθειαν. Magis placet scriptura quam reperi in Manuscriptis codicibus Savilii & Allatii, & in editione Basilienſi. κρύπλωσι μὲν πλὴν πονηρίαν.

In Caput XXXIV.

Τὰ νῦν ὦδε πλὴν τύπλω καὶ τὰ ἀνδειάντα γινόμενα. Hunc locum non intellexerunt Interpretes. Nam Joachimus quidem Camerarius ita vertit: *Quibus si qui fidem non habent, contemplati monumentum, statuamque illius, credant non solum scriptis, sed etiam Domino qui dixit,* &c. Camerarii versionem secutus est in editione sua Jacobus Sirmundus. Christophorsonus vero hunc locum ita interpretatur: *Quibus si quisquam minimè fidem habeat, cùm magnifica illa opera, quæ circa ejus sepulchrum & statuam hodie cernuntur, oculis aspexerit: Credat saltem sacris litteris, & Domino dicenti; Glorificantes me glorifico,* &c. Atqui non hoc dicit Theodoritus, sed eos qui nolunt credere Eusebio, & aliis qui de honoribus Constantino post obitum delatis scripsere, admonet ut ea quæ ad sepulchrum & ad statuam illius fiunt, contemplari velint. Quænam verò sint illa quæ ad sepulchrum & ad statuam Constantini fiebant, docet nos Philostorgius in lib. 2. Historiæ, cap. 18. ὅτως ὁ θεόμαχος, καὶ πλὴν κωνσταντίνου εἰκόνα πλὴν ὅση τῆ πορφυρᾶ κίονι ἱσαμένῳ θυσίαις τε ἱλάσκεσθαι, καὶ λυχνοκαΐαις καὶ θυμιάμασι τιμᾶν, καὶ ἰυχὰς προσάγειν ὡς θεῷ, καὶ δεησποσύνης ἱκετηρίας τῶν θείων ὀντιλαμδάνεσθαι τοὺς χρισιανοὺς κατηγορεῖ. *Hic etiam Dei hostis Christianos accusat, quasi Constantini imaginem in porphyretica columnâ stantem sacrificiis propitiarent, lucernis atque odoribus colerent, precesque velut Deo allegarent, & ad depellenda mala ei supplicarent.* Adde his ea quæ scribit Auctor Chronici Alexandrini pag. 665. & 667. sunt enim optimæ notæ. Porro hæc pompa celebrabatur quotannis die undecimo mensis Maji, qui natalis erat urbis Constantinopolitanæ, ut ibidem scribit Auctor ejus Chronici & Hesychius in originibus C PP.

HENRICI VALESII ANNOTATIONES IN LIBRUM SECUNDUM HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ THEODORITI.

In Caput I.

Pag. 69. Ἔτη δύο καὶ μῆνας τέσσαρας. Non possum assentiri Theodorito, qui Athanasium biennii & quatuor præterea mensium spatio Treviris in exilio commoratum esse scribit. Missus est enim in exilium sub exitum anni 335. Constantio & Albino Coss. Nam Synodus Jerosolymitana quæ ad dedicationem Basilicæ Constantini convenit, congregata est mense Septembri, ut observavi in Annotationibus ad librum 4. Eusebii de vita Constantini. Postquam Synodum cùm Episcopi à Constantino inde evocati ut gestorum rationem redderent, Athanasium apud ipsum accusavissent, deceptus ab iis Imperator Athanasium in Gallias relegavit. Idem postea ab exilio revocatus est anno Christi 337. 15. Kalendas Julias, ut demonstravi in lib. 1. Observationum Ecclesiasticarum ad Socratem & Sozomenum cap. 1. Ex quo efficitur, Athanasium non toto biennio exulasse.

In Caput II.

Ἀπεσταλκέναι συνέβη. Rectè in codice Saviliano scribitur ἀπεστάλθαι. Sed vox quæ sequitur delenda est; quippe quæ nec apud Athanasium, nec apud Socratem legatur. Quare meritò eam Sirmundus expunxit.

ἐπιπλεονάζειν. Rectius in editione Basiliensi legitur ἐμπλεονάζειν.

Pag. 70. ἀστοὶ καὶ χωρητικοί. Alexandrini Rusticanos homines χωρικοὺς vulgo appellabant, ut observavi in Annotationibus ad Eusebium p. 130. ac fortasse ita scribendum est hoc loco. Nam vox χωρητικοὶ non placet. Rustici enim dicuntur à Græcis χωρῖται ex quo formari potest χωριτικὸς ut ex ναυτὴς fit ναυτικὸς, quod nautam significat. Theophanes in Chronico pag. 139. loquens de electione Dioscori junioris Episcopi Alexandr. ἀνεχώρησαν, inquit, τὰ πλήθη τῶν χωρικῶν. Ubi Anastasius Bibliothecarius rectè interpretatur multitudinem rusticorum.

In Caput III.

Pag. 71. Καὶ ἅμα φοιτᾷν. Non dubito quin Theodoritus scripserit καὶ θαμὰ φοιτᾷν παρ' αὐτὸν ἐκελεύετο. Sic enim in lib. 1. cap. 21. ubi agit de Eusebio Nicomediensi: καὶ θαμὰ παρὰ βασιλέως φοιτῶν, sic enim legitur in editione Basiliensi. Quanquam commodius ibi scriberetur παρὰ βασιλέα. Nos igitur hoc loco editionem Sirmundi secuti sumus.

κατιδὼν δὲ εὔριπον. Rectius in codice Leonis Allatii scribitur εὐρίπιστον. Nam εὔριπος adjectivè sumi non solet.

θείων εὐαγγελίων τὴν ἑρμηνείαν. Matthæi scilicet & Joannis, ut testatur Hieronymus in libro de Scriptoribus Ecclesiasticis ita scribens: *Theodorus, Heracliæ Thraciarum Episcopus, elegantis apertique sermonis & magis Historicæ intelligentiæ, edidit sub Constantio Principe Commentarios in Matthæum & in Joannem, & in Apostolum, & in Psalterium.* Paulò ante pro ἐλλόγιμος, in editione Basiliensi τῶν ἐλλογίμων legitur, quod magis probo.

In Caput IV.

τῷ τῆς ἐκκλησίας ἐπόμενος νόμῳ. Obscurum est, quam legem hic intelligat Theodoritus. An legem qua jubetur ut nonnisi utraque parte auditâ promatur sententia. De qua Lege loquitur Athanasius in Apol. 2. adversus Arianos pag. 799. an legem qua licebat Episcopo Romano reum & accusatores Romam evocare. Sed prior expositio magis placet.

οἱ δὲ τὸ δρᾶμα εἰδότες ὡς καὶ. Tres postremæ voces desunt in codice Saviliano & in editione Basiliensi. Quocirca eas expunximus, præsertim cum verbum εἰδότες paulò pòst occurrat in hac periodo.

ἐξ ἔτη δὲ θηρῶν. Rectè hoc loco Theodoritus annos enumerat, quibus Gregorius, pulso Athanasio, Alexandrinam sedem tenuit. Ordinatus enim est Gregorius in Concilio Antiocheno quod in encæniis celebratum est, Marcellino & Probino Coss. anno Christi 341. Mortuus autem est aliquot mensibus post Serdicense Concilium, ut testatur Athanasius in epistola ad Solitarios, id est anno Christi 347. Itaque Theodoritus rectè hoc loco emendat errorem Socratis atque Sozomeni, qui Gregorium paulò pòst ordinationem amotum esse tradunt. Sed quod addit Theodoritus illum ab Alexandrinis discerptum fuisse, vereor ne in hoc falsus sit, & Gregorium cum Georgio confuderit. Pag. 71.

derit. Nam Gregorium suâ morte obiisse testatur Athanasius in Epist. ad Solitarios, iis verbis ἅτε μὴ μιῶς τῆ δίκη τελευτήσαντος γεγονέναι, μεταπέμπεται ἀθανάσιον.

ὧδ' ἐκεῖνος συνέλιξε. In editione Basiliensi scriptum inveni συνάλισε, quod non displicet.

In Caput V.

Ἀλλὰ τοῦτον πλημμελῶς ἐκάστην. Corrigit hoc loco Theodoritus errorem Socratis ac Sozomeni, qui Paulum ante Serdicense Concilium una cum Athanasio ad Constantem profugisse scribunt, & in Serdicensi demum Synodo restitutum esse. Contra verò Theodoritus affirmat, Paulum tunc cum Serdicensis Synodus celebrata est, Episcopatum Constantinopolitanum, nullo prohibente obtinuisse, nec interfuisse Serdicensi Concilio, sed à civibus suis prohibitum esse, ne illuc se conferret. Certè ex epistola Synodica Orientalium apud Serdicam Episcoporum, apertè colligitur Paulum non interfuisse Serdicensi Concilio.

In Caput VII.

Pag. 73. Πεντήκοντα καὶ διακόσιοι. De numero Episcoporum qui Serdicensi Synodo interfuerunt, vide quæ notavi ad lib. 2. Hist. Socratis Scholastici.

In Caput VIII.

Pag. 74. Νέθειν γὰρ ἐπεβάλοντες. Apud Athanasium in Apologetico secundo contra Arianos, ubi hæc Synodica Serdicensis Concilii refertur, scriptum est νόθειν γὰρ ἐπεβάλοντες διάσκαλίαν, &c. In Basiliensi quoque editione legitur ἐπεβάλοντες.

σαρδίων πόλιν. Secuti sumus hoc loco scripturam editionis Basiliensis, quæ pro σαρδίων habet σαρδικησίων. In Athanasio σάρδων legitur. Græci enim hanc urbem confundere solent, modo cum Sardinia insula, modo cum Sardibus Asiæ. Infra tamen Basiliensis editio habet εἰς τὴν σαρδίων πόλιν, &c. accentu mutato.

ὡς καὶ τὰς ὑμετέρας ἀκοάς. Apud Athanasium hic locus ita legitur καὶ ἴσως καὶ τὰς ὑμετέρας, &c. Quemadmodum edidit Jacobus Sirmundus. Epiphanius verò Scholasticus hunc locum sic legit ὡς καὶ τὰς ὑμετέρας ἀκοάς, &c. Sic enim vertit: *Forsan etiam ad vos ipsos detractiones hujusmodi pervenerunt, quomodo etiam nostras aures ventilare conati sunt.* Sed & codex Leonis Allatii scriptum habet ὡς καὶ τὰς ἡμετέρας. Mihi quidem hæc scriptura valdè placet. Vetus tamen Interpres apud Hilarium in fragmentis libri de Synodis, particulam ὡς expungit, retenta in reliquis vulgata lectione.

Pag. 75. καὶ δι' αὐτὰς πλὴν εἰς οὐρανὸς ἄνοδον. Apud Athanasium in secundo Apologetico scribitur καὶ δι' ἑαυτοῦ πλὴν εἰς ὑψηλὸν ἄνοδον πᾶσιν ἡμῖν διδοὺς. Id est, *qui aditum nobis omnibus in cœlum ascensione sua reseravit.* Nostri tamen codices nihil mutant: Et Hilarius atque Epiphanius Scholasticus vulgatam lectionem tuentur. Sic enim vertit Hilarius: *Est enim gubernator Ecclesiarum Dominus, qui pro Ecclesiis & pro omnibus nobis mortem sustinuit, & propter eas Ecclesias, ascensum in cœlos omnibus nobis tribuit.* Epiphanius verò ita interpretatus est: *Et per eas ascensum ad cœlos nobis omnibus condonavit.*

ὁ ἐν Νικομηδείᾳ καὶ μάξιμος καὶ Θεόδωρος. Apud Athanasium in secundo Apologetico contra Arianos hic locus longè aliter legitur. Unius enim Eusebii fit mentio, qui litteras contra Athanasium misit ad Julium Episcopum urbis Romæ. Reliquorum autem Episcoporum nomina non habentur. Quam lectionem confirmat Hilarius in fragmentis; ubi Menophanti & Stephani Episcoporum nomina omittuntur, optimè meo quidem judicio. Etenim hæc epistola quam Eusebius Nicomediensis ad Julium scripsit, missa est aliquot annis ante Antiochense Concilium quod in encæniis celebratum est, ut ostendimus in lib. 1. Observationum Ecclesiasticarum. Atqui eo tempore Stephanus nondum Antiochensem Episcopatum regebat; sed Flaccillus qui Antiochensi Synodo interfuit, ut docet epistola Julii Papæ ad Episcopos qui Antiochiæ congregati fuerant. Malè ergo Theodoritus, sive quis alius Menaphanti ac Stephani nomina hic apposuit. Plures quidem fuisse fateor qui unà cum Eusebio litteras scripserunt ad Julium Papam adversus Athanasium. Id enim manifestè testatur Julius ipse in epistola ad Orientales, quam refert Athanasius pag. 745. Verum ex eorum numero non fuisse Stephanum, pro certo habeo.

ἔγραψαν δὲ καὶ οἱ ἀπὸ τῆς ἄλλων μερῶν. Intelligunt patres Serdicenses epistolam Synodicam Episcoporum Ægypti, scriptam ad Julium & ad omnes Episcopos Ecclesiæ Catholicæ, quam primo loco refert Athanasius in secundo Apologetico contra Arianos; & cujus mentionem facit Julius in epistola ad Orientales apud Athanasium pagin. 745.

α καὶ τὰ μάλιστα. Apud Athanasium scribitur καὶ εἰ καὶ τὰ μάλιστα, &c. Mallem tamen scribere εἰ καὶ δὲ τὰ μάλιστα, &c. ut legit Camerarius.

τούτοις καὶ εἰς πρόσωπον συνῆναι. Hilarius vertit: *Qui enim habent fiduciam probare ea quæ absentes dicunt, hoc præsentes parati sunt convincere.* Atque ita ferè reliqui Interpretes, uno excepto Camerario, qui vocem τούτοις non in neutro accepit, sed de reis ipsis intellexit. Sic enim vertit: *Qui enim se quæ dixere de aliis, probaturos esse confidunt, ne in faciem quidem illos accusare metuunt.*

Pag. 76. ἀνὴρ γὰρ συμμυστικὸς. Pessimè hunc locum verterunt Interpretes, Epiphanius scilicet, Camerarius & Christophorsonus: qui putarunt Theodulum Episcopum comparuisse in Serdicensi Concilio. Atqui Theodulus hoc loco disertè μακαρίτης appellatur, id est, beatæ memoriæ. Quod nonnisi de mortuis dici solet, ut cuncti sciunt. Rectè igitur Hilarius hunc locum ita vertit: *Decessit enim Coepiscopus noster beatissimus Theodulus, fugiens ipsorum infestationem.* De hoc Theodulo Trajanopolis in Thracia Episcopo vide Athanasium in epistola ad Solitarios pag. 821. Et in Apologetico quem de fuga sua conscripsit. Ex quibus tamen locis colligi videtur, Theodulum hunc adhuc superstitem fuisse post Concilium Serdicense. Quod si ita est, tum hoc loco ἀνὴρ vertendum erit, recessit, vel sedem suam

reliquit. Porro in vulgatis editionibus Athanasii hoc verbum desideratur.

A

ἀισχυνόμενοι γάρ. Apud Athanasium hic locus ita legitur ἠσχύνοντο μὲν δὴ ὁμολογεῖν ἃ διεφάνουν. διὰ δὲ τὸ μὴ συναθυμεῖν λοιπὸν, &c. Vulgatam tamen scripturam tuetur Hilarius & Epiphanius Scholasticus. Quanquam Hilarius verbum ὁμολογεῖν quod apud Athanasium legitur, in sua quoque versione agnoscit. Sic enim habet: *Hæc igitur considerantes, in angusto se teneri pervidebant; erubescentes quidem confiteri ea quæ commiserant, eo quod de cætero non possent ea diutius occultare.*

Pag. 77. ἢ ἀποδυρομένων. Post hæc verba duæ voces decerant in vulgatis editionibus, quas supplevi ex MSS. codicibus Savilii & Allatii, & ex Athanasio in Apologetico 2. contra Arianos.

ἄλλως τε λέγουσιν. Hic locus aliter legitur apud B Athanasium, hoc modo, ἄλλως τε ἀλλέγουσιν ὑπομνήματα ἔχειν κατ' αὐτὸ, κατὰ μονομέρειαν σωίσκης γεγράφθαι. Quomodo edidit Jacobus Sirmundus. Nec dubium est quin hæc scriptura vulgatæ lectioni anteponenda sit. Certè Hilarius legit σωίσκης, ut ex versione ejus apparet.

ἢ διαψύσασθαι. Apud Athanasium & in editione Jacobi Sirmundi legitur ἢ διαλέγχθαι absque ullo sensu. Itaque malim legere ἢ διελέγχθεις, &c. Emendationem nostram confirmat Hilarius in fragmentis, qui hunc locum ita vertit: *Nam & ipse totius malitiæ Ischyrus commentator, exussisse Athanasium quendam de divinis Scripturis librum dicebat; ac de hoc convictus confiteri cœpit,* &c.

Pag. 78. ἢ τὰς παλαι καταγορηθέντας. Rectius apud Athanasium legitur καθαιρεθέντας quomodo etiam scriptum habet codex Savilii. Atque ita legit Hilarius, ut ex ipsius versione apparet. C

ἀπὸ δὲ πρεσβυτέρων. Hunc locum malè, ni fallor acceperunt interpretes. Non enim simpliciter dicunt sancti Patres, Arianos promovisse quosdam Presbyteros ad Episcopatum. Non enim grave id crimen fuisset. Sed objiciunt Arianis quod multos, cùm Diaconos, tum Presbyteros qui legitimè depositi fuerant, non solum in communionem susceperint, sed etiam ad altiorem evexerint gradum, ἀπὸ πρεσβυτέρων. Igitur, sunt depositi ex ordine Presbyterii; quemadmodum ἀπὸ ὑπασκόπων, sunt Episcopi depositi, ut legitur apud Palladium in vita Joannis Chrysostomi.

Pag. 79. μακαείου ἀπὸ παλαιστίνης. Ita legitur in cunctis D exemplaribus & apud ipsum Athanasium. Scribendum tamen est ἀρείου, ut legitur apud Hilarium in fragmentis. Sic enim Athanasius alibi eum vocat. Et inter Episcopos qui Serdicensi Concilio subscripserunt, recensetur Arius à Palæstina, & Asterius ab Arabia.

διὰ τὸ ἀπειλεῖν ἢ ἐντέλλεσθαι. Apud Athanasium legitur ἢ ἐπαγγέλλεσθαι. Quæ si vera lectio est, necessario dicendum erit transposita esse vocabula, & verbum ἐπαγγέλλεσθαι priore loco reponendum. Vulgatam tamen lectionem interpretari commodè possumus de mandatis Imperatoris Constantii, quæ dederat diversis judicibus adversus eos qui ab Orientalium consortio recessissent.

εἰ ἢ φοβηθέντες. Rectius apud Athanasium scribitur εἰ ἢ φοβηθεὶς μὴ παριζήνετο. Et paulò post καθηρῆσθαι αὐτὸν διὰ τὸ ἢ τοῦτον, &c. Hæc enim de solo Georgio dicuntur, qui sibi metuens domi remanserat, nec una cum reliquis Orientis Episcopis ad Concilium venerat. Certè quæ sequuntur, aperte significant solum hic Georgium Laodicenum intelligi. Hic enim dum esset Presbyter, ab Alexandro Alexandriæ Episcopo depositus fuerat, ut testatur Athanasius, tùm in Apologetico ad Constantium, tum in libro de Synodis Arimini & Seleuciæ. Sed & Hilarius in fragmentis, hunc locum non aliter legit atque accepit quàm Athanasius. Pag. 80.

ὁμοφωνίαν διασαζέσθαι. In his verbis clauditur epistola Synodica Concilii Serdicensis, tum apud Athanasium in secundo Apologetico contra Arianos, tum apud Hilarium in fragmentis. Et post hæc verba additur solennis salutatio in hunc modum; ἡ θεία προνοία καθοσιωμένους ὑμᾶς ἢ εὐθυμίντας διαφυλάττοι ἀγαπητοὶ ἀδελφοί. Apud Hilarium verò hæc adduntur: *Optamus fratres, vos in Domino bene valere.* Cætera quæ sequuntur apud Theodoritum de expositione fidei, spuria sunt & adulterina, ut docet certissimus auctor Athanasius in epistola Synodica ad Antiochenses pag. 576. editionis Parisiensis. Ubi hæc adjecta fuisse dicit à quibusdam, absque consensu Episcoporum qui Concilio interfuerant. Quibus reliqui Episcopi acriter restiterunt, proclamantes contentos se esse Nicæna fide, nec quidquam ei ulterius addendum; ne fides à sanctis Patribus edita, imperfecta esse videretur, neve aditus daretur malis hominibus novas subinde fidei formulas procudendi. Ac profectò satis mirari non possum, Theodoritum istud ignorasse, aut si scivit, id dissimulasse. Quorum neutrum in Theodorito excusari potest.

ὅτι γενητός ἐστιν ἅμα ἢ ἀγένητος. Hic locus corruptissimus est, nec ullum ex eo commodum sensum elicere potuerunt interpretes. Ego verò levissima mutatione eum ita restituendum esse existimo γενητόν ἐστιν ἅμα ἢ γενητὸς, hæc enim erat hæresis Arianorum, qui Filium Dei simul genitum & factum esse dicebant; & iis duobus vocabulis quæ unica littera inter se discrepant γενητὸς & γενητὸς, imperitis hominibus illudebant. Hos igitur damnant sanctissimi Patres, seu potius ii qui appendicem istam composuerunt. Quantum porro discriminis sit inter ista duo vocabula, nemo est qui non videat. Idem dicendum est de duobus illis vocabulis ἀγένητος & ἀγένητος. Nicætas in Thesauro orthodoxæ fidei, lib. 2. c. 34. Hanc differentiam notat his verbis; Scien-“ dum enim est, quod ἀγένητον, si per unicum ν scri-“ batur, id significat, quod nec creatum nec factum“ est; ἀγένητον verò per duplex ν id significat, quod“ genitum non est. Jam priore significato, essentia“ differt ab essentia: Alia enim essentia est increa-“ ta seu ἀγένητος per unicum ν, aliaque item γενητὴ“ seu creata. Posteriore verò significato essentia“ nihil quicquam ab essentia differt. Omnis enim“ animantium speciei prima hypostasis ἀγένητος,“ hoc est ingenita, non autem ἀγένητος, hoc est“ increata fuit, &c. Jam si priorem significatio-“ nem

"nem sequaris, tres illæ divinæ hypostases inter se "conveniunt. Nam consubstantiales & increatæ "sunt: Posteriorem verò si sequaris, haudquaquam "cónveniunt. Solus enim Pater ingenitus est &c. Idem longe ante Nicætam notarat Epiphanius in hæresi Origenistarum cap. 8. ubi reprehendit Origenem qui in præfatione commentariorum in Psalmos, Filium Dei appellarat γενητὸν θεὸν. Ac nonnullos quidem Origenem excusantes contendisse scribit, idem esse γενητὸν & γενητόν. Contra verò affirmat Epiphanius hæc duo longe inter se differre, γενητὸν enim esse id quod factum est & creatum.

Pag. 81. ὅτως ἑαυτούς. Codex Leonis Allatii hic una voce auctior est, hoc modo ὅτως γὰρ αὐτὸς νοεῖν &c. sequentia verò non dubito quin sic emendanda sint ὅτι ὅτι Θ. ἓις τῶ γεγονότων ἐστι. Id est; *Sic enim se intelligere profitentur genitum, quia ille sit unus ex iis quæ facta sunt.* Emendationem nostram confirmat Epiphanius loco citato.

γένεσιν ἔχει. Primam vocem addiderunt Typographi Genevenses ex libro Christophorsoni. Sed cùm absit à MSS. codicibus, nec habeatur in editione Basiliensi, nec in versione Epiphanii Scholastici, meritò eam expunxi, licet Sirmundus eam retinuerit, & pro ὅπερ emendaverit ὅσπερ.

ὃ ἐστι λόγ. πνεῦμα, καὶ ἓν ὄν. In editione Basiliensi duæ postremæ voces parenthesi includuntur: Nec habentur in versione Epiphanii Scholastici. Ego verò etiam priores libenter expungerem, quippe quæ sensum hujus loci conturbant. Quod si quis eas retinere voluerit, locus interpungendus erit hoc modo; μηδὲ εἶναι δύνασθαι ὃ ἐστι λόγ., πνεῦμα καὶ ἓν ὄν. Id est, *nec verbum posse esse sine spiritu.*

ὃ πάντοτε γὰρ εἶναι. Hoc loco verba transposita esse jam pridem animadverti. Igitur ante hæc verba, collocanda est periodus quæ sequitur, hoc modo: ὅτι ὁ πάντοτε ὢν, ἀρχεῖν καὶ ἔχει λόγ. Ita plana sunt omnia.

ἀληθῆ δὲ ὑὸν ἀποδείξαμεν. Duæ priores voces desunt in MS. codice Savilii & in ed. Bas.

διαφέρει διὰ τὴν κοινὴν κτίσει. In codice Leonis Allatii καινὴν κτίσει, optimè meo quidem judicio. Sic enim Apostolus vocat resurrectionem. Ajunt igitur sancti Patres, Christum vocari primogenitum juxtà humanitatem. Licet autem sit primogenitus hominum, præstantiorem tamen esse reliquis hominibus ob resurrectionis gloriam.

Pag. 83. δύο δὲ ὧν τὸ εἰς τὴν σαρκικὴν. Vincentium Capuæ, & Eufratam Coloniæ Agrippinæ Episcopos intelligit, qui à Synodo Serdicensi ad Constantium per id temporis Antiochiæ degentem missi sunt, petituri ab illo ut Episcopos Synodali sententia restitutos, ad sedes suas redire pateretur. ut docet Athanasius in Epistola ad Solitarios pag 822. ubi etiam narrat scenam illam meretricis à Stephano conductæ & in Episcopi dormientis cubiculum introductæ. De quâ Theodoritus in sequenti capite.

σαλιαρὸς δὲ τὺτῳ. Saliam verti, potius quam Salianum. Nam Salianus non est nomen Romanum. Salia verò vir fuit eo tempore celeberrimus, qui & Consul fuit in Occidente anno sequente, qui fuit annus Christi 348. Synodus autem Serdicensis celebrata est anno Christi 347. Hujus Saliæ mentio fit, tum in fastis Consularibus, tum apud Prudentium, qui se eo Consule in lucem editum esse testatur. Fuit enim Consul in Occidente ut jam dixi. Hunc ergo Saliam hic à Theodorito designari existimo, qui à Constante Augusto missus est ad Constantium anno Christi 347. Unde cum rediisset, ob confectam Legationem Consulatum accepit. Fuit & alter Salia Comes Thesaurorum sub Valente Augusto, ut scribit Marcellinus in lib. 29.

ἐκ τῶ ἀδίκων κοινωνός. Interpretes Collegam & curarum participem iis verbis significari existimarunt. Ego verò fratrem potius intelligi crediderim. Atque ita cepit Camerarius qui sic vertit: *Pollicetur facturum se omnia quæ vellet socius doloris partus suus.* Quæ Interpretatio barbara quidem est & indigna Camerario, viro Latini sermonis peritissimo; sensum tamen Theodoriti rectè exprimit. Propriè quidem κοινωνὸς τῶν ὠδίνων. Fratres geminos significat, qui eodem partu sunt editi. Potest tamen extendi etiam ad fratres non geminos, qui ex eodem utero sunt editi.

In Caput IX.

Pag. 84. Τὰ κατὰ τὸ ἀείσων θεσμούμως. Hunc locum restitui ex Manuscripto codice Henrici Savilii, in quo legitur τὰ κατὰ τὸ ἀρῶν. Optime, meo quidem judicio. Vox ἀείσων ex superiore linea perperam repetita est, nec sensum ullum habet. In altero codice regio ex quo variantes lectiones Stephanus exscripsit, τῶν ἰὸς τῶν legitur corrupte.

Pag. 85. τὸς θεσμούμως δικασὰς ἴσεσθαι. Hunc locum emendavi ex MSS. codicibus Savilii & Allatii hoc modo; τὸς τῆς θεσμούλας δικασὰς ἴσεσθαι προσδικῶντας. Atque ita etiam edidit Jacobus Sirmundus. Sed locum malè interpretatus est hoc modo: *Improbos appellans eos qui se impietatis judices futuros considebant.* Atqui Eufratas & Vincentius nequaquam se judices fore sperabant. Quomodo enim judices esse possent, qui accusatorum partes acturi erant? Vertendum itaque erat: *Injustos appellans eos, qui iniquitatis istius judices atque ultores brevi se habituros sperabant.* Neque enim Theodoritus dixit αὐτὸς δικασὰς ἴσεσθαι, sed simpliciter δικασὰς ἴσεσθαι.

In Caput X.

Pag. 86. Λεόντιον. Hunc Leontium inter Arianos Antistites semper numerat Athanasius, & ἀπέκοπον, id est, castratum appellat. Ejus tamen elogium extat in Chronico Alexandrino, Consulatu Sergii & Nigriniani, qui fuit annus Christi 350. Quod quidem Chronicum nescio cur Raderus Alexandrinum vocaverit. Ego certè Antio-

tiochenum vocare mallem. Etenim Auctor illius Chronici diligentissimus est in rebus Antiochensium commemorandis, & mensibus eorum perpetuò utitur, ut olim notavi in Epistola ad Jacobum Usserium.

καὶ ἅπαξ καὶ δίς. In codice Savilii & in editione Basiliensi, verba transposita sunt hoc modo. καὶ ἅπαξ, καὶ μέντοι καὶ δὶς καὶ τρίς.

In Caput XIII.

Pag. 87. Σεβαστιανὸν ἐξέπεμψε στρατηγόν. Male Sirmundus Magistrum militum interpretatus est. Neque enim Sebastianus Magister militum erat, sed Dux Ægypti, ut jampridem notavi ad lib. 23. Ammiani Marcellini. Cæterum falli mihi videtur Theodoritus, qui eum Ducem seu στρατηλάτην, cujus mentionem facit Athanasius in loco infra citato, existimaverit esse Sebastianum. Non enim Sebastianum, sed Syrianum Ducem intelligit Athanasius, ut ipsemet testatur in epistola ad Solitarios, ubi hæc distinctius enarrat.

στῆσαι τοὺς στρατιώτας σύστηχυς. Epiphanius Scholasticus hunc locum ita vertit: *Statuens milites sibimet cohærentes, ut nullus posset egredientium ab Ecclesia eorum manus evadere.* Atque ita quoque Sirmundus interpretatus est: *Densos circum milites locans*, &c. Christophorsonus verò verbum σύστηχυς non de militibus inter se densius junctis intellexit, sed de iisdem quamproximè juxta Ecclesiam collocatis.

Pag. 88. ἀναθέοντες εἵλκυσαν. Erat tunc Athanasius sedens in Cathedra, ut ipsemet supra testatus est. Erant autem Cathedræ Episcoporum super Absidam collocatæ quæ gradus habebat, ut dixi in Annotationibus Eusebianis.

τοὺς δὲ λαοὺς ὑπακούειν. Scribendum puto ὑπηχεῖν, id est, ut populus succineret clausulam Psalmi. Ita certè legisse videtur Epiphanius Scholasticus qui hunc locum ita vertit: *Præcepit ut Diaconus Psalmum legeret, & populi responderent: Quoniam in seculum misericordia ejus.* Id Græci propriè dicebant ὑπηχεῖν sic Basilius in Epistola 63. ad Clericos Neocæsarienses.

In Caput XIV.

Πυρὰν ἀνάψας. In MSS. codicibus Savilii & Allatii & in editione Basiliensi legitur πῦρ ἀνάψας, levi discrimine.

Pag. 89. καὶ ἄρταγαι. Apud Athanasium in Apologetico pag. 704. legitur καὶ ἄρτοι. Et locus distinguitur hoc modo ὀρφανῶν καὶ χηρῶν ἁρπάζοντο αἱ εἰκίαι καὶ ἄρτοι.

Pag. 90. βαπτομέναις ὑμῖν. In manuscripto Savilii & in editione Basilienſi legitur βαπτομένοις. Quæ scriptura non displicet, dummodo legamus ἡμῖν. Nam si ὑμῖν legeris, vulgata lectio retinenda erit, cùm Epistola scripta sit ad Virgines. Porrò hæc Athanasii epistola hodie, quod sciam, non extat.

ἡ καταστροφή. Camerarius vertit ultimum actum, Sirmundus verò Catastrophen.

κομισθῆναι αὐτὸν τὴν κεφαλήν. Magis placet scriptura codicis Allatii, quam Basilienſis quoque editio confirmat. In iis enim legitur κομισθῆναι ἀπὸ τὴν κεφαλήν.

In Caput XV.

Σύνοδον συναγεῖραι. Melius scriberetur συναγηγέρθαι, quemadmodum edidit Jacobus Sirmundus. Vulgata tamen lectio minimè rejicienda est, contra consensum omnium librorum.

καθέκαστον ἐν τύρῳ. Primam vocem in editione sua expunxit Jacobus Sirmundus, satis audacter, cùm in omnibus nostris exemplaribus habeatur. Ego verò hanc vocem non expungendam omninò, sed transponendam duntaxat existimo, hoc modo ἐν τύρῳ γεγενημένην καθαιρέσει καθέκαστον συνθέσθω. Quam lectionem in versione mea sum secutus.

In Caput XVI.

Διάλογον λιβερίου. Dialogum verterunt Interpretes. Pag. 91. Sed magis probo versionem Joachimi Camerarii, qui vertit: *Colloquium Liberii Romani Episcopi & Constantii Imp.* In vetusto codice Bibliothecæ Thuanæ, inscribitur disputatio Imperatoris Constantii & Liberii Rom. Pontificis. Verum si proprie loqui velimus, nec Dialogus, nec colloquium, nec disputatio Liberii cum Constantio vocari debet, sed potius interrogatio Liberii Episcopi Rom. facta in Consistorio, sive acta habita in Consistorio, præsente Constantio Aug. Imperator Constantius dixit &c. Hæc enim erat forma actorum in Consistorio, ut videre est in codice Theodosiano, titulo de his quæ administrantibus vendita sunt. Et in titulo de fide testium & instrumentorum, citatur pars actorum habitorum apud Imp. Julianum Aug. Mamertino & Nevitta Coss. x. Calendas Aprilis Constantinopoli in Consistorio, adstante Jovio viro clarissimo Quæstore, Anatolio Magistro officiorum, Felice Com. sacrarum largitionum &c. Imperator Julianus Aug. dixit &c.

τὸν καιρὸν διαπαίζει. Epiphanius Scholasticus Pag. 93. vertit: *Sed ille, sicut ab initio, tempus eludit.* In Manuscripto codice Thuano quem supra citavi, legitur inludit. Eodem ferè modo vertit Camerarius: *Sed ipse à primis temporibus omnes illudit.*

ἡ κεῖναντες κατεδίκασαν. Longe elegantior mihi videtur scriptura quam in duobus codicibus Savilii & Allatii, & in editione Basilienſi reperi ἡ κρίναντες κατέκειναν.

καὶ ἐν τῇ συνόδῳ κατεψηφίσαντο. In codice Leonis Allatii scriptum est ἐν ᾗ συνεψηφίσαντο. Quod magis placet.

κατεψηφίσαντο ἀλόγως. Postrema vox deest in codice Allatii, nec habetur in versione Epiphanii Scholastici.

ἐν τῇ συνόδῳ τῇ κζ νίκαιαν. Nescio quid sibi voluerit hic Eunuchus. Certum est enim Athanasium in Concilio Nicæno pro fide Catholica acriter decertasse, nec à Nicænis Patribus alie-

alienum à fide Catholica declaratum esse. Sed stultus stulta loquitur. Ac fortasse adverbium ἀλόγως ad hanc periodum referri debet hoc modo: ἀλόγως ἐυσέβιον ἰυπχον εἶπεν. Verbum autem ἀπιδέχθαι significat apparuisse seu visum esse.

πέντε μόνοι ἐκείνων. In codice Leonis Allatii scribitur ἐπίκεινται, quemadmodum edidit Jacobus Sirmundus. Sed hic quæri meritò potest, quomodo verum sit quod ait Liberius, quinque solos Episcopos condemnasse Athanasium in Synodo Tyri, cùm in ea Synodo quam plurimi fuerint Episcopi. Huic objectioni ita respondendum videtur. Quinque Episcopi missi sunt in Mareotem à Synodo Tyri, ut in re præsenti cognoscerent de sacro poculo quod ab Athanasio tractum fuisse dicebatur, & de aliis criminibus quæ illi fuerant objecta. Hi quinque Episcopi cùm in Mareotem venissent, falsa illic acta conscripserunt. Quæ cùm postea retulissent ad Synodum, ex illorum fide statim damnatus est Athanasius. Rectè ergo hi quinque soli Athanasium damnasse dicuntur, cùm ex eorum falsa relatione damnatus fuerit Athanasius.

τῶν συμπαιυσάντων αὐτῷ vox αὐτῷ deest in codice Leonis Allatii, & videtur omnino expungenda. Neque enim hi quinque Episcopi unà cum Athanasio navigarunt in Mareotem. Immo queritur passim Athanasius, quod quæstio illa in Mareote habita sit ipso absente. In MS. codice Henrici Savilii totus hic locus ita legitur, πέντε μόνοι ἐπιπεδθέντων συμπλεῦσαι αὐτῷ.

Ἀπὸ τούτων τῶν ἀποσταλέντων. Joachimus Cameratius hunc locum ita vertit: *Ab hisce missis hujus rei causa, Serdica suffragia collecta sunt.* Sirmundus verò ita exposuit: *Ab hisce apud Serdicam hac de re sententia exquirebatur.* Christophorsonus autem sic interpretatus est: *A quibus ad eam rem missis, in Concilio Sardicensi sententia de hac controversia lata est.* Quæ quidem interpretatio duabus aliis longe anteponenda est. Sed quis non miretur, tres viros doctissimos non animadvertisse vitium hujus loci; nec vidisse pro Ἀπὸ τούτων scribendum esse κατὰ τούτων. Id est contra hos quinque qui missi fuerant à Synodo Tyri in Mareotem, sententia lata est in Synodo Serdicensi: Nihil certius hac emendatione, quam confirmat epistola Synodica ejusdem Concilii. In qua tamen nulla fit mentio Maris Chalcedonensis Episcopi, quod satis miror.

ὃ ἐν τῇ συνόδῳ βιβλία. Intelligit libellum satisfactionis quem Ursacius & Valens Julio obtulerunt, orantes ut in communionem reciperentur. Cave autem intelligas libellum hunc oblatum esse in Synodo Serdicensi. Oblatus est enim Romæ Julio Papæ, ut docet Athanasius in secundo Apologetico contra Arianos, Hilarius in Fragmentis & Socrates atque Sozomenus, biennio post Synodum Serdicensem, id est anno Christi 349. Quare Synodi nomine hîc intelligenda est Synodus Romana.

ἢ τοῖς νῦν τούτων κατὰ ψηφισαμένοις. Serdicenses Patres intelligit, à quibus Ursacius & Valens ac Theodorus fuerant condemnati, ut discimus ex Epistola Synodica Concilii Serdicensis. Sane illud notandum est, ex quinque Episcopis, quos supra commemoravit Liberius, tres tantum illos quos dixi, in Serdicensi Concilio fuisse damnatos. De Theognio autem & Mari nihil dicitur in Epistola Synodica: Ideò fortasse quod minus noxii essent quam reliqui tres: Et quia Theognius jam ex vivis excesserat.

συλλογισάμενον τὸν βασιλία. Jam pridem hunc locum sic emendandum esse conjeceram, ὡς συλαγωγησάμενον τὸν βασίλια. Neque enim Græcè dici posse existimo συλλογίζεσθαί τινα pro superare aliquem disputando; συλαγωγεῖν verò optimè dicitur. Sic enim Apostolus Paulus dixit: μή τις ὑμᾶς συλαγωγήσῃ. *Ne quis vos decipiat.* Ferri tamen potest vulgata lectio. Sic enim loquitur Theodoritus in Philotheo cap. 8. τῇ τῆς ἀπολογίας δυνάμει συλλογισθείς.

καταδικάζεις ἄνθρωπον. Magis placet scriptura codicis Allatiani καταδικάζετε. Paulo post ex eodem codice emendavi προχωρῆσαι, ubi antea legebatur προχειρίσαι. Quam emendationem confirmat alter ex codicibus regiis. *Pag. 94.*

καὶ ὁ ἀντιπαράκλητος αὐτῶν. Camerarius vertit *& defensores eorum.* Id est, tam rei quam accusatorum patroni ac suffragatores.

ἐσφέρουτο τῷ ἀνθρώπῳ. In Manuscripto codice Henrici Savilii, & in editione Basiliensi legitur εἰσφέρων φρὸς τὸν ἄνθρωπον.

κατὰ μαγνήντιον. Mallem scribere κατὰ μαγνητίαν καὶ σιλβανῦ.

χαραχθῆναι δοκιμασθῆ. In codice Leonis Allatii scribitur ταραχθῆναι, quod magis placet. *Pag. 95.*

ἢ ἐνιῶσαι. Melius in codice Leonis Allatii scribitur ἐνιόησαι, qui est Aoristus secundus Imperativi. In eodem codice legitur καὶ εἰ βάλει ὑπογράψας &c.

πεντακοσίους ὁλοκοτίνους. In editione Basilienssi legitur ὁλοκοτίνους. In codice Leonis Allatii πεντακόσια ὁλοκότινα, quod nomen Græcumne sit, an barbarum, planè ignoro. Neque enim alibi legere memini. Assentior tamen Epiphanio qui solidos vertit. ὅλος enim quod præcedit in hujus nominis compositione, solidum significat. Jacobus Sirmundus pro ὁλοκοτίνους edidit χρυσίνους, quod nescio undenam hauserit. Vocem ὁλοκότινα reperi tandem apud Theophanem in gestis Leonis Isauri, pag. 345. διετάξαμεν τοῖς διοικηταῖς καὶ ἀπαιτῆσιν οἷς καυόνα κατὰ ὁλοκοτίνιν τὸ μιλιαρήσιον. Anastasius vertit: *Per singulos aureos nummum argenteum unum.*

γένους χριστιανός. Eusebius præpositus cubiculi, erat Arianus, ut cuncti sciunt. Catholici verò, Arianos non habebant pro Christianis, ut docet Athanasius in Epistola ad Solitarios pag. 829. & 831. & 836. idem docet Hieronymus in dialogo adversus Luciferianos in principio dialogi.

In

In Caput XVII.

Τῶν ἐν τέλει καὶ ἀξιώμασιν. Melius in codice Allatii ac Savilii & in editione Basilienſi legitur καὶ ἀξιωματικῶν. Sunt autem ἀξιωματικοὶ honorati, ut notavi ad lib. 14. Ammiani Marcellini.

In Caput XIX.

Pag. 97. Ἐκ τε τῆς. Extat hæc epiſtola Synodica apud Socratem in lib. 2. Hiſtoriæ cap. 37. ubi vide ſi placet quæ notavi.

Pag. 98. ἄτοπον ἐνομίζομεν. Verbum ἐνομίζομεν deeſt in codice Leonis Allatii & in editione Basilienſi: Nec habetur apud Athanaſium & Socratem, ut illic notavi.

In Caput XX.

Pag. 100. Ἀλλὰ μὴν ἐκεῖνο ὃ ἀπηχθήμεθα. Totus hic locus longe aliter legitur apud Socratem in lib. 2. Hiſtoriæ cap. 37. Sed & univerſæ epiſtolæ interpretatio multum diſcrepat ab hac verſione Theodoriti. Socratis verſionem in excerptis ſeu collectaneis ſuis poſuit Theodorus lector, eo quod elegantior eſſet ac planior, alterâ illâ Theodoriti verſione. Cæterum Socratis Interpretatio habetur etiam apud Athanaſium ad calcem libri de Synodis Arimini & Seleuciæ. Pro verbo ἀπηχθήμεθα codex Savilii habet ἐπηχθήμεθα.

In Caput XXII.

Pag. 102. Ἀδελφοῖς τοῖς ἐν Ἰλλυρικῷ καθιεροῦσιν. Hæc epiſtola Damaſi Papæ, nuper edita eſt in collectione Romana Lucæ Holſtenii p. 165. ſed titulus epiſtolæ aliter ibi concipitur quàm apud Theodoritum, hoc ſcilicet modo: *Damaſus Valerianus, Vitalianus & cæteri qui ad audiendam cauſam Auxentii, exponendamque fidem, in urbe Roma convenerunt, Epiſcopis Catholicis per Orientem conſtitutis in Domino ſalutem.* Ego in annotationibus ad lib. 6. Sozom. cap. 23 jam monui, errorem eſſe in collectione Romana, ubi hæc epiſtola Damaſi ſcripta eſſe dicitur ad Epiſcopos per Orientem conſtitutos. Conſulet igitur Lector Annotationes noſtras, ne hic repetere cogamur ea quæ illic obſervavimus.

τὴν ἀγίαν πίστιν ὑμῶν. In MS. codice Henrici Savilii & in editione Basilienſi legitur ἡμῶν, quomodo etiam ſcribitur apud Sozomenum in lib. 6. cap. 23. Nec aliter legit Epiphanius Scholaſticus, ut ex verſione ejus apparet.

παύτην ὑμᾶς κατέχειν. In codice Leonis Allatii & apud Sozomenum deeſt vocabulum ὑμᾶς. Quod tamen neceſſarium videtur, ſi in priore membro legerimus τὴν ἀγίαν πίστιν ἡμῶν. Certè Epiphanius Scholaſticus qui priore loco πίστιν ἡμῶν legerat, ὑμᾶς hic legit.

A κατακεκείθη προσέγραπται. Codex Savilii & Pag. 101. Basilienſis editio habent προσεγέγραπται. Intelligit autem Damaſus Auxentium jam antea ob hæreſin Arianam ſæpius damnatum fuiſſe.

καὶ ὅτι ἐκ τῆς ῥωμαίων ἁγιωτάτης ἐπίσκοποι. Tota hæc pericope deeſt in codice Saviliano & in editione Basilienſi; nec habetur apud Sozomenum, nec apud Epiphanium Scholaſticum. In Romana tamen collectione leguntur hæc verba: *Majores noſtri* CCCXVIII. *Epiſcopi, atque ex parte* ſic lego, *Sanctiſſimi Epiſcopi urbis Romæ directi, apud Niceam confecto Concilio, hunc murum adverſus arma diabolica ſtruxerunt.* Non igitur ſine cauſa hæc verba retinenda eſſe cenſui. Tantum pro voce ἐπίσκοποι, ex Sozomeno, Epiphanio, ac Theodoro B Lectore, emendavi ἐπίλεκτοι. In quo ſtudioſos lectores mihi aſſenſuros eſſe confido. Non enim Epiſcopi à ſede Romana ad Concilium Nicænum miſſi ſunt, ſed Presbyteri Vito & Vincentius.

In Caput XXIII.

Καὶ ὡς δράματα μὴ ἔχοντα ἰσχύν. Jacobus Sir- Pag. 104. mundus δράγματα emendavit ex Epiſtola Athanaſii ad Afros. Sed videndum, ne Athanaſius potius emendandus ſit ex Theodorito. Neque enim intelligo, quomodo Arianorum Synodi comparari poſſint manipulis vim non habentibus, quaſi manipuli vim habere poſſint. Itaque magis probo ſcripturam codicum noſtrorum. Recte enim Arianorum formulæ comparantur fabulis ſeu figmentis. C Apud Athanaſium legitur in ſingulari ὡς δράγμα ἰσχὺν οὐκ ἔχον. Sic etiam in codice Leonis Allatii ſcribitur ὡς δράμα μὴ ἔχον ἰσχύν.

καὶ τὰς παρ' ἐκείνων. In editione Roberti Stepha- Pag. 105. ni pag. 105. & in Baſil. legitur καὶ τὰ παρ' ἐκείνων. Primi Genevenſes Typographi τὰς emendarunt ex Athanaſii Epiſtola ad Afros. Altera tamen ſcriptura tolerari poteſt. Præceſſit enim τὰ δὲ ἐν τῇ δράκῃ προαχθέντα &c. Paulò poſt, ubi legebatur καὶ ὁμολογήσαντες, emendavi ὁμολόγησαν, ut legitur in editione Basilienſi, & apud Athanaſium.

In Caput XXIV.

Αὐτουργὸς γενόμενος τῆς τόλμης. Magis placet Pag. 106. D ſcriptura quam in variis lectionibus ad calcem editionis ſuæ exhibuit Robertus Stephanus ex altero codice regio τῆς τομῆς. Intelligit autem Theodoritus Canonem primum Concilii Nicæni, qui eſt de his qui ſe abſciderunt.

κεκωλυμένῳ. In edit. Baſil. excuſum eſt. κεκωλυμένως adverbialiter, quod magis placet.

τὴν μὲν δι' ὃ φοίβησιν. Joachimus Camerarius in margine verſionis ſuæ lectorem admonuit, ſcribendum eſſe διὰ non δι' ὃ, quem ſecutus Jacobus Sirmundus in editione ſua διὰ excudit. Verum uterque falli mihi videtur. Putarunt enim glorificationem ſeu δοξολογίαν, nihil aliud quàm verſum illum qui ad calcem Pſalmorum vulgò cani ſolet: *Gloria Patri & Filio, &c.* In qua etiam opinione fuiſſe videtur Epiphanius Scholaſticus: Cùm tamen δοξολογία generaliter dicatur omnis glorificatio, quæ

quæ tam in fine Psalmorum, quam ad calcem Orationum & Homiliarum addi solebat à Christianis, quemadmodum discimus ex Basilio Magno in lib. 2. de Spiritu Sancto. Porro in fine Orationum & Sermonum ad populum, antiqui Patres ferè dicebant δι' οὗ, *per quem Omnipotenti honor & gloria* &c. ut videre est, tum apud Basilium in dicto loco, tum in Opusculis Eusebii Pamphili à Jacobo Sirmundo olim editis. Vide Philostorgium in lib. 3. cap. 13.

κ) τ τῆς ἐκκλησίας. Amplector scripturam codicis Allatiani, in quo legitur κατὰ τῶν τῆς ἀληθείας ἐτεχνάσατο συνηγόρω, Atque ita legit Epiphanius Scholasticus ut ex Interpretatione ejus apparet. Sic etiam edidit Jacobus Sirmundus.

Pag. 107. ὀν διαδοχῆς ᾄδειν. De hoc more antiphonatim psallendi, vide quæ notavi ad Socratem p. 78.

τοὺς τ θείων ἐρασάς. Monachos videtur intelligere. Horum enim multitudinem Antiochiæ collegit Flavianus, ut scribit Philostorgius in lib. 3. cap. 13. B

κ) τὰς συνεργάτας. Emendavimus συνεραστὰς ex Manuscriptis codicibus Savilii & Allatii. Sirmundus tamen ἐρασὰς edidit, cui favere videtur Epiphanii versio. Sed nostra emendatio longe præstat. Non enim amatores Flaviani & Diodori hic intelliguntur, sed ii qui unà cum illis, rerum divinarum amore flagrabant. Qui cùm antea ad Basilicas Martyrum pernoctare soliti essent extra urbem, & illic Psalmos canere, postea hortatu Leontii, in Ecclesiis intra urbem id egerunt.

In Caput XXVI.

C

Pag. 110. Περὶ ὁμοουσίου. Huic contentioni occasionem præbuerat Canon septimus Concilii Nicæni, qui Episcopo Hierosolymorum, eum honoris gradum quem ab ultimis temporibus habuerat, jusserat conservari, salvâ tamen Cæsarienſi Episcopo Metropolitani dignitate. Quo tamen Canone omnis potestas ac jurisdictio servata erat Episcopo Cæsarienſi. Hierosolymorum autem Episcopo nihil præter honorem ac reverentiam tributum fuerat.

τοῖς κοινωνοῖς. Rectè Jacobus Sirmundus emendavit τοῖς κοινοῖς, quemadmodum scribitur in codice Leonis Allatii, & in altero codice Regio, cujus variantes lectiones edidit Stephanus.

ὁ κύελλος τῆ συνηθείᾳ. In Manuscripto codice Henrici Savilii hæc adduntur κ) τ βουλήματων. Quæ licet in reliquis codicibus non legantur, proba tamen mihi videntur, nec rejicienda. D

In Caput XXVII.

Κωνσάντιος δὲ ὁ ἀπὸ τῆς ἑσπέρας. Ab his verbis inchoavi caput 27. Basilienſem & Roberti Stephani editionem sequutus. In his enim editionibus caput 27. incipit ab his verbis, nota numerali insignitum, quæ in Basilienſi quidem editione prænotatur capitulo; in editione verò Stephani adscripta est ad latus. Ipsum autem titulum capitis qui secundo libro præfixus est in Indice Capitulorum, emendavi ex conjectura. Priorem enim partem quæ erat de A Synodo Seleucena, conjeci in titulum capitis 26. in quo agitur de Synodo Nicæna. Quod quidem rectè & cum judicio à nobis factum esse, nemo, ut opinor, negabit. Id enim res ipsa postulabat.

τὴν τῆ θεία βαπτίσματος λειτουργίαν. Hunc locum de baptismi Sacramento intellexerunt interpretes. Ego verò de festo Epiphaniorum die malim intelligere, quo Christus in Jordane est baptizatus. Hunc enim diem præcipuo honore colebant Hierosolymitani, eò quòd apud ipsos Christus tinctus fuisset: Eoque die infantes baptizari apud illos solebant, ut legere memini in Typico Monasterii sancti Sabæ, ubi etiam officium illius diei refertur. λειτουργία igitur hoc loco, vel Missam illius diei significat, vel totum Officium. Sic λειτουργίαν usurpat Theodoritus supra in cap. 24. hujus libri pag. 107. Porrò ex hoc loco apparet, quam vetusta sit consuetudo sacrarum vestium in Ecclesia. Pag. 111.

γεώργιος δὲ ὁ τῆς ἀλεξανδρέων. Idem de Aëtio testatur Gregorius Nyssenus in lib. 1. contra Eunomium, ubi Aëtii vitam describit; ὅτι τούτοις τὸ μεγάλῳ ἀθανασίῳ βασιλικῇ δυσαρεστῆσαι τῆς ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας μετατιθέντος, γεωργίου δὲ τῆ ταρβαθησίτου τ ἐκείνου λαὸν διασπῶντος, πάλιν ἀλεξανδρεῖς ὁ αἴτιος &c. Pag. 112.

κωνσαντίνου πολιτῶν ἐκκλησίας ἐνδόξου. Id factum est Constantio Aug. x. & Juliano Cæsare III. Coss. anno Christi 360. die 27. mensis Januarii, præsentibus Episcopis 72. Mari, Acatio, Georgio, Serra, Uranio, Theodosio, Eusebio, & cæteris quorum nomina recensentur in Chronico Alexandrino. Sed in eo Chronico perperam excusum est μακεδονίου, confusis in unum duobus vocabulis. Hi sunt Episcopi qui Synodo Constantinopolitanæ interfuerunt, de qua hic loquitur Theodoritus, & sub quorum præsentia dedicata est magna Ecclesia Constantinopoli, præsente Constantio, mense Februario, quemadmodum legitur in eodem Chronico. Neque enim assentior Baronio, qui Synodum C.P. confert in annum Christi 359. Quanquam fateri cogitur, eam in annum sequentem esse propagatam.

In Caput XXVIII.

Σεραῆς κ) σίφαξ. Rectius in MS. codice Savilii & Allatii & in edit. Basil. legitur σερρᾶς. Hic Serras primum Presbyter fuit Libyæ, tempore Concilii Nicæni, ut docet Hieronymus in Dialogo adversus Luciferianos. Postea verò à Secundo Ptolomaidis Episcopo factus est Episcopus Libyæ una cum Stephano, ut docet Athanasius in libro de Synodis Arimini & Seleuciæ, & Philostorgius in lib. 3. Fuit autem Episcopus Parætonii in Libya, ut testatur Epiphanius in hæresi Semiarianorum, ubi inter Episcopos partis Acacii qui Seleuceno Concilio subscripserunt, recensetur σέρας ἐπίσκοπος ἐκ παραιτονίτης λιβύης. De Stephano & Heliodoro ac Theophilo vide Philost. Porro σέρρας scribi debet accentu acuto in priore syllaba, ut legitur in editione Basilienſi. Pag. 114.

κατ' τ ἀποστόλων μέχρι νῦν. Tres priores voces desunt in codice Leonis Allatii. Epiphanius tamen

men Scholasticus ea verba legisse videtur in suo codice. Sic enim vertit hunc locum: *Dicebat enim eum asperiora præsumere, atque dixisse, quoniam ea quæ Deus hactenus celasset Apostolis, revelata sibimet affirmaret.* Quæ quidem interpretatio rectior mihi videtur quam illa Christophorsoni ac Sirmundi: *Deum sibi ea revelasse quæ ab Apostolicis usque temporibus occultarat.*

μετὰ τὰς μανιοφεῖς. In edit. Basil. legitur μετὰ τὰς μανιακὰς levi discrimine.

συμπειρεληφέναι αὐτοῖς. Hanc vocem corruptam esse suspicor. Neque enim hoc verbum eo sensu usurpatum usquam legi. Ac fortasse scribendum est συμπειρεπιχθῆναι. Verbum enim συμπειρίφημι, eo sensu frequenter occurrit in Veterum scriptis. Atque ita legisse videtur Epiphan. qui sic vertit: *Veruntamen nos multa longanimitate detenti, multo tempore sustinuimus eos,* &c.

Pag. 115. διὰ φιλανθρωπίαν ἀνθρώπων. Rectius in codice Savilii legitur διὰ φιλίαν. Quomodo etiam edidit Jacobus Sirmundus. Atque ita etiam scriptum habebat alter codex regius, cujus varias lectiones edidit ad calcem Robertus Steph.

ἧττον φροντίζαντες. Pro his verbis integram pericopen addidimus ex codice Leonis Allatii & ex altero codice Regio cujus variantes lectiones in calce editionis suæ Stephanus excudit. Totus igitur locus ita legi debet: τὴν φιλίαν ἀνθρώπων, ἢ κατόιων τῆς ἐκκλησίας καὶ τῆς πρὸς ἡμᾶς φιλίας φροτιμίζαντες, τότε &c. Ita certè legit Epiphan. Scholast. ut ex versione ejus apparet. Sic enim vertit: *Si verò sine pœnitentia permanerent, amicitiasque hominum regulis Ecclesiæ & concordiæ nostræ præponerent, tunc eos* &c.

In Caput XXX.

Pag. 117. Περιττὸν εἶμαι καὶ πάχιστον. Hujus loci emendatio debetur codici Leonis Allatii, in quo legitur καὶ παρέλκον. Quomodo etiam edidit Jacobus Sirm.

Pag. 118. ὑπερκλύζον τὸ χῶμα. In MS. codice Savilii & in edit. Basil. legitur ὑπειρεκβλύζον, rectius procul dubio. Nam βλύζειν Græcè significat ῥύειν & πηγάζειν, ut testatur Hesychius. Paulo post ex iisdem codicibus emendavi σφοδροτάτην ὖσαν τὴν προσβολὴν, cùm antea in genitivo legeretur σφοδροτάτης &c. Sed & codex Allatii emendationem nostram confirmat.

πλὴν ῥώμην ἐν ἐνεγκόν. Rectius in MSS. codicibus Savilii & Allatii legitur ῥύμην, & paulo post pro ἀκμητὶ, in iisdem codicibus scriptum est ἀκονίτι. In Basiliensi autem editione legitur ἀπονητὶ.

τὸν θεῖον ἰάκωβον. Multipliciter hic fallitur Theodoritus. Primum enim duas obsidiones urbis Nisibenæ inter se confudit. Deinde tempus obsidionis illius quam hic describit, perperam assignat post Synodum Ariminensem ac Seleucenam, id est post annum Christi 359. Atque hunc duplicem errorem Theodoriti jampridem notavit Dionysius Petavius in annotationibus ad Orationem primam Juliani Imp. Tertius error est Theodoriti à Petavio minimè animadversus. Secundam enim obsidionem Nisibis, Jacobi Nisibeni Episcopi precibus solutam esse dicit: Cùm tamen eo tempore quo secunda obsidio Nisibis facta est sub Constantio, id est anno Christi 350. non Jacobus, sed Vologesus esset Nisibenæ urbis Episcopus, ut docet Auctor Chronici Alexandrini. De tribus autem obsidionibus urbis Nisibenæ sub Constantio, vide quæ notavi ad lib. xx. Ammiani Marcellini pag. 181.

In Caput XXXI.

τεῖτ' ἐμελίτιος. Primus sermo quem Meletius habuit ad populum Antiochenum, refertur ab Epiphanio in hæresi Semiarianorum cap. xxix. Ubi multa subjungit de Meletio, & quodnam fuerit hominum ejus ætatis de illo judicium. Pag. 120.

τὴν ἐν τῇ καλουμένῃ παλαιᾷ. Supplendum πόλει. Antiochia enim ex multis urbibus constabat, ut ex Libanii Antiochico jam supra notavi. Harum una vocabatur παλαιὰ quæ scilicet primum constructa fuerat. In ea regione urbis Antiochiæ sita erat Ecclesia quam Theodoritus Apostolicam vocat, id est ab Apostolis fundatam, in qua Petrus Apostolus primum resederat. Unde Ecclesia illa etiam παλαιὰ dicta est, tum quod ipsa esset vetustissima ac veluti Mater cæterarum: Tum quod sita esset in regione urbis ita cognominata. Certè auctor Chronici Alexandrini Ecclesiam illam παλαιὰν vocat, ubi agit de reditu Meletii regnante Juliano. Athanasius quoque in Epistola synodica ad Antiochenos, Ecclesiam illam sic appellat. Pag. 121.

τριάκοντα μὲν δὴ ἔτη. Eustathius Episcopatu Antiocheno exutus est anno Christi 330. ut observavi in annotationibus Eusebianis pag. 135. Post ejus depositionem, scribit Theodoritus Catholicos Arianis permistos mansisse, nec se ab eorum communione separasse per annos 30. donec pulso Meletio Euzoius Arianus Antiochenam sedem occupavit. Id factum est anno Christi 361. Nam Meletius anno Christi 360. ad Antiochenam sedem translatus fuerat, si Baronio credimus. Verius enim mihi videtur hæc Meletii translatio conferri posse in annum Christi 361. Quippe Meletius pulso Eustathio, Episcopus Sebastiæ factus est in Synodo Constantinopolitana anno Christi 360. ut supra notavi ex Chronico Alexandrino. Nec verisimile est eodem anno translatum illum fuisse ad sedem Antiochenam, aut eodem anno duas magnas Synodos fuisse celebratas, Constantinopoli scilicet & Antiochiæ. Certè Socrates in lib. 2. diserte scribit, Antiochenam Synodum cujus hic meminit Theodoritus, celebratam fuisse Tauro & Florentio Coss. id est anno Christi 361. Porro Theodoritus, tam translationem, quam depositionem Meletii junctim in hoc capite retulit, eo quod modicum temporis spatium inter utramque intercessisset. Causam autem depositionis seu prætextum potius, refert Hieronymus in Chronico, & Epiphanius in hæresi Semianorum, quòd scilicet Clericos ab Eudoxio depositos in communionem suscepisset.

In Caput XXXII.

Τὸν ἴδιον ἔλεγχον. In Manuscripto codice Savilii scriptum est ἴδιαφωτον. Codex vero Leonis Allatii habet ἀπάραφωτον. Pag. 122.

HEN-

HENRICI VALESII
ANNOTATIONES
IN LIBRUM TERTIUM
HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ THEODORITI.

In Caput III.

Pag. 127. Καὶ πελτῶν καὶ δοράτων. Malim legere. Nam πάλτον Græcè telum significat, sic dictum ἀπὸ τοῦ πάλλειν quod est vibrare. Ferri tamen potest vulgata lectio. Nam & πίλτης jaculum significat teste Hesichio. Unde & καταπέλτης bellica machina videtur dicta.

ἀμυήτοις γὰρ συμπολεμεῖν. Hanc Theodoriti narrationem de Constantio, valde suspectam habeo. Quomodo enim Constantius milites in exercitu habere noluisset sacro lavacro minimè tinctos, cùm ipse eo tempore nondum esset baptizatus. Etenim diu postea, cum adversus Julianum expeditionem suscepisset, Antiochiæ baptizatus est ab Euzoio Episcopo.

In Caput IV.

Ὁ ἐκ τῆς Ἰταλίας. Rectius in edit. Basil. excusum est plurali numero οἱ ἐκ τῆς Ἰταλίας, licet Hilarius non ex Italia, sed ex Galliis fuerit Oriundus.

ἐν τῇ καλουμένῃ παλαιᾷ. Ejusdem loci mentionem facit Theodoritus in lib. 2. historiæ cap. 31. ubi notavi Ecclesiam quoque ex loco in quo sita erat, ita cognominatam fuisse. Certe Auctor Chronici Alexandrini id disertè testatur, de Meletii reditu ita scribens: οὕτως οὖν ὁ μελίτιος ὁ ἐπίσκοπος καὶ ὁ ἑπόμενος αὐτῷ κλῆρος καθηρημένου, ἐπανῆλθον ἐν Ἀντιοχείᾳ τὴν παλαιὰν ἣ πᾶσιν ἐκκλησίαν, συνδραμόντων ἅπαξ καὶ τῶν ἐξ ὄρους ἐκ τοῦ κλήρου καθαιρεθέντων ἐνθέσμως ὑπὸ τῆς ἁγίας συνόδου. ἐκ δὲ τούτου μᾶλλον καὶ μᾶλλον διογένης ὁ τοῦ φρεσβυτέρου, τῶν ἄλλων πλεῖστα συντρέχων, καὶ βιτάλιος ὁ λαϊκὸς ἐν ὑπόνοιαι ἦσαν ζήσας. ὃς δὴ καὶ πολλὰ φροῦδον, καὶ ὕστερον λυπηθεὶς μὴ χρῆσθαι πρὸς τὸ μελίτιον, ἀπιχώρησεν ἀπαυτῶ, καὶ αἱρεσιν ἑλωτος καὶ αὐτὸν ἀξίαν ἔλαι συνεστήσατο &c. Quem locum quia Interpres non intellexit, hic Latine conversum apponam: *Ita ergo Meletius qui ob impietatem & alia crimina depositus fuerat, Antiochiam reversus, veterem Ecclesiam per vim occupavit; adjunctis illi Clericis qui jam antea legitimè depositi fuerant à S. Synodo. Inter quos præcipuus erat Diogenes ex Presbytero, præliquis omnibus concursans & partes adjuvans: Et Vitalis Laicus, qui semper fraudes atque impostu-*

A *exercuerat. Hic ulterius progressus, ad extremum offensus Meletio, ab illo sese abrupit, & hæresin ipse quoque ridiculam condidit.* Sunt hæc optimæ notæ, & ex veteri quodam Auctore descripta, qui Meletio haud quaquam favebat. Ac nisi me fallit opinio, Arianus fuit Scriptor ille, ex quo collector Alexandrini Chronici hæc desumpsit. Nam ut superius observavi, Leontium Antiochenum Episcopum mirificè prædicat, quem tamen constat Arianum fuisse.

τὰς λειτουργίας ἐπιτέλων τοῖς θείοις. Hinc Athanasius Meletianos vocat τοὺς ἐν τῇ παλαιᾷ συναγομένους distinguens eos ab illis qui erant sub Paulino, id est ab Eustathianis, ut videre est in ejus Epist. Synodica ad Antiochenos pag. 575. & 576.

B

In Caput V.

Πλὴν γὰρ ἓξ καὶ ὀγδοήκοντα ἔτη. Baronius ad annum Christi 408. cap. 31. ait, corruptos esse hoc loco Theodoriti codices. Neque enim quinque & octoginta annorum spatio duravisse id dissidium Ecclesiæ Antiochenæ, sed quinque tantum & quadraginta. Cœpisse enim ait hoc schisma ab ordinatione Paulini, quæ facta est anno Christi 362. Sed pace maximi viri dictum sit: Non ab eo tempore dissidium illud orditur Theodoritus, sed ab ipsa depositione Eustathii, quæ facta est regnante Constantino, anno Christi 330. ut notavi ad cap. 31. lib. 2. Ab illo enim tempore Eustathiani separatos conventus habuerunt. Neque enim audiendus est Theodoritus, qui in dicto cap 31. lib. 2. scribit post depositionem Eustathii, saniorem Ecclesiæ partem, id est Orthodoxos per annos 30. patienter tulisse Arianorum perfidiam, mutationem aliquam temporum opperientes. Postquam verò Meletium pelli in exilium, & Euzoium Arianum in sede Antiochena collocatum viderunt, tum demum ab Arianis discessisse, & seorsum in Palea conventus habuisse. Id quidem verum est de Meletii Sectatoribus; qui licet cum Arianis initio communicassent, post depositionem Meletii se ab eorum communione abjunxerunt. Eustathiani verò jam antea sese ab Arianis separaverant, & seorsum Collectas agebant, ex quo Eustathius per fraudem & calumniam Arianorum, exutus fuerat Episcopatu, ut ipse testatur Theodoritus in lib. 1. cap. 22. Notabit

igitur lector errorem Theodoriti, qui in Meletium A numis propensus, sanam Ecclesiæ partem appellat Sectatores Meletii. Sic enim in cap 31. l. 2. Et in hoc capite vocat eos τὰς τῆς ὑποστάσεως ἀντιχομένους. Quasi id solis conveniret Meletii Sectatoribus, nec commune illis esset cum Eustathianis. Ex his igitur apparet, dissidium illud Antiochensis Ecclesiæ cœptum esse à depositione Eustathii, id est ab anno Christi 330. vel certè 329. Cui si octoginta quinque annos addideris, fiet annus Christi 414. aut 415. quo Alexander Antiochensis Episc. Eustathianos reliquo Ecclesiæ corpori adjunxit. Quo posito, Alexandri Antiochensis obitus non anno Christi 411. ut vult Baronius, sed serius contigerit necesse est.

ἐπωνυμίαν εἰλήφασι. In codice Savilii & in editione Basilienſi legitur ἐδέξαντο.

In Caput VII.

Pag. 130. Ἐν τῇ κωνσαντίνου. Epiphanius Scholasticus legit κωνσαντίᾳ quod magis probo. Vulgatam tamen lectionem confirmat Auctor Chronici Alexandrini in rebus gestis Juliani.

διοτίμῳ τῷ γυναιώδει. Rectius in editione Basilienſi legitur τῷ γύνιδι. Quomodo etiam legitur apud Epiphanium Scholasticum. Est autem γύνις idem quod Androgunos, ut testatur Suidas. Quod quidem Baccho egregie convenit, quem Androgynum fingunt fabulæ Poetarum. Dicitur etiam γύννις per duplex ν, ut scribitur apud Philostratum in vita Æliani Sophistæ.

τὴν τῆς θρᾴκης ἁπάσης ἄρχοντος. Jacobus Sirmundus Præsidem Thraciæ vertit, dissimulato vocabulo τῆς ὅλης, quod tamen minime otiosum est. Multæ enim erant provinciæ Thraciarum, quarum singulæ suum præsidem habebant. Tota verò Diœcesis Thraciæ, uni parebat Vicario, sub quo erant provinciæ infra scriptæ. Europa, Thracia, Hæmimontus, Rhodopa, Mœsia secunda, & Scithia, ut docet Notitia Imperii Romani.

Pag. 131. δυοῖν θάτερον δρᾶσαι. Verbum δρᾶσαι deest tam in editione Basilienſi, quam in editione Roberti Stephani. Et à Genevensibus Typographis adjectum est ex libro Christophorsoni. Certè in MS. codice Henrici Savilii idem verbum legitur hoc modo δρᾶσαι δυοῖν θάτερον ἀναγκάζοντες.

In Caput XI.

Pag. 134. τοῦτον προυτέθησαν. Totam hanc historiam desumpsit Theodoritus ex Russini lib. x. historiæ Ecclesiasticæ, ubi Russinus ipse testatur, id se ex Theodoro sciscitatum esse.

In Caput XII.

Ἰουλιανῷ δὲ τῆς ἑῴας ὑπάρχῳ. Malè Epiphanius & reliqui Interpretes Præfectum Orientis verterunt. Quin & Sirmundus, ut rem apertius exponeret, præfectum Prætorio Orientis interpretatus est. Atqui Julianus avunculus Imperatoris Juliani, non Præfectus prætorio, sed tantum Comes erat Orientis, ut docet Ammianus Marcellinus in lib. 23. initio, ubi de ejus obitu scribit.

ἐλπιδίῳ δὲ. De hoc Elpidio loquitur Libanius in Oratione pro Aristophane Corinthio pag. 218. ubi amicos & suffragatores Aristophanis enumerat, præcipuos amicorum Juliani. Ac primò quidem Maximum & Priscum Philosophos: Deinde verò Elpidium ac Felicem. Ac de Elpidio quidem ita dicit: ἀλλ' ὅδ' ἐλπιδίῳ, ὃν κἂν σοφίαν μὲν λάπιδος συμβαίνει τοῖν ἀνδροῖν. τῇ δὲ περὶ τὸ θεῖον σπουδῇ καὶ τῷ εἰς φίλτρῳ μᾶλιστα αὐτοῖν ἐοικέναι &c. Id est: *Sed neque Elpidius, qui quantum quidem ad sapientiam pertinet, inferior est Maximo & Prisco: Studio verò erga Deos, & amore erga te, illi est similimus* &c.

κόμητα φρισάτου. Scribendum est φρισάτων, ut legitur in MSS. codice Savilii & in edit. Basil.

B

In Caput XIII.

Ἀποκρίσεως κέφαλα. Postrema vox deest in editione Basilienſi & in MS. cod. Henr. Savil. prorsusque superflua mihi videtur. *Pag.* 135.

In Caput XIV.

Τῆς παρ' αὐτῆς κηρυτθομένης. Codex Savilii scriptum habet παρ' αὐτῶν, vulgata tamen scriptura rectior videtur. *Pag.* 136.

εἰς τὴν καμάραν καθίζεσα. Epiphanius Scholasticus & Christophorsonus Cameram interpretati sunt. Camerarius verò & Sirmundus Conclave. Ego verò Basternam potius intelligi crediderim, C quæ lectica erat matronarum. Erant autem Basternæ tectæ in modum Camerarum. Unde Hieronymus caveas Basternarum vocat. Ait igitur Theodoritus, matronam illam collocasse secum in vehiculo juvenem illum, & ad Meletium Episcopum deduxisse. Quod si καμάραν cubiculum interpreteris, non video cur matrona illa juvenem mulicbri habitu indutum secum in cubiculo sedere jusserit. *Pag.* 137.

In Caput XV.

Παῤῥησιαίτερον, in edit. Basil. legitur παῤῥησίστερον, levi discrimine. *Pag.* 138.

πιζαίτεροι. Rectius in MS. codice Savilii & in editione Basilienſi legitur πιζίταιροι. Tractum id nomen est ab Alexandri Magni militia, qui honoratiores equites ἑτάιρους vocari instituit, pedites verò D πιζεταίρους, ut docet Anaximenes apud Harpocrationem. Quanquam in Harpocrationis Lexico corrupte scribitur πιζαιτέρους. Porro de his militibus, Juventino & Maximo, extat Homilia Joann. Chrysost. Vide etiam quæ notavi ad lib. 22. Amm. Marcellini pag. 229.

τῶν ὁμοτραπέζων ἐκείνου. Mallem scribere ἐκείνῳ. Quam lectionem in versione mea sum secutus. Atque ita legisse videtur Epiphanius Scholasticus. *Pag.* 138.

In Caput XVI.

τῶν ἐν τίλοις ἀξιώματι. Codex Savilii scriptum habet ἀξιωμάτων. Basilienſis autem editio ἀξιωτάτων. Mihi scribendum videtur ἀξιωματικῶν. Eundem errorem supra notavi in lib. 2.

Τοῖς

Pag. 139. τοῖς γὰρ στρατιωτικοῖς καταλόγοις. Hanc Juliani fraudem adversus milites Christianos perstringit Gregorius Nazianzenus in priore invectiva adversus Julianum pag. 84. editionis Parisiensis. Ubi etiam narrationem illam subjungit de quibusdam militibus Romanis, qui cum aurum accepissent à Principe, & thus imprudentes adolevissent; agnito postea scelere suo, aurum ad Principis pedes projecerunt. Quam rem refert Theodoritus in capite sequenti.

παρετίθηκε. Magis placet scriptura quam in editione Basiliensi reperi, παρίθηκε.

In Caput XVII.

Pag. 140. Ἕφη ῥωμαῖος. Hic videtur esse Romanus Tribunus Scutariorum, qui cum Vincentio item Tribuno in exilium missus esse dicitur à Marcellino in lib. 2. pag. 222.

κακομήχανος. In Manuscripto codice Savilii & in editione Basiliensi legitur κακότεχνος.

In Caput XIX.

Pag. 141. Ἰωάννης γὰρ ὁ ἐπὶ τῆ ἐν ἀντιοχείᾳ. Auctor Menologii Joannem Chrysostomum hic à Theodorito designari credidit. Sic enim scribit: *Die 9. mensis Octobris sanctæ Publiæ, imperante Juliano, in urbe Antiochia, probitate morum celeberrimæ, viri sui consuetudine paucos annos usæ, peperit fructum Deo dignum, admirabilem illum Joannem cognomento Chrysostomum.* Verum Baronius ad annum Christi 362. cap. 133. reprehendit Auctorem Menologii, & alium quàm Joannem Chrysostomum hic intelligi existimat. Nam mater Chrysostomi Anthusa dicebatur, non Publia; nec anus erat eo tempore, ut rectè probat ibidem Baronius. Deinde quod ait Theodoritus, Joannem hunc Publiæ filium, diutissimè Archipresbyterum fuisse Antiochiæ, id non convenit Joanni Chrysostomo. Neque enim hic admodum diu Presbyter fuit Antiochensis Ecclesiæ. Porro Henricus Savilius ad latus sui codicis hoc loco istà annotarat: *Hunc Chrysostomum fuisse quidam falsò opinantur.* Joannem igitur hic intelligo eum qui postea Episcopus Apamiæ à Meletio ordinatus est, ut refert Theodoritus in lib. 5. c. 4.

τισὶ τῶν δορυφόρων. Jacobus Sirmundus edidit τισὶ nescio quos codices secutus, nostri enim nihil mutant.

In Caput XX.

Pag. 142. Συμπίσαλε ἄρχοντα. Alypium intelligit, teste Ammiano Marcellino in lib. 23. initio.

ἡμᾶς τὴν κοφινίδας. Basiliensis editio scriptum habet ἡμᾶς, ἅμας τὴν κοφίνης. Quod magis probo.

Τὰς παντελῶς ἀμύητος. Gentiles intelligo. Hi enim penitus divinorum Sacramentorum expertes sunt. Ait igitur Theodoritus, ejusmodi fuisse hunc terræmotum, ut etiam eos terreret qui verum Deum non agnoscebant; nedum Judæos qui non sunt penitus ἀμύητοι.

In Caput XXII.

Pag. 144. Τῶν γὰρ αὐθότι πολιτευομένων. Curiales seu Decuriones à Græcis dicuntur πολιτευόμενοι seu πολιτευταὶ, ut jampridem notavi in Commentariis ad Ammianum Marcellinum. Mirum est tamen interpretes in hujus vocis interpretatione omnes lapsos esse, præter Epiphanium Scholasticum qui hunc locum ita vertit: *Is enim nobilis erat, & ejus civitatis curiæ præsidebat.*

ὁ ζῆλος ἀπέδωκε. In codice Savilii & in editione Basiliensi legitur ἀπέφηνε.

τοὺς ἐν τέλει καὶ ἀξιώματι. Recte Epiphanius Scholasticus hunc locum interpretatus est hoc modo: *Cumque venisset in Berrhœam, nobiles & honoratos convocavit ad prandium.* Reliquos interpretes nihil moror, qui hæc nullatenus intellexerunt. Unum tamen est quod in Epiphanii versione non probo. Nobiles enim vertit τοὺς ἐν τέλει, cum Decuriones potius vertere debuisset. Certè Decuriones & Honorati sæpe junguntur in vetustis inscriptionibus, ut notavi ad Ammianum Marcellinum. Cæterum hoc loco codex Savilii & Basiliensis editio scriptum habent τοὺς ἐν τέλει καὶ ἀξιωτάτους, ut & supra in capite 16.

In Caput XXV.

Pag. 146. Ἄλλοι δέ τινα. Non dubito quin scribendum sit disjunctis vocabulis ἀλλ' οἱ δὲ &c. sequitur enim οἱ δὲ &c.

δῆλον ὅτι ὅς. Hunc locum Sirmundus in editione sua ita excudi jussit δῆλον ὡς τοῦτο δέδρακε τῆ θείᾳ πνεύματος χάριτι γεγονὼς ὑπουργός. Nostri tamen codices nihil mutant.

In Caput XXVIII.

Pag. 148. Τῶν ἀντιοχέων θήσω φωνῶ. Sirmundus hunc locum ita edidit: πῶ ἀξιάγαστον αὐτῶν ἐνθήσω φωνῶ quemadmodum legitur in altero ex codicibus Regiis, ex quo varias lectiones Robertus Stephanus excerpsit; nisi quod θήσω habet Regius codex. In editione Basiliensi sine præpositiva particula legitur hic locus ἐγὼ δὲ ἀξιάγαστον τῶν ἀντιοχέων θήσω φωνῶ.

τὸ ἄξιον λάθης ἰουλιανόν. In Manuscripto codice Henrici Savilii scriptum est τὸ ἐξάγιστον ἰουλιανὸν, quomodo etiam edidit Jacobus Sirmundus; nisi quod postremam quoque vocem expunxit.

ἐκεῖνος ἔφη σαφῶς. Rectius in editione Basiliensi legitur εἶδεν σαφῶς, εἶδεν positum pro ᾔδει. Id est notat.

HENRICI VALESII ANNOTATIONES IN LIBRUM QUARTUM HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ THEODORITI.

In Caput I.

Pag. 151. Τοῖς ἀγῶσι τοῖς μείζοσι. Id est in certaminibus pro fide. Hæc enim certamina graviora sunt certaminibus bellicis.

ἐπὶ τὰ χείρω. Quam hic mutationem intelligat, obscurum est, utrum mutationem fidei & religionis, an mutationem suffragiorum. Malim tamen mutationem religionis intelligere. Nam milites Romani à Christiana religione ad Gentilium cultum desciverant, regnante Juliano.

μαθήμασιν εὐσεβεῖσι. In Manuscripto codice Savilii, & in editione Basiliensi legitur μαθήμασιν εὐσεβείας.

In Caput II.

Pag. 152. Τῆς πολεμίας ἐξέβαλε. Verbum ἐξέβαλε non convenit huic loco. Restituendum itaque mihi videtur ἐξέλαβε. Certè Interpretes hunc locum ita verterunt, quasi legissent ἐξήγαγε.

γραφῆναι αὐτῷ παρακαλῶν. In editione Basiliensi legitur γραφῆναι οἱ παρακαλῶν. Quod mihi quidem videtur elegantius.

In Caput III.

Επιστολὴ συνοδικὴ. Baronius ad annum Christi 363. c. 132. hanc epistolam ab Athanasio scriptam esse existimat Alexandriæ in Synodo Episcoporum totius Ægypti, quos Athanasius, accepto Joviani Imperatoris edicto, statim Alexandriam evocaverat. Quæ quidem conjectura admodum probabilis est. Suspicor tamen hanc epistolam scriptam esse ab Athanasio Antiochiæ, quo unà cum aliquot Episcopis Ægypti ac Libyæ se contulerat, ut Jovianum Imperatorem illic salutaret. Cumque Imperator Jovianus regulam fidei ab illo & à reliquis Episcopis flagitasset, ut testatur Gregorius Nazianzenus in oratione funebri de laudibus Athanasii, Athanasius collatione habita cum Episcopis Ægypti ac Libyæ qui ipsum comitabantur, epistolam de fide scripsit ad Jovianum. Conjecturam nostram confirmat titulus ipsius epistolæ, qui sic habet: ἀθανάσιος καὶ οἱ λοιποὶ ἐπίσκοποι, οἱ ἐλθόντες ἐκ προσώπου πάντων τῶν ἀπὸ τῆς αἰγύπτου, &c. Id est: *Athanasius & reliqui Episcopi qui venerunt ex persona omnium Episcoporum Ægypti*, &c. Sic enim interpretanda sunt hæc verba. Malè Christophorsonus ita vertit: *Athanasius & reliqui Episcopi, qui nomine omnium Ægypti, Thebaidis & Libyæ Episcoporum, in unum convenerunt.* Quæ Christophorsoni interpretatio imposuisse videtur Baronio. Atqui non hoc dicit Theodoritus, Episcopos illos in unum convenisse. Neque enim in Græco est οἱ συνελθόντες, sed tantum οἱ ἐλθόντες. Quo verbo significatur, Episcopos illos qui cum Athanasio erant, missos fuisse ab universis Episcopis Ægypti ac Libyæ, ut pro Athanasio testimonium redderent apud Imperatorem Jovianum. Etenim Ariani qui Alexandriæ degebant, legatos suos miserant Antiochiam, qui Athanasium coram Joviano Principe accusarent, ut constat ex libello precum eorundem Arianorum, qui editus est in secundo Tomo operum Athanasii. Ad eos igitur refutandos, Episcopi Ægypti quosdam ex suo numero Antiochiam miserunt, qui pro Athanasio testimonium dicerent coram Joviano.

καρδίαν ἔχοις. In codice Savilii & in editione Basiliensi legitur ἔχεις, quomodo etiam legit Epiphanius Scholasticus. Apud Athanasium tamen scribitur ἕξεις. Posterior autem pars hujus periodi in vulgatis Athanasii editionibus desideratur: Eamque Baronius adjectam esse existimat ab Ariano quopiam, qui Athanasium irridere vellet tanquam falsum Vatem. Neque enim Imperium Joviani diu stetit. Mihi tamen nihil hic adulterinum ac suppositum videtur. Nec vituperandus idcirco est Athanasius, si Jovianus non tot annos in principatu vixit, quot Athanasius eum vivere optaverat. Pag. 15[illegible]

αἱρέσεως καὶ σχισμάτων. Forte scribendum est διαιρέσεως, id est, divisionis ac dissidii in Ecclesia Catholica Authores fuerant.

οἱ ἅγιοι τελειοθέντες. Verti etiam potest *in hac enim baptizati sancti*, &c. Nam τελειοθῆναι est baptizari, ut monui in Annotationibus Eusebianis pag. 253.

ἀδόλως γινωσκομένη. Primam vocem Genevenses Typographi adjecerunt ex Christophorsoni versione & ex libro Athanasii. In cunctis tamen

tamen nostris exemplaribus non habetur, nec in A versione Epiphanii Scholastici.

τινὲς μὲν αὐτῶν τῶν ἐν νικαίᾳ. In vulgatis Athanasii editionibus hic locus aliter legitur: Sed ex Theodorito emendandus est. Duo enim genera Arianorum hic perstringit Athanasius, quorum alii vocem ὁμοούσιον penitus rejiciebant, Filium Dei ex nihilo creatum asserentes: Alii verò admittebant quidem τὸ ὁμούσιον, sed perperam interpretabantur, nec Spiritum Sanctum Deum esse credebant; cujusmodi erant Macedoniani. Idem testatur Gregorius Nazianzenus in oratione funebri de laudibus Athanasii, loquens de libello fidei quem scripsit ad Jovianum Aug.

Pag. 154. ὑπὲρ τριακόσιον δέκα καὶ ἑκτὸν ὑπατικῶν. In vulgatis editionibus Athanasii numerus Episcoporum non habetur. Certè numerus ille trecentorum decem & octo Episcoporum qui Nicææ in unum convenerunt, licet ab antiquis Patribus traditus reperiatur, apud Athanasium tamen, si bene memini, nusquam integer legitur. Nam in epistola ad Solitarios pag. 854. ait, Nicæam convenisse Episcopos plus minus trecentos. B

In Caput IV.

Pag. 155. ἰδιαίωσιν. Pessimè Christophorsonus hunc locum interpretatus est hoc modo: *Cognitio Imperatoris quam de rebus divinis imbiberat.* Atqui non hoc dicit Theodoritus; sed Jovianum acceptis Athanasii litteris, legem tulisse qua Nicæna fides confirmabatur. Si quis tamen sensum Christophorsoni C sequi maluerit, non magnopere repugnabo: Præsertim cùm Jovianus nullam legem tulerit de religione; sed unicuique colendi pro arbitrio suo numinis liberam reliquerit facultatem, ut docet Themistius in oratione ad Jovianum.

καὶ νόμον ἕτερον ἔγραψε. Hæc est secunda constitutio Joviani pro Ecclesiis. Prima enim ejus constitutio fuerat de Episcopis ab exilio revocandis, & in sedes suas restituendis, ut legitur in cap. 2. hujus libri.

τὸ τριτημόριον. Hic locus prava interpunctione deformatus est. Sic igitur eum distinguendum puto: τὰς εἰσφορὰς, τῆς κώμης αὐτὴν συντάξεως τὸ τριτημόριον, &c. quam distinctionem ipse confirmat Theodoritus in libro primo cap. 11.

D

In Caput V.

Pag. 156. αὐξεντίῳ δὲ. Nullum hic ordinem temporum servat Theodoritus, nam cum res à Valentiniano Aug. in Ecclesia gestas dicere aggrediatur, qui regnare cœpit anno natalis Dominici 364. ab Auxentii morte & Ambrosii ordinatione eas orditur, quæ facta est anno Christi 374. decem annis integris post exordium principatus Valentiniani.

ἡμιτόμους ὑποκλίνωμεν κεφαλάς. Solebant olim Christiani occurrentibus Episcopis caput submittere, ut ab iis benedictionem acciperent. Cujus moris multa supersunt vestigia in veterum libris. Primo enim Hilarius in libro contra Constantium ita scribit: *Osculo Sacerdotes excipis, quo & Christus est proditus; caput benedictioni submittis, ut fidem calces. Convivio dignaris, ex quo Judas ad proditionem egressus est. Censum capitum remittis, quem Christus ne scandalo esset, exsolvit.* Philostorgius in Historia Ecclesiastica scribit Leontium Tripoleos Episcopum cùm reliqui omnes Episcopi Eusebiam Augustam, uxorem Imperatoris Constantii adirent, eamque ex more adorarent, nunquam adduci potuisse ut eam inviseret, nisi ea conditione ut Augusta venienti ipsi assurgeret, & caput submitteret, postulans ut benediceretur. Verba Philostorgii refert Suidas in Leontio. Simile est quod scribit Marcus Diaconus in vita Porphyrii Gazensis Episcopi. Eudoxiam Augustam ipsis in Palatium venientibus non semel occurrisse, & priorem ipsos salutasse, atque ut sederent jussisse, & inclinato capite postulasse ut benedicerent. Idem quoque de eadem Augusta testatur Sozomenus in libro 8. cap. 13. ubi de Ammonio loquitur & fratribus Monachis qui Longi dicebantur. Palladius in Dialogo de vita Joannis Chrysostomi, ubi de eo loquitur in exilium proficiscente, ait illum Olympiadi & Pentadiæ ac Salvinæ dixisse, ut quicunque sine ambitu eligeretur Episcopus, ei capita submitterent perinde ac ipsi. Nefas hic arbitror præterire insignem locum Joannis Chrysostomi ex Homilia 3. ad populum Antiochenum, ubi de Flaviano Episcopo qui ad comitatum Principis profectus erat, ita loquitur: ἄρχων ἐστὶ καὶ αὐτὸς, καὶ ἄρχων ἐκείνου σεμνότερος. καὶ γὰρ αὐτῷ τῷ βασιλικῷ κεφαλῷ οἱ ἡμῶν ἅπαντες τοῖς τούτου φέρουσι χειροτονίαις ταττόμεθα. De eodem more loquitur Auctor vitæ sancti Fulgentii: *Altercantibus omnibus quis primo salutaret agnoscendus, quis benedicenti caput supponeret.* Denique incertus Auctor quæstionum veteris & novi Testamenti, quæstione 109. nostri autem Sacerdotes super multos quotidie nomen Domini & verba benedictionis imponunt. Sed in paucis effectus est. Est iterum quando meliores se benedicunt. Quamvis enim quis sanctus sit, curvat tamen caput ad benedictionem sumendam. Postremo Honorius & Valentinianus Aug. de accusatione Episcopi, Presbyteri vel Diaconi ita rescribunt ad verum Præfectum Prætorio: *Audemus quidem sermonem facere solito plus timore capti, de sanctis & venerabilibus Sacerdotibus, & secundis Sacerdotibus vel etiam Levitis; & eos cum omni timore nominare, quibus omnis terra caput inclinat.*

In Caput VIII.

αὐτοκράτορες μέγιστοι. Baronius in Annalibus Pag. 158. Ecclesiasticis hanc epistolam non à Valentiniano Imperatore, ut scribit Theodoritus, sed à Valente potius scriptam esse existimat, anno Christi 365. quo Valentinianus & Valens Consules fuere. Sed pace ejus dixerim, dupliciter fallitur, tum in anno quo scripta est hæc epistola, tum in eo quod Valenti eam assignat. Nam cùm in titulo qui epistolæ præfixus est, unà cum Valentiniano & Valente Gratianus quoque

Augu-

Augustus nuncupetur, procul dubio ante annum Christi 367. hæc epistola scribi non potuit. Eo enim anno Gratianus Augustus nuncupatus est, ut constat ex Ammiano Marcellino, & ex Fastis Idatii, Lupicino & Jovino Coss. Argumenta verò quibus Baronius nititur, ut Valenti eam epistolam assignet, refutationem non merentur. Primum enim ait, Valentis nomen in titulo hujus epistolæ præponi; quod est falsissimum, ut ex Theodorito nostro, & ex versione Epiphanii Scholastici apparet. Deinde quod ait, res Asianæ Diœceseos nihil ad Valentinianum attinuisse, neque id verum est. Etenim ex Ammiano Marcellino didicimus, Valentinianum seniorem, licet Valenti fratri Orientis Imperium tribuisset, cuncta tamen pro arbitrio suo esse moderatum; & Valentem instar Apparitoris, ut Ammiani nostri verbis utar, ei morigerum semper fuisse. Denique quod addit Baronius, Valentinianum tunc fuisse in Galliis, non autem in Illyrico, fateor id quidem. Neque enim Valentinianus relictis Galliis in Illyricum profectus est nisi anno Christi 374. Gratiano & Equitio Coss. ut docet idem Marcellinus. Sed nihil obstat, quo minus in Galliis positus, legatos Illyricianæ Synodi ad se missos audierit. Porro hujus epistolæ Valentiniani ad Episcopos Asiæ meminit etiam Theophanes in Chronico, eamque Edictum appellat.

καροφρυγίας πακατιανῆς. Ita legitur in omnibus nostris exemplaribus, & apud Epiphanium Scholasticum. Sirmundus tamen post vocem καροφρυγίας addidit distinctionem; quasi tres essent Phrygiæ; Phrygia scilicet proprie dicta, Carophrygia, & Phrygia Pacatiana. Sed cum in Veterum libris duæ tantum Phrygiæ nominentur, Phrygia scilicet Pacatianæ, & Phrygia salutaris, malim hoc loco scribere καρίας, Φρυγίας πακατιανῆς. Desunt autem hic nomina reliquarum provinciarum Diœceseos Asianæ. Quæ si quis scire desiderat, habentur in Notitia Imperii Rom. hoc ordine recensita, Pamphylia, Lydia, Pysidia, Lycaonia, Phrygia Pacatiana, Phrygia Salutaris, Lycia, Caria.

πατέρα καὶ υἱόν. Rectius in codice Saviliano & in editione Basiliensi legitur πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα.

διὰ ὅλως ὀκκλίνοντες. Pessimè hunc locum vertit Christophorsonus, cui prava hujus loci distinctio fraudi fuit. Nam post verbum ὀκκλίνοντες apposita est subdistinctio tum in Basiliensi, tum in Roberti Stephani editione. Verum Henricus Savilius & Jacobus Sirmundus eam distinctionem meritò expunxerunt. Per λειτουργίας autem non Ecclesiasticum munus, sed functiones publicas intelligere debemus, à quibus, licet Constantini rescripto immunes declarati essent Clerici, tamen Episcopi Illyrici liberi esse nolebant, ut hic testatur Valentinianus: Evangelicum illud sequentes: Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo. Idem infra testatur Valentinianus his verbis καὶ τὰ δημόσια κατὰ τόμους ἰσονομίζειν ἴσασι.

ὅτι ἀνήκαμεν. Codex Savilii scriptum habet ὅτι ἀνῆκε. Basiliensis autem editio excusum habet ὅτι ἦκε

A ἐρητικὰ sine ι subscripto, optime meo quidem judicio, id est, *sed ne quis dicat: Venit religio principis.*

τὰ τῆς ἀποδείξεως ὑμῶν. Decreta interpretatur Christophorsonus, Sirmundus Placita. Ego professionem fidei malim exponere. Sic enim loquitur Imperator initio hujus epistolæ: ἀπόδειξαι ἡ τῆς ἰσμαικαειότατοι. Page 29

παύσασθαι ἀποκρίνεσθαι. Vetat hic Valentinianus ne Episcopos Orthodoxos qui Nicænam fidem sequebantur, persequantur ii qui alterius erant opinionis ac sectæ; neve ex eo quod Imperator Valens ipsis favebat, occasione arreptâ, impugnent alios qui non idem cum ipsis sentiebant. Inter quos ait quosdam reperiri viros bo-
B nos ac pios & religiosos. Quippe Valentinianus senior liberam unicuique religionis suæ retinendæ potestatem reliquit, quemadmodum testatur Ammianus Marcellinus in libro 30.

ὑμεῖς δὲ ἐγκρινόμεθα τῷ ἄλφα. Hic locus valde obscurus est. Et Epiphanius quidem Scholasticus ita eum vertit: *Et nos quidem subjicimur ei, qui primus est & novissimus; vos autem vobismet arrogatis.* Quæ interpretatio meo quidem judicio ferri non potest. Camerarius vero sic interpretatur: *Nos quidem ordine à primo ad ultimum processimus tractatione nostra; ipsi vero vosmet-ipsos abalienastis.* At Christophorsonus ita vertit: *Nos patientia semper à principio usque ad finem usi sumus; vos contra animi vestri impotentia obsecuti estis.* Cujus interpretationem secutus est ex
C parte Jacobus Sirmundus: Nam in posterioris membri versione Epiphanium Scholasticum sequi maluit. Mihi videtur verbum κρίνω hoc loco idem significare quod communicare & commercium habere. Cujusmodi est illud in Evangelio. *Non contuntur Judæi Samaritanis.*

μὴ θέλοντος αὐτὸν ἀπελθεῖν. Jacobus Sirmundus in editione sua excudi jussit μὴ θελόντες & paulò post προσκληθεὶς. Satis audacter, cùm manuscripti codices nihil mutent. Quod vero addit Valentinianus, Pilatum ad orientem Solem conversum manus suas laviisse, in Evangeliis nostris, quod sciam, non legitur. Itaque suspicor id sumptum esse ex Evangelio secun-
D dum Hebræos. Ideo autem Valentinianus hoc videtur adjecisse, quòd Orientales Episcopos alloquebatur, qui erant in Asiana Diœcesi.

μεταξὺ τῶ προσκεκλημένω. Totus hic locus densis tenebris obvolutus est. Joachimus quidem Camerarius ita vertit: *Ac cum illo confirmato ad cruciatus pati testamentum ipsius quasi in sanguine Zachariæ.* Christophorsonus verò ita interpretatus est: *Ne regnantibus nunc nobis nihil hunc emolumenti consecuti, postea una cum sceleris exhortatore in ea quæ testamenti ipsius sunt, damna incurratis, id quod in Zachariæ sanguine evenie-bat.* Eodem fere modo vertit Jacobus Sirmundus. Ego verò quod ad hæc verba attinet μεταξὺ τῶ προσκεκλημένω, assentior Christophorsono & Sirmundo, qui sceleris hortatorem interpretati sunt. Idem enim est quod paulò post dicit

dicit Valentinianus μὴ τῷ συνδεδεμένῳ αὐτοῖς δαίμονι. Sed pro verbo παθεῖν, scribendum affirmo πατεῖν, quod est conculcare. Alludit enim Valentinianus ad Historiam Zachariæ, qui paulò ante adventum Christi occisus est juxta Altare, ut legitur in Evangelio. Quo tempore conculcatum est Sanctuarium Domini à militibus, qui introgressi in Sanctuarium, Zachariam occiderunt juxta Altare. Porro vestigia sanguinis Zachariæ adhuc sua ætate mansisse tradit Auctor Itinerarii Hierosolymitani, his verbis: *In ædeipsa, ubi templum fuit quod Salomon ædificavit, in marmore ante Aram sanguinem Zachariæ ibi dicas hodie fusum. Etiam parent vestigia clavorum militum qui eum occiderunt, in tota area, ut putes in cera fixum esse.*

ἐπ' ἀμιγετίου. In editione Basilienſi aliter scribuntur hæc nomina, in hunc modum; ἐπ' ἀμιγατίου καὶ κικιρωνίου. Apud Epiphanium autem Scholasticum ita leguntur: *Hæc præcepimus in Megetio, & in Ciceronio, & Damasco, & Lampone, & Brintisio.* Et Baronius quidem existimat hos fuisse Presbyteros Ecclesiæ Romanæ. Ego vero libentius crediderim hos fuisse legatos Synodi Illyricianæ, qui ad Valentinianum Imperatorem missi erant, ut gesta Synodi ei significarent. Id enim moris fuit jam inde à temporibus Constantini.

πατέρας ἐκείνους καλοῦντες. Intelligit Episcopos Antiocheni Concilii quod in encæniis celebratum est. Hos enim Patres vocare consueverant Semiariani, ut docet Socrates in lib. 2. sub finem, ubi de Seleucienſi Synodo loquitur.

Pag. 160. ἀλλὰ γράψαντα. Magis placet scriptura codicis Saviliani, in quo legitur γράψαντας. Atque ita edidit etiam Jacobus Sirmundus. Vulgatam tamen lectionem confirmat Epiphanius Scholasticus.

καθὸ ὁ υἱός. Mallem scribere, καθὼς ὁ υἱός, &c.

In Caput IX.

Οἱ ἐπίσκοποι τῆς Ἰλλυρικῆς. Hanc Synodum Illyricianam Baronius in Annalibus confert in annum Christi 365. Verum epistola Valentiniani Imperatoris quam superiori capite retulit Theodoritus, ejus sententiam apertè refutat. In hujus enim epistolæ titulo, Gratianus unà cum Valentiniano & & Valente Augustus nominatur. Porro Gratianus à patre Augustus nuncupatus est anno Christi 367. quare non ante hunc annum Synodus ista Illyriciana potuit congregari. Baronium vero, ut ita sentiret, impulit epistola Synodica Concilii Illyriciani hic à Theodorito relata, in qua mentio fit Eustathii Episcopi. Hunc Eustathium Baronius existimat esse Sebastenum Episcopum, qui à Lampsaceną Synodo unà cum duobus aliis Episcopis Legatus ad Liberium missus fuerat anno 365. Verum hanc Baronii sententiam refellit Socrates in lib. 4. cap. 12. ubi hanc legationem Eustathii assignat anno Christi 368. Consulat igitur Lector quæ illic annotavi.

ἐλπίδιν τῆς φωσεβυτέρου. Baronius quidem existimat hunc esse Elpidium Romanæ Ecclesiæ Presbyterum, qui unà cum Philoxeno missus olim fuerat à A Julio Papa ad orientales Episcopos. Dubitare tamen jure quis possit, utrum hic Elpidius Romanæ Ecclesiæ Presbyter fuerit. Etenim Episcopi Illyrici disertè scribunt, hunc Elpidium à se missum esse ad Asianos. Quod si Elpidius Ecclesiæ Romanæ fuisset Presbyter, & quidem Legatus à Liberio Papa, ut vult Baronius, Episcopi Illyrici nunquam dicerent se illum ad Asianos misisse. Adde quòd Elpidium fratrem suum & comministrum appellant. Quibus titulis Episcopus potius designari videtur quàm Presbyter. Proinde existimo Elpidium hunc fuisse Episcopum Illyrici, quem Episcopi Illyriciani Legatum miserunt ad Episcopos Diœceseos Asianæ, inspecturum, utrum vera essent quæ Eustathius B Sebastenus ipsis renuntiaverat; Asianos scilicet Spiritum Sanctum Patri ac Filio consubstantialem non credere. Hæc est conjectura nostra de Elpidio. Certè in Manuscripto codice Henrici Savilii, pro φρεσβυτέρῳ scriptum est φρεσβυτῳ. Denique in fine epistolæ ajunt, hunc Elpidium ex suo corpore missum esse ad Asianos ἕνα ἐκ πάντων, id est, unum ex omnibus electum fuisse qui hanc legationem obiret. Quibus verbis apertè declaratur, Elpidium fuisse ex numero Episcoporum Illyrici. Quod nisi me conjectura fallit, hic est Elpidius Episcopus, ad quem Basilius Magnus scripsit epistolam 322. In ea enim epistola rogat Elpidium Basilius, ut si necessarium judicaverit, tempus ac locum Concilii indicat, scribatque litteras ad Episcopos ut ad certam diem conveniant. Quod optimè convenit huic Elpidio nostro, qui ab Episcopis Illyrici missus C fuerat in Asiam ad rectam fidem stabiliendam.

ἐγὼ δὲ χρίω. Tria hæc verba desunt in Manuscripto codice Savilii & in editione Basilienſi, nec ea agnoscit Epiphanius Scholasticus.

ὃν αὐτόθι κηρύσσειν. Verbum κηρύσσειν hoc lo- Pag. 161.
co accipitur pro prædicatione sive doctrina. Hoc enim sensu passim usurpatur in reliqua epistola. Vocabulum igitur φόβον quod huic verbo jungitur, pro blasphemia seu impietate accipere debemus, quam prædicabant Episcopi Diœceseos Asianæ, Spiritum Sanctum à Dei Patris ac Filii substantia separantes. Porro hic mirari subit, quomodo Eustathius Sebastenus in Synodo Illyriciana accusaverit Episcopos Asiæ, quòd de Spiritu Sancto malè sentirent. Ipse enim Legatus D erat Macedonianorum, qui Spiritus Sancti Deitatem negabant. Verum Macedoniani eo quidem tempore impietatem suam & blasphemiam in Spiritum Sanctum adhuc tegebant, nec in apertum proferebant. Cæterum, pro vocabulo φόβον, libentius hic legerem ψόγον, id est, probrum.

ἀπὸ τῆς βασιλευούσης ῥωμαίων ἀρχῆς. Jacobus Sirmundus hunc locum aliter distinxit. Expuncta enim virgula quæ post hæc verba apposita est in nostris exemplaribus, ita exposuit hunc locum: *Sed necessitas nobis imposita est, ut ad vos mitteremus Dominum & comministrum nostrum Elpidium, à Regio Romanorum principatu litteras habentem.* In quo Sirmundus videtur secu-

tus versionem Epiphanii Scholastici. Sic enim ille: *Quamobrem necessarium habuimus ad vos destinare Dominum nostrum & comministrum Elpidium, à Regio Principatu Romanorum has litteras deferentem.* Verum hæc versio ferri non potest. Nam ἡ βασιλεύουσα τῆς ῥωμαίων ἀρχῆς procul dubio est urbs Roma. Rectiùs itaque Camerarius & Christophorsonus hunc locum de urbe Roma exposuerunt. Sed ambiguum est, utrum Elpidius dicatur missus ab urbe Roma, an potius Elpidius ab urbe Roma, id est urbis Romæ Presbyter intelligendus sit. Sic enim loqui solebant tam Græci quam Latini, præsertim cùm de Episcopis loquuntur.

μὴ δὲ ἑτεροδοξεῖν. Jacobus Sirmundus nescio quos secutus codices edidit ἑτεροκοινοδοξεῖν pessimè.

τὴν ὑπόμνησιν ἔχοντες. Hunc locum optime interpretatus est Christophorsonus hoc modo: *Dum hac de re scriberemus ad vos, commonefacti sumus, ut in his nostris litteris scriberemus etiam de Episcoporum institutione.* Quam interpretationem ex parte secutus est Jacobus Sirmundus. Porro Episcopi Illyrici, ut de ordinationibus Episcoporum scriberent, admoniti fuerant ab Eustathio Episcopo Sebasteno; eo quod apud Asianos, ut verisimile est, vitiosè fierent ordinationes. Certè hoc malum diu postea in Asia viguisse temporibus Joannis Chrysostomi, docet Socrates, Sozomenus ac Palladius.

ἢ καταδέντων. Hanc vocem Camerarius de præterito interpretatur tempore, cùm tamen de futuro intelligi debeat. Sic supra in hac epistola καταμαθόντα positum est pro καταμαθήσοντα. Rectè ergo Jacobus Sirmundus vertit: *De comministris Episcopis creatis vel creandis.*

τῶν δὲ τέλει χρησαμίων ὑπισκόπων ὑγιεῖς. Christophorsonus quidem hunc locum ita vertit: *Ut si quoquo modo fieri queat, è magistratibus qui Episcopatu functi, probata spectataque fide fuerunt, cooptentur.* Quæ interpretatio nullo modo ferri potest. Quid enim sibi volunt ista, ut è Magistratibus qui Episcopatum gesserint, ordinentur Episcopi? Vidit hoc Jacobus Sirmundus. Itaque ut huic vitio mederetur, vocem ὑπισκόπων expunxit, & ὑγιεῖ reposuit pro ὑγιεῖς audacter quidem, sed infeliciter. Quis enim unquam ita locutus est Græcè, aut quem sensum habet hæc ejus interpretatio: *Si quidem fuerint ex sano & probo magistratu functis.* Ego vero hunc esse sensum existimo horum verborum, ut si qui Episcoporum jam vita functorum filii reperiantur orthodoxi, ii reliquis omnibus præferantur. Itaque delenda est præpositio ἐκ, utpotè superflua. Sed dicet aliquis quodnam exemplum habeamus hujus rei. Habemus exemplum & quidem illustre in Domno, qui Antiochenæ Ecclesiæ Episcopus factus est, cum esset filius Demetriani ejusdem urbis Episcopi, ut legitur apud Eusebium in lib. 7. Historiæ Ecclesiasticæ.

τῷ ἁγίῳ πνεύματι. In editione Basiliensi legitur tantum τῷ ἁγίῳ πνεύματι; quæ scriptura magis placet.

Pag. 162. πολυχρόνιος, πλέμαχος. Hi & qui sequuntur Episcopi Illyrici, Arianæ perfidiæ assertores erant: Atque idcirco depositi à Synodo Illyriciana. Hæc porro Synodus habita est sub Pontificatu Damasi. Ac nisi fallor, post epistolam ab eodem Damaso scriptam ad Episcopos Illyrici, quam supra retulit Theodoritus in lib. 2. & Sozomenus in lib. 7.

εὐχόμεθα τῷ πατρὶ. Epiphanius Scholasticus vertit: *Valere vos optamus Patri & Filio cum Sancto Spiritu.* Quomodo etiam vertit Jacobus Sirmundus. Camerarius vero & Christophorsonus vertere maluerunt in Patre ac Filio, &c. Verti tamen posset locus hoc modo: *Oramus Patrem ac Filium cum Sancto Spiritu, ut quam diutissimè valeatis.*

In Caput X.

Ἀνοήτου νεύσεως. Hunc locum restitui ex editione Basilienſi & ex Manuscripto codice Henrici Savilii, redactis in unam duabus periodis, quæ perperam divulsæ erant. Emendationem nostram confirmat Theodoritus in lib. 4. hæreticarum Fabul. cap. x.

ἐπειδή δέ τινες. Particulam δέ expunxi, secutus auctoritatem codicis Henrici Savilii & Basilienſem editionem.

In Caput XI.

Εὐχίτας. In Manuscripto codice Savilii & in editione Basilienſi scribitur ἰυχήτας. De his plura vide apud Epiphanium in libro de hæresibus, & apud nostrum Theodoritum in libris hæreticarum fabularum. Pag. 165

ὡς πονηρόν. In codice Savilii & in editione Bas. legitur πονηρίαν. Quod magis probo.

τοῦ ἀδελφίου. De hoc Adelphio Monacho loquitur Nilus in libro περὶ ἀκτημοσύνης, id est, de voluntaria paupertate. Cujus locum, quia Auctor ille nondum editus est, hic apponam: ἀλλ' ὥραται τὸν ἁγίων διλωτικὸν περὶ τὸ θεῖον ἀσχολίαν, τοῖς ἀπὸ ἀδελφίου τῆς μέσης τῶν ποταμῶν καὶ ἀλεξάνδρου τοῦ πρὸς ἐλίγοις τῆς βασιλευομένου κωνσταντινουπόλιν θολιβέντος ἀρχὴν ἀνοίγωμεν θύραν, προκάλυμμα τὸ περὶ τὴν ἱερατικὴν ἐκκλησίας, τὸ διαπαντὸς δοκεῖν προσκαρτερεῖν τῇ περὶ ψυχῆς πεπαιμένοις, καὶ νέοις παισὶ καὶ ἀνδράσι περιγινομένοις ἰσχὺν τοῦ σώματος, καὶ ταυτὶ πολλοῖς ἐφάλλεται καταλύσαι πόνοις, νομοτιθέσι τὸ μὴ ἐργάζεσθαι τὰ αὐτοῖς καὶ τὰ πάθη αὐτοῖς ἐπιγείρασι, καὶ τῷ λογισμῷ ἀφόρμησιν ἀδείαν, ταῖς τῶν ὕλαις συνεκαίρειν, ἵνα ἡ δοκοῦσα προσευχὴ, ἐκ ὧν δὲ τοῦτο ἐπιλέγεται, πάντα ἀπόλλυται. Id est: *Sed vide ne assidua sanctorum hominum in rebus divinis occupatione, discipulis Adelphii Mesopotameni, & Alexandri illius qui Constantinopolim brevi temporis spatio pertur bavit, desidiæ januam aperiamus. Qui suam ad opus faciendum pigritiam eo velamento tegebant, quasi perpetuò orationi incumberent. Et adolescentibus ac viris robore corporis adhuc vigentibus, & qui vigorem illum multo labore conterere opus habebant, præcipiebant ne opus facerent; desidiâ perturbationes animi in eis excitantes; & cogitationis liberam concedentes facultatem, ut in perturbationum illarum materia oblectaretur, quoadusque imaginaria illarum precatio, sed quæ vera precatio non esset, penitus interiret.*

ἀποκρύψωσι τὰς. Hunc locum emendavi ex duobus MSS. codicibus, Saviliano scilicet ac regio, in quibus scribitur ἀποκηρύττωσι. Quam lectionem confirmat ipse Theodoritus in lib. 4. hæreticarum fabularum, cap. 11. de Messalianis ita scribens, ἀναθεματίζουσιν ὑπειπὼν τὰς τούτων τι λέγοντας.

ἐν τῇ ψυχῇ πεισφέρωσι. Codex Savilii & Basiliensis editio scriptum habent ἐς ταῖς ψυχαῖς.

λειτοῦΘ. In MS. codice Savilii & in editione Basiliensi λειτοῦΘ scribitur, rectius ni fallor. Extant ad illum aliquot epistolæ Basilii Magni.

ἀμφιλόχιΘ. Hic Synodum viginti quinque Episcoporum adversus Messalianos collegit in urbe Sidâ, de qua Photius in Biblioth. cap. 52. multa habet scitu digna.

Pag. 164. ὁ ἰδίου. Basiliensis editio scriptum habet ἰδίᾳ. Porro hæc facta sunt regnante Theodosio. Tunc enim Flavianus ad Episcopatum Antiochensis Ecclesiæ promotus est; sub cujus administratione erat Edessa & omnes Orientis Provinciæ. Proinde Theodoritus occasione Messalianorum arrepta, ordinem temporum antevertit.

ἐλιγξέ σε τὸ σὸν στόμα. In altero codice Regio, cujus variantes lectiones ad calcem editionis suæ Stephanus excudit, scribitur ἐλίγξαι, & paulo post similiter καταμαρτυρῆσαι. Quomodo etiam edidit Jacobus Sirmundus.

In Caput XII.

Pag. 165. στρατιάν τε σωαθροῖσαι χὴ. Rectius in codice Savilii & in editione Basiliensi hic locus scribitur hoc modo στρατιὰ σωαθροῦσα στρατοῦσι, &c. De hac expeditione Valentis adversus Gothos consule Ammianum Marcellinum.

ὁ δορυάλωτΘ μόνον. Vocem μόνον & conjunctionem quæ sequitur, expunxi secutus authoritatem codicis Saviliani & Basiliensis editionis. In quibus totus hic locus ita scribitur: χὴ γίγονεν ὁ δορυάλωτΘ· ἀλλ' ἀπατῇ τῶν γυναικείων ῥημάτων ὑπήκοΘ.

In Caput XIII.

Pag. 166. Στρατιωτικὸν ἀμπεχόμενονΘ. Duo notanda sunt in hac narratione, vel potius tria. Primum quod Episcopus sumit habitum militarem, id est chlamidem & balteum. Deinde quod tiaram capiti imponit. Ex quo apparet, Episcopos eo tempore tiaram non gestasse. Nam si eam gestare soliti essent Episcopi, non id ut novum atque inusitatum notaret in Eusebio Theodoritus. Tiaram igitur sumpsit Eusebius, more Syrorum ac Persarum, qui caput tiarâ tegebant adversus solis ardorem. Tertium quod hic notandum occurrit, est ordinatio non solum Presbyterorum ac Diaconorum, verum etiam Episcoporum. Quæ omnia cùm sint contraria legibus Ecclesiasticis, extra ordinem gesta sunt ab Eusebio Samosatensi, divino Spiritu ad hæc eum impellente, ut Arianorum furori obsisteret. Hujusmodi plurima, & tunc, & alias gesta sunt à præstantissimis Episcopis. Qui ubi Christianam Religionem periclitari videbant, parvi pendere solebant regulas & canones Ecclesiæ, dummodo Ecclesiam ipsam salvam atque integram conservarent. Itaque in hujusmodi discriminibus valebat hæc regula: Salus Ecclesiæ suprema lex esto.

In Caput XIV.

Ἑσπερινὴν λειτουργίαν. Epiphanius & reliqui interpretes de vespertino officio hunc locum intellexerunt. Ego vero de Missarum vespertinarum sacrificio malim intelligere. Etenim λειτουργία non nisi de Missarum solennibus usurpari solet. Vespertinæ autem Missæ fiebant in Quadragesima. Qui mos diutissimè permansit in Ecclesia, ut docet Amalarius in lib. de Eccl. officiis cap. 7.

παρ' αὐτὰς γδ. In codice Savilii & in editione Basiliensi rectius scribitur παρ' αὐτὴν γὰρ τὰς ΘΠ πεισόλῳ.

Pag. 167. χὴ πύῤῥῳ κειμένῳ. In editione Basiliensi & in MS. codice Savilii legitur χὴ ἐκὰς κειμένῳ, quod verius puto. Nam Theodoritus poeticis vocabulis uti solet.

In Caput XV.

τῇ πλὴ πόλιν εἰκόντων. Codex Savilii vocem interserit hoc modo, πλὴν πόλιν ἐκείνῳ εἰκόντων.

ἐν τοῖς θόλοις. Sic loquitur Ammianus Marcellinus in lib. 28. *Tales ubi comitantibus singulos quinquaginta ministris tholos introierint balneorum*, &c. & ante illum Athenæus in lib. 11. βαλανείων θόλους dixerat.

Pag. 168. διὰ τῶν τ' ὀνῶ ποδῶν διαζῆναι. Rectius in MS. codice Savilii & in editione Basiliensi legitur ἐκκυλισθῆναι. Non enim est proprium pilæ διαβαίνειν sed κυλίεσθαι.

πῦρ' ἀναψαντες. Posset scribi πυρὰν ἅψαντες & fortasse rectius. Sequitur enim χὴ πλὴν σφαῖραν διὰ τῆ πυρὸς ἀκοντίζαντες. Esset autem inelegans, eandem vocem in eadem linea bis repetere. Scio quidem Jacobum Sirmundum edidisse διὰ τὸ φλογὸς ἀκοντίσαντες. Sed nostri codices reclamant.

τῆς ἐυσεβίου συζυγείας. Mallem scribere τῆς ΘΥ συζυγείας κοσμικῆΘ, ut legisse videtur Epiphanius Scholasticus.

Ἰωβιανὸς. Jacobus Sirmundus edidit ἰωβῖνΘ ex altero codice Regio, cujus variantes lectiones ad calcem editionis suæ Robertus Stephanus adjecit. Nostri tamen codices & Epiphanius Scholasticus vulgatam scripturam tuentur.

Pag. 169. δεξιᾶς δεξαμένης μισθεία. Jovianus Episcopus Pergæ, cum Arianis aliquandiu communicaverat. Communionis autem inter Episcopos hoc erat Symbolum, ut alter ab altero acciperet Eucharistiam. Hujus rei exemplum occurrit apud Evagrium in libro 1. cap. 13. Aversatur ergo Antiochus dextram Joviani, quæ ab Arianis Sacerdotibus Sacramenta susceperat.

In Caput XVI.

Φιλῷ ᾧ τούτῳ ὀνόματι. Sic legitur in noſtris codicibus & apud Nicephorum in lib. II. cap. 22. Magis tamen placet ſcriptura quam ex altero codice Regio Robertus Stephanus in variis lectionibus exhibuit. εἰς φρούριον ἔχυρον τοῖς ἐκεῖ γειτονεύουσι βαρβάροις, φίλῳ ᾧ τούτῳ ὄνομα, &c. Quomodo etiam edidit Jacobus Sirmundus. Ita certè legit Epiphanius Scholaſticus, ut ex verſione ejus apparet. Sic enim ille: *Quoddam caſtrum extremum, barbaris vicinum, cui nomen eſt Pheno, Senex dignus cœleſti urbe deductus eſt.* Eſt autem Phæno ſeu Pheno viculus Palæſtinæ, in quo erant æris metalla ad quæ noxii damnabantur, ut ex Euſebio, Athanaſio & Hieronymo notavit pridem Ortelius.

In Caput XVII.

Pag. 170. Καὶ παίγνιον. Codex Savilii ſcriptum habet γέλωτα νομίζει καὶ παίγνιον. In editione Baſilienſi legitur καὶ παιδιάν.

In Caput XVIII.

Pag. 171. Τούτων κοινωνῆσαι ὑμῖν παρῆτεσα. Prima vox expungenda eſt, utpote ſuperflua. Certe in editione Baſilienſi non habetur.

τὰ ἐννομίᾳ γράμματα πεπαιδευμένῳ. Ita legitur in omnibus noſtris exemplaribus. Nec aliter in ſuo codice ſcriptum repererat Epiphanius Scholaſticus. Sic enim vertit: *Protogenes autem Eunomii litteris eruditus.* Sirmundus tamen ex Regio codice cujus variantes lectiones Stephanus nobis exhibuit, locum emengavit hoc modo: τὰ ἐκνόμια γράμματα πεπαιδευμένῳ, & ſic vertit: *Legitimis litteris eruditus.* Quod quid ſibi velit neſcio. Mallem certè ita interpretari: Legalibus litteris eruditus. Certe Nicephorus in lib. II. cap. 23. Cum hunc Theodoriti locum deſcriberet, pro iis verbis quæ retuli, hæc ſubſtituit ὁ ᾧ πρωτογένης, τὰ ἱερὰ γράμματα ἐκπεπαιδευμένῳ. Sed & quæ ſequuntur in Theodorito, hanc emendationem confirmant. Ait enim Protogenem cum ſacris litteris apprimè inſtructus eſſet, ac præterea notarum peritus, ludum litterarium aperuiſſe, ut pueris artem ſcribendi traderet: & hac occaſione eos ſacras litteras edocuiſſe.

Pag. 172. δεσποτικῷ ὑπὸ θεῖναι σφραγῖδα. Id eſt, *Baptiſmum conferret.* Veteres enim Baptiſmum vocabant σφραγῖδα, ut notavi ad Hiſtoriam Euſebii. Cæterum Protogenes ideo hunc honorem tribuebat Eulogio, quod Eulogius ſenior eſſet Presbyter, & primus Presbyterorum Eccleſiæ Edeſſenæ, ut indicat Theodoritus. Eulogium enim vocat ἡγούμενον πάντων, hoc eſt Archipresbyterum.

In Caput XIX.

Pag. 173. Βασιλεῦ ὁ μέγας. Duæ poſtremæ voces abſunt ab editione Baſilienſi, rectè ut opinor. Sufficit enim elogium quod proximè ſequitur.

A πρὸς τὸν ζωὸν τοῦτον ὑποστρέψειν. In MS. codice Henrici Savilii & in editione Baſilienſi legitur ἀναστρέψαι, recèiùs ni fallor.

ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ. Valens Epiphaniorum die in Eccleſiam Cæſarienſem ingreſſus eſt, & conſueta dona obtulit ad altare, & intra velum admiſſus, Baſilium auſcultavit, ut narrat Gregorius Nazianzenus in orat. funebri de laudibus Baſilii. Verum Gregorius hæc omnia contigiſſe teſtatur, priusquam Valentis filius in morbum incidiſſet. Cui quidem utpote oculato teſti, fidem habere malim quam Theodorito.

δημοσθένης τῶν βασιλικῶν πρωτοθρόνων ἦν. Hujus Demoſthenis mentionem facit Gregorius Niſſenus in lib. I. contra Eunomium, ubi hanc Baſilii cum Valente ac Modeſto ejus Præfecto congreſſionem deſcribit. Verba ejus hæc ſunt: ὥστε τοίνυν δίχα τῶν μαγείρων ναυβάρχαν εἶναι τὴν ἱεροσολύμων ποτὲ ἀστύρει τὸν ναὸν καθαίρουσιν τῶν Ἰσραηλιτῶν κατειργάζετο, ὅτου καὶ δημοσθένει τινὶ τῷ θείᾳ τέχνῃ τελεσμένῳ καὶ τῶν μαγείρων ἄρχοντι, ὡς ἐταμιεύσῃ τῶν ἄλλων τὸ τοιοῦτον ὑπουργίαν προσάξας, κρατοῦντι δὲ τοῦτο καὶ παντὸς ἰσχυρίματος. Caſtrenſem ſacri Palatii intelligit. Sic enim vocabatur hæc dignitas. Eundem Demoſthenem tacitè deſignat Gregorius Naz. in orat. funebri jam citata, Nabuzardan eum appellans perinde ac Gregorius Niſſenus. Vide Baſilium Magnum in epiſtola 308.

τὸ σῶμα ἅπαν λελωβημένοι. Epiphanius Scholaſticus hæc verba de leproſis expoſuit, rectè ut opinor.

πρώτιστον τῶν ἁλόντων προσελθών. Ter omnino à Valente impugnatus eſt Baſilius. Prima incurſio fuit, dum Baſilius adhuc eſſet Presbyter Cæſarienſis Eccleſiæ, ut refert Gregorius Naz. in orat. funebri de Laudibus Baſilii. Secunda ac tertia incurſio Valentis in Baſilium aliquandiu poſt contigit, cùm Valens veniſſet Cæſaream, & Baſilius ejuſdem loci Epiſcopatum adminiſtraret. Primum quidem Valens Demoſthenem & alios ex Palatio ſuo, Modeſtum denique Præfectum Prætorii adverſus eum immiſit. Qui cùm nihil profeciſſent, Valens conſtantiam Baſilii miratus, ab ejus oppugnatione paulùm deſtitit, & in Eccleſiam in qua Baſilius collectas habebat, feſto Epiphaniorum die intravit. Poſtrema incurſio fuit, cùm Valens ab Arianis impulſus, Baſilium Epiſcopatu pelli & in exſilium mitti præcepit. Cumque præceptum Imperatoris ea de re perſcriberetur, morbus filii Imperatoris conſilium illud interrupit, ut teſtatur Gregorius in orat. funebri.

πάλιν ἦλθεν αὐτός. Olim ſuſpicabar ſcribendum eſſe αὐτόσε, ut legiſſe videtur Epiphanius Scholaſticus. Sic enim vertit: *Cum vero poſtea reverſus illuc fuiſſet*, &c. Utrum autem tertia hæc Valentis incurſio alio anno contigerit quam ſecunda, mihi quidem incompertum eſt, cùm nec Gregorius, nec Theodoritus id dixerint.

In Caput XX.

Pag. 175. Εἰς τὸ πόνων ἐλευθέραν. In MS. codice Henrici Savilii & in editione Baſilienſi aliter ſcribitur hic locus, hoc ſcilicet modo, εἰς τὸν ἄπονον καὶ ἐλευθέραν βιοτὴν, quod magis placet.

τὸ ἐντέλει καὶ ἀξιώματι. Codex Savilii & Baſilienſis edi-

editio hic quoque scriptum habent ἠ ἀξιωμάτων. Sæpius in hac voce à Librariis peccatum esse jam supra observavi. ἀξιωμάτων vero positum est pro ἀξιωματικῶν.

In Caput XXI.

Pag.176. Καλλίστων ἱφοδίων. Magis placet scriptura codicis Saviliani, in quo legitur φορτίων, quomodo etiam edidit Jacobus Sirmundus.

Pag.177. πάντοθεν παρ' ὑμῶν. Codex Savilii scriptum habet πανταχόθεν, quemadmodum edidit Jacobus Sirmundus. Et Paulo post ubi legitur κυλινδούμενοι, idem codex & editio Sirmundi præferunt καλινδούμενοι.

In Caput XXII.

Pag.178. Λόγων ὑπὲρ ἀσελγείαν. Codex Savilii scriptum habet ἀσέβειαν. Epiphanius tamen Scholasticus vulgatam lectionem tuetur.

ὡς δὲ κρυπτὸ. Nescio quid sibi voluerit Sirmundus, hunc locum ita vertens: *Strepitum insolentem de navibus velut è scatebra, ut ita dicam, fundentes.* Nec melius Christophorsonus qui sic vertit: *Velut ex aquæductu, ut ita dicam, erumpentem.* Pessimè verò Epiphanius Scholasticus interpretatus est hoc modo: *Et ut ita dicam, fœtorem veluti de quodam cuniculo profundentes.* Magis placet interpretatio Camerarii qui sic vertit: *Obscœnos per nares sonos, clarum & quasi, ut ita dicam, de aqua fistulis ejaculantes*, κρυποὶ enim propriè sunt tubi seu salientes, ex quibus aqua in subjectum canalem effunditur.

τύπον ἀγλῶν ἀῤῥήτων. Postrema vox deest in cunctis exemplaribus, tam MSS. quam impressis: Primumque à Genevensibus Typographis addita est ex conjectura Christophorsoni, quam confirmat Epiphanius Scholasticus. Sirmundus tamen cùm eam è Græco textu expunxisset, in versione sua retinuit.

ζυμωὰς πάσῃ τὴν πόλιν. Scribendum puto ζυμωὰς ἀνὰ τὴν πόλιν ἰθεσάμβευον.

ὡδὲ τῇ ταφῇ ᾠδῇ δὲ ὠδῇ. Codex Savilii scriptum habet ὡδὶ τῇ ὁσίᾳ ᾠδῇ δὲ ὠδῇ. Quomodo etiam edidit Jacobus Sirmundus.

Pag.179. ϛοιβῇ κῇ τὸ γεγραμμένον. Hunc locum feliciter mihi videor restituisse hoc modo, ϛιβίλῳ καταγεγραμμένον τὰς ὀφθαλμύς. Proprium olim erat Cinædorum, oculos stibio delinire, quod Græci ϛιβίζειν dicunt uno verbo. Græci enim ϛίβην dicunt & ϛίμμιν. Eschius in Lexico ϛίβη χρῶμα μεταλλικὸν μέλαν. Ion in Omphale.

ἠ τὴν μέλαιναν ϛίμμιν ὀμματογράφον. Quare hoc loco ϛίβη scribi potest.

τὴν ἀῤῥένα φύσιν ἐξαρτησαμένων. Cinædum intelligit. Sic enim Cinædos designare Græci solent. Certè Polybius lib. 4. pag. 273. Babyrtam quendam Cinædum ita describit: ἀνδρωπῶ ἀσυρὶς τ ἐξηρτημένων τὸν ἀνδρα κατὰ πάντα τρόπον. Sic enim legendus est locus ille quem Casaubonus non intellexit.

κομητατησίων ἢ λαργιτιόνων. Thesauri Principis qui vulgo sacræ largitiones dicebantur. Alii erant per singulas Diœceses, quibus præerant Comites. Alii erant in comitatu unà cum ipso Principe, qui comitatenses largitiones dicebantur. His præerat Comes largitionum comitatensium. Erant autem omnes isti comites sub dispositione viri illustris Comitis sacrarum largitionum, ut docet notitia utriusque Imperii. Hic Comes largitionum comitatensium, Officiales sub se habebat qui Largitionales Comitatenses dicebantur, quorum mentio fit in lege 6. codice Th. de diversis Officiis: *De largitionalibus comitatensibus & Officialibus Rationalis rerum privatarum custodiri præcipimus* &c. Sic enim scribendus est locus ille, qui vulgo corruptus est. Pag.180.

πῶς οὐχ' ὅπως. Codex Regius cujus variantes lectiones edidit Stephanus, scriptum hic habet πῶς γὰρ οὐχί. Quomodo etiam edidit Jacobus Sirmundus, rectè procul dubio.

προσφάτῳ τολμᾷ σεβεῖν θεῷ. Sirmundus ex eodem codice Regio edidit πρόσφατον θεόν. Sed nihil opus erat hac emendatione, cùm utrumque dici possit. Recentem verò Deum Petrus hic appellat Christum, juxta sensum Arianorum, qui eum Creaturam esse dicebant, non autem ab æterno Deum fuisse. Vide quæ sequuntur paulo post in Confessione Presbyterorum Ecclesiæ Catholicæ; ubi leguntur hæc verba: ἡμεῖς ὅτι μὲν λυ, ὅτι πρόσφατον σέβοντες θεὸν &c. Sic enim legendum est ex codice Savilii & ex editione Basiliensi.

ἀπάτορες. Hunc locum feliciter mihi videor vertisse. Nam cùm reliqui interpretes, Epiphanius scilicet, Christophorsonus ac Sirmundus patre carentes interpretati sint; Ego Græcam vocem uno Latino vocabulo expressi, Spurios vertens. Atque ita etiam ante nos vertit Joachimus Camerarius hoc modo: *Nostri igitur totius orbis Patres, à quibus alienati isti Spurii sunt.* Certè Plutarchus in quæstionibus Romanis disertè testatur, τὰς ἀπάτορας à Romanis vulgo appellari Spurios vel Spurii filios. Pag.182.

ἐκ τῆς αὐτῆς οὐσίας. In MS. codice Henrici Savilii & in editione Basiliensi legitur ἐκ τῆς ἀπὸ οὐσίας, quemadmodum legisse videtur Epiphanius Scholasticus. Nos tamen nihil mutare voluimus, propterea quod utrobique idem sensus est.

ἀθλητὰς θεασαμένη. In editione Basiliensi scriptum inveni θεασάμενοι non male. Mallem tamen scribere θεασόμενοι vel θεασομένη, ut legit Epiphanius.

δι' ἀπειλῶν καὶ ἀπάτης. In variis lectionibus quas ex altero codice Regio collegit Stephanus, legitur δι' ἀπειλῶν καὶ βασάνων. Quemadmodum edidit Jacobus Sirmundus. Paulò post ubi legitur τῇ προφανεῖ δυσεβοῦς τῶν ἀρειομανιτῶν, Sirmundus ex eodem codice regio edidit τῇ προφανεῖ αἱρέσει, quod minus probo.

σωρὸν τοῖς κύμασι. Primam vocem Sirmundus in editione sua delevit ut superfluam. Extat tamen in omnibus nostris codicibus. Ego levi mutatione locum ita restituendum puto: ἀὶ τ ἀπάντων βοαὶ, τῆς ἐπαφριζούσης θαλάσσης τὸν Pag.183.

προσρησσομένων ὁρῶν τοῖς κύμασι κτύπον ἐκάλυπτον, A posset etiam scribi τῶν προσρηγνυμένων ἀνέμων. Sic enim supra locutus est Petrus de Magno comite largitionum κἂν προσρήξῃς ὡς ἄνεμος βιαίῳ. Cæterum ita codice Savilii & in editione Basiliensi scribitur τῷ κύματι.

ξαινόμενοι. Basiliensis editio habet ξιόμενοι. Et paulò post ubi legitur φοικονησίοις scriptum habet φοικονησίοις, ut & codex Savilii. Utrumque tamen dici potest, ut testatur Author Etymologici.

Pag.184. ΜΕΤΑ ΤΟΥ ΑΓΑΠΗΤΟΥ ἡμῶν Δαμάσου. Mortuo Athanasio, cùm Petrus in ejus locum successisset, statim litteras synodicas, seu communicatorias scripsit ad Damasum Romanæ urbis Episcopum, quibus & ordinationem suam ei significabat ex more, & persecutiones Arianorum ac Gentilium quibus vexabatur, narrabat. His litteris respondens Damasus, litteras communicatorias simul & consolatorias misit ad Petrum per quendam Diaconum urbis Romæ, ut testatur Petrus in hac Epistola. Ex quo apparet, inter ordinationem Petri ac fugam, satis longum temporis spatium intercessisse. Nec probabilis videtur Baronii sententia, qui ordinationem ac fugam Petri in eundem annum contulit Christi scilicet 372. Quanquam Socrates mortem Athanasii ac Petri ordinationem anno citius refert. B

ὁς φονίων βασάνοις ἐπέκεινα κοινωνήσας. Interpretes hæc verba sic construunt, ut φονίων referatur ad ἐπέκεινα. Nam Camerarius ita vertit: *Qui magis quam ullus homicida tortus.* Nec aliter Christophorsonus & Sirmundus. Verum si ita construeris, quomodo ferri poterit hæc locutio κοινωνῆσαι βασάνοις. Quare magis placet versio Epiphanii qui sic transtulit: *Et homicidarum verberibus coæquandus.* Vox igitur ἐπέκεινα transponenda est hoc modo, φονίων βασάνοις κοινωνήσας, ἐπέκεινα λίθοις, &c. C

τοῖς κατὰ φίννησον μετάλλοις. In altero codice Regio, cujus variantes lectiones edidit Stephanus, scriptum est καταφίννης una voce, quemadmodum edidit Jacobus Sirmundus. Malim tamen legere κατὰ Φίννον. De his metallis Eusebius in libro de locis Hebraicis ita scribit, φινὼν ἦν κατώκησεν Ισραὴλ ὅπι τὴν ἐρήμην· ἦν δὲ καὶ πόλις Ἐδώμ. ἔστι δὲ φαινῶν, ἔνθα τὰ μέταλλα τοῦ χαλκοῦ, μεταξὺ κειμένη πέτρας πόλεως καὶ ζοορῶν.

τινὲς μὲν παρ' αὐτὰ μεμινήκασιν. Interpretes vocem τινὲς interpretati sunt de pueris qui mortui, remanserunt sepulturæ expertes. Malim tamen de Officialibus præsidis intelligere, qui custodes appositi erant cadaveribus mortuorum, ne quis ea sepulturæ mandaret. D

Pag.185. ΜΕΤΑ ΠΑΝΤΩΝ ἀποκεκρυμμένοι. Epiphanius Scholasticus hæc verba in interpretatione sua prætermisit. Camerarius autem ita vertit: *Sed cùm omnino illos conatus ergo cunctos sui frustrarentur.* Christophorsonus verò sic interpretatur: *Atqui cùm in eo quòd conabantur, ab omnibus se destitutos viderent.* Jacobus autem Sirmundus Camerarium secutus ita transtulit: *In universum ergo cùm omnia frustrà conarentur.* Ego verò scribendum puto ἀποκρυβέντες, quam lectionem in versione mea secutus sum. Id autem optime convenit cum præcedentibus. Ait enim Petrus Arianos instar diaboli circumeuntes, quæsiviſse quem seducerent ac devorarent. Sed cùm ab omnibus repellerentur, in aliquot Episcopos & Clericos iram suam vertisse & rabiem effudisse.

δικάζοντας. Post hoc verbum integram pericopen adjecimus ex variis lectionibus, quas Robertus Stephanus ad Calcem editionis suæ descripsit ex altero codice Bibliothecæ Regiæ, quæ sic habet καὶ λόγῳ καὶ πράξει τὰς ἡδονὰς ὑποτάξαντας. Ita certè in suo codice legerat Epiphanius Scholasticus, ut ex versione ejus apparet. Sic enim vertit: *Virus penè ab infantia usque ad senectutem eremum incolentes, verboque superantes & actu libidinem.* Ita quoque edidit Jacobus Sirmundus.

ἐισδεξάμενοι νόσον. In Manuscripto codice Henrici Savilii scriptum est ἐισδεξάμενοι λύτλαν, quomodo etiam legitur in codice Regio, cujus variantes lectiones edidit Stephanus. Ita quoque in suo codice legerat Epiphanius, ut ex ejus interpretatione colligitur, quæ sic habet: *Hi namque rabie coarmati blasphemiæ.*

In Caput XXIII.

τῇ ῥωμαίων ἡγεμονίᾳ. Miror interpretes non Pag.186 animadvertisse vitium hujus loci. Neque enim vicinas Romano Imperio regiones populabantur Saraceni, sed ipsas Imperii Romani provincias sibi vicinas vastabant. Legendum igitur est hoc loco τὸν ῥωμαίων ἡγεμονίας, ut scriptum est in exemplari Regio, cujus variantes lectiones edidit Stephanus.

ἐκείνη γὰρ μᾶλλον ἐπιλαζεν. Henricus Savilius ad latus sui codicis annotavit, scribendum videri ἐκείνῃ in Dativo. Quod mihi non displicet.

ὁ δὲ φονίων ἴκνει. Hunc locum correxi ex duobus MSS. codicibus, Regio & Saviliano, in quibus legitur φονῶν, quomodo etiam edidit Jacobus Sirmundus. Quod autem sequitur τὸ παυσάμενον πόλεμον, de bello inter Romanos & Saracenos intelligendum est.

In Caput XXV.

καθάπερ τινες προβόλοι. Epiphanius vertit propugnacula, Camerarius turres. Sed magis placet Christophorsoni ac Sirmundi interpretatio, qui rupes verterunt. Harpocratio in lexico, προβολή, inquit, αἱ εἰς θάλασσαν ἐγκείμεναι πέτραι, καθάπερ ἀκταί τινες. Ubi scribendum puto ἄκραι τινες. Utitur hac voce Demosthenes in oratione περὶ τοῦ ἐν Χερρονήσῳ, & in Philippica x. sub finem, ἀπὸ ἀνάγκαιον τοὺς ὥσπερ προβόλοις προσπλέοντας ὑγιεῖζον ἐκείνους. Idem Demosthenes in orat. 1. contra Aristogitonem in fine eadem voce utitur μὴ δὲ προὸς ἐς αὐτὸς ἐχθρὰς λιμένας καὶ προβόλων ἐνέπλησαι, προὸς τούτοις προσοφείλω, ubi vides hanc vocem in malam partem sumi, ad noxam potius quàm ad tutelam. Utuntur hac voce etiam Aristides in Panathenaico, Libanius in Basilico, & Heliodorus in fine libri 8. Sed

Sed & moles in mare projectas, quas nos vulgo A digas vocamus, Græci ita appellant, ut docet Procopius in lib. 4. de ædificiis. ὁρὸς δὲ θαλάτ῀ προβόλας τεκτηναμένοι βραχεῖς, ὅσπερ καλεῖν νενομίκασι μώλας.

Pag. 188. κριμάσαι. Hic Sirmundus aliquot voces inseruit ex codice Regio, hoc modo, ὅπ῀ ταῖς ἰτέαις κριμάσαι, &c. Quod non displicet.

εἰς τὸ πολεμικὸν γυμνάσιον. Hunc locum non intellexerunt Interpretes, qui hæc per metaphoram dici existimarunt. Atqui Theodoritus nulla hic Metaphora utitur, sed intelligit locum extra urbem, in quo milites exerceri solebant. Qui locus vulgo Campus dicebatur; unde Campiductores & Campigenæ dicti teste Vegetio. Sane Antiochiæ locus fuit ita dictus extra portam Romanensem, in B quo milites Romani exercebantur quotidie. Ejus loci fit mentio in libello quem Ariani porrexerunt Imperatori Joviano adversus Athanasium, cùm Imperator per hanc portam iret ad campum. Extat hic libellus in 2. Tomo operum Athanasii: πρώτη ἐντυχία ἣν ἐποιήσατο, ἀπερχομένῳ τῷ βασιλεῖ εἰς κάμπον ἐν τῇ ῥωμαικησίᾳ πύλῃ. Et paulo post ἀκούσας ὁ βασιλεὺς ἐπέτρεψε τὸν ἵππον, καὶ ἀπῆλθεν εἰς τὸν κάμπον.

τὴν ἀνδρείαν προσέφερε. Vox ἀνδρείαν prorsus aliena est ab hoc loco. Comparat enim Theodoritus Diodorum vasto cuidam fluvio, qui suos quidem irrigabat, hostes verò submergebat. Itaque Sirmundus pro ἀνδρείαν, hoc loco substituit ἀρδείαν, parum felici conjectura ut equidem sentio. Neque enim puto ἀρδείαν Græcè dici, sed potius ἄρδευσιν. Mallem igitur ὑδρείαν rescribere. Sed de hoc studiosi pro arbitrio suo judicabunt. Porrò in editione Basiliensi scriptum inveni τοῖς μὲν οἰκείαν τὴν ἀνδρείαν προσέφερε, quod non probo.

τὰ βέλη προέφερεν. In Manuscripto codice Savilii & in editione Basiliensi scriptum inveni προσέφερεν, quod magis placet.

In Caput XXVI.

Pag. 189. Εἰς τὸ πολεμικὸν ἀπῆει γυμνάσιον. Campum intelligit in quo milites Romani à Campidoctoribus exercebantur. Illic enim Orthodoxi cùm ex urbicis Ecclesiis pulsi essent, sub Flaviano ac Diodoro Collectas agebant, ut supra narravit Theodoritus. Vide quæ notavi ad caput superius. Ex quo discimus, portam illam urbis Antiochiæ cujus hic D fit mentio, dictam esse Romanensem.

κατὰ τὸν μοναδικὸν νόμον. Magis placet scriptura codicis Saviliani, in quo legitur μοναχικὸν.

ὁ δὲ ἀπειλήσας ἐσίγησεν. Verbum ἀπειλήσας delendum videtur. Neque enim Valens quidquam minatus est Aphraatæ. Vide Theodoritum in Philotheo pag. 816.

In Caput XXVII.

Pag. 190. Παῦ τὸ τῆς πόλεως πλῆθ῀. Interpretes hæc verba de conversione totius populi acceperunt. Malim tamen intelligere de populi multitudine quæ Juliani videndi causa in Ecclesiam confluxerat. Sententiam nostram confirmat Joannes Chrysostomus in Homilia 21. in Epistolam Pauli ad Ephesios; ubi scribit de hoc Juliano Monacho, eo in aliquam urbem ingrediente tantum fuisse hominum concursum, quantus nunquam antea visus esset, ne in Imperatorum quidem adventu τότε εἰς τὰς πόλεις ἐμβάλλοντ῀. σπανιάκις δὲ τοῦτο ἐγίνετο ὅτε ῥητόρων, ὅτε σοφιστῶν, ὅτε ἄλλ῀ τινὸς εἰσελαύνοντ῀ τοιαύτη τῆς ἐγίνετο συρροή· τίδη λέγω, ὐχὶ παντῶν βασιλέων. Sic enim locus ille distinguendus & exponendus est.

In Caput XXVIII.

Τραϊανὸς ὁ ῥατηγός. Optime Epiphanius Scho- Pag. 191. lasticus Trajanum Magistrum militum interpretatus est. Is est Trajanus, de quo sæpius loquitur Ammianus Marcellinus in rebus Valentis Augusti.

ἡ τὸ ὄρος δῖ. Montem Casium intelligit, qui proximus erat urbi Antiochiæ, quam Theodoritus μεγίσ῀ πόλιν appellat hoc loco & in superiori capite.

In Caput XXIX.

Τὰς τε πολυχιδεῖς. Mallem scribere πολυχιδεῖς, Pag. 192. id est multifidos errores. Suidas & Hesychius πολυχιδὴς interpretantur πολυμερὴς, εἰς πολλὰ μεμερισμέν῀. C

ἃ μόνον τὰ γράμματα. Idest, sacræ Scripturæ non litteralem modò, sed allegoricum etiam sensum perdidicit. In codice regio cujus varias lectiones edidit Stephanus, scriptum est τὰ ῥήματα.

In Caput XXXI.

πρὸς τὸν ἀδελφόν. Errat hic Theodoritus. Nam Pag. 193. Valentinianus Imperator, frater Valentis Augusti jam è vivis excesserat, tunc cùm Gothi trajecto Danubio Thraciam vastarunt, & Imperator Valens, relictâ Antiochiâ Constantinopolim venire compulsus est. Itaque pro Valentiniano Gratianum dicere debuerat Theodoritus, & ἀδελφιδ῀ ponere pro ἀδελφόν.

In Caput XXXIII.

Διαιέμων τὸν πόλεμον. Christophorsonus nescio Pag. 194. quos codices secutus, δαιμαίνων legit. Atque ita etiam edidit Jacobus Sirmundus, vertitque bellum reformidans. Nostri tamen codices nihil mutant; Et Epiphanius Scholasticus vulgatam lectionem tuetur. Sic enim vertit: *Primum quidem Constantinopoli commoratus est, præparant bellum.*

ἀλλὰ

ἀλλὰ σὺ φρονεῖ. Rectius in altero codice Regio legitur φρόν duabus syllabis, quomodo etiam edidit Jacobus Sirmundus. Regulariter tamen dicendum esset φρόνις.

ἀλήθειαν συνεζευγμένοις. In MS. codice Henrici Savilii scriptum est συνεζευγμένην, quemadmodum edidit Sirmundus. Sed cùm nullus in hac lectione sit sensus, totum locum malim ita scribere: μὴ χαλεπαίνειν παρήνει ἂν ἐλέγχοις τῇ ἀληθείᾳ συνεζευγμένοις. Nihil clarius est hac lectione, nihil certius.

HENRICI VALESII ANNOTATIONES IN LIBRUM QUINTUM HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ THEODORITI.

In Caput II.

Pag. 199. Νόμον γὰρ ἔγραψε. Extat ea lex Gratiani in libro XVI. codicis Theodosiani, Titulo de fide Catholica. Quanquam in codice Theodosii, ea lex non Gratiano tribuitur, sed Theodosio, & Thessalonicæ data esse scribitur Gratiano Augusto V. & Theodosio Coss. Lex autem Gratiani cujus hic meminit Theodoritus, lata erat ante principatum Theodosii. Etenim Sapor Magister militum à Gratiano missus est in Orientem, ut hanc legem executioni mandaret, quemadmodum scribit Theodoritus. Quod certè nunquam à Gratiano præsumptum fuisset, si tunc temporis Theodosius Orientis imperium obtinuisset. Porro lex Theodosii quâ Basilicas ademit hæreticis, memoratur à Marcellino in libello precum quem obtulit Theodosio pag. 82.

μετὰ λιβέριον γάρ. In codice Savilii scribitur μετὰ λιβέριον δὲ, quomodo etiam edidit Jacobus Sirmundus.

Pag. 200. ἔως ἀνήφθη. In codice Saviliano, & in editione Basiliensi scriptum inveni ἕως ἠγέρθη quod magis probo. Hæc enim controversia non tunc primum exorta est, sed jam div ante excitata fuerat; quo tempore Paulinus à Lucifero ordinatus erat Episcopus.

In Caput III.

Pag. 201. Μίαν τῆς σαρκὸς καὶ τῆς θεότητος φύσιν. Hæresin Eutichetis intelligit, quam ex Apollinare prognatam esse dicit, quod testatur etiam Liberatus Diaconus & alii.

τὸ τῇ θεότητι τὸ μονογενὲς προσάψαντες τὸ πάθος. Theopaschitas intelligit, seu Deipassianos, qui sub Imperatore Anastasio ingentes tumultus in Ecclesia excitarunt, ut refert Marcellinus in Chronico, Zonaras, Theophanes, & alii. Hic autem tumultus ex hac occasione ortus est. Simulatque Sacerdos ad altare accesserat, Hieropsaltes ex Pulpito hymnum quendam cantabat quem τρισάγιον vocabant. ἅγιος ὁ θεὸς, ἅγιος ἰσχυρὸς, ἅγιος ἀθάνατος, quem hymnum Proclus Constantinopolitanus Episcopus ab Angelis per revelationem didicerat, ut scribit Jovius Monachus in lib. 6. cap. 25. apud Photium in Bibliotheca. Huic hymno Orientales hanc appendicem subjiciebant; ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς, ad Jesum Christum referentes. Sed Constantinopolitani & Occidentales illud additamentum rejiciebant, ne qua passio Trinitati consubstantiali attribueretur. Itaque pro appendice illa ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς, accinebant ista ἡ ἁγία τριὰς ἐλέησον ἡμᾶς, ut testatur Ephræmius Patriarcha Antiochenus apud Photium.

σὺ δὲ ἄττικρυς τῶν ὑποστάσεων. In Antiochena Ecclesia inter Catholicos partis Meletii & partis Paulini ingens fuit controversia de vocabulo Hypostasis: Cùm alii tres hypostases assererent in Trinitate, Meletiani scilicet: Alii vero, Eustathiani scilicet, unicam dicerent hypostasin, hoc nomine substantiam intelligentes. Itaque cùm de nomine tantum dissentirent, in re autem ipsa ambo inter se convenirent, Athanasius in Alexandrino Concilio eos inter se conciliaverat, decernens ut sola fidei Nicænæ professio exigeretur, suppressa Hypostaseων mentione, ut videre est in Epistola Synodica Athanasii ad Antiochenos. Post hujus tamen Concilii decretum mansit hæc controversia in Ecclesia Antiochena, ut testatur Hieronymus Epistola 57. ad Damasum his verbis: *Post Nicænam fidem, post Alexandrinum junctio pariter Occidente decretum, trium hypostaseων ab Arianorum Præsule & campensibus, novellum à me homine Romano, nomen*

nomen exigitur. &c. Ubi per Arianorum Præsulem Hieronymus designat Meletium, eò quòd ab Arianis fuerat ordinatus. Per Campenses autem, vel Meletii sectatores intelligit, vel certè Apollinaris ac Vitalis sectatores, qui extra urbem in campo Collectas agebant. Ex iis apparet, verum esse quod hic scribit Theodoritus, Paulinum scilicet tres hypostases negasse, nec tamen eum dissensisse à Damaso. Paulinus enim perpetuò communionem cum Damaso retinuit, ut docet Epistola Aquilejensis Concilii à Sirmundo edita. Sed hypostasis nomine substantiam intelligebat, teste Hieronymo in Epistola supradicta.

Pag.202. ὁ δὲ παυλῖνος οὐχ ὑπήκουσεν. Non assentior Theodorito, qui hanc conditionem quam Meletius Paulino obtulerat, repudiatam esse dicit à Paulino. Sed contrà est Socrates atque Sozomenus, qui id ex compacto convenisse scribunt inter Meletium ac Paulinum, ut altero ipsorum decedente nullus in locum mortui subrogaretur. Idem etiam scribitur in Epistola Concilii Aquilejensis ad Theodosium Imperatorem, his verbis: *Oblatas Pietati vestræ opinamur preces nostras, quibus juxta partium pactum (ita enim scribendum est) popposcimus, ut altero decedente, penes superstitem Ecclesia permanerent, nec aliqua superordinatio attentaretur.* Et iterum in Epistola 5. Concilii Italiæ ad eundem Theodosium ita scriptum est: *Scripseramus dudum, ut quoniam Antiochena civitas duos haberet Episcopos Paulinum atque Meletium, quos fidei concinere putabamus, aut inter ipsos pax & concordia salvo ordine Ecclesiastico conveniret, aut certè si quis eorum altero superstite decessisset, nulla subrogatio in defuncti locum superstite altero gigneretur.* Falsum est igitur quod hic scribit Theodoritus Paulinum hanc conditionem non admisisse. Quare meritò Theodoritus reprehenditur à Baronio ad annum Christi 378. quòd Meletio & Flaviano nimis addictus, Paulinum temerè ac falsò insimulaverit.

ὁ δὲ γρατηγὸς μελετίῳ τὰς ἐκκλησίας παρέδωκεν. Id sic intelligendum puto, non ut Paulinus Ecclesia sua spoliatus sit quam habebat Antiochiæ: Sed ut Ecclesiæ quas Euzoius Arianorum Episcopus Antiochiæ obtinuerat, traditæ fuerint Meletio juxta Gratiani rescriptum. Cæterum meritò Baronius hic reprehendit Theodoritum, quòd Concilii Antiocheni, quod hoc anno, Christi scilicet 378. celebratum est, nullam prorsus mentionem fecerit: Et quod disputationem quidem Episcoporum Antiochiæ coram Sapore habitam diligenter exponat; quæ autem ab Episcopis in Antiocheno Concilio tum decreta sunt, tacitus prætereat. Porro in hac Synodo Antiochena quid gestum sit, recte observavit Baronius. Primo enim decretum est ex partium consensu, ut ex duobus Episcopis Paulino ac Meletio, altero decedente, nullus subrogaretur Episcopus. Deinde exposita est regula fidei Catholicæ, & damnata hæresis Apollinaris atque aliorum. Postremò decretæ sunt legationes Episcoporum in diversas provincias. Hæc sunt quæ in illa Synodo gesta esse Baronius observavit. Lectus est præterea in ea Synodo Tomus Occidentalium, Epistola scilicet synodica Damasi Papæ, cui subscripserunt Episcopi Orientales numero 146. ut legitur in collectione Romana Lucæ Holstenii pag. 177. ubi post Epistolam Damasi ad Orientales, hæc adduntur: *Explicat hac Epistola vel expositio Synodi Romanæ, habita sub Damaso Papa & transmissa ad Orientem, in qua omnis Orientalis Ecclesia, facta Synodo apud Antiochiam, consona fide credentes & omnes ita consentientes eidem super expositæ fidei, singuli sua subscriptione confirmant. Meletius Episcopus Antiochenus consentio omnibus supra scriptis* &c. Ex quibus apparet, Legatos Damasi Papæ huic Antiochenæ Synodo interfuisse, qui etiam subscriptiones orientalium Episcoporum retulerunt ad Damasum. Idem quoque dicitur in Canone quinto Concilii CP. qui sic habet: *De Tomo Occidentalium, etiam eos suscepimus qui Antiochiæ unam confitentur Patris & Filii & Spiritus Sancti Deitatem.* Nam Tomus Occidentalium nihil aliud est quam Epistola Synodica Concilii Romani, cui orientales Episcopi apud Antiochiam congregati subscripserant. Cùm igitur Antiochena Synodus hunc Tomum seu libellum Occidentalium suscepisset, fidemque in eo expositam confirmasset, Constantinopolitana quoque Synodus eundem postea comprobavit. Denique in eadem Synodo Antiochenâ, scripta est Epistola synodica ad omnes Episcopos Italiæ & Galliæ, quæ habetur inter Epistolas Basilii numero 69. Certè in fine ejus Epistolæ disertè affirmant Orientales, consensisse se synodico libello, Occidentalium scilicet Tomo. Sic enim vertenda sunt hæc verba: συνθέμενοι καὶ αὐτῇ καὶ πᾶσι τοῖς τῷ συνοδικῷ γράμματι καιροτικῶς καὶ ἐνθέσμως ὑπογραφεῖσι δόγμασιν.

In Caput IV.

Ἀπολιναρίου δὲ καὶ. In cunctis quidem exemplaribus, tam MSS. quam editis, caput inchoatur ab his verbis, melius tamen inciperet ab his quæ leguntur infra paginam 203. ὁ δὲ μέγας εὐσέβιος.

ταρσέων κατέστησε ποιμένα. Diodorus anno Christi 378 Episcopus jam erat Tharsensis Ecclesiæ. Subscripsit enim Epistolæ Synodi Romanæ, sive Tomo Occidentalium, in Synodo Antiochena, ut legitur in collectione Romana quam supra citavimus.

ἰωάννην. Hic Joannes Antiochenæ Ecclesiæ Archipresbyter diutissime fuerat sub Meletio, filius Publiæ illius Abbatissæ, quæ temporibus Juliani maxime inclaruit, ut scribit Theodoritus in lib. 3. Historiæ cap. 19.

ἀκάκιον τὸν βεροίας κατασκευάσαντες. Dubitare quis *Pag.203.* meritò potest, quo jure Eusebius Samosatensis Episcopus in aliena provincia Episcopos ordinaverit. Erat quidem ipse Episcopus provinciæ Euphratensis. Nam Samosata urbs erat Euphratensis provinciæ, cujus metropolis erat Hierapolis. Ac proinde ordinare non poterat suffraganeos Episcopos, Hierapolitanum scilicet, Germanicensem,

Cyrenſem, Dolichenſem. Iſtæ enim urbes erant provinciæ Euphratenſis, ut diſcimus ex ſubſcriptionibus Concilii Chalcedonenſis. In quo tamen Hierapolis ponitur Metropolis provinciæ Auguſteuphratenſis, ſic enim ſcribendum eſt. Et ſecunda urbs ejus provinciæ ponitur Samoſata. Quod quidem confirmat Ammianus Marcellinus in lib. 14. ubi provincias Orientis deſcribit. Ait enim Euphratenſem provinciam civitatibus Hierapoli & Samoſata illuſtrem eſſe. Hierocles tamen in notitia provinciarum Imperii Romani, Samoſata tertiam urbem ponit Euphratenſis provinciæ. Sic enim ſcribit: ἐπαρχία εὐφρατησίας ἔχουσι ἡγεμόνια πόλεις ιβ'. ἱεράπολις. κύρ(ῥ). σαμόσατα. δολίχη. ζεῦγμα γερμανίκια. περρή. &c. Cùm igitur Euſebius iſte de quo hic ſermo eſt, non fuerit Metropolitanus Epiſcopus, quo jure ordinationes Epiſcoporum facere potuit, tum in ſua provincia, Euphratenſi ſcilicet, tum in Cœle Syria & Oſdroena. Hanc difficultatem ita ſolvit Baronius ad annum Chriſti 378. ut dicat Euſebium id feciſſe vi atque auctoritate Legationis quæ ipſi mandata fuerat à ſynodo Antiochena. Ait enim in ea ſynodo decretas fuiſſe Legationes Epiſcoporum in diverſas provincias ad componendum Eccleſiarum ſtatum. Sed primo Legationes iſtæ valde incertæ ſunt. Nam quod de Gregorii Nyſſeni Legatione illic ſcribit Baronius, concedamus ſi placet, eam à Synodo Antiochena decretam fuiſſe; cùm ipſe Gregorius ſe à Concilio miſſum fuiſſe in Arabiam teſtetur. De Euſebio vero Samoſatenſi Epiſcopo, cùm nihil ejuſmodi proditum ſit ab Antiquis, id affirmanti Baronio concedere nec poſſumus, nec debemus. Quis enim credat, ſynodum Antiochenam dediſſe poteſtatem Euſebio, non in una duntaxat provincia, ſed in pluribus, adeoque in Syria-Cœle quæ Diœceſis erat Meletii, Epiſcopos ordinandi. Nonne id contumelioſum fuiſſet Meletio, qui tamen ei ſynodo præfuit, ut diſcimus ex collectione Romana. Exiſtimo igitur Euſebium Samoſatenum, Spiritu Divino impulſum, ut Eccleſiæ laboranti ſuccurreret, quæ tunc ab Arianis oppugnabatur, extra ordinem hæc præſtitiſſe; Et Meletium Antiochenum Epiſcopum, cujus id jus Pontificium que erat, ordinationes ab illo factas poſtea comprobaſſe. Multa enim ſimilia in Eccleſiaſtica hiſtoria occurrunt, contra vigorem Canonum geſta, Perſecutionum tempore, ut jam ſupra obſervavi ad caput 13. libri 4. Ex quo diſcimus, Euſebium Samoſatenſem Epiſcopum diu antea idem præſtitiſſe, & Valentis Auguſti temporibus Presbyteros, Diaconos & Epiſcopos in alienis provinciis ordinaſſe. Quemadmodum ergo tunc temporis nulla Legatione fretus id geſſit, ſic etiam nunc poſt reditum ab exſilio, nulla Legatione opus habuit, ut idem perpetraret. Porro notandum eſt, Euſebium iſtum maximam inter Epiſcopos Orientis auctoritatem habuiſſe. Nam & in ſynodo Antiochena quæ facta eſt hoc anno, primus poſt Meletium ſubſcripſit. Et in Epiſtola ſynodica ejusdem Meletii, quæ habetur inter Epiſtolas Baſilii numero 69. primus poſt Meletium nominatur.

ὁ εὐλόγιον ἐκεῖνον. Hic Eulogius Edeſſenus Epiſcopus interfuit ſynodo Antiochenæ & Tomo Occidentalium unà cum reliquis Epiſcopis ſubſcripſit, ut legitur in collectione Romana.

βάρσης γὰρ ὁ θεσπέσιος. De hoc Barſe Theodoritus multa habet in lib. 4. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ. Ad eundem extat Epiſtola Baſilii Magni. Ejusdem mentio fit in Epiſtola ſynodica Meletii Antiochenſis Epiſcopi ad Epiſcopos Italiæ & Galliæ, quæ legitur inter Epiſtolas Baſilii, numero 69. Sed ejus nomen illic depravatum eſt. Narſes enim ſcribitur pro βάρσης.

In Caput VII.

τούτου δὴ ἕνεκα. Non aſſentior Theodorito. Non enim idcirco ſolos Orientis Epiſcopos ad Conſtantinopolitanam Synodum evocavit Theodoſius, quòd ſolæ Orientis provinciæ hæretica labe infectæ eſſent; ſed eo quod cùm ipſe Imperator eſſet Orientis, Occidentales Epiſcopos ad ſuam ſynodum convocare non poterat, quippe qui ſub ipſius Imperio ac ditione conſtituti non eſſent. Pag. 206.

In Caput VIII.

Νεζιανζοῦ τὰ τελευταῖα ποιμάνας. Cave credas Epiſcopum Nazianzi his verbis deſignari. Neque enim Gregorius priuſquam ad Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Epiſcopatum promoveretur, Nazianzi Epiſcopus fuit, ſed tantum Coadjutor patris in Epiſcopatu Nazianzeno, ſine ullo ſucceſſionis vinculo. Itaque poſt mortem patris ſui, ex oppido Nazianzo diſceſſit, ut ipſe teſtatur in Carmine de vita ſua. Fuit quidem hic error Rufini, qui in libro undecimo Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 9. ſcribit Gregorium in locum patris ſui Epiſcopum, Nazianzi ſubrogatum, ac deinde Conſtantinopolitanum Epiſcopum factum fuiſſe. Sed cum errorem confutat Gregorius ipſe ut jam dixi. Quare hoc loco ποιμάνας non pro Epiſcopo, ſed pro Adjutore Epiſcopalis Officii accipiendum eſt. Niſi malimus hæc verba τὰ τελευταῖα exponere non de tempore quod præceſſit Epiſcopatum Conſtantinopolitanum Gregorii, ſed de extremo illius vitæ tempore. Nam Gregorius cùm ſe Epiſcopatu C. P. abdicaſſet, ſub extrema vitæ tempora Nazianzi Epiſcopus fuit. Atque hic ſenſus magis placet. Melius enim convenire videtur verbis Theodoriti.

τὸν κανόνα γεγραφότων. Intelligit Canonem XV. Concilii Nicæni, qui vetat Epiſcopos, Presbyteros ac Diaconos ex una Eccleſia in aliam transferri. Contra hunc Canonem Gregorius Nazianzenus ab Epiſcopatu Saſimorum translatus fuerat ad

ad Episcopatum Constantinopoleos. Quare irrita erat ejus ordinatio, ut definiunt Canones Nicæni. Certè occidentales Episcopi eam improbarunt, ut docet Epistola Concilii Aquilejensis. Eam tamen defendere conatur Theodoritus non absurdè.

τελειωθεὶς ἰυφημίαις. Sic etiam edidit Jacobus Sirmundus, male ut apparet. Nos ex MS. codice Henrici Savilii & ex editione Basilienſi reſtituimus ταπιωθεὶς. Qua emendatione nihil certius. Porro ex tot orationibus quæ in funere Magni Meletii dictæ ſunt, unica hodie ſuper eſt Oratio Gregorii Nyſſeni; in cujus initio mentionem facit aliorum qui ante ipſum in Eccleſia peroraverant de laudibus ejusdem Meletii.

τιμόθεος δέ. Fallitur hic Theodoritus. Non enim Timotheus, Maximum Cynicum ordinavit Epiſcopum Conſtantinopoleos, ſed Petrus, ut teſtis eſt Gregorius Nazianzenus in Carmine Iambico de vita ſua, qui tres Epiſcopos ex Ægypto miſit ad eam ordinationem peragendam, quemadmodum docet Epiſtola 5. Epiſcoporum Italiæ ad Theodoſium Imperatorem, quam edidit Jacobus Sirmundus. Baronius quidem ad annum Chriſti 379. cap. xxv. ait, Petrum Alexandrinum Epiſcopum ſeptem Epiſcopos Ægypti ad id perficiendum legaſſe, quorum nomina hæc erant; Ammon, Apammon, Arpocras, Sippas, Rhodon, Anubis & Hermanubis. Verùm graviter hallucinatur. Hi enim ſeptem, non Epiſcopi erant, ſed Nautæ ſeu potius Gubernatores Claſſis Alexandrinæ, ut teſtatur Gregorius in Carminibus Iambicis. δύσπνα ναυταείδια &c. Extat Oratio Gregorii Nazianzeni in eorum adventum. Ex qua diſcimus etiam eos non Epiſcopos fuiſſe ſed Laicos: Nautas ſcilicet Alexandrinos, qui frumentum ex Ægypto Conſtantinopolim advexerant. Quo maxime argumento convincitur, eos Epiſcopos non fuiſſe. Neque enim Epiſcopali dignitati convenit frumenti advectio. Denique Gregorius in tota illa oratione eos nunquam Epiſcopos, ſemper verò Laicos appellat, cùm dicit toties λαὸς ἐμὸς & λαὸς θεῦ. Poſtremo verba illa Gregorii: *Verum poſteaquam Cæſari, quæ ſunt Cæſaris, contuliſtis, Deo etiam, quæ Dei ſunt, tribuiſtis: Illi nempe veſtigal, huic timorem. Et poſtquam cibis veſtris populum aluiſtis, ipſi quoque, ut à nobis alamini, huc accediſtis.* Hæc inquam verba an non apertè Laicos deſignant, & nautas qui frumentum ſeu Canonem urbis C. P. advexerant.

Pag. 207. συνοδικὴν ἐπιστολὴν τῶν ἓ ἑσπέρας. Extat hæc Epiſtola ſynodica Epiſcoporum Italiæ ad Theodoſium Imperatorem ſcripta, quam edidit Jacobus Sirmundus in Appendice Theodoſiani codicis pag. 104. in ea Epiſtola Epiſcopi Italiæ poſtulant, ut Nectarius qui in Synodo C. P. depoſito Maximo Epiſcopus fuerat ordinatus, loco cedat; aut certè Romæ generale Concilium habeatur, in quo de ordinatione Maximi ac Nectarii judicium feratur. Sic enim ajunt Epiſcopi Italiæ: *Nec videmus eam poſſe aliter convenire,* A *niſi aut is reddatur Conſtantinopoli, qui prior eſt ordinatus. Aut certè ſuper duorum ordinatione ſit in urbe Roma noſtrum Orientaliumque Concilium. Neque enim indignum videtur, Auguſtæ, ut Romanæ Eccleſiæ Antiſtitis finitimorumque & Italorum Epiſcoporum debeant ſubire tractatum, qui unius Acholii Epiſcopi ita exſpectandum putaverunt eſſe judicium, ut de occidentalibus partibus Conſtantinopolim evocandum putarent.* Ejusdem Epiſtolæ mentio ſit in Epiſtola ſynodica Concilii C. P. quam ſequenti capite refert Theodoritus. Utrum porrò præter hanc Epiſtolam ad Imperatorem Theodoſium, Epiſcopi Italiæ aliam ſynodicam ſcripſerint ad Epiſcopos Conſtantinopoli congregatos, mihi quidem incompertum eſt. Id tamen ab illis factum non
B puto. Nam in Epiſtola ſynodica Patres Concilii C. P. ſolam mentionem faciunt Epiſtolæ Imperatoris ſuper ea re ad ipſos ſcriptæ; quam ſcilicet Imperator Theodoſius ad ipſos ſcripſerat rogatu Epiſcoporum Italiæ. Id enim ab illo poposcerant Epiſcopi Italiæ, admoniti ab Imperatore Gratiano, ut docet eorum Epiſtola jam citata.

In Caput IX.

Ἀχολίου. Hic ſuperiore anno, qui fuit Chri- *Pag. 208.*
ſti 381. Conſtantinopolitanæ Synodo interfuerat,
C ſolus ex occidentalibus Epiſcopis, ut ſupra obſervavi. Quare non mirum eſt, ſi cùm eſſet occidentalium partium Epiſcopus, ad Synodum Romanam venit, quæ anno Chriſti 382. celebrata eſt, ſed ſub finem ſuperioris anni à Damaſo Romano Pontifice fuerat indicta. Anemius verò qui poſt Aſcholium hic nominatur, Sirmienſis erat Epiſcopus, qui Aquilejenſi Concilio interfuit. Britto autem cujusnam urbis fuerit Epiſcopus, equidem neſcio. Suſpicor tamen Epiſcopum Capuæ fuiſſe.

μεγάλη πόλει ῥώμῃ. Rectius in codice Baſilienſi ſcribitur μεγαλοπόλει, hic & paulò poſt ubi Conſtantinopolis fit mentio. Certè Roma à Græcis μεγαλόπολις dicta eſt, ut obſervavi in annotationibus Euſebianis. Conſtantinopolim quoque ita nominat Euſebius in libris de vita Conſtantini, & Joannes Chryſoſtomus aliique.
D

τῶν παθῶν τὸ πλῆθος. In Manuſcripto codice Henrici Savilii legitur τῶν παθημάτων, quomodo etiam edidit Jacobus Sirmundus.

ἢ φροτιμήσεις πόλεων. Henricus Savilius in ſuo codice priorem vocem lineola ſubnotavit, & crucem ſignavit ad marginem, ut hanc vocem corruptam eſſe indicaret. Camerarius quidem & Sirmundus, mulctas civitatum interpretati ſunt, quod non probo. Neque enim φροτίμησις mulctationem ſignificat. Dicendum enim eſſet φροτιμήματα, aut ζημίωσις. Nec melius Chriſtophorſonus vertit amiſſiones civitatum quas incolebant. Ego mutationes urbium malim vertere. Qui enim perſecutionem patitur, vertere ſo-

lum cogitur, & extraneas civitates patriæ suæ præponere, quod est προτίμησις. Posset etiam ea vox aliter exponi de civitatibus, quæ ob Catholicæ fidei defensionem gravi pecunia mulctatæ sunt ab Imperatoribus. Primum enim loquuntur Episcopi de civitatibus quæ persecutionis procella quassatæ sunt; deinde de singulis civibus. Itaque verba illa χρημάτων δὲ ζημίας καὶ προτιμήσεις τῶν πόλεων, uno spiritu legenda sunt. Atque hæc explicatio mihi nunc magis placet. Tantum προστιμήσεις scribendum erit.

Pag. 209. ἐκ τῶν πέρυσι γραμμάτων. Intelligo Epistolam Concilii Italiæ ad Theodosium Imperatorem, de qua supra loquuti sumus. Scripta autem est hæc Epistola post Concilium Aquilejense, ut docent Patres Synodi C. P. ab Episcopis scilicet qui post Concilium Aquilejæ celebratum anno Christi 381. mense Septembri, Aquilejæ substiterant.

Pag. 210. ἁγίων διαφόρων. Duo hæc vocabula desunt apud Nicephorum, nec habentur in versione Epiphanii Scholastici. Est tamen solenne Epitheton, quo recentiores Græci designare solent Episcopos Concilii Nicæni.

ταῦτα γδ. Hæc in editione Basilienſi scribuntur à capite. Cæterum pro τεῦτα, in codice Savilii & apud Nicephorum legitur ταύτην, quam lectionem secutus est Jacobus Sirmundus.

ἦν μᾶλλι ποτέ. Henricus Savilius in suo codice ita notavit, *Oratio imperfecta*. Jacobus autem Sirmundus nescio quem codicem secutus, audacter expunxit hæc verba, cùm tamen in omnibus nostris exemplaribus habeantur & in editione Basilienſi, nec non apud Nicephorum & Epiphanium. Quod si Savilius ac Sirmundus totius Orationis vestigia attentiùs consectati essent, vidissent profecto, hic subaudiendum esse verbum σώζομεν, quod post longum verborum circuitum subjicitur hoc modo: καὶ τὸν τῆς ἐναθρωπήσεως δὲ τὸ κυρίε λόγον ἀδιαστρόφον σώζομεν.

τελείαις ὑποστάσεσιν. Apud Nicephorum legitur τελειοτάταις: Quomodo etiam legit Epiphanius Scholasticus, ut ex versione ejus apparet. Sic enim vertit: *In tribus perfectissimis subsistentiis.*

Pag. 211. τῷ τε ἐν ἀντιοχείᾳ τόμῳ τῷ ὑπὲρ τῆς ἐκεῖ συνόδε. Intelligit Synodum Antiochenam quæ facta est anno Christi 378. de qua superius plura observavi. In ea Synodo condita fuerat formula fidei, cui deinde subjecti erant Anathematismi diversarum hæreseon ex more. Sic in Synodo Nicæna, post expositionem fidei subjiciuntur Anathematismi. In eadem Synodo Antiochena lectus & confirmatus fuerat Tomus Occidentalium, id est Epistola synodica Damasi Papæ, ut superius demonstravi. Sic enim ait Canon V. Concilii C. P. qui est περὶ τῆ τόμε τῶν δυτικῶν. καὶ τὰς ἐν ἀντιοχείᾳ ἀποδεξάμεθα, τὰς μὲν ὁμολογέντας πατρὸς καὶ υἱῦ καὶ ἁγίε πνεύματος θεότητα. intelligit enim Episcopos qui Antiochiæ congregati fuerant ante triennium, & Tomum Occidentalium, quo una Patris & Filii & Spiritus Sancti Divinitas asseritur, subscriptione sua firmave-

A rant, ut ex collectione Romana superius ostensum est. Male Baronius, Paulini ac Meletii sectatores eo Canone intelligi existimavit.

ὑπὲρ τῆς οἰκυμενικῆς. Miror, quomodo Orientales ad Synodum Romanam scribentes, Synodum suam οἰκουμενικὴν hoc est, universalem seu generalem appellent. Fateor quidem C. P. Synodum tandem pro generali habitam fuisse, accedente scilicet consensu occidentalis Ecclesiæ. Verùm eo tempore quo hanc Epistolam scripserunt ad Synodum Romanam, C. P. Synodus universalis dici non potuit. Universalem enim Synodum eam demum intelligimus, ad quam ex universo orbe evocati convenerunt Episcopi. Atqui ad C. P. Synodum ex Orientis

B duntaxat partibus Episcopi convenerunt, uti supra ostendimus, cùm Theodosius qui eam congregavit, solius Orientis Imperium obtineret. Dicet fortasse aliquis, Aſcholium Occidentalium partium Episcopum ei Synodo interfuisse. Fateor id quidem. Verùm Aſcholius vices non gessit omnium Occidentalium, nec pro universis Occidentalibus ei Synodo subscripsit. Sanè Occidentales hanc Synodum C. P. diu non habuerunt pro Oecumenica, ut docet Epistola Concilii Italiæ ad Theodosium Imperatorem his verbis: *Nos igitur in Synodo ea quæ totius orbis Episcopis videbatur esse præscripta, nihil temere statuendum esse censuimus. At*

C *eo ipso tempore, qui generale Concilium declinaverant, Constantinopoli quæ gessisse dicuntur? Nam cùm cognovissent ad hoc partium venisse Maximum, ut causam in Synodo ageret suam, quo etiamsi indictum Concilium non fuisset, &c.* Vides ut generale Concilium opponunt Synodo C. P. generale Concilium appellantes illud quod Romæ indictum fuerat à Damaso anno Christi 380. ad causam Maximi Cynici examinandam. Quod cùm Orientales Episcopi detrectassent, iterum Episcopi Italiæ anno Christi 381. post Aquilejense Concilium Theodosium Imperatorem rogarunt, ut Romæ generalis Synodus Orientalium simul & Occidentalium cogeretur. Non habuerunt igitur Synodum C.P.

D pro Oecumenica Occidentales Episcopi, cùm ejus acta improbaverint, ordinationem scilicet Flaviani atque Nectarii: Cumque per eas ordinationes ruptam esse communionem inter se atque Orientales Episcopos conquesti sint.

ἀναδεδέχθαι τὰς ἱερεῖς. Hunc locum correxi ex codice Savilii & ex Nicephoro, in quibus legitur ἀνατεθεῖχθαι. Atque ita etiam legit Christophorsonus & Sirmundus. Epiphanius quidem Scholasticus vulgatam scripturam tuetur. Verum ea quæ sequuntur, satis ostendunt ita scribendum esse ut dixi. Sequitur enim de Episcopis Constantinopoleos, Antiochiæ & Jerosolymorum, qui in Constantinopolitana Synodo ordinati fuerant aut confirmati. Alexandrini autem Timothei nulla fit mentio, propterea quod is in supradicta Synodo nec ordinatus fuerat, nec confirmatus.

In

In Caput X.

Pag. 212. Συνοδικὸν Δαμάσου. Baronius hanc epistolam à Damaso scriptam esse ait anno Christi 373. in Synodo Romana. Sed non dubito quin hæc synodica Damasi epistola diu post Synodum illam Romanam quæ anno Christi 373. celebrata est, conscripta sit. Nam Damasus ipse in hac Synodica disertè testatur, Apollinarem ac Timotheum ejus discipulum jamdudum à se damnatos ac depositos fuisse, præsente Petro Alexandrinæ urbis Episcopo. Atqui Apollinaris primum à Damaso damnatus est in Synodo Romana anno Christi 373. ut fatetur ipse Baronius. Cui Synodo interfuit Petrus Alexandrinus, ut testatur etiam Sozomenus. Hanc igitur Synodicam scriptam esse oportet diu post Synodum illam Romanam, cum in hac Synodicâ, mentio fiat illius Synodi, in qua damnatus fuerat Apollinaris. B

ἑαυτοῖς τὸ πλεῖον παρέχειν. Quisquis hanc Damasi Synodicam in Græcum sermonem transtulit, hoc loco lapsus mihi videtur, cum in vitiosum colliccm incidisset. Scripserat enim procul dubio Damasus, *nobis plurimum tribuuis*; ut sensus & orationis series postulat. Ipse vero legit *vobis*, absque ullo sensu.

Pag. 213. ἤδη γὰρ ἅπαξ τύπον. Intelligit ut opinor epistolam scriptam ad Paulinum Antiochensem C Episcopum, quæ hic subjicitur à Theodorito.

In Caput XI.

πρὸς παυλῖνον ἐπίσκοπον ἐν τῇ μακεδονίᾳ. Camerarius & Christophorsonus Paulinum Episcopum Thessalonicæ in Macedonia interpretati sunt. Quorum interpretationem secutus Baronius, graviter reprehendit Theodoritum, quod Paulinum ex Antiochensi Episcopo fecerit Thessalonicensem, eo consilio ut Paulini cum Damaso communionem occultaret. Verum non hoc dicit Theodoritus; sed tantum ait, Damasum Papam D misisse confessionem fidei ad Paulinum, cum Paulinus esset Thessalonicæ in Macedonia. Rectè ergò Jacobus Sirmundus hunc locum ita vertit: *Confessio fidei Catholicæ, quam Damasus Papa in Macedoniam misit ad Paulinum Episcopum, cùm esset Thessalonicæ.* Viderat hoc Baronius ipse, & Theodoritum immerito à se reprehensum esse agnoverat, cum error ille interpretibus assignandus sit, non autem Theodorito, ut testatur Baronius ad annum 378. cap. 44. Extat hæc Damasi epistola in Tomis Conciliorum & in Annalibus Baronii, & noviſſime in collectione Romana Lucæ Holstenii, cum hoc titulo; *Dilectissimo fratri Paulino Damasus.* Verum etsi non additum sit nomen civitatis, cujus Episcopus erat Paulinus, nomen tamen Vitalis A cujus in ea fit mentio, satis indicat Antiochensem fuisse Paulinum.

ὃς ἐγένετο ἐν Θεσσαλονίκῃ. Id est, *cùm Paulinus esset Thessalonicæ.* Sic enim rectè vertit Baronius ac Sirmundus, ut supra notavi; melius itaque legeretur, ὅτε ἐγένετο, &c. Sed difficultas est, quandonam Paulinus Antiochensis Episcopus Thessalonicam venerit. Baronius anno Christi 382. testatur, Paulinum Romam venisse una cum Epiphanio & Hieronymo ad Synodum Romanam, quæ eo anno celebrata est. Tunc igitur Damasus Papa Synodicam hanc epistolam ad eum misit, cùm Paulinus Româ digressus una cum Ascholio qui eidem Synodo interfuerat, Thessalonicæ substitisset. Quare hæc Synodica scripta est anno Christi 382. paulo post Synodum Romanam. Quod quidem optime consentit cum Theodorito, qui hanc Synodicam refert post Synodum Constantinopolitanam, superstite adhuc Gratiano. Nec audiendus est Baronius, qui hanc epistolam Damasi ad Paulinum, refert ad Synodum Romanam, quæ anno Christi 373. celebrata est.

ἐπειδὴ μὴ πάνυ ἐν Νικαίᾳ συνόδου. In Latino exemplari hujus epistolæ quædam adduntur non contemnenda, quæ interpres Græcus omisit. Sic igitur habet authenticum exemplar hujus Epistolæ: *Post Concilium itaque Nicænum, & quod in urbe Roma Concilium congregatum est à Catholicis Episcopis, addiderunt: De Spiritu Sancto,* &c. Quæ si genuina sunt, neque enim suspicione omni carent; intelligitur Synodus Romana, quam Sylvester congregasse dicitur Romæ ad confirmationem Synodi Nicænæ.

τοὺς δὲ ἀπὸ ἐκκλησιῶν εἰς ἑτέρας. Idem præcepe- Pag. 214.
rat Damasus in epistola prima ad Ascholium, Euridicum, Severum & alios, quam edidit Lucas Holstenius: *Illud præterea commoneo dilectionem vestram, ne patiamini aliquem contra statuta majorum nostrorum de civitate alia ad aliam transduci, & deserere plebem sibi commissam, & ad alium populum per ambitionem transire. Tunc enim contentiones oriuntur, tunc schismata graviora occipiunt, cum & illi qui amiserint Sacerdotem, sine dolore animi esse non possunt; & illi qui alterius civitatis acceperint Episcopum, etiamsi gaudeant, invidiosum sibi intellegunt fore, sub alieno se agere Sacerdote.* Ideo autem Damasus tum in epistola ad Ascholium, tum in Synodica ad Paulinum, enixe id vetat, quod hujusmodi translationes in Orientis præcipuè partibus invaluerant.

εἴτις μὴ εἴπῃ ἢ τὸν θεὸν λόγον παθόντα σαρκί. Hic anathematismus deest in collectione Romana Lucæ Holstenii: Nec habetur in versione Epiphanii Scholastici.

καὶ ἐσταυρωμένον σαρκί. Hæc verba non leguntur Pag. 215.
in editione Basilicnsi. Nec videntur admodum necessaria.

καὶ θεὸν ἀληθῆ λόγον. In collectione Romana rectiùs legitur *& Deum verum.* Sed Græcus Interpres legisse videtur *& Deum Verbum.*

καὶ πανταχοῦ ὄντα. Postrema vox deest in Manuscripto codice Savilii, nec habetur in versione

Epiphanii Scholastici, nec in collectione Romana.

τὸ ὑὲ τὸ σαρκωθέντ@. Duo postrema vocabula non habentur in versione Epiphanii Scholastici, nec in collectione Romana Lucæ Holstenii.

εἰς ἀεὶ ζῶντα. In Latino exemplari ex quo hæc conversa sunt, legitur *æquales semper viventes.* Itaque in Græco scribendum videtur ἴσα ἀεὶ ζῶντα. Ita certè in suo codice legit Epiphanius Scholasticus, ut ex versione ejus apparet.

πάντα σῴζοντα. In Latino exemplari hujus epistolæ, plura leguntur hoc modo: *Omnia quæ sunt salvanda, salvantes.*

θεὸν ἓνα ἐν τρισὶν ὑποστάσεσιν. Tres postremæ voces desunt in Latino exemplari, & in versione Epiphanii Scholastici.

ἀλλὰ τ θεῦ ἡμῶν ἐνδείκνυται. Scribendum est, ἡμῖν ex collectione Romana. Totusque locus ita restituendus ἀχὶ τ θεῶν ὄνομα. ἀλλὰ τῦ θεῦ ἡμῖν ἐνδείκνυται, &c.

In Caput XIII.

Pag. 216. Προσενεγκεῖν πῶ ἐξαπάτω. Mallem scribere προσενεγκεῖν.

καθηγέμ@. Scribendum est θηγέμ@, dempta prima syllaba, ut legitur in Manuscripto codice Henrici Savilii. Ita quoque edidit Jacobus Sirmundus.

In Caput XVI.

Pag. 218. Νικῶν ὁ κικειμοτέρητο. Arcadius Augustus à Patre renuntiatus est, Merobaude iterum & Saturnino Coss. octo demum post annis Theodosius ex Italia digressus rediit Constantinopolim, in qua urbe Amphilochius Theodosium ita allocutus est. Quo quidem tempore Arcadius novellus Imperator dici non potest.

νόμον ἐυθὺς ἔγραψε. Extant multæ leges Imperatoris Theodosii, adversus hæreticos latæ, quæ leguntur in XVI. libro codicis Theodosiani. Sed inter eas nullam reperio, quæ huic tempori possit convenire, quo Theodosius ab Italia Constantinopolim repetierat. Quare vereor ne Theodoritus hic temporum ordinem confuderit. Idem ante me observavit Baronius, qui Theodoriti errorem coarguens, iisdem plane argumentis, quibus nos usi sumus, hoc Amphilochii factum confert in annum Christi 383. quo scilicet Arcadius à patre Augustus appellatus est.

In Caput XVIII.

Pag. 220. Ῥηφῖν@ μάγιστρ@. Rufinus Magister officiorum fuit Valentiniano Aug. quartum & Neoterio Coss. anno Christi 390. ut docet lex tertia codicis Theod. de Fabricensibus. Quo quidem anno contigit clades illa Thessalonicensis, ut rectè Baronius observavit. Sed & Zosimus in lib. 4. Rufinum per hæc tempora Magistrum officiorum fuisse testatur.

τὸν θεῖον φυλάσσεσθαι νόμον. Baronius ad annum Christi 390. hunc Theodoriti locum describens ita exponit: *Hæc idcirco dicebat Theodosius, quod sciret legem esse in Ecclesia, ut nonnisi circa Paschale tempus pœnitentes ab Episcopo reconciliarentur. Nisi velis potius illum allusisse ad Ecclesiasticam illam legem, quâ cavetur, ne voluntarius homicida, nisi in fine vitæ communicet.* Sed pace Ill. Cardinalis dictum sit, neutra mihi expositio probatur. Neque enim ita adstricti erant Episcopi, ut ante Paschale tempus reconciliare non possent pœnitentes. Divinam igitur legem vocat Theodoritus, ne pœnitentes ante peractam publicè pœnitentiam ad pacem & communionem admitterentur. Nam Theodosius post admonitionem Ambrosii, ab Ecclesiæ quidem ingressu abstinuerat; verùm nullam exhomologesin fecerat, nullum pœnitentiæ specimen ediderat. Nam nec in ordine Pœnitentium steterat, nec veniam publicè petierat; quasi id Imperatoria majestate indignum esset. Lex igitur divina ea est, ut nonnisi Sancti & qui puras manus habent, aut certè qui per pœnitentiam purgati sunt, ad Sanctuarium accedant. Hanc expositionem confirmat Theodoritus paulò post, ubi dicit, ἡ κῆ τῦ θεῦ μεμωῦναι ἢ θεοδόσιον ἤλεγχε, ἡ τὸς ἐκείνν νόμους πατεῖν. Pag. 220.

τῷ ἀσπαστικῷ οἴκῳ. Josephus Scaliger in lib. 2. Ausonianarum lectionum cap. 23. ait, ἀσπαστικὸν οἶκον à Theodorito vocari hospitium Episcopale quo advenæ excipiebantur. Sed nos in Annotationibus ad lib. XV. Ammiani Marcellini pag. 87. docuimus, ἀσπαστικὸν οἶκον nihil aliud esse quàm salutatorium, ut rectè vertit Epiphanius Scholasticus, seu Secretarium Ecclesiæ, in quo Episcopus cum Presbyteris sedens, à fidelibus qui ad Ecclesiam accedebant, salutari consueverat.

καὶ τὰ ἀναίματα θεραπεύεται. Desunt hæc verba in optimo codice Henrici Savilii, nec habentur in versione Epiphanii Scholastici. Non immeritò itaque Sirmundus ea in editione sua expunxit. Pag. 222.

κεφλῶσαί τε τὸν νόμον. Idem scribit Rufinus in lib. 11. Historiæ cap. 18. ita dicens: *Legem sanxit impostorum, ut sententiæ principum super animadversione prolatæ, in diem tricesimum ab executoribus differantur.* Legem ipsam refert Cassiodorus in Historia Tripartita. Extatque in utroque codice, tam Theodosii, quam Justiniani, sed præfixo Gratiani ac Valentiniani nomine, data Antonio & Siagrio Coss. octo annis ante stragem Thessalonicensium. Quæ res in maximam difficultatem conjecit Baronium, ut videre est ad annum Christi 390. Quam quidem ipse ita solvere conatur, ut dicat titulum ac subscriptionem legis mutatam fuisse ab antiquariis in gratiam Theodosii, ut ejus facinus ea ratione occultaretur. Ego vero aliter censeo; hanc scilicet legem primum quidem latam fuisse à Gratiano, iis quos dixi Coss. postea vero occasione cædis Thessalonicensium, renovatam fuisse à Theodosio; prio-

priorem tamen titulum legis semper remansisse, qui Gratiani nomen præferebat.

In Caput XIX.

Pag. 223. Ἡ γὰρ τῆ γάμω. Vera quidem sunt quæ de Flaccillæ Augustæ virtutibus hic refert Theodoritus. Sed nihil pertinent ad hunc locum: Nam Flaccilla diu ante cladem Thessalonicensium ex hac luce migraverat, & post ejus obitum Theodosius Gallam uxorem duxerat.

In Caput XX.

Pag. 224. Τὸ νόμιμον κωλύοντος ὃν ἀμελήσαντος. Longe hic fallitur Theodoritus, quasi seditio Antiochena post Thessalonicensem cladem contigerit. Atqui Antiochena illa seditio contigit anno Christi 388. ut scribit Baronius, Theodosio II. & Cynegio Coss. Thessalonicensis vero clades accidit anno 390.

Pag. 225. τῆς χλανίδος θατέρου ἀπώμοσε. Chlamydem verti, secutus Epiphanium Scholasticum qui ita interpretatus est. Sanè χλανίδα pro chlamyde à scriptoribus vel Librariis sæpius poni observavi. Chlamys vero hic optimè convenit Hellebico ac Cæsario, quorum ille magister militum erat, hic magister officiorum; quæ erat Palatina militia. Ad utrumque horum judicum, ad Hellebicum scilicet ac Cæsarium, qui à Theodosio missi fuerant Antiochiam, extant orationes Libanii.

In Caput XXI.

Συγχωρῶ ἐξῆναι. Melius scriberetur ἐξῆν αὐτοῖς.

κωμαστῆναι δὲ γὰρ ὁ μέγας. Extat oratio Libanii ad Imperatorem Theodosium pro templis, in qua docet, quomodo se gesserint Imperatores Christiani erga Paganos. Et Constantinum quidem Magnum ait, duntaxat spoliasse templa: Constantium verò ejus filium prohibuisse sacrificia; ejusque legem à secutis Imperatoribus & ab ipsomet Theodosio esse observatam; reliqua vero permissa fuisse Paganis, id est, thurificationem & publicas epulas.

ὁ δὴ κἀκεῖνος. Hujus principatu permissa fuisse Gentilium sacrificia, docet Libanius in lib. 4. ep. 225. ad Aristonem.

μετὰ δερμάτων. Epiphanius Scholasticus & reliqui interpretes verterunt *cum scutis*. Ego verò vertere malui cum pellibus caprinis. Harum enim usus fuit in orgiis Bacchi. δορὰς propriè est pellis capræ, ut ἔνδορις pellis cervi. Paulò post, ubi legitur πρὸ δισσακάλη πανήγυριν, Epiphanius Scholasticus & Christophorsonus ac Sirmundus legunt ποινείαν, quod non probo.

Pag. 227. τῆς ἑῴας ὑπαρχος. Cynegius scilicet Præfectus Prætorio Orientis, qui ad occludenda Deorum templa & ad prohibenda sacrificia missus est à Theodosio in Orientem & Ægyptum, ut testatur Zosimus in lib. 4. Historiæ. De hoc Idatius in Fastis ita scribit, Theodosio Aug. 2. & Cynegio Coss.

A *Hic universas Provincias longi temporis tabe defectas, in statum pristinum revocavit; & usque ad Ægyptum penetravit, & simulachra gentium evertit. Unde cum magno fletu totius populi civitatis deductum est corpus ejus ad Apostolos die 14. Kal. April. & post annum transtulit eum matrona ejus Acanthia ad Hispanias pedestre.* Ex quo patet, vel ipsum Cynegium, vel uxorem ejus Acanthiam, ex Hispaniis oriundam fuisse.

Ἅμα διὸς. De Iove qui colebatur Apamiæ, loquitur Libanius in lib. 4. epist. 290. ad Alexandrum, ἐπέβης ἀπαμείας ἧ ποιῶν, τῆς τοῦ διὸς φίλης. ἢ τὸν διὰ τιμῶντα διέμεινεν ὅτ' ἦσαν τιμωρίαι τὸ τιμᾶν τοὺς θεούς.

καὶ ἀντιχαφῶν ἐτύγχανε. Mallem scribere ἀντιχαφῶν accentu mutato. Nam ἀντίχαφη, responsum B significat. Paulò post pro ἀνεδήξατο σίφανον, emendavi ἀνεδήσατο, ut legitur in editione Basilensi & in Manuscripto codice Savilii.

In Caput XXIII.

Προσήκει γινέσθαι ποιμένα. Scribendum est προσήκειν, ut edidit Jacobus Sirmundus. Subauditur enim λέγων, quod præcessit. Porro de ordinatione Flaviani Antiochensis Episcopi, nihil certius habemus, quam quod refertur in epistola Synodica Constantinopolitani Concilii ad Synodum Romanam, licet Baronius testimonium illud refellere conetur. Pag. 229.

οὔτε γὰρ αὐθ' ἑαυτὸν. Id nominatim prohibetur Ca- C none XXIII. Concilii Antiocheni. Quod autem sequitur καὶ πάντας συγκαλεῖσθαι, designat Canonem XIX. ejusdem Antiocheni Concilii. Pag. 230.

πάλιν δίχα τοιῶν ὑποσκόπων. Intelligit Canonem IV. Concilii Nicæni, in quo id diserte cavetur, ne nisi sub trium Episcoporum præsentia ordinatio ullius Episcopi celebretur, ita tamen ut reliqui Provinciales Episcopi per litteras ordinationi consentiant. Porro in editione Basilensi ita legitur hic locus, δίχα τριῶν ὑποσκόπων ὑποσκόπου χειροτονίαν ἀπαγορεύουσι γίνεσθαι, quod magis placet.

ὃ μόνον ὁ θαυμάσιος δάμας. In MS. codice Henrici Savilii additur particula hoc modo, ὃ γὰρ μόνον, &c. quod profecto non displicet.

ψῆφον δέξομαι. In altero codice Regio, cujus va- D riantes lectiones edidit Stephanus, legitur ὑποσῶ ψῆφον quam scripturam amplexus est Jacobus Sirmundus. Verum codex Savilii & Basilensis editio vulgatam scripturam tuentur.

σωδικὸν γεγραμμένον. In editione Basilensi scriptum invenias σωδικὸν προσειλημμένον. Quomodo etiam edidit Jacobus Sirmundus. Quam scripturam magis probo.

Ἀκακίου. De hujus Acacii Bercœnsis Episcopi legatione atque adventu in urbem Romam, scribit Palladius in vita Joannis Chrysostomi, & Sozomenus in lib. 8. Historiæ. Et Sozomenus quidem hanc legationem Acacii refert sub exordium Pontificatus Joannis Chrysostomi, id est, anno Christi 398. Quod cum Theodoriti narratione nullatenus potest convenire, qui eam refert ad tempora Magni Theodosii. Verum Theodoritus noster nulla ratione excusari potest, qui Theodosium ab Anastasio Romano Pag. 231.

mano Pontifice super ea re interpellatum esse dicit. Atqui Theodosius è vivis excesserat ante Pontificatum Anastasii.

διʼ ἐπλακαίδεκα ἐτῶν. Baronius ad annum Christi 398. cap. 80. hic falli ait Theodoritum, qui Flavianum Antiochensem rediisse dicat in gratiam cum Romano Pontifice, post septendecim annos à conflata inter eos discordia. Atqui hæc discordia cœperat principatu Juliani Apostatæ, ob electionem Paulini à Lucifero factam, ut vult Baronius. A quo tempore, si septendecim annos numeraveris, ad annum Christi 379. quo Theodosius imperare cœpit, referenda erit hæc legatio; quod est absurdissimum. Ego vero Baronium potius falli existimo, qui discordiam illam, cujus hic meminit Theodoritus, repetit à temporibus Juliani. Atqui à Flaviani ordinatione, id est, ab anno Christi 381. potius repetenda est. Nam antea per pactionem illam quæ inter Paulinum ac Meletium facta fuerat, dissensio sopita esse videbatur. Quam Flaviani electio postea suscitavit. Ab anno igitur 381. quo Flavianus Antiochensem Episcopatum suscepit, ad annum Christi 398. quo Acacius legationem illam obiit, fiunt anni septendecim.

B

In Caput XXIV.

Pag. 233. Ἀπαλλάξαντα βιοτῆς. Jacobus Sirmundus edidit ἀπαθανατίσαντα, ex libris Christophorsoni; quod non displicet. In Manuscripto codice Henrici Savilii legitur ἀπαλλάξειν, mendosè, ut apparet.

C

In Caput XXVIII.

Pag. 235. Εἰς ἓξ ἢ αὖτη ἡγεμονίας. Pessimè Christophorsonus vertit *in sex Episcopatus divisa est*: Nam longe plures Episcopatus erant in Thracia. Rectiùs ergo Camerarius ac Sirmundus Provincias verterunt. Sex enim erant Provinciæ Thraciarum, ut docet Ammianus Marcellinus, & Notitia Imperii Romani; erant autem omnes sub dispositione Vicarii Diœceseos Thraciarum. Pari errore Christophorsonus paulo post, ubi Asia regi dicitur à Præsidibus undecim, Antistites vertit. Atqui Asia multo plures habebat Antistites sive Episcopos. Rectores verò seu judices sæculares undecim tantum habuit. Tot enim erant Provinciæ Asiæ, ut docet Hierocles in descriptione Provinciarum & urbium Imperii Orientalis; quarum Asia quidem propriè dicta & Hellespontus atque Insulæ erant sub dispositione Proconsulis Asiæ. Reliquæ autem octo, Pamphylia scilicet, Lydia, Caria, Lycia, Lycaonia, Pysidia, Phrygia Pacatiana, Phrygia Salutaris, singulæ quidem suum Consularem habebant, omnes tamen erant sub dispositione Vicarii Diœceseos Asianæ.

D

Pag. 236. ἰσαείθμως ἢ κἀ αὖτη. Simili errore Christophorsonus Ponticæ Diœcesi undecim tantum Episcopos tribuit. Atqui Theodoritus non de Episcopis hic loquitur, sed de judicibus seu rectoribus Provinciarum. Fuerunt autem undecim Provinciæ Diœceseos Ponticæ, quarum singulæ suum rectorem habebant, ut videre est apud Hieroclem. Omnes vero erant sub dispositione Vicarii Ponticæ Diœceseos.

In Caput XXXIII.

Ὑπάντησέ τε προθύμως. Adverbium προθύμως deest in Manuscripto codice Henrici Savilii, & in editione Basilienſi, prorsusque inutile ac superfluum mihi videtur.

In Caput XXXIV.

Ἱερεῦσι πιστεύσας. Codex Savilii particulam addit hoc modo ὡς ἱερεῦσι. Atque ita etiam edidit Jacobus Sirmundus. Pag. 239

κατίλαβεν ἱερόν. Hieron navale fuit celeberrimum, in Ostio Ponti situm, ita dictum à duodecim Deorum templo quod illic exstructum erat, ut ex Timosthene docet Harpocratio in voce ἱερόν. Meminit ejus loci Demosthenes in oratione contra Leptinem, & in oratione adversus Polyclem. Frequentabatur olim hic locus ab Athenienſibus, qui frumentum ex Bosphoro coëmere solebant, ut docet Demosthenes. Erat enim hic locus commodissimus, & quasi clauſtrum quoddam Ponti Euxini. Quare Byſantii cum maris illius dominatum affectarent, locum illum ingenti pecunia sibi comparaverant, ut docet Polybius in lib. 4. Certè Arianus in Periplo Ponti Euxini, cum locum ἀφετήριον esse dicit eorum qui in Pontum navigant, id est, clauſtrum seu transennam.

λαμπάδας προσάπτοντες. In codice Savilii & in editione Basilienſi scriptum inveni προσαπλοῦν, quod magis placet.

ὑπὸ βασιλέως ἐξελαθῆναι. Codex Henrici Savilii scriptum habet βασιλέων. Quæ si vera lectio est, Eudoxiam Augustam cum Arcadio intelligere debemus.

εἰς ἐκεῖνο τὸ συνέδριον. Jacobus Sirmundus edidit νησύδριον, contra fidem omnium librorum. Nam quod ex libris Christophorsoni profertur in editione Colonienſi, eam conjecturam potius esse existimo viri docti, quàm scripti codicis lectionem. Nolim tamen damnare eam scripturam. Nam oppidum illud Pityus situm fuit in Insula, ut testatur Ammianus Marcellinus in lib. 22. his verbis: *Insulaque Arduae, Trapezunta & Pityunta continentes oppida non obscura.* Pag. 240

In Caput XXXV.

Συμμαχεῖσθαι ἔχων. Pro συμμαχεῖσθαι, Nicephorus habet συμβαίνεσθαι, quod mihi quidem magis placet. Pag. 241

ἧ προσηλκσίαν. Restituimus hoc loco genitivum pro dativo, suadente id Saviliano codice, & Basilienſi editione. Observavi enim Theodoritum ferè pro dativis genitivum ponere. Sic in cap. 30. hujus libri dixit ὁμογλώττους γὰρ ἐκείνων. Non ut vulgatæ editiones habent ἐκείνοις, & in cap.

cap. 28. de Pontica Diœcesi loquens ita scribit, ἰδεῖθμος ᾗ καὶ αὐτὴ ἔχει τῆς ἀσίας τὰς ἀγομένας. Pro eo quod alii dicerent τῇ ἀσίᾳ.

καὶ τὰς λοιπάς. Rectius in MS. codice Savilii scribitur καὶ τὰς πόλεις. Sic enim Laicos appellare solet Theodoritus, ut videre est in lib. 1. Historiæ cap. 22. Ita quoque edidit Jacobus Sirmundus.

A qui non probet. Nam quæ præcedunt, ad superius caput pertinent.

πραύλιος ἀνὴρ φιρμύμος. Id est πρᾶος. Nam Praylius nomen est diminutivum. Hujus Praylii Jerosolymorum Episcopi mentio fit in vita Porphyrii Gazensis Episcopi, eodemque tempore Joannes Cæsareæ Palestinæ Episcopus fuisse dicitur. A quo Porphyrius tanquam à Metropolitano Episcopus est ordinatus.

λιπαρηθείς. Hoc verbum active sumpsit Epiphanius Scholasticus. Sic enim vertit: *Rogans eos ut reliquo unirentur ovili.* Eundem sensum secutus est Christophorsonus. Sed rectius Jacobus Sirmundus in passiva significatione accepit. Theodotum igitur à fidelibus rogatum esse intelligo, ut Apollinaristas qui admodum pauci erant, reliquo B Ecclesiæ corpori adjungeret. Mirum est tamen, in hujus verbi interpretatione lapsum esse Camerarium qui sic vertit: *In summo eos cum Ecclesia conjungendi labore.*

In Caput XXXVII.

Pag. 242. Περὶ τινὸς δεόμενος. In codice Savilii scriptum est περὶ ἑαυτοῦ. Epiphanius tamen Scholasticus vulgatam lectionem tuetur. Sic enim vertit: *Quidam vir conversationis monachicæ adiit Imperatorem, pro quadam causa rogans.* Nicephorus quoque eandem lectionem retinuit. Sic enim habet περὶ τοῦ δεινόμενος.

Pag. 243. τῷ δεδωκότι. Mallem scribere τῷ δεδικότι. Sic certè legisse videtur Epiphanius Scholasticus, ut ex versione ejus apparet. Ita enim vertit: *Rogans ut juberet ei qui ligaverat, ut ipsius vincula solveret.* Porro hæc narratio inprimis notanda est, multis de causis. Primum enim ex ea concludi potest, pœnitentiam non usquequaque abrogatam esse à Nectario. Videmus enim excommunicationem eo tempore usitatam fuisse, quam secuta est absolutio, quæ sine pœnitentia esse non potest. Præterea hæc narratio mirifice confirmat vulgarem illam regulam Juris Canonici, quæ dicit excommunicationem timendam esse, etiamsi injusta sit. Videt enim Imperatorem sine causa excommunicatum, C excommunicationem tamen non spernere. Denique hæc narratio id nos docet, ejusdem hominis esse solvere qui ligavit. Quamobrem Imperator ligatus ab inferioris gradus Clerico, absolutione Pontificis sui contentus non fuit; sed ab eo ipso absolvi voluit qui ipsum vinxerat. Atque id Imperatoris factum prædicat Theodoritus, quòd in eo divinis legibus obsecutus sit. Ac Theodoritus quidem virum illum à quo excommunicatus fuerat Theodosius, Presbyterum fuisse non dicit. Non dubito tamen quin Presbyter fuerit. Quomodo enim jus excommunicandi & absolvendi usurpare potuisset, nisi in Presbyterio constitutus? Hinc etiam est, quod Imperator ad Episcopum misit, rogans ut ei viro tanquam clerico suo præciperet, ut absolutionem ipsi impertiretur. Cæterum utrum simplex Presbyter excommunicandi jus habeat, aliis disquirendum relinquo. Ex hac quidem narratione colligi videtur, id juris ei non competere, nisi mandatum fuerit ab Episcopo.

ῥοΐλος σκυθῶν τῶν νομάδων. Apud Nicephorum & Epiphanium Scholasticum ῥοΐλας scribitur, rectius ut opinor. Hic est, ut puto, Roas qui ante Attilam Hunnicis Gentibus imperavit, ut scribit Priscus in Historia Gothica & Jordanes. Apud Priscum ῥούας dicitur.

In Caput XXXVIII.

Pag. 244 Ἰννοκέντιον ᾗ. Ab iis verbis caput exorsi sumus. Quam quidem conjecturam nemo erit, ut opinor,

In Caput XXXIX.

Τοὺς τὰ στοιχεῖα θεοποιοῦντας. Vocabulum στοι- Pag. 245.
χεῖα hoc loco non significat quatuor elementa. Neque enim Magi apud Persas quatuor elementa adorabant, sed solum Ignem & Lunam ac Solem, quemadmodum docet Epiphanius in Epilogo librorum adversus hæreses. μαγουσαῖοι παῖδας πέρσαις καλέμβροι, οἱ εἴδωλα τὸ βδελυτόμενοι, εἰδώλοις ᾗ προσκυνοῦντες, πυρὶ καὶ σελλοὺη καὶ ἡλίῳ. Certè Græci Solem ac Lunam appellare solent στοιχεῖα. Sic enim Joannes Chrysostomus in Homilia 58. in Matthæum de Lunaticis scribit: ὁ γὰρ δαίμων ὅτι διαβολὴ τοῦ στοιχείου καὶ ἔμπτίθεται τοῖς ἀλῶσι, καὶ ἀνίησιν αὐτοὺς κατὰ τὰς τῆς σελλοὺης ἡμέρας. Sed & Latini elementa interdum appellant Solem ac Lunam & reliquos Planetas. Hieronymus in epistola ad Hedybiam, quæst. 4. *Omnis hebdomada*, inquit, *in Sabbathum, & in primam, & in secundam, & tertiam, & quartam, & quintam, & sextam Sabbathi dividitur, quas Ethnici Idolorum & Elementorum nominibus appellant.* Nec aliter sumit hoc nomen Gregorius Nyssenus in vita S. Macrinæ, ubi ait tantam esse audaciam Pictorum, ὡς καὶ ἀυτὴν τῶν στοιχείων τὰς εἰκόνας διὰ τῆς μιμήσεως ἀνατυπώσαι. Quin & duodecim signa Zodiaci ita vocarunt, ut observavi in Annotationibus Eusebianis pag. 54.

Καταχθέντες. Restituimus καταχισθέντες ut ha- Pag. 246.
bet codex Savilii. Atque ita etiam legit Christophorsonus; vertit enim *inungere.* Camerarius & Sirmundus *obturare.* Ego *oblinire* mallem interpretari, quod fit calce & gypso.

εἴσω θῦναι. Rectiùs in MS. codice Henrici Savi- Pag. 248.
lii scribitur una voce εἰσωθῦναι, quod idem est ac εἰσωθεῖσθαι. Sirmundus tamen edidit εἴσω θεῖναι contra fidem omnium codicum.

ἀζυμὰς καὶ ἀνιμέρους. Hujus loci emendatio debetur codici Henrici Savilii, in quo disertè scribitur ἀνειμένους, optime sine dubio.

In Caput XL.

Θεόδωρος ὁ μελιτιάς. Gregorius Papa in epistola 31. lib. 6. ait, Ecclesiasticam Historiam

Theodoriti ab Ecclesia Romana ideo non recipi, ob id præcipuè quod Theodorum Mopsuestiæ nimium laudaverit, & usque ad diem obitus sui magnum Ecclesiæ Doctorem fuisse pronunciaverit. Scio quidem in supradicta epistola Gregorii, Sozomenum dici, non Theodoritum. Sed non dubito quin Gregorius memoriæ vitio lapsus sit, & pro Theodorito Sozomenum posuerit. Baronius quidem, tum in Annotationibus ad Martyrologium Romanum, tum in Annalibus Ecclesiasticis ad annum Christi 417. Gregorium conatur ab errore defendere. Ait enim librum ultimum Historiæ Sozomeni mutilum ad nos perveniſse, & multa capita in eo desiderari. In illis igitur ait scriptum fuisse id quod à Gregorio dicitur de Theodoro Mopsuestiæ. Verum hoc nihil aliud est quam divinare. Etenim Gregorii Magni temporibus, Historia Ecclesiastica Sozomeni nihil amplius continebat, quam quod nunc habemus. Certè Cassiodorus qui diu ante Gregorium vixit, & qui Historiam Ecclesiasticam Sozomeni Tripartitæ suæ intexuit; integriores Sozomeni codices non habuit. Unde igitur integriores Gregorius nancisci potuisset? Pro certo enim habeo, Gregorium Magnum non alibi legisse Sozomenum, quàm in Historia Tripartita. Porro in lib. 10. Historiæ Tripartitæ cap. 34. ita scriptum est: *Eo autem tempore quo Theodotus sacratissimus Antiochenam regebat Ecclesiam, Theodorus μοψυεστίας Episcopus, sed tertius Doctor Ecclesiæ*; &c. Id cum legisset olim Gregorius, ex Sozomeno desumptum esse existimavit, eo quod nullius Scriptoris nomen, nec hujus, nec multorum præcedentium Capitum titulo sit præfixum. Hinc factum est, ut memoriæ vitio Sozomenum scripserit pro Theodorito.

πάσης τῆς ἐκκλησίας διδάσκαλος. De Theodoro Mopsuestiæ Episcopo varia fuerunt hominum judicia. Laudatus est enim à multis Ecclesiæ Patribus, Joanne Chrysostomo, Cyrillo, & Iba Edesseno in epistola ad Marim Persam, & à Facundo Hermianensi; ut Theodoritum nostrum omittam. Alii verò ac præcipuè Acephali, multa in ejus scriptis reprehenderunt, tria potissimum illi objicientes, quibus acriter respondet Facundus in lib. 9. pro defensione trium capitulorum. Damnati sunt tamen ejus libri in Synodo Constantinopolitana sub Justiniano; eique sententiæ universa tandem Ecclesia acquievit, ut docet Gregorius Papa in epistola 31. lib. 6. Theodoritum vero nostrum ei favisse, non est adeo mirandum. Omnes enim Orientales unà cum Joanne Antiochensi Episcopo, impensissime faverunt Theodoro, ut discimus ex Liberati Breviario & ex actis Synodi v.

Pag. 249. πέντε μὲν ἑκατὸν ἐτῶν. Baronius horum annorum quinque supra centum, quos Theodoritus Historiam suam complecti dicit, initium deducit ab anno Christi 323. quo Licinii cædem contigisse scribit. Ab eo, inquit, tempore si numerare incipias, annorum centum & quinque periodum, ad hunc usque annum 427. perveniet, quo ait Theodoritus defunctum fuisse Theodotum de quo agimus, Antiochenum Episcopum. Henricus autem Savilius ad oram editionis Roberti Stephani, hos quinque & centum annos aliter computat, ab anno scilicet 320. qui fuit 14. Imperii Constantini, ad annum 425. qui fuit 18. Theodosii junioris. Cur vero ita numeraverit Savilius, causa hæc est; quòd Arii blasphemiam ex qua horum annorum initium ducit Theodoritus, vulgo omnes existimant cœpisse anno Christi 320. annis quinque ante Concilium Nicænum. Mihi tamen verior esse videtur Baronii sententia: Etenim Savilius Theodoti Antiochensis Episcopi mortem confert in annum Christi 425. Atqui constat Theodotum adhuc superstitem fuisse anno Christi 426. Interfuit enim Synodo Constantinopolitanæ quæ jussu Theodosii junioris congregata est in ordinatione Sisinnii Patriarchæ Constantinopolitani, ut docet Photius in Bibliotheca cap. 52. Rectius ergo Baronius ejus obitum consignavit anno Christi 327. Verum in eo lapsus est, quod hos quinque & centum annos quos Historia Theodoriti complectitur, à Licinii cæde exorsus est: Cum tamen Theodoritus ab Arii blasphemia, non à Licinii cæde Historiam suam exordiri se dixerit. Præterea Licinius non anno Christi 323. sed 325. cæsus est, ut scribitur in Fastis Idatii. Cæterum etsi Baronii sententiam magis probo, qui Theodoti mortem confert in annum Christi 427. nequaquam tamen in ea penitus acquiescendum puto. Nam Theodorus Mopsuestenus, quem Theodoto Antiochensem Ecclesiam regente mortuum esse scribit Theodoritus, adhuc in vivis erat anno Christi 428. Certè Nestorius qui hoc anno Constantinopolitanum Episcopatum suscepit, Theodorum Mopsuestenum in itinere convenit, ut testatur Theodulus apud Evagrium in lib. 1. Historiæ.

καταλιξαι κατὰ τὴν τάξιν. Tota hæc pericope deest in editione Basiliensi, una cum Catalogo Episcoporum qui in quatuor Patriarchalibus Ecclesiis sederunt jam inde à temporibus Constantini. Et hunc quidem Catalogum ante nos Jacobus Sirmundus in editione sua evulgavit; sed mendosissimum. Nos ex MS. codice Henrici Savilii eum nunc emendatiorem damus. In hoc autem Catalogo notandum est, quod post Romanos Episcopos, Antiochensis Ecclesiæ Antistites proxime recensetur, ante Episcopos Alexandriæ. Ex quo obiter colligi potest, Catalogum hunc sive indicem Patriarcharum, non esse opus subditicium, sed revera scriptum esse à Theodorito, qui Antiochensibus Episcopis, utpote Patriarchis suis primum locum tribuit post Pontificem Romanum. Illud præterea observandum est, Constantinopolitanos Antistites postremo loco recenseri, contra authoritatem canonis Constantinopolitanæ Synodi.

Finis Annotationum in Theodoritum.

HEN-

HENRICI VALESII
ANNOTATIONES
IN
HISTORIAM ECCLESIASTICAM
EVAGRII

HENRICI VALESII
ANNOTATIONES
IN LIBRUM PRIMUM
ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ EVAGRII.

A

In Indicem Capitum.

Pag. 253. Νικηφόρου καλλίστου ὑπηλοῦ. Hæc verba desunt in optimo codice Illustrissimi Antistitis Dionysii Tellerii, Remensis Archiepiscopi. Parumque abfuit, quin ea ex Editione nostra expungerem. Neque enim puto hujus indicis Auctorem esse Nicephorum Callistum. Nam cum hic index habeatur in vetustissimo codice Florentino, qui ante quingentos annos exaratus est, ut mihi affirmavit peritissimus ejus rei judex Emericus Bigotius, hujus auctor esse non potest Nicephorus, quippe qui Andronico imperante vixit.

In Proœmium.

Pag. 255. εἰ γὰρ μὴ λίαν ἀκριβεῖς οἶδε ποιεῖν. Non probo interpretationem Christophorsoni, qui λίαν ἀκριβεῖς vertit perfectè Christianos. Ego vero orthodoxos interpretari malui. ἀκριβεῖς enim propriè dicuntur rectorum dogmatum sectatores. Sic Photius in Bibliotheca de Socrate Scholastico dicit, ἀλλὰ γὰρ ἐν τοῖς δόγμασιν ὑλίαν ἰσχὺν ἀκριβοῦς. Sensus igitur hujus loci hic est: Eusebium, etsi maximè idoneus sit ad persuadendum Lectoribus ut Christianam religionem amplectantur, non posse tamen eos efficere in Christianæ fidei doctrinâ valde accuratos, cùm ipse in Arianorum dogma videatur fuisse propensior. Fuit enim hæc multo- C rum opinio de Eusebio Pamphili: Quibus tamen in præfatione quam scripsi ad Historiam Ecclesiasticam ejusdem Eusebii, abundè respondi.

μέχρι τινὸς μόνου. Postrema vox deest in codice Regio ac Florentino & Telleriano, nec habetur in Editione Roberti Stephani. Primi Genevenses Typographi eam addiderunt ex codice Christophorsoni, cujus variantes lectiones editæ sunt ad calcem Editionis Colonienſis. Certè Christophorsonus in interpretatione suâ eam vocem expressit. Sic enim vertit, *ad aliquam partem regni Theodosii.* Mihi tamen elegantius videtur eam vocem supprimere quàm adjicere. Quod si adjicienda esset dictio, mallem equidem addere χώρου.

In Caput I.

Pag. 256. ἐκβαθέντων. Christophorsonus & Savilius emendarunt ἐκλιαθέντων. Sed longe rectior est scriptura quam exhibet codex Florentinus & Tellerianus, ἐκζεσθέντων. Metaphora est à naufragis qui tempestatis vi abripiuntur. Spiritum autem Sanctum vento cuidam comparat Evagrius, cujus vi expulsi Eunomius ac Macedonius, tandem Constantinopoli naufragium fecerunt, damnati scilicet in Synodo Constantinopolitana.

ὃ γὰρ πρότερον μόνον ἀντίπαλον εἶχε. Intelligit vocem *consubstantialis* quod Græci ὁμοούσιον dicunt. Hanc enim vocem malignus dæmon præci- B puè impugnavit, utpote quæ everriculum esset omnium hæresεωn, & rectæ fidei firmissimum propugnaculum.

γράμματος ἐναλλαγὴ ἰσχύσει. Mallem scribere ἰσχύσαι. Ut legitur in codice Telleriano. Porro obscurum est, quodnam hic vocabulum designet Evagrius. Posset quidem intelligi τὸ ὁμοούσιον. Sed quoniam in hoc vocabulo est potius adjectio unius litteræ quàm immutatio, intelligendæ sunt potius præpositiones illæ ἐξ & ἐν, quæ ob hæresin Eutichianam maximos motus excitaverunt, cùm alii ex duabus naturis, alii in duabus Christum adorandum esse dicerent.

Pag. 257. τὴν ἱστορίαν ἀποτιθέμενος. Hic locus non caret C difficultate. Musculus quidem ita vertit: *Ubi absolutam hanc historiam benigno Deo commendavero.* Verum hæc interpretatio ferri non potest. Itaque Christophorsonus aliter interpretatus est, hoc scilicet modo. *Ibique finem scribendi faciam, ubi Deo clementi ac propitio visum fuerit.* Sed neque hæc interpretatio mihi penitus satisfacit. Primo enim Evagrius non dicit ἀποδησόμενος, sed ἀποτιθέμενος in præsenti. Deinde ἀποτίθεσθαι τὴν ἱστορίαν pro finire historiam, nusquam memini legere. ἀποτίθεσθαι proprie dicitur recondere: Unde ἀποθήκη est cella promptuaria. Sumitur etiam pro deponere humi vel in monumento. Hesychius in lexico ἀποθέτου inquit, ὁ κοιμητής. Idem Hesychius ἀποτίθεσθαι significare ait ἐκτίθεσθαι,

Quæ quidem significatio priori contraria est. Occultare enim, & edere seu promulgare, inter se contraria sunt. Malim igitur hunc Evagrii locum ita interpretari. *Historiam editurus, quando clementi placuerit Deo.* Si quis tamen Christophorsoni versionem præferat, non magnopere repugnabo. Certè Evagrius in cap. 7. τὸν βίον ἀπέθετο dixit pro finire. In cap. tamen decimo tertio hujus libri hoc verbum usurpat Evagrius pro referre seu exponere. Sic enim ait ἡ ἱερὰ δὲ ἡ λογίας ἀπέθετο &c. Et in cap. xi. pag. 268. ἀπετίθη eodem sensu ponitur pro ἐξετίθη. Item initio libri secundi ἀποθώμεθα dicit pro ἐκθώμεθα.

ἐν ᾧ πάλιν χριστὸς συμφωνεῖται. Mirum est in hujus loci interpretatione lapsos esse ambos Interpretes. Nam Musculus quidem ita vertit. *Officina blasphemiæ, in qua rursus ad judicium vocatur & venditur Christus.* Christophorsonus verò interpretatur hoc modo. *Qui blasphemiæ officinam, in qua Christus denuo trucidatur & devenditur, instruxit.* Neuter bene. Nam nec ad judicium vocari convenit officinæ: Nec συμφωνεῖται Græce dicitur. Miror certè Henricum Savilium, qui hanc Christophorsoni ineptissimam emendationem ad marginem sui codicis adscripserit. Vertendum erat officina blasphemiæ, in qua pactum initur de Christo, & pretio venditur Christus. Nam συμφώνω proprièest paciscor, & σύμφωνον pactum conventum, pactio, ut legitur in veteribus glossis. Quod verbum sæpius occurrit in libris Jurisconsultorum Græcorum.

ἀναστάσιος. Erat hic Anastasius Syncellus Nestorii Episcopi Constantinopolitani. Ut testatur Theophanes in Chronico & Anastasius Bibliothecarius. Habebant enim Patriarchæ Syncellos, quos sibi eligebant ex ordine Presbyterorum, id est concellaneos seu Cohabitatores. Sic in Epistola synodi Constantinopolitani ad Hormisdam Papam de electione Epiphanii Patriarchæ Constantinopolitani, quam refert Baronius anno Christi 520. inter Legatos misso à synodo nominatur Heraclianus Presbyter sanctæ majoris Ecclesiæ, & Cohabitator Epiphanii Patriarchæ. Ipse quoque Epiphanius prius Presbyter ac Syncellus fuerat Johannis Patriarchæ C.P. ut testatur Dioscorus in epistola ad Hormisdam Papam. Denique Joannes, Presbyter quoque ac Syncellus fuerat Timothei Patriarchæ C.P. ut docet Victor Tunonensis in Chronico, Agapeto V.C. Cos. *Timotheus C. P. Episcopus obtrectator synodi Chalcedonensis, quinto die Aprilis occubuit, & Joannes Cappadox incella propria atque Presbytero Episcopatum tradidit.* Scribe meo periculo. *Et Joanni Cappadoci Syncello proprio atque Presbytero* &c. Nihil certius hac emendatione. Erant etiam Syncelli ex ordine Diaconorum. Sic in actione tertia Concilii Chalcedonensis, Agorastus quidam Diaconus dicitur syncellus Dioscori Episcopi Alexandrini. Extat denique apud Ennodium præceptum, quando omnes Episcopi jussi sunt cellulanos habere: In quo ita legitur. *Nullum ergo Sacerdotem antiquis & modernis legibus obsequentem, nullumque Levitarum, sine bene probata voluntate quocunque loci manere persona. Vel quem substantia exilitas non permiserit habere consortem, ipse concellaneus fiat alterius.* Non soli igitur Patriarchæ Syncellos habuerunt. Certè Stephanus Syncellus Syncletici Tarsensis Episcopi memoratur ab Ephremio apud Photium.

θεόδουλος. Hujus Theoduli nullam alibi mentionem reperi. Nam quod Nicephorus in cap. 32. lib. 14. eum nominat, id haustum est ex fontibus Evagrii nostri. Videtur tamen hic esse Theodulus Presbyter in Cælesyria, qui regnante Zenone Augusto multa scripsit, ut testatur Gennadius Massilliensis, & Marcellinus Comes in Chronico.

In Caput III.

ὑπισκόποις ἐπείθετο. Hunc locum ex optimo codice Florentino restitui, adjecto uno verbo quod ab antiquariis perperam omissum fuerat. Quod quidem idcirco admonendum esse duxi, ut sciant lectores, nihil à nobis additum esse aut immutatum, nisi ex ejus præstantissimi codicis auctoritate. Porro cum Florentino codice consentit codex Tellerianus. Pag. 358.

γράμματι βασιλικῶν. Extat Epistola Theodosii Junioris, quam vulgo sacram vocabant. Sic enim eam appellat Theodosius ipse in Epistola ad Synodum Ephesinam. In versione quidem Latina hujus Epistolæ titulus ita concipitur. *Sacra Imperatoria, missa Alexandriam ad Cyrillum Episcopum & Episcopos Metropolitanos ejus regionis.* Verum Græca aliud sonant, quæ sic habent θεῖον γράμμα ὃπερ ἀλλαχοῦ ἐν ἀλλήλαις ἐφέσει κυρίλλῳ ἐπισκόπῳ, καὶ τοῖς κατὰ χώραν τῶν μητροπόλεων ἐπισκόποις. Id est: *Sacra Epistola missa Alexandriam ad Cyrillum, & ad omnes ubique Metropolitanos Episcopos*, κατὰ χώραν enim, idem valet ac καθ' ἑκάστην χώραν. Idque confirmat ipse Theodosius in eadem Epistola, ubi dicit scripsisse se eodem exemplo πρὸς τοὺς ἁπανταχοῦ τῶν μητροπόλεων ἐπισκόπους. Evagrius autem noster pro eodem dicit; γραμμάτων βασιλικῶν νομιζόντων πρός τε κύριλλον καὶ τοὺς ἁπανταχοῦ τῶν ἐκκλησιῶν προεστηκότας.

ἡμῖν ἐπιφοίτησε πνεῦμα. Vox ἡμῖν displicuit Nicephoro. Itaque loco illius substituit hæc verba: τοῖς ἱεροῖς ἀποστόλοις. Sed nihil opus erat emendatione. Nam vox ἡμῖν hoc loco ponitur pro Ecclesia Dei, quæ tunc temporis in Apostolis residebat. Antea quidem Spiritus Sanctus descenderat in Mariam, tunc cùm illa Filium Dei concepit: Et postea in Christum, quando Christus baptizatus est in Jordane. Verum speciali privilegio id tunc illis contigit. Die verò Pentecostes Spiritus Sanctus primum descendit in Ecclesiam Dei per Apostolos, si quidem Apostoli eundem Spiritum, quem tunc acceperant, postea Successoribus suis per impositionem manuum tradiderunt.

ὡς πολλοῖς ἀπελογήμενος δοκεῖ. Nicephorus pro verbo δοκεῖ habet ἔλεγεν. Christophorsonus verò legit ὡς πολλοῖς ἀπελογημένοις δοκεῖ. Ita enim vertit hunc locum. *Joannes Præsul Antiochia unà cum suis ad diem dictum abfuit; Non quidem sua sponte, sicut multis videtur, qui ejus factum*

factum defendere volunt: Quam tamen emendationem licet Savilius ad oram sui codicis adscripserit, probare non possum. At Musculus locum hunc ita vertit: *Verum præter animi sui sententiam, sicut & multis moram illam excusans, ostendit.* Ego vero nihil mutandum censeo, & locum sic interpretor: *Joannes vero ad constitutum diem non adfuit; non quidem sua sponte, sicut multis videtur, dum factum suum excusat.* Certè non potest alius esse sensus horum verborum.

Pag. 259. εἰς τὴν καλουμένην πρώτην κυριακήν. Græci Dominicam primam post Pascha, πρώτην seu καινὴν κυριακὴν olim vocabant. Ita Gregorius Nazianzenus in oratione XIX. quam dixit in funere Patris sui Gregorii ἡ καινὴ παρ' ἡμῖν ἑορτὴ, ἣν οὕτως ὀνομάζομεν, πρώτην κυριακὴν μετὰ τὴν ἀναστάσιμον ταύτην ἔχοντες. Extat ejusdem Gregorii Nazianzeni oratio 43. in hanc novam Dominicam; in qua rationem adfert, cur hæc dies dicatur nova Dominica. Sed & Synodus in Trullo hanc Dominicam, quam nos vulgo Dominicam in Albis vocamus, καινὴν κυριακὴν appellant. Sic enim dicunt in Canone LXVI. ἀπὸ τῆς ἁγίας ἀναστασίμου χαρᾶς τοῦ θεοῦ ἡμῶν ἡμέρας, μέχρι τῆς καινῆς κυριακῆς &c. In actione 5. Synodi C. P. sub Mena pag. 745. dicitur νέα κυριακή.

In Caput IV.

Κυρίλλου διέποντος τὸν κελεστίνου τόπον. Cyrillum in Ephesino Concilio Cælestini Romani Pontificis vices gessisse satis constat. Certè in actis ejus Concilii Cyrillus hoc titulo ubique decoratur, etiam post adventum Legatorum sedis Romanæ, ut patet ex actione quarta ejusdem Concilii, ubi Legati Romani statim post Cyrillum Alexandrinum ante reliquos omnes Episcopos nominantur. Duplici igitur nomine Cyrillus Ephesino Concilio præsedit, videlicet tanquam Episcopus Alexandrinus, & tanquam Vicarius Episcopi Romani. Nicephorus in lib. 14. cap. 34. ait Cælestinum Romanæ urbis Episcopum, cùm propter navigationis pericula huic Synodo interesse minime potuisset, vices suas Cyrillo mandasse. Atque ex eo tempore Cyrillum & successores ejus Alexandrinos Episcopos, mitram sumpsisse, & Papæ vocabulum sibi vindicasse, orbisque totius judices esse appellatos. Sed hæc inepta sunt & falsissima. Diu enim ante Cyrillum, Episcopi Alexandrini Papæ vocabantur. Nam Dionysius Alexandrinus in epistola tertia ad Philemonem, Heraclam Beatissimum Papam appellat, ut legitur apud Eusebium in lib. 7. Ecclesiasticæ Historiæ. Et Athanasius in Apologetico secundo refert epistolam Ischyræ ad se scriptam hoc titulo: *Beatissimo Papæ Athanasio Ischyras in Domino Salutem.* Adde quod Cælestinus Cyrillum Vicarium suum constituit in Nestorii duntaxat causa, non in reliquis omnibus; isque honos Cyrilli personæ privatim concessus est, non autem sedi Alexandrinæ. Itaque successores Cyrilli cum honorem postea sibi vindicare minime potuerunt, qui Cyrillo ad tempus duntaxat indultus fuerat. Certè Marcellinus Comes id disertè notat in Chronico, Consulatu Theodosii Junioris XIII. & Valentiniani Augusti III. *Nestorius Constantinopolitanæ sedis perfidus Antistes, à quo Nestoriana perfidia pullulavit, apud Ephesum ducentorum sanctorum Patrum sententia in Synodo condemnatus est, Cælestino Cyrillum Alexandrinæ civitatis Episcopum pro tempore Vicarium renuntiante.* Illud præterea notandum est in supra dicto Nicephori loco, tam Nicephorum, quam eos à quibus id mutuatus est Nicephorus, non dubitasse quin Romanus Episcopus judex esset omnium Ecclesiarum. Nam cùm scribant, Cyrillum posteaquam Vicarius à Cælestino Episcopo Romano renuntiatus est, judicem Ecclesiarum totius orbis cognominatum fuisse, proculdubio existimarunt hanc fuisse prærogativam Romani Pontificis, ut totius orbis Ecclesiarum judex haberetur.

In Caput VI.

Οὐ γὰρ ἂν διεψεύσατο. In optimo codice Florentino scriptum inveni διαψευσαιτο, longe rectius. In actis autem Ephesini Concilii pag. 428. ubi hæc Cyrilli epistola refertur, scriptum est διαψεύσηται. Verum Florentini codicis scripturam confirmat Nicephorus & cod. Tel. Pag. 261.

τοῖς ὑπὲρ δύναμιν πόνοις φορτικοῖς. Pessime hanc locum vertit Christophorsonus hoc modo: *Et graviores quàm vires ferebant, suscepit in concionando labores.* Musculus verò hunc locum sic verterat: *Et laboribus vires excedentibus collocutionem suscepit.* Neuter bene, φορτικοῖς πόνοις, idem valet ac labores ferre seu tolerare. Sic ὁμιλεῖν τύχαις est fortunæ vicissitudines tolerare. Plutarchus in Mario de Jugurtha loquens ita scribit οὕτω τις ἦν πολυειδὴς ἀνὴρ τύχαις ὁμιλῆσαι, id est, adeo vir ille vario erat ingenio, & ad fortunæ vicissitudines ferendas accommodato. Cæterum verba illa ὑπὲρ δύναμιν, duobus modis intelligi possunt. Aut enim ἀνθρωπίνην subaudire possumus, aut certè ἰδίαν. Posteriorem sensum amplexi sunt Musculus & Christophorsonus & is qui acta Ephesini Concilii Latinè interpretatus est.

ταῖς ἡμῶν ἐντυχούσαις. In actis Ephesini Concilii & apud Nicephorum scribitur ὑμῶν, rectius proculdubio.

καὶ συνεφώνησεν. Sic etiam legitur in actis Ephesini Concilii. In Manuscripto tamen codice Tellerano scriptum inveni καὶ ἐφώνησεν.

In Caput VII.

Πρὸς τοὺς ἐγκαλέσοντας. In optimo codice Florentino scriptum inveni πρὸς τοὺς ἐγκαλέσαντας δι, recte proculdubio, δι verò idem valet ac διότι. Pag. 262.

ἢ ἀθάρατα συμπλεκομένων. Obscurus est sensus hujus loci, quem sic explanandum esse existimo. Post concionem illam Anastasii Presbyteri,

teri, qui Syncellus erat Neſtorii, gravis diſ- A
ſenſio exorta eſt in Eccleſia Conſtantinopolitana: Cùm alii quidem Mariam θεοτόκον dicendam eſſe contenderent, alii verò ἀνθρωποτόκον. Cumque ſeditio quotidie ingraveſceret, Neſtorius eam ſedare cupiens, vocem quandam mediam excogitavit, ut Maria χριστοτόκος imposterum vocaretur; ne ſi θεοτόκον diceret, mortalia immortalibus copulare videretur, quod ipſe quidem impium eſſe ducebat; aut ſi ἀνθρωποτόκον amplexus eſſet, altera pars, eorum ſcilicet qui θεοτόκον defendebant, ab ipſo deficeret, & ſeorſum conventus celebraret. Hic eſt ſenſus hujus loci, quem nec Muſculus, nec Chriſtophorſonus intellexerunt. Scribendum eſt igitur ἢ τὰ θνητὰ, καὶ ἀθάνατα συμπλέκων. In Manuſcripto codice Telleriano ſcriptum inveni ἢ ἀθανάτῳ συμπλεκομένῳ, &c.

ἔνθεν τε κακεῖθεν. Id eſt, ab utraque parte, tam Catholicorum, quam Neſtorianorum. Male Muſculus vertit, ultro citroque.

ἀπό τε ἀπὸ ἑκατέρου. Rectius in codice Florentino & Telleriano legitur ἀπό τε ἄν ἑκατέρου. Ex iisdem codicibus emendavi paulò poſt τὸν τὸ εὐφρικίου πρ'. Cùm antea legeretur νύττισα ineptiſſimè.

Pag. 263. ἐνθαδὶ ὤν. In ſupradicto ſcilicet Monaſterio quod Euprepii dicebatur.

γράφει δὲ καὶ διαλεκτικῶς. Non probo interpretationem Chriſtophorſoni & Muſculi. Quorum hic quidem vertit: *Scripſit & alium librum more dialectico, velut ad Ægyptium quendam de exilio ſuo compoſitum.* Chriſtophorſonus verò ita interpretatur: *Scripſit præterea Neſtorius alium libellum acute & ſubtiliter* &c. Quid enim opus fuit acumine & ſubtilitate dialectica in libello, in quo Neſtorius agebat de ſua in Oaſim relegatione. Itaque magis placet, διαλεκτικῶς συγκείμενον interpretari librum in modum dialogi compoſitum. Atque ita Nicephorus hæc Evagrii verba expoſuit. Pro illis enim poſuit διαλογικώτερον. Quod Langus vertit, *diſertius*; quaſi Nicephorus dixiſſet λογικώτερον.

ὑπεξελεύσεως. Apud Nicephorum in lib. 14. cap. 36. rectius legitur ἐπεξελεύσεως. Atque ita in Telleriano codice ſcriptum inveni.

ἀχμαλώτα. Hunc locum correxi ex optimo codice Florentino, in quo ita legitur ἀχμαλοσίᾳ τῇ πάντων ἐλεεινοτάτῃ συμφορᾷ, qua emendatione nihil certius. Ita quoque legitur apud Nice- D
phorum.

τὸ μὴ ἐμποδών. Interpretes cùm vocem ἐμποδὼν impedimentum perpetuo ſignificare ſibi perſuaſiſſent, in varios errores prolapſi ſunt. Nam Langus quidem ita vertit: *Et ambo vos jam ex vita hac exceſſiſtis; quo tempore, ſicut quidam ex profanis Sapientibus dixit, nihil obſtat quo minus libera quiſque hominum benevolentia, nullo intercedente adverſario, colatur.* Chriſtophorſonus verò ſic interpretatur: *Quando, ut ſapienti inter gentiles ſcriptori placet, quiſque ſtabili & conſentiente omnium benevolentia, modo nihil ſit, quod jure debeat eſſe impedimento, honorari ſolet.* Atqui ἐμποδὼν, non ſemper impedimentum ſignificat. Antiqui enim, tam Rhetores, quam Philoſophi ἐμποδὼν dicebant pro eo quod eſt ἐν ποσὶ, id eſt, in medio ſeu in propatulo, ut docet Suidas & Harpocration & auctor Etymologici. Poſteriores verò ac præcipue Hierocles Philoſophus, eam vocem uſurparunt pro impedimento. Optime igitur Muſculus hunc Evagrii locum interpretatus eſt hoc modo: *Quando, ſicut quidam exterorum Philoſophorum dixit, quod non eſt amplius ſuperſtes, ſine ullius invidia & contradictione cum benevolentia honoratur.* Porro in margine codicis Telleriani ad hunc locum annotatur τοῦ κυδίδου, id eſt, ex Thucydide ſumpta eſt hæc ſententia. Extat autem in libro 2. Thucydidis pag. 128. in oratione funebri quam habuit Pericles.

καὶ βαρβαρικῆς ἀχμαλόσεως. Scribendum vide- Pag. 164
tur διὰ βαρβαρικῆς ἀχμαλοσίας. Certè in Manuſcripto codice Florentino & Telleriano, & apud Nicephorum legitur ἀχμαλοσίας.

τὸ τῶν νωμάδων πλῆθος. In epiſtola Neſtorii ſupra relata Blemmyes dicuntur qui Oaſim vaſtaverant. Quare νομάδες pro adjectivo hic ſumi debet. Poteſt tamen eſſe nomen proprium Barbarorum. Certè Nubæ Blemmyis proximi, qui crebras excurſiones in agrum Oaſis faciebant, ut docet Procopius in lib. 1. Perſicorum, Nomadæ etiam dicebantur ſeu Numides teſte Stephano. Sic in veteri epigrammate de Imperatore Hadriano, quod retuli in annotationibus ad lib. 4. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Euſebii. ψαμάθους ἀχὶ νωμάδων. Sed objiciet aliquis, ſi de una ca- C
demque Oaſeos captivitate hic loquitur Neſtorius, quomodo ſtare poteſt quod initio hujus epiſtolæ dicit, Oaſim ea incurſione jamdudum vaſtatam fuiſſe. Etenim incurſio Blemmyarum in Oaſim recens admodum contigerat, in qua Neſtorius captus fuerat à Barbaris, ac ſtatim dimiſſus, ut ipſe teſtatur. Nomadum autem incurſio jamdudum contigerat. Sic enim ſcribit Neſtorius in hac ultima epiſtola, ἐκ πολλῶν πρώην ἀφανισθείσης. Reſpondeo hæc verba ἐκ πολλῶν πρώην non ſignificare, *jam dudum antea*, ut putaverunt Interpretes, Langus, Muſculus & Chriſtophorſonus. Nam adverbium φρώην ſignificat *nuper* ut nemo neſcit. Certè hæc incurſio Barbarorum, paulò antequam hæc ſcriberet Neſtorius, contigerat. ἐκ πολλῶν igitur referri debet ad verbum ἀφανισθείσης. Idem ergo
eſt ac ſi diceret: *Cùm Oaſis multis modis nuper vaſtata eſſet*; igne ſcilicet ac cædibus & Barbarica captivitate, ut ſupra dixit Neſtorius.

τῆι σῆς εὐσεβείας. Sic etiam legitur apud Ni- Pag. 165
cephorum. Non dubito tamen, quin ſcribendum ſit τῆς τόσης σου. Ut legit Chriſtophorſonus & Savilius.

ταῦτα φήσεσθαι, καθ' ἡμῶν. Scribendum puto ὀφθῆναι φήσεσθαι ἡμῶν λογιζομένων. Atque ita legiſſe videtur Muſculus, qui ſic vertit; *& cùm illic hoſtes nos arbitramur.*

καὶ τὸ τοσαύτας. Scribendum eſt καὶ τοσαύτας &c. ſubauditur enim verbum ἀριθμεῖσθαι quod proxime anteceſſit. In Telleriano codice deeſt articulus τὸ.

καὶ

ἢ τῆς δὴ τοῖς ἀνιχθεῖσι. Nihil hoc loco viderunt Interpretes; quos leve mendum in errorem gravissimum induxit. Scribendum est procul dubio ἀνιεχθεῖσι. Id est: *Et post relationes quas ad Principes misit tua magnificentia; ut per nos quoque per quos id fieri decet, invictissimis Principibus rei veritas indicetur, humaniter permitte.* Solebant olim Præsides Provinciarum, de omnibus quæ apud ipsos acciderant referre ad Imperatorem. Quod ἀναφέρειν dicebatur, & relatio ἀναφορά, ut notavi ad Ammianum Marcellinum. De his Præsidum relationibus loquitur Severianus in oratione prima in Hexæmeron, cujus locum hic adscribam, quem Interpres non intellexit. ὥσπερ γὰρ, ἀδελφοὶ, οἱ ἀπὸ τῶν ἀναφορῶν ἄρχοντες τῷ βασιλεῖ πάντα μηνύουσιν· οὕτω καὶ οἱ ἄγγελοι τῷ θεῷ &c. Id est: *Nam quemadmodum Præsides missis relationibus, cuncta quæ geruntur Imperatori significant* &c. At Interpres Magistros libellorum & suggestionum interpretatur, perperam, ἄρχοντες enim apud Chrysostomum & reliquos ejus ævi Scriptores nihil aliud sunt quam Præsides seu Rectores Provinciarum. Et ἀναφορὰ nihil aliud est quam relatio. Quare in Severiano scribendum est ὥσπερ γὰρ ὁ τῶν ἀναφορῶν οἱ ἄρχοντες. &c.

In Caput IX.

Pag. 266. Μιξελλῆ κατὰ τὴν κωνσταντίνου. Haud dubie scribendum est κατὰ τὴν κωνσταντίνου, quemadmodum legitur in codice Telleriano, & apud Nicephorum in lib. 4. c. 47. ubi Langus vertit: *Flavianus Synodo provinciali apud Constantinopolim coacta* &c. Quem secutus est Christophorsonus. Ego tamen particularem Synodum malui interpretari cum Musculo. Certè ea Synodus fuit tantum Episcoporum, qui tunc forte Constantinopoli morabantur ob quædam negotia Ecclesiastica: Quos ἐνδημοῦντας ἐπισκόπους vulgo nominabant. Extant acta hujus Synodi Constantinopolitanæ sub Flaviano, relata in actione prima Concilii Chalcedonensis, in qua leguntur hæc verba; συναχθείσης τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης συνόδου τῆς ἐνδημούσης ἐν τῇ προστρεμένῃ μεγαλοπόλει, &c. Quod si quis Episcoporum qui tum convenerunt, nomina scire desiderat, habentur in actione prima Synodi Chalcedonensis pag. 93.

ἢ τισὶ τῶν ἀρχόντων. Male Christophorsonus Ecclesiarum Præsides interpretatur, cùm Magistratus potius vertere debuisset. Rectè igitur Nicephorus in lib. 14. cap. 47. Evagrii verba exposuit hoc modo: ἐν ᾗ καὶ ἄλλοι τε τῶν ἱερέων παρῆσαν, καὶ τῶν συγκλήτου τινές. Extant acta hujus Synodi secundæ Constantinopolitanæ sub Flaviano, relata in actione prima Concilii Chalcedonensis pagin. 95. & sequentibus, ubi Florentius magnificentissimus Patricius, & Mamas Comes & proximus scrinii libellorum & sacrarum cognitionum, Macedonius denique Tribunus & Notarius, ei Synodo interfuisse dicuntur.

In Caput X.

Τῷ τιχνάσιτ῾ χρυσαφίῳ. Ita legebatur in editione Roberti Stephani. Sed Christophorsonus & Savilius transpositis vocabulis emendarunt, τιχνάσιτ῾ τῷ χρυσαφίῳ. Ego verò non dubito quin Evagrius scripserit τῷτο τιχνάσιτ῾ χρυσαφίῳ. Cæterum ante hæc verba Christophorsonus & Savilius subdistinctionem apponunt. Sic enim vertit Christophorsonus: *Hujus Concilii Dioscorus, qui in Alexandria Episcopatum post Cyrillum successit, quo odium in Flavianum incenderetur, præses designatus fuit. Chrysaphius enim hanc rem callide molitus fuerat.* Sed longe melior mihi videtur sententia Musculi, qui ante has voces πρὸς ἔχθρας φλαυϊανοῦ, subdistinctionem collocat. Vertit enim hoc modo: *Præsidebat autem ei Synodo Dioscorus post Cyrillum Alexandrinus Episcopus, id quod tæ odio Flaviani instituerat Chrysaphius.* Pro verbis autem illis πρὸς ἔχθρας seu ἔχθραν, ut emendat Savilius, Nicephorus habet δι᾽ ἔχθρας ἰὼν φλαυϊανῷ.

χρυσαφίου. Ad latus Manuscripti codicis Florentini, hoc Scholium annotatum est, ὦ τῆ δυσεβῆ χρυσαφίου σημείωσαι ὡς ἀεὶ οἱ κοιτωνικοὶ εὐνοῦχοι τοὺς ὀρθοδόξους ἀρχιερεῖς ἐπολέμουν. Id est, nota de impio Chrysaphio, quod cubicularii Eunuchi orthodoxos Episcopos perpetuo impugnarunt. Cujus rei exemplum illustre est in Eusebio præpositio cubiculi, qui Constantii temporibus Athanasium & reliquos Catholicos Antistites insectatus est.

φρόντιζον ὲν ἐφέσῳ. Male hæc verba accepit Christophorsonus, quasi Evagrius diceret, Juvenalem prius fuisse Episcopum Ephesi. Evagrius tamen id non dicit, sed tantum ait Juvenalem Episcopum Hierosolymorum, jam antea versatum fuisse Ephesi, in priore scilicet Ephesina Synodo, in qua Nestorius fuerat condemnatus.

ἢ Ἰουλιῶ. Sic etiam legitur apud Nicephorum, corrupte pro Ἰουλιανὸς. Ita enim rectè scribitur in actis Ephesinæ Synodi secundæ, quæ referuntur in actione prima Concilii Chalcedonensis pag. 49. *Post Consulatum Zenonis & posthumiani VV. CC. Die sexto Idus Augusti, Indictione tertia, Synodo congregata in Epheso Metropoli ex præcepto religiosissimorum & Christianissimorum Impp. & residentibus in sancta Ecclesia quæ vocatur Maria, reverendissimis & sanctissimis Episcopis, Dioscoro Alexandriæ, & Juliano Episcopo, agente vices sanctissimi & beatissimi Episcopi Romanæ Ecclesiæ Leonis.* Hunc Julianum Episcopum fuisse Puteolanum ex Mariani Chronico scribit Baronius ad annum Christi 449. hodie tamen in Mariani Scoti Chronico, non Julianus, sed Julius dicitur Episcopus Puteolanus, cum Hilario Diacono missus à Leone Papa ad secundam Synodum Ephesinam. In subscriptionibus autem Episcoporum, qui huic secundæ Synodo Ephesinæ subscripserunt, quæ referuntur in actione prima Concilii Chalcedonen-

sis pag. 141. Julianus Episcopus dicitur. Sic enim legitur; *Julianus Episcopus, tenens locum Leonis sanctissimi Episcopi Romanæ Ecclesiæ, interpretante se Florentio Episcopo Lydiæ, dixit* &c. Ex quibus verbis colligi videtur, Julianum hunc, qui secundæ Synodo Ephesinæ interfuit, esse Julianum Coensem Episcopum, qui biennio post Chalcedonensi Synodo interfuit, tenens & ipse illic locum Leonis Romani Pontificis, ut in actis Synodi Chalcedonensis scriptum habetur non uno in loco. Ubi tamen mirari subit, cur cùm Julianus iste Coensis Episcopus, toties vocetur Legatus & vices agens Leonis Romani Pontificis, nihilominus prærogativam sedis non habeat una cum Paschasino & Lucentio Vicariis sedis Apostolicæ qui eidem Synodo præfuerunt, sed post Patriarchas & Exarchos nominetur. An dicemus Juliani Legationem generalem fuisse & honorariam, non vero specialem, cujusmodi fuit Legatio Paschasini & Lucentii, ad hoc ut Synodo Chalcedonensi vice Leonis Pontificis præsiderent. Posset etiam non incommode dici, Julianum Coensem ideo Legatum Leonis Papæ nominari in actis Synodi Chalcedonensis, quod biennio antè in secunda Synodo Ephesina vices ejusdem Leonis egisset. Notetur interim Baronii inconstantia, qui cùm ad annum Christi 449. scripsisset, Julianum eum qui in secunda Synodo Ephesina Legatus fuit sedis Apostolicæ, Episcopum fuisse Puteolanum, postea ad annum 451. cap. 78. Coensem Episcopum illum facit.

θεοδοσίε θεσπίζαντ& πρὸς ἐλπίδιον. Exstat sacrum commonitorium Imperatoris Theodosii ad Elpidium comitem sacri Consistorii, & Eulogium Tribunum & Notarium Prætorianum, in actis Ephesini Conciliabuli quæ referuntur in actione prima Synodi Chalcedonensis pag. 46. ubi leguntur hæc verba, quæ hic refert Evagrius.

Pag. 267. ἐν δανιὴλ ἐπισκοπ& καὶ ῥητόρων. Paulo ante secundam Synodum Ephesinam; Ibas Edessenus & Daniel Carrarum Episcopus à Clericis suis accusati fuerant apud Imperatorem Theodosium. Ille causam eorum cognosci jussit in Synodo Berytiensi præsente Damascio Tribuno & Notario prætoriano. Exstant acta hujus Concilii, relata in actione decima Synodi Chalcedonensis, quæ sic incipiunt: *Post Consulatum Flavii Zenonis & Posthumiani virorum Clarissimorum Calendis Septembris indictione secunda.* Sed non dubito quin scribendum sit *Consulatu Zenonis & Posthumiani.* Alioqui hæc Synodus contigisset post Conciliabulum Ephesinum, quod collectum est post Consulatum Zenonis & Posthumiani mense Augusto. Berytiensis autem Synodus post illam Synodum Ephesinam collocari non potest, cùm in ea mentio fiat Flaviani Episcopi Constantinopolitani, & Domni Antiocheni: Quos constat in secunda Synodo Ephesina fuisse depositos. Accedit testimonium Liberati Diaconi, qui in Breviario scribit hanc Synodum Berytiensem congregatam fuisse, antequam Eutyches hæresin suam conflasset.

εἰρηναῖός τε αὖ τύρυ. Diu ante secundam Synodum Ephesinam, Episcopatu pulsus fuerat Irenæus edicto Imperatoris Theodosii, & in ejus locum Photius substitutus. Certè Photius præfuit Synodo Berytiensi, quæ collecta fuerat anno ante secundam Synodum Ephesinam. Sed quoniam Imperatoris jussu, non synodali sententia ejectus fuerat, idcirco in altera Synodo Ephesina canonice depositus est.

σωφρονίν χάριν τ῀ κωνς᾽αντινα[illegible]ων. In hujus loci versione, mirum est, quantopere aberrarint Interpretes. Nam Langus quidem Interpres Nicephori ita vertit: *Decrevit hæc Synodus quoque de Sophronio quodam, qui tum Constantinopolim vi-sendæ ejus gratiâ venerat.* Christophorsonus vero sic interpretatur: *Nonnulla ibidem acta fuere contra Sophronium Episcopum Constantinopolitanum.* Sed Constantinensem dicere debuerat. Erat enim Sophronius Episcopus Constantinæ, ut patet ex Synodo Antiochena sub Domno, quæ intexta est actioni 14. Synodi Chalcedonensis. Interfuit idem Sophronius postea Chalcedonensi Synodo, ut legitur in actis ejusdem Concilii. Est autem Constantina urbs Phœnices.

ἐφ᾽ ᾧ τὶ λοιπὸν γέγονεν. In locum Domni Antiochensis Episcopi subrogatus est Maximus, ut scribit Liberatus in Breviario. Cujus Episcopatum Leo Papa postmodum confirmavit, ut legitur in actione 10. Chalcedonensis Concilii. Idem tamen Maximus Domno, quoad vixit, certos sumptus ex Ecclesiæ suæ reditibus constituit, ut contentus alimentis imposterum quiesceret; quod quidem cæteri Patriarchæ in Chalcedonensi Synodo approbarunt, ut videre est in actione jam citata.

In Caput XI.

τὰ μὲν συνεκτικὰ ἐν κύρει. Apud Nicephorum in lib. 14. c. 48. Ubi hunc Evagrii locum transcribit, legitur ἐν κυρεία, minus rectè ut opinor. In tamen diserte scriptum inveni in MS. codice Tellerano.

ἐν τὶ σεμνόν. Non dubito quin scribendum sit ὡς τὶ σεμνόν &c. in his enim Evagrii libris ἐν passim positum erat pro ὡς.

In Caput XIII.

καὶ πάντα ἀοιδί μυ μνήμης. Henricus Savilius in suo codice scribit unâ voce παντἀοιδί μυ. Ego tamen mallem scribere πανἀοιδί μυ. Sic enim Græci loqui solent, ut cum dicunt παιεύφημος, παιάγιος & similia. Certè Evagrius noster infra de Gregorio loquens Antiocheno Episcopo, χηροῦσι τὸ πανἀοιδί μυ. Pag. 296

ἐν τὸ ἀχείροτον ἱερουργήσαντες. Presbyteri olim unà cum Episcopo Missas celebrabant, & de manu ejus Eucharistiam accipiebant. Sic in actione decima Concilii Chalcedonensis, Bassianus Episcopus Ephesi in libello precum ad Martianum Imperatorem ait inter cætera τ῀ δὲ ἄυριον ἡμέρᾳ λειτουργοῦντες πάντες ὁμοῦ &c. Et multo post pag. 303. idem Bassianus dicit: ς ἴφατ& φρισζύτερ& μυ῀ τὶ τίσταρ

ἐτε

ἔτη μετ' ἐμοῦ ἱλειτούργει. μετ' ἐμοῦ ἐκοινώνει, καὶ ἐκοινώνει, παρ' ἐμοῦ, ὡς παρ' ἐπισκόπου. Id est: *Stephanus Presbyter meus fuit annis quatuor, mecum missas celebravit, mecum communicavit, & à me tanquam Episcopo communionem accepit.* Idem quoque olim mos fuit in Ecclesia Romana, ut Presbyteri quotidie cum Episcopo urbis Romæ missas celebrarent, & communionem de manu ejus acciperent. Diebus verò Dominicis, cum Presbyteris separatim in suis titulis Missarum solennia celebrare necesse habebant propter plebem ipsis commissam, fermentum sive corpus Dominicum per Acolythos transmissum ab Episcopo urbis Romæ accipiebant, ne à communione Episcopi sui eo præsertim die separati esse viderentur, ut scribit Innocentius Papa in epist. ad Decentium.

Pag.270. ἐν ᾧ τὰ μάλιστα ὑπελλειποτις. Varie hunc locum correxerunt viri docti, Christophorsonus scilicet & Curterius, vel potius ii ex quorum codicibus has emendationes transcripserant. Alii enim post ὑπελλειποτις, addunt verbum εἰσιν. Alii verò legunt ὑπελλείποιεν, ut de Theodorito solo id intelligatur. Ego verò hunc locum ita restituendum esse existimo: ἐν ᾧ τὰ μάλιστα ὑπελλοιποτας κατειλήφαμεν, ὅ μέχρι νῦν σωζόμενον ὑπὸ τοῖς τῆς ἁγίας ἐρήμου, παρ' ἡμῶν παρειλήφαμεν. Nec dubito quin Evagrius ita scripserit.

εἰ μὴν εὐθύμως. In optimo codice Florentino hæc ad latus adscripta sunt: πνευματικὴν ὡς ἀληθῶς ἐν τῷ χριστῷ ἡμῶν πατέρων περὶ τοῦ μεγάλου συμεῶνος κρίσιν. Id est: *Patrum de magno Symeone judicium prorsus spirituale in Christo.*

Pag.271. καὶ ἀερίου μάρτυρος ὅπ' ῥήματος. Videntur esse verba Imperatoris Theodosii, ex Epistola quam scripsit ad Beatum Symeonem. Hunc igitur titulum præfixerat Epistolæ suæ: τῷ παναγίῳ καὶ ἀερίῳ μάρτυρι. Ubi Martyrem quidem eum appellat ob gravissimas ærumnas quibus ille corpus suum afflictabat: Aerium verò eò quòd sublimis staret in columna. Certè voces illæ ὅπ' ῥήματος, omnino indicant id quod dixi; verba illa scilicet, aut ea quæ proxime sequuntur, esse Imperatoris Theodosii. Christophorsonus tamen hunc locum aliter distinxit, ut ex interpretatione ejus apparet. Sic enim vertit: *Et sanctissimum ac Aerium oraret Martyrem, uti nominatim pro ipso Deum obsecraret.* Quam distinctionem equidem probare non possum.

πέπλωκε γὰρ ἐν ὀργῇ. Post has voces Nicephorus hæc addit, σεισμῷ μεγάλῳ γενομένῳ.

εἰ μὴ δέ ὅσοι. Christophorsonus quidem & Savilius hunc locum ita emendarunt ὅσοι μὴ χερσὶν &c. Sed leviori mutatione locus corrigi potest hoc modo, εἰ μὴ ὅσοι &c. Nicephorus pro his verbis habet, πλὴν ὅσοι, quod est elegantius.

Pag.272. καὶ διαθλεῖσθαι σῶμα. Delenda videtur conjunctio, utpote otiosa & superflua. Ac fortasse Evagrius scripserat συνδιαθλεῖσθαι, quemadmodum legitur apud Nicephorum.

οὕτω τὸ καθίκαστον. Malim omnino scribere ἕν τὸ καθίκαστον &c. Quæ emendatio prorsus necessaria mihi videtur, licet Nicephorus vulgatam scripturam tueatur. Certè Christophorsonus ita legisse videtur ut dixi.

ὡς ἔρην εἰπών. Assentior Henrico Savilio, qui in margine sui codicis emendavit ὡς ἔρθην εἰπών. Idem mendum supra correctum est in hoc capite, ubi agitur de Synagogis quas Antiocheni Judæis olim ademerant. Atque ita diserte scriptum est in codice Telleriano.

In Caput XIV.

Μανδείαν οἱ ὑπηχόειοι καλοῦσι. Rectius in Telleriano codice & apud Nicephorum scribitur μάνδραν. Sic enim Evagrius ipse in superiori capite sæpius nominat. Quod autem addit Evagrius, sanctum Symeonem id vocabulum loco in quo arctioris Philosophiæ studiis sese exercuerat, indidisse, amplius inquirendum est. Verba Evagrii sunt hæc: τῆς ἀσκήσεως εἶμαι τῷ παναγίῳ συμεῶνι τὴν προσηγορίαν τῷ χώρῳ καταλιπόντι. Christophorsonus quidem & Savilius emendant καταλιπόντος, gravi errore. Scilicet non animadverterunt, Evagrium voces interdum trajicere solere. Sic igitur construendus erat hic Evagrii locus: τῷ παναγίῳ τὴν προσηγορίαν καταλιπόντι τῷ χώρῳ τῆς ἀσκήσεως. Ita certè Nicephorus hunc Evagrii locum intellexit. Sic enim habet: μάνδραν μὲν ὡς ἔφηται τὸν χῶρον καλοῦσιν οἱ ὑπηχόειοι τῆς ἀσκήσεως, τῷ ὁσίῳ τὴν κλῆσιν ἀπὸ ὑποδιδόντι. Id est: *Mandram sicuti dictum est, Monastici exercitii ejus locum incolæ nominant, appellatione tali ei à sancto ipso viro impositâ.* Suspicari tamen quis possit, id vocabulum post Symeonis mortem ei loco impositum fuisse, cum plures Monachi eò confluxissent, & monasterium illic ædificassent. Mandra enim monasterium significat, Metaphora sumpta à caulis ovium seu caprarum, quæ Mandræ dicuntur. Hinc Archimandritæ dicti sunt Abbates monasteriorum, ut videre est in Concilio Chalcedonensi & in novellis Imperatorum. De hoc Symeonis monasterio loquitur Theodorus Lector in lib. 1. Collectaneorum, ubi ait θαυμάσιος ὁ ἐκ τῆς συμεῶνος μάνδρας ἐλθὼν, τῷ φύλῳ ἐπέβη τοῦ ἐς ἀνάπλεω. Symeon quoque Metaphrastes in vita Danielis Stilitæ cap. 7. hujus monasterii mentionem facit: *Et venit ad Mandram illam in quâ erat sita columna R. Symeonis. Infra enim circa illam erat quoddam monasterium. In quo cùm totos quatuordecim dies transegisset, volebat Symeon Danielem adhuc apud se manere.* Quibus verbis indicat Metaphrastes, Symeone adhuc superstite monasterium illud exstructum fuisse. De quo tamen tam Theodoritus, quam Evagrius nihil dicunt. Cæterum non dissimulabo Tellerianum codicem hoc loco scriptum habere καταλιασθσης.

ὑπεστάχαται ὑπὸ ταῖς στοαῖς. Christophorsonus hunc locum ita interpretatur: *Porticibus verò columnæ adjunctæ sunt.* Nec aliter Musculus, qui sic vertit: *Insunt autem porticibus columnæ.* Sed Græca vox ὑπεστάχαται aliquid amplius significare videtur. Utitur eodem verbo Evagrius in lib. 4. cap. 31. Ubi Ecclesiam sanctæ Sophiæ describit; locus sic habet: ἐν δεξιῷ ὑπὸ καὶ κατὰ τὸ εὐώνυμον κίονες αὐτοῖς ὑπεστάχαται. Quem locum ita verti: *In dextro autem ac sinistro latere,*

ex adverso fornicum posita sunt columnæ. Certè A hoc verbum omnino significat aut id quod dixi, aut juxta ponere. Langus quidem Interpres Nicephori, hæc Evagrii verba, quæ initio retulimus, ita interpretatur: *Juxta porticus has ex saxo polito columnæ decentissime constructæ sunt.*

τὸ δέ γε μέσον, αὐλή. Pessime hunc locum accepit Christophorsonus. Sic enim vertit: *Versus medium templum, atrium est sub dio.* Non hoc dicit Evagrius, sed in medio harum porticuum fuisse atrium sive aream. Atria enim fere quatuor porticibus circundari solebant, ut notavi ad libros Eusebii de vita Constantini. Fefellit Christophorsonum id quod paulò antè dixit Evagrius, templum porticibus ex quatuor lateribus circundatum fuisse. Itaque existimavit templum illud medium fuisse inter quatuor porticus. In quo longe falsus est. Atrium enim erat in medio quatuor illarum porticuum. Idque primum occurrebat intrantibus, postquam vestibulum transgressi erant. Post atrium verò templum erat, contiguum uni ex porticibus. Hanc fuisse figuram hujus templi, sequentia satis declarant. Ait enim Evagrius, nefas fuisse mulieribus in eam ædem intrare: Eas tamen miraculum illius stellæ spectasse ex porta quæ erat in vestibulo. Atrium igitur statim occurrebat post vestibulum, nec templum erat in medio. Alioqui templi ipsius parietes aspectum stellæ ademissent.

κλειθρίδια. Langus & Christophorsonus Cancellos verterunt, quod probare nullo modo possum. Nam Cancelli sunt κιγκλίδες. Clatros itaque malim vertere. Glossæ veteres, Clatri, κανόνες, οἱ ἐν ταῖς θυρίσιν ὀβελίσκοι. Id est Regulæ seu verucula quæ sunt in fenestris. In aliis verò Glossis Clatrare exponitur κλειδοῦν. Est igitur eadem origo Latinæ vocis & Græcæ.

ἀποκεκρυμμένα. Assentior Christophorsono & Savilio, qui ἀποκλειόμενα emendarunt. Nicephorus tamen vulgatam scripturam tuetur. Addit præterea Nicephorus nonnulla quæ in Evagrio nostro hodie non leguntur. Sic enim habet: ἅπερ πρὸς αὐτοῖς δὴ ταῖς στοαῖς καὶ τὸ ῥυθὲν προαύλιον ὑπαιθρον διακεῖνται, καὶ χώραν δίδωσι τοῖς ἀρημένοις ἐκτὸς ὁρᾶν ἀπὸ τῆ ἐσωθεν, καὶ ἔσω πάλιν ἀπὸ τῆ ἐξωθεν. Quem Nicephori locum Langus ita vertit: *Cancelli sunt: Fenestras quidam appellare consuevere, porticibus ipsis & subdiali quæ dicta est aulæ respondentes, locumque volentibus dantes, ut ex ipso templo extra, & rursum ab exteriori templi parte in templum prospicere possint.* Quæ quidem nescio unde hauserit Nicephorus: Utrum ex Symeone Metaphraste qui vitam Symeonis Stylitæ conscripserat. Eam certè à se lectam fuisse testatur idem Nicephorus. Neque enim verisimile est hæc Nicephorum de suo addidisse. Quam autem ob causam hæc adjecta sint, deprehendisse mihi videor. Existimavit scilicet Metaphrastes, aut Nicephorus ipse, si mavis, mulieres quæ in sacram illam ædem ingredi minime sinebantur, ex fenestris illis stellam quam diximus, spectavisse. Sed longe fallus est, ut mox dicemus.

ἀγροίκων ὅσοι τὸν κίονα χορευόντων. Musculus vertit: *Cum universo collecto illic agrestium circa columnam saltantium populo.* Quem secutus est Christophorsonus, expuncta subdistinctione quæ apposita est post vocem λεών. Verum hæc interpretatio ferri non potest. Neque enim soli rustici tunc erant in templo sancti Symeonis, cùm hæc stella visa est ab Evagrio. Sed plurimi etiam urbani, ex quorum numero erat Evagrius. Deinde populus quem tunc congregatum illic fuisse dicit Evagrius, erat in porticu ad lævam ipsius columnæ. Rustici verò erant in atrio, circa columnam saltantes.

αὐτὸ δὴ τὰ προσωπεῖον. In Nicephoro legitur προσωπον; quod rectius puto. In Tellerino codice scriptum inveni προσώπειον mutato accentu. B Pag. 271

ἡ μία τῶν θυρῶν. Pro voce θυρῶν Nicephorus restituit θυρίδων, perperam, ut supra admonui. Neque enim mulieres per fenestram spectare poterant, cùm ipsæ quidem essent in vestibulo, fenestræ verò sitæ essent in ipso porticuum culmine, à quarum ingressu mulieres arcebantur. Meritò igitur Joannes Langus Evagrium nostrum secutus, Nicephorum emendavit. Sic enim vertit: *Mulieres quoque, sed extra templum ad postes stantes miraculum hoc spectant. Janua enim una ex adverso stellæ fulgentis locata est.*

C

In Caput XV.

Καὶ τῆς ἐς ἐνθεωρίας. Nicephorus in lib. 14. cap. 53. ubi hæc Evagrii verba transcribit, habet τῆς ἐς θεὸν θεωρίας. Quomodo etiam in Tellerino codice scriptum inveni. Posset etiam emendari τῆς ἐνθέου θεωρίας. Hujus porro Isidori Pelusiotæ illustre extat elogium apud Ephremium Episcopum Antiochenum in epistola ad Zenobium Scholasticum quam refert Photius in Bibliotheca. Ubi eum Alexandrinum genere fuisse dicit, & apud Episcopos ipsos venerabilem ἀλεξανδρεὺς δὲ ὢν τὸ γένος, καὶ τοῖς ἀρχιερεῦσιν ἐπίσημος.

παλιγγενεσίας ἀξιοῦσθαι. Quantum quidem ex his & sequentibus verbis colligitur, existimasse videtur Evagrius Synesium uno eodemque tempore baptizatum & ad Episcopale munus promotum fuisse. Quod tamen falsum esse, multis argumentis convincit Petavius in notis ad Synesium pag. 2. & 3. Evagrium tamen secutus est Photius in Bibliotheca & Nicephorus in lib. 14. Quanquam Nicephorus non uno eodemque tempore utrumque Sacramentum à Synesio perceptum esse dicit; Sed cùm jam ei persuasisset Theophilus, ut Baptismum Christianorum susciperet, postea conatum esse eidem persuadere, ut Episcopale munus capesseret: ἐπειρᾶτο καὶ τὸ τῆς ἱερωσύνης ἐκείνου ἁψάσθαι χρίσματος.

ὑπω

ὕπω τὸν λόγον τῆς ἀναστάσεως προδιεκόμισεν. Plerosque id sibi persuasisse video, Synesium tunc cum à Ptolemaidensibus electus est Episcopus, resurrectionem corporum nequaquam credidisse. Id tamen verum non esse testatur ipse Synesius in epist. 105. quam scripsit ad Evoptium fratrem, qui tum erat Alexandriæ. Ubi causas affert, cur Episcopatum sibi delatum suscipere non possit. Prima est, uxor à cujus consortio divelli non poterat. Altera est, corporum resurrectio. De qua id sentiat, declarat his verbis: πρὸ καθωμιλημένου ἀνάστασιν ἱερόν τι καὶ ἀπόρρητον ἡγημαι, καὶ πολλοῦ δέω ταῖς περὶ αὐτῆς ἀληθέσι ξυνολισθήσειν ὁμολογήσαι, id est: *Decantatam illam resurrectionem sacrum quidpiam & arcanum arbitror, longeque absum à vulgi comprobandis opinionibus.* Non igitur resurrectionem mortuorum negabat penitus Synesius; sed eam cum Platonicis atque Origene exponebat. Cæterum Baronius ad annum Christi 410. cuncta illa quæ à Synesio dicuntur in hac epistola, tam de uxore retinenda, quam de mortuorum resurrectione, non serio dici censet, sed ficte atque simulate, ut Episcopatus onus declinaret. Verum hanc Baronii sententiam merito improbavit Petavius. Multo enim verisimilius esse dicit, Synesium hæc ad fratrem suum scripsisse, sicut tunc sentiebat. Postea verò à Theophilo aut aliis Sacerdotibus edoctum, antequam Episcopus fieret, veram de resurrectione sententiam amplexum esse. Verum hanc quæstionem fusè examinavit Lucas Holstenius peculiari dissertatione, quam in gratiam studiosorum, ad calcem Annotationum nostrarum edidimus. Interim monendus est Lector, in hujus capitis titulo & in Bibliotheca Photii errorem esse, ubi Synesius Cyrenarum Episcopus dicitur. Fuit quidem Synesius patria Cyrenæus. Sed Episcopus fuit Ptolemaidis, quæ urbs est in Cyrenaica.

Pag. 274. ὅ τι πρὸς αὐτὸν Θεοδόσιον προσφωνητικός. Intelligit orationem de regno. Quæ tamen non Theodosio juniori, sed Arcadio dicta est anno Christi quadringentesimo, hoc est, decem annis antequam Synesius Episcopatum susciperet, ut rectè observavit Dionysius Petavius in notis ad orationem illam Synesii.

In Caput XVI.

Ὡς ἰωάννῃ τῷ ῥήτορι. Hujus Joannis Rhetoris Historiam sæpius laudat Evagrius in sequentibus libris. Verbi gratia in cap. 12. libri secundi, & in cap. 10. ac vicesimo octavo libri tertii, & in cap. 6. libri 4. Longe autem diversus est ab illo Joannes, cujus mentionem facit Evagrius in cap. ultimo libri quinti. Hic enim Historiam rerum gestarum scripserat ab extremis temporibus Justiniani usque ad Principatum Mauritii, ut ibidem testatur Evagrius. Prior autem ille Joannes, res Theodosii Junioris & Leonis ac Zenonis Principatu gestas exposuerat, ut colligitur ex iis quæ ex Joanne illo desumpsit Evagrius. Et in ruina Antiochiæ quæ contigit anno Justini senioris nono, Historiam suam clauserat, ut scribit Evagrius. Præterea Joannes ille quem posteriore loco nominavi, patriâ fuit Epiphaniensis. Evagrius enim in cap. citato lib. 5. cum civem suum & cognatum appellat. Fuit autem Evagrius domo Epiphaniensis, ut in prolegomenis ostendimus. Joannes vero ille Rhetor, cujus hoc loco meminit Evagrius, si conjicere licet, videtur mihi fuisse Antiochenus. Etenim quæcunque ex illo citat Evagrius noster, ad Antiochenam urbem pertinent. Hæc idcirco fusius annotavi, ut errorem Joannis Vossii emendarem, qui in Commentario suo de Historicis Græcis, hos duos Joannes inter se confudit.

ἐν τῷ καλουμένῳ κοιμητηρίῳ. Obscuritas & prava distinctio hujus loci, primo Nicephorum, ac deinde Christophorsonum in errorem induxit. Obscuritas autem ex eo nata est, quod Evagrius noster more suo, nimis multa in unam eandemque periodum inclusit, quæ in plures periodos erant dividenda. Deinde post vocem κοιμητηρίῳ ponenda est distinctio, quod non viderunt Nicephorus & Christophorsonus. Putavit igitur Nicephorus, Ignatii reliquias Theodosii Junioris temporibus Româ Constantinopolim perlatas fuisse, & jussu ejusdem Imperatoris Antiochiam deportatas, illic in cœmeterio esse depositas. Quod est falsissimum. Diu enim ante Theodosii Junioris principatum, reliquiæ Ignatii Martyris depositæ erant in cœmeterio urbis Antiochiæ, ut disertè testatur Hieronymus in libro de Scriptoribus Ecclesiasticis, ubi de Ignatio hæc habet: *Reliquiæ corporis ejus Antiochiæ jacent extra portam Daphniticam in cœmeterio.* Non igitur Româ Constantinopolim, ac deinde Antiochiam, reliquias Ignatii transtulit Theodosius Junior, sed ex cœmeterio quod erat extra portas urbis Antiochiæ, eas in urbem deportavit. Ita certè hunc Evagrii locum intellexit Musculus, ut ex interpretatione ejus apparet. Sic enim vertit: *Tunc & divinus Ignatius, posteaquam sicuti voluerat, bestiarum ventres sepulturæ loco in amphitheatro Romano consecutus, & ossa illius quæ tanquam robustiora relicta fuerant à bestiis, Antiochiam deportata, & in cœmeterio condita essent, multo post tempore per Theodosium transfertur,* &c. Videtur autem Musculus expunxisse articulum ἡ, ut totus locus construatur hoc modo: ἐπειδὴ τάφων ἐγκωὶς ἀπεκομίσθη &c. Quod equidem valde probo.

τὸν Θεοφόρον. Cognomentum hoc videtur fuisse beati Ignatii. Idque ex eo colligitur, quod omnibus ejus epistolis hunc titulum præfixum legimus, ἰγνατίου ὁ καὶ Θεοφόρου. *Ignatius qui & Theophorus.* In Martyrio beati Ignatii quod edidit Joannes Usserius Armacanus, ipse Ignatius sese Theophorum appellat coram Imperatore Trajano. Et interrogatus, qui esset Theophorus, respondet: Is qui Christum gestat in pectore.

τυχαῖον. Gentiles singulis civitatibus suos genios tribuebant, eisque templa exstruebant, quæ Græcè τυχαῖα vel τυχεῖα dicebantur, ut no-

tavi ad librum nonum Historiæ Ecclesiasticæ Eusebii. Templum Genii publici urbis Antiochiæ memorat Ammianus Marcellinus in lib. 23. pag. 238. quod Julianus in Misopogone τὸ τῆς τύχης ἱερὸν appellat.

ἐκεῖθεν ἔνθα. In optimo codice Florentino scriptum est ἔνθεν quòd magis placet. Quanquam alterutra vox videtur superflua. Utrumque enim vocabulum idem significat. Quamobrem Christophorsonus utrumque adverbium in versione sua exposuit hoc modo: *Ista propterea in eo loco facta fuerunt, quod Deus sacras Sanctorum suorum memorias ibi coli honorarique voluit.* Ego vero ἔνθεν aliquid amplius significare existimo. *Abhinc* scilicet, quasi ἐνθένδε ὧδε diceres. Certè Hesychius ἔνθεν αὐτόθεν exponit & ἐκ τούτου. Sensus igitur est Deum velle, ut Sanctorum Reliquiæ jam ab hoc sæculo honorentur. Certè Evagrius hæc adverbia ἐκεῖθεν ἔνθεν simul jungere solet, ut in libro 11. cap. v. sub finem.

πλὴ καστα λίαν. Castalium fontem intelligit. De quo Ammianus Marcellinus, Gregorius Nazianzenus, aliique multa scripserunt. Verba Gregorii ex secunda invectiva in Julianum, hæc sunt: πάλιν ἡ καστα λία σεσίγηται καὶ σιγᾷ καὶ ὕδωρ ἐστὶν ἀ μαρτινόμβων, ἀλλὰ γελώμβων· πάλιν ἀνέβλυσε φωνὴν ὁ ἀπέλλων· πάλιν ἡ Δάφνη φυτόν, &c. Ad quæ Gregorii verba, vide si placet, ea quæ notat Scholiastes Nonnus cap. 14. Hæc non monerem, nisi animadvertissem utrumque Interpretem id non vidisse.

In Caput XVII.

Pag. 275. Γέγονε σεισμός. Hic terræ motus contigit anno Christi 447. Ardabure & Callepio Coss. ut scribit Marcellinus in Chronico & Auctor Chronici Alexandrini. Verba Marcellini hæc sunt: *Ingenti terræ motu per loca varia imminente, plurimi urbis Augustæ muri recenti adhuc readificatione constructi, cum quinquaginta septem turribus corruerunt.* Quæ verba idcirco hic apposui, ut ostenderem verba Evagrii malè intellecta esse ab Interpretibus, qui ἀνὰ πλὴ βασιλίδα, verterunt *in palatio*, cum vertere debuissent *in urbe Regia*. Sic autem Constantinopolim nominare solet Evagrius.

σὺν τοῖς σφῶν βίζαις. Leges Grammaticæ jubent ut scribamus σὺν ταῖς σφῶν βίζαις. Certè in codice Telleriano legitur σὺν ταῖς. Paulò ante ubi legitur διαχλύσαι πλὴ γλῶ, idem codex scriptum habet διαχήσαι.

In Caput XVIII.

Κατὰ πλὴ ἀντιοχείαν ἄρξοντες. Id est, *ut essent Consulares Syriæ.* Consularis enim Syriæ regebat urbem Antiochiam & reliquas urbes Syriæ Cœles. Cave porro intelligas, hos tres viros, Memnonium scilicet, Zoilum, ac Callistum simul missos esse à Theodosio, ut Antiochenæ jurisdictioni præessent. Neque enim hic mos erat Romanorum. Singulos igitur variis temporibus subinde missos à Theodosio intelligere debemus. Sciendum præterea est, moris fuisse ut Consulares Syriæ, ad conciliandam sibi Antiochensium gratiam, aliquod opus publicum conderent. Docet id Libanius in Antiochico pag. 370. his verbis: ἐθαύμασον εἰ τοῖς μὲν ἄλλοις κρατοῦσα τῶν ἔργων, τῇ τῆς σοφίας ἀσκήσει μὴ τὰ ἄλλων καὶ τὰ αὐτῆς νικῶσα, τὰς δὲ ἀρχὰς ἑαυτῆς ἐραστὰς ἑαυτῇ καθίστησιν. ὧν ἕνεκα καὶ προοίμιον τῆς διοικήσεως, καὶ μέσα, καὶ τελευταῖα, τοῦτ' ἐστὶ προσθεῖναι τῇ πόλει. Id est: *Non itaque mirandum, si urbs quæ aliis quidem in rebus reliquas vincit, in studio verò atque exercitatione sapientiæ, non alterum solum, verum etiam sua ipsius decora superat, Rectores Provinciæ in sui amorem rapit. Quorum singulis & initium administrationis & medium & exitus hic est, adjicere aliquid civitati.* Idem Libanius paulo ante in eadem pagina, tria fuisse dicit tribunalia in urbe Antiochia, ac totidem Advocatorum scholas, pro numero scilicet tribunalium. Primum tribunal fuisse videtur Præfecti Prætorio Orientis, cujus sedes erat Antiochiæ. Secundum tribunal fuit Comitis Orientis. Tertia fuit jurisdictio Consularis Syriæ Cœles. Verba Libanii sunt hæc: ἀνὴρ γὰρ τῆς ἐν τοῖς πολιτευομένοις παιδείας, ἧς χορεὶ ῥήτορων, ἰσάριθμοι τοῖς δικαστηρίοις ἀγελαῖοι. Quæ sic vertenda sunt: *Nam præter eruditionem quæ est in Decurionibus, tres advocatorum scholæ illic congregantur, totidem numero quot sunt fora.*

πλὴν ἡμετέραν θρησκείαν. Scribendum puto τῇ ἡμετέρᾳ θρησκείᾳ διαφέποντες. Id enim postulant leges Grammaticæ. Pag. 276.

τῆς τοῦ παλατίου ῥαφίνου. Sic ediderunt Genevenses Typographi ex libro Christophorsoni. Savilius quoque in suo codice qui penes me est, expuncta voce ῥαφίνου ejus loco substituit hæc verba τὸ παλατίου ὄροφον. Atque ita legisse Christophorsonum, ex versione ejus apparet. Sic enim vertit: *Qui ad Australe latus tecti Palatii, quod Rufini nomen obtinet, spectat.* Sed cum hæc verba nec in Regio codice, nec in optimo exemplari Florentino & Telleriano legantur, merito expungenda esse existimavi.

τῶν στρατηγῶν τὰ καταγώγια. Mansionem Ducum interpretatur Musculus. Nec aliter Christophorsonus, qui sic vertit: *E regione fori, in quo pulcherrima domus est, quam Præfecti Præsidiorum incolere solent.* Ego vero στρατηγὸς hoc loco intelligendos esse arbitror, non Duces aut Magistros militum, sed Magistratus seu Duumviros qui Græce στρατηγοὶ dicebantur, ut jam pridem observavi, tum in Annotationibus ad Ammianum Marcellinum, tum ad Eusebium. Cur autem ita potius hanc vocem hic accipiendam esse existimem, causa hæc est, quod ædes illa fuisse dicitur in foro, è regione Basilicæ in qua jus reddebatur. Hujusmodi porro domicilium melius convenire videtur magistratui municipali, quam Rectori militiæ. Ædes porro istæ στρατήγια Græce dicebantur. Tale fuit strategium Constantinopoli, ut notavi ad librum primum Socratis. Quanquam Auctor Chronici Alexandrini in gestis Imperatoris Severi, aliam affert rationem hujus vocabuli. Sed nunc re attentius examinata, στρατηγὸς hic intelligo Magi-

Magistros militum per Orientem, qui prætorium habebant insigne in foro urbis Antiochiæ. Hujus Prætorii mentionem facit Theoph. in Chronico pag. 147. ἀπήφθη δὲ τὸ πῦρ ἀπὸ τῦ μαρτυρίυ τῦ ἁγίυ στεφάνυ, ἕως τῦ πραιτωρίυ τῦ στρατηλάτυ ἔφθασεν.

testate factus est Episcopus Cotyæi urbis Phrygiæ, seu potius Smyrnæ, ut tradit Auctor Chronici Alexandrini & Theophanes. Vixit autem usque ad tempora Leonis Augusti, ut testatur Suidas.

In Caput XIX.

Πεζικῶν τε καὶ ναύτης στρατῶν. Si leges Grammaticæ sequi volumus, scribendum erit ναυτῶν. Sed quoniam ναῦται στρατοὶ in plurali non dicitur, malim equidem scribere πεζικῷ τε καὶ ναύτῃ στρατῷ; ut legitur in Manuscripto codice Telleriano. Certè in optimo codice Florentino disertè scriptum est πεζικῷ. Paulò post scribendum est διήρκεσε, non ut vulgo editum est διήρκεσαν.

Κλαυδιανὸν καὶ Κύρον τὺς ποιητάς. Hic est Claudianus cujus hodie præclara exstant carmina. Verum hoc loco duplex occurrit difficultas: Quomodo Poeta Latinus hic commemoratur ab Evagrio, & cur ab eodem Evagrio confertur in tempora Theodosii junioris, cùm Claudianus cujus carmina nunc habemus, Arcadio & Honorio regnantibus floruerit, ut docent ejus scripta. Quod ad primam quæstionem attinet, facilis est responsio. Claudianus enim non Latina solum, verum etiam Græca scripsit Poemata. Unde in veteri epigrammate, quod in basi ejus statuæ erat inscriptum, Virgilii simul & Homeri animam in se transfusam habuisse dicitur. Latinum quidem carmen primùm scribere aggressus est anno Christi 395. quo Consules fuerunt Olybrius & Probinus. De quorum Consulatu elegans carmen conscripsit, quod etiamnum exstat. Hic conatus cum feliciter successisset Claudiano, animos ei addidit ad Latina deinceps carmina conscribenda; cùm antea Græcos duntaxat versus edidisset, ut ipse testatur in Elegia ad Probinum, his versibus.

Romanos bibimus primum te Consule fontes,
Et Latia cessit Graja Thalia toga.
Incipiensque tuis à fascibus omina cepi,
Fataque debebo posteriora tibi.

Fuit certe Claudianus natione Græcus, ortus ex urbe Alexandria, ut docet Suidas in voce κλαυδιανός. Idem quoque testatur Claudianus ipse in carmine ad Hadrianum Præfectum Prætorio, qui & ipse Alexandrinus fuit. Nam de Alexandro Macedone ita scribit:

Conditor hic patriæ. Sic hostibus ille pepercit.

Et in fine ejusdem carminis hæc habet:

Sæviet in miseros cognata potentia cives.
Audiat hæc commune solum, longeque carinis
Nota Pharos, &c.

Κύρον. Cyrus Poeta fuit natione Ægyptius, ortus ex oppido Panopoli. Qui cum ob Poeticæ artis facultatem gratus esset inprimis Eudociæ Augustæ, conjugi Theodosii Junioris; erat enim hæc mulier φιλοεπὴς, id est, carminum studiosissima, promotus est ab Imperatore Theodosio Præfectus Prætorio & urbi. Fuit etiam Ex-Consul & Patricius, ut scribit Suidas. Postea vero cum Eudocia Regina ob quasdam occultas causas relicto Palatio Hierosolymam urbem petiisset, Cyrus adempta po-

In Caput XX.

Ἡ χρόνοις ὕστερον. Addenda videtur particula hoc modo, ἢ δὲ χρόνοις, &c. Nisi enim hanc particulam addideris, hæc de Eudoxia Eudociæ filia intelligentur, de qua proxime locutus est Evagrius. Verùm adjectio particulæ ἢ non jam de Eudoxia; sed de Eudocia matre sermonem institui designat. *Pag. 277.*

ἐνταῦθα γίνεται. Pessimè Musculus & Christophorsonus hunc locum intellexerunt. Putarunt enim per vocem ἐνταῦθα significari urbem Hierosolymam, cum intelligatur urbs Antiochia. Etenim Evagrius Historiam suam scripsit Antiochiæ, qua in urbe fortunarum suarum domicilium fixerat, ut in Prolegomenis ostendimus. Sed & Nicephorus in eundem errorem prolapsus est. Nam in cap. L. libri XIV. ubi hunc Evagrii locum describit, vocem ἐνταῦθα de urbe Hierosolymitana intelligit. Atqui ex sequentibus Evagrii verbis facile erat animadvertere, hæc de urbe Hierosolymitana dici non potuisse. Neque enim Hierosolyma Græcorum fuit colonia, sed potius Judæorum, & postea Romanorum. Nec Ulpianus, Libanius & reliqui ab Evagrio laudati Scriptores, de Hierosolyma urbe scripserunt. Nec Eudocia Augusta quæ domo erat Athenienses, cives Hierosolymitanos compellare potuit hoc versu:

ὑμετέρης γῆτης καὶ αἵματος εὐχομαι εἶναι.

Certè Auctor Chronici Alexandrini ait, Eudociam ex aureo curru verba fecisse ad Antiochenos.

στράβωνι. Locus Strabonis quem indicat Evagrius, extat in lib. decimo sexto pag. 750. editionis Parisiensis.

πεισάνδρῳ τῷ ποιητῇ. Duo fuere Pisandri Poetæ. Alter Rhodius, qui Heracleam carmen duobus libris scripsit, quod est de Herculis rebus gestis. Hunc quidam Hesiodo antiquiorem faciunt. Alii vero in Olympiadem tricesimam tertiam eum conferunt, ut scribit Suidas. Alter fuit Pisander Lycaonius, ortus Larandis oppido Lycaoniæ, Nestoris Poetæ filius. Suidas cum floruisse scribit, regnante Alexandro Mammeæ filio. Hic libros sex ἡρωικῶν θεογαμιῶν heroico carmine conscripsit, varia omnis generis Historia refertos, ut testatur Suidas. Ejusdem operis meminit etiam Zosimus in lib. 5. ubi de Hemonæ urbis conditu loquitur: ὡς ὁ ποιητὴς ἱστορεῖ πείσανδρος, ὁ τὴν τῶν ἡρωϊκῶν θεογαμιῶν ὑπογραφὴν παλαιὸν, ὡς εἰπεῖν, ἱστορίαν ἀπολαβών, quæ Zosimi verba ita vertit Leunclavius: *Sicuti Pisander Poeta memoriæ prodidit, qui heroicarum divarumque nuptiarum titulo totam hanc propemodum historiam complexus est.* Non est hic sensus Zosimi verborum. Ait enim Zosimus, Pisandrum Poetam in carmine illo de heroum ac dearum nuptiis, universam propemodum Historiam complexum fuisse. Idem etiam testatur Suidas

cum

cum ait de Pisandro. ἔχρψεν ἱστορίαν ποικίλων δι' ἐπῶν· ἐν ᾧ συγχέφει ἡρωϊκῶν γαμιῶν ἐν βιβλίοις ιβ'. In hoc igitur opere Pisander de Triptolemo Argivo deque Io scripserat, qui primi Antiochiam urbem Syriæ condiderunt. Porro id opus sexdecim libris comprehensum fuisse videtur, non autem sex, ut perperam legitur apud Suidam. Nam Stephanus in libro de urbibus, decimum & quartum-decimum Pisandri librum citat.

Ἰουλιανῷ. Hic est Ulpianus Antiochenus Sophista, qui primum quidem Emesæ, postea vero Antiochiæ Rhetoricam docuit principatu Constantini, ut testatur Suidas. Ejusdem meminit Eunapius in vita Procæresii Sophistæ. Hic igitur inter reliquas Orationes, quas ab illo scriptas fuisse refert Suidas, peculiarem orationem in laudem patriæ suæ conscripserat, in qua de coloniis vario tempore in eam deductis loquebatur.

Λιβανίῳ. Libanius Antiochensis Sophista scripsit orationem, quæ ἀντιοχικὸς inscribitur, quæ etiamnum exstat in secundo ejus operum Tomo edita. Nec dubium est, quin Evagrius hoc loco eam orationem designet. Porro Libanius in supradicta oratione cunctas Græcorum colonias quæ Antiochiam variis temporibus deductæ sunt, accuratè recenset. In his etiam Athenienses commemorat, quos Seleucus, eversa urbe Antigonia, traduxit Antiochiam.

Καὶ Ἰουλιανῷ. Quis sit hic Julianus Sophista, nondum comperi. Fuit quidam Julianus Cappadox, omnium sui temporis Sophistarum, qui Athenis Rhetoricam docebant, facile princeps. De quo multa refert Eunapius in libro de vitis Sophistarum. Eum Suidas floruisse scribit Constantini Magni temporibus. Sed quod eundem Callinici Sophistæ temporibus æqualem fuisse dicit, in eo secum ipse pugnat, cùm Callinicus Sophista Philippi & Gallieni principatu vixerit. Duos igitur Julianos Athenis Sophistas fuisse crediderim. Quorum prior iisdem temporibus vixit quibus Callinicus Sophista. Alter vero principatu Constantini Magni.

τῷ καλεντῷ λυτρῷ. Hujus lavacri meminit Ammianus Marcellinus in lib. 31. Haud procul ab initio, ita scribens: *Vocesque præconum audiebantur assiduè, mandantium congeri ligna ad Valentini lavacri succensionem, studio ipsius Principis conditi.*

In Caput XXI.

Διαφθείρεται. Nicephorus in lib. 14. cap. 50. legit δὶς ἀφθείρεται. Sic enim habet: καὶ δὶς ὁ λόγος ἔχει τοιοῦτο ὅτι· τὸν ἱερουσαλὴμ ἀφθείρατο. Quam scripturam secutus est Christophorsonus, ut ex versione ejus apparet. Ita enim vertit hunc locum: *Eudocia verò Constantinopoli Hierosolymam bis profecta est.* Atque ita in Telleriano codice diserte scriptum inveni. Prior quidem Eudociæ profectio ad urbem Hierosolymam, contigit A Theodosio XVI. & Fausto Consulibus anno Christi 438. ut ex Socrate & ex Marcellini Chronico rectè observavit Baronius. Sequente autem anno, Hierosolymis Constantinopolim reversa est, B. Stephani reliquias secum deferens, ut tradit idem Marcellinus in Chronico. Secunda verò ejus Hierosolymitana profectio, quo anno acciderit, non convenit inter Scriptores. Baronius quidem principatu Marciani Augusti eam consignat. Ego vero diu ante Imperium Marciani, superstite adhuc Theodosio, secundam hanc peregrinationem ab Eudocia Augusta susceptam esse contendo. Nam Marcellinus in Chronico Theodosio Aug. XVIII. & Albino Coss. qui fuit annus Christi 444. ita scribit: *Severum Presbyterum & Joannem Diaconum Eudocia Regina apud Æliam urbem ministrantes, missus ab Imperatore Theodosio Saturninus Comes domesticorum occidit. Eudocia nescio quo excita dolore, Saturninum protinus obtruncavit; statimque mariti Imp. nutu regiis spoliata ministris, apud Æliam civitatem moritura remansit.* Idem confirmat Auctor Chronici Alexandrini. Iisdem enim Consulibus Paulinum Magistrum Officiorum jussu Theodosii necatum esse scribit: Atque idcirco Eudociam dolore affectam, quippe quæ Paulinum suâ causâ interfectum fuisse sciret; petiisse à Theodosio ut Hierosolyma proficiscendi facultas ipsi concederetur. Marcellinus tamen in Chronico Paulini cædem refert anno Christi 440. Valentiniano V. & Anatolio Coss. Proinde si ob Paulini cædem Eudocia iterum profecta est Hierosolyma, juxta Marcellini sententiam, id contigit anno Christi 440. Porro de Saturnino Comite, quem Eudocia Aug. Hierosolymæ occidi præcepit, locus extat in Historia Prisci Rhetoris pag. 54. quem hic apponam: καὶ ὡς τοῦτο ἐπίστευσε βασιλεὺς, καὶ σατορνίλον φονεύσας καὶ τὴν κοσμουμένην, συγκατέβη εἰρήνει σώσειν. τὸν γὰ σατορνίλον ἀνῃρήκει ὀθωναῖς ἡ καὶ εὐδοκία. ἀμφοτέρων γὰ ἐκαλεῖτο τοῖς ὀνόμασιν.

καὶ τὰς καλυμένας λαύρας. Laura differt à Cœnobio, eo quod Laura quidem constat multis cellis longe à se invicem disjunctis. Cœnobium verò uno clauditur muro. Et in Laura quidem degebant Anachoretæ: In Cœnobio autem Monachi simul vivebant. Docet id Cyrillus Scythopolitanus in vita Euthymii, his verbis: *Te autem oportet venire ad meam Lauram, & fratrum quidem cellas diruere ab ipsis fundamentis. Cœnobium vero ædificare illic, ubi meum ædificasti cœmeterium. Non enim Lauram, sed Cœnobium potius esse locum, Deo placet.* Idem Cyrillus in vita S. Sabæ; discrimen istud inter Lauram ac Cœnobium sæpius designat. Hanc etiam differentiam inter Phrontisteria & Lauras observat Evagrius noster hoc loco. Nam in Phrontisteriis quidem Monachos ait gregatim vixisse & communi mensa usos esse, & diurnas ac nocturnas precationes simul celebrasse. In Lauris autem separatim vixisse Anachoretas, exiguis cellis inclusos. Pag. 71

αὐτὸς ὑπὸ γὰ ὁρᾶτ. Assentior Christophorsono qui ὑπὲρ γὰ legit, quemadmodum etiam legitur apud Nicephorum in cap. 50. lib. 14. Sed

&

& verbum δοκεῖν his deerat, quod nos ex MS. codice Florentino supplevimus. In Telleriano autem codice scriptum inveni ὡς γλῶ.

τὰς καλυμένας ὑπερθέσμους. Pessimè hunc locum interpretati sunt Musculus & Christophorsonus. Nicephorus vero optimè exposuit hoc modo: ὅτοι ἢ πολλάκις καὶ δύο καὶ τρεῖς ὑπερθέμβοι τῶν ἡμερῶν. εἰσὶ δ' οἱ καὶ πεμπταῖοι καὶ ἑξὸς διατελοῦσιν ἄσιτοι. Id est: *Ii sæpius in biduum & triduum jejunium proferunt. Sunt qui diebus quinque & longius, cibum non attingunt.* Dionysius quoque Petavius in cap. 5. miscellanearum exercitationum adversus Salmasium, hunc Evagrii nostri locum rectè exponit de superpositione, quod exquisitissimum fuit genus jejunii apud Christianos. Sed quod ὑπερθέσεις scribendum esse suspicatur pro ὑπερθέσμους, in hoc ei assentiri non possum, cùm hæc emendatio à vulgatæ scripturæ vestigiis longius recedat. Eodem ὑπερθεσίμους hoc loco mallem scribere. Subaudire autem oportet ἡμέρας, vel τροφάς. Latini superpositionem dixerunt pro jejunio, ut videre est in Concilio Eliberitano & in Canonibus Pœnitentialibus. Vide si placet quæ notavi ad librum v. Hist Ecclesiasticæ Eusebii. In optimo codice Telleriano ὑπερθεσίμους scriptum inveni, prout conjeceram.

βοσκὰς καλοῦσι. Sozomenus in lib. 6. cap. 33. Monachos quosdam Mesopotamiæ ita dictos esse scribit, eo quod primi hoc strictioris abstinentiæ genus excogitassent.

τὸ λαθεῖν ἑαυτὰς προεἰζοντες. Rectius in MS. codice Florentino legitur προεἰζονται. Sed præterea corrigendum videtur ἑαυτοὺς.

Pag. 279. τὸ ὑπαθεῖς εἶναι τυγχάνειν. Hunc locum ex MS. codice Florentino restitui. Sed pro ὑπαθεῖς, omnino scribendum est ἀπαθεῖς, ut habet Nicephorus & codex Teller. Et paulo post pro ἀφορῶσι. procul dubio corrigendum est ἀφορῶμεν ex eodem Nicephoro.

ὅτωι τὸ ἀπαθῶς ἐθίειν. Addenda videtur particula hoc modo ὅπως ἢ τὸ ἀπαθῶς ἐθίειν φιλοσοφεῖσθαι. Sic enim oratio rectè connectitur cum superioribus.

κἂν ἄφυκ' καπήλεια ἢ παλιγκαπήλεια. Hunc locum ita vertit Christophorsonus: *Adeo etiam sine delectatione cibum capiunt, inque ea re tam austeram exercent disciplinam, ut sive ad cauponam, sive ad lupanar eos divertere cogat necessitas, nec lo-* A *cum refugiant*, &c. Secutus est sine dubio Christophorsonus expositionem Nicephori, qui hæc Evagrii verba ita reddidit, κἂν ἐν καπηλείῳ ἢ μαγειρείῳ εἰ τοῦτο δεήσοι φεύγειν, &c. Ego verò ex optimo codice Florentino hunc locum ita restitui, κἂν ἄφυκ' καπήλοις ἢ παλιγκαπήλοις δέησοι, &c. Quid sint παλιγκαπήλοι, & quid distent à καπήλοις, cunctis notum esse existimo. Quantum καπηλεῖα distat à mercatore, tantum à καπήλῳ distat παλιγκάπηλος. Glossæ veteres παλιγκάπηλον Latinè dardanarium reddunt.

ἀποκεκλῶσθαι φύσιν. Non displicet conjectura doctorum virorum, qui ἀποκλιθῆναι emendarunt. Quam lectionem secutus est Christophorsonus, ut ex versione ejus apparet. Nicephorus tamen vulgatam scripturam retinuit.

ἑκάτερα συμπλέκεται βίου. Joannes Langus de præsenti & futura vita hæc verba exponit. Sic enim Nicephori sui locum interpretatus est: *Vitam utramque illi, præsentem videlicet & futuram, ita complicant & conjungunt, ut carne*, &c. Ego vero per utramque vivendi rationem, sæcularem & monasticam hic intelligi existimo. Idque sequentia Evagrii verba manifestè confirmant. Sequitur enim τάτε ἄλλα ὁμοίως τῇ προτέρᾳ βιοτῇ διεκτελοῦντες.

ὅσα μὴ τῶν ἀναγκαίων δεῖται. Rectius apud Ni- Pag. 280.
cephorum legitur hoc modo, πλὴν ὅσα μὴ τῶν ἀναγκαίων ἐνδεῖς εἶναι καὶ τόπῳ φορεῖζεσθαι. Quæ sic vertit Joannes Langus: *Itidem vero in priore vita degentes, præterquam quod rebus necessariis non indigeant, & loco nullo circumferibantur.*

ἐπαιάζασεις τε σύμποτοι. Scribendum videtur σωῶτοροι. Hæc enim duo vocabula frequenter inter se confundi in MSS. exemplaribus deprehendi.

ποσὸν ἐς πρόσω δεόμβοι. Non dubito quin scribendum sit πόδιον.

τοῖς τῶ πάλαι θελήμασιν. Hujus loci emendatio debetur codici Florentino, in quo diserte scribitur τοῖς τῶ πέλας θελήμασιν. Savilius quidem in suo codice hunc locum lineola subnotaverat, mendum scilicet hic subesse significans. Sed qua ratione locus emendandus esset, non viderat. Sed & Nicephorus vulgatam scripturam retinuit.

φρὸς τὸν ποθόμβον. Magis placet Telleriani codicis scriptura, quæ est τὸ ποθόμβου, id enim mihi videtur elegantius.

HENRICI VALESII ANNOTATIONES IN LIBRUM SECUNDUM ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ EVAGRII.

In Caput I.

Pag. 283. ΠΑτρίσκῳ ἱστόρηται τῷ ῥήτορι. Scribendum est πρίσκῳ, ut legitur in codice Telleriano, & apud Nicephorum in lib. 15. Hic est Priscus, ex cujus Historiarum libris excerptas legationes habemus.

ἐν αὐτῷ παραγγέλλειν βουλόμενος. Rectè Musculus vertit, *ut in eo militiæ nomen daret.* Non quod παραγγέλλειν ad verbum, idem sit ac nomen dare: Nam παραγγέλλειν propriè significat petere atque ambire. Sic Dionysius Halicarnasseus in libro XI. sub finem, παραγγέλλειν τὴν ἀρχὴν dicit, quod est ambire magistratum. Appianus verò παραγγέλλειν εἰς τὴν ἀρχὴν solet dicere. Sic & vetus Auctor apud Suidam in voce παραγγέλλοντας. Solebant autem Candidati cum magistratum peterent, nomen suum profiteri. Joannes Langus militare, Sacramentum dicere, interpretatur. Quod minus probo. Nam παραγγελία est album militare, in quod nomina singulorum militum referebantur. Vegetius in lib. 2. cap. 5. matriculam vocat. Evagrius infra in hoc capite παραγγελίαν usurpat hoc sensu: μαρκιανὸν τὴν ἀυγουστον ἐς τὴν παραγγελίαν ἐγγράψαντες. Porro militum nomina prius matriculis inserebantur, quam Sacramentum dixissent, ut testatur Vegetius ibidem. Eadem voce utitur Candidus Isaurus in libr. 1. Historiarum, de Leone ita scribens, ὃς ἦν ἐκ δακίας μὲν τῆς ἐν ἰλλυρίοις στρατιωτικῷ παραγγείλας τάγματι.

Pag. 284. ὁ προκόπιος ἱστορεῖ. Verba Procopii quæ hic designat Evagrius, exstabant olim in lib. 1. Vandalicorum. Sed hodie desiderantur in editione Augustana pag. 96. Illic enim lacuna est post verba illa ὥρᾳ θέρους ἀχθόμενοι.

In Caput II.

Pag. 285. Χρυσαφίου τοῦ θεοδοσίου ὑπασπιστοῦ. Ita etiam Priscus Rhetor in excerptis legationum Chrysaphium appellat. Auctor Chronici Alexandrini eum Spatharium vocat. Sic etiam dicitur in gestis de nomine Acacii, quæ edidit Jacobus Sirmundus.

A ἱερὰ πέπομφε σκεύη. Theophanes in Chronico scribit Theodosium juniorem, qui tum Chalcedone degebat, impulsu Chrysaphii mandasse Flaviano recens ordinato Constantinopolis Episcopo, ut pro ordinatione sua Eulogias ad ipsum mitteret. Cumque Flavianus mundos panes misisset benedictionis nomine, Chrysaphium respondisse, aureas Eulogias principem postulare. Tum vero rescripsisse Flavianum, pecunias si quas mitteret, se non habere, nisi sacra Ecclesiæ vasa pecuniæ loco offerret. Atque ea res, ut ait Theophanes, inter Chrysaphium & Flavianum gravissimam simultatem excitavit.

ζαχαρίας μὲν ἐμπαθῶς ὁ ῥήτωρ. Zacharias Rhetor Pag. 286. Historiam Ecclesiasticam scripsit ab exordio Marciani Imperatoris, ut ex hoc loco conjicere licet, usque ad Principatum Anastasii. Scripsit autem B non sincere atque moderate, quemadmodum Historiam scribere decet, sed gratia atque odio corruptus, hoc est ἐμπαθῶς, ut ait Evagrius. Idem de eo testatur in lib. 3. cap. 7. his verbis: καὶ ταῦτα μὲν ἃ φησιν ἀντεγκύκλια, παρῆκεν, ἐμπαθῶς τὴν ὅλην πραγματείαν συγγράψας. Sed & in cap. XVIII. ejusdem libri, eundem Zachariam negligentiæ arguit.

μετάπεμπτον γενέσθαι. In Manuscripto codice Florentino hic locus integrior legitur hoc modo: ἐκ τῆς ὑπερορίας μετάπεμπτον γενέσθαι φησί.

In Caput III.

Κίονας μικροὺς παραπλησίως. Hunc locum correxi ex Manuscripto codice Florentino in hunc modum μικροῦ παραπλήσιος. Nicephorus tamen C vulgatam lectionem secutus est. In Telleriano codice scriptum inveni μικρὰ παραπλήσιος. Pag. 287.

ὑπὸ τούτοις ὑπερῷον. Mirum est Interpretes mendum hujus loci non animadvertisse; quis enim sensus est horum verborum? *Sub his columnis tabulatum est sublime*, &c. Quemadmodum vertit Christophorsonus. Omnino scribendum est ἐπὶ τούτοις, ut legitur apud Nicephorum in loco supra citato. Verba Nicephori sunt ἐφ' οἷς ὑπερῷον τι, &c. Quæ Langus ita vertit: *Super quibus porticus sublimis eadem sub testudine constructa est.*

εὐπρεπής ἐστι σηκός. Langus & Christophorsonus *sacra-*

sacrarium interpretati sunt. Musculus vero *adytum*: Quod non probo. Ego *tumulum* interpretari malui. Id enim significat vox σηκος, ut testantur Hesychius ac Suidas. Per tumulum autem intelligo locum septum ac munitum cancellis, in cujus medio arca erat argentea, in qua depositæ erant reliquiæ sanctæ martyris Euphemiæ. Id enim ita se habuisse, patet ex sequentibus Evagrii verbis.

μακρὰν ἔτεσι καλῶσιν. Scribendum puto ἀρχαῖαν. Certè non video quisnam sensus sit in vulgata lectione, cum μακρὰ & ἔτημος idem sit, neque id nomen proprium sit, sed adjectivum. Præstat igitur ἀρχαῖαν legere. Quidam, inquit Evagrius, eam Martyris capsam, arcam vocabant. Sic enim Latini dicunt: Glossæ veteres σορός, arca funebris.

αὐτῷ κατὰ τὸ τέμενος πηγάν. Hunc locum non intellexerunt interpretes. Nam Musculus quidem & Christophorsonus πηγὰν emendarunt. Musculus enim ita vertit: *Ut circa templum ad honorem ejus jucundentur præcipit.* Christophorsonus verò sic interpretatus est: *Jubet ut in ipso templo festum deliciis & opiparis epulis celebrent.* Sed quæ sequuntur Evagrii verba, hanc emendationem prorsus refellunt. Neque enim Evagrius hoc loco quidquam subjicit, quod ad luxum ac delicias pertineat. Nicephorus vero vulgatam quidem scripturam retinuit. Sed perperam expositi hoc modo: ἀφθόνως τῶν θαυμάτων πηγὰν ἐκκαλύπτο. Id est, ut vertit Langus: *Ut miraculorum talium fructum perciperent, est cohortata.* Verum Nicephorus hæc verba addidit de suo; nec Evagrii mentem assecutus est, cùm Evagrius non de pluribus miraculis hic loquatur, sed de uno duntaxat miraculo, sanguinis scilicet ex sanctæ Martyris tumulo scaturientis. Ego vero vulgatam scripturam secutus, simplici atque obvio sensu hunc locum de vindemiatione exposui. Quod quidem optimè convenit cum sequentibus Evagrii verbis. Cruor enim qui ex beatæ Martyris reliquiis copiosissimè exprimebatur, haud absimilis erat vino quod ex uvis compressis elicitur. Adde quod dies festus sanctæ Euphemiæ in tempus vindemiæ incidebat, in xvi. scilicet mensis Septembris, ut discimus ex Græcorum Menologio.

ἐπὶ ἢ κλειθρίδιον μικρόν. Assentior viris doctis, qui jamprídem emendarunt ἐφ' ᾗ, &c. Quam emendationem confirmat etiam codex Tellerianus & Nicephorus. Porro κλειθρίδιον Langus fenestellam vertit: Christophorsonus vero transennam. Ego cum Musculo foramen malui vertere. Nam & Sozomenus ita appellat in lib. 9. cap. 2. ubi plura notavi de hujusmodi fenestellis quæ fiebant in capsis Martyrum.

Pag. 288. ἐξεσθὰς λειψάνων. Vox λειψάνων deest in Manuscriptis codicibus, Florentino, Telleriano & Regio, & in editione Roberti Stephani. Nec rectè fecerunt Typographi Genevenses, qui ex libris Christophorsoni eam hic vocem supplevérunt, cum minimè necessaria sit hoc loco, nec ullius scripti exemplaris testimonio confirmetur. Nam variæ illæ lectiones quæ ex Christophorsoni libris proferuntur, nihil aliud sunt plerumque quàm conjecturæ doctorum virorum. Totus igitur hic locus ita scribi debet prout legitur in codice Florentino ac Telleriano: ἐξ αὐτῆς ἁρμοσθὰσα τῷ ἀναδίδοντι τὸν ὑώμιν. Atque ita legit Nicephorus. Sic enim hunc Evagrii locum expressit, τεκμηριωσα τῷ ἀναδιδόντι τὸν ὑώμιν.

In Caput IV.

τοῖς φιλοχρίστοις. Totum hoc exordium usque ad voces illas: τοῖς θεοῦ νομίσμοις, deest in codice Regio, Florentino ac Telleriano. Primus Christophorsonus ex actis Chalcedonensis Concilii hæc verba supplevit; quæ tamen minimè necessaria videntur hoc loco. Pag. 289.

τοῖς ἱερωσύνῃ τιλῶσι. Scribendum est procul dubio τοῖς εἰς ἱερωσύνην τελοῦσι, ut legitur in actione prima Concilii Chalcedonensis, ubi hic libellus precum Eusebii Episcopi Marciano Imperatori oblatus refertur.

τὸ θεῖον θεραπέυεται. Non dubito quin Evagrius scripserit θεραπέυετε. Certè in actione prima Concilii Chalcedonensis scriptum est θεραπεύοντες. Quod licet corruptum sit, nostram tamen emendationem confirmat.

ἐφ' ᾧ τῆς ἐρίδος. Hæc est sententia, quam magnificentissimi Judices qui Concilio Chalcedonensi intererant, causa cognita protulerunt; quæ iisdem verbis refertur in actione prima Concilii Chalcedonensis pag. 152. editionis Binii. Miror tamen id Christophorsonum non vidisse, qui hoc loco cuncta miscuit ac turbavit, adeò ut ex ejus interpretatione nihil sani possis elicere. Turbatus est scilicet, cùm videret sæculares Magistratus in Concilio Episcoporum, tanquam judices sententiam proferre. Verum animadvertere debuerat, illos in causa fidei nullas sibi partes vindicasse; sed solis Episcopis ea de re statuendi liberum jus reliquisse. Certè tunc cum regula fidei ab Episcopis Chalcedone congregatis conscripta est, ipsi qui ut id fieret Concilium antea sæpius interpellaverant, confessui Episcoporum interesse noluerunt. In negotio vero inter Eusebium Episcopum Dorilæi & Dioscorum Alexandrinum, in quo non de fide agebatur, sed de violentia & fraude, deque aliis criminibus; merito sententiam protulerunt. Quæ tamen non definitiva fuit sententia, sed tantum interlocutio, ut patet ex actis Concilii. Pag. 290.

τελεωτέρας συνόδου γινομένης. In actione prima Concilii Chalcedonensis legitur τελειότερον. In compendio autem actorum hujus Synodi, quod ad calcem hujus libri subjecit Evagrius, scriptum est τελειότερον. Certè codic. Florent. & Tellerianus hoc loco scriptum habent τελειότερον.

ἐπίκοπον ἀρρυσίας. Idem mendum est in compendio gestorum Chalcedonensium quod exstat ad calcem hujus libri. Constat tamen ἀγκύρας legendum esse, ut scribitur in actione prima Concilii Chalcedonensis. Pag. 291.

δῆλα γεγράπται. Hæc sententia à Vicariis sedis Apostolicæ prolata, exstat in actione 3. Concilii Chalcedonensis pag. 192.

τὰς ἀγιωτάτας ἐπλήρωσεν ἐκκλησίας. In actione tertia Concilii Chalcedonensis hic locus ita legitur, αἱ ἀνὰ πᾶν οἰκεμένῳ ἐπειράθησαν ἁγιώταται ἐκκλησίαι.

Pag. 292. ἐκ τῆς προτέρας αὐτῆ ἀνοσίας πράξεως. In actis Chalcedonensis Concilii legitur ἐκ τῆς προτέρας.

αὐθεντίαν αὐτῷ προσαπλησίως τῆς κρίσεως. Hæc verba τῆς κρίσεως desunt in codice Regio, Tellerriano & Florentino, & ex Christophorsoni libris adjecta sunt in editione Genevensi. Habentur quidem in actis Chalcedonensis Concilii; mihi tamen non videntur admodum necessaria.

ψηφίζεται. In gestis Chalcedonensis Concilii legitur ψηφίσεται. Rectè meo quidem judicio; Futurum enim hoc loco ponitur pro imperativo. Nam cum Legati sedis Apostolicæ Synodum hic alloquantur, imperativo uti noluerunt; quippe quod arrogantius videtur. Futurum igitur posuerunt, ut mollius ac modestius. Vetus tamen Interpres Concilii Chalcedonensis, non aliter quam nos interpretatus est hoc modo: *Igitur sancta hæc & magna Synodus, quæ placent regulis super memorato Dioscoro decernat.* Apud Nicephorum in libro 15. cap. 30. legitur ψηφίσηται.

ὁ κύριος ἡμῶν καὶ σωτήρ. Hæc definitio fidei habetur in actione quinta Synodi Chalcedonensis. Exstat etiam apud Nicephorum in lib. 15. cap. 6.

Pag. 293. ἐκ τῆς ἀληθείας ἐχθροί. Postrema vox deest in actis Synodi Chalcedonensis: Et totus hic locus ita legitur, ἐκ τῆς ἀληθείας ἀθετεῖν ὅπλα χειρούντες τὸ κήρυγμα, &c. Quæ quidem lectio longe melior mihi videtur.

ἀναισθήτως λοιδορῶντας. Scribendum est procul dubio λυμαινομένους, ut legitur in Manuscripto codice Florentino & in actis Synodi Chalcedonensis.

ἐν τινα τῇ μεγάλῃ πόλει. Sic etiam legitur apud Nicephorum. Verum orationis series omnino postulat ut legamus ἅτε ἐν τῇ μεγάλῃ, &c. Quemadmodum scribitur in actis Synodi Chalcedonensis.

Pag. 294. ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ὁμολογῶμεν. In actis Synodi Chalcedonensis, aliter scribitur hic locus, hoc scilicet modo: ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ὁμολογεῖν υἱὸν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, συμφώνως ἅπαντες ἐκδιδάσκομεν. Quæ quidem scriptura longe rectior mihi videtur.

In Caput V.

Pag. 295. τῶν Θηβαίων ἐπαρχίαν. Hunc locum restitui ex codice Florentino, cui consentit etiam Nicephorus; in cap. 8. lib. 15. Pessimè Christophorsonus emendaverat τὴν τῶν Θηβαίων ἔπαρχον. Neque enim Thebais Provincia à Præfecto regebatur; sed à Præside, ut docet Notitia Imperii Romani. Deinde non Rectorem Provinciæ Thebaidis, sed seipsum Alexandriam tunc venisse scribit Priscus Rhetor. Certè Priscus in Provincia Thebaide, ex oppido Panopoli, diu versatus, ut testatur Suidas. Sed & in eadem Provincia diu versatus fuerat cum Maximino Duce, cujus erat Consiliarius & assessor, tunc cùm ille adversus Nubas & Blemmyas bellum gereret, ut ipsemet docet in excerptis legationum. In Telleriano codice hunc locum ita scriptum inveni φθλώαι δι' ἀλεξανδρεῖα τῆς θηβαΐων ἐπαρχίας. Malim tamen scribere φθλώαι εἰς πᾶν ἀλεξάνδρειαν ἐκ τῆς, &c.

ἀνὰ τὸ ἱερὸν τὸ παλαι σαραπιδ&. De Serapidis Templo quædam hoc loco addit Nicephorus, satis recondita & quæ alibi legisse me non memini. Itaque suspicor Nicephorum ex Prisci Rhetoris Historia, quæ tunc integra exstabat, ea descripsisse.

τῶν προτέρων πολλὰ δεινότερα. Scribendum est πολλῷ δεινότερα, ut legitur apud Nicephorum in cap. supra citato.

Φλώρου. Hujus Flori Præfecti Augustalis simul ac Ducis Ægypti meminit Jordanes in libro de successione Regnorum, ubi de Marciano Imperatore ita scribit: *Nobades Blemmyesque Æthiopia prolapsos, per Florum Alexandrinæ urbis procuratorem sedavit, & pepulit à sedibus Romanorum.* Successerat autem Theodoro Augustali, ut discimus ex Breviario Liberati Diaconi cap. 14. Sub quo Proterius ordinatus est Episcopus, & seditio illa quam hic describit Evagrius, facta est Alexandriæ anno Christi 452. ob quam seditionem cùm annona publica, Alexandrinis erogari solita, balnea item ac spectacula, populo Alexandrinorum jussu Principis ademptа fuissent, plebs in Circum conveniens, Florum Præfectum Augustalem, qui paulò ante Alexandriam venerat, rogavit, ut ea ipsis restituerentur. Id ergo contigit anno Christi 453.

πᾶν τὸ σιτηρέσιον χορηγίαν. Alexandriæ perinde ac Romæ & Constantinopoli, diurni panes civibus erogabantur, ut discimus ex libro 14. codicis Theodosiani, titulo de frumento Alexandrino. Quisnam autem hujus rei auctor fuerit incertum est. Primus quidem Diocletianus Castrensem panem Alexandrinis donavit, ut scribit Auctor Chronici Alexandrini Constantio Cæsare IV. & Maximiano Jovio Cæsare IV. Coss. τότε πρῶτον ὁ καισαρ&. ἄρτ&. ἐν ἀλεξανδρείᾳ ὑπὸ διοκλητιανοῦ ἐδωρήθη. Quæ iisdem verbis leguntur in Excerptis Chronologicis quæ ad calcem Eusebiani Chronici edidit Scaliger: *Constantio & Maximiano novorum Cæsarum quarto. In eodem anno Castritius in Alexandria donatus est.* Procopius in Anecdotis pag. 119. ait, hanc annonam pauperibus duntaxat urbis Alexandrinæ à Diocletiano constitutam fuisse. Quam cùm cives illius urbis inter se postea partiti essent, eam deinde ad posteros suos transmittebant. Verba Procopii sunt hæc: διοκλητιανὸς ῥωμαίων γεγονὼς αὐτοκράτωρ σίτου μέγα τι χρῆμα δίδοσθαι ἔκ τοῦ δήμου τοῦ ἀλεξανδρέων τοῖς ἐνοικοῦσιν αἰεὶ πᾶν ἔτος διέταξε. ταῦτα ὁ δῆμος τοιοῦδε διαδικασάμενοι ἐν σφίσιν αὐτοῖς, ἐς ἀπογόνους τοὺς μέχρι δεῦρο παρέπεμψαν. Quibus in verbis mendum est gravissimum, quod Nicolaus Alemannus, vir alioqui doctissi-

doctissimus, non animadvertit. Nam pro verbis illis ἀφ' τὸ δήμου, scribendum est procul dubio, ἀφ' τῆ δημοσίᾳ. Et paulo post scribendum est ταῦτα ὁ δῆμος τυπικῶς ἰδίᾳ διασαμένοις ἐν σφισὶν αὐτοῖς, &c. Quâ quidem emendatione nihil certius. Porro longe ante Diocletianum, Dionysii scilicet Alexandrini temporibus, Omogerontes urbis Alexandrinæ annonam ex publico accipiebant, ut docet Dionysius Alexandrinus in epist. ad Hieracem Episcopum, quam refert Eusebius in lib. 7. historiæ cap. 21. Itaque Diocletianus hanc frumenti Alexandrini præbitionem auxit potius quam instituit.

Pag. 296. ἰσηγόσει τῇ ἀπὸ. Hunc locum non intellexerunt Interpretes, ut ex versione eorum apparet. Putarunt enim vocem ἀπὸ, ad Florum esse referendam, cùm tamen ad Priscum Rhetorem referatur, ex cujus historia hæc cuncta descripsit Evagrius. Hic enim cùm tunc Alexandriæ versaretur, id consilium suggessit Floro, ut ad circum pergeret, quo in loco collecta plebs Alexandrinorum, magnis clamoribus Florum eò advenire poscebat.

ἀνὰ τὴν ἁγίαν ἀνάστασιν. Male Christophorsonus hunc locum interpretatus est hoc modo: *In sancto die festo Resurrectionis, Theodosium designant Episcopum.* Rectius Musculus: *Ordinarunt in Ecclesia sancta Resurrectionis, Theodosium illum,* &c. De hac Ecclesia sanctæ Resurrectionis, multa olim observavi in Annotationibus Eusebianis. De Theodosio autem isto Hierosolymitanæ sedis invasore, consulendus est Baronius ad annum Christi 452.

πρὸς ἀκλίσωνα χεάφον. Scribendum procul dubio est πρὸς ἀλκίσωνα, ut legitur apud Nicephorum. Hæ litteræ Monachorum Palæstinæ ad Alcisonem referuntur ab Evagrio in cap. 31. libri 3. ad quem locum plura de Alcisone dicturi sumus.

ὡς ἡ ἐπὶ τῇ δικαίᾳ θησαύρῳ. Henricus Savilius in suo codice ad latus annotarat, *fortè* ἀφ'. Ita certè legerunt Musculus & Christophorsonus. Nec aliter Evagrium scripsisse pro certo habeo. Sed Antiquarii in his duabus præpositionibus frequenter labi solent, ut sciunt ii qui Manuscriptos codices evolverunt.

ἀπελάζετο τῷ διοσκόρῳ. Savilius ad oram sui codicis notavit, forte legendum esse ἐπελάζετο, quod non displicet. Mallem tamen scribere ἐπελάλητο τῷ διοσκόρῳ. Quam scripturam in interpretatione mea sum secutus. Nec aliter videtur legisse Nicephorus, qui hunc Evagrii locum sic expressit, ἡ ἐπὶ τῆς ἀλεξάνδρου διαφορᾷ διοσκόρῳ κατίσχυε. At Musculus & Christophorsonus in hujus loci versione nihil viderunt.

πρὸς ὃν πολλοὶ τῶν ἐκ παλαιστίνης πόλεων ἀφικνούμενον. Hunc locum correxi ex MS. codice Florentino, in quo ita legitur, πολλοὶ τῶν ἐκ παλαιστίνας πόλεων ἀφικνούμενοι. Sic convenerat in Synodo Chalcedonensi inter Episcopos Antiochenum & Hierosolymitanum, ut tres Palæstinæ essent sub dispositione Episcopi Hierosolymitani.

A ἐνὸς γράμματος ἐναλλαγήν. Intelligit Evagrius præpositiones illas ἐμ & ἐκ, quæ una littera inter se distant. Et Catholici quidem Christum in duabus naturis confitebantur. Hæretici verò ex duabus naturis eum constare ajebant, sed quæ in unam coaluissent. Post unitionem enim Verbi, unam duntaxat Christi naturam esse affirmabant.

τῆς θατέρου τούτων ἐκφωνήσεως. Assentior viris doctis qui ἐκφωνήσεως emendarunt, quemadmodum legitur apud Nicephorum. Atque ita legit Christophorsonus; qui tamen in hujus loci interpretatione mentem Evagrii minime est assecutus. Certè in codice Telleriano scriptum inveni ἐκφωνήσεως.

ὁμολογῶν ἐκ θεότητος. Delenda est vox ὁμολο- Pag. 297.
B γῶν, utpote superflua. Certè apud Nicephorum non legitur, & Savilius in suo codice eam lineola subnotarat.

In Caput VII.

Ἄξιτος μῆνας ὀκτώ. Post Valentiniani Placidi Pag. 299.
interitum, & post cædem Maximi, Avitus primùm Tolosæ, ac deinde Arelate Imperator levatus est Consulatu Valentiniani VIII. & Anthemii, anno Christi 455. die sexto Idus Julias, ut habet vetus Chronicum, quod primus edidit Cuspinianus in Fastis. Sequenti autem anno idem Avitus Consul fuit, ut legitur in Fastis, quos sub Idatii nomine publicavit Jacobus Sirmundus; eodemque anno depositus est Placentiæ, ut tradunt Marius & Cassiodorus in Fastis, & vetus ille Chronographus à Cuspiniano editus. Verùm quo die & quo mense Avitus Imperium deposuerit, ab Antiquis proditum non invenio. Sigonius quidem in libro 14. de Occidentali Imperio, Avitum die decimo sexto Calendas Junias Imperium deposuisse scribit. Verum Sigonius nullum hujus rei laudat Auctorem. Vetus quidem ille Chronographus Cuspiniani ita scribit: *Joanne & Varane Coss. captus est Imp. Avitus Placentiæ à Magistro militum Ricimere. Et occisus est Messianus Patricius ejus, decima sexta Calendas Junias.* Ex hoc igitur loco conjectura adductus Sigonius, uno eodemque die Avitum purpuram deposuisse & Messianum necatum esse existimavit, licet vetus D Chronographus id non dicat. Dies enim ille decimus sextus Calendas Junias ad cædem Messiani refertur, non ad Aviti depositionem. Certè si verum est quod hic scribit Evagrius, octo mensium spatio Avitum regnasse, ejus auctoratio in mensem Martium anni 456. cadat necesse est. Idatius in Chronico tres annos Imperii Avito tribuere videtur. Sic enim scribit: *Avitus tertio anno, posteaquam à Gallis & à Gothis factus fuerat Imperator, caret Imperio. Gothorum promisso destitutus auxilio, caret & vita.* Verum in Manuscripto codice, quo usus est Jacobus Sirmundus, hic locus ita legitur: *Tertio anno Avitus septimo mense, posteaquam à Gallis & à Gothis factus fuerat Imperator,* &c. Jacobus Sirmundus cùm hæc duo simul stare non posse

intelligeret, has duas voces *septimo Idense*, in editione sua omisit, melius facturus si duas illas *tertio anno*, expunxisset. Neque enim Avitus tres annos imperavit, sed septem duntaxat aut octo mensibus, qui sub duobus Consulatibus cucurrerunt. Unde à quibusdam Scriptoribus biennium regnasse dicitur. Certè Cedrenus in Chronico ita scribit.

Pag. 299. λιμῷ μιτοΜαξιτ@. Musculus & Christophorsonus λειμῷ legerunt. Quam scripturam veriorem puto. Neque enim probabile est, Avitum qui post depositum Imperium Episcopus Placentiæ factus est, ut scribit Victor Turonensis & Marius in Chronico, fame interiisse. Vulgatam tamen lectionem retinuit Nicephorus.

μαιρεὶν@ δἰυτερον ἔτ@. Majorianus quatuor annos ac totidem menses Imperium Romanum administravit, ut docet vetus Chronographus editus à Cuspiniano, cui subscribit Idatius & Marcellinus in Chronico. Huic succedens Severus, pari fere annorum spatio imperavit, ut iidem Scriptores tradunt. Verum hæc post mortem Imperatoris Marciani contigerunt, Leone Aug. Orientis Imperium administrante.

In Caput VIII.

βασιλέυετ@ σεὔήρ@. Errat Evagrius. Mortuus est Marcianus Augustus Constantino & Rufo Coss. anno Christi 457. Mense Februario. Majorianus verò Ravennæ Imperator levatus est eodem anno, Calendis Aprilibus, id est, duobus fere mensibus post obitum Marciani. Cui deinde successit Severus anno Christi 461. Severino & Dagalaifo Coss. quinque fere annis post obitum Imperatoris Marciani. Porrò hic Severus alio nomine Serpentius dictus est, ut docet Theophanes in Chronico pag. 97. his verbis, καὶ ἐπ' ἄλλῳ σεὔήρ@ ὁ καὶ σερπέντι@. Sic enim legendum est, ut rectè conjecit vir doctissimus Franciscus Combefisius. Certè in Chronico Alexandrino ita dicitur. Indictione enim decima quinta, Leo Augustus Consul iterum ponitur cum Serpentino. Constat autem hoc anno Consulem fuisse Severum Augustum cum Leone. Sic enim scribit Cassiodorus in Fastis, & vetus auctor à Cuspiniano editus.

ἑπτὰ μὲν μόνοις ἔτεσι. Marcianus imperavit annis sex ac totidem mensibus, ut scribit Marcellinus & Victor Turonensis in Chronico. Imperium iniit anno Christi 450. die octavo Calendas Septembris, feria 5. ut scribitur in Chronico Alexandrino. Obiit autem anno Christi 457. sub exitum mensis Januarii, ut scribit Theodorus Lector, cui consentit Auctor Chronici Alexandrini. Hic enim Leonem qui successit Marciano, levatum esse scribit mense Peritio, die septimo Idus Februarias. Ita Marcianus imperavit sex annos, menses quinque & dies aliquot.

μνημεῖον ὄντως βασιλικὸν. Hunc locum interpolavit Nicephorus hoc modo, καὶ μνημεῖον τῶν ἀνθρώπων τὸν βασιλέα καταλοιπώς. Eundem sensum secutus est Christophorsonus, ut ex interpretatione ejus apparet. Sic enim vertit hunc locum: *Exemplari verè Regio omnibus ad imitandum relicto.* Musculus vero sic interpretatus est: *Et memoriam sui vere Imperialem apud cunctos mortales reliquisset.* Verum id non dicit Evagrius, sed monumentum plane regium à Marciano relictum esse apud cunctos mortales. Id autem monumentum aliud esse non potest, quam aut vita ipsius religiosè acta, aut certè Synodus Chalcedonensis, quam ille ad tollendas Ecclesiæ dissensiones congregari jussit, & cui ipse, exemplo Constantini Maximi, interesse voluit. Cùm igitur ejus potissimum opera ac studio collecta atque perfecta fuerit hæc synodus, jure merito opus ac monumentum Marciani Imp. vocari potest.

ἀφανὲς τε καὶ συγκλύζες. In MS. codice Florentino legitur καὶ συγκλύδω. Leges tamen grammaticæ postulant ut scribamus σύγκλυδι, quemadmodum Savilius ad oram sui codicis annotarat. Suidas in Lexico συγκλύδων ἀνθρώπων, inquit, συμμίκτων, ἐπιπλύδων, ταρεισάκτων. Subjicit deinde locum antiqui Scriptoris qui ea voce usus fuerat, τὸν ὄχλον καὶ σύγκλυδ@ ὄχλω παχίως φησὶ αὐτὸν συνεφαμένην, δημοσίων καὶ πολὺ δαπάνεστατον ἔργ. Nicephorus hanc vocem eleganter expositi hoc modo, μυρίῳ πλήθει καὶ ὄθεν δὴ ποτε ἥκοντι.

τὰς ὁρμὰς γυρῶσιν@. Deesse videtur hic aliquid, quod fortasse suppleri potest unica præpositione adjecta in hunc modum κατὰ τὰς ὁρμάς.

τὸ φοβοῦχον καταρρήξαντι. In optimo codice Florentino & in Tellerianio hic locus ita scribitur, τὸ φοβοῦχον καταῤῥάξαντι. Nicephorus verò optimè hunc locum exposuit hoc modo, καὶ φασὶν ἐξεῖναι βουλομένῳ παντὶ τὸ προσυχὲς αἴτιον παρεμπεσόντα ῥᾳδίως εἰς φάσιν ἀναζωπυρεῖν τὸν δῆμον. Id est: *Ajunt quippe, cuivis liberum ubi esse, quamcunque etiam arreptâ causâ & occasione, populum celeriter ad seditionem inflammare.* Christophorsonus autem legit καταῤῥάξαντι. Sic enim vertit: *Ajunt plebejum quemque modo ipse voluerit principium dare, civitatem illam ad popularem ac civilem seditionem posse incendere.* Verum hæc emendatio mihi quidem non probatur. Quid enim fiet his verbis, τὸ φοβοῦχον. Amplector itaque scripturam codicis Florentini & Telleriani τὸ φοβοῦχον καταῤῥάξαντι. Id est: *Ajunt licere illic cuilibet, vile aliquid fractum conquerenti, puta vas vitreum aut ollam aut quid simile, quod ipse bajulet, populum ad seditionem concitare.* Idem confirmat Pollio in Emiliano, ubi de Ægyptiis generaliter ita loquitur: *Et hoc familiare est populo Ægyptiorum, ut velut furiosi ac dementes de levibus quibusque ad summa Reipublicæ pericula perducantur. Sæpe illi ob neglectas salutationes, locum in balneis non concessum, carnem & olera sequestrata, calceamenta servilia, & cætera talia, usque ad summum Reipublicæ periculum seditionis pervenerunt.*

καθὼς ἡρόδοτ@ φῆσι ἀμάσιδ@. Locus Herodoti quem hic designat Evagrius, habetur in lib. 2. ejus historiæ pag. 157. καὶ ματαιός τε καὶ παιγνίήμων. Id est, *Ludicris ac jocis deditus erat.*

τὴν

τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν, ἣ καίσαρος. Magna Ecclesia urbis Alexandrinæ Cæsaria dicebatur, ut docet Epiphanius in hæresi Arianorum, & Liberatus in Breviario cap. 18. Socrates verò in lib. 7. Historiæ Ecclesiasticæ cap. 15. Eam Ecclesiam καισάρειον cognominatam esse dicit. Causam autem hujus appellationis docet Athanasius in epist. ad Solitarios, eò quod scilicet Ecclesia illa constructa fuisset in loco qui Cæsarium antea dicebatur, id est Cæsarum templum. Ibidem etiam Gymnasium fuerat ac Palatium Imperatoris Adriani, ac postea Licinii nomine appellatum, ut testatur Epiphanius.

Pag. 301. ἢ δὴ χειροτονίαν παρὰ τῶν δύο δέξασθαι. Hunc locum emendavi ex codice Florentino in hunc modum, ὡς δὴ χειροτονίαν. &c. Id est; *Perinde ac si ordinari potuisset à duobus Episcopis.* Certè in Canone quarto Concilii Nicæni diserte sancitum est, ut Episcopus à tribus ut minimum provinciæ suæ Episcopis ordinetur. Atque ita legit vetus Interpres hujus epistolæ, qui extat in parte 3. Synodi Chalcedonensis. Sic enim vertit: *Tanquam manus impositionem susceperum à duobus* &c.

ἦν γὰρ τῶν σωτηρίων πάσχα πανήγυρις. Liberatus in Breviario cap. 15. Non die Festo Paschæ, sed ante triduum, occisum esse Proterium scribit. Sic enim ait: *Et ante triduum Paschæ, quo cœna Domini celebratur, ab ipsis turbis concluditur in Ecclesia S. Memoria Proterius, quo se timore contulerat. Ibique eadem die in baptisterio occiditur, laniatur, ejicitur & funus ejus incenditur, spargunturque cineres ejus in ventos.* Quæ omnia Liberatus penè ad verbum descripsit ex gestis de nomine Acacii quæ Jacobo Sirmundo debemus.

διατομήν τε καταμίλει. Scribendum est procul dubio διατειμήσας καὶ μέλη. Ut ipsa orationis series demonstrat. Pro μέλη in codice Florentino legitur μίλῳ levi discrimine. Emendationem nostram confirmat Nicephorus in cap. 17. lib. 15. qui ita diserte scriptum habet, ut conjeceram. Porro hic libellus precum Episcoporum Ægyptiacæ Diœcesis ad Leonem Imperatorem, si quis eum integrum legere desiderat, habetur Latinè in parte 3. Synodi Chalcedonensis cap. 11.

In Caput IX.

Pag. 303. καὶ ἀξιωματικοὶ καὶ πολιτευόμενοι. Quinam sint ἀξιωματικοὶ, & quinam dicantur πολιτευόμενοι, jam pridem observavi in Annotationibus ad Ammianum Macellinum pag. 14. & pag. 225. Utrosque similiter jungit Gregorius Nazianzenus in epist. 49. ad Olympium ita scribens, πάντας πολίτας τε καὶ πολιτευτὰς καὶ ἀξιωματικούς. Id est, *universos cives & Decurriones & Honoratos.* Idem Gregorius in epist. 22. ad Cæsarienses, eosdem simul jungit his verbis, τοῖς ἐκ τοῦ ἀξιωματικοῦ καὶ βουλευτικοῦ τάγματος. Id est, his qui sunt ex Honoratorum aut ex Decurionum ordine. Rectè ergo vetus Interpres hujus epistolæ vertit: *Honorati & Curiales & Naucleri.* Naucleri sunt Navicularii Nyliaci, qui Annonam ex Ægypto Constantinopolim convehebant. Eorum corpus instituisse videtur Aurelianus, ut ipsemet indicat in epistola ad Arabianum, quam citat Vopiscus. In veteribus Glossis ναύκληρος exponitur Navicularius. Hæsicus verò, dominum navis ita dici scribit.

τῷ ὕφει τῶν δεήσεων παρεχομένων. Assentior Henrico Savilio, qui in margine sui codicis annotavit legendum sibi videri ὠφελουμένων, quemadmodum legit etiam Christophorsonus. Atque ita scriptum habet Nicephorus in cap. 18. libri 15.

βαράδατος καὶ ἰακώβου. Nicephorus Callistus Jacobum hunc Nisibenum nominat, additque, tam ejus, quam Varadati mentionem fieri à Theodorito in Historia Philotheo. Theodoritus tamen in cap. 21. Philothei, Jacobum Nisibenum fuisse non dicit, nequaquam id omissurus, si revera Nisibenus fuisset. Nam cùm posteriorem hunc Jacobum priori illi Jacobo Nisibeno similem fuisse notet, non solum nomine, verum etiam moribus ac dignitate; uterque enim Sacerdos fuit: Si Nisibenus etiam fuisset, nequaquam id omisisset eo loco Theodoritus. Sed neque Theodorus Lector in lib. 1. Collectaneorum, Jacobum hunc posteriorem qui Leonis Aug. circularibus litteris rescripsit, Nisibenum facit, nec Theophanes in Chronico pag. 96. Exstat etiam epistola Theodoriti ad hunc Jacobum scripta, in qua illum Presbyterum ac Monachum appellat. Pro Baradato Theophanes Bardam dicit, corrupte ut opinor. In tertia parte Synodi Chalcedonensis. pag. 375. inter Monachos quibus Leo Imperator scripsit litteras, primus nominatur Jacobus Monachus Nisibenus, deinde Symeones & Baradatus. Eorum meminit etiam Ephremius Antiochenus Episcopus in epist. ad Monachos ἀποσχισθέντας, id est Severianos, & in oratione tertia quam scripsit ad Domnum & Joannem Monachos, ut legitur apud Photium.

In Caput X.

Καὶ ἀθίεμαι. Assentior Christophorsono & Savilio, qui pro καὶ, emendarunt ὡς. Sensus enim prorsus ita postulat. Certè in his Evagrii Libris, καὶ pro ὡς frequentissimè positum erat, quod nos, Manuscripti exemplaris auctoritatem secuti emendavimus. Hic verò cum MS. codex ab editis exemplaribus nihil discreparet, religio nobis fuit quidquam immutare.

σιλεντιαρίου. Hujus Silentiarii nomen in vulgatis editionibus & apud Nicephorum desiderabatur. Nos verò ex optimo codice Florentino illud restituimus, in quo diserte scriptum habetur δομνῖνος σιλεντιαρίου. De Silentiariis non nihil observavi jampridem in Annotationibus ad Ammianum Marcellinum. Pag. 304.

ἐν τοῖς καλυμένοις ἐγκυκλίοις. Pessime hunc locum intellexit Christophorsonus, ut ex versione ejus apparet, sic enim vertit: *Istarum epistolarum exemplaria exstant in litteris Leonis Imperatoris, generatim ad omnes scriptis* &c. Ve-

Verum Liberatus Diaconus in Breviario cap. 15. A quænam sint Encyclicæ istæ optime declarat his verbis. Imperator scripsit singularum civitatum Episcopis de utroque negotio, consulens quid fieri oporteret &c. Qui rescribunt, Chalcedonensem Synodum usque ad sanguinem vindicandam; Timotheum verò non solum inter Episcopos non haberi, sed etiam Christiana appellatione privari. Et hæ epistolæ vel relationes Episcoporum omnium, in uno codicis corpore vocantur Encyclicæ. Cæterum hæ Encyclicæ penè omnes in Latinum sermonem conversæ, habentur in parte 3. Synodi Chalcedonensis pag. 372. editionis Colonienſis & sequentibus deinceps paginis, opus eximium Ecclesiasticæ antiquitatis, quod utinam Græcè quoque exstaret. Earum mentio fit apud Victorem B Turonensem in Chronico.

ἀμφιλόχιος. Hujus Amphilochii Sidæ Episcopi mentio fit apud Photium in Bibliothecâ cap. 52. Ubi Attici & Sisinnii Episcoporum Constantinopolis, epistolæ ad eum scriptæ referuntur. Interfuit idem Amphilochius Synodo Ephesinæ & Synodo Chalcedonensi, ut ex actis synodicis apparet.

In Caput XI.

Pag. 305. Οἱ μὲν βασιλικόν. Sic etiam scriptum habet Nicephorus. Verum in Breviario Liberati, cap. 16. id cognomentum Timothei longè aliter scribitur. C Sic enim ait Liberatus: *Et exilio relegatur Timotheus Ælurus Chersonam arcta custodia, & fit pro Proterio Timotheus cognomento Salophaciolus sive Albus.* Verum in Liberato scribendum est *Albus*, quemadmodum docet Theophanes in Chronico iis verbis: τιμόθεος ὁ ἄλλος ἐπίκλην λεύκος, ὁ καὶ σαλοφακιόλος ἐχειροτονήθη. Idem scribit Cedrenus. Quid ergo dicendum est? Utrum in Evagrio λευκὸς scribendum esse dicemus pro βασιλικόν. An fortasse Salofaciolus regium significat. Certè φακιόλιον Græcis est fascia, quod pro diademate regio accipi potest. Verum nihil certi ex hoc cognomento elici potest, cùm variè scribatur apud veteres scriptores.

---D

In Caput XII.

τῷ κύκλῳ ἔστω. Pessimè hunc locum interpretatus est Musculus. Christophorsonus verò cùm hæc verba non intelligeret, in versione sua prætermisit. Me quidem diu multumque torsit hic locus. Tandem tamen hunc ejus sensum esse deprehendi. Postquam Evagrius tempus quo terræ motus contigit Antiochiæ, principatu Leonis Augusti, certis notis designavit, anni scilicet, mensis, hebdomadis, ac diei, & indictionis; addit postremo τῷ κύκλῳ ἔστω. Id est, sine ulla Cyclorum ambage terræ motum illum contigisse, exactis trecentis quadraginta ac septem annis post terræmotum illum, qui temporibus Trajani acciderat. Quippe hæc temporis nota nullum habet cyclum. Priores verò temporis notæ ab Evagrio assignatæ, cyclorum sunt seu periodorum. Nam & indictio cyclus est quindecim annorum, & hebdomas ac mensis & annus circuli sunt ac periodi perpetuo recurrentes. Hæc igitur est mea de hujus loci expositione sententia. Si quis tamen certiora attulerit, eam mutare non detrectabo. Vide cap. 33. lib. 3. Potest etiam aliter accipi hic locus, mutato tantum accentu hoc modo, ἔστω τυγχάνειν ἰσορύμβῳ. Ut sit sensus iste: *Sextus hic esse dicitur terræmotus, qui Antiochiam concussit.* Nec jam dubito quin hæc vera sit interpretatio hujus loci. Certe in Manuscripto codice Telleriano ἔστω discrètè scribitur cum aspiratione, & accentu in primâ syllabâ.

μ' ϛ τριακοσίων. Hunc locum restitui ex optimo codice Florentino, in quo diserte ita scribitur, ζ' ϛ μ'. Id est, ἑπτὰ ϛ τετρακόσια. Atque ita prorsus legitur apud Nicephorum in capite vicesimo libri 15.

ἐκεῖνος μὲν δὴ ἕνατον ϛ πεντηκοστόν. Baronius in Annalibus Ecclesiasticis ad annum Christi 111. Evagrium falli dicit, qui terræmotum illum qui regnante Trajano factus est Antiochiæ, accidisse scribat anno juxta Antiochenos 159. Nam terræmotus ille contigit Messala, & Pedone Consulibus, ut ex Dione constat qui Pedonem Consulem in illo terræmotu periisse asserit. Porro Messalæ ac Pedonis Consulatus incidit in annum Christi 115. ut convenit inter omnes Chronologos. Erat tunc annus juxta Antiochenos centesimus sexagesimus tertius, non autem quinquagesimus nonus, ut ait Evagrius. Anni enim Antiochenorum, quadraginta & octo annis natalem Christi antevertunt. Porro de his annis Antiochenorum, ex antiquis quidem auctor Chronici Alexandrini optimè locutus est in rebus gestis Julii Cæsaris; ex recentioribus verò, Dionysius Petavius in libris de Doctrina temporum, & in secunda parte rationarii cap. 14. Cui tamen in eo non assentior, quod dicit horum annorum initium ab Octobri mense deduci, quod apud Antiochenos populare anni fuit initium. Ego verò in Annotationibus Eusebianis abunde, ut opinor, demonstravi, Antiochenos à Dio seu Novembri mense annum inchoasse. Sed neque illud verum est, quod ibidem scribit Petavius, auctorem Chronici Alexandrini horum annorum initium à Majo mense deducere videri. Non enim id dicit Auctor Alexandrini Chronici; sed tantum ait, Senatusconsultum, quo civitas Antiochia libera ac sui juris pronuntiata est, mense Majo acceptum fuisse ab Antiochensibus, ac publici propositum.

τινὰς τῶν ἀπ' αὐτῶν ϛοῶν. In optimo codice *Pag. 306.* Florentino totus hic locus ita scribitur ϗ τὰ ὑποτοξόμενα ϗ τὰς ἐφ' ἑκάτερα θύρας πυργώσας, ϗ τίνας τῶν ἐπ' αὐτὰς ϛοῶν. Melius procul dubio. Portæ circi binis utrinque turribus munitæ erant. Erant & porticus quædam quæ ad turres illas ducebant, à portis circi, ut opinor. In codice Telleriano scriptum inveni τινὰς τῶν ἐπ' αὐτὰς ϛοῶν.

ϗ

ἐν τῇς ὀστρακινίας. Rectius in codice Florent. & Telleriano & apud Nicephorum scribitur ὀστρανίνης. Hujus loci iterum mentio fit ab Evagrio nostro in cap. 8. lib. 6. Quid autem fuerit Ostracine, difficile est dicere. Evagrius quidem hoc loco ait γεωτονίαν ita appellatam fuisse, sitam in urbe veteri. Est autem γεωτονία ædium continuatio, quæ porticus publicas excipiebant. Quod confirmat etiam Libanius in Antiochico pag. 372. dicta porro est Ostracine eo quod figulinæ ibi essent.

τὸ καλούμενον νυμφαῖον. Sic Græci vocabant templum Nympharum, quod describit Libanius in Antiochico pag. 372. νυμφῶν ἱερὸν ὑφανόμενος, &c.

τῶν ἠφανισμένων τῷ πάθει τὰ τέλη. In hujus loci versione lapsi sunt ambo Interpretes. Nam Musculus quidem ita vertit: *Dicit etiam mille auri Talenta civitati illi ab Imperatore de tributis esse remissa: Et ex tributis quoque constitutum esse, ut civibus illis qui ea calamitate affecti erant, ædes ipsorum simulque publica ædificia restaurarentur.* Christophorsonus verò sic interpretatur: *Ait porro, tum civitati de tributis mille auri Talenta ab Imperatore esse condonata, tum civibus etiam vectigalia, qui ea clade afflicti erant.* Ubi vides, utrumque Interpretem hæc verba, τῶν ἠφανισμένων, ad cives retulisse; quod ferri nullo modo potest. Neque enim dixisset Evagrius τοῖς πολίταις τῶν ἠφανισμένων, sed potius τοῖς ἠφανισμένοις. Rectius ergo Nicephorus ea verba de privatorum ædificiis intellexit, quorum vectigalia Imperator Antiochenis civibus remisit. Nec tamen ille Evagrii sensum penitus assecutus est. Sic enim hunc Evagrii locum expressit, ἐκ γοῦν τοῦτον τὸν ὁπισμὸν τοῦτον χιλίας χρυσᾶ τάλαντα βασιλέα φασὶν ἀφεῖναι τῇ πόλει τῶν ὑπαίων φόρων τὰ τέλη, τῶν ἠφανισμένων χάριν κτισμάτων. Id est, ut Langus vertit: *Terræmotus istius gratia, & propter ædificia diruta, Imperatorem ferunt urbi ei mille auri Talenta tributi annui remisisse.* Verum Evagrius, seu potius Joannes Rhetor plus dicit. Ait enim Imperatorem ex functione quidem tributariâ mille auri talenta Antiochensibus remisisse: Singulis verò civibus indulsisse vectigalia ædium quæ terræmotu subversæ fuerant. Hæc autem vectigalia dupliciter intelligi possunt, aut de pensione annua quæ dominis ædium à conductoribus solvebatur. Aut de pecunia quæ fisco pendebatur, eò quòd ædes illæ in solo publico constructæ essent. Quemadmodum apud nos ab ædium possessoribus tam in urbe, quam in agris, census annuus dominis soli præstari solet. Atque hoc posteriore sensu, τὰ τέλη, hic accipi malim. Hæc enim vox frequentius sumitur pro Vectigalibus quæ publico penduntur. Quod si pro pretio ædium, quod à conductore præstari solet, hic sumeretur, nulla in eo fuisset Imperatoris liberalitas. Nihil enim de suo dedisset civibus, sed de alieno.

ὑπομειλάξειεν ἢ τούτων. Procul dubio scribendum τούτων, supple τὸν βασιλέα. Atque ita legisse videtur Christophorsonus. Porro de hoc terræmotu Elegiam scripserat Isaac Syrus, ut testatur Marcellinus in Chronico his verbis: *Patricio & Ricimere Coss. Isaac Antiochenæ Ecclesiæ Presbyter scripsit Syro sermone multa, præcipueque adversus Nestorianos & Eutychianos. Ruinam etiam Antiochiæ Elegiaco carmine planxit, quemadmodum Ephren Diaconum Nicomediæ lapsum.*

In Caput XIII.

Συνηνέχθη ἤ. De anno, quo incendium istud contigit Constantinopoli, non convenit inter Auctores. Nam Theophanes quidem & Cedrenus anno quinto Leonis, Indictione 15. illud referunt, Leone Augusto iterum & Severo Coss. qui fuit annus Christi 462. Marcellinus autem Comes, & Auctor Alexandrini Chronici, incendium illud Constantinopolitanum conferunt Basilisco & Hermenerico Consulibus, hoc est anno Christi 465. Priorem sententiam sequutus videtur Evagrius noster. Verbum enim συνηνέχθη, quo utitur hoc loco, indicat id quod dixi, conflagrationem scilicet illam urbis Constantinopolitanæ non longo tempore post terræmotum Antiochenum contigisse. Cæterum de incendio illo, quo urbs Constantinopolis Leonis Aug. temporibus conflagravit, scribit etiam Candidus Isaurus in libro primo historiæ, multaque in eo ab Aspare Patritio utiliter ordinata esse refert.

ὅσιρ βοὸς καλοῦσι πόρον. Portum Phosphorianum intelligit, qui erat in regione quinta urbis, ut docet vetus descriptio urbis Constantinopolitanæ. Græcè φωσφόριον & βοσπόριον dicebant, ut docet Constantinus Porphyrogennetus in libro 2. de Thematibus sub finem, & Georgius Codinus in lib. de originibus Constantinopolitanis 57.

τῆς ἐπικλην ὁμοιάς. Ecclesia Homoeæ erat in regione nona urbis Constantinopolitanæ, ut docet vetus descriptio ejus urbis. Cur autem ita dicta sit hæc Ecclesia, nondum comperi. Pag. 387.

In Caput XIV.

Ὑπὸ τοῖς αὐτοῖς χρόνοις. Melius scriberetur, τοῖς αὐτοῖς χρόνοις, &c.

σκυθικὸν πολέμιν. Intelligit Evagrius bellum quod Hunni gessere adversus Romanos Orientales duce Dengizich Attilæ filio, Zenone & Marciano Coss. anno Christi 469. ut tradit Marcellinus Comes in Chronico. Auctor tamen Alexandrini Chronici id refert superiore anno, quo Consul fuit Anthemius Aug. ὅτι τούτῳ τῷ ὑπάτῳ γενζίεχος ὁ υἱὸς Ἀττιλᾶ ἐστράτευσε κατὰ ἀναγάστου τοῦ στρατηλάτου θράκης &c. Lego Δινγίζιχος ex prisco Rhetore qui bellum istud describit pagin. 44. 45. editionis Regiæ. Porro hic Anagastus Magister militum per Thracias, qui Dengizichum Hunnorum regem in prælio occidit, Arnegisclo Magistro militum successerat.

In Caput XV.

Pag. 308. Ἀειμήσον. In optimo codice Florentino & apud Nicephorum scribitur ἀεικμήσιον. Porro Ariadne Zenoni nupsit anno Leonis Aug. tertio, ut scribit Theophanes in Chronico.

ἐκ τινὸς ὧν ἐπὶ τοῖς ἰσαύροις. Flavium Zenonem intelligit, qui Consul fuit principatu Theodosii Augusti, anno Christi 448. & Magister militum per Orientem. De cujus singulari potentia vide quæ scripsi in Annotationibus ad Excerpta Legationum Prisci Rhetoris, pag. 207. editionis Regiæ.

In Caput XVI.

Κατὰ γιζειρίχου βασιλίσκου. De ingenti exercitu quem Leo Imperator contra Vandalos in Africam misit, consulendi sunt Theophanes, Cedrenus, & Idatius in Chronico. De ejusdem belli apparatu scribit etiam Candidus Isaurus in libro primo historiæ, cujus locum, quia nondum editus est, hic apponam: καντίδος ἱστορικὸς φησὶν ὅτι ὁ λέων ὁ μακέλλης, ὁ μετὰ μαρκιανὸν βασιλεύσας, ἐπὶ τούτου ἐκ στρατείαν τὴν κατὰ βανδίλων ἄπειρα χρήματα ἐδαπάνησε. ἦσαν γὰρ ὡς τοῦτα ἐφανέρωσαν πιστικοί, ὅς μὲν τῶν ὑπαρχων χρυσίου λίτραι τετρακισμύριαι φὸς ἑπτακισχιλίας. ὅς δὲ ὁ τοῦ κόμητος τῶν θησαυρῶν, ἑπτακισχίλιαι φὸς μυρίαις, καὶ ἀργυρείου λίτραι ἑπτακόσιαι χιλιάδες. ἅτε τῶν ἀνηλωμένων ἀρχόντων ἐκ τῶν δημοσίων καὶ ἐκ τοῦ βασιλέως ἀνθεμίου. Id est, Candidus Historicus ait: *Leonem qui Macelles cognominatus est, qui post Marcianum imperavit, innumerabilem vim pecuniæ in expeditione adversus Vandalos consumpsisse. Nam ut testantur ii qui pecuniam illam administrarunt, per Præfectos quidem prætorio impensa sunt auri librarum quadraginta septem millia; per comitem verò largitionum impensa sunt auri librarum septendecim millia, & argenti librarum septingenta millia; cùm sumptus abunde suppeterent, partim ex bonis proscriptorum, partim ex ærario Imperatoris Anthemii.* Extat hic illustris locus apud Suidam in voce χειρίζω, sed corrupto Auctoris nomine. In eodem Suidæ loco scribendum est, τῶν ἀνηλωμένων ἀρκόντων &c. Porro hæc expeditio Vandalica contigit anno Christi 468. ut rectè Baronius observat, quod confirmant Cedrenus, Idatius & Marcellinus. Biennio post, altera expeditio adversus Vandalos suscepta est à duce Heraclio, & Marso, ut scribit Theophanes in Chronico, qui solus quod sciam, hujus expeditionis mentionem facit. Nam Procopius in Vandalicis secundam hanc expeditionem cum priore illa confudit. Porrò hæc secunda expeditio exitum satis felicem sortita est. Gizerichus enim metu perculsus, pacem cum Romanis Orientalibus facere compulsus est.

πείσκῳ τῷ ῥήτορι. Hoc bellum Vandalicum fusè descripserat Priscus in ultimo libro historiarum, ut præter Evagrium docet Theophanes in Chronico pag. 100. Sed locus corruptus est quem hic apponam, ὕστερον ὁ δούξ ὑπὸ γιζειρίχου καὶ ἀλείσεως χρήμασι φιλιασθεὶς ἐνίδρυσεν καὶ ἐπλήθυνεν ἐκεῖ, ὡς περσικὸς ἱστόρησεν ὁ θρᾴξ. Scribendum est procul dubio ὡς πρίσκος &c. Priscus enim historicus id bellum descripsit teste Evagrio. Fuit autem Priscus Thrax, ex Panio Thraciæ Oppido, cujus meminit Hierocles: *Provincia Europæ sub Consulari urbes quatuordecim. Endoxia, Heraclia, Arcadiopolis, Bisue, Panion, Orni,* &c. Certè & Suidas Priscum historiarum scriptorem Panitem fuisse dicit.

ἵνα πλεῖστα ἀσπαρ ἄνοιαν. Hunc locum non infeliciter mihi videor restituisse hoc modo, ἵνα πλείστα ἀσπαρ εὐνοιαν κτήσηται, id est, *ut Aspari benevolentiam sibi conciliaret.* Emendationem nostram confirmat Cedrenus his verbis, anno duodecimo Leonis Aug. τῷ δ' αὐτῷ ἔτει καὶ ὁ ἀσπαρ υἱὸς πατρίκιος, καίσαρ ἀπὸ τῆ λέοντ γίνεται, καὶ ἐν ἀλεξανδρείᾳ πέμπεται δόξῃ τὸ ἐλκύσαι τὸν ἄσπαρα ἐκ τῆς ἀρειανικῆς δόξης καὶ εὐνοεῖν ποιῆσαι τῷ βασιλεῖ. Theophanes vero sic habet: τῷ δ' αὐτῷ ἔτει πατρίκιος υἱὸς ἀσπαρ, ὃν καίσαρα ὁ βασιλεὺς λέων πεποίηκει δόξῃ τὸ ἑλκῦσαι τὸν ἄσπαρα ἐκ τῆς ἀρειανικῆς δόξης καὶ εὐνοεῖν τῷ βασιλεῖ, παρεγένετο ἐν ἀλεξανδρείᾳ, &c. Supplendum est ex Cedreno verbum hoc modo, καὶ εὐνοεῖν ποιῆσαι τῷ βασιλεῖ. Id est: *Hoc anno Patricius Aspharis filius, quem Leo Augustus Cæsarem nuncupaverat, eo consilio ut Asparem ab Arianorum secta revocaret, & Imperatori fidum efficeret ac benevolum,* &c.

νέπως μετὰ πέμπτον ἔθος. Delenda est præpositio μετὰ, quæ Interpretes in errorem induxit. Neque enim anno quinto post depositionem Glycerii, Nepos factus est Imperator, sed eodem anno quo abdicatus fuerat Glycerius, ut legitur in veteribus Fastis quos edidit Cuspinianus, hoc est, anno Christi 474. Nepos deinde quinque annis Imperium obtinuit. Occisus est enim Basilio solo Consule, anno Christi 480. ut testatur Marcellinus in Chronico, & vetus Auctor Fastorum, quem primus edidit Cuspinianus. Ex quo discimus, Julium Nepotem Imperatoris nomen usque ad exitum retinuisse.

ἐπίσκοπόν τε ῥωμαίων τὸν γλυκέριον. Falsum est, Glycerium ex Imperatore Episcopum urbis Romæ factum esse. Sed neque verum est, cum Portuensem Episcopum factum esse, quod quidam scripserunt Marcellinum auctorem secuti. Marcellinus tamen id non dicit. Sic enim habet: *Leone solo Cos. Glycerius Cæsar Romæ Imperium tenens, à Nepote, Marcellini quondam Patricii sororis filio, Imperio expulsus, in portu urbis Romæ ex Cæsare Episcopus ordinatus est.* Verùm in Marcellino mutanda est distinctio in hunc modum: *Imperio expulsus in portu urbis Romæ, ex Cæsare Episcopus ordinatus est.* Emendationem nostram confirmat vetus ille Auctor Fastorum, quem superius laudavi. *Domino Leone Juniore Augusto. Cos. dejectus de Imperio Glycerius in portu urbis Romæ.* Certè Jordanes in libro de successione regnorum, Glycerium Salonæ Episcopum factum esse scribit. Verba Jordanis hæc sunt: *Occisoque Romæ Anthemio nepotem filium Nepotiani, copulatâ nepte sua in matrimonio, apud Ravennam*

nam per Domitianum clientem suum Cæsarem ordinavit. Qui nepos regno potitus legitime, Glycerium, qui sibi Tyrannico more regnum imposuisset, ab imperio expellens, in Salona Dalmatiæ Episcopum fecit. Delenda igitur est hoc loco vox ῥωμαίων, vel potius transponenda in hunc modum, τῆς ἀρχῆς ῥωμαίων κρατεῖ, ἐπίσκοπόν τε τὸν γλυκέριον, &c.

μϛ΄ τριῶν καὶ τριακοσίων καὶ χιλίων. Verior est computatio Marcellini Comitis, qui de hoc Romulo ita scribit in Chronico, Basiliſco & Armato Consulibus. *Hesperium Romanæ gentis Imperium, quod septingentesimo nono urbis conditæ anno primus Augustorum Octavianus Augustus tenere cœpit, cum hoc Augustulo periit, anno decessorum regni Imperatorum.* DXXII. Eadem verba habet Jordanes in libro de successione regnorum. Hæc autem summa annos efficit mille ducentos triginta & unum. Corrigendus igitur est Cedrenus, qui à Romulo urbis conditore ad hunc usque Romulum Augustum annos tantum numerat mille & octoginta.

ἐπιχειρίζεται πράγματα. Scribendum est procul dubio ἐγχειρίζεται, ut habet Nicephorus in libro 15. cap. 11. In codice Tellerianо scriptum inveni μεταχειρίζεται, quod magis placet.

In Caput XVIII.

Ante hoc caput in optimo codice Florentino hæc scripta sunt τίλος τοῦ βʹ λόγου. Deinde à capite hæc habentur, εἰσὶν οἳς ἐν ἐπιτομῇ σὰ ἐν τῇ συνόδῳ τῇ ἐν χαλκηδόνι συλλεγείσῃ κεκινημένα ἐν τούτοις.

Pag. 311. ὧν τι ἡμῶν. In optimo codice Florentino hic locus ita legitur, ἐφ' ᾧ τι ἡμῶν καὶ ἃ φρονεῖ μένιν διοσκόρῳ διακεῖσθαι. Quemadmodum etiam legitur in actis Chalcedonensis Concilii. Christophorsonus quidem ac Savilius ad oram sui codicis emendavit, ἐφ' ᾧ τὰ ἡμῶν καὶ τὰ &c. Malim tamen scribere ἐφ' ᾧ ἡμῶν τι καὶ τοῦ πρ.

διελάλησεν ἐκείνῳ. Procul dubio scribendum est, ἐκεῖνο, supple τὸ θεῖον γράμμα. Quam emendationem confirmant acta Chalcedonensis Concilii pag. 52. & 53. editionis Binii ubi ita legitur: *Gloriosissimi Judices & amplissimus Senatus dixerunt: Dicat beatissimus Episcopus Juvenalis, cur interloquente Reverendissimo Episcopo Dioscoro ob recitandam epistolam sanctissimi Rom. Archiep. lectio ejus non est facta. Juvenalis Rever. Episc. Hierosol. dixit: Statim respondit Presbyter & Primicerius Notariorum Joannes, habere se præ manibus sacras litteras Religiosissimorum & piissimorum Imp. & respondi, imperiales litteras relegi.* Porro verba ipsa quibus usus fuerat Juvenalis in secunda illa Synodo Ephesina, habentur in superiore pag. 52. ubi acta secundæ Synodi Ephesinæ referuntur. Sed & Nicephorus emendationem nostram confirmat in cap. ultimo lib. 15. ubi compendium actorum Chalcedonensis Concilii refert, magna parte transcriptum ex Evagrio. Hæc ideo fusius annotavi, quia Christophorsonus in hujus loci interpretatione longè à vero aberravit. Notabis autem obiter fraudem quæ facta est in secundo illo Ephesino Concilio. Nam cùm Hilarus Diaconus, Legatus sedis Apostolicæ, renuntiasset Episcopis qui aderant, habere se epistolam Leonis Papæ, & postulasset, ut legeretur in Concilio: Joannes Presbyter & Primicerius Notariorum, surgens dixit habere se præ manibus alias litteras ab Imperatore scriptas ad Dioscorum. Tum Juvenalis præcepit ut litteræ illæ Imp. legerentur, nulla epistolæ Leonis mentione facta. Vides igitur lectionem epistolæ Leonis de industria impeditam esse, per fraudem Dioscori, qui pro epistola Leonis epistolam Imp. Theodosii recitari fecit in synodo. Porro emendationem nostram confirmat codex Tellerianus, in quo ita scriptum inveni, ut conjeceram.

ἐπειδή τι χωλεῖον. Locus iste quem indicat Evagrius, exstat in actione prima Synodi Chalcedonensis pag. 58.

πόθεν ἂν εἴπι. Melius in actis Chalcedonensis Concilii pag. 58. εἰπέ, in Imperativo. *Pag. 312.*

ὧν ἐρωτηθέντων. In actis Chalcedonensis Concilii solus Basilius à Judicibus & Senatoribus interrogatus fuisse dicitur; & quidnam interrogationi illorum responderit, ibidem subjicitur. Vulgatam tamen scripturam confirmat Nicephorus quam si retinere voluerimus, dicendum erit Basilium & eos qui cum illo erant, interrogatos esse à Judicibus.

πρὸ αὐθεντίαν μὴ ἔχειν. In hujus loci Interpretatione lapsi sunt ambo Interpretes. Sic enim vertit Musculus. *Thalassius vero dixit, non habere auctoritatem ea quæ a principibus in hujusmodi causis judicantur.* Eundem quoque sensum secutus est Christophorsonus. Sed & Langus Interpres Nicephori in eundem errorem incidit. Atqui ex actis Chalcedonensis Concilii facile est hanc Interpretationem confutare. Thalassius enim interrogatus à Judicibus, hoc tantum respondit, ἐγὼ οὐκ ἐμὴν αὐθέντης. Id est: Omnis auctoritas ac potestas penes me non erat. Etsi enim Juvenalis ac Thalassius unà cum Dioscoro Ephesinæ secundæ Synodo præsidere jussi erant ab Imperatore Theodosio, revera tamen omnis potestas penes Dioscorum erat. Porro judices responsionem Dioscori & Juvenalis ac Thalassii condemnarunt his verbis: In causa fidei, hæc defensio non admittenda est.

τὸν διόσκορον πέμψασθαι. Assentior Christophorsono & Savilio, qui pro πέμψασθαι emendarunt μέμψασθαι. Quod quidem mendum in Manuscriptis codicibus sæpius admissum deprehendi. *Pag. 313.*

ἱλάειος ἐπίσκοπες εἶπεν. Hic locus corrigendus est ex actione prima Synodi Chalced. pagin. 142. ubi post pronuntiatam à Dioscoro adversus Flavianum & Eusebium damnationis sententiam, cùm Flavianus dixisset ἀντιτίθεμαί σοι. Id est, recuso te: Hilarus Diaconus Ecclesiæ Romanæ dixit, contradicitur. Quæ verba descripta sunt ex actis secundæ Synodi Ephesinæ.

διόσκορον ὁ χριστὸς καθεῖλε. Sic etiam scribitur apud Nicephorum. Verùm in actis Concilii Chalced. longe aliter scribitur, hoc scilicet modo: ταύτῃ τῇ ὥρᾳ καθεῖλε. ταύτῃ τῇ ὥρᾳ καταιρίτω Id est, hac hora Dioscorus depositus. Hac hora de-

ponatur. Quam scripturam equidem magis probo. Verum ut ex actis Chalced. Concilii corrigendus est hic Evagrii locus, sic vicissim acta Chalcedonensis Concilii emendanda sunt ex Evagrio nostro. Nam pro his verbis quæ sequuntur, ἄγιε κύριε σὺ αὐτὸν ἐκδίκησον, scribendum est, φλαβιανὸς περὶ διοσκόρου καθηρέθη. ἄγιε κύριε σὺ αὐτὸν ἐκδίκησον. ὀρθόδοξε βασιλεῦ σὺ αὐτὸν ἐκδίκησον, ut habet Evagrius ac Nicephorus atque ita legisse videtur vetus Interpres Concilii Chalcedonensis, sic enim vertit: *Sancte Domine tu illum vindica, Domine, Domine tu illum vindica. Catholice Imperator, tu illum vindica.* Ex qua versione colligimus, necessario præcedere debere verba quæ diximus, φλαβιανὸς περὶ διοσκόρου καθηρέθη. Alioqui quo referrentur hæc verba: *Tu illum vindica.*

πατριάρχης πολλὰ τὰ ἔτη. Quæret hic aliquis, quisnam hoc loco intelligatur Patriarcha. Ego Anatholium Constantinopolitanum Episcopum intelligi affirmo. Porro duo hic notanda sunt. Primò quod Orientales Episcopi multos annos precantur, non suo Patriarchæ sed alteri. Deinde quod Episcopum Constantinopolitanum simpliciter & absolutè vocant Patriarcham, ob sedis scilicet prærogativam hunc illi honorem deferentes. Etenim in Synodo Constantinopolitanâ secundus locus sedi Constantinopolitanæ assignatus fuerat.

ἐπίσκοπον ἀρμενίας. Scribendum est ἀγκύρας ex actis Chalced. Concilii pag. 152. ubi hæc Judicum interlocutio refertur.

ἐκπίσειν. Rectius in actione prima Chalcedonensis Concilii pag. 152. scribitur ὑποπίσειν. Refertur enim ad id quod præcessit, τοῦ αὐτοῦ ὀπτιμίου, atque ita etiam legitur supra in cap. 4. hujus libri, ubi hæc Judicum interlocutio integra refertur. In 4. autem actione Synodi Chalcedonensis pag. 217. ἐκπίσειν quidem legitur; sed verbum additum est in superioribus hoc modo, τοῦ αὐτοῦ ὑπαχθῆναι ἐπιτιμίῳ. Quod si verbum ἐκπίσειν retineamus, tum superfluæ erunt duæ voces quæ sequuntur, ἀλλοτρίως γενομένου. Certè hæ duæ postremæ voces desunt in nostris codicibus, Flor. & Teller. nec habentur apud Nicephorum.

Pag. 314. τῶν ἐν κωνσταντινουπόλει ρν'. In optimo codice Florentino desunt hæc verba ἐν κωνσταντινουπόλει; quæ quidem nec in actis Chalcedonensis Concilii habentur, ut videre est pag. 152. editionis Binii.

συνελθόντων μόνων. In actione tertia Chalced. Concilii soli convenerunt Episcopi, nec ulli ex secularibus Judicibus ac Senatoribus Concilio interfuerunt. Nam in ea sessione agendum erat de fide; quam ut exponerent, invitati prius fuerant Episcopi à gloriosissimis Judicibus. Episcopi verò diu quidem id præstare recusaverant, cum dicerent sufficere formulam fidei Nicenæ, quæ in Constantinopolitana & in prima Ephesina Synodo fuerat confirmata. Tandem tamen postulationi Judicum cesserant, seque id facturos promiserant. Porro ubi de fide agitur, nullæ sunt partes Judicum sæcularium. In tertia igitur actione in qua agendum erat de fide, nulli adfuerunt Judices sæculares. Cæterum notandum est, Evagrium hoc loco prætermisisse gesta actionis secundæ. Tertiam igitur actionem pro secunda cepisse videtur Evagrius. Idque confirmant acta ipsius Synodi p. 177. ubi secunda congregatio sive actio videtur quæ nunc est tertia.

βονδὸς τοῦ μαγίστρου. Langus & Christophorso- Pag. 315.
nus Boetium interpretati sunt, quasi id nomen proprium esset. Atqui βονδὸς nomen est Officii. Sic enim dicebatur princeps Officii Magistri officiorum, qui erat ex Schola agentum in rebus, ut docet Notitia Imperii Romani. Porro adjutor iste Magistri officiorum, Eleusinius proprio nomine dicebatur, ut scribitur in actione tertia Concilii Chalced.

ἐν σημείοις. In actis Concilii Chalcedonensis pro his verbis scriptum est ἐν ἐκλόγοις, quod vetus Interpres ita vertit: *Et certa locuti sunt quæ in exceptis habeo.* Certè Himerius erat Notarius & Lector, missus à Concilio unà cum Episcopis ad Dioscorum, ut notis exciperet ea quæ ab utraque parte dicerentur, id enim erat officium Notariorum. Solebant autem Episcopi quoties ad Synodum proficiscerentur, Notarium suum secum deducere qui gesta synodalia notis exciperet: Quo scilicet finita Synodo codicem actorum singuli referrent in patriam. Cæterum quod vetus ille Interpres σημεῖα vertit excepta, equidem valde probo. Unde & σημειώσεις Origenis, Latine excepta dici debere existimo. Scio quidem Origenis σημειώσεις à Rufino & Hieronymo excerpta vulgo appellari, sed vitiosè ita scribi existimo, cùm excepta potius debeant nominari.

ἢ βίας ἀφαιρέσεως. Assentior viris doctis, qui Pag. 316.
βιαίας emendarunt ex conjectura, ut opinor. Nam libri nostri nihil mutant. Codex tamen Tellerianus, quem dum editio nostra sub prælo esset, opportune nactus sum, disertè scriptum habet βιαίας ἀφορίσεως.

ἐπυνθάνετο. Nicephorus hic aliquot verba in- Pag. 317.
seruit hoc modo: ἢ τῶν ἐπισκόπων ἀπυνθάνετο, &c.

ἐπισκοπῆμεν ἀφ' ἑαυτῆς. Ita legitur etiam apud Nicephorum. Verum in actis Chalced. Concilii & in cap. 4. lib. 2. ubi hæc damnationis sententia refertur, rectius scriptum est ἐπεσκοπῆμεν &c. Ego verò transpositis præpositionibus mallem scribere ἀφιεσκοπῆμεν ἐπ' ἑαυτῆς &c. Quæ scriptura longè est elegantior.

παντὸς ἐκκλησιαστικοῦ θεσμοῦ. Hoc vocabulum Pag. 318.
variè exponunt Interpretes. Nam Langus consuetudinem vertit. Musculus verò & Christophorsonus ita interpretati sunt: *Et ab omni Ecclesiastico jure esse abalienatum.* Vetus autem Interpres Chalcedonensis Concilii pag. 214. functionem vertit, rectius meo quidem judicio. In libello autem depositionis ejusdem Dioscori, quem Chalced. Synodus iisdem fere verbis misit ad Clericos Alexandrinæ Ecclesiæ qui tum erant Chalcedone, pro θεσμοῦ scriptum est βαθμοῦ hoc modo: καθαιρεῖσθαι τῆς ἐπισκοπῆς ἢ παντὸς ἐκκλησιαστικοῦ βαθμοῦ γενέσθαι ἀλλότριον. In sententia verò damnationis quam Legati sedis Apostolicæ contra eundem Dioscorum pronuntiarunt, pro eodem ponitur ὁσίφρονα. Sic

enim

enim ibi legitur: ἐγύμνωσεν αὐτὸν τῆ ἐπισκοπικῆ ἀξιώματος, καὶ πάσης ἱερατικῆς ἀλοφρόνησεν ἐνεργείας. Idcirco autem hæc verba adjecta sunt à Synodo, ut significarent Dioscorum ad laicam communionem redactum esse. Non enim solum Episcopali dignitate exutus esse dicitur, verum etiam ab omni Ecclesiastico officio submotus; ne quis forte existimaret cum ab actu Episcopali remotum in Presbyterii gradum detrusum esse. Id enim facere, sacrilegium est, ut dicitur in act. 4. Synodi Chalcedonensis pagin. 247.

ἐπισκόπους τῆς ἀλεξανδρείας. Scribendum videtur κληρικούς. Libellus enim depositionis Dioscori missus est ad Clericos Alexandrinæ Ecclesiæ qui tunc erant Chalcedone, ut videre est in actis Chalced. Concilii pag. 214. Ordo quidem legitimus postulabat, ut Dioscori depositio Episcopis quoque Ægypti à Synodo indicaretur. Verum id postea præstituri erant Episcopi Chalced. Concilii in sua Synodica. Tunc vero satis habuerunt, depositionem Dioscori Alexandrinis clericis qui tum erant Chalcedone, significare, Eleemosyno scilicet Presbytero & œconomo, & Euthalio Archidiacono, ac reliquis clericis. Certè hic de Episcopis Ægypti sermonem non esse, satis declarant Evagrii verba. Episcopos enim Alexandrinæ Ecclesiæ eos appellat; quæ appellatio non convenit Episcopis Ægypti.

φροθίσματος. In Nicephoro scriptum est φροθίσματος. In actis tamen Chalcedonensis Concilii scribitur φρόθισμα. In Telleriano codice scriptum inveni φροθίματος. C

ἢ οὐ δίκαιον. Procul dubio delenda est particula ἢ, quippe quæ hoc loco prorsus superflua est. Porro locus quem designat Evagrius extat in actione secunda Concilii Chalcedonensis pag. 159. editionis Binii. Cæterum notandum est id quod jam monui, exemplaria Synodi Chalcedonensis quibus usus est Evagrius, diversa fuisse ab iis quæ nunc habemus. Nam quæ nobis est actio tertia, secunda est Evagrio, ut jam vidimus. Quæ vero in nostris exemplaribus inscribitur secunda actio, tertia est Evagrio, ut ex hoc loco & sequentibus manifestum fiet.

Pag. 319. φλωρέντιος ἐπίσκοπος. Locus quem hic designat Evagrius, legitur in actione secunda Chalcedonensis Concilii pag. 159. Verba item Cecropii Episcopi Sebastopoleos habentur in eadem D pagina.

μιθ' ὧς εἴτις. Extat etiam hic locus in actione secunda Chalced. Concilii pag. 160.

Pag. 320. αἱ πρὸς ἑνώσεσθαι πρὸς ἀλλήλας συμπνεύσασαι φύσεις. Divina enim & humana natura simul junctæ, unum Christum ac Dominum nobis constituerunt. Atque ita verum est quod ait Cyrillus, duas naturas inter se diversas, in veram unitatem coivisse; quod tamen non intellexit Christophorsonus, non quod ex duabus naturis una facta sit, quemadmodum Eutyches asseruit: Sed quod ex duabus naturis unus extiterit Christus. Atque ita Cyrillus sententiam suam paulo post exponit cum ait: δίχα τῆς ἀφράστου καὶ ἀπορρήτου πρὸς ἑνότητα συνόδου. Ex his apparet hallucinatum esse Joannem Langum, doctum alioqui Nicephori Interpretem, qui ἑνότητα unionem vertit.

ὡς αἱ ἐπιστολαὶ κυρίλλου εἰσίν. In actione secunda Chalcedonensis Concilii pag. 161. pro εἰσὶν, scribitur ἔχουσιν.

οἱ ἱεροδόξοι ὅτως πιστεύομεν. In actione secunda Pag. 321. Chalcedonensis Concilii p. 169. scribitur πιστεύουσι: quod magis probo, licet Nicephorus vulgatam scripturam confirmet.

ὑπὸ παντὸς ἐψεύσατο θανάτου. Assentior viris Pag. 322. doctis qui ὑπὲρ παντὸς emendarunt, quemadmodum scribitur etiam apud Nicephorum, & in actione secunda Concilii Chalcedonensis pagin. 170.

καὶ ἕτερον ἐν ἑτέρῳ. In actione secunda Chalcedonensis Concilii hic Cyrilli locus aliter scribitur, B hoc scilicet modo, μεμένηκε γὰρ ὅπερ ἦν. νοεῖται ὃ παντὸς ἕτερον ἐν ἑτέρῳ κατοικεῖν, τυτέστιν ἡ θεία φύσις ἐν τοῖς ἀνθρωπίνοις.

ὅις ἅπαντες συνέθεντο. Ambiguitas est in his verbis. Tam enim referri possunt ad duodecim Cyrilli capitula, de quibus proximè locutus est, quàm ad postulata Attici Nicopolitani Episcopi, quibus reliqui omnes Episcopi assensi sunt, ut discimus in actione secunda Concilii Chalcedonensis sub finem. Joannes quidem Langus priorem sensum secutus est. Posterior tamen explicatio mihi magis placet.

συνελθεῖν περὶ ἀνατολίου. Assentior viris doctis Pag. 323. qui ante nos emendarunt σὺν ἀνατολίῳ. Apud Nicephorum deest præpositio, quæ tamen mihi videtur prorsus necessaria.

διόμεθα σὺν τῶν πατέρων. In optimo codice Florentino scriptum est σὺν τῶν πατέρων, quemadmodum etiam legitur in actione secunda Concilii Chalcedonensis. Quinam porro sint hi Patres pro quibus postulant Episcopi, ut Synodo restituantur, haud difficile est divinare. Sunt enim illi, Juvenalis Episcopus Hierosolymorum, Thalassius Cæsareæ Cappadociæ, Eusebius, Eustathius, ac Basilius, qui in actione prima per interlocutionem Judicum ac Senatorum depositi fuerant unà cum Dioscoro. Ob hanc igitur depositionem quam Episcopi suffragiis suis comprobaverant, quinque isti Episcopi, nec secundæ nec tertiæ actioni interfuerunt, ut patet ex indice Episcoporum qui in illis actionibus præmittitur. Sed & in actione tertia, cùm Legati Sedis Apostolicæ sententiam depositionis contra Dioscorum pronuntiassent, cæteri quidem Episcopi subscriptionibus suis eam confirmarunt: Exceptis tamen his quinque, ut rectè observavit Evagrius supra. In vulgatis quidem exemplaribus Synodi Chalcedonensis pagin. 212. etiam horum quinque Episcoporum nomina leguntur adscripta: Verum extra ordinem & post reliquos omnes Episcopos. Ex quo apparet, illos non tum cum prolata est sententia subscripsisse, sed diu postea, cum restituti fuissent & pristinam dignitatem recuperassent. Cæterum ex supradictis manifestè colligitur, verissimum esse id quod jam sæpius monui, secundam actionem Concilii Chalcedonensis ab Evagrio sumi pro tertia, & tertiam pro secunda.

cunda. Utri verò codices fide digniores sint, ii A ne quibus usus est Evagrius, an ii quos nunc editos habemus, haud facile est pronuntiare. Mihi quidem certiores videntur codices quibus usus est Evagrius. Primum ob antiquitatem. Vetustiores enim procul dubio fuerunt iis quibus nunc utimur. Deinde propter legitimum ordinem rerum gestarum. Nam post accuratam examinationem causæ Dioscori, & post interlocutionem judicum, qui illum in sacros Canones commisisse & deponendum esse pronuntiaverant, quæ gesta sunt in actione prima; restabat ut Dioscorus Canonico judicio ab Episcopis damnaretur. Proinde actio in qua Dioscorus ab Episcopis Synodali sententia depositus est, primam actionem proximè sequi debet. Rectè igitur Evagrius ac Nicephorus eam secundo loco posuerunt. Tertia ratio petitur ex ipsa actione tertia pagin. 177. ubi Dioscorus Legatis à sacrosancta Synodo ad ipsum missis ita respondisse dicitur: *Quoniam ante hæc in congregatione sedentes magnificentissimi judices certa definierunt post multam uniuscujusque interlocutionem, nunc vero in prædictorum infirmationem secunda me evocat congregatio.* Obstat tamen id quod legitur in fine actionis secundæ, Episcopos scilicet Illyrici ita acclamasse; Dioscorum Synodo, Dioscorum Ecclesiis. Quod procul dubio nunquam ausi essent proferre post depositionem Dioscori cui ipsi subscripserant. Secunda igitur actio in qua ita acclamatum est, præcedere omnino debet actionem tertiam; in qua Dioscorus canonicè depositus est. Atque id verius puto.

τὰς διομένας τύπους. Scribendum est procul dubio τὰς διωμένας, ut habet actio quarta Chalcedonensis Concilii pag. 216. apud Nicephor. legitur γενομένας quod idem est.

Pag. 324. καθυπεσημήνατο. Christophorsonus in plurali numero legit καθυπεσημήναντο, quomodo etiam scriptum habet Nicephorus. Idque confirmant acta Synodi Chalcedonensis pag. 218. & sequentibus.

ὑπὲρ αὐτῶν τῶ πάντων. Rectius in Manuscriptis codicibus Florentino & Telleriano legitur τῶν πάντι. Quomodo etiam scriptum est in actione quarta Synodi Chalced. pag. 232. nec non apud Nicephorum.

Pag. 325. μίχεας ἀν σωσάθροισθεὶν ἡ σωόδῳ. Extat libellus precum oblatus à monachis Imperatori Marciano in actione quarta Concilii Chalced. pag. 237. In hoc libello postulant Monachi ab Imperatore, ut Synodus Oecumenica fiat, quam Imperator jam antea præceperat congregari; quæ omnium saluti consulat, nec Monachos per violentiam subscribere compellat. Scilicet Monachi illi non credebant Synodum esse Oecumenicam, cui Dioscorus & reliqui Ægypti Episcopi non interfuissent. Petebant igitur ut Dioscorus in integrum restitueretur, quemadmodum videre est in altero libello, qui postea recitatus est.

Pag. 327. ἐν δὲ τῶ νεῶ οἱ ἀρχοντες. Hunc locum feliciter mihi videor restituisse. Nam ex tribus vocabulis unicum feci hoc modo ἀσήτην οἱ ἄρχοντες, &c. At Nicephorus, cùm hunc locum corruptum esse animadverteret, verbo adjecto supplevit in hunc modum: δὲτὸ τῶ νεῶ οἱ ἀρχοντες ἐκέλευσαν, &c. contra fidem gestorum & præter mentem Evagrii. Neque enim judices sæculares, qui jussu Imperatoris intererant Synodo, mandarunt unquam, ut epistola Leonis definitioni fidei insereretur; sed id tantum postularunt ab Episcopis; quod tamen Episcopi eis denegarunt, ut patet ex actione quinta pag. 250.

λέοντι πιστεύειν. Subaudiendum est ἀκολουθῆσαι. Non enim responderunt Episcopi se Leoni credere, quemadmodum vertit Christophorsonus; sed cum Leone se credere, ut rectè interpretati sunt Langus & Musculus. Sic enim acclamarunt, ὡς λέων, οὕτω καὶ πιστεύομεν, ut legitur in actione quinta. B

προστεθῶσι κατὰ λέοντος. Nicephorus quidem emendavit κατὰ λέοντα. Sed non dubito quin Evagrius scripserit κατὰ τὸ λέοντος. Sic enim loquuntur judices in actione quinta hujus Concilii pag. 250. Porro post vocem προστεθῶσι, addendum esse videtur δεῖν.

λιτομένας ἀπρέπως. In actione quinta Synodi Chalcedonensis scriptum est adverbialiter ἀσχήμως καὶ ἀμελέτως καὶ ἀσυχύτως.

καὶ ἐπιλαθόντων τῶν ἀρχόντων. Ante has voces, nonnulla deesse videntur in Græco, quæ ex actis Chalcedonensis Concilii suppleri possunt in hunc modum; παρεκάλεσαν αὐτὸς οἱ ἐπίσκοποι ἵστασθαι εἰς τὸ μαρτύριον. Cæterum notandus est hoc loco error Langi & Christophorsoni, qui μαρτύριον templum sanctæ martyris Euphemiæ interpretati sunt. Atqui Synodus quidem Chalcedonensis habita est in templo, sive in Ecclesia S. Euphemiæ. Tractatus autem de fide habitus est in oratorio ejusdem Ecclesiæ, quemadmodum jusserat Imperator in allocutione quæ in Concilio recitata est pagin. 250. σωιλθῶν ἐν τῶ εὐκτυρείῳ τῶ ἁγιωτάτῳ μαρτυρείῳ, id est: *In oratorio sanctissimæ Ecclesiæ. Martyrium* enim pro Ecclesia sumitur, ut patet ex actione tertia Synodi Chalcedonensis, ubi Episcopi convenisse dicuntur in martyrio sanctissimæ & victricis martyris Euphemiæ. In reliquis autem actionibus convenisse dicuntur iidem Episcopi in sanctissimam Ecclesiam ejusdem martyris. Cum igitur constet, Oratorium quo pauci tantum convenerunt Episcopi, de fide tractaturi una cum Anatolio & Vicariis sedis Romanæ, partem fuisse Ecclesiæ sanctæ Euphemiæ, inquirendum jam superest, quænam pars Ecclesiæ fuerit. Ecclesia sanctæ Euphemiæ tribus constabat maximis ædificiis; quorum primum erat, atrium. Secundum, Basilica. Tertium, altare in testudinis formam ædificatum, ut docet Evagrius in principio hujus libri. Oratorium igitur idem est quod altare, quod nos hodie chorum vocamus. Nec recte Evagrius noster μαρτύριον posuit pro oratorio, non enim Imperator Episcopos in martyrium jusserat convenire, sed in oratorium martyrii, sicut jam diximus. C D

καὶ μαξίμου. Scribendum est μαξίμῳ καὶ ἰουναλίῳ καὶ

καὶ θαλασσίῳ, aut certe addendum est verbum συνπαρόντος, ut fecit Nicephorus.

Pag. 328. τῇ χαλκηδονέων μητροπολιτικὰ δίκαια. Non jus metropoliticum, sed nomen duntaxat metropolis concessum est civitati Chalcedonensi; lex enim Imperatoris Marciani ita dicit: τὴν χαλκηδονέων πόλιν ἐν ᾗ τῆς ἁγίας πίστεως σύνοδος διεκροτήθη μητροπόλεως ἔχειν πρεσβεῖα ἐθεσπίσαμεν, ὀνόματι μένῳ ταύτην τιμήσαντες, σωζομένου δηλαδὴ τῇ νικομηδέων μητροπόλει τοῦ ἰδίου ἀξιώματος, id est: *Chalcedonensium civitatem in qua sanctissimæ fidei Concilium celebratum est, metropolis privilegia habere decrevimus*, nomine tantum eam honorantes; salva scilicet Nicomediensium metropoli propria dignitate. Etsi autem Imperator his verbis, ipsam duntaxat urbem Chalcedonensium ornare videtur titulo metropoleos, id tamen privilegium ad ipsam quoque Ecclesiam Chalcedonensium pertinet. Ex eo igitur tempore Chalcedonensis Episcopus honorem habuit metropolitani. Jus tamen metropoliticum non habuit, quia Imperator hac lege nihil imminutam esse voluit Nicomediensis Episcopi dignitatem. Idem judicarunt Episcopi ejusdem Concilii in causa Nicomediensis ac Nycæni Episcoporum. Nam cum Nycæa honorem metropolis consecuta esset rescripto Imperatorum, judices & Episcopi, qui erant in Concilio, responderunt, hunc honorem civitati duntaxat tributum esse ab Imperatoribus; nec Episcopum Nicænum ex ea lege jus metropolitanum sibi arrogare posse; sed præferri tantum reliquis Episcopis Provinciæ Bithyniæ; ita ut secundo loco habeatur post metropolitanum, ut videre est in act. 13. Quænam porro sint jura metropolitica, docent Canones Concilii Nicæni; ut scilicet ordinationes Episcoporum provincialium absque consensu Metropolitani non fiant; & ut Episcopus metropolitanus provinciales Episcopos ad Concilium suum evocandi habeat potestatem. Cæterum in Manuscripto codice Florentino χαλκηδοναίων scriptum inveni, licet in Concilio Chalcedonensi perpetuo scriptum sit χαλκηδονέων. Regulariter quidem scribendum esset χαλκηδονίων. Sed veteres dixisse etiam videntur χαλκηδονεῖς, ut patet ex innumeris locis Concilii Chalcedonensis.

γέγονε καὶ ἕτερα. Rectius apud Nicephorum scribitur ἑτέρα cum accentu in penultima; supple συνέλευσις. Quod miror Musculum & Christophorsonum non animadvertisse.

καὶ κατὰ τὴν ἐνάτην σύνοδον. Immò in actione nona, causa Theodoriti Episcopi judicata est, ut præferunt nostri codices. Verum exemplaria Synodi Chalcedonensis, quibus usus est Evagrius, diversa fuisse videntur à nostris. Nam, ut paulò ante vidimus, septimam actionem numerat Evagrius, in qua alii Canones promulgati sunt. Quæ actio in nostris exemplaribus hodie desideratur.

εἰς ἱερέα εἶναι. In actione decima Concilii Chalcedonensis & apud Nicephorum abest præpositio. Verum in Manuscripto codice Florentino scriptum inveni ἐς ἱερέας; quod idem est ac si diceret ἐν ἱερεύσειν.

καὶ στέφανον ἐσαχθῆναι. Immò decreverunt Episcopi, ut tam Bassianus, quam Stephanus ab Episcopatu Ephesiorum removerentur, utque eorum loco alter fieret Episcopus, quemadmodum videre est in actione 11. & 12. Supplendus est igitur Evagrii locus hoc modo, ἐξενεχθῆναι μὲν αὐτὸν καὶ στέφανον, ἕτερον δὲ ἐσαχθῆναι.

τὰ κατὰ βασιανόν. Scribendum est σαβινιανὸν ex actis Concilii Chalcedonensis. Hujus Sabiniani Perrensium Episcopi, quæ urbs est in provincia Euphratensi, meminit Liberatus in cap. 12. Breviarii.

HEN-

HENRICI VALESII ANNOTATIONES IN LIBRUM TERTIUM ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ EVAGRII.

In Caput I.

Pag.333. Ὅτι οὐκ ἐξ ὧν. In Manuscriptis exemplaribus Regio, Telleriano & Florentino, & in editione, Roberti Stephani, deest adverbium ὅτι, quod viri docti ex conjectura suppleverunt, satis infeliciter. Ego vero non dubito quin scribendum sit οὐ γὰρ ἐξ ὧν ἑτέρων κρατεῖν πέφυκεν ὁ αὐτοκράτωρ γνωρίζεται. Porro non omittendum videtur scholium, quod in optimo codice Florentino annotatum erat ad verba illa quæ paulo ante præmissa sunt, ὡς μηδὲν αὐτὸν ἐπισχεῖν. Ad eum locum eruditus quidam Scholiastes hæc appinxerat παπαὶ τῆς νυνὶ ὁμοιότητος.

παρείσδυσιν. Scribendum videtur παρεισδύνειν. Idque confirmat Nicephorus in cap. primo libri decimi sexti.

οὕτως οὐδὲ ἀνάλωτος. Assentior viris doctis qui jam pridem emendarunt οὕτως ἢ ἀνάλωτος, &c. licet libri manuscripti nihil mutent. Nicephorus vero cum hunc locum corruptum videret, hoc modo interpolavit: κἀντεύθεν ἀνάλωτος, &c.

αὐτοκράτωρ τὶς οὕτως γιγνόμενος. Procul dubio scribendum est ὄντως γιγνόμενος quemadmodum legitur apud Niceph.

In Caput II.

Pag.334. Ἐκδεδιητημένος τὸν βίον. Hoc verbum non intellexit Christophorsonus, ut ex versione ejus apparet. Sic enim vertit: *Ad hunc modum Zeno in initio Imperii sui vitam instituit.* Græci ἐκδεδιητημένοι βίον pro soluta & intemperante vita accipiunt. Quod verbum hoc sensu sæpius occurrit in Dione Cocceiano & aliis. Hinc ἐκδιαίτησις pro luxu ac deliciis sumitur teste Suida Porro Græci dissolutos ac luxuriosos homines ita appellant, eo quod illi nullam vivendi legem servare soleant. Sic Dionysius Halicarnacensis in libro quinto de Rege justo loquens ait: μηδὲν ἐκδιαιτώμενος τῶν πατρίων, id est, *nusquam discedens ab institutis majorum.* Rectè ergo Nicephorus hunc Evagrii locum exposuit hoc modo, ἄῤῥυθμός τις καὶ ἀνάγωγος καὶ τὸν βίον μάλιστα ἐκδεδιητημένος; id est, A vir incompositus & inordinatus, & in vita maximè dissolutus.

πρὸς βίαν ἀφερουμένου. Mirum est, neutrum interpretem sensum hujus loci assecutum esse. Musculus enim ita vertit: *Zenone deinceps ad Barbaricum morem violenter abrepto.* Christophorsonus autem ita interpretatur: *Zeno vero reliquis etiam Imperii partibus per vim barbaro quodam more ac modo spoliatus est.* Atqui si Nicephorum consuluissent, rectam hujus loci intelligentiam ab eo haurire poterant. Sic enim Nicephorus hæc Evagrii verba exposuit, ὅσα δὲ τούτοις κατελιμπάνετο, ζήνωνι πρὸς βίαν ἀφήρητο, οὐχ ἧττον ἢ οἱ βάρβαροι ἐπιόντι, id est: *Si quid autem reliquerant barbari, id Zeno per vim abstulit, qui non minus quam ipsi barbari, provinciales hostiliter vastavit.* Cæterum in Manuscripto codice Florentino & Telleriano, legitur B πρὸς βίας, quod quidem mihi videtur elegantius.

In Caput III.

Καὶ πολιορκίαν ὑπέστη. Zeno audita Basilisci defectione, metu territus cum Ariadne uxore in Isauriam fugit, & intra castrum munitissimum, cui nomen est Ubara, se recepit; postea vero cum Basiliscus Hillum & Trocondum cum ingentibus copiis contra eum misisset, in Tessædem se contulit, sive ut ait Nicephorus, in urbem Seleuciam, quæ caput erat totius Isauriæ. Illic ab Hillo & Trocundo diu obsessus est, ut scribit Theophanes in Chronico pag. 104. Cedrenus item ac Nicephorus. Verum in Theophane corruptum est nomen Trocondi. Vulgatæ enim editiones habent, ἴλλου καὶ σεκούνδου, C cùm scribendum sit τροκούνδου, ut rectè legitur apud Nicephorum. Certè idem Theoph. pag. 106. Procundum vocat; quod propius accedit ad veram scripturam. Fuit hic Hilli frater, & Consulatum gessit anno Christi 482. ut legitur in Chronico Marcellini; tandem vero cum Hillus tyrannidem arripuisset, Trocondus qui à fratre ad parandas copias missus fuerat, à Joanne magistro militum captus, capite truncatus est, ut scribit Theophanes pag. 112. Quo tamen loco Trocondi nomen etiam corruptum est.

κατὰ τὴν αὐτῶν τῶν ἰσαύρων. Transposita sunt vocabula; quæ pristino ordini restituenda sunt in hunc modum: κατὰ τὴν αὐτὸν προαγαγοῦσαν τῶν ἰσαύρων

ἰσαύρων χώραν, quæ Evagrii verba Nicephorus ita A expressit: στρατὸν ἀξιόμαχον ἐυτρεπίσας, εἰς πολιορκίαν ζωὸν Θ· ἔπεμπεν ἀνὰ πὼ ἰσαυρείας σελεύκειαν· ἥτις πρότερον εἰς φῶς ἀγαγοῦσα τοῦτον, ἢ φυγάδα κατέκρυπτεν. Id est: *Collectumque ingentem exercitum misit ad Zenonem obsidendum in urbe Isauriæ Seleucia, quæ illum in lucem ediderat, ac tum profugum occultabat.*

In Caput IV.

Pag. 335. Ἐκ φροσθείας ᾖ. Scribendum est procul dubio ἐκ φροσθείας δὴ; quod licet exiguum esse videatur ac levis momenti, est tamen prorsus necessarium. Certè Nicephorus habet ἐ ἦθεν.

Pag. 336. κωνσταντῖνον ἢ θεοδόσιον. Imperatoris quidem B Constantini Constitutio qua libri dogmatici ab Ario conscripti cremari jubentur, extat in libro 1. Historiæ Eccles. Socratis nostri pag. 32. Aliam tamen legem designare videtur hoc loco Imp. Basiliscus, quæ generaliter contra omnes hæreticos à Constantino promulgata esset. Verum ea lex vetustatis injuria periit. Ejus tamen pars adhuc supererat apud Eusebium in lib. 3. de vita Constantini cap. 64. & 66. Imperatoris autem Theodosii junioris extant duæ Constitutiones de cremandis Nestorii libris. Quarum prior mentionem facit legis divæ memoriæ Constantini adversus impios Arii libros. Habentur porro hæ Constitutiones Theodosii in 3. parte Ephesini Concilii. Eas autem Theodosii leges Basiliscus edicto suo circulari C subjecerat, sicut infra testatur.

κατὰ πὼ ἐφεσίων. Rectè omnino Nicephorus hoc loco duas voces supplevit in hunc modum, ἢ τῶν κατὰ πὼ ἐφεσίων. Ego vero tertiam quoque vocem addendam esse affirmo hoc modo: ἢ τὰ τῶν κατὰ τὴν ἐφεσίων. Subauditur enim ὅρια, ut in præcedentibus.

Pag. 337. ὅτι δὲ μόνῳ τῷ ἁγίῳ συμβόλῳ. Rectius apud Nicephorum scribitur ὅτι δεῖ μόνῳ, &c. quam lectionem amplexi sunt Christophorsonus & Savilius. Paulò post ubi antea legebatur ἀς ὅρον πίστως ex Manuscripto codice Florentino & Telleriano restitui εἰς ὅρον πίστως, quemadmodum etiam scribitur in Nicephoro.

τὴ διακμίνῃ ἢ ἡμετέρᾳ ὑποφαγίᾳ. Rectius in manuscripto codice Telleriano & apud Nicephorum scriptum inveni, τῇ διακμινίῃ.

In Caput V.

Pag. 338. Καίπε ἢ δίκην ἐγγράφει. Procul dubio scribendum est ἐγγράφει; quod miror ab interpretibus animadversum non fuisse. Subauditur autem ζαχαείας, qui in Historia sua Ecclesiastica libellum hunc precum integrum retulerat, quem Episcopi Asiæ apud Ephesum congregati, ad Basiliscum imperatorem miserant.

ἐν ἐφέσῳ συνελθόντων. De hoc Concilio Ephesino, quod Basilisci Imp. temporibus celebratum est, leviter admodum ac perfunctoriè scribit Baronius in Annalibus ad annum Christi 476. id tantum observans, ab Eutychianis celebratum illud fuisse. Sed neque quam ob causam congregatum sit, nec quid in eo gestum fuerit, commemorat; nostri itaque officii est, ea quæ ab illo prætermissa sunt, cura nostra ac diligentia supplere. Post editas à Basiliseo Imp. encyclicas litteras adversus Concilium Chalcedonense, Acacius Constantinop. Episcopus solus ex Patriarchis qui Orientali Imperio subjacebant, his litteris subscribere recusavit, nec Chalcedonense Concilium ex Ecclesiasticis tabulis expungere unquam sustinuit. Sed & monachi Constantinopolitani Basiliseo fortiter restiterunt. Denique plebs Constantinopolitana gravissimè tumultuari cœpit, urbis ac Palatii incendium minitans, si Imperator vim inferre Acacio & Catholicis perseveraret. Qua re territus Basiliscus ex urbe Regia aufugit; & Ecclesiæ Constantinopolitanæ B jura sua ac privilegia ademit, & Senatoribus interdixit ne Acacium alloquerentur. Postea verò cum Zenonem ex Isauria redire didicisset, metu perculsus, una cum uxore & liberis in Ecclesiam venit; seque Acacio & Clero urbis Regiæ excusans, Ecclesiæ Constantinop. jura sua restituit, & antencyclicas litteras promulgavit, ut scribit Theodorus Lector in lib. 1. Eutychiani igitur cum viderent Acacium pro confirmatione Chalcedonensis Synodi tam acriter decertare, nec monasteria solum, verum etiam plebem urbis Regiæ, aliosque passim sacerdotes ab eo adversus Basiliscum concitari, Episcoporum partis suæ Concilium in urbe Epheso congregarunt; in quo tum Acacium & alios quosdam Episcopos idem cum illo sentientes damnarunt ac deposuerunt; tum Basiliscum Imperatorem rogarunt ut in pristina sententia maneret, nec contrariam encyclicis suis constitutionem promulgaret. In eadem Synodo Paulus Ephesiorum Episcopus à comprovincialibus Episcopis est ordinatus; & jus Patriarchicum Ephesinæ sedi restitutum, ut scribit Evagrius in cap. 6. hujus libri. Porro celebratum est hoc Concilium Ephesinum anno Christi 477. post Consulatum Basilisci & Armati. Id autem ex eo colligo, quod hæc Synodus congregata est paulo antequam Basiliscus litteras suas antencyclicas promulgaret. Eas autem Basiliscus eo quem dixi anno publicavit, cum Zenonem ex Isauria reverti cum exercitu didicisset, ut ex Theodoro Lectore superius observavi. Certè hoc innuunt Episcopi Asiani in epistola ad Basiliscum his verbis: μηδὲν ἄρ ἕτερον παρὰ τὰ θεῖα D ὑμῶν ἐγκύκλια προβληθῆναι θελήσατε. Id est: *Nihil igitur contrarium divinis encyclicis vestris proponi jubeatis.* Cæterum huic Concilio præfuisse videtur Timotheus Ælurus. Hic enim regnante Basiliseo Ephesum venit, & Paulum in sede Episcopali collocavit, ut ex Zacharia scribit Evagrius. Nec est verisimile, Acacium Patriarcham CP. ab alio depositum fuisse quàm ab Alexandrino Episcopo, qui æqualem Acacio dignitatem Patriarchæ obtinebat. Quis enim credat CP. Episcopum depositum esse ab Episcopis Asiæ, qui jam inde à temporibus Joannis Chrysostomi, CP. Episcopo subjacebant.

δυγούστοις. Marcus à Basiliseo patre primum Cæsar creatus est, ut scribit Marcellinus in Chronio & Theoph. ac reliqui. Certè in encyclicis

Basiliſci litteris nobiliſſimus Cæſar tantummodo appellatur. Poſtea vero Auguſtus à patre appellatus eſt, ut docet hæc epiſtola Epiſcoporum Epheſini Concilii. In antencyclica quoque Baſiliſci epiſtola idem Marcus Imperator cum patre nominatur. Fallitur ergo Auctor Chronici Alexandrini, qui Baſiliſcum ſimul atque Imperator renuntiatus eſt, Marcum filium ſuum Imperatorem coronaſſe ſcribit. Rectius Candidus in lib. 2. Hiſtoriæ apud Photium.

ἀλαζονικῇ τιμωρίᾳ. Sic etiam legitur apud Nicephorum. Ubi Joannes Langus τιμωρίαν vindictam interpretatus eſt. Ego vero minima mutatione locum hunc ita reſtituendum eſſe exiſtimo: ἀλαζονικῇ τινὶ μωρίᾳ, id eſt, *ſuperba quadam dementia.*

Pag. 339. ἐλευθέραν ἡμιτέραν εὐσέβειαν. Chriſtophorſonus ἡμετέραν legit, contra fidem atque auctoritatem omnium exemplarium, & abſque ullo ſenſu. Sed & ſequentia peſſime interpretatus eſt. Quo fit ut Baronius qui interpretationem ejus paſſim ſequitur, hujus Epheſini Concilii geſta perſpicere haudquaquam potuerit. Tantum obeſt perverſa interpretatio. Sed nec Joannes Langus fœlicius hanc clauſulam interpretatus eſt. Sic enim vertit: *Atteſtamur coram Salvatore noſtro Jeſu Chriſto, liberam eſſe & innocentem pietatem veſtram. Aquajuſtam & Canonicam & Eccleſiaſticam adverſus illos, & maximè contra eum qui impiè Epiſcopatum in urbe Imperante gerere multis modis deprehenſus eſt, condemnationis & exauctorationis ſententiam ferri petimus.* Atqui non hoc dicunt Epiſcopi Aſiæ: Sed petunt ab Impp. Baſiliſco & Marco, ne amplius communicare velint Acacio & aliis Epiſcopis, quos ipſi Eccleſiaſtico judicio damnaverant ac depoſuerant; ita enim ſonant verba illa: ἐλευθέραν τῆς ὑμετέραν εὐσέβειαν εἶναι διόμενα τ', &c. Quæ uno tenore ſcribenda ſunt, abſque ulla diſtinctione. Interpretes vero, Nicephorum, & Roberti Stephani editionem ſecuti, poſt verbum εἶναι ſubdiſtinctionem appoſuerunt, quæ illos in errorem induxit.

ἐι τὴν εὐτυχῆ φαντασίαν νοσοῦντες. Hæc Zachariæ Rhetoris verba non intellexerunt Interpretes. Sed neque Nicephorus ea videtur intellexiſſe. Pro his enim verbis hæc ſubſtituit: ἐι τὰ εὐτυχῆ φανταζόμενοι. Per phantaſiam autem intelligit Zachariæ opinionem Eutychis, qui carnem Chriſti non veram nec conſubſtantialem nobis, ſed phantaſticam aſſerebat, ut videre eſt in actis Concilii Chalcedonenſis. Hinc epiſtolæ Aviti Viennenſis Epiſcopi, quibus errorem Eutychis refutat, inſcribuntur contra phantaſma, ut teſtatur Sirmundus. Cæterum ex hoc loco colligitur, Zachariam Rhetorem non fuiſſe Eutychianum, ſicut Baronius exiſtimavit ad annum Chriſti 476. Nunquam enim ita locutus eſſet, ſi Eutychetis ſectam ſecutus fuiſſet. Aut igitur dicendum eſt, hæc non eſſe Zachariæ Rhetoris verba; quod tamen affirmat Evagrius; aut illum Eutychianiſtam non fuiſſe. Vide infra cap. 14.

In Caput VI.

Εὐρουῆσαί τε τὸ παῦλον. Paulo ante Timotheus Ælurus & Petrus Fullo una cum aliis Epiſcopis Conſtantinopoli congregati, decreverant ut Paulus iſte Epheſinam ſedem ex qua ejectus fuerat, recuperaret. Sic enim ſcribit Evagrius in c. 5. hujus libri ψηφίζονται δὲ παῦλον τὸν τῶν ἐφεσίων ἀρχιεπατικὸν ὑπολαβεῖν θρόνον. Quem locum non rectè vertit Chriſtophorſonus hoc modo: *His rebus ita conſtitutis, Paulus ad ſedem Archiepiſcopatus Epheſiani capeſſendam deligitur.* Non enim Paulus ab Ælluro & Petro Fullone Conſtantinopoli electus eſt, ut Epheſinam ſedem capeſſeret: Sed cùm ex Epheſina ſede expulſus fuiſſet, Conſtantinopolim venit: Ubi collecto Eutychianiſtarum Concilio decretum eſt, ut Archiepiſcopatum Epheſinæ urbis reciperet. In cap. 5. hujus libri, vulgatæ editiones habebant ἐπιλαθεῖν χρόνον. Ego vero ex B MS. codice Florentino & Telleriano, ὑπολαβεῖν emendavi. Mallem tamen ſcribere ἐπανιλαθεῖν, adjecta præpoſitione.

ἀνὰ τὴν ἀρχαιοτέραν συνήθειαν. Mallem ſcribere κατὰ τὴν, &c. Porro veriſſimum eſt id quod hoc loco ait Zacharias, vetuſtiorem ſcilicet conſuetudinem fuiſſe, ut Epiſcopus Epheſi ab Epiſcopis, Provinciæ ſuæ ordinaretur. A beato enim Timotheo qui primus fuit Epheſiorum Epiſcopus, uſque ad Caſtinum & Heraclidem quem Joannes Chryſoſtomus ordinavit, omnes Epheſiorum Epiſcopi in eadem civitate ordinati ſunt ab Epiſcopis ejus Provinciæ, ut patet ex actione undecima Concilii Chalcedonenſis.

τὸ πατριαρχικὸν δίκαιον. Patriarchicum jus hic appellat Zacharias jus primatus, ſeu jus ordinandi Metropolitanos. In hoc enim propriè conſiſtit C jus Patriarchicum, ut notavi in libello de interpretatione ſexti Canonis Concilii Nicæni, qui editus eſt ad calcem Socratis noſtri. Quod autem addit Zacharias ſive Evagrius, hoc jus ademptum fuiſſe ſedi Epheſinæ à Concilio Chalcedonenſi, intelligit actionem decimam ſextam Synodi Chalcedonenſis, in qua decretum eſt ut Conſtantinopolitanus Epiſcopus in Aſiana Diœceſi Metropolitanos ordinaret.

In Caput VII.

Πεπατηθέντα. Jampridem conjeceram ſcriben- *Pag.* 340
dum eſſe ἐκπατηθέντα. Conjecturam meam Telleri anus codex tandem confirmavit, in quo ſcriptum inveni ἐκπατηθέντα.

D ἀποδοθῆναι τὰς ἐπαρχίας. Cùm per encyclicas litteras Imp. Baſiliſci, Chalcedonenſis Synodus penitus abrogata fuiſſet, privilegia Conſtantinopolitanæ ſedis quæ in illo Concilio ſancita fuerant, ſublata per eandem ſanctionem videbantur. Qua re præcipuè impulſus Acacius, omni ope elaboravit ut Baſiliſcus Imperator conſtitutionem ſuam revocaret. Præterea in Epheſina Synodo jus Patriarchicum Epheſinæ ſedi reſtitutum fuerat à Timotheo Ælluro, uti ſupra vidimus. Quo facto Aſiana Diœceſis, cujus ordinationes decreto Chalcedonenſis Synodi attributæ fuerant Epiſcopo Conſtantinopolitano, eidem ſedi adempta fuerat. Itaque opus fuit nova Conſtitutione, qua ſedi Conſtantinopolitanæ jura ſua ac privilegia redderentur. Id ergo nunc præſtat Baſiliſcus Imp. datis antencyclicis litteris. Idem quoque teſtatur Theodorus Lector in lib. 1. Collectanearum ſub finem.

In

In Caput VIII.

Pag. 341. Πρωτομάρτυρα Θέκλαν. Græci qui epithetis gaudent, propriis ac peculiaribus titulis singulos Sanctos insignire solent. Sic Theclam Apostolum & Protomartyrem vulgo appellant. Apostolum quidem eo quod fidem Christi instar Apostoli, multis locis prædicaverit: Protomartyrem vero, propterea quod, ut Stephanus inter viros primus, sic ipsa inter mulieres prima, Christi martyr extiterit, ut testatur Basilius Seleuciensis in libro primo de vita & miraculis beatæ Theclæ. Dicta est autem Thecla per syncopen pro Theoclia. Ita enim non raro eam appellat idem Basilius.

ἐν ἀυσωρ. Sic etiam scribitur hujus stationis nomen apud Nicephorum. Cedrenus vero ac Theophanes Cucusum nominat. Marcellinus verò & Auctor Chronici Alexandrini limnas castrum Cappadociæ appellant, quo trusus est Basiliscus unà cum uxore & liberis; portaque unius turris qua inclusus fuerat, obstructa, fame ibidem ac frigore interiit.

ἀποσφάξεται. Cum Evagrio consentit Malchus in libro primo Historiæ Byzantinæ, & Candidus Isaurus in secundo libro Historiarum, qui Basiliscum gladio peremptum esse scribunt. Reliqui tamen tradunt eum una cum uxore & liberis fame ac frigore contabuisse. Hanc scriptorum discrepantiam in morte Basilisci referenda, notat Theophanes in Chronico pag. 107.

In Caput IX.

Ἐφθασεν ἐφ' ὑμᾶς. Christophorsonus & Savilius emendarunt ὑμᾶς, absque ullo sensu. Certe Nicephorus vulgatam scripturam confirmat. Verum in verbis proximè sequentibus, ὑμέτερον restitui debet pro ἡμέτερον. Vidit hoc ante nos Joannes Langus, qui Nicephori locum ex Evagrio transcriptum ita interpretatus est: *Recte sane ad nos venit, qui locum etiam vestrum obtinebit.* Quibus verbis Episcopi Asiæ designant legatum quem ad ipsos miserat Acacius Constantinopolitanus Episcopus, Presbyterum scilicet aut Diaconum Ecclesiæ Constantinopolitanæ. Quod si quis cum Christophorsono legere maluerit ἐφ' ὑμᾶς, de legato id intelligemus quem Episcopi Asiæ ad Acacium miserant, ut libellum satisfactionis ei offerret. Atque id verius puto.

Pag. 342. ταῖς γὰρ ὑμῶν προσδείαις. Procul dubio scribendum est ὑμῶν, ut legitur apud Nicephorum. Ex quo etiam corrigendum est paulo post σωὶ ὀπτίυσει, divisis vocabulis quæ perperam inter se cohærebant. Utramque emendationem confirmat codex Tellerianus.

In Caput X.

Μετὰ πέτρον φίραι. Post Petrum Fullonem Episcopus Antiochiæ fuit Joannes Apamenus. A Quo post tres menses pulso, subrogatus est Stephanus, ut scribit Theophanes in Chronico pagin. 107. cui consentit Gelasius in gestis de nomine Acacii, & Liberatus in Breviario cap. 18. Ejusdem Joannis meminit Felix Papa in sententia damnationis quam dictavit in Acacium, & in epistola quam nomine Synodi Romanæ scripsit universis Presbyteris & Archimandritis Constantinopoli & Bithyniæ consistentibus.

In Caput XI.

Οἱ τῆς ἀλεξανδρέων ἐπίσκοποι. Mallem scribere ἐπίσκοπον, atque ita Evagrium scripsisse existimo, certè οἱ τῆς ἀλεξανδρέων ἐπίσκοποι de Suffraganeis dici nequeunt. Adde quod Petrus Mongus ab uno duntaxat Episcopo ordinatus est, ut scribitur in gestis de nomine Acacii, & in epistola Acacii ad Simplicium Papam.

ζημίαν προσετίμησε. Non dubito quin scribendum sit προσετίμησε. Nam προσιμᾶν est mulctare. Unde πρόσιμος pœnam significat, teste Suida. προτιμᾶν verò, prorsus contrarium significat. Hoc mendum cùm in exemplari suo deprehendisset Nicephorus, præpositionem expunxit, & Evagrii locum ita expressit: τὸς μὲ ἀφισάμενος θανάτῳ ζημίαν ἔτιμα, id est, eos quidem qui Mongum Episcopum elegerant, capitali supplicio damnavit. Evagrius tamen id non dicit. Non enim Episcopos qui Mongum elegerant, sed Mongum ipsum à Zenone damnatum esse scribit. Apparet igitur Nicephorum in Evagrio nostro legisse: καὶ τὸς μὲν ὁ ζώων θανάτῳ ζημίαν προὐτίμησε; & de Episcopis hæreticis qui Mongum elegerant, id intellexisse. Certè graviore supplicio digni erant Episcopi qui Mongum elegerant, quàm Mongus ab iis electus. Ipsi enim sua auctoritate, inconsulto Imperatore id fecerant; cum moris esset ob magnitudinem urbis Alexandriæ, ut Episcopus Alexandrinus non nisi consulto prius Imperatore, eligeretur. Præterea sede non vacante, sed superstite adhuc Timotheo Salofaciolo, ipsi alium Episcopum ordinare præsumpserant. Quo facto seditiones & dissidia quæ morte Timothei Æluri sopita esse videbantur, denuò recrudescebant. Has ob causas, Episcopi illi capitali supplicio potius afficiendi erant quam Mongus. Neutrum tamen verum esse existimo. Mongus enim exilio duntaxat mulctatus est. Episcopi vero qui illum ordinaverant, ab Anthemio Augustali puniri jussi sunt, ut scribit Liberatus in Breviario cap. XVI.

In Caput XII.

Ἐκβολῆς ὃ ἐσίων. Assentior Christophorsono & Savilio, qui ἐκβυλῆς emendarunt; quam emendationem confirmat etiam Nicephorus & codex Tell. Cæterum Liberatus in Breviario cap. XVI. longe alia de causa Joannem Oeconomum missum fuisse dicit Constantinopolim. Ait enim Timotheum Salofaciolum, cùm Episcopalem sedem decreto Pag. 343.

Zenonis Aug. recuperasset, misisse Clericos quosdam Constantinopolim, inter quos erat Joannes Oeconomus, qui gratias agerent Imperatori ob ipsius restitutionem. Simul autem petierunt ab Imperatore, ut si quid Timotheo humanitus contigisset, non alius quam Catholicus in ejus locum subrogaretur à clero & populo Alexandrino, ut habetur in gestis de nomine Acacii. Quod quidem Zeno consultis Salofacioli respondens, scripta ad Clerum Alexandrinum epistola fieri mandavit, ut testatur Felix in epistola prima ad Acacium, & Gelasius in gestis de nomine Acacii. Porrò in Manuscripto codice Florentino ad marginem leguntur hæc verba, ὁ ἰωάννης ὁ ταβεννησιώτης. Certè Joannes hic Tabennesiota dicitur etiam à Theophane in Chronico, eo quod monachus fuisset in cœnobio Tabennensium apud Canopum, ubi etiam Timotheus Salofaciolus olim monasticam vitam ac disciplinam excoluerat, ut scribit Theophanes.

οἰκονομῶν τεταγμένον τὸν ναὸν ἰωάννου. Victor Turonensis in Chronico, & Liberatus in Breviario, Joannem hunc simpliciter Oeconomum appellant. In gestis autem de nomine Acacii, Oeconomus Timothei Catholici dicitur. Cur ergo Evagrius hoc loco, seu potius Zacharias (ex eo enim desumpsit Evagrius) Joannem Oeconomum fuisse dicit Ecclesiæ sancti Joannis. Neque enim hujus tantum Ecclesiæ erat Oeconomus; sed omnium Ecclesiarum quæ erant sub Episcopo urbis Alexandriæ, reditus ac pecunias administrabat, ut docet Liberatus in capite decimo sexto his verbis: *Porro Joannes ex œconomo amicus factus est Hillo magistro; qui cum reliquis descendit Alexandriam. Factusque est iterum œconomus habens causas omnium Ecclesiarum.* Scribendum puto, *habens gazas omnium Ecclesiarum.* Quam emendationem confirmant sequentia Liberati verba, quæ sic habent: *Qui multa & pretiosa Xenia direxit Hillo magistro*, &c. An dicendum est, Ecclesiam S. Joannis Baptistæ fuisse tunc maximam Ecclesiam Alexandriæ? Olim quidem major Ecclesia Alexandriæ Cæsarea dicebatur, ut ad Socratem observavi. Fieri tamen potest, ut Ecclesia S. Joannis quæ post destructionem Serapei illic à Theodosio ædificata est, major Ecclesia extiterit, translata illuc Episcopali sede. De hac S. Joannis Baptistæ Ecclesia loquitur Ruf. in lib. 11. Historiæ Ecclesiasticæ cap. 27. *Nam & in Serapis sepulchro, prophanis ædibus complanatis, ex uno latere martyrium, ex altero consurgit Ecclesia. Occasio autem martyrii construendi unde data sit, dignum arbitror memorare.* Subjicit deinde de reliquiis beati Joannis Baptistæ, tempore sancti Athanasii Alexandriam allatis. Quibus postea, eversο Serapio, aurea tecta, ut Russini verbis utar, Imperante Theodosio, constructa sunt. Certè in hac Ecclesia S. Joannis, Patriarcha Alexand. Collectas agebat, ut de Dioscoro docet Theophanes pagin. 139.

ἐξὸν ἦν τοῖς τῆς ἀλεξάνδρου ἐκκλησίας. Electio igitur Episcoporum adempta fuerat Clero ac populo urbis Alexandrinæ, & Imperator jus nominandi Alexandriæ Episcopi ad se transtulerat, ut ex hoc loco apparet. Quod per vim quidem & contra leges Ecclesiasticas factum fuisse non diffitemur. Non sine causa tamen Principes Romani id juris sibi vindicaverant post cædem Proterii Episcopi Alexandrini, cum urbs Alexandrina suopte nutu ad seditiones propensa, in eligendis Episcopis gravissimos subinde motus excitaret.

ἐν ὀπτιμῷ τῶν ἀντιγράφων. In optimo codice Florentino scriptum inveni ἐν τῷ τὰ ὁμοσύμενα &c. Porro de hoc Sacramento quo Joannes Tabennesiota sese olim obstrinxerat apud Imperatorem, nunquam sedem Alexandrinam conscensurum se esse, loquitur Simplicius Papa in epist. 17. ad Acacium, ita scribens: *Cum ecce secundum consuetudinem mihi talia disponenti, tranquillissimi Principis scripta sunt reddita, quibus memoratum Joannem tanquam perjurii reum, quod fraternitati quoque tuæ non esse diceretur incognitum, sacerdotio perhiberet indignum.* Idem quoque restatur Liberatus in cap. 17.

In Caput XIII.

Περγάμιον ὕπαρχον τῆς Αἰγύπτου. Pergamium non Præfectum Ægypti, sed ducem fuisse scribit Liberatus in cap. 17. Breviarii. *Acacius*, inquit, *persuasit Zenoni, ut scriberet Apollonio Augustali, & Pergamio Duci, ut Joannem ab Alexandrina sede, quasi eam contra suum jusjurandum quod in regia civitate dedit arripuisset, expellerent, & cooperarentur Petro Mongo, ut remaneret in sede.*

ταῦτα τὸ οἰκονομικὸν. Unitivum scilicet edictum Zenonis, quod paulo ante προσφώνησιν vocavit Evagrius. Et προσφώνησις quidem ideo vocatur ab Evagrio hic & infra, propterea quod Imperator in eo edicto alloquitur omnes Clericos & Laicos, eosque quasi concionando ad unitatem amplectendam hortatur instar sacerdotis. οἰκονομία vero ideo dicitur, quod salubri quadam, ut prima fronte apparet, dispensatione universos Catholicos ad unam eandemque communicationem invitat, suppressa Chalcedonensis Synodi mentione. Porro hoc Zenonis edictum datum est anno Christi 482. Trocondo & Severino Coss. ut scribit Baronius. Idque plane confirmat Victor Turonensis in Chronico Trocondio viro C. Coss. *Zenon imp. Eutychiani procul erroris sopitus, Acacium Constantinop. Episc. damnatoribus Concilii Chalced. Petro Alexandrino & Petro Antiocheno Episcopis per henoticon suum socians, eorum communione pollitur, & cum eis à Catholica fide recedit.*

In Caput XIV.

Εὐλαβεστάτοις ὑπισχνοῦμαι. Facundus Hermianensis in lib. 12. hoc Zenonis edictum citans ἐυσεβοδόξοις legit. Sic enim habet: *Flavius Zeno Pius, victor, triumphator maximus, semper Augustus, orthodoxis Episcopis, Archimandritis & populis, per Alexandrinam, & per Ægyptum & Pentapolim & Libyam constitutis.* Arguit deinde Facundus vocem illam orthodoxis, eamque pluribus verbis exagitat, quod Imperator Acephalos hære- Pag. 344.

hæreticos Orthodoxorum nomine afficere veritus non esset. Porro hoc Zenonis edictum promulgatum est anno Christi 482. ut scribit Baronius.

πάσῃ προσευχῇ καὶ σπουδῇ. Sic etiam legitur apud Nicephorum. Nec aliter legerat vetus interpres ejus edicti apud Liberatum in cap. 18. Ita enim vertit: *Noctibus ac diebus, oratione, & studio & legibus nitimur multiplicari per eam sanctam Catholicam & Apostolicam Ecclesiam.* Mihi tamen potius videtur scribendum esse πάσῃ περιουσίᾳ. quid sit περιουσία docet Suidas, qui veteris Scriptoris locum affert. Certe hæc emendatio magnopere mihi arridet.

Pag. 345. σώματι πολεμῶν. Scribendum est procul dubio πολιμῷ ut habet Nicephorus & codex Tellerianus. Savilius quoque ad oram sui codicis annotarat forte πολεμοῖα.

καὶ τὰς μὲν τῷ λυτρῷ. Ad hunc locum Edicti B Zenonis alludit Felix Papa in Epistola ad Zenonem August. ita scribens. *Dolet certe pietas tua, quod per diuturnos partis alterę gravesque conflictus, multi ex hoc sæculo videantur ablati aut Baptismatis aut communionis expertes.*

Pag. 346. ἀνύσαμεν ἑαυτούς. Ita etiam scribitur apud Nicephorum. Aliter tamen legisse videntur Facundus & Liberatus. Nam Facundus quidem pag. 551. hunc locum ita vertit. *Adunate ergo vos in nullo dubitantes. Hæc enim scripsimus vobis, non innovantes fidem, sed ut vobis satisfaceremus* &c. Liberatus autem sic interpretatur, *unire vosmetipsos, nihil dubitantes. Hæc enim scripsimus non innovantes fidem, sed* C *vobis satisfacientes.* Ex quibus apparet eos legisse ἑνώσατε μὲν ἑαυτούς &c. Melior tamen est nostrorum codicum scriptura. Sequitur enim paulò post ἀναδιματίζομεν.

καὶ γνησίως ὑμᾶς ἰδόν. Quod in his Evagrii libris sæpius accidit, id hoc quoque loco factum est, ut καὶ pro ὡς poneretur. Certe Liberatus hic legit ὡς, ut ex interpretatione ejus apparet. Sic enim vertit: *Sanctissima namque mater nostra Ecclesia, tanquam quæ genuit vos, filios expectat amplecti ex longo post tempore, dulcemque vocem vestram concupiscit audire.* Nec aliter legit Fecundus in libro 12. Ita enim habet ejus versio. *Sancta enim mater nostra Ecclesia, sicut proprios filios suos suscipit. Amplectimini eam. Desiderat enim post longum tempus dulcem vestram vocem audire.* Sed & Niceph. scriptum habet. καθ' ὡς γνησίως. D Porrò ex supradictis apparet, Liberatum & Facundum in Zenonis edicto legisse μήτηρ ἡμῶν, quod quidem magis placet. Præterea Facundus legit περιπτύξασθαι. Non ut vulgo legitur περιπτύξασθαι. Quæ tamen scriptura nullo modo tolerari potest. Denique Liberatus legisse videtur ἐκ τῆς χρονίας, non autem καὶ τῆς χρονίας.

In Caput. XV.

Καταλαμβάνει μόνον. Liberatus in Breviario cap. 18. ait Joannem pulsum Alexandrina sede, primùm quidem Antiochiam venisse: postea verò acceptis à Calendione Antiocheno Patriarcha intercessionis litteris, Romam venisse & Romanum Pontificem Simplicium appellasse, sicut & beatus fecerat Athanasius. In gestis autem de nomine Acacii quæ à Gelasio Papa conscripta esse existimo, suffugium duntaxat Romanæ Ecclesiæ, quemadmodum prædecessores ejus fecerant, dicitur expetisse. Quod quidem verius puto. Nec enim ab ullo Ecclesiastico judicio ad Simplicium provocavit Joannes, quippe qui non synodali sententia, sed per vim ex propria sede expulsus fuisset: Nec libellum obtulit Simplicio Papæ, sed Felici ejus successori, ut postea videbimus.

In Caput. XVI.

Μειχὴν τὸν πέτρον ἀπικάλλει. Sic etiam Simplicius Papa in Epistola ad Acacium, appellat Petrum Pag. 347. Mongum, ut testis est Liberatus in Breviario cap. 18. Eo quòd scilicet superstite Timotheo Salofaciolo qui legitime fuerat ordinatus, Alexandrinam Ecclesiam invasisset.

πρὸ καλανδῶν καὶ στέφανο. Petrus Fullo paulò post reditum Zenonis Augusti ex Antiochena sede dejectus est anno post Consulatum Basiliscì & Armati. Ejus sedem Joannes quidam quem Petrus Apamiæ ordinarat Episcopum invasit, ut supra notavi. Quo dejecto, Orientalis synodus Stephanum ordinavit, ut scribit Theophanes in Chronico. Hic cùm Antiochenam sedem anni circiter spatio gubernasset, ab hæreticis in Ecclesia crudelissime necatus est anno Christi 479. post Consulatum Illi viri Clarissimi, ut ex Epistolis Simplicii Papæ rectè observavit Breviarius. Quam ob cædem graviter commotus Zeno, misit Antiochiam qui hoc facinus vindicarent & in auctores seditionis animadverterent. Quin etiam ad vitandos tumultus, mandavit Acacio Constantinopolitano Episcopo, ut Antiochenum Antistitem in urbe regia ordinaret. Idque factum pacis Ecclesiasticæ causa, tam Imperator, quam Acacius apud Simplicium Papam excusavit, polliciti ordinationem Antiocheni Antistitis juxta Canonum præcepta à Comprovincialibus Episcopis posthac esse faciendam. Ordinatus est igitur ab Acacio Stephanus Junior, qui cùm tres annos sedisset, in ejus locum Calendio ab orientali synodo creatus est Episcopus Trocundo & Severino Coss. anno Christi 482. ut ex epistola Simplicii Papæ doctè observavit Baronius. Theophanes quidem Calendionem ab Acacio ordinatum esse scribit Constantinopoli jussu Zenonis Imperatoris. Theophanis sententiam confirmare videtur Candidus in libro tertio historiæ ita scribens. ὡς πέτρου τοῦ δυσσεβοῦς τὰς τῆς ἀνατολῆς παρασσοντος ἐκκλησίας καλανδίωνα ζήνων ὁ βασιλεὺς εἰς τὸ ἱεραθῆναι ἀντιοχείας ἀπέστελλε. Id est, *Quemadmodum Zeno, dum Petrus ille impius Orientis turbaret Ecclesias, misit Calendionem ut Episcopus esset Antiochiæ.* Sed & in gestis de nomine Acacii disertè scribitur, Calendionem ab Acacio Constantinop. Episcopo ordinatum

fuisse. Simplicius quoque idem dicit in Epistola citata, si verba attentius expendamus. Quid enim aliud sonant hæc verba *Antiocheni exordium Sacerdotis quâ ratione serius fuerit. Indicatum, quamvis minime nos latere potuerit, tamen & ipse vel synodus ejus indicavit. Quod sicut non optavimus fieri, ita faciles excusationi quam necessitas fecit, extitimus; quia quod voluntarium non est, non potest vocari in reatum* &c. Quis enim reatus, quæ necessitas excusanda fuit apud Simplicium, nisi quod Calendionem contra leges Ecclesiasticas Constantinopoli ordinarat Acacius. Jam verò quod de Joanne Codonato subjicit idem Theophanes, qui ab Antiochensibus ordinationis apud Constantinopolim factæ ignaris, Episcopus est ordinatus, & quem Calendio postmodùm ad sedem Tyriorum transtulit. Vereor ne in eo hallucinatus sit. Non enim Calendio, sed Acacius Joannem ad Tyriorum Ecclesiam transtulit, uti testatur Felix Papa in libello damnationis Acacii, & Gelasius ac Liberatus.

ἀμύνασθαι νομιζόντες ἴλλῳ. Hunc prætextum fuisse condemnandi Calendionis testatur Liberatus in Breviario cap. 18. Vera autem causa cur damnatus fuerit ac depositus, hæc erat, quòd synodum Chalcedonensem defenderet, nec Zenonis edicto acquiesceret. Verba Liberati sunt hæc. *Interea Calendion Archiepiscopus Antiochenus deponitur. Accusatus in aperto tanquam indevotus principi, mittens populum in rebellionem cum illo: Latenter autem quia se non suspenderet & à Felicis Papæ, & Joannis communione.* Gelasius quoque in Epistola 13. ad Dardanos ait Calendionem idcirco à Zenone pulsum fuisse, quod ejus nomen è Dyptichis sustulisset, substituto in ejus locum Leontii nomine.

ἴλλῳ. In Manuscripto codice Florentino & Telleriano scriptum inveni ἴλλου. Hic est Hillus, natione Isaurus dignitate Magister officiorum, ut ait Marcellinus in Chronico: qui cùm apud Imperatorem plurimum valuisset, tandem nescio quas ob causas ei infensus, Tyrannidem in Oriente arripuit unà cum Leontio anno Christi 484. ut scribit Marcellinus, seu potius 483. ut recte Baronius observavit. Porro hic Hillus à Candido Isauro & à Damascio in vita Isidori Philosophi ἴλλος semper vocatur cum accentu in ultima. Ita etiam scribitur apud Suidam. ἴλλος inquit ὄνομα κύριον ὡς μάγιστρος ζήνωνος. ὁ δὲ ἴλλος. ἰσχὺν δὲ ἴλλος τὸν φθορέα ἐφέμασιν ἐπὶ διδύμῳ ξύλῳ. Sic legendus est ille Suidæ locus.

ἢ συνοδικοῖς δὲ φρότιζον. Scribendum est procul dubio ἢ συνοδικοῖς δὲ πρὸς πέτρον τὸν τῶν ἀλεξανδρέων ἐχρήσατο. Quemadmodum legit Nicephorus. Christophorsonus tamen & Savilius ad marginem sui codicis emendat πρὸς φροτέρεσι, ineptissime. Jam pridem enim Proterius è vivis excesserat. Certè Petrum Fullonem Petro Mongo communicasse constat ex epistolis Gelasii Papæ.

ἀνώθη δὲ τούτῳ. Petro scilicet Mongo. Huic enim, pulso Joanne Tabennesiota, communicavit Acacius, & synodicas ab eo litteras accepit & vicissim ad eum misit, ut docet Liberatus; Cum Petro autem Fullone nunquam communicavit Acacius: Immo gloriari solebat, quòd ejus communioni nunquam sociatus fuisset: Cùm tamen per hoc quod Petro Mongo communicabat, qui communicator erat Petri Fullonis, ipse quoque Fulloni communicaret, ut scribit Gelasius Papa in epistola ad Orientales quam primus edidit Jacobus Sirmundus.

τίνες τῆς πέτρου κοινωνίας ἑαυτὲς ἀπέσχον. Cur se isti à communione Petri Mongi sejunxerint, causam non affert Evagrius. Sed & Liberatus in Breviario cap. 18. admodum obscure id refert his verbis; *Igitur Petrus Mongus ab Abbate Ammone & Joanne Episcopo Magileos, & ab Abbatibus Monachorum inferiorum Ægypti bella passus, & seditione ei in Cæsarea Basilica ut dicitur facta, anathematizavit synodum Chalcedonensem & tomum Papæ Leonis. Et hæc fecit, cùm jam scripsisset Acacio & Simplicio quia communicator eorum esset & sancta synodi. Et his ita gestis, abscesserunt quidam à Petri communione & Romam nuntiaverunt Papæ Romano.* Quæ cùm sint satis obscura, ita exponenda esse mihi videntur. Petrus Mongus cùm in sedem Alexandrinam pulso Joanne restitutus esset, primo quidem simulatè egit, & synodicas litteras ad Acacium & ad Simplicium misit, quibus se communicatorem esse Chalced. synodi affirmabat. Eos quoque qui erant ex parte Timothei Salofaciolí, in communionem suam admisit, uti testatur Liberatus. Postea verò cum ob hanc simulationem exagitatus esset ab Eutychianis Monachis, publicè in Ecclesia synodum Chalcedonensem anathematizavit.

γεγραφότι τῷ πέτρῳ. Scribendum mihi videtur πεπραχότι. Atque ita legit Nicephorus in cap. 13. libri 16.

In Caput XVII.

Πέτρος ὁ σκύθρωπος. Hunc locum partim ex Nicephoro, partim Auctoritate Florentini codicis & Telleriani emendavi. Porro de Petri ingenio mobili ac fraudulento, idem testatur Liberatus his verbis. Sed permansit Petrus in Episcopatu, scribens Acacio, quia esset synodi communicator, & fallens Alexandrinos, quia non communicaret synodo: ita ut quidam communicatorum ejus Clerici, Monachi & Laici, cognoscentes ejus fallaciam, separaverint se ab ejus communione. Et extra collectas facientes non passi sunt nomini ejus communicare.

ὑφ' ὁ τε πόνων. Scribendum est procul dubio ὑπέρ τε πόνων. Pro ἀμείψασθαι legendum est ἀμείψεται ut habet codex Tellerianus & Niceph. *Pag. 34.*

ὡς παραλείψαντα τὼν ἁγίοις. Objectum quidem sibi dicit hoc crimen Mongus, quod reliquias Timothei Salofatioli in alium locum transtulisset. Sed id factum nec excusat, nec negat: hoc solum dicere contentus, istud fact-

facinus coram Deo & coram hominibus impium esse. Quippe humanæ leges sepulchrorum violatores graviter puniunt. Certè Victor Turonensis in Chronico de Mongo ita " scribit. Post Consulatum Zenonis tertium: qui " confestim favore Zenonis Principi, Synodum " Chalcedonensem de pulpito coram populis " damnat. Nomina Proterii & Timothei Sala- " fatiatii de Ecclesiasticis diptycis tollit ; & " Dioscori & Æluri, qui Proterium inter- " fecit, scribit : corpusque Timothei Salafa- " tiatii de Ecclesia ejiciens, in loco deserto fo- " ris civitatem projecit. Idem quoque testatur Liberatus in Breviario, cap. 18. his verbis. " Sed & Petrum Alexandrinum anathemati- " zantem Synodum Chalcedonensem & to- " mum Papæ Leonis, qui sublato nomine Pro- " terii & Timothei Catholici de diptychis, " Dioscori & Timothei Æluri nomina scripsit : " qui ejusdem Timothei Catholici corpus de " terra levavit, & foras projecit, qui inter " Episcopos Catholicos sepultus fuerat, miris eum laudibus prosecutus est Acacius, de quo " se tanta crimina antea meminerat retulisse. " Denique Felix Papa, in sententia damnationis adversùs Acacium, idipsum disertè confirmat: ut jam de hujus facinoris veritate dubitari non possit.

ἐσκεψάμεθα λόγον. Variè hunc locum exposuerunt interpretes. Nam Musculus quidem ita vertit ; *Libellum consideratè concinnavimus, mali hujus medelam habentem.* Christophorsonus autem hoc modo. *Litteras hasce excogitavimus, quæ huic malo remedio sint.* Joannes verò Langus, Nicephori interpres ita transtulit; *Re deliberata, rationem quæ mederi malo imminenti posset, invenimus.* Ex his tribus interpretationibus, secunda quidem penitus respuenda est : prima autem ac tertia ferri possunt. Commodiùs tamen mihi videtur, λόγον orationem interpretari, seu sermonem ad populum, quem Petrus habuit in Ecclesia tunc cùm acta Ecclesiastica confici jussit coram Legatis Acacii, de quibus supra locutus est Evagrius.

pag. 349. τὰς ὑπουνιλθόντας ἡμῖν. Joannes Langus hunc locum ita vertit : *Fecimus ut ab iis qui nobiscum conventus agunt, ista dicerentur.* Musculus verò sic interpretatur. *Eos qui ad nos venerunt, hoc idem dicere fecimus.* Christophorsoni autem interpretatio sic habet : *Tum ut illi qui nobiscum una accersebantur, pro defensione idem ipsum dicerent, effecimus.* Verbum igitur, ὑπουνιλθόντας nihil aliud significare existimarunt, quàm συνιλθόντας. Ego verò per vocem ὑπουνιλθόντας intelligi puto Clericos & laicos partis Timothei Salofacioli, qui aggregati erant Petro Mongo jussu Zenonis Augusti. Nam imperator Zeno suasu & consilio Acacii, scripserat Apollonio Augustali & Pergamio Duci, ut pellerent quidem Joannem Talaiam, inthronizarent autem Petrum, susci pientem Henoticon & Clericos Timothei Catholici, ut scribit Liberatus in Breviario, cap. 18. Scripserat etiam Zeno litteras ad Petrum Mongum, quibus ei mandabat, ut clericos partis Timothei ipsi consentientes susciperet, quemadmodum idem Liberatus affirmat his verbis. *Et quidem Petrus inthronizatur ab omnibus. Scriptum est ab Imperatore, ut consentientes susciperet eos qui erant à parte Timothei Catholici.* Id est, tam clericos, quàm laicos, qui Zenonis edicto consentire voluissent. Hos igitur, cum Ecclesiastica acta conficeret Petrus Mongus, quibus Acacio probaret se Chalcedonensem Synodum nunquam damnasse, testes adhibuit, fecitque ut testimonio suo confirmarent. Chalcedonensem Synodum nunquam à Petro fuisse damnatam. Eorum porro testimonium fide dignum videbatur, eo quod fuissent ex parte Timothei Catholici, qui Synodum Chalcedonensem perpetuò defenderat. Vide caput 16. in fine, ex quo hæc intelligenda sunt. De iisdem loquitur Felix Papa in sententia damnationis adversùs Acacium, ubi ait : *Quid enim sunt aliud, qui post obitum sanctæ memoriæ Timothei, ad Ecclesiam sub Petro redeunt*, &c.

τοῦτο μόν'. Id est, crimen illiud quod à malevolis quibusdam mihi objiciebatur : Chalcedonensem scilicet Synodum à me rejici atque damnari.

τινῶν μοναστηείων. Jampridem viri docti μοναστήεια emendarant, quomodo etiam legitur apud Nicephorum.

In Caput XVIII.

ὡς ἀκανονίστως γενόμενον. In damnatione ac depositione Acacii, duo maximè reprehendebant Græci. Primùm, quod in Synodo damnatus ac depositus non fuisset : sed solus Felix Papa nomen suum sententiæ depositionis præfixisset. Alterum, quod nec convictus, nec discussus juxta Ecclesiasticas regulas, damnationis sententiam excepisset. Priori quidem objectioni ita respondebant Romani : non opus fuisse novâ Synodo ad condemnandum Acacium. Omnes enim sectatores & communicatores hæreticorum, qui speciali sententiâ olim condemnati sunt, simul cum eisdem hæreticis damnatos intelligi. Ita Gelasius Papa in epistola ad Orientales, quam primus edidit Jacobus Sirmundus, in gestis de nomine Acacii. Scio quid respondeat Baronius ad annum Christi 484. cap. 21. Gelasium scilicet loqui de Oecumenica Synodo. Sed pace ejus dixerim; Hæc responsio non satisfacit. Neque enim Græci in hoc negotio discrimen ullum faciebant inter generale ac particulare Concilium. Sed generaliter affirmabant, Acacium nulla in Synodo specialiter ob ipsum congregata fuisse damnatum. Sic enim scribit Gelasius Papa in epistola supra memorata, Orientales alloquens his verbis ; *An de uno dolet Acacio, quod speciali Synodo non fuerit confutatus ; cùm proprium crimen suis litteris ipse detexerit, nec audiri debuerit jam sponte confessus ; & de tantis Pontificibus Catholicis non dolet sine ullâ discussione secluſis.* Fatetur ingenuè Gelasius Papa,

Papa, Acacium in nulla speciali Synodo convictum atque auditum fuisse. Certè ex duabus Synodis Romanis, in quibus damnatus est Acacius, neutra ipsius causâ congregata est. Sed prior quidem ob Vitalem ac Misenum Legatos sedis Apostolicæ collecta est: in qua Vitalis quidem ac Misenus damnati: Petrus verò Alexandrinus & Acacius, perstricti tantùm obiter ac notati, ut docet Evagrius paulò infrà. Posterior verò, causâ Antiochenæ Ecclesiæ collecta est eodem anno, ut docet Felix Papa in Epistola synodica ad universos Presbyteros & Archimandritas Constantinopoli & per Bithyniam consistentes. Qua in Synodo Petrus quidem Antiochenus præcipuè, ac προηγουμένως damnatus est; qui pulso Calendione sedem Antiochenam invaserat. Petrus verò Alexandrinus, & Acacius Constantinopolitanus, ut sòcii & communicatores ejusdem Petri damnati sunt, ut subscriptio eidem Epistolæ subjecta declarat. *Candidus Tiburtinæ civitatis Episcopus, Petro Alexandrinæ Ecclesiæ pervasori, & Acacio quondam Ecclesiæ Constantinop. nec non etiam Petro Antiocheno, ab Episcopali & Christianorum numero olim jure & merito segregatis, omnibusque sequacibus eorum, sequens Auctoritatem sedis Apostolicæ, omnium nostrûm, juxtà Ecclesiæ statum, Catholicâ deliberatione prolatam, anathema dicens subscripsi*, &c. Quod verò Felicem Papam, solum ei sententiæ nomen suum præfixisse querebantur Græci, huic objectioni ita respondet Felix in Epistola supra citata, his verbis. *Unde nunc causa Antiochenæ Ecclesiæ apud B. Petrum Apostolum collecti, rursum dilectioni vestræ morem qui semper apud nos obtinuit, properavimus indicare. Quoties intra Italiam propter Ecclesiasticas causas præcipuè fidei colliguntur Domini Sacerdotes, consuetudo retinetur, ut successor Præsulum sedis Apostolicæ, ex persona cunctorum totius Italiæ Sacerdotum, juxta solicitudinem sibi Ecclesiarum omnium competentem, cuncta constituat.* Idem ante Felicem dixerat Julius Papa in Epistola ad Orientales, quam refert Athanasius in Apologetico. Jam verò quod spectat ad secundam objectionem Orientalium, de Acacio sine ulla discussione damnato, satis responsum est à Gelasio Papa in Epistola ad Orientales, cujus verba supra protulimus.

λιβέλλον ἐπιδιδόμενον τῷ φίλικι. Jam quidem antea Joannes Tabennesiota, cùm ex sede sua dejectus fuisset, Romam veniens, Simplicium Papam appellaverat. Libellum tamen ei non obtulit; sed tantùm suasit, ut pro sua causa ad Acacium scriberet. Quod quidem prompto ac libenti animo fecit Simplicius Papa. Acacius verò, acceptis Simplicii litteris, respondit, se Joannem quidem Episcopum Alexandriæ minimè agnoscere, Petrum verò Mongum in communionem suscepisse jussu Zenonis Augusti. Quibus litteris graviter commotus Simplicius rescripsit, Acacium non rectè neque ordine egisse, qui Petrum communi amborum sententiâ damnatum, in communionem recepisset. Cúmque Joannes Simplicio Papæ libellum pararet offerre, varia in Acacium crimina continentem, Simplicius interim morte præventus est, antequam Acacius A postremis ejus litteris respondisset, ut scribit Liberatus in Breviario. Sed cùm Felix in locum Simplicii subrogatus fuisset, Joannes libellum, quem Simplicio antè paraverat porrigendum, obtulit Felici Papæ. Qui mox per Vitalem ac Misenum Episcopos, libellum citationis misit ad Acacium, mandans ut quamprimùm Romam veniret, coram Apostolicâ sede libello Joannis Episcopi responsurus, ut legitur in gestis de nomine Acacii, & in libello citationis ad Acacium transmisso. Libellus quidem citationis sic incipit: *Episcopali diligentia commonente debuerat dilectio tua, Ecclesiasticum morem secuta, quid responsio sanctæ memoriæ prædecessoris mei per virum devotum Uranium Subdiaconum apud clementissimum Principem: quid apud te quoque literæ ipsius in causa Alexandrinæ Ecclesiæ profuerint, indicare.* Ubi obiter scribendum esse moneo. *Uranium Subadjuvam.* Sic enim dicitur in gestis de nomine Acacii. *Joannes Æconomus Catholicus à Catholicis ordinatur Episcopus. Qui cùm de consuetudine Majorum ad Apostolicam sedem Synodica per Isidorum Presbyterum, & Petrum Diaconum scripta misisset, superveniente Uranio Subadjuva, & contra Joannem jam Episcopum sacrâ Principis deferente, ab Episcopatus illius confirmatione Papa suspensus est*, &c.

πρὸς τῷ φίλικος παρὰ τὸν ζήνωνα. Transposita Pag. 93
sunt vocabula, quæ sic restituo: ἔγραψαν παρὰ τὸ C
φίλικος πρὸς ζήνωνα.

In Caput. XIX.

πρὶν δὲ τούτοις φθῆναι τὸν βασιλείαν. Hunc Evagrii locum optimè exposuit Nicephorus, his verbis: πρὶν δὲ βιτάλιον, μισηνὸν τοὺς ἐκ ῥώμης ἐλθόντας φθάσαι τὴν βασιλεύουσαν, &c. Id est: *Priusquam Vitalis ac Misenus Româ missi, in urbem regiam adventassent*, &c. Scribendum igitur est in Evagrio. πρὶν δὲ τούτοις φθῆναι τὴν Ἑωσίλειαν. Sic enim Evagrius vocare solet Constantinopolim: ut infra, cap. 25.

ὁ τῶν ἀκοιμήτων. Duo erant monasteria Constantinopoli, quæ ἀκοιμήτων vocabantur, Bassiani scilicet ac Dii. Et Bassiani quidem ac Dii vocabulum à conditoribus suis sumserant. Acæmitarum verò nomen illis inditum est, propterea quod noctu atque interdiu divinas laudes celebrarent, alternis vicibus sibi succedentes: adeo ut insomnes esse viderentur. Sic olim in Galliis jugis laus in quibusdam monasteriis viguisse dicitur.

In Caput. XX.

ὑπομνηστικά. Nicephorus hæc commonitoria (sic enim Latini vocant, quæ Græcis dicuntur ὑπομνηστικὰ) ad Zenonem Imperatorem scripta esse existimavit. Verùm Evagrius ad Vitalem ac Misenum sedis Apostolicæ Legatos ea scripta fuisse dicit. Certè commonitoria ad

ad Legatos & hujusmodi personas mitti solebant, non autem ad Imperatorem Romanum. Erant enim quasi mandata & instructiones, quas studiosè observare debebant Legati.

ὀφείλειν ἀσφαλῶς ἔχειν. Rectius apud Nicephorum scribitur ὀφείλεις, id est, *pro certo habere debes.*

χαλκηδονέων. In optimo codice Florentino scriptum inveni, χαλκηδοναίων; quomodo etiam alibi scriptum habet idem codex, ut suprà notavi. Sanè veteres nummi eam scripturam confirmant, & Author Etymologici in voce χαλκηδὼν.

Pag. 351. ἐμφέρονται τοῖς τε πεφαγμένοις. Assentior Henrico Savilio, qui in codice suo emendavit, ἐμφέρονταί τε τοῖς πεφαγμένοις. Sed probare non possum interpretationem Christophorsoni, qui hunc locum ita vertit: *Extant præterea in actis ejusdem Concilii, &c.* Neque enim Evagrius ullius Concilii mentionem facit, sed collectionem duntaxat Epistolarum recensèt, quæ ad causam Acacii pertinebant. Putavit scilicet Christophorsonus, ex eo quod actorum mentionem ab Evagrio fieri viderat, statim consequi, ut hæc in Concilio acta fuerint. Verùm non ita perpetuò se res habet. Acta enim simpliciter vocari possunt, quæcunque in aliquo negotio gesta sunt, etiamsi nullum Concilium aut judicium intervenerit.

οἳ κ᾽ ἀπήλειξαν. Delendus est articulus postpositivus, quem nec Nicephorus agnoscit.

ὑπὸ ἑνὸς κ᾽ μόνων ἐπισκόπων. Ab uno Episcopo, eoque hæretico Mongum ordinatum esse reliqui omnes scribunt. Ita Acacius in epistola ad Simplicium Papam, & Felix in epistola synodica ad omnes Monachos & Archimandritas Constantinopoli & in Bithynia consistentes. Idem etiam testatur Theophanes in Chronico, pagin. 107. Et Gelasius in gestis de nomine Acacii. Liberatus tamen à pluribus ordinatum dicit Petrum, licet numerum eorum non exprimat.

In Caput XXI.

Pag. 351. ἀκακίᾳ ἐπιστολὴ πρὸς σιμπλίκιον. Extat hæc epistola Acacii, Latinè edita inter Epistolas Simplicii Papæ. Ejusdem epistolæ mentio fit in epistola Felicis Papæ, quæ sententiam depositionis Acacii continet.

ἀκάκιον ὃ τὸν τῆς. Particulam ὃ addidimus ex codice Florentino, quæ multum lucis affert huic loco. In eodem codice Florentino ad marginem horum verborum, hoc scholium adscriptum est: ὁ λίγος οὗτος ἐπειδὴ ἔτυχε τῆς πρώτης τοῦ ἀκακίου ὑπὸ τοῦ ῥώμης καθαιρεθῆναι. Θεόδωρος δὲ μέντοι κ᾽ ὁ κίλιξ βασίλειος πρώτης αὐτὸ φασί. Id est: *Evagrius quidem hoc loco aperte non dicit, Acacium ab Episcopo Romano depositum fuisse.* Verùm Theodorus Lector, & Basilius Cilix disertè id affirmant. De Basilio Cilice idem testatur Nicephorus, in cap. 17. libri 16. Porrò Evagrius noster immeritò reprehenditur ab illo Scholiaste, quòd Acacii depositionem hoc loco reticuerit. Refert hic Evagrius cuncta quæ gesta sunt in Synodo Romana, quæ collecta est anno Christi 484. adversus Vitalem & Misenum sedis Apostolicæ Legatos. In ea Synodo Vitalis quidem ac Misenus Sacerdotii honore privati sunt. Acacius verò tantum notatus ac perstrictus est, ut ex decreto Synodi apparet, quod hic refertur ab Evagrio. Post hæc Felix litteras synodicas misit ad Acacium, in quibus ita scriptum erat: *Peccasti, ne adjicias, & de prioribus supplica.* Quibus acceptis, cùm Acacius adhuc recalcitraret, & prioribus deteriora committeret, Felix Papa congregatis iterum Episcopis apud sanctum Petrum, depositionis sententiam in Acacium promulgavit, eamque per Tutum defensorem Ecclesiæ Romanæ direxit Acacio, quæ sic incipit: *Multarum transgressionum reperiris obnoxius.* Hæc ita gesta esse docet Felix Papa, in epistola synodica ad Presbyteros & Archimandritas Constantinopoli & per Bithyniam consistentes. Postquam enim de Vitale ac Miseno, & de Acacio damnatis in Synodo Romana scripsit, hæc addit: *Post illam sententiam qua in Acacium perturbatorem totius Orientis Ecclesiæ dicta est; His quoque nunc congregati adjecimus litteris, &c.* Et paulò post: *Unde nunc causa Antiochena Ecclesiæ apud beatum Petrum Apostolum collecti, rursum dilectioni vestræ morem qui apud nos semper obtinuit, properamus indicare.* Ex quibus verbis apparet hanc Epistolam scriptam esse à Felice, nomine Synodi tertiæ Romanæ, quæ collecta erat causa Antiochenæ Ecclesiæ, quam pulso Calendione Petrus Fullo invaserat. In hac igitur Synodo Felix sententiam adversus Acacium, quæ incipit: *Multarum transgressionum, &c.* dictavit, & per Tutum defensorem ad Acacium transmisit. Nec est quòd quis dicat, eam sententiam jam antè latam fuisse in secunda Synodo Romana, tunc cùm Vitalis ac Misenus damnati sunt; sed aliquanto post missam fuisse à Felice, ex præcepto Synodi tertiæ Romanæ. Id enim refutat Evagrius, qui in Synodo Romana qua Vitalis ac Misenus damnati sunt, sententiam depositionis in Acacium latam esse non dicit. Præterea Liberatus in Breviario cap. 18. manifestè docet, sententiam illam depositionis adversus Acacium diu post damnationem Vitalis ac Miseni prolatam fuisse. Audi enim quid dicat Liberatus: *Redeunt aliquando Legati. Sed præcesserant Monachi, qui eos graviter de proditione arguebant. Auditi cominus & convicti ex ipsis litteris quas detulerunt, à locis propriis sunt remoti.* Et paulò post: *Ubi ergo ad plenum detectus est Acacius hæreticus, Papa Felix in litteris suis synodicis sic posuit: Peccasti, ne adjicias, & de prioribus supplica. Susceptis his Acacius litteris perseverat, neque recedens à communione Petri, neque suadens ei palam suscipere Synodum Chalcedonensem, & tomum Papæ Leonis. Hæc cognoscens Papa Felix, damnationis scripturam misit Acacio per Tutum defensorem, cujus est principium. Multarum transgressionum reperiris obnoxius.*

Pag. 352. ἢ πλὼ πίστιν ἀγαπᾷ. In MSS. codicibus Florentino ac Telleriano, & apud Nicephorum scribitur, ἢ πλὼ πίστιν ἀγαπᾷ. Melius tamen scriberetur, ἢ πλὶ. Quomodo etiam legisse videtur Christophorsonus. Sed & in superiori linea libentius ita legerem, εἰπερ ἠγάπα πλὼ πίστιν μᾶλλον ἢ τὸν ζήνωνα, &c. Id est: *Cùm tamen, si quidem fidem magis quàm Zenonem amabat, id præstare debuisset.*

ἀλλ' ὅτι τὰ ἐξῆς. Post Synodum Romanam quæ ob causam Vitalis ac Miseni collecta fuerat, & in qua Vitalis quidem ac Misenus damnati sunt: Petrus verò & Acacius notati ac perstricti, consequens erat ut Evagrius de sententia depositionis in Acacium lata, & per Tutum defensorem Constantinopolim missa loqueretur. Nec tamen id hoc loco fecit Evagrius. Cujus rei duæ possunt afferri rationes. Aut enim ob reverentiam sedis Constantinopolitanæ id factum est ab Evagrio: Aut propterea quod id jam supra retulerat Evagrius ex Zacharia Rhetore, ut videre est in cap. 18. Quod igitur illic retulerat, id hoc loco repetere superfluum duxit.

A

B

In Caput XXII.

λέοντος ἀναθεματίζει. Hunc locum supplevi ex codice Florentino, in hunc modum, λέοντος ἀνθ' ἧς ἀναθεματίζει. Non enim semel, sed sæpius Petrus Mongus Chalcedonensem Synodum cum Leonis Epistola damnavit.

C

ὑφ' οὗ νηφάλιος ἀνὰ πλὼ βασιλίως. Hujus Abbatis Nephalii meminit Liberatus in Breviario cap. 18. ita scribens: *Porrò Petrus de propriis civitatibus Catholicos expulit Sacerdotes, ex quibus nonnulli apud Constantinopolim persecutionem gravissimam pertulerunt. Scandalizabat autem Imperator & illos, qui à parte Abbatis Nephalii erant, & qui circa Joannem Episcopum, Egumenum Monasterii Diolchon. Et agens contra ipsum Joannem, præposituram ei abstulit, & eam tradidit Monasterio Abbatis Amonis.*

In Caput XXIII.

Pag. 353. ἐν τοσούτῳ ὁ ἀκακίου. Malim scribere, ἐν τούτῳ ὁ, &c. Porrò notandum est, Evagrium primo loco referre mortem Acacii. Ex tribus enim illis Schismaticis qui Orientis Ecclesiam laceraverunt; Acacio scilicet Constantinopolitano, Petro Alexandrino, & Petro Antiocheno, primum ait Acacium ex hac vita migrasse: Petrum deinde Alexandrinum, qui Mongus dictus est; postremum verò Petrum Fullonem ex hac luce sublatum. Verùm Victor Turonensis in Chronico, ex tribus illis quos dixi, primum obiisse scribit Petrum Antiochenum. Sic enim scribit: *Post Consulatum secundum Longini, Petrus Antiochenus sub damnatione moritur, & in ejus loco Calendion ordinatur. Orientales autem Episcopi tanquam nescientes, Joannem cognomento Codonatum eidem Antiochenæ Ecclesiæ consecrant Episcopum, cui Petrus successit hæreticus.* Hic erat annus Christi 488. Dynamio & Sisidio Consulibus. Sequente verò anno, quo Consules fuerunt Probinus & Eusebius, idem Victor Turonensis Acacii obitum commemorat his verbis: *Eusebio V. C. Cos. Acacius Constantinopolitanus Episcopus sub damnatione moritur, & pro eo Flavita Episcopus ordinatur, cui tertio promotionis suæ mense mortuo, Euphemius Synodi Chalcedonensis decretorum custos in Episcopatu succedit.* Anno autem sequenti, Longino iterum & Fausto Consulibus, Petrum Alexandrinum sub damnatione mortuum esse idem Victor scribit. At Baronius in Annalibus Ecclesiasticis, horum trium Schismaticorum interitum, eodem quidem ordine refert quo Victor Turonensis, sed non eodem anno. Petrum enim Fullonem obiisse scribit anno Natalis Dominici 486. Acacium verò biennio pòst, id est anno Christi 488. In Mongi autem interitu prorsus consentit cum Victore. Ego verò Victoris sententiam sequi malim, qui Fullonis interitum refert anno Christi 488. Nam Calendio Episcopus Antiochiæ creatus est anno Natalis Dominici 482. ut constat ex Epistola Simplicii Papæ, qui cùm Episcopatum illum quatuor annis obtinuerit, sicut testatur Theophanes, necessariò dicendum est Petrum Fullonem, qui pulso Calendione, in ejus locum subrogatus est, anno Christi 486. Antiochenam sedem occupasse. Quis autem credat Petrum Fullonem, qui tot ac tanta facinora Episcopatus sui tempore perpetravit, paucis post promotionem suam mensibus interiisse. Non igitur anno Christi 486. obiit Petrus Fullo, ut putavit Baronius. Sed hoc argumentum facilè refellitur; sola enim Theophanis authoritate nititur, qui quatuor annos Episcopatus tribuit Calendioni. Atqui Calendio anni duntaxat spatio Sacerdotium gessit. Dejectus enim est per insidias Ordinatoris sui Acacii, paulò post Synodum Romanam, anno Christi 483. ut docet Epistola Felicis Papæ ad universos Presbyteros & Archimandritas Constantinopoli & per Bithyniam consistentes, & Author gestorum de nomine Acacii. Gravissimè autem falluntur Theophanes ac Cedrenus, qui Petrum Fullonem post Petrum Mongum è vivis abiisse scribunt. Quos refellit Gelasius Papa in Epistola ad Orientales, qui Fullonem priorem obiisse testatur his verbis: *Docete igitur Petrum Alexandrinum ab Antiocheni Petri unquam communione desiisse, & non usque ad diem, cùm Antiochenus Petrus in hac luce versatus est, individuum utrisque fuisse consortium.* Et iterum pag. 215. *Sed donec advixit Antiochenus Petrus, qui utique post Acacianum cum Petro Alexandrino fœdus initum defuncti ostenditur, nunquam Antiocheno Petro Alexandrinus Petrus communicare desiit, quod Catholicorum continet relatio Sacerdotum.*

D

συνοδικοῖς χρισαμένου τὸ φραυΐτου. Scribit Theophanes Fravitam Synodicas litteras scripsisse ad Petrum Alexandrinum, quibus negabat se Felici Episcopo Romano communicare. Rursus verò

verò Synodicis ad Felicem missis, ei significasse, nullam se communionis societatem habere cum Petro Alexandrino. Eidem Fravitæ tres duntaxat menses Episcopatus assignat Theophanes, sicut & Victor Turonensis; non autem quatuor, ut Evagrius.

ὡς διαφόρους γνώμας τῶν μερῶν. Erant Alexandriæ tunc duo genera hæreticorum; Dioscoritæ scilicet, & Esaiani; de quibus Liberatus in Breviario. Ex his Dioscoritæ quidem Chalcedonensem Synodum prorsus damnabant & anathematizabant. Esaiani verò, Zenonis Edictum sequentes, eam quidem Synodum haudquaquam admittebant; non tamen anathema ei dicebant.

παλλαδίῳ τῷ μὴ πέτρον. Quo anno mortuus sit Petrus Antiochenus, Evagrius disertè non dicit; nec ex ejus verbis colligi potest eum obiisse post Petrum Alexandrinum. Immò contrarium potius ex Evagrii verbis elicitur. Nam si Petrus Antiochenus superstes fuisset Alexandrino Petro, certè Athanasius qui Alexandrino Petro successit, Synodicas suas Antiocheno Petro misisset. Hæ enim litteræ in ipso Episcopatus exordio à Patriarchis mitti consueverant. Cùm igitur Synodicas suas ad Palladium Antiochenum miserit Athanasius, ex eo apparet Antiochenum Petrum diu ante Alexandrinum obiisse. Porrò de Synodicis Athanasii litteris ita scribit Liberatus in Breviario: *Non post multum tempus moritur & Petrus Mongus Alexandriæ, & post eum in ea Sede ordinatur Athanasius; qui & ipse in Edicto Constantinopolitanæ & Antiochenæ & Hierosolymitanæ communicavit Ecclesiæ.*

In Caput XXIV.

Pag. 356. δώρους ἢ ζήνων ἀλίσκει. Zeno non solum muneribus ac donis, sed etiam pollicitationibus Armatum ad suas partes traduxit. Pollicitus enim est, se simul ac Imperium recuperasset, Armatum quidem Magistrum præsentis militiæ perpetuum; Basiliscum verò ejus filium, Cæsarem & Assessorem sibi esse facturum, ut scribit Theophanes in Chron. pag. 107. cujus verba, quia corrupta sunt, nec ab Interprete intelligi potuerunt, hic apponam: ἀλλὰ δώρους τοῖς περὶ ζήνωνος, καὶ ὅτος ὡς ἐπὶ πολὺ τυφλωθείς, καὶ ὑποχίσει διαδόχῳ στρατηλατείας, καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ βασιλίσκον καίσαρα ποιῆσαι καὶ συγκάθεδρον αὐτοῦ, σὺν αὐτῷ καὶ βασιλίσκῳ ἐπανῆλθεν. Id est: *Verum donis à Zenone missis ipse quoque obcæcatus, & pollicitatione perpetuæ Magisteriæ potestatis, & quod Zeno Basiliscum ipsius filium Cæsarem atque Assessorem suum facturus esset, una cum Zenone reversus est contra Basiliscum.* Scribo igitur: καὶ ὑποχίσει ἀδιαδόχῳ στρατηλατείας. ἀδιάδοχον στρατηλατείαν, vocat Theophanes perpetuam Magistri militum potestatem. Auctor Chronici Alexandrini emendationem nostram prorsus confirmat. Scribit enim Zenonem Armato promisisse, se Magisteriam præsentis militiæ potestatem ei concessurum quoad viveret, ἐπαγγειλάμ. Φ. αὐτῷ πολλὰ, καὶ πλὴ στρατηλασίαν τῷ φασιάντῳ ἰὼς τῆς αὐτοῦ ζωῆς. De hoc Armato Suidas multa refert in voce ἀρμάτ Φ., quæ desumpta videntur ex Damascio in vita Hisydori Philosophi.

In Caput XXV.

Δόρυ διηκυλισμένον. In hujus verbi expositione hallucinati sunt Interpretes. Langus quidem hastam expeditam vertit. Musculus verò suo more, cùm Latinum vocabulum ipsi non suppeteret, Græcam vocem retinuit. At Christophorsonus omnium pessimè interpretatur, hastam cuspide bifidâ. Ego amentatam verti. ἀγκύλη enim idem est quod amentum: Lorum scilicet quo vinciebantur jacula seu lanceæ, ut in hostem emitti possent. Glossæ veteres ex Bibliotheca Petri Danielis à Turnebo citatæ ita exponunt: Amentum, corrigia lanceæ, quæ etiam ansula est ad jactum. Ubi ansula est ἀγκύλη, quâ scilicet comprehenditur telum ut jaciatur. Hesichius διηγκυλίσθαι exponit, τὸ ἐνῶραι τὺς δακτύλυς τῇ ἀγκύλῃ τῇ ἀκοντίῳ· τίθεται ὃ καὶ ἐπὶ τὸ ἕτοιμον εἶναι. Sic ἀγκυλητὲς κοντάβυς dixit Æschylus, metaphora sumpta ἀπὸ τῶν δοράτων, ἅπερ ἀγκυλητὰ καὶ μεσάγκυλα καλεῖν, ut scribit Eustathius ad librum secundum Iliadis. Duplex autem erat usus Amenti. Nam & ad apprehendendum jaculum conducebat, & ut majore impetu ferretur in hostem.

ἀναβολῇ δὲ καὶ ἰωθῶς χρῆσαι. In optimo codice Florentino disertè scriptum inveni ἀναβολεῖ, quemadmodum viri docti legendum esse conjecerant. Est autem ἀναβολεὺς, quem Latini Stratorem vocant, qui dominum in equum levare solet, ut testatur Suidas; apud quem extat locus veteris Scriptoris, qui de Rege Masinissa ita scribit, ὁ δὲ μασσανίσσας γηραλέας ἵππους χωρὶς ἀναβολέως ἐπίβαινεν. Ubi Suidas vocabulum ἀναβολέα sumpsisse videtur pro scala quam vulgò stapedam vocamus.

ἀνασειρίζειν. Scribendùm puto ἀνασειρᾴζειν, ut legitur in codice Telleriano. Ita enim postulat analogia, ut à πεῖρα fit πειρᾴζειν. Suidas ἀνασειρᾴζειν exponit, ἀνθέλκειν, ἀνακαλινδεῖν. Nicephorus autem pro hac voce posuit ἀναφιλλεῖν. Porrò mors Theodorici contigit anno Christi 481. ut testatur Marcellinus in Chronico, his verbis: Placidio solo Coss. *Theodoricus Triarii filius Rex Gothorum, adscitis suis usque ad Anaplum; quarto urbis milliario advenit; nulli tamen Romanorum noxius continuò reversus est. Porrò in Illyricum properans, dum inter suorum moventia plaustra progreditur, jacentis super carpentum teli acumine, & pavescentis equi sui impulsione fixus transverberatusque interiit.* Pag. 355.

In Caput XXVI.

μετὰ ταῦτα μαρκιανός. Theophanes motum hunc Marciani, perinde ac Evagrius noster, refert statim post obitum Theodorici Triarii filii. Dissentit tamen Malchus in historia Byzantina. Scribit enim Theodoricum Triarium audita seditione Marciani, illico contractis

ingentibus copiis, Constantinopolim versùs profectum esse; specie quidem ut Imperatori suppetias ferret; revera tamen ut urbem regiam occuparet. Verba Malchi, si quis legere desiderat, habentur pag. 86. editionis regiæ. Adde quod Procopius Marciani frater, capto Marciano & profligata ejus tyrannide, ad Theodoricum in Græciam profugit. Cumque Zeno missa legatione eum sibi dedi postularet, nunquam id à Theodorico impetravit, ut scribit Candidus in libro secundo, & Malchus in libro jam citato.

In Caput XXVII.

Pag. 356. τῆς βιλῆς ἀιδόμεν. Rectius in MS. codice Florentino scribitur, τῆς ϑπιβελῆς ζήνων ἀιδόμεν.

ὡς κ) ὑποθήκη ζήνωνος. Hujus loci sensum non viderunt Interpretes, quibus prava interpunctio fraudi fuit. Ego verò media distinctione post hæc verba apposita, lucem huic loco attuli. Ait enim Evagrius duas causas afferri, quæ Theodoricum impulissent, ut ad Italiam proficisceretur. Prima est, quòd Zeno ei insidiaretur. Alii autem dicebant Theodoricum Zenonis consilio impulsum, in Italiam se contulisse. Certè in excerptis veteris Authoris, quæ ad calcem Ammiani Marcellini jam pridem edidi, Theodoricus consensu Zenonis in Italiam profectus esse dicitur. Sic enim illic scribitur: *Zeno recompensans beneficiis Theodoricum, quem fecit Patricium & Consulem, donans ei multum, & mittens eum ad Italiam, pactuatus est, ut si victus fuisset Odoachar, pro merito laborum suorum, loco ejus dum adviveret, tantum, præregnaret.* Idem quoque testatur Jordanes in Geticis, & in lib. de successione Regnorum.

In Caput XXVIII.

ἀντίφορον. Sic dictum videtur ædificium quoddam quod fori usum præstabat. Hoc ædificium ait Evagrius fuisse in suburbano Daphnensi, è regione publici balnei. Id enim sonant hæc verba, ἰυδὺ τῷ δημοσίῳ βαλανείῳ. Mutculus quidem ἰυδὺ vertit: *Rectà ad publicum balneum.* Quod non probo; nam ἰυδὺ, idem est quod κατιναντίον, teste Suida. In antiforo autem ait Evagrius erectam fuisse statuam Mammiani. Ex quo apparet antiforum fuisse id quod supra dixi. Nam statuæ in foro erigi solebant.

Pag. 357. ὑδὲν ἐς κόσμον. Assentior Christophorsono & Savilio, qui ὑδετὸς emendarunt.

In Caput XXX.

Pag. 358. ἀναςάσι εἰρηναῖ τις ὢν. Qualiter affectus fuerit Anastasius erga res Ecclesiasticas, & quâ ratione se gesserit in earum administratione, docet Liberatus in Breviario, cap. 18. his verbis: *Ascenderunt quidam & adversantium & communicantium ei ad Anastasium. Et dum haberent contra Principem contentionem, aliis quidem proponentibus anathematizari Synodum, & ita communicare; aliis verò pacatis in unitivo Edicto adjici ea quæ satisfacerent his qui communicaverant Petro: Considerans Imperator, quòd si adjectionem Edicto faceret, tumultum moveret Ecclesia, & anathematizare Synodum esset impossibile; persuasit ei sufficere unitivum Edictum, ut communicarent adinvicem sibi, sicut & cæteri Ecclesiarum Episcopi. Et cùm non obedirent hæc agere, nihil impetrantes dimisit.* Ex quibus vides, Anastasium Imperatorem Zenonis Edictum prorsus secutum esse, nec præterea quicquam innovari voluisse.

κἀν ἔνιοι μὲν. Scribendum est κ) ἕνιοι.

τῇ σωθήκῃ γεγραμμάτων. Joannes Langus litteras Zenonis Imperatoris de Ecclesiarum adunatione videtur intelligere. Sic enim vertit: *Is quidem litteris insidiosè compositis per fraudem deceptis.* Quem sensum secutus est etiam Christophorsonus. Certè hic Evagrii locus aliter exponi non potest. Duas enim causas affert, cur nonnulli Edicto Zenonis acquiescerent. Quosdam igitur ait fuisse deceptos blanda illa, & ad persuadendum composita Principis oratione. Alios verò studio pacis & quietis Ecclesiarum illectos, huic Edicto acquievisse.

In Caput XXXI.

ἀλκίσωνα. Hic Alcison Episcopus erat Nicopolis, quæ metropolis est veteris Epiri: Inter præcipuos defensores Synodi Chalcedonensis. Mortuus est anno Christi 516. Petro solo Consule. Ejus meminit Marcellinus in Chronico, qui eum Alcisum vocat. Vide Baronium ad annum Christi 516. Pag. 359.

πότερον ὁ κοιμηθέντος. Cùm duo fuerint Petri uno eodemque tempore, alter Alexandrinus Episcopus, alter Antiochenus, incertum est uterillorum hic intelligatur. Probabilius tamen videtur, Alexandrinum Petrum hic designari; eò quod Monachi Palæstinæ statim loquuntur de Alexandria, & de Ægypto ac Libya. Obstat tamen quod objicitur ab iisdem Monachis; post mortem scilicet Petri Ægyptum separatim communicasse, & Orientales ab eorum communione disjunctos fuisse. Petro enim Alexandrino successit Athanasius, qui Synodicas scripsit ad Palladium Episcopum Antiochiæ, ejusque communioni sociatus fuit, ut superius observavi ex Evagrio & Liberato. Rursus verò si Petrum Antiochenum hoc loco designari dixerimus, eadem erit difficultas. Verùm responderi potest, Monachos hic loqui non de ipsis Patriarchis, sed de integra Diœcesi; & de maxima parte Episcoporum. Certè post mortem Petri Alexandrini, Orientales Episcopos communionem Ecclesiæ Romanæ expetiisse apparet ex Epistola Gelasii Papæ ad Orientales.

τῶν δυτικῶν ἀνεχομένων. Addenda est proculdubio particula negativa, hoc modo, τῶν δυτικῶν μὴ ἀνεχομένων, quemadmodum legitur apud Niceph. & in codice Telleriano.

ξενάιας. Erat hic Episcopus Hierapolitanus, à Petro Fullone ordinatus, qui alio nomine Philoxenus dicebatur. De hoc pestifero homine multa habet Theoph. Cedren. Niceph. & alii.

ἐπὶ Διόσκορον καὶ Διόδωρον. Non dubito quin Dioscori nomen hoc loco perperam positum sit pro Diodori nomine. Neque enim Dioscorum anathemati subjici volebat Xenaias inimicus Chalcedonensis Synodi : sed Diodorum Tharsensem & reliquos. Ita certe Victor Turonensis in Chronico. Joanne Gibbo Cos. " Anastasius Imp. Flaviano Antiocheno , & Phi- " loxeno Hierapolitano Præsulibus Constantino- " polim Synodum congregat : & contra Diodo- " rum Tarsensem & Theodorum Mopsuestenum " cum scriptis, Theodoritum Cyri, Ibam Edesse- " num, Andream, Eucherium, Cyrum & Joan- " nem Episcopos, cæterosque alios qui in Chri- " sto duas prædicabant naturas, duasque formas, " & qui non confitentur unum de Trinitate " crucifixum, una cum Leone Episcopo Rom. " & ejus tomo, atque Chaled. Synodo inferre " anathemata persuasit. Idem confirmat Theo- " phanes in Chronico pag. 131.

καὶ Κύρον καὶ Εὐθέριον. Victor Turonensis in Chronico Quirum & Eucherium nominat, ut supra vidimus , ubi Quirus ponitur pro Cyro, quemadmodum in epistolis B. Ambrosii Quinegius pro Cinegio. Porro Niceph. hoc loco pro Eutherio substituit Eleutherium.

Pag. 360. Ἐλευσίνιος ἐπισκόπου. Hujus Eleusinii meminit Liberatus in Breviario cap. 19. his verbis , de Severo loquens. *Ita ut ob hoc scriberet , & ipsi Flaviano sicut ipsius significatur epistolis & ad Maronam Lectorem , & Eleusinum & Euthracium Episcopos & ad Oecumenium Scholasticum Isauriæ.* Ejusdem meminit Theophanes in Chronico pag. 128. editionis Regiæ; cujus verba Anastasius Bibliothecarius ita vertit. *Anastasius quiete potius a pravis , Macedonium Patriarcham avertere ab orthodoxa fide satagebat. Multi autem Episcoporum Anastasio gratiam præstantes , Chalcedonensi resistebant Concilio , quorum primus erat Eleusius Sasimensis.* Græca Theophanis sic habent ὧν πρῶτος ἦν Ἐλευσίνιος ὁ Σασίμων. Sed scribendum est : Ἐλευσίνιος ὁ Σασίμων quemadmodum scribitur in codice Vaticano. Certe Monachi Palæstinæ affirmant , Eleusinium hunc Episcopum fuisse secundæ Cappadociæ. Est autem Sasima urbs Cappadociæ secundæ, cujus olim Episcopus fuit Gregorius Nazianzenus, quemadmodum docent Notitiæ veteres, & inprimis Hierocles.

διὰ τούτους ἱρωνεύσειν. Scribendum videtur ἱρωνεύσειν, aut potius addenda est particula negativa hoc modo νομίσας διὰ τούτους μὴ ἱρωνεύειν αὐτάς. Idest , *Illorum gratia ipsos non quiescere arbitratus.* Nec dubito quin Evagrius ita scripserit. Verum Antiquarii dum in scribendo properarent, iterum hoc loco particulam negativam obmiserunt. Porro per vocem διὰ τούτους, intelligit Diodorum Tarsensem , Theodorum Mopsuestenum , Theodoritum & cæteros supra memoratos. Vide Theophanem, pag. 131.

καὶ τὸ πατριάρχου. Flavianum Antiochensem Episcopum intelligit. Quod non monerem, nisi in versione Christophorsoni mendum subesset.

καὶ τὰς Ἰσαυείας. Rectius in Nicephoro scribitur Ἰσαύρας.

ὅπερ αὐτοὶ μὲν προφέρουσιν. Supplenda videtur conjunctio in hunc modum, καὶ ὅπερ μὲν αὐτοὶ προφέρουσιν, &c.

καὶ Ἰουλίῳ. Vide Leontium de sectis in actione octava. Ubi docet Acephalos epistolas quasdam Julio Episcop. Rom. tribuisse, quæ revera erant Apollinaris.

Pag. 361. μήτε τῇ ἐν Ἐφέσῳ. Ita quidem in exordio Episcopatus sui se gessit Macedonius , dum Principi Anastasio à quo ad Pontificatum promotus fuerat , gratificari vellet. Itaque multi ex antiquis Scriptoribus prodiderunt , Macedonium initio quidem Zenonis Henotico subscripsisse. Ita certe Theodorus Lector affirmat , quem immerito Baronius eo nomine reprehendit. Idem enim scribit Liberatus in Breviario cap. 18. Ubi de Joanne Hemula Alexandrino Episcopo habet. *Qui & ipse Petrum & Athanasium Prædecessores suos secutus , in edicto unitivo communicavit aliis sedibus , id est, Constantinopolitanæ , Antiochenæ & Hierosolymitanæ.* Et paulo post de Joanne Nicæota loquens qui Hemulæ successerat , ita dicit. *Denique cum ei Imperator scripsisset, ut uniretur CP. Episcopo , hæc rescripsit, quia non sufficeret ei ad perfectam unitatem; eo quod non anathematizaret Synodum.* Victor autem Turonensis in Chronico de Macedonio ita scribit. *Anastasio Aug. Cos. Macedonius Constantinopolitanus Episcopus, Synodo facta, condemnat eos qui Chalcedonensis decreta Synodi suscipiunt, & eos qui Nestorii & Eutychis defendunt.* Denique Theophanes in Chronico pag 120. Theodoro Lectori prorsus assentitur.

μοναστήρια ἀφίσανται. Monasteria Dii & Bassiani, & Insomnium ac Matronæ intelligit, quæ separaverant se à communione Macedonii & eorum qui Zenonis Henotico subscripserant, ut tradit Theophanes in Chronico pag.122.

ξενιάας καὶ Διόσκορος. Hic est, ut existimo, Dioscorus junior qui Joanni Niciotæ successit in Episcopatu Alexandrino. Baronius quidem ordinationem ejus refert Christi 516. quinquennio post relegationem Macedonii. Cui consentit Theophanes in Chronico. Sed adversatur Liberatus qui ordinationem Dioscori refert ante Macedonii depositionem. Idque confirmat Evagrius hoc loco. Verum re accuratius examinata , Dioscorus junior hic intelligi non potest. Nam Macedonius Episcopatu dejectus est anno Christi 511. ut constat ex Marcellino ; eique subrogatus est Timotheus, qui statim Synodicas litteras scripsit ad Joannem Nicæotam Episcopum Alexandriæ , ut testantur Liberatus ac Theophanes. Cum igitur Dioscorus junior Nicæotæ successerit , necessario sedere cœpit post depositionem Macedonii. Alius igitur hoc loco intelligitur Dioscorus. Ac fortasse pro Dioscoro scribendum est Soterichus.

καὶ Ἰωάννου τὸν Παλτᾶ. De hoc Joannes Victor Turonensis in Chronico ita scribit. Theodoro viro C. Cos. *Iulianus Bostrenus , & Joannes Paltensis Episcopi ab Ecclesiis propriis ultro rece-*

recedunt, & alij eis subrogantur. Marcellinus vero in Chronico id refert, Paulo & Mussiano Coss. anno Christi 512.

In Caput XXXII.

τὰ ὃ συμμάχοντα. Mendum est in voce συμμάχοντα. Nicephorus quidem in cap. 26. libri 16. hunc Evagrij locum describens, παλαίοντα posuit. Ego vero vulgatæ scripturæ vestigiis insistens, restituendum puto συνάγχοντα quemadmodum legisse videtur Christophorsonus. In codice Telleriano legitur, τὰ ὃ γε συμμάχοντα, &c.

ἥμιλλάκιραιον, Rectius Nicephorus scriptum habet ἥμιλλω, &c. Sic enim Græci loqui solent.

Pag. 362. ἔσπο ξεναΐᾳ ἀνδρί. Ultima vox delenda est utpote superflua, & quæ nescio unde in hunc locum irrepsit. Quod si eam hîc retinere vellemus, scribendum esset ἀνδρὸς πέρσου. Refertur enim ad verbum πυθόμενος. Erat certè Xenaïas iste natione Persa, ut testantur Theophanes, Nicephorus & alij.

κυνηγικῆς μοναχοί. Nicephorus in cap. 27. libri 16. monasterium esse existimavit ita dictum à Cynegio quodam ejus conditore. Mihi tamen verisimilius videtur regionem esse Syriæ ita dictam, in qua plura essent Monasteria.

In Caput XXXIII.

Pag. 364. Ἔτος πρῶτον ἐξ ἑκκαιδεκάτης πεντακοσιοστόν. Fuit hic annus Christi 513. Primus enim annus Antiochenorum, vulgarem Christi natalem præcedit annis 48 Severus igitur Antiochensem Episcopatum occupavit anno natalis Dominici 513. mense Novembri, indictione sexta. Ita Marcellinus Comes in Chronico indict. 6. Clementino & Probo Coss. *Severus Eutychetis perfidiæ cultor, Anastasio Cæsare volente, sedem Flaviani Antistitis ex monacho factus Episcopus occupavit.*

τῶ τλωικάδεκ κύκλω. Hæc verba in interpretatione suâ omisit Christophorsonus. Est autem hic sensus horum verborum. Anno sexto indictionalis circuli qui tunc erat. Etenim indictio circulus est annorum quindecim, quibus finitis alter circulus incipit annorum totidem. ὑπονέμησιν τὸ κύκλω, vocat Evagrius partitionem circuli quindecennalis, quam Latini indictionem vocant. Sed cum Evagrius mense Dio, id est Novembri, Severum ordinatum esse dicat, indictione septima id factum sit oportet. Nova enim indictio cœperat à mense Septembri. Eodem modo loquutus est Evagrius supra in capite 12. libri 2. ubi de terræmotu qui Antiochiæ contigit Leonis Augusti temporibus, ita dicit. ἀνὰ τὴν ἐνδεκάτην ὑπονέμησιν τοῦ κύκλου, id est, *anno undecimo partitionis circuli.* Sic in edicto decimo tertio Justiniani. μίχει τῆς δωτίρας ὑπονεμήσεως τοῦ παρωχημένου κύκλου.

Φοινίκης παράλου. Duplex erat Phœnice: altera maritima, Græcis παράλος seu παραλία dicta: cujus metropolis fuit Tyrus. Altera Libanensis nominata, cujus caput fuit Emesa, ut docent Notitiæ veteres. In Phœnice maritima urbs fuit Tripolis notissima. In ea urbe cultum fuisse Leontium martyrem testatur Evagrius. Is est Leontius, cujus mentio fit in Menologio, die 18. mensis Julij. In hujus martyris æde baptizatum esse Severum testantur monachi in libello oblato Menæ Patriarchæ, qui refertur in act. 5. Synodi Constantinopolitanæ sub Mena.

ἐν τινὶ Φραντιστηρίῳ. Liberatus in Breviario capite 19. de Severo ita scribit. *Is enim Severus cum sederet prius in monasterio, non suscipiebat Zenonis edictum, nec Petrum Mongum. Deinde sedens in Abbatis Romani & Mamæ qui post eum præfuit monasterio, exinde missus est permanere Constantinopoli apocrisarius; & sit inter eos qui Petri Mongi erant.* Hæc Liberati narratio longe dissentit ab Evagrio. Nam Evagrius ait, Severum primo quidem fuisse Monachum in monasterio quod erat inter Majumam & Gazam. Idque confirmat etiam Theophanes. Postea vero sedisse in monasterio Nephalij Abbatis, quod erat in Ægypto, ut docet Evagrius in capite 22. hujus libri. Ex quo monasterio pulsum Severum, ait venisse Constantinopolim. Liberatus vero in duobus quidem monasteriis Severum sedisse scribit. Non tamen ejectum esse ex monasterio, sed apocrisarium factum fuisse testatur, cujus autem apocrisarius fuerit, non dicit. Ego apocrisarium Monachorum Orientis qui ejusdem cum ipso sectæ erant, fuisse existimo. Sic Theonas apocrisarius dicitur monasteriorum Palæstinæ in actione prima Synodi Constantinopolitanæ sub Mena. Idque confirmat Evagrius hoc loco.

συνοδικὰς τοίνυν ἐπιστολάς. Intelligit Synodicas quas scripsit Severus ad Timotheum Constantinopolitanum Episcopum, & ad Joannem Niczotam Episcopum Alexandriæ. His enim communicasse Severum docet Liberatus in Breviario cap. 19. Certè Theophanes in Chronico pag. 135. scribit Timotheum, cum Severi nomen dyptychis inferere voluisset, prohibitum esse à populo Constantinopolitano.

πέτρος ὁ ἴβηρ. De hoc Petro Ibero jam locutus est Evagrius in lib. 2. cap. 8. ejusdem Petri mentio fit in libello Monachorum ad Menam Patriarcham qui refertur in actione 5. Synodi CP. sub Mena, ubi de Severo ita scribunt, τοιγαροῦν ὁ τὸν ἴβηρα πέτρον κατὰ ταυτὸν διέχιται. κοινωνεῖ ὁ τοῖς λοιποῖς ἀσεβέσι.

τὰ μὲν συνοδικὰ τιμοθέου. Maximam huic loco lucem affert Theophanes. Is pag. 135. scribit Timotheum Synodicas litteras & depositionem Macedonij, ad universos Episcopos misisse, ut iis subscriberent: & infirmiores quidem, Imp. metu, utrique libello subscripsisse. Eos vero qui fortiori animo præditi essent, neutri subscribere voluisse. Quosdam autem mediam viam insistentes, Timothei quidem Synodicis subscripsisse, Macedonij vero depositioni nequaquam subscripsisse. Ex his igitur mediis fuerunt Episcopi Palæstinæ, ut testantur hîc Monachi in epistola ad Alcisonem.

ἀλλὰ καὶ οἰκοδομήσαντες. Procul dubio scribendum est οἱ κομίσαντες quemadmodum legitur in Nicephoro. Qui etiam una voce auctior est hoc modo οἱ κομισαντες ἐνταῦθα, sed & in codice Telleriano plane scriptum inveni οἱ κομίσαντες, &c.

Pag.364. τῆς πόλεως ἐπ' αὐτὰς. Apud Nicephorum hic locus aliter distinguitur, hoc scilicet modo. ἔφυγον τῆς πόλεως. ἐπ' αὐτὰς τ' δήμου τε καὶ τῶν μοναχῶν κινηθέντων. Quam quidem distinctionem magis probo.

τῶν ὑπ' ἀντιοχείᾳ. Nicephorus scriptum habet ἐν ἀντιοχείᾳ, quod non probo. Neque enim de Antiochia loquuntur Monachi Palæstinæ, sed de Episcopis qui subjacebant sedi Antiochenæ. Nam cum antea locuti essent de rebus Palæstinæ, quæ subjacebat Patriarchæ Hierosolymitano, transeunt jam ad Episcopos Orientis qui subjacebant Patriarchæ Antiocheno; ac primum quidem nominant Marinum Episcopum Berythi quæ urbs est Phœnices. Erat autem Phœnice sub dispositione Patriarchæ Antiocheni, quemadmodum convenerat in Chalcedonensi Synodo inter maximum Antiochenum & Juvenalem Hierosolymitanum.

ἀλλὰ καὶ μάμας. Hujus Mamæ mentionem facit Liberatus in cap. 19. Breviarii, ita scribens de Severo. *Deinde sedens in Abbatis Romani & Mamæ qui post eum præfuit, monasterio, deinde missus est permanere Constantinopoli Apochrisarius.* Duo igitur illi Dioscoritarum antesignani à quibus institutus fuerat Severus, sunt Romanus & Mamas Abbates Monasterii illius, quod erat inter Majumam & Gazam. Certe Theophanes in Chronico Monasterium illud τῶν ἀποσχιστῶν μοναχῶν appellat, id est, schismaticorum Monachorum.

ὑφ' ὧν καὶ σεῦῆρος κατήχθη. Malim scribere κατηχήθη. Mamas enim & Romanus Abbates Severum instituerant, ut supra diximus ex Liberato.

In Caput XXXIV.

Τὴς ὑπὸ ἀπάμειαν ἐπαρχίας. Apamia Metropolis erat Syriæ Cœles, seu Secundæ, cui subjectæ erant Epiphania & Arethusa, ut docent Notitiæ veteres.

Pag.365. πρὸ ἀσιατικοῦ ἀρχοῦ. Hunc locum restituimus ex optimis codicibus Florentino & Telleriano, in quibus ita scribitur πρὸ στρατιωτικοῦ ἀρχοῦ τῆ ἐν φοινίκη λιβανησίας, duplex erat Phœnice, ut jam supra notavi. Altera Maritima, altera Libanensis dicta. Præerat huic provinciæ Dux Phœnices, de quo vide Notitiam Imperii Rom.

μᾶλλον βούλεσθαι παρελθεῖν. Melius, ni fallor, scriberetur προελθεῖν.

In Caput. XXXV.

Pag.366. Χρόνους γενομένους. Assentior Henrico Savilio qui ad oram sui codicis emendavit γενόμενα &c. Idem initium capitis ita corrigit ἐκ δὲ πρώτου δὲ, &c. Posset etiam scribi ἐκ δὲ τόπου δὲ, ac forte commodius. Idem est enim ac si diceres ἐκ ἀτόπου. Pro γενομένοις, codex Tellerianus scriptum habet γεγενημένοις.

καὶ θεοδώρου. Athenodorum hunc vocat Marcellinus Comes in Chronico, Anastasio Aug. solo Cos. & Theophanes in Chronico pag. 118.

τὰ καλούμενα ἰσαυρικά. Donativum intelligit quod Hillus Tyrannus Isauris adjecerat, & Imp. Zeno invitus, reconciliationis gratia iisdem largitus fuerat. Quod Donativum Anastasius Imperator Isauris pendere cum recusasset, Isauri Romanis bellum intulerunt, ut scribit Jord. in lib. de Success. Regnorum.

In Caput XXXVI.

Φοινίκιος ἑκατέρας. Scribendum est Φοινίκης, ut legitur apud Nicephorum in cap. 35. lib. 17. Porro jam supra notavimus duplicem fuisse Phœnicen. Alterum Libanensem, alteram Maritimam dictam. Nec illud omittendum est, eam Provinciam à Latinis interdum dici Phœnicem à nominativo Phœnix. Certè in tabula Itineraria Putingerorum, Syria Phœnix dicitur, & in Notitia Imperii Rom. Dux Phœnicis scribitur in MSS. codicibus. Nec aliter scriptum inveni apud Ægesip. in l. 3. c. xx.

In Caput XXXVII.

Ἀμίδαν πόλιν. Marcellinus Comes in Chroni- Pag.367.
co hanc urbem à Persis captam esse dicit Indictione decima, Probo & Avieno Coss. id est, anno Christi 502. Anastasii autem Imp. undecimo. Vide Procopium in lib. 1. Persicor.

In Caput XXXVIII.

Καὶ τὸ μακρὸν καλούμενον τεῖχος. Delenda est particula καὶ, utpote inutilis & superflua. Porro hic murus ex conditoris nomine dictus est Anastasianus; conditus est autem Anastasio Aug. ter Cos. anno Christi 507. ut scribit Auctor Chronici Alexandrini. De hoc muro Suidas ita scribit in voce, τεῖχος· ἀνασάσιος ὁ βασιλεὺς κτίζει τὸ μακρὸν τεῖχος πρὸ ξ' μιλίων τῆς πόλεως, διατείνας ἐκ τῆς κατὰ ἄρκτον θαλάσσης εἰς μεσημβρίαν. Id est: *Anastasius Imp. longum murum exstruxit, sexagesimo milliario ab urbe Constantinopoli. Protenditur autem à mari quod est ad Septentrionem usque ad mare quod est ad meridiem. Et longitudo quidem ejus continet quadraginta millia, latitudo vero pedes viginti.* Plura vide apud Petrum Gillium in lib. 1. de Topographia urbis Constantinop. cap. 21.

In Caput XXXIX.

Ἐπὶ πρώτου καὶ κορυφαίαν τῶν ἀρχῶν. His Pag.368.
verbis Præfecturam Prætorianam designare videtur Evagrius. Hæc enim vertex erat omnium dignitatum, ut loquitur Ammianus Marcellinus. Ad hanc igitur tributum Chrysargyrum quarto quoque anno deferebatur. Certè tributa

buta in arcam Præfecturæ Prætorianæ inferri solebant. Hinc est quod in libro 13. codicis Theodosiani, titulo de lustrali collatione, legum maxima pars data est ad Præfectos Prætorio. Quippe lustralis collatio nihil aliud est quam Chrysargyrum: aurum scilicet atque argentum negotiatoribus indictum, seu lustralis auri collatio, & auraria functio. Sic enim vocatur in eodem titulo. Utrum porro tributum, an potius vectigal dici debeat, incertum est. τελωνεία quidem vocat Evagrius quod est vectigal. Dicitur etiam vectigal in lege penultima de lustrali collatione. Aurum pœnosum id vulgo vocatum fuisse docet vetus Auctor quæstionum Veteris ac Novi Testamenti, in quæstione 75. *Didrachma*, inquit, *capitum, vel tributi exactio intelligitur, non prædiorum: quod nunc pœnosum aurum appellatur, quia & pauperes exiguntur.* De hoc tributo elegans est locus Libanii in oratione contra Florentium pag. 427. quem hic adscribam. λιχνεύω τοίνυν ἐγὼ τὸ τὰ ἄλλα πάντα νενικηκός. τοῦτο ἔστιν ὁ ἀφόρητος φόρος, ἀργυρος, καὶ χρυσὸς, φρίττειν ποιήσας ποιῶν τὰς ψυχὰς πεντετηρίδας. ὄνομα μὲν γὰρ εὐφημεῖται ἀπὸ τῶν ἐμπόρων τῷ πόρῳ τούτῳ. τῇ θαλάττῃ γὰρ ἐκείνων εἰς διάδοσιν χρωμένων, ὅταν μάλιστα ἄρτιον προσφέρωσιν αἱ χεῖρες, ἀπόλλυνται· διαφεύγει δ' ἂν δὲ νυμφεύσας ὃς ἐγὼ πολλάκις εἶδον τοῖς σμιλίοις εἰς ὑαλὸν αἴροντας, ὁμοίους μὲν ἐν αὐτῇ τὰ πάντα εἶναι σφίσιν. ὑμῖν δὲ τοῦτό γε αὐτὰς ἀπαλλάττει τῶν ἐγκομίων, καὶ ὑλακτόντων, καὶ μόνον οὐ δακόντων. αὐτὸς ὁ καιρὸς, ὦ βασιλεῦ, πλείω τοῦ δικαίου καθίησιν, ἐκβάλλων ἐλπίδα τοῦτο τῶν γενίων πολυμυθήτου, ἐγχέαι ἵνα αὐτοῖς δέξηται τοῦ τιμίου τὸ κιβώτιον, ἀλλ' ἵνα αὐτοῦ ἴδωσιν εἰς τοῦ κατεπείγοντος δεξιὰν ἐγχεόμενον. Quæ sic Interpretor. „ Jam verò dicamus etiam malum illud quod reliqua cuncta longe superat. Id autem est tributum intolerabile, Chrysargyrum scilicet, quo „ fit, ut singula lustra quoties jam propinqua sunt, „ terrorem animis injiciant. Et nomen quidem huic collationi speciosum est ex mercatoribus. Sed cum isti mari utantur ad merces suas „ divendendas, ii quibus manus ægre panem suppeditant, funditus pereunt. Nec immunis ab hoc „ malo sutor. Quos quidem ego sæpius vidi, „ scalpro ad cœlum sublato, jurantes in eo sua „ omnia reposita esse. Nec tamen istud eos liberat à vexatione eorum qui ipsis incumbunt, „ & qui latrant, ac tantum non mordent. Hoc „ tempus, Imperator, servorum numerum auget, „ spoliat enim libertate eos qui à parentibus venundantur, non ut ipsi pretium venditionis in „ arcam suam referant, sed ut illud in manu compulsoris transire videant. In Græco textu Libanii pro διάδοσιν emendavi διάδοσιν, & pro voce ἐγκωμίων substitui ἐγκειμένων.

εἰδικῶν σκευῶν. Inter Officiales Præfecti Prætorio, quatuor numerarii recensentur in Notitia Imperii Romani quorum unus erat auri numerarius, id est, auri lustralis seu Chrysargyri. Erat etiam inter Officiales Comitis sacrarum largitionum, Primicerius scrinii aureæ massæ, & Primicerius scrinii auri: Ideo fortasse quod portio quædam hujus vectigalis ad arcam sacrarum largitionum deferebatur. Certe in titulo de lustrali collatione extat lex Valentiniani ad Florentium Comitem sacrarum largitionum. Unde apparet aliquam partem hujus functionis auraria ad largitionales titulos pertinuisse.

A

ἐν τῶν τὰ τοιαῦτα διαψηφιζόντων. Numerarios intelligit auri lustralis, qui erant in officio Præfectorum Prætorio, ut supra dixi, διαψηφίσαι enim sunt numerarii, ut jampridem notavi ad Ammianum Marcellinum, qui alio nomine etiam rationarii dicebantur.

ὅπῃ πῶς γερουσίαν προεδεῖς. Scribe meo periculo, προεδεῖς. Nam προτιθέναι, idem est quod referre, proponere. Emendationem nostram confirmat codex Tellerianus, in quo disertè scriptum inveni προεδεῖς, ut conjeceram.

ἀβελίας ἢ. Malim scribere ἀβελίας τε ἑαυτῇ κατηγόρει. Paulo post scribendum εἰκῇ τε ἐν ἀπειρεσίαις ἀτίμητον. Pag. 36. B

ἐν ταῖς ἀληθείας. Nemo non videt scribendum esse ταῖς ἀληθείαις. Quod idem est ac si diceret οἷς ἀληθῶς. Porro hoc adverbium refertur ad vocem quæ præcedit, ἔχαιρε scilicet. Quod cum certissimum sit, mirum est tamen utrumque Interpretem adverbium istud retulisse ad sequentem vocem τυγχανεῖς.

In Caput XLI.

Πρῶτ Θ ὁ κωῖς αντῖς Θ. Scribendum est πρωτοβάτιθ, ut legitur in codice Telleriano, & apud Nicephorum in lib. 16. cap. 41. Et paulò post ubi legitur πολλὰς πολεμίους διεπόνεσεν, scribendum est πολεμεῖ, ut habet idem Nicephorus. Pag. 37. C

μίχει σὺ ἡφαφας. Procul dubio scribendum est μίχεις ἕ disjunctis vocibus. Atque ita legit Nicephorus, qui hæc Evagrii verba sic expressit: ὅτι ἐν τῷ συγγράφῳ ἔσεσθαι. Quem Nicephori locum Joannes Langus non intellexit, Sic enim vertit: *Tu namque solum rumorem mutilatum mandas litteris, non veritatem ipsam; qui longo post tempore sub Honorio & Arcadio quibus historiam tuam dedicasti, & fortasse post eorum etiam tempora longius vixeris.* Sed vertendum erat, *Quibus historiam tuam terminasti.* Etenim Zosimus usque ad expugnationem urbis Romæ ab Alarico factam, opus suum perduxit, ut ex Photii Bibliotheca constat. Cæterum ex hoc Evagrii ac Nicephori loco Vossius in libro de Historicis Græcis affirmat, Zosimum vixisse temporibus Theodosii Junioris. Neuter tamen id de Zosimo dixit. Sed tantum ajunt illum sub Honorio & Arcadio quibus Historiam suam terminavit, aut etiam diu post illos, vixisse. Certe Zosimum hunc, circa Anastasii Imperatoris tempora vixisse existimo. Nam & Olympiodorum Thebæum citat, qui sub Theodosio Juniore historiam suam scripsit, ut testatur Photius: & Syrianum Physosophum nominat, qui Procli Diadochi magister fuit. Vixit autem Proclus temporibus Anastasii. Denique Suidas Zosimum Sophistam vixisse scribit regnante Anastasio. Quem quidem existimo eundem esse cum Zosimo historiarum Scriptore. Plurimi enim Rhetores D

ac Sophistæ, adscribendam Historiam se contulerunt, ut tum ex Dionysio Halicarnasseo, tum ex aliis innumeris constat. Et Advocati fisci dignitas quâ ornatur Zosimus, non multum abhorret à Sophisticâ. A

ἐν τῷ ἀγδόῳ λόγῳ. Hic Eusebii locus legitur in cap. 28. libri 8. ex quo corrigendus est Evagrius noster.

μακεδόνων δὲ πλείας. Diu ante adventum Christi subacta fuerat à Romanis Macedonia. Sed & Albani & Iberi ac Colchi, diu ante natalem Christi ab iisdem Romanis superati fuerant. Proinde quæ hîc dicit Evagrius, nihil ad rem faciunt. Sed de tota hac invectiva Evagrii in Zosimum, vide si placet Apologiam Joannis Leunclavii, quam ille editioni Zosimi præfixit. B

ἢ εἴκοσιν ὀλυμπιάδα. Sic etiam legitur in Nicephori Græcis exemplaribus. Sed scribendum est δευτέραν ἢ ὀκδοηκοστὴν, ex Eusebio & Auctore Chronici Alexandrini.

ἢ μετὰ τὸν ἀποτειχισμόν. Fallitur Evagrius. Nam viginti plus minus annis ante natalem Christi, Ægyptus in Provinciæ formam redacta est.

Pag. 373 σεβήρου τραϊανοῦ. Melius scriberetur τραϊανοῦ: σεβήρου τε ἢ κάρου. Sic enim ordo temporum postulat. Pro Severo posset etiam scribi Verus. Hic enim de Persis insignem victoriam reportavit, ut tradunt Historiæ Augustæ Scriptores.

ἢ ἀπολλωνίου. De hoc Apollonio nihil uspiam legi. C

Pag. 374 ἢ μέντοι βασιλίσκου. In Manuscripto codice Telleriano scriptum inveni, ἢ μέντοι βασιλίσκου. Mallem tamen dicere, πλὴν μόνου, &c.

In Caput XLII.

Pag. 375 Τῶν τε καλουμένων χρυσοτίλιων. Quid sit χρυσοτίλια, difficile est divinare, cùm Evagrius noster nudum nomen posuisse contentus, rem ipsam exponere supersederit, nec alius, quod sciam, ex antiquis scriptoribus, hujus rei fecerit mentionem. Ego vero, quantum conjectura assequi possum, χρυσοτίλιον, nihil aliud fuisse existimo quàm præstationem auri, quod pro tributaria functione à Provincialibus exigi primus instituit Anastasius. D Veteres enim Romani tributa in ipsis speciebus inferre consueverant, puta in tritico, hordeo, vino & oleo: ex quibus in horrea publica convectis, annona militaris & civica erogabatur. Quin etiam Imperatorum sanctionibus vetitum erat, ne pro speciebus exactores aurum à Provincialibus exigerent, ut videre est in lege 4. & 5. codicis Theodosiani, *Tributa in ipsis speciebus inferri.* Anastasius vero primus instituit, ut pro speciebus pecunia à Provincialibus exigeretur. Id autem colligo, partim ex vocabulo ipso χρυσοτίλια, quo significatur auri collatio pro tributo: partim ex eo quod Evagrius toto hoc capite de tributaria functione loquitur, ut postea videbimus.

ἀπεμπολήσας τὸν στρατιωτικὸν δαπάνην. Hunc locum rectè vertit Joannes Langus hoc modo. *Et populos suos vectigales bellicis impensis per nundinationem devenditis supra modum gravavit.* Musculus vero interpretatur. *Et militares sumptus onerosissimè contra consuetas contributiones divendidit.* Christophorsonus autem omnium pessimè vertit hoc modo *Et stipendia militaria, una cum exactionibus non sine gravissimo reipublicæ detrimento divendidit.* Sed nos ut rem ipsam penitus intelligamus, singula verba diligenter expendemus. Ait igitur evagrius ἢ ἀπεμπολήσας. Id verbum Latinè significat eum qui vendidit. Suidas etiam observat fraudulentam venditionem eo verbo intelligi. Duplici autem modo hæc militaris sumptus venditio intelligi potest Nam aut Anastasius militarem sumptum locavit Publicanis, quemadmodum Reges nostri facere solent, qui annonæ militaris ac vestium præbitionem & alia id genus, locare soliti sunt Publicanis ac Redemptoribus. Aut venditio illa nihil aliud fuit quam adæratio: Ita ut Anastasius militarem sumptum, vestes scilicet, arma, ac pabula quæ à Provincialibus conferri solebant, gravissimo pretio taxaverit; quæ res cedebat in damnum Provincialium, qui pro speciebus ipsis pretium pendere cogebantur. Atque hunc posteriorem sensum in interpretatione mea secutus sum. Per στρατιωτικὸν autem δαπάνην intelligit Evagrius non solum stipendia militum, ut putavit Christophorsonus, sed omnem militarem sumptum, vestem scilicet, arma, & cibaria. Utitur hac voce sæpius Justinianus in edicto decimo tertio, ubi etiam δαπάνας & σιτήσεις distinguit. Et σιτήσεις quidem docet fuisse annonas & capita quæ in auro solvebantur magistratibus. δαπάναι vero cujusmodi fuerint, non explicat; sed tantum earum quoque pretia à Provincialibus exacta fuisse innuit, ubi loquitur de Duce Libyæ.

ἢ τῶν συωτιλῶν. Quid essent συωτιλεῖς Musculus & Christophorsonus non intellexerunt. Sic autem dicuntur Provinciales qui tributa pendebant. Glossæ veteres συωτιλεῖς tributarius. συωτίλεια τὸ ἐπίταγμα, tributum. Sic Evagrius in libro 5. cap. 13 τοὺς συωτιλῶντας vocat tributarios.

περιείλετο τὸν τῶν φόρων πισπραξιν ἐκ τῶν βουλευτηρίων. Inter onera Decurionum, non postremum fuit tributorum exactio. Hi enim ex corpore suo creabant susceptores annonarum, & præpositos mansionum atque horreorum, ut patet ex codice Theodosiano in titulo de Decurionibus, & in titulis de Susceptoribus. Quod tamen non ita intelligendum est, quasi soli Decuriones tributa fiscalia exegerint. Nam & Officiales Præfecti Prætorio, & Officiales Præsidum, tributa à Provincialibus exigere consueverant, ut docet Ammianus Marcellinus in lib. 17. his verbis. *Denique inusitato exemplo, id petendo Cæsar impetraverat à Præfecto, ut Belgica secunda*

multiformibus malis oppressæ dispositio sibi committeretur ; ea videlicet lege , ut nec Præfectianus , nec Præsidialis Apparitor ad solvendum quemquam urgeret. Anastasius igitur Imperator exactionem tributorum quam ex parte curabant Decuriones , penitus illis ademit. Hinc est quod in edicto decimo tertio Iustiniani , ubi agit de exactione tributorum Ægypti , nullam prorsus mentionem facit Decurionum : sed solos Scriniarios & tractatores Præfecturæ Prætorianæ nominat , qui tributa fiscalia à Collatoribus exigebant , eaque ad duplicem mensam , sive arcam Præfecturæ Prætorianæ , alteram privatam, alteram generalem inferebant. Quod quidem institutum esse arbitror ab Anastasio , qui tributa non in ipsis speciebus , sed in auro inferri decreverat , ut superius observavi. Cur autem Anastasius id instituerit , hæc ratio afferri potest Anastasius Imperator , cùm esset in Republ. gerenda providentissimus , ut testatur Procopius , auro pacem à barbaris redimere malebat , quam ancipiti marte cum iis confligere. Quod cùm ei ex voto succederet , militares numeros imminuit , quippe quibus opus non haberet , cum barbari auro deliniti pacem servarent. Itaque Suidas in voce ἀναστάσιος , ait Provincias Imperii Romani, ejus temporibus propemodum vacuas militibus fuisse. Cùm ergo Legiones Romanæ ad tam exiguum numerum redactæ essent, nihil necesse erat tot species annonarias in horrea publica congerere. Satius ergo judicabat Anastasius pecunias à Provincialibus exigere, quibus pacem à barbaris redimeret.

τὰς καλουμένας βινδίκας. Horum vindicum mentio fit in Novellis Iustiniani , & in edicto decimo tertio. Auctor Chronici Alexandrini pag. 785. ἐν οἷς ἐσφάγη ἀντίπατρος ὁ βινδὶξ ἀντιοχείας. Interpres hæc verba ita vertit. *Inter quos Antipater Antiochiæ vindex seu judex occubuit.* At vindices non erant judices , sed exactioni tributorum præpositi , ut docet Iustinianus in Novella 124. & 125. Ubi eos cum Curialibus & Officialibus & Canonicariis atque Exactoribus tributorum conjungit. Idque confirmat hic Evagrii locus. Ait enim Anastasium Imperatorem exactionem tributorum ademisse Curialibus , & ad vindices quos ipse instituerat transtulisse. Tributa igitur exigebant vindices à Provincialibus. Idem Justinianus in edicto XIII , ait Potamonem quendam Anastasii temporibus sub specie vindicis Alexandriæ , præpositum fuisse tributorum exactioni. Sic enim interpretor hæc verba; ποτάμωνος τελωνοῦντα τῶν δημοσίων τῆς ἀλεξανδρίων πρωτεύοντος κατὰ τὸ βινδικὸς σχῆμα. Unde etiam discimus vindicem Alexandriæ præpositum fuisse exactioni τῷ ἐξαγωγίῳ : id erat vectigal pro exportatione tegularum & aliarum mercium quæ ex Alexandrina urbe exportabantur. Porro ex ea pecunia quam exegerat vindex, ligna ad calefaciendas thermas publicas præbere & alia solennia munera implere cogebatur , ut docet idem Iustinianus in edicto supra memorato, his verbis; ἀναγκάσεις ἢ ἐκ καιρὸν βινδίκα τοῖς ἀλεξανδρέων πάντα τὰ παρ' αὐτοῦ γινόμενα δαπανήματα ποιῆσαι, ἐπί τε τοῖς κυρωστοῖς τῶν δημοσίων βαλανείων , &c. Ex quibus locis quidam colligere possent , unicum fuisse vindicem in unaquaque civitate. Porro notandum est Constitutionem illam Anastasii , quâ tributorum exactio Curialibus adempta esse dicitur , à sequentibus Imperatoribus minimè observatam fuisse. Certè Iustinianus in Novellis supra memoratis , inter eos qui tributa suo periculo exigebant ac suscipiebant, curiales disertè nominat.

ἰσημέρι φασὶ μαρίνου τοῦ σύρου. Hunc Marianum vocat Imperator Iustinianus in edicto decimotertio, his verbis : ἡ σὴ εὐδοξότης ἰδοῦσα ἐν τῷ πατρῴᾳ τῇ ἐπὶ τῶν χρόνων ἀναστασίου τοῦ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως , ἡνίκα μαριανὸς , ὁ τῆς ἐνδόξου ἐπὶ αὐτῷ τὰ πράγματα ἐπρατεῖτο, &c. Id est, *Tua gloriosa magnificentia invenit in charta quadam temporibus Anastasii piæ memoriæ Imperatoris, tunc cùm Marianus gloriosæ memoriæ sub illo publica negotia administrabat.* Marcellinus tamen in Chronico Marinum vocat , Indictione v. Paulo & Musciano Coss. *Die Dominico , dum jubente Anastasio Cæsare , per Marinum perque Platonem in Ecclesiæ pulpito consistentes , in hymnum Trinitatis Deipassianorum quaternitas addutur*, &c. Et Plato quidem erat Præfectus urbis Constantinopolitanæ , ut docet Victor Turonensis in Chronico : Marinus verò Præfectus Prætorio ; quamobrem Platoni præponitur à Marcellino. Porro Cedrenus ac Zonaras, dum eandem rem narrant quam Marcellinus & Victor , Marini quidem ac Platonis nomina reticent : utriusque tamen dignitatem exprimunt ; alterum λογοθέτην, alterum ἔπαρχον, nominantes. Ubi per vocem λογοθέτην , Præfectum Prætorio designant, eo quod Præfectus Prætorio tributorum ratiocinia tractaret. Cæterum non omittendum est, quod refert Zonaras , ab hoc Mariano Præfecto (sic enim vocat) navali pugna superatum esse Vitalianum tyrannum , ope speculorum quorundam incendiariorum , quæ à Proclo Philosopho erant fabricata. Ex quibus verbis quidam suspicari possent, hunc esse Marinum Syrum discipulum Procli Philosophi. Certè Nicephorus quoque in cap. ultimo libri XV. hunc Marinum Syrum appellat. Ego tamen Marinum illum Syrum qui Præfectus Prætorio fuit temporibus Anastasii , distinguendum esse existimo à Marino Syro Philosopho qui vitam Procli conscripsit. Hic enim religione Gentilis fuit , ut discimus ex veteri Epigrammate quod legitur in anthologia. Ille vero Christianus fuit, ut constat ex Marcellino.

In Caput XLIII.

Μέχρις ὀδυσσοῦ. Scribendum est ὀδησσοῦ. Sic enim vocatur à Diodoro Siculo & à Strabone ac Stephano. Nummi quoque Veteres ita scribunt , ut jampridem notavi ad librum 27. Ammiani Marcellini pag. 334. plerique tamen Scriptores

Scriptores, tam Græci quam Latini, Odyssum eam vocant, quasi ab Ulysse dicta esset. Certe Joannes Langus Ulyssopolim interpretatus est, quam Nicephorus ὀδυσσὸν dixerat in cap. 38. libri 16.

ἐπιστροφάδην πάλιν δίωξις. Scribendum puto unica voce παλινδίωξις. Idem error extat apud Nicephorum in capite 38. libri 16. ἀρχωμάλου τῆς μάχης γεγενημένης, καὶ πολλὰς τὰς τροπὰς, καὶ πάλιν διώξεις λαβούσης. Quid sit autem ἐπιστροφάδην optime docet Suidas in ea voce. Certe in codice Telleriano diserte scriptum inveni παλινδίωξις.

περὶ τὸν ἀνάπλουν. Locus erat ita dictus, ut
Pag. 376. testatur Marcellus in Chronico indictione 4. Placido solo Cos. *Theodoricus Triarii filius rex Gothorum, adscitis suis usque ad Anaplum quarto urbis milliario advenit.* Ejusdem mentio fit à Stephano in voce γυναικόπολις. ἐστι καὶ γυναικῶν λιμὴν περὶ τὴν λεγομένην φιδάλειαν τὴν μεταξὺ ἀνάπλου καὶ τῶν λεωσθενείου.

περαιωθὲν τὰς καππαδοκῶν πύλας. Hunni Caspias portas transgressi, an Armeniam, Cappadociam & Pontum irruperunt, Anthemio & Florentio Coss. anno Christi 515. ut scribunt Marcellinus & Victor Turonensis in Chronico. Dicebantur autem Sabiri teste Cedreno, vel Saber: sic enim legendum est apud Theophanem. Ex quibus scribendum videtur hoc loco περαιωθὲν τὰς κασπίας πύλας. Certe Nicephorus in cap. 38. hunc Evagrii locum ita expressit. καὶ ἄλλο τῆς γένος οὐννικὸν τὴν ῥωμαίων ἐπέδραμε. περαιωσάμενον γὰρ τὰς κασπίας πύλας τὴν ἕω διῆλθεν. Per has Caspias portas Hunni in Romanorum Provincias erumpere solebant, ut docet Procopius in lib. 1. Persicorum. Ubi angustias illas egregie describit, & ab Alexandro Macedone olim munitas fuisse testatur. Unde lucem accipit locus Hieronymi in Epitaphio Fabiolæ qui sic habet. *Ecce subito discurrentibus nuntiis, Oriens totus intremuit: ab ultima Mœotide inter Glacialem Tanaim, & Massagetarum immanes populos, ubi Caucasi rupibus feras gentes Alexandri claustra cohibent, erupisse Hunnorum examina.*

In Caput. XLIV.

Σεύηρος πρὸς σωτήριχον γράφων. Hic Soterichus Episcopus erat Cæsareæ Cappadociæ, à Macedonio Constantinopolitano Episcopo ordinatus. Qui postmodum ad partes Eutychianorum transgressus, impio Xenaiæ sese adjunxit, ut scribit Theophanes in Chronico. Proinde non mirum est, Severum Eutychianorum antesignanum ad Soterichum sui similem litteras scripsisse, & in iis Macedonium Catholicum Episcopum insimulasse, tanquam seditionis auctorem. Ipse potius Severus seditionis hujus auctor fuit, qui Anastasio Principi persuaserat, ut Trisagio hymno hanc clausulam adjiceret: *Qui crucifixus es pro nobis, miserere nobis*, quemadmodum scribit Cedrenus in Chronico. Porro hunc Trisagium hymnum Proclus Constantinopolitanus Episcopus ab Angelis edoctus fuerat. Quem simul atque sacerdos ad altare accesserat, hieropsaltes è pulpito canere incipiebat hoc modo, ἅγιος ὁ θεός. ἅγιος ἰσχυρός. ἅγιος ἀθάνατος, ut scribit Jovius Monachus in libro 6. apud Photium in Bibliotheca. Ob hunc hymnum graves postea tumultus in Ecclesia exorti sunt, cum Orientales quidem huic hymno subjicerent hanc clausulam ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς, ad Jesum Christum eam referentes. Constantinopolitani vero & Occidentales additamentum illud reciperent, ne qua passio Trinitati consubstantiali tribueretur: ejusque loco accinerent ἁγία τριὰς ἐλέησον ἡμᾶς, ut docet Ephremius Patriarcha Antiochenus apud Photium in Bibliotheca. Recte ergo faciebat Macedonius, qui morem à Proclo traditum retinens, additamentum illud respuebat.

ἐπὶ τῆς βασιλείας. Malè Christophorsonus hunc locum ita vertit, *vitam in aula Imperatoria degebat.* Eundem quoque errorem admisit Nicephorus, qui hæc Evagrii verba sic exposuit; ἔτι τοῖς ἀνακτόροις ἐνδιαιτώμενος. Verum in Evagrio scribendum est, ἐπὶ τῆς βασιλείου, id est, *in urbe Regia.* Sic enim Evagrius Constantinopolim vocare solet, ut supra notavi. Sed & in superiori capite ita eam appellat.

οὔτε τῶν κατ' αὐτόν. Procul dubio scribendum est ὅτε τῶν κατ' αὐτόν &c. quemadmodum etiam legit Nicephorus. Sic enim hæc Evagrii verba expressit. κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, ὁπηνίκα τῶν κατ' αὐτὸν ἀπηλάθη μοναστηρίου. Miror tamen id ab Interpretibus, Musculo scilicet & Christophorsono animadversum non fuisse.

ἐλάχιστον ἐπιβιώσας. Immo septem integros annos post hanc seditionem vixit Anastasius. Pag. 377.

HENRICI VALESII ANNOTATIONES IN LIBRUM QUARTUM HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ EVAGRII.

In Caput. I.

Ἡγεμὼν τῶν ἐν τῇ αὐλῇ τάξεων. Id est, *Magister officiorum.* Sic enim Græci eam dignitatem exponere solent. Jordanes tamen in libro de successione regnorum, Justinum non ex Magistro officiorum, sed ex comite excubitorum, Imperatorem à Senatu electum esse scribit. Cui consentit auctor Chronici Alexandrini, & vetus Chronographus quem olim edidi ad calcem Historiarum Ammiani Marcellini. Procopius in Anecdotis pag. 28. de Justino Imperatore loquens adhuc privato, ita scribit; ἄρχοντα γὰρ αὐτὸν ἀναστάσιος βασιλεὺς κατεστήσατο τῶν ἐν παλατίῳ φυλάχων, Id est, *Anastasius Imperator eum comitem excubitorum creavit.* Idem Procopius Justinum, non Thracem, ut Evagrius & Cedrenus ac Zonaras, sed Illyrium facit, natum oppido Bederiana. Theophanes quoque Justinum Illyrium fuisse dicit. Auctorem vero Chronici Alexandrini satis mirari non possum, qui cum eum Bederianitem faciat, Thracem tamen nominat.

In Caput III.

Ἐπὶ τῆς θράκης ποιούμενον. Nicephorus in libro 19. cap. 1. pro verbo ποιούμενον, substituit διάγοντα. Ego vero Evagrium scripsisse existimo τὰς διατριβὰς ποιούμενον. Sed à Librariis duas priores voces omissas esse. Posset etiam scribi σκηνοποιούμενον.

ἑνὸς τῶν καλουμένων πραισέντων. Duo erant exercitus in comitatu Imperatoris Romani, qui præsentes dicebantur, Græcis τὸ πραίσεντον. His præerat duo Magistri militum, qui in præsenti, seu præsentales vocabantur. Et in Orientali quidem Imperio, alter ex iis erat Magister peditum, alter equitum. In Occidentali autem Imperio uterque erat Magister equitum ac peditum. De iis duobus Magistris militum præsentalium loquitur Malchus in excerptis Legationum pag. 93. τὸν δὲ θευδέριχον καθίστασθαι στρατηγὸν δύο στρατηγιῶν

A τῶν ἀμφὶ βασιλέα, ἅπερ εἰσὶ μέγισται. Cæterum Jordanes in libro de successione Regnorum, cum Evagrio nostro consentit, de Justino Imperatore ita scribens, *Fœdusque cum Vitaliano percussit, & ad se evocatum magistrum militum præsentem & Consulem ordinarium fecit.* Vide Meurtium in Glossario Græco-Barbaro in voce πραίσεντον. In actione 5. Synodi Constantinopolitanæ sub Mæna pag. 751. καὶ τοῖς στρατηγοῖς τῶν θείου πραισέντου ἑκατέρας δυνάμεως.

οὗτος τῆς ὑπατείας ἐχόμενος. In codice Telleriano ita scribitur hic locus οὗτος δὲ εἰς ὑπάτας ἐχόμενος.

ἐν τινὶ μεταυλείῳ θύρᾳ Musculus hunc locum sic vertit. *In obscuriore quadam Palatii janua dolo occiditur.* Christophorsonus verò ita interpretatur: *In porta quadam post aulam posita,* &c. Joannes autem Langus qui Nicephorum Latine interpretatus est, ita vertit. *Ad quandam in media aula januam dolo occiditur.* Scilicet exprimere volebat vocabulum quo usus est Nicephorus, μεσαυλείῳ. Græci duas portas in ædibus pedeplanis habebant. Quarum prima, quæ plateam spectabat, dicebatur αὐλειος θύρα, ut docet Harpocratio: secunda vero, μέσαυλος seu μεσαύλειος, eo quod media esset inter vestibulum & atrium, vel quod inter ἀνδρωνίτιν & γυναικωνίτιν media esset, ut tradit auctor Etymologici. Utriusque portæ mentionem facit Lysias in oratione pro Eratosthene de cæde, his verbis; ἀναμνησάμενος δὲ ὅτι ἐν ἐκείνῃ τῇ νυκτὶ ἐψόφει ὁ μέταυλος θύρα καὶ ἡ αὐλειος. Scribendum puto ὁ μέταυλος καὶ ἡ αὐλειος θύρα. Heliodorus in libro 3. ad calcem ad eum Lysiæ locum alludit, cum ait, ἐψόφει τε ἡ μέταυλος. Quem locum Interpres ita vertit, *Perstrepebat ostium atrii.* Ælius Dionysius in Lexico apud Eustathium in ἰλιάδος λ'. pag. 862. ἀττικοὶ μὲν τὴν μέσην θύραν μέσαυλον φασὶ, μάλιστα μὲν τὴν μέσην δυοῖν ὡς φησὶν αἴλιος διονύσιος. ἣν καὶ μέταυλον αὐτὸς φησί. Idem scribit Scholiastes Apollonii ad librum 3. μέσαυλον δὲ, inquit, οἱ ἀττικοὶ τὴν φέρουσαν εἴς τε τὴν ἀνδρωνίτιν καὶ γυναικωνίτιν. Et hæc quidem de proprietate hujus vocabuli annotata sint, in cujus expositione falsus est Harpocratio, qui pro Cur-

Curte illud positum esse à Lysia existimavit. Nunc verò ad rem propiùs accedamus. Scribit Victor Turonensis in Chronico, Maximo V. C. Coss. *Vitalianus Constantinopoli intra palatium, loco quem Delphicum Græco vocabulo dicunt. Justiniani Patricii factione dicitur interfectus.* Delphicum porrò ædes erat in palatio Constantinopoli, in qua Imperatoris erant stibadia; sic dicta à Delphica mensa, cui pocula superponi solebant, ut docet Procopius in libro primo Vandalicorum. ἡ ἀπ' αὐτῆς ἐν τε βυζαντίῳ, ἡ ὅπη βασιλέως εἶναι στιβάδα ζυνίζανειν, δέλφικα τοῦτο καλοῦσι τὸ οἴκημα. Erat igitur Delphicum ædes novendecim accubitorum, juxta quam erat ingens atrium, sive area, ut infra dicturi sumus in Annotationibus ad cap. 13. libri 5. In hac igitur area, seu Curte occisus est Vitalianus in Consulatu suo, anno Christi 520. ut docet Marcellinus in Chronico. Nam μίσαυλος, seu μεσάυλειος curtem significat, quæ media erat inter Andronitin & Gynæconitim, ut supra vidimus ex Harpocratione, & ex Authore Etymologici, & ex Scholiaste Apollonii, quod si μίσαυλον pro janua accipere malimus, portam Delphici intelligere oportet. Sic Synodus Constantinopolitana sub Mena habita esse dicitur. ἐν τῷ μισαύλῳ τῷ δυτικῷ. Id est, in occidentali atrio venerabilis ædis beatæ Mariæ Virginis. Cedrenus anno 37. Justiniani ait conflagrasse μεσάυλιον majoris Ecclesiæ, quod Garsonastasium dicitur. Glossæ veteres de habitatione, complurium interpretantur μεσάυλιον. Theophanes in Chronico, pag. 158. scribit Justinianum ex Mesaulio, seu atrio Basilicæ Illi, cisternam magnam ædificasse. Glossæ veteres atrium μεσάυλιον interpretantur. Cæterùm quando Concilium in Mesaulio habitum esse legimus, non de subdivali area intelligendum est, sed de porticibus atrii. Neque enim Episcoporum Concilia sub Divo habebantur.

Ταῦτ' ἐν μὲν καταλαβών. Mallem scribere καταζυλών. Neque enim Græcè dicitur, ποιῶ καταλαβεῖν, nisi me fallit opinio. Sed rectiùs est καταζυλεῖν, quod Latini dicunt pœnas solvere. Ita loquitur Evagrius in cap. 32. hujus libri.

In Caput IV.

Ἐφ' ἑκάστοις ἀναθέματι. Scribendum est ἐφ' ἑκάσης, ut habet codex Tellerianus, & Nicephorus. Sumpsit hæc Evagrius ex libello Monachorum, qui refertur in actione 5. Synodi Constant. sub Mena, pag. 712. τὸν γὰρ ἐν χαλκηδόνι ἁγίαν σύνοδον ἐφ' ἑκάσης ὡς εἰπεῖν ἀναθεματίζειν τολμῶν, ἐκείνοις ταῦτα, πολλῶν τῶν συμβεβηκότων ἐν αὐτῇ ἡ χαλκηδόνα ἁγίᾳ συνόδῳ τῶν ὑπ' αὐτὸν ἐπισκόπων ἐν τοῖς ἱεροῖς ἔχων διαδύχοις. Sic enim legendum est cum veteri Interprete: idque confirmat Liberatus in Breviario, cap. 19. Ita scribens de Severo. *Sed vexabatur in Episcopatu, tanquam anathematizaret quidem Synodum, nominaret autem Episcopos Synodi.*

Ἐν ταῖς καλουμέναις ἐνθρονιστικαῖς συλλαβαῖς. Non intellexit hanc vocem Christophorsonus, ut ex interpretatione ejus apparet. Sic enim vertit. A *Et maximè in litteris quæ ἐνθρονιστικαὶ, id est, quæ de Episcopis in sede Episcopali collocandis scriptæ sunt, &c.* Rectiùs Joannes Langus in cap. 2. libri 17. Nicephori, sic vertit. *Potissimùm verò in eis quæ Enthronisticæ, sive synodales dicuntur, Epistolis, &c.* Ita vocabantur Epistolæ, quas in Enthronismo, id est, in exordio Episcopatus sui ad se mutuò missitabant Patriarchæ. Erant etiam Enthronisticæ homiliæ, seu conciones, quas Episcopi in auspiciis Episcopatus sui primas habebant ad populum. De his Liberatus in cap. 19. ita scribit, agens de Severo nostro. De quo hîc loquitur Evagrius. *Fertur autem expositio ejus, quæ ab eo dicta est in enthronismo,* B *in qua & unitivum suscipit Zenonis, & anathematizat Chalcedonense Concilium, & communicare se confitetur Alexandrino & Constantinopolitano.*

Καὶ τιμοθέῳ. Timotheum Alexandrinum intelligit, qui Dioscoro juniori in Episcopatu successerat, ut scribit Liberatus in cap. 19. Breviarii. Neque enim Timotheus Constantinopolitanus Episcopus hîc intelligi potest, cùm Evagrius paulò antè dixerit, Severi synodicas Epistolas Alexandriæ tantùm susceptas fuisse.

Τῷ πρώτῳ τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἔτει. Immò anno secundo Imp. Justini expulsus est Severus, anno Christi 517. ut rectè notavit Baronius.

ὃς ἐφεστήκει τῇ ἑῴᾳ τῶν ἀρχῶν. Comitem Orientis his verbis designari existimo, quæ civilis C erat dignitas, ut ad Ammianum Marcell. jampridem notavi. Nicephorus tamen hunc Irenæum Ducem rei militaris fuisse existimavit. Sic enim hunc Evagrii locum interpolavit. ὃς τῶν κῆ τῶν ἀντιόχου στρατιωτικῶν ἡγήσατο ταγμάτων. Sed mendum est in his Evagrii verbis, τῶν ἀρχῶν, quæ delenda esse existimo, aut certè corrigenda in hunc modum, ἀρχῶν ἀνὰ τῶν ἀντιόχου. quod quidem verius puto.

Καὶ πᾶσαν αὐτῷ φυλακὴν. Procul dubio scribendum est, ὡς πᾶσαν αὐτῷ φυλακὴν ἀκριβῆ περι- *Pag. 383.* θέντα, &c. Jam suprà observavi, sæpissimè in iis Evagrii libris, ἡ positum fuisse pro ὡς.

Κελευσθεὶς τῶν ὲν χαλκηδόνι. Justinus Imp. in exordio imperii sui lege latâ sanxit, ut omnes Epi- D scopi Synodum Chalcedonensem susciperent: si qui verò eam susciperè nollent, sedibus suis pellerentur. Hujus legis meminit Liberatus in cap. 19 his verbis. *Mortuo Anastasio & Justino facto Imperatore, Severum à Vitaliano Magistro militum, virum religiosum & orthodoxum accusatur, quòd despiceret Imperatoris jussionem & Synodum non susciperet.* Vide Baronium ad annum Christi 519. numero 145. Cæterùm hic Evagrii locus ansam erroris præbuisse videtur Nicephoro. Ex eo enim quod Evagrius noster dixerat, Paulum successorem Severi jussum fuisse in enthronismo suo prædicare Synodum Chalcedonensem. Existimavit Nicephorus Paulum hunc occultè Eutychianum fuisse, quod tamen falsum esse docet Liberatus in Breviario, cap. 19. & Legati sedis Apostolicæ in relatione ad Hormisdam Papam, quam refert Baronius anno Christi 519.

ἰθιλέσιος ἀναχωρήσας. Paulus Antiochenus Episcopus à Clericis suis, & à quibusdam ex populo Antiochensium accusatus est coram Legatis Iedis Apostolicæ, adhuc Constantinopoli degentibus, & post illorum recessum, coram Imp. Justino, qui cùm objecta sibi crimina diluere non posset, victus conscientiæ suæ testimonio, recusatorios libellos obtulit, petens ut à suscepto Episcopatus officio recedere sibi liceret. Quod cùm ipsi permissum fuisset, sponte se Sacerdotio abdicavit, ut scribit Justinus Imperator in Epistola ad Hormisdam Papam, quam refert Baronius anno Christi 521. Etsi autem in supra dicta Epistola diserte non dicitur, cuinam Paulus eos libellos obtulerit. Mihi tamen videtur eos libellos Imperatori Justino obtulisse. Id enim indicat Epiphanius CP. Episcopus, in Epistola quam de eodem negotio scripsit ad Hormisdam Papam. A B

In Caput V.

μηνὶ δεκάτῳ. Hunc locum non intellexit Christophorsonus, ut ex versione ejus apparet. Sic enim vertit. *Anno septimo regni ejusdem Justini, mense decimo, Artemisio videlicet, ideſt, Majo, &c.* Putavit scilicet Christophorsonus mensem decimum hic vocari Artemisium; sed non ita se res habet. Neq; enim Artemisius decimus fuit mensis Macedonum. Hoc igitur tantum dicit Evagrius hoc loco, terræmotum illum Antiochiæ contigisse anno septimo, mense decimo imperii Justini. Ac de anno quidem infrà videbimus, an rectè numeretur septimus. Mensis verò decimus rectè ponitur ab Evagrio. Nam terræmotus ille contigit mense Majo, ut testatur Evagrius & Theophanes. Hic autem mensis decimus erat imperii Justini. Justinus enim imperium auspicatus est die nono mensis Julii, ut notat Author Chronici Alexandrini. Proinde sequentis anni mensis Majus, decimus est imperii Justini. Et hæc quidem de mense, dubitationem nullam admittunt. Ad annum quod spectat, male Evagrius noster hunc terræmotum refert anno imperii Justini septimo, cum octavum potius dicere debuisset. Hic enim terræmotus contigit Indictione 4. Olybrio solo Cos. ut testatur Marcellinus Comes, & Theophanes in Chronico: qui fuit annus Christi 526. Quo quidem anno octavus ejusdem imperii ad mensem usque Julium currebat. Non rectè igitur Baronius hunc terræmotum retulit anno Christi 525. ab Evagrio in errorem inductus. Porro in MS. codice Florentino, ad hæc Evagrii verba id Scholium annotatum erat in margine, ὅτι ὁ μάϊος δίκατος μὴν λέγεται. Id est, *Nota Majum vocari decimum mensem.* Sed fallitur hic quisquis fuit Scholiastes. Neque Majus simpliciter & absolute mensis decimus dicitur ab Evagrio, sed tantum mensis decimus imperii Justini, ut supra dixi. C D

τελευταῖον δὲ ὄν. Rectius in MS. codice Florentino scribitur τελευτᾷ δὲ, &c. Porrò de hoc terræmotu, quo Antiochia eversa est, Justini Imperatoris temporibus, præter Theophanem ac Cedrenum, loquitur etiam Procopius in libro primo Persicorum, pagina 67. & 68. ubi trecenta hominum millia eo terræmotu interiisse scribit.

In Caput VI.

ἐφαίμιον τῆς ἑῴας ἀρχῆς ἅπασα διέπουσα. Id est, *Comitem Orientis, sub cujus dispositione erant provinciæ omnes Orientis*, ut docet Notitia imperii Romani. Hac dignitate præditum fuisse Ephremium, docet etiam Joannes Moschus, in cap. 47. Limonarii. *Eo tempore*, inquit, *vir clemens, & misericordiæ operibus dedstus Ephremius Comes Orientis erat, ac per ipsum ædificia publica reparabantur: civitas enim terræmotu ceciderat.* Idem quoque testatur Photius in Bibliotheca, capite ccxxviij. Pag. 84.

τότε ἡ θεούπολις. Mallem legere, ὅτε ἡ διούπολις. Quemadmodum scribitur in codice Tesleriano, & in Nicephoro, qui regnante Justiniano id cognomentum Antiochiæ inditum esse scribit. Idem etiam testatur Stephanus Byzantius in voce διούπολις, & Theophanes in Chronico. Contigit hic posterior terræmotus, mensis mensis Maji die nono ac vicesimo, Indictione septima, biennio post priorem terræ motum, ut scribit idem Theoph. pag. 151. seu potius triginta mensibus elapsis à priore illo terræmotu, ut rectè scribit Evagrius. Tot enim numerantur menses à die 29. mensis Maji, anno Christi 525. ad diem 29. Novembris, anno Christi 528. Quo quidem anno Indictio septima à Septembri mense numerari cœperat. Ex quo apparet verissimum esse id quod superius observavi, priorem illum terræmotum Antiochiæ accidisse anno Christi 526. non autem, ut Baronius existimavit, 525. Posteriorem tamen terræmotum rectè Baronius retulit anno Christi 528. quod verum est. Nam cum Evagrii calculos seqnatur, cum terræ motum anno 527. referre debuerat: siquidem prior ille terræmotus Antiochiæ, anno 525. Natalis Dominici contigisset.

In Caput VII.

τῶν τινι ἐπισήμων ἀνὰ τὴν κάισαρος πόλιν. Muscu- Pag. 88.
lus has postremas voces retulit ad vocabulum ἐπισήμων. Sic enim vertit, *Hic junctus erat nobili cuidam Cæsariensi.* Aliter tamen hæc verba construxit Nicephorus & Christophorsonus, & ea retulit ad verbum σωλεῖ, quod præcedit. Quam quidem sententiam magis probo. Dubitationem tamen affert id quod sequitur in Evagrio, Zosimum scilicet ab adstantibus postulasse thuribulum. Nam si Zosimus erat in domo Arcesilai laici, quomodo thuribulum illic quærebat, cum in domo laici moris non sit habere thuribula.

χυζικᾶς. Sic etiam legitur in Nicephoro, eamque scripturam retinuit Ortelius in Thesauro Geographico. Sed in optimo codice Florentino legitur χυζικᾶν, rectius procul dubio:

Sic enim eam Lauram vocat Ioannes Moschus A in cap. 24. *Cùm autem venisset in Eremum, & moraretur in cellis Cusibas, eadem miserationis faciebat opera. Ibat enim per viam quæ ducit à Iordane ad sanctam civitatem.* Ubi notandum est cellas à Moscho dici, quam Lauram vocat Evagrius. Certè Laura nihil aliud erat quàm cellæ Monachorum hinc inde dispersæ, ut suprà notavi. Moschus tamen in cap. 24. vocat Cœnobium Chusiba, ὁ ἀββᾶς γρηγόριος ὁ ἀπὸ σχολαείου ἐλεγε ἡμῖν ὅτι ἰδών τις ἀδελφὸς ἐν τῷ κοινοβίῳ, τῷ χουζιβᾶ. Cæterùm hæc verba, ἐν χουζιβᾷ τῇ λαύρᾳ, jungenda sunt cum iis quæ sequuntur infrà. Nicephorus tamen vulgatam distinctionem tuetur.

ἐπισκοπήσας δὲ τὸν καίσαρος πόλιν. Hic Ioannes B Abbas primùm fuit ac Presbyter Monasterii Chusiba: ex quo etiam Chuzibites cognominatus est. Posteà verò Cæsariensis Episcopus factus est, ut præter Evagrium docet Ioannes Moschus in capite 24. ἐν ὃν τῷ προσομιλεῖν τὸν ἀββᾶν τὸν ἰωάννην τὸν τότε πρεσβύτερον ὄντα τὸν ἐπίλεκτον χοζεβίτην, ὃς ἦν ὕστερον μέγιστον καισαρείας τῆς παλαιστίνης ἐπίσκοπος, τὸν μονήρη διαπαλαίσας βίον.

παχυτέρα ὄντι. Hæc verba Musculus in inter- Pag. 386
pretatione sua permisit. Christophorsonus verò ita vertit. *Quippe cùm annis plurimis onustus sim.* Quæ interpretatio ferri non potest; sequitur enim, *& ætate admodum provectus.* Idem igitur utrobique diceret Evagrius. παχῆται vocant Græci, homines crassos & obesos ac pingues. Quod genus hominum molle ac de- C licatum est, nec ad onus portandum idoneum. Suidas in voce παχεῖς ita scribit, διαφέρει πάχης καὶ παχὺς. πάχης μὲν γάρ λέγεται ὁ λιπαρὸς. παχὺς δὲ ὁ ἀνοήτως. Nicephorus quoque hoc verbum non intellexit. Ejus enim loco ista substituit, καὶ δι' ὑπόνοιαν ἐκτεταμένῳ.

ὡς ἔπεχε. Procul dubio scribendum est προσέπεχε. Apud Nicephorum legitur, ὑπῆρχε. Sed nostra emendatio melior videtur.

In Caput IX.

ἐννέα τε μηνῶν πρὸς τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέραις Pag. 387
Auctor Chronici Alexandrini pro tribus diebus habet quinque. Iustinianum enim à Iustino Augustum factum esse scribit, post annos octo ac menses novem, ac dies quinque imperii Iustini, Ca- D lendis Aprilis, Mavortio Consule: qui fuit annus Christi, 527. Verùm Auctor illius Chronici à semetipso dissentit: nam Iustinum quidem Imperium iniisse scribit die nono mensis Iulii, anno Natalis Dominici 518. A quo tempore ad Calendas Aprilis anni 527. anni sunt octo, ac menses totidem, cum diebus uno & viginti. Quòd si Cedrenum sequimur, qui Iustinianum à Iustino Augustum esse factum tradit 14. Aprilis, tum computatio Alexandrini Chronici erit certissima.

τῷ αὐτοκρατορίαν. In MS. cod. Tell. scriptum inveni, τῶν αὐτοκρατορείαν &c. quod magis placet.

ὅτι ἐννέα πρὸς τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέραις. Ex ipsius Evagrii calculo satis apparet addendum hîc esse mensem unum. Nam cùm paulò antè dixerit, Calendis Aprilis hujus anni, exactum fuisse annum octavum imperii Iustini, & novem insuper menses ac dies tres, consequens est, ut Calendis Augusti ejusdem anni, transacti fuerint novem anni cum uno mense ac diebus tribus. Ex quo colligitur, exordium Imperii Justini duci à die vicesimo octavo mensis Iunii, juxta Evagrii sententiam.

In Caput X.

εἴτε καὶ τῶν ἀληθῶς οὕτως ἐχόντων. Scribendum puto εἴτε καὶ αὐτῶν ἀληθῶς, &c. id enim sensus postulat. Nicephorus quidem hujus loci sensum minimè intellexit. Musculus verò eum optimè exposuit hoc modo. *Sive autem sic vere sentiebant, sive sic dispensatione quadam inter ipsos convenerat.* Musculum sequutus est Christophorsonus, & novam periodum ab his verbis inchoavit hoc modo: *Sive igitur ita revera sentiebant, &c.* Nos verò hæc cum præcedentibus conjunximus.

κατ' οἰκονομίαν. Musculus quidem interpretatur, *per dispensationem.* Quod non probo. Ioannes autem Langus vertit, *ex composito.* Christophorsonus autem, *dedita opera.* Egò *per simulationem* malui vertere. Opponitur enim τῇ ἀληθείᾳ. Per fraudem igitur ac simulationem id actum esse inter Iustinianum ac Theodoram nonnulli existimarunt, ut alter Catholicis, alter Acephalis adhæreret. Gallicè dixerimus, *Par politique.*

καὶ τὰς γε ἡμεδαπὰς. Christophorsonus hæc de Pag. 388
Acephalis intellexit. Sic enim exposuit hunc locum: *Et ejus opinionis homines, si nostrates essent, benevole & amicè complexa est: sin externe, præmiis benignè remunerata.* Nicephorus verò ἡμεδαπὰς, Catholicos & orthodoxos interpretatur: quod probare nullo modo possum. Per ἡμεδαπὰς enim Evagrius intelligit Orientales. ἀλλοδαποὶ verò sunt Occidentales.

In Caput XI.

τῷ παρόντι βίῳ. Assentior viris doctis, qui ante nos hunc locum ita emendarunt, τῷ παρόντι βιοτίῳ.

ζωΐλος διαδέχεται. In locum Theodosii Alexandrini Episcopi suffectus est Paulus. Quo mox pulso, Zoilus in ejus locum est subrogatus, ut docet Liberatus in Breviario, cap. 23. Victor Turonensis in Chronico, & Theophanes pag. 188. Et Liberatus quidem Paulum hunc orthodoxum fuisse testatur. Victor autem Turonensis ac Theophanes hæreticum illum fuisse tradunt, & Dioscori nomen in sacris dypthichis celebrasse. Sic enim ait Victor Basilio V. C. Cos. *Alexandrinæ Ecclesiæ, Theodosio & Gaiano exultatis, Paulus pro eis prior Tabennesiotarum, Dioscori hæretici prædecessoris sui depositionem celebrans, Palæstino Concilio deponitur, & pro illo Zoilus ordinatur Episcopus.* Theophanes verò de Paulo ita scribit: οὗτος τῷ μνήμην σκύλων τῷ ἀντίρρ ποιήσας ἐξελήλυθε τῆς ἐπισκοπῆς ὀργῇ τοῦ βασιλέως. Melius

liùs dixisset τῷ διοσκόρῳ; nam Severus, ni fallor, adhuc superstes erat tunc cùm Paulus ejectus est Episcopatu, id est, anno Christi 537. Hæc ideò annotavi, quod Baronius in Annalibus, de hoc Paulo, præter illa quæ à Liberato scripta sunt, nihil aliud dicit. A

τὸν διὰ τῆς βασιλείας ἐπιφάνιος. Erat Evagrius noster, qui Epiphanium ponit pro Mena. Anthimus enim Epiphanio successerat. Pulso deinde Anthimo, in ejus locum Mena Constantinopolis Episcopus ab Agapeto Papa ordinatus est. Post Consulatum Belisarii anno Christi 536. ut scribit Marcellinus in Chronico.

ὡς ἐν ἁπάσαις λοιπὸν ταῖς ἐκκλησίαις. De hac pace & adunatione Ecclesiarum quæ facta est post ordinationem Pauli Episcopi Alexandrini, ita loquitur Liberatus in Breviario cap. 23. *Hoc ergo modo unitas facta est Ecclesiarum anno decimo imperii gloriosi Iustiniani Augusti.* Cuncti siquidem Patriarchæ Synodum Chalcedonensem eo tempore suscipiebant, id est, anno Christi 537. Episcopus scilicet Romanus, cujus Pelagius Constantinopoli erat Apochrysarius: Paulus Alexandrinus: Ephræmius Antiochenus, & Petrus Hierosolymorum Episcopi. Ex quibus Paulus cùm initio rectam fidem simulasset, posteà ad Eutychianam hæresin defecit, ut supra notavi ex Victoris ac Theophanis Chronico. B

Pag. 389 κηρύττεσθαι τῶν ἐν χαλκηδόνι συνόδων. Quæret hîc fortasse aliquis antiquitatis Ecclesiasticæ studiosus, quoniam ritu fieri soleret hæc prædicatio Concilii Chalcedonensis. Respondeo eam prædicationem fieri solitam in ambone seu pulpito Ecclesiæ, ab Episcopo, vel ab alio cui Episcopus vices suas delegasset, dum Missarum solennia celebrarentur. Id docet Epistola, seu Libellus orthodoxorum Episcoporum oblatus Constantinopoli Agapeto Papæ, qui libellus refertur in actione prima Synodi Constantinopolitanæ sub Mena, ubi de Justiniano Imperatore ita loquuntur. καὶ διὰ τοῦτο νομοθετῆσαι τὰς ἱερὰς καὶ ἁγίας τεσσαρὰς συνόδους ἐν ταῖς ὁτιδήποτε γεσομέναις θείαις μυσταγωγίαις μεγαλοφώνως ὑπὸ τῶν ἱερῶν κηρύκων κηρύττεσθαι. Vetus Interpres ita vertit: *Et propter hoc statuit quatuor sanctas Synodos in divinis & sacris initiationibus, à sacris prædicatoribus prædicari.* Existimavit scilicet hic Interpres, μυσταγωγίαν hoc loco accipi pro initiatione, seu Baptismo, ut plerumque sumi solet. Verùm hoc loco θεία μυσταγωγία sumitur pro sacrificio Missæ, idemque est quòd θεία λειτουργία. Certè Chalcedonensis Synodus in Missarum solennibus primùm prædicata est Constantinopoli, regnante Iustino seniore, ut videre est in actione quinta Synodi Constantinopolitanæ sub Mena, pag. 725. & sequentibus editionis Colonien sis. Sed monendi sunt studiosi antiquitatis Ecclesiasticæ, ne se ab Interprete Latino in errorem induci patiantur, qui hanc proclamationem expletâ Missâ factam esse scribit. Cùm tamen Græca aliter sonent: καὶ πῶς παρελθοῦσαν κυριακὴν καὶ δευτέραν, λειτουργίας ἐπιτελουμένης ἐν τῇ ἁγίᾳ τοῦ θεοῦ ἐκκλησίᾳ, &c. Id est, *Die Dominico, & feria secunda, cùm Missa celebraretur in sancta Dei Ecclesia.* Idem error ab Interprete admissus est infra, pag. 733. *Et post lectionem sancti Evangelii, ex more sacra Missa finita,* &c. Græca sic habent: καὶ μὴ πῶς ἀναγνωσιν τοῦ ἁγίου εὐαγγελίου, ἐξ οὗ τῆς θείας λειτουργίας ὑπετελεσμένης καὶ τῶν δυρῶν κλεισθεισῶν, καὶ τοῦ ἁγίου μαθήματος καὶ τοῦ συμβόλου λεχθέντος, τοῦ καιροῦ τῶν δίπτυχων, &c. Quæ sic vertenda sunt: *Et post lectionem sancti Evangelii, cùm Missa ex more celebraretur, & clausi fuissent fores, & sacro Symbolo ex more recitato, ubi ventum est ad Dyptycha,* &c. Quæ studiosus lector illic leget si totum hunc ritum quo quatuor œcumenicæ Synodi prædicatæ sunt, & in sacris diptychis perlectæ, discere voluerit. C

νομοθετεῖν. Intelligit Novellam Justiniani 42. quæ refertur etiam in actione 5. Synodi Constantinopolitanæ sub Mena. Est in editione quidem Henrici Stephani, qui Novellas Justiniani Græcè edidit, hæc Constitutio data esse dicitur, die decimo septimo Calendas Augusti, Belisario V. C. Coss. In editione verò Concilii Constantinop. sub Mena, data dicitur octavo Idus Augustas, post Consulatum Belisarii V. C. rectiùs procul dubio. Nam cùm Justinianus eam Constitutionem promulgaverit adversùs Anthimum ac Severum, post sententiam Synodi Constantinopolitanæ in eosdem prolatam, sicut ipse testatur in exordio constitutionis: Synodus autem Constantinopolitana condemnationis sententiam in supradictos Anthimum ac Severum tulerit die duodecimo Calendas Iunias, post Consulatum Belisarii: prorsus necesse est, ut Constitutio illa Justiniani promulgata fuerit anno post Consulatum Belisarii.

τοῖς ἰδίοις ἐξάρχοις Exarchi hoc loco sunt Primates, seu Patriarchæ singularum Diœcesium ut paulò antè dixit Evagrius: quemadmodum expositi Jacobus Syrmundus in libro secundo Propemptici, cap 5. ubi de Exarchis optimè ac doctissimè disseruit. Cujus exactæ diligentiæ nihil supereſt quod addamus. Nec malè Christophorsonus hoc loco ἐξάρχους Archiepiscopos interpretatus est. Primates enim olim Archiepiscopi dicebantur, ut docet Isidorus in lib. 7. Originum, his verbis: *Ordo Episcoporum quadripartitus est, in Patriarchis, Archiepiscopis, Metropolitis, & Episcopis. Patriarcha Græca linguâ summus pater interpretatur, quia primum, id est, Apostolicum retinet locum. Sic Romanus, Antiochenus, & Alexandrinus, Archiepiscopi Græcè dicitur Summus Episcoporum. Tenet enim vicem Apostolicam, & præsidet tam Metropolitanis quam Episcopis.* D

In Caput XII.

βάλεται ὅρος. Non placet conjectura doctorum virorum, qui pro βάλεται emendarunt βαλεύεται. Neque enim Græcè dici potest βαλεύεται ὅρος, &c. Nicephorus in libro 17. cap. 10. pro his duobus vocabulis habet διετάξατο, quod magis placet.

In Caput XIV.

Pag. 390 τῇ θειᾷ παραβαλεῖν. Scribendum est παραλαβεῖν, ut jam alii ante nos observarunt. Porro de his Confessoribus Africanis, quibus Hunericus Rex Vandalorum linguam præcidi jusserat, & qui postmodum loqui non destiterunt præcisis licet linguis, loquitur Marcellinus Comes in Chronico, Theodorico & Venantio Coss. ubi etiam quosdam ex illis à se visos esse testatur. Idem scribit Victor Turonensis in Chronico, Consulatu tertio Zenonis Augusti. Et Victor Vitensis in libro de persecutione Vandalorum, Justinianus denique Imperator in lege 1. de Officio Præfecti Prætorio Africæ. Quam Justiniani Constitutionem paulò post laudat Evagrius noster in hoc capite, licet Justini nomen perperam scriptum sit pro Justiniano. Plura vide apud Baronium, anno Christi 484.

In Caput. XV.

Pag. 391. ἀξιάγαστον ἀναγεῖ. Mallem scribere ἀναγράφει, ut loquitur Evagrius in cap. 15.

In Caput. XVI.

Pag. 392. ὄναρ τι αὐτῷ φανῆναι. De hac visione Justiniano in somnis oblata Victor Turonensis ita scribit. Justiniano Aug. IV. Cos. *Justinianus Imp. visitatione Læti Episcopi ab Hunerico Vandalorum Rege Martyri facto, exercitum in Africam Belisario Magistro militum Duce, contra Vandalos mittit.* Hujus Læti Episcopi meminit Victor Vitensis in lib. 1. de persecutione Vandalorum. De hac porrò expeditione Justiniani in Africam contra Vandalos, loquitur etiam Marcellinus Comes in Chronico, eamque refert Consulatu quarto ejusdem Justiniani, id est anno Christi 534. Idem scribit Marius Aventicensis in Chronico, Baronius tamen in Annalibus Marcellinum reprehendit, eamque expeditionem à Justiniano susceptam esse contendit, tertio ipsius Consulatu, anno Christi 533. Baronii sententiam confirmat Justiniani Constitutio de confirmatione Digestorum, quæ Pandectarum operi præfixa est. Sed pace Baronii dictum sit, Marcellini ac Victoris sententiam veriorem puto. In Justiniani autem Const. cujus authoritate nititur Baronius; mendum irrepsisse non dubito, & tertium Consulatum Imperatoris Justiniani à Librariis scriptum esse pro quarto. Idq; Justinianus ipse in supradicta Constitutione tam manifestè indicat, ut mirer à Baronio id animadversum non fuisse. Sic enim loquitur Justinianus: *Leges autem nostras, quas in his codicibus, id est, Institutionum & Digestorum posuimus, sanum obtinere robur ex tertio felicissimo Consulatu præsentis duodecimæ Indictionis, tertio Calendas Januarias, in omne ævum valituras.* Duodecimâ enim Indictione Justinianus quartum gessit Consulatum, ut testatur Marcellinus Comes. Verùm objiciet aliquis duodecimam Indictionem cœptam esse ex Calendis Septembris, tertio Justiniani Consulatu. Ad aliud igitur argumentum confugiendum est, ut probemus id quod suprà dixi: quarto scilicet Consulatu Justiniani, Vandalicam expeditionem cœptam esse, eamque Constitutionem quâ nititur Baronii sententia, scriptam esse Consulatu quarto Justiniani. Istud verò ita probari potest. In fine supradictæ Constitutionis, tam Græcæ quàm Latinæ, Justinianus mentionem facit Præfecti Prætorio Africæ. Atqui Præfectus Prætorio Africæ primùm creatus est à Justiniano, Consulatu ipsius quarto, paulò ante Calendas Septembres Indictionis decimæ tertiæ, ut docet Lex prima codicis de Præfecto Prætorio Africæ. Sic enim loquitur Justinianus: *Hæc igitur magnitudo tua cognoscens, ex Calendis Septembribus futuræ decimæ tertiæ Indictionis effectui mancipari procuret.*

ἕβδομον τῆς βασιλείας αὐτῶν ἔτος. Procopii verba ex libro primo Vandalicorum pag. 107. Hæc sunt: ἕβδομοι ἤδη πλὴ αὐτοκράτορα ἀρχὴν ἔχων Ἰουστινιανός, &c. Quæ verba annum septimum jam affectum significant. Quòd si expeditionem Vandalicam Consulatu tertio Justiniani susceptam esse dixerimus, ut Justiniani verba suadere omninò videntur; cùm circa æstivum solstitium Romana classis ad portum Byzantinum appulerit, ac paulò post inde solverit, ut scribit Procopius, id est, circa finem Junii mensis: Justinianus annum tunc agebat Imperii sui septimum ac mensem tertium. Primus enim dies Imperii Justiniani ducitur à Calendis Aprilis. Sin verò expeditionem Vandalicam conferamus in quartum Justiniani Consulatum, erit hic annus Imperii ejus octavus; non autem septimus, ut Procopius scribit: quare verior est Baronii sententia, quæ & Justiniani Principis authoritate, & Procopii testimonio confirmatur.

μὴ πέμπτον ἐνιαυσὸν ἔτος. Consentit Justinianus Imp. in lege 1. cod. de Officio Præfecti Prætorio Africæ, ita loquens: *Ut Africa per nos tam brevi tempore reciperet libertatem, ante nonagintà annumque annos à Vandalis captivata.* Marcellinus autem Comes in Chronico, scribit Carthaginem à Romanis captam esse nonagesimo sexto excidionis suæ anno. Victor autem Turonensis nonagesimo septimo Vandalorum ingressionis anno Africam à Romanis Duce Belisario, captam esse dicit. Pag. 393.

In Caput XX.

ἔρυλοι. De horum conversione ad fidem Christi loquitur Procopius in lib. 1. Gothicorum, & Theophanes in Chronico. pag. 149. Hi cùm juxta Mæotim paludem in locis stagnantibus degerent, primùm Eluri nominati sunt: ἕλη enim Græcè paludes dicuntur. Jordanes in libro de rebus Geticis, de Herulis ita scribit: *Nam prædicta gens, Ablabio Historico referente, juxta Mæotidas paludes habitans in locis stagnantibus, quas Græci Ele vocant, Eluri nominati sunt.* Idem scribit Author Etymologici, in voce ἕλυρος. ἀπὸ τῶν ἐκεῖσε ἑλῶν ἑλυροὶ εἰκλίνται. διέστραπται δὲ ἐκ τοῦ ἑλοδίτας. Hos Herulos Helmoldus in Chronico Slavorum cap. 2. Gentem Slavicam esse Pag. 396.

dicit, qui inter Albiam & Odoram habitabant, longoque sinu ad Austrum portendebantur, quos etiam alio nomine Heveldos dici scribit.

In Caput XXIII.

Pag. 397. ἐπιμελῆ τε τῶν δίκην. Non dubito quin Evagrius scripserit ἐπιτελῆ τὸ τῶν δίκην ἐκτιναγὲν ἀπεργάσασθαι. Sic enim habet Niceph. in cap. 13 lib. 17.

In Caput XXV.

Pag. 398. μηδενὸς αὐτῷ τῶν κατασκόπων προϊόντος. Hunc locum correxi ex cod. Telleriano, & ex Nicephoro, apud quem ita scribitur: μηδενὸς αὐτῷ τῶν κατὰ σκευὴν προϊόντος. Id est: *Qui, cùm nihil eorum quæ agebat, ex animi sententia ipsi succederet, Ecclesiam reliquit, &c.* Vide Procopium in lib. 2. Persicorum, ubi Ephræmium Episcopum falsò accusatum esse dicit, quòd Antiochiam Persis dedere in animo haberet: ac brevi posteà metu irruptionis Persarum, in Ciliciam confugisse. De ornamentis verò ab Ephræmio datis Ecclesiæ Antiochenorum, nihil legitur apud Procopium.

In Caput XXVI.

Pag. 400 τῇ χραφῇ διαγλύψας. Dubium est, quid hoc loco χραφὴ significet, utrùm picturam, & imaginem flammæ illius quæ crucis lignum prosecuta fuerat; an scripturam. Musculus quidem pro scriptura accepit, quemadmodum etiam Christophorsonus, qui sic vertit: *Ob quam causam imago in testudine Sanctuarii statuta fuit, quæ inscriptione in Basi incisâ, hoc miraculum illis qui ejusdem ignari erant, commonstravit* Verùm hæc interpretatio ferri non potest. Primò enim basis non dicitur de imagine pictâ, sed de statuâ duntaxat. Præterea si imago erat in testudine, ubinam quæso posita erat basis. Ego verò hujus miraculi imaginem depictam fuisse existimo in lacunari Ecclesiæ, cui fortasse inscripti erant aliquot versus, qui miraculum illud commemorarent. Similes inscriptiones leguntur in Thesauro Grutheri, & in Epistolis Paulini.

τῶν δ' ἀδαρμάνου. In Nicephoro, & in codice Telleriano legitur ὀρδαδαρμάνου. De hoc Adaarmane Persarum Duce, ejusque in Syriam irruptione loquitur Evagrius noster in libro 6.

In Caput XXVII.

φοὸς ἄγβαρον ἀπέστειλε. Assentior Christophorsono & Savilio, qui pro ἀπέστειλε emendarunt ἐπέστειλε. Sed & quæ proximè sequuntur, corrupta sunt, εἶτα καὶ ἐς ἑτέραν ἔφοδον, &c. In Manuscripto codice Florentino scribitur, εἶτα καὶ ὡς ἐς ἑτέραν ἔφοδον, &c. Sed locus adhuc mendo non caret. Scribo itaque: εἶτα καὶ ὡς καὶ ἑτέραν ἔφοδον ἐς πολιορκίαν τῶν ἱδιατῶν κατέστησε χοσρόης.

ὡς ἐν τοῖς φιλοπόνοις εἶεν. Mallem scribere, τοῖς φιλοπόνοις.

καὶ τὸ πέρας ἐδέξατο. Totus hic locus corruptus est, ut legentibus apparet. Savilius quidem ad margi- A ginem sui codicis annotavit, forte scribendum esse ἐδείξατο: quam emendationem confirmat Nicephorus in cap. 16. lib. 17. ubi hunc Evagrii locum ita describit: ἔδοξε δὲ καὶ τὸ ἔργον τῷ τῆς πίστως φρήμῃ συνοῦσθαι, ὡς μάλιστα ἀληθὲς καὶ σύφωνον. Id est, ut vertit Langus, *Res ipsa quoque prædictionis ejus fidem, quod veram maxime sit & sibi ipsi consentiens, confirmavit.* Totum igitur hunc Evagrii locum ita scribendum existimo: καὶ τὸ πέρας ἔδειξε τὸ ἀληθὲς, τῆς πίστεως ἐς ἔργον τῷ προῤῥήσει ἀγαγόντος. Id est, *Et eventus ipse veritatem declaravit, fide scilicet vaticinium ad effectum perducente.*

ὅπερ ἀγίσματα πρὸς ῥωμαίων κέκληται. Procopius in libro 2. Persicorum, ex quo hæc desumpsit Evagrius, ita scribit pag. 83. ἐπὶ προόδῳ δὲ τῶν τῷ ἁγίσματι ἐργαζομένων ἐτίθεντο. ὅτου δὴ τὸ ποιεῖσθαι τὰ λατινοφωνῆ ἐκάλουν ῥωμαῖοι. Pag. 402 B Quænam autem ratione à Romanis construerentur hujusmodi aggesta, optimè docet Apollodorus in Mechanicis. Quem librum à me nuper in Latinum sermonem conversum, unà cum aliis ejusdem argumenti Scriptoribus, brevi, Deo dante, in lucem edemus.

τῷ διὸ τύκτου εἰκόνα. Hic Evagrii locus citatur in septima Synodo œcumenica, pag. 613 & à Barlaam in libro contra Latinos. De hac porrò imagine non manufacta, quam Christus ad Agbarum misisse dicitur, vide Gretserum in libro de imaginibus non manufactis. Cæterùm notandum est, nec ab Eusebio in libro primo Historiæ Ecclesiasticæ, nec à Procopio in obsidione urbis Edessenæ, ullam fieri mentionem imaginis à Christo ad Abgarum C Regem transmissæ. Solam enim Epistolam à Christo ad eum missam esse scribunt per Thaddæum Apostolum.

In Caput XXVIII.

σαυρὸς ὑπὸ ἰουστινιανοῦ. De hac cruce aurea quam Pag. 402 Cosroes ex Sergiopolitanorum Ecclesia pro redemptionis pretio obtulerat, loquitur Theophylactus Simocatta in libro 5. Historiæ, cap. 13. ubi etiam Chosroes, hujus de quo Evagrius loquitur, nepos, disertè testatur crucem illam in honorem Sergii Martyris à Justiniano Imperatore missam fuisse Sergiopolim, & in Ecclesia sancti Sergii collocatam. D

ὃν καθασὶν ἐν ταῖς τελευταίαις. In optimo codice Florentino hæc ad marginem adscripta sunt: ὅτι φησὶ θεοχόσρόου, ὅπερ ἄλλος τις τῶν ἱστοριῶν οὐκ οἶδεν. Id est: *Nota Evagrium de Chosroe dicere id quod nemo alius historiæ Scriptor commemoravit: eum scilicet sub exitum vitæ Sacramentum Baptismi suscepisse.*

In Caput XXIX.

μὴ πρότερον ἱστορηθέν. Addendus videtur articu- Pag. 403 lus postpositivus, hoc modo, ὃ μὴ πρότερον ἱστορηθέν, &c. Idque confirmat Nicephorus, qui hunc Evagrii locum ita descripsit: ὅπερ ὅπου ἤλθεν εἰς ἀκολὺ δεύτερον καὶ πεντακοσιοστὸν ἔτος νεμόσει τῷ λοιμῷ. Nulla certè pestis tamdiu grassata esse memoratur. Cœpisse autem traditur hæc lues anno post Consulatum Basilii, qui fuit annus Christi 543. ut testantur Victor Turonensis in Chronico, & continuator Marcellini Comitis. Victor quidem Turon. de hac peste ita scribit: *Horum exor-*

exordia malorum generalis orbis terrarum mortalitas sequitur, & inguinum persecutione major pars populorum necatur. Continuator autem Marcellini sic habet. *Indictione 6. anno secundo post Consulatum Basilii, mortalitas magna Italiam devastat, Oriente jam & Illyrico peraquè attritis.* Et Victor quidem consentire videtur cum Marcellino, eam pestem anno secundo post Consulatum Basilii cœpisse scribens, quemadmodum tradit Marcellinus. Dissentit tamen revera unius anni spatio. Annus enim secundus post Consulatum Basilii apud Victorem Turonensem, idem est ac annus primus post Consulatum Basilii, Christi videlicet 542. Quippe Victor Turonensis, annum post Consulatum cujuslibet Consulis proximè insequentem, perpetuò secundum appellat, non primum; sicut pluribus exemplis probari potest. Porrò Evagrius noster Victoris Turonensis sententiam sequi videtur. Ait enim Evagrius, luem illam cœpisse biennio post captam à Persis Antiochiam. Antiochia verò expugnata est à Persis, Justino juniore Consule, anno Natalis Dominici 540. ut scribunt Marcellinus & Marius in Chronico. Baronius tamen hanc pestem cœpisse contendit anno Christi 544.

ἄλλως διαίζοντ@. Scribendum puto ἄλλως διάγως ὄντ@., quemadmodum legitur apud Nicephorum in cap. 18. libri 17.

ἐν ἕ δ' ἰνδικτίῳ ἔτει. Assentior viris doctis, qui emendarunt ἐν τῷ δ' ἰνδικτίῳ ἔτει, quemadmodum legitur apud Nicephorum. Ita certè Savilius in margine sui codicis emendavit, & hanc notam adjecit, *anno Christi* 539. Putavit scilicet Savilius, Evagrium his verbis significare pestem illam præcipuè grassatam esse Indictione secundâ. Verùm Evagrius id non dicit, neque enim pestis illa adhuc grassari cœperat anno Christi 539. Id ergo tantùm dicit Evagrius: anno secundo cujusque Indictionis pestem illam graviùs solito incubuisse.

Pag. 404 ἐς χαμαιδιδασκάλους. In optimis codicibus Florent. & Tell. scriptum inveni, ἐς χαμαιδιδασκάλους ἔτι φοιτῶντας, quod est elegantiùs. Et sic loquitur Evagrius supra in cap. xxvi. hujus libri, ubi se scholam Grammaticorum frequentasse scribit eo tempore, quo Antiochia à Chosroe expugnata est, id est anno Christi 540.

οἰκέτας τε καὶ χωρίτας. Id est. *Servos & colonos.* χωρίται enim sunt rustici, seu coloni, qui etiam χωρικοὶ dicuntur, ut notavi ad caput 40. libri 6. historiæ Ecclesiasticæ Eusebii. Sic certè Theophanes in Chronico pag. 139. de Dioscori junioris electione loquens: ἀνεχώρησαν, inquit, τὰ πλήθη τῶν χωρικῶν. Ubi Anastasius Bibliothecarius rectè vertit, *Multitudinem rusticorum.*

ὄγδοον καὶ πεντηκοστὸν τῆς ἰλιγγίας. Ex hoc loco Natalis Evagrii facilè deprehendi potest. Nam cùm in hujus capitis exordio dixerit, tunc cùm ista scriberet, pestis illius annum fuisse secundum & quinquagesimum: nunc verò asserat se dum hæc scriberet, annum ætatis egisse octavum & quinquagesimum, necessariò conficitur illum in lucem editum fuisse sex annis ante pestis hujus exordium. Porrò pestis illa exorta est anno post Consulatum Basilii, seu duobus annis post excidium urbis Antiochiæ, ut supra dixit Evagrius. A Natus est igitur Evagrius anno Christi 536. aut 537.

ἐν τρισὶ τούτων δυσχρόνοις. Id est, *Duobus hic postremis annis nondum elapsis.* Quod non monerem, nisi utrumque Interpretem in hujus loci versione lapsum esse animadvertissem. Nam Musculus quidem ita vertit. *Cùm autem ista scriberem, & annum ætatis quinquagesimum octavum agerem, & duo ista temporis spatia nondum elapsa essent, &c.* Christophorsonus verò ita interpretatur: *Cùm autem ista scriberem, quinquagesimo octavo anno scilicet ætatis, non biennio antè, &c.* Meliùs dixisset: *Intra hoc postremum biennium.*

τέταρτ@ ἀπ' ἀρχῆς δωδεκάτ@. Hæc sic intelligenda sunt, non quasi quatuor solidæ Indictiones transactæ fuerint à pestis illius exordio, ad eum annum quo ista scribebat Evagrius. Quatuor enim Indictiones solidæ annos efficiunt sexaginta. Atqui supra dixit Evagrius, tunc cùm ista scriberet, annum fuisse pestilentiæ illius secundum & quinquagesimum. Non igitur de Indictionibus solidis accipienda sunt hæc verba. Nam pestilentia grassari cœpit in Oriente, Indictione quintâ, anno post Consulatum Basilii, qui fuit annus Christi 540. A quo si quinquaginta & duos annos ordine numeraveris, fiet annus Christi 594.

φιλόστρατ@ δὲ θαυμάζει. In codicibus Flo- Pag. 405
rentino & Tellseriano scribitur: φιλόστρατ@ δὲ θαυμάζει, quod tamen non probo. Quisnam autem sit hic Philostratus de quo loquitur Evagrius, & ubinam istud scripserit, incertum est. Philostratus Athenienses historicus memoratur à Georgio Syncello in Chronico, anno primo imperii Aureliani.

In Caput XXX.

καὶ ἐκκλησιαστικὰς ναοὺς μεγαλοφρεπεῖς. Henricus Savilius particulam καὶ in suo codice expunxit. Eam tamen hic retinendam esse censeo, transpositis tantùm vocabulis hoc modo: ὥστε καὶ πολλοὺς ἁγίους καὶ μεγαλοφρεπεῖς ἐκκλησιαστικοὺς ναοὺς ἀνεγεῖραι.

In Caput XXXI.

αἱ δὲ ψαλίδες κεναί. Quæret hîc fortasse aliquis, quid sibi velit vox κεναί. Ait enim Evagrius, arcus seu fornices vacuos à solo usque ad culmen surgere. Igitur hoc loco intelligere debemus apertos, nullis columnis suffultos. Procopius libro primo de ædificiis, id de duobus duntaxat arcubus testatur. τῶν δὲ ἀψίδων αἱ μὲν δύο κατὰ κεινὸν τὸν ἀέρ@ ἐπανεστήκασι φορὶ ἀντίχουσά τε καὶ δύουσά πη τὸν ἥλιον.

αὐτοῖς παρὰ τεταγμένα. Hunc locum pessimè verterunt Interpretes. Musculus quidem ita vertit: *In dextro latere ad sinistram ordinatæ sunt in illis columnæ, &c.* Christophorsonus verò interpretatur hoc modo: *In dextro latere, sunt homini ingredienti ad lævam columnæ ordine locatæ, &c.* Fraudi scilicet illis fuit unius conjunctionis omissio, quam nos ex MS. codice Florentino supplevimus hoc modo: ἐν δεξιῷ δὲ καὶ κατὰ τὸ ἐναντίον, &c. Su-

 peresl

pereſt nunc ut exponamus quid ſibi velint verba illa quæ proximè ſequuntur. παρατεταχαται αὐτοῖς κίονες. Ipſe igitur ſui Interpres erit Evagrius, qui in lib. primo, cap. 14. Eccleſiam Symeoni Styliteæ ſacram deſcribens, eam ex quatuor porticibus conſtare dicit. Additque: παρατεταχαται δὲ ταῖς στοαῖς, κίονες, &c. Id eſt, *juxta porticus, columnæ ordine poſitæ ſunt.* Quare hoc loco pro αὐτοῖς libentiùs legerem αὐτοῖς, ſubaudiendo ſcilicet ϛαλίσι.

ὑπερῶα τε μετεωρίζεσι. Hæc Cænacula mulieribus deſtinata erant, ut ſeorſum in his conſiſtentes, Miſſarum ſolennia ſpectare poſſent, ut ſcribit Paulus Silentiarius in deſcriptione ſanctæ Sophiæ, qui & Cænacula illa, ſive ſolaria, ſenis columnis ex marmore Theſſalico ſuffulta fuiſſe dicit; cùm tamen ſubtus binæ duntaxat eſſent, quæ ſolaria ſuſtinebant, pag. 110. θαλατίρων ὑπερῶια vocat Paulus, perinde ac Evagrius noſter hoc loco, & Procopius in libro primo, ubi hoc ſanctæ Sophiæ templum deſcribit: quanquam Procopius porticus potiùs appellat.

ὕτως ἀφοίθησαν. His verbis deſignat Evagrius diſcrimen quod erat inter columnas Eccleſiæ ſanctæ Sophiæ. Ait enim columnas quidem quæ erant ad dextrum & ad ſiniſtrum latus Eccleſiæ, id eſt, ad Septentrionem & ad meridiem, habuiſſe ſolaria, ſive tabulata ipſis impoſita, è quibus Fideles ſacra myſteria quæ in altari celebrabantur, proſpicere poterant. Columnæ verò quæ ad Ortum & ad Occaſum ſolis erant ſitæ, nullum ſolarium ſuſtinebant; ſed relictæ erant nudæ. Hæc ideò fuſiùs exponenda exiſtimavi, quod Interpretes nihil hic vidiſſe animadverti, ac præcipuè Chriſtophorſonum.

πλάτος τοῦ ἐμφώτου. Vide, ſi placet, deſcriptionem Eccleſiæ ſanctæ Sophiæ, quam nuper in lucem edidit Franciſcus Combefiſius, vir de literis optimè meritus, pag. 254. Deſcribit has feneſtras Paulus Silentiarius in Ecphraſi quam nuper edidit vir doctiſſimus Carolus de Fraxino, & Procopius in libro primo de ædificiis.

εἴ τι ἐφέμενοι. Idem ſcribit Sozomenus in fine libri ſecundi hiſtoriæ Eccleſiaſticæ. Sed quod notandum eſt, neuter eorum, nec Evagrius, nec Sozomenus, Epiſcopis Conſtantinopolitanis id peculiare fuiſſe dicunt, ut in Apoſtolorum æde, quemadmodum Imperatores ſepelirentur; ſed generaliter loquuntur de Epiſcopis. Sanè Nicephorus in libro octavo capite ultimo diſertè teſtatur, non ſolos Conſtantinopolitanos, verùm alios quoque Epiſcopos, qui ſanctitate vitæ præ cæteris emicuiſſent, illic conditos fuiſſe. Sæpe enim eveniebat, ut Epiſcopi, vel ab Imperatoribus evocati, vel ob neceſſitates Eccleſiaſticas ad urbem regiam profecti, ibi fato fungerentur. Sic temporibus Anaſtaſii Alciſſus & Gajanus apud Byzantium mortui, unoque ſepulchro conditi memorantur in Chronico Marcellini.

In Caput XXXII.

εἰπεῖν δὲ δεῖ ἄλλον. In editione Roberti
Pag. 407 Stephani deeſt verbum δεῖ, quod Typographi Genevenſes ex Chriſtophorſoni, aliorumve conjectura perperam ſuppleverunt. Ego verò ex codicibus Florentino & Telleriano hunc locum ita emendavi: ὑπεῖν δὲ ἄλλον, &c. quam emendationem confirmat Nicephorus. Pro his enim Evagrii verbis hæc ſubſtituit: ἐν δέ τι πρόσειν αὐτῷ.

In Caput. XXXIII.

διαπιϛῶν ἐυϛόχιος. Pro verbo διαπιϛῶν, quod procul dubio corruptum eſt, Nicephorus habet διαπιϛῶν. Pro Euſtochio autem Hieroſolymorum Epiſcopo idem Nicephorus habet Salluſtium. Salluſtius quidem Hieroſolymorum Epiſcopus fuit principatu Anaſtaſii Auguſti. Euſtochius verò ſub exordium imperii Juſtini junioris eundem Epiſcopatum geſſit, ut teſtatur Theophanes in Chronico.

Pag. 401

In Caput XXXIV.

ἐπιτραφθαι τὸ καθιϛῶτος. Procul dubio ſcribendum eſt καθιϛικότος, quemadmodum legitur apud Nicephorum in cap. 22. libri 17.

ἐγκλίνας τῷ κιφαλῷ. Solebant olim laici non ſolùm coram Epiſcopis ac Presbyteris, ſed etiam coram Monachis, caput inclinare ad benedictionem accipiendam. Cujus rei illuſtre exemplum extat apud Sozomenum in libro 8. cap. 13.

ὅτι ϛαυρίων βιβλίων τὴ λαμπολιτῶν. De hoc terræmotu loquitur Auctor itinerarii Antonini Martyris, his verbis: *Inde venimus in partes Syriæ, ubi requieſcit ſanctus Leontius, quæ civitas tempore Juſtiniani Imperatoris ſubverſa eſt à terræmotu, cum aliis civitatibus. Venimus exinde Biblum, quæ & ipſa civitas cum omnibus quæ in ea erant, ſubverſa eſt. Exinde venimus in civitatem Triari, quæ & ipſa ſubverſa eſt. Deinde venimus in civitatem ſplendidiſſimam Berytо, in qua nuper fuit ſtudium literarum, quæ & ipſa ſubverſa fuit, dicente nobis Epiſcopo civitatis, cui cognita fuerant perſonæ, exceptis peregrinis qui ibi perierant.* Civitas porrò illa, in qua requieſcit ſanctus Leontius, Tripolis eſt, ut ſupra annotavi. Hic terræmotus contigit anno vigeſimo quarto Juſtiniani, ut ſcribit Cedrenus in Chronico, & Theophanes pagina 192. Memorabile eſt quod de Botry Phœnices urbe ab iisdem Scriptoribus traditur, in ea portum factum eſſe illo terræmotu, cùm antea non extitiſſet: translato ſcilicet promontorio quod Lithoproſopon dicebatur. Verùm in Theophane ſcriptum eſt βόϛρυος pro βότρυος. Quo ſcripturæ vitio inductus Interpres, Boſtram vertit gravi errore, cùm Boſtra ſit Mediterranea civitas Arabiæ. Hujus urbis nomen reſtituendum videtur in itinerario Antonini Martyris, eo loco quem ſuperiùs adduxi. Nam pro civitate Triari ſcribendum eſt Botry.

Pag. 403

In

In Caput XXXV.

Pag. 410. ἐτέταυτο ὑπὸ ἐκ τῆς αὐτόσε ἐκκλησίας. Quis non miretur tres viros doctos in hujus loci interpretatione lapsos fuisse. Joannes quidem Langus ita vertit. *Illius enim Ecclesiæ censebatur.* Atque ita fere Musculus. Christophorsonus vero omnium pessime interpretatus est hoc modo. *Ab ea siquidem Ecclesia presbyter fuerat ordinatus.* Putarunt scilicet subaudiendum hic esse, ἐτέτακτο ὁ Θωμᾶς, cum tamen subaudiendum sit διὰπέτιος χορηγία. Id est, *Annuum stipendium, sive eleemosynà, quæ ex reditibus Antiochenæ Ecclesiæ, quotannis erogari consueverat monasterio Abbatis Thomæ.*

ἐν τῷ τῶν νοσούντων καταγωγίῳ. Joannes Moschus in Limonario cap. 88. ait Thomam mortuum esse in Ecclesia sanctæ Euphemiæ quæ erat in suburbano Daphnensi. Itaque juxta nosocomium in quo peregrini hospitabantur, Ecclesia erat beatæ Euphemiæ: quemadmodum hodie videmus Xenodochiis & Nosocomiis adjunctas esse Ecclesias. Porro Joannes Moschus ait hunc Thomam Apochrysarium fuisse monasterii sui, id est Procuratorem. Apochrysarii enim dicebantur ii qui negotia gerebant Monasteriorum & Ecclesiarum, ut docet Justinianus in Novella 6.

ἱΦραιμίῳ. Moschus in capite citato non Ephræmium, sed Domninum vocat Episcopum Antiochenum qui successit Ephræmio. Hūc Domnum vocat Nicephorus Patriarcha Constantinopolitanus.

In Caput XXXVI.

Ἐπιφάνιος διαδέχεται. Hunc Evagrii errorem jam supra notavimus, quem Nicephorus etiam correxit. Verum Nicephorus ipse dum errorem Evagrii corrigit, alium commisit. Menam quippe ab Agathone Papa ordinatum esse scribit, qui ab Agapeto ordinatus est in locum Anthimi, ut inter omnes constat.

Pag. 414. ἔθος παλαιὸν. Hanc consuetudinem, ut scilicet particulæ sacræ Eucharistiæ quæ superfuerant, pueris absumendæ distribuerentur Constantinopoli, etiam sua ætate permansisse testatur Nicephorus Callistus in cap. 25. libri 17. seque dum puer esset & frequenter in Ecclesiis versaretur, partes eas accepisse scribit.

ἐκλήρωσε. Joannes Langus hunc locum ita vertit. Puerum cum matre divino regenerationis lavacro adhibuit, Deoque dicavit. Musculus vero & Christophorsonus longe pejus verterunt. Nam Musculus quidem vertit, *servavit.* Christophorsonus vero sic interpretatus est. *Puerum cum matre lavacro regenerationis tingendos decernit.* Ego vero locum ita vertendum esse non dubito. *Puerum simul ac matrem regenerationis lavacro initiatos clero adscripsit.* Quod ita intelligendum est, ut Imperator puerum quidem illum inter Lectores Ecclesiæ censeri jusserit: matrem vero Diaconissam ordinari præceperit.

A ἐν συκαῖς. In hoc suburbano urbis Constantinopolitanæ olim supplicia de noxiis sumi consueverant, ut jam pridem monui in annotationibus ad librum 28. Ammiani Marcellini pag. 362. Quibus adde locum B. Hieronymi ex Commentariis in caput 26. Matthæi qui sic habet, *extra urbem enim & foras portam loca sunt in quibus truncantur capita damnatorum, & calvariæ, id est, decollatorum sumpsere nomen.*

In Caput XXXVII.

Ἔφασαν δὲ αὐτῷ τὰ ὠριγένους. Multi certe Monachi ab ejus communione sese adjunxerunt, eo B quod Origenis dogmata asserere crederetur. Ex horum numero fuit Abbas Elias qui etiam βοσκὸς dicebatur, ut scribit Joannes Moschus in cap. 19. Limonarii. Theophanes tamen in Chronico pag. 205. Macarium κατὰ συκοφαντίαν, id est, *Per fraudem & calumniam è sede sua pulsum esse dicit.* Verum Theophanes prorsus alieno loco id refert, principatu scilicet Justini junioris. Atqui Macarius Episcopus Hierosolymorum ordinatus est anno Christi 546. & cum biennio post è sede sua exturbatus fuisset, in ejus locum subrogatus est Eustochius anno Christi 548. ut tradit Baronius. Dissentit tamen Victor Turonensis in Chronico. Macario enim annos octo Episcopatus attribuit, eoque superstite Eustochium ordinatum esse ait anno ante Synodum quintam, id est, anno Christi 552. idque verius esse existimo.

C ἐν τοῖς αὐτὸν ἠγησαμένοις. Sic etiam legitur apud Nicephorum in cap. 26. lib. 17. ἢ μὴ μικρὸν τοῖς *Pag.* 412. αὐτὸν ἠγησαμένοις προσῆκε τοῖς, &c. Ego tamen non puto Græce dici posse, αὐτὸν ἠγησαμένοις. Scribo itaque ἢ ἐν τοῖς αὐτῶν ἠγησαμένοις, &c. Subauditur enim τῷ ἀλεξανδρέων.

In Caput XXXVIII.

Ἐν τῇ παλαμιγένους λαύρᾳ. Hujus novæ Lauræ mentio fit in vita sancti Euthymii. De eadem re Theophanes, licet alieno loco, in rebus scilicet Justini junioris, ita scribit, ὑφ' ὧν ὁ ἀπὸ Θηβῶν εἰς Ἱεροσόλυμα, μίσει τῷ πρὸς ἀπολινάριον καὶ ἀγάθωνα καὶ D μακάριον, τοὺς τῆς νέας λαύρας μοναχοὺς ἐξέβαλεν ὡς ὠριγενιστάς· καὶ διὰ τοῦτο ἐξεβλήθη, καὶ πάλιν ἀπεκατέστη μακάριος εἰς τὸν ἴδιον θρόνον. Id est, *Eustochius autem veniens Hierosolymam, præ odio quo adversus Apollinarem & Agathonem ac Macarium flagrabat, novæ Lauræ monachos expulit, tanquam Origenistas. Quamobrem & ipse postea ejectus est, & Macarius in suam sedem restitutus.* Baronius quidem Macarium in sedem suam restitutum esse existimat, paulo post ordinationem Eustochii: ac deinde Eustochium Hierosolymitanam sedem iterum obtinuisse, quippe qui quintæ Synodo Constantinopolitanæ per legatos suos interfuerit anno Christi 553. ut ex Evagrio nostro, & ex actis supradictæ Synodi satis constat. Verum Baronius longe à vero aberravit. Macarius enim diu post quintam Synodum, pulso Eustochio in

sedem suam restitutus est anno 37. Justiniani post A Consulatum Basilij anno 24. ut scribit Victor Turonensis in Chronico, qui iisdem temporibus vivebat, nec istud ignorare potuit.

κόνων τῆς σάβα. Hujus Cononis illustre texit elogium Cyrillus Scythopolitanus in vita sancti Sabæ sub finem, his verbis; *Qui Cassianus cum decimum mensem implesset in administratione, deinde ex hac vita migrasset, Cononi post mandant monachi præfecturam. Mandant vero Deo, ut arbitror monachorum animos ad hoc movente. Fuit autem vir ille summe resplendens & rectis dogmatibus, & omni virtute, & recte factis: qui etiam in præfectura usus est magna curâ & diligentiâ. Nam & eos qui illinc recesserant ejecti ab Origenistis Patres, rursus cellegit: & Lauram quæ à frequentibus illis tumultibus & bellis hæreticorum jam inclinata fuerat in genua, B erexit & veluti renovavit.* De eodem Cononе Hegumeno Lauræ sancti Sabæ loquitur Joannes Moschus, in cap. 42. ubi eum Eustochij Hierosolymitani Episcopi familiarem fuisse innuit.

ἐπισάγει τὰ κατὰ Θεόδωρον. Idem scribit Liberatus in Breviario cap. 24. his verbis. *Reserato aditu adversariis Ecclesiæ ut mortuus damnaretur; Theodorus Cæsareæ Cappadociæ Episcopus, dilectus & familiaris principum, secta Acephalus, Origenis autem defensor acerrimus, & Pelagij æmulus, cognoscens Origenem fuisse damnatum, dolore damnationis ejus ad Ecclesiæ conturbationem, damnationem molitus est in Theodorum Mopsuestenum*, &c. Liberatus tamen nihil dicit de Rufo & Cononе Abbatibus ab Eustochio missis Constantinopolim. Ex adverso au- C tem Evagrius nihil dicit de damnatione illa Origenis, quæ studio Pelagij Romanæ sedis Apochrysarij facta fuerat ab Imperatore Justiniano, & cui omnes Patriarchæ subscripserat; Zoilus scilicet Alexandrinus, Ephræmius Antiochenus, Petrus Hierosolymitanus, ut scribit Liberatus in præcedenti capite, id autem contigit anno Christi 538. ut tradit Baronius. Legatio vero illa Cononis ac Rufi aliorumque monachorum Palæstinensium missa est ab Eustochio Constantinopolim anno Christi 55. Eo enim anno Apollinaris in locum Zoili Alexandrini Episcopi subrogatus est, ut scribit Baronius. Eustochius vero in odium præcipuè Apollinaris Alexandrini Episcopi, monachos novæ Lauræ, tanquam Origenistas è monasterio exturbavit, sicut ex Theophane supra retulimus.

Pag. 413. ταῖς γὰρ ἀποκρίσεσι ἦν ἀμασείας ἐπίσκοπος. Id est, *Apochrysarius erat Amasensis Episcopi.* Habebant enim tam Patriarchæ, quàm majorum Ecclesiarum Episcopi, Apochrysarios sive responsales, qui in Imperatoris palatio Ecclesiastica negotia procurabant. Quod à temporibus Constantini Magni usurpatum fuisse scribit Hincmarus in epistola 14. ad proceres regni. Habebant & monasteria suos Apocrysarios in urbe Regia, qui eodem officio fungebantur, ut supra observavi. Horum Apochrysariorum mentio fit in Novella 6. Justiniani. Plura vide in Glossario Pithoei ad Novellas Juliani antecessoris, & in Onomastico Kosveydi ad vitas Patrum.

ἐγγράφως σωφρόνιος. Joannes Langus hæc verba de Eutychij ordinatione intellexit. Sic enim vertit. *Porro Vigilius etiamsi ei scripto interveniente, cum Eutychio conveniret; assidere tamen illi noluit.* Verum hæc interpretatio est contra mentem Evagrij atque ipsius Nicephori. Id enim tantum dicit Evagrius; Vigilium consensisse quidem iis quæ gesta sunt in Synodo; eitamen interesse noluisse. Idque confirmatur ex actis Synodi quintæ Constantinopolitanæ pag. 112. Ex quibus discimus, Vigilium Papam qui tunc erat Constantinopoli, licet sæpius rogatus fuisset, tum ab Imperatore Justiniano, tum ab universis Episcopis qui in ea urbe collecti erant, ut ad Concilium veniret, idque ipse scripto pollicitus esset: nunquam tamen accedere voluisse. Porro, scriptum illud quo Vigilium definitioni Synodi consensisse ait Evagrius, nihil aliud est, quam constitutum Vigilij quod edidit Baronius ad annum Christi 553. vel certè epistola Vigilij Papæ quam primus Græcè edidit Petrus de Marca, unà cum dissertatione doctissima, quam operæ pretium fuerit legere.

ἡ μεγάλη θεοῦ καὶ σωτῆρος. Extat hæc sententia in collatione 8. Synodi 5. pag. 112.

τεσσαρα καὶ δέκα κεφάλαια. Hæc quatuordecim Pag. 44 capitula, sive expositiones rectæ fidei, extant pag. 115. & 116. Synodi 5. CP.

ἐκ λιβέλλων ἢ ἐπιστολῶν. In actis quidem Synodi 5. Constantinopolitanæ quæ Latino sermone edita ad nos pervenerunt, nihil extat eorum quæ subjungit Evagrius, de Origenis scilicet, & Evagrij ac Didymi condemnatione. Itaque Baronius acta ista mutila atque imperfecta esse merito existimavit. Nicephorus quidem hæc adversus Origenem ejusque sectatores gesta esse dicit in secunda congregatione; Theophanes vero & Auctor Chronici Alexandrini, quintam Synodum primo ac præcipuè collectam esse scribunt adversus errores Origenis & Evagrij ac Didymi; secundo autem loco adversus tria capitula.

ἰλλυρικῶν καὶ μανιχαϊκῶν ζιζανίων. Hæc verba desumpta sunt ex epistola Imperatoris Justiniani ad Synodum 5. CP. cujus epistolæ pars refertur à Cedreno in Chronico. ἐπεὶ τοίνυν διέγνωμεν ὑμῶν ὡς τινὲς ἐν ἱεροσολύμοις εἰσὶ μοναχοὶ δόκησιν συ- D στάντες καὶ πλάνων καὶ ἀσεβῆ εἰς κατάκολουθοῦντες, δεῖν ἡγήσθημεν φροντίδα καὶ ζήτησιν ποιήσασθαι περὶ τούτων, ἵνα μὴ τέλεον δι' αὐτὸ τῆς ἑλληνικῆς καὶ μανιχαϊκῆς ἀπάτης αὐτῶν πολλοὺς ἀπολέσωσι. Id est, *Cum igitur nobis nuntiatum fuerit, quòsdam esse monachos Hierosolymis qui Pythagoram & Platonem, & Origenem & Adamantium sectantur, de his rebus curam & quæstionem habendam esse existimavimus, ne Græcanico & Manichaico errore multos penitus perdant.* Idem legitur in Epistola Imperatoris Justiniani ad Menam de erroribus Origenis.

τῆς ἄνωθεν εὐσεβείας. Non possum probare interpretationem Christophorsoni, qui hæc

verba ita vertit. *Qui animum nobilitatis antiquæ participem tenes.* Longe rectius Joannes Langus & Musculus ea interpretati sunt. Langus quidem hoc modo. *Qui animum obtines cœlestis participem generositatis.* Musculus vero ita vertit. *Animum supernæ nobilitatis sortite Christianissime Imperator.*

τῷ πολυχρόνῳ τῶν πλάνων. Melius apud Nicephorum scribitur πολυχρόνῃ, neque enim Græce dici existimo πολυχρόνῳ. Eundem errorem jam alibi me observasse memini. Sed locus nunc minime succurrit.

Θεόδωρος ὁ ἀσκιδᾶς ὁ καππαδόκης. Quantum ex his Evagrii verbis colligere licet, erat hic Theodorus Cappadox ex numero monachorum novæ Lauræ, quæ fuit juxta urbem Hierosolyma. Hic est igitur Theodorus Nonni Origenistæ assecla, qui postea Cæsareæ Cappadocum Episcopus factus, Origenistarum patrocinium aperte suscepit, ut scribit Cyrillus Scythopolitanus in vita sancti Sabæ. Porro cum hic Theodorus Cæsareæ Cappadocum Episcopus primas, ut ita dicam, partes egerit in Synodo 5. Constantinopolitana, ut ex ejus actis perspici potest, quomodo nunc in eadem Synodo tanquam Origenista accusatur? Non igitur sine causa suspicari possumus, hæc quæ Evagrius, Theophanes, & Cedrenus gesta esse dicunt in 5. Synodo adversus Origenem, diu post illam Synodum adjecta ei fuisse ob argumenti similitudinem: non tamen in ea Synodo acta fuisse. Sic etiam gesta quintæ Synodi Constantinopolitanæ sub Mena adversus Anthimum & Zoaram, huic Synodo quintæ Oecumenicæ subjici solebant, ut testatur Photius in Bibliotheca. Idem etiam probari potest ex iis quæ subnectit Evagrius. Ait enim multa impie dicta, ex Evagrii ac Didymi & Theodori Mopsuesteni libris collecta, ad eam Synodum relata esse. Quod si hæc in quinta Synodo Constantinopolitana gesta essent, ut tradit Evagrius, superfluum omnino fuisset atque inutile, Theodori dicta repetere quæ in supradicta Synodo toties recensita fuerant atque damnata. Itaque existimo hæc adversus Origenem acta esse in alia Synodo Constantinopolitana anno Christi 538. tunc cum Monachi quidam Hierosolymitani quibus Pelagius Romanæ Ecclesiæ Diaconus ac Mena Episcopus Constantinopolitanus favebant, libellum Justiniano obtulerunt, capitula quædam ex libris Origenis excerpta continentem; postulantes à Principe ut ea capitula damnarentur, quemadmodum refert Liberatus in cap. 23. Breviarii. Vide Baronium ad annum Christi 538. Cæterum conjecturam nostram prorsus confirmant ea quæ paulo ante scribit Evagrius; in iis videlicet gestis adversus Origenem insertam fuisse epistolam Imperatoris Justiniani ad Vigilium Papam de erroribus Origenis. Non igitur in Synodo quinta Constantinopolitana hæc gesta sunt anno Christi 553. Eo siquidem anno Vigilius erat Constantinopoli, nec necesse erat, ut Justinianus cum eo per litteras ageret. Acta sunt ergo hæc adversus Origenem diu antea, tunc videlicet cum Justinianus accepto libello Monachorum illorum Palæstinensium, epistolam scripsit ad Menam Episcopum Constantinopolitanum de erroribus Origenis: jubens ut collectis Episcopis qui in urbe regia aderant, & Abbatibus monasteriorum, errores illos condemnaret. Extat hæc Justiniani epistola Græce & Latinè edita ad calcem Synodi quintæ Constantinopolitanæ. Alieno prorsus loco. Non enim pertinet ad Synodum quintam Constantinopolitanam quæ anno 553. celebrata est, sed ad alteram Synodum Constantinopolitanam quæ jussu Imperatoris Justiniani collecta est anno Christi 538. Itaque Baronius hanc epistolam Justiniani recte retulit ad eum annum quem dixi. In fine autem ejus epistolæ Justinianus diserte testatur, se ad Vigilium quoque Romanæ urbis Episcopum epistolam scripsisse eodem argumento. Sic enim ait; *Hæc porro eadem scripsimus non modo ad Sanctitatem tuam, sed etiam ad sanctissimum & beatissimum Papam senioris Romæ & Patriarcham Vigilium, & ad cæteros omnes sanctissimos Episcopos & Patriarchas, Alexandriæ, Theopoleos & Hierosolymorum, ut & hi huic rei prospiciant & hac finem adipiscantur.* Denique anathematismi illi quos adversus Origenis dogmata in quinta Synodo Constantinopolitana contortos fuisse dicit Nicephorus, iisdem plane verbis leguntur in epistola Justiniani ad Menam, quæ scripta est diu ante Synodum quintam, anno Christi 538. ut ex Liberato docet Baronius. Idem quoque probari potest ex epistola quam Gregorius Magnus initio Pontificatus sui scripsit ad quatuor Patriarchas. Nam cum in ea epistola diserte profiteatur, se quintam Synodum Constantinopolitanam cum veneratione suscipere, in qua epistola Ibæ & Theodori ac Theoduriti scripta quædam damnata sunt, de Origenis condemnatione nihil dicit. Quam profecto non omissurus fuisset, si Origenes in ea Synodo esset condemnatus.

εὐτύχιος μὲν σκολάζεται. Hæc satis negligenter ab Evagrio scripta sunt, qui causam depositionis Eutychii dissimulavit, ne Justiniani Principis memoriam aliquatenus offenderet. Quod si quis integram hujus rei narrationem legere desiderat, extat apud Surium in vita beati Eutychii Patriarchæ, ab Eustathio ejus discipulo eleganter conscripta, & apud Nicephorum in cap. 29. lib. 17. Baronius id factum esse dicit anno Christi 564. qui fuit ultimus annus Imperii Justiniani.

ἰωάννης ϛ'. Hic est Joannes Scholasticus, cujus extat quædam Canonum collectio. De ejus ordinatione ita scribit Victor Truonensis in Chronico. *Anno 39. Imperii sui Justinianus Eutychium Constantinopolitanum Episcopum, damnatorem trium Capitulorum, & Evagrii Eremitæ Diaconi, ac Didymi Monachi & Confessoris Alexandrini, quorum laudes supra illustrium virorum ex authoritate protulimus, exilio durigit. & pro eo Joannem ejusdem erroris consimilem Episcopum facit.*

ἐν τῷ σεῖμιος. In optimo codice Florentino A scriptum inveni σερῆμιος, hic & in sequenti capite. Hujus prædii meminit Theophanes in Chronico pag. 151. ubi de Alamundari irruptione in Syriam scribit, καὶ ἔκαυσε τὰ ἔξω καλχηδόνος καὶ τὸ σερμίον κτῆμα καὶ τὴν κονιγίαν χώραν. Id est, *Et incendit exteriora Chalcidis, vastavitque Sermium prædium & regionem Cynegicam*, in Græcis pro καλχηδόνος emendavi χαλκίδος.

In Caput XXXIX.

Pag. 415. Ἀῤῥήτοις σρίγκοις. Rectius in Nicephoro scribitur ἀῤῥήτοις. Quam scripturam confirmat etiam codex Tellerianus. β

μακαρίου ἀνθις ἀποδοθέντος. Hic locus inprimis notandus est adversus Baronij sententiam, qui Macarium in sedem suam restitutum esse credidit ante quintam Synodum Constantinopolitanam. Verum hanc Baronij opinionem refellit hic Evagrij locus, qui Macarij restitutionem factam esse docet diu post illam Synodum. Evagrio subscribit Victor Turonensis in Chronico his verbis, *Anno 37. Imperij Justiniani, Eustochius Hierosolymitanus Episcopus qui fuerat Macario superstite ordinatus, ejicitur: & rursum Macarius reformatur.* Theophanes autem in Chronico, restitutionem Macarij confert in tempora Justini junioris, ut superius observavi.

μὴ βιγιλίου ἰωάννης. Erat Evagrius. Neque enim Vigilio successit Joannes, sed Pelagius. Quo mortuo Pontificatum Ecclesiæ Romanæ susceptit Joannes Junior, anno natalis Dominici 560.

In Caput XL.

ἐπὶ τούτῳ κατασείσει. Rectius apud Nicephorum, & in codice Telleriano scribitur τοῦτον κατασείσει. Sic enim leges Grammaticæ postulant. Metaphora est ducta ab obsidionalibus machinis, quibus urbes expugnari solebant. Porro de hujus Anastasij Sinaitæ constantia in defendenda recta fide adversus hæresin Aphthartodocitarum, scribit etiam Eustathius in vita beati Eutychij Patriarchæ Constantinopolitani. Pag. 45

σωτακτήριος πρὸς τὰς ἀντιοχίας λόγος. Mirum est tres Interpretes Langum, Musculum & Christophorsonum, in unius vocabuli interpretatione simul lapsos fuisse. Græci σωτακτικὸς & σωτακτήρίους λόγους vocabant orationes ad valedicendum, earumque orationum peculiarem methodum nobis tradiderunt, ut jam pridem monui in Annotationibus Eusebianis pag. 226. Quæ hic repetere superfluum puto.

καὶ τὸ πρόσφορον τῆς ἱστορίας. Savilius ad oram sui codicis emendavit καὶ τ' πρόσφορα. Sic enim flagitant leges Grammaticæ. Eas tamen ab Evagrio nostro interdum sperni observavi. Nicephorus vero cùm hunc Evagrij locum describeret, pro particula conjunctiva præpositionem substituit hoc modo: πρὸς τὸ πρόσφορον τῆς ἱστορίας.

HENRICI VALESII ANNOTATIONES IN LIBRUM QUINTUM ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ EVAGRII.

In Caput I.

ΟΝ κυροπαλάτῃλω. De officio Curopalatæ multa jam dicta sunt à multis, quæ hic repetere superfluum est. Illud duntaxat admonebimus, Curopalaten cum aureâ virgâ semper præivisse, quoties Imperator in publicum procederet. Docet id Cassiodorus in formula curæ palatij, his verbis. *Considera, qua gratificatione tractaris, ut aureâ virga decoratus, inter obsequia numerosa, ante pedes regios primus videaris incedere.* Ita certè Corippus in libro 2. de laudibus Justini minoris, capite 7. ubi Justini processum ad Circum describit.

---- tunc ordine longo
Incedunt summi Proceres, fulgensque Senatus,
Ipse inter primos vultu præclarus honoro,
Fratris in obsequium gaudens Marcellus abibat.
Dispositorque novus sacræ Baduarius aulæ,
Successor soceri, factus mox Curopalates.

De hac aureâ virgâ quæ Imperatoribus Romanis præferri consueverat, loquitur Paulus Silentiarius in descriptione Templi sanctæ Sophiæ, haud procul ab initio.

--- ὀρθώσιος γὰρ
Ὡς θέμις, ὑπ' ἀνέμιμνε σιωπόωσον ἀεσιδιάτλω,

οὗ

Οὐ χρυσῆν τινὰ ῥάβδον, ἀεὶ προκίλευθον ἀτάκτων. Neque enim assentior doctissimo viro, qui aureas fasces interpretatus est. Ac primum quidem hæc dignitas levis fuit, quippe quæ erat sub dispositione Castrensis sacri Palatii. Postea vero summa Palatii dignitas haberi cœpit, ex quo Justinus Justiniani nepos eam gessit. Fuit autem civilis hæc dignitas, non militaris, ut putavit Alemannus, qui Curopalatem cum Comite excubitorum confudit in Notis ad Procopii ἀνέκδοτα.

τὰς ἀπανταχῆ συνειλεγμένας ἱερέας. Nicephorus in cap. 33. libri 17. hæc Evagrii verba accepit de Episcopis, qui pro rectæ fidei defensione varia in loca relegati fuerant à Justiniano. Sed verbum illud συνειλεγμένας hanc interpretationem ferre non potest. Itaque Christophorsonus hunc locum interpretari maluit de Episcopis qui ex omnibus locis in unum congregati erant Constantinopoli: Sed neque hanc interpretationem probare possum, cum Evagrius Episcopos illos non dicat collectos fuisse Constantinopoli, sed ἀπανταχῆ, id est omnibus in locis.

ταῖς κακίαις. Deesse videtur aliquod vocabulum, quod suppleri potest hoc modo. ταῖς ἐναντιωτάταις κακίαις. Atque ita legisse videtur Christophorsonus.

ἰουστῖνον πρωτοξυῆ. Fuit hic Justinus Germani Patritii filius, consobrinus Imperatoris Justini, ut scribit Joannes Biclarensis in Chronico. Germanus quidem, & Justinus junior cognati erant. Nam Germanus nepos erat Justiniani ex fratre. Justinus vero Imperator, filius erat Vigilantiæ sororis Justiniani. Cæterum hic Justinus Germani filius Consulatum gesserat anno Christi 540. Eundem Justinianus Imperator Magistrum militum per Colchidem & Armeniam in locum Martini creaverat, ut scribit Agathias in libro quarto; postea veto eundem Magistrum militum fecit per Thracias. Ut docet Menander protector in libro primo Historiæ pagina 99.

τοὺς γειτνιῶντας τύρκους περιυγότες. Qualiter Abares isti à Turcis superati in Europam se receperint, refert Theophylactus Simocatta in libro 7. cap. 7.

Pag. 420 καί τινες πρὸς ὁρμήσεις. Apud Nicephorum in capite 34. libri 17. & in codice Telleriano scribitur una voce προτορμίσεις, quod magis probo. Totum veo hunc locum ita scribendum existimo ἔνθα συχνὰ μὲν ἔθνη βαρβαρικὰ ἐξωκίδησαν, ὠκίδησαν δὲ καὶ ὑπορωμαίων πόλεις τε καὶ στρατόπεδα. &c. Id est „*Ubi multæ quidem barbaræ gentes relictis sedibus suis habitant, urbes vero & castra & stationes à Romanis conditæ sunt.*

πρὸς ἰουστινιανὸν ἐπρεσβεύσαντο. Justiniani Augusti temporibus Abares in Europam transgressi, primum Romanis innotuerunt, ut tradit Theophylactus Simocatta in libro septimo, capite octavo: cum enim ad loca Scythiæ ac Mœsiæ pervenissent, legatos ad Justinianum miserunt anno trigesimo primo Imperii Justiniani, ut scribit Theophanes in Chronico & Anastasius Bibliothecarius. Victor tamen Turonensis hanc legationem paulo serius commemorat. Post Consulatum Basilii viri clarissimi *anno 23. Justinianus princeps legatos gentis Abarorum unde venerant, facit.* Hic erat annus tricesimus sextus Imperii Justiniani. De eadem Abarum legatione ad Justinianum videndus est Menander Protector in libro primo Historiæ pagina 99. editionis Regiæ, ubi eam legationem luculenter describit, & Victoris Turonensis sententiam confirmat. Ait enim Justinianum non multo post è vivis abiisse.

In Caput II.

Τάς τε παρ' αὐτῷ πρόοδους. Nicephorus hoc loco præpositionem sustulit. Sic enim hunc Evagrii locum expressit: ἢ τὰς αὐτῷ πρόοδους ἀνεῖργε. Malim tamen in Evagrio scribere ταί τε παρ' αὐτὸν πρόοδοι εἶργον. Quam lectionem in versione mea secutus sum.

καθῆκε γὰρ ἔτι οἰκοι. Nicephorus quidem & Christophorsonus hæc Evagrii verba de Justino Justini Imperatoris consobrino intellexerunt. Ego vero de Iustino ipso Imperatore malim accipere. Hic enim cum æger esset, ut plurimum sedebat domi, & consobrinum suum Iustinum ad se vetuerat accedere. Certe Cedrenus ac Zonaras id quod dixi de Iustino testantur. Cedrenus enim ita scribit. ὅτος ὁ ἰουστῖνος σωιχῶς νοσηλευόμενος ἢ σκοτοδινιῶν, ἢ μὴ δυνάμενος προέχεσθαι, &c.

ἐς πῶ ἀλεξάνδρω μεγάλω ἰσοικίζεται. Mallem legere ἐξοικίζεται. Sic in superiori capite, ubi legitur ἐσωκίδησαν δὲ, &c. Nicephorus legit ἐξωκίδησαν, & Evagrii locum intelligit de Barbaris qui eo abducti fuerant à Romanis. Cæterum hic Iustinus Augustalis & Dux Alexandriæ factus est à Iustino Imperatore anno sexto Imperii ipsius Iustini, ut scribit Theophanes ac Cedrenus. Cedreni verba sunt hæc; ἀκούσας δὲ ἰουστῖνος, ὅτι ὁ ἀνεψιὸς αὐτῷ αὔγουστος, ὁς ἰῶ δὲ ἐξ ἀλεξανδρείας συσκευὼν μελιτᾶ κατὰ τῶ βασιλέως, πέμψας αὐτὸν ἀπεκεφάλισεν. Scribe ὁς ἰῶ ἄνουστάλιος ἢ δὲ ἐξ ἀλεξανδρείας, quemadmodum legitur apud Theophanem Duæ enim istæ dignitates, Augustalis ac; Ducis, licet distinctæ essent, interdum tamen uni eidemque simul tribuebantur ab Imperatoribus, ut multis exemplis probari potest. Porro hæc dignitas Iustino delata est ab Imperatore, non ut illum ornaret, sed potius ut procul ab urbe Regia cum amandaret. Itaque custodiæ loco fuit illi urbs Alexandria. Quare Theophanes in Chronico scribit Iustinum Augustum, consobrinum suum Iustinum quasi captivum detinuisse Alexandriæ. ἀκούσας ὁ ἰουστῖνος ὁ βασιλεὺς περὶ τοῦ ἀνεψιοῦ αὐτοῦ, ὃν εἶχεν ἐν ἀλεξανδρείᾳ ἄυγουστάλιον, &c. Cæterum

Joannes Biclarienſis in Chronico, Juſtini hujus cædem refert anno ſecundo Imperii Juſtini junioris: eodem ſcilicet anno quo Ætherius & Addæus capitali ſupplicio affecti ſunt. Idque cum Evagrii narratione magis conſentit.

In Caput III.

Pag. 421. Οὐμιτ' ὦ πολὺ. Expungenda eſt prior particula negativa, utpote prorſus ſuperflua.

τῆς μὲ συγκλήτου βουλῆς. Joannes Biclarienſis in Chronico. *Anno ſecundo*, inquit, *memorati principis, in Regia urbe Ætherius & Addæus Patritii, dum Juſtino mortem vellent veneno potius quam ferro per medicos inferre, detecti, capitali ſententia puniri juſſi; prior à feris devoratus, ſecundus incendiis concrematus interiit.* Neſcio an Joannes Biclarienſis Patritios dixerit pro Senatoribus, magnum tamen diſcrimen eſt inter Patritiam ac Senatoriam dignitatem. De eodem Ætherio & Addæo Euſtachius in vita Eutychii Patriarchæ Conſtantinopolitani ita ſcribit. *Qua quidem die, id eſt tertia Octobris, & illi qui viro ſancto inſidias ſtruxerant atque in exilium ejecerant, Ætherius & Addæus, quorum hic quidem urbis Præfectus erat, ille autem Antiochiæ curator, mortui ſunt, &c.*

ὀνόματι τῆς βασιλικῆς οἰκίας. Intelligit domum Antiochi, cujus Curator fuerat Ætherius, ut teſtatur Euſtachius in loco quem paulo ante citavi: *Ille autem Antiochiæ Curator.* Græca Euſtathii ni fallor ſic habent. ὁ ὴ ἐπίτροπος τῆς ἀντιόχου. Id eſt, *Ætherius vero Curator domus Antiochi.* Hujus domus mentionem facit idem Euſtathius, ubi qua ratione Eutychius ex urbe Regia ejectus ſit, deſcribit. *Dicebant enim quidam graves viri, ſi è ſacro templo exiret, fore ut interficeretur. Quoſdam enim armatos, atque in Antiochi prædio collocatos, eo conſilio foru eum expectare.* Ejuſdem domus Regiæ meminit Theophylactus in libro tertio capite tertio. Multæ hujuſmodi domus erant Conſtantinopoli, ut domus Placidiæ, domus Flaccillæ, domus Hormiſdæ, & aliæ plures ad Principem pertinentes: quarum ſingulæ ſuum Curatorem habebant, qui domum illam ſeu palatium, omnesque illius reditus adminiſtrabat. Hi Curæ Palatiorum dicuntur in Notitia Imperii Romani, ſub diſpoſitione Caſtrenſis ſacri palatii. Tunc vero ſumma erat dignitas horum Curatorum, qui glorioſiſſimi & magnificentiſſimi dicebantur, ut docet Conſtitutio Tiberii Auguſti de domibus Imperialibus.

In Caput IV.

Pag. 422. Ὃς ἐϛι τῷ πατρὶ ϗ τῷ ἁγίῳ πνεύματι. Apud Nicephorum in capite 35. libri 17. ubi hoc Juſtini Imperatoris edictum de fide refertur, huic locus ita legitur. ὃς ἐϛι τῷ πατρὶ ϗ τῷ ἁγίῳ πνεύματι ἴσος. Quam lectionem ſecutus eſt Chriſtophorſonus. Sic enim vertit: *Qui eſt æqualis Patri & Spiritui ſancto.* Atqui hoc loco non agitur de æqualitate Patris ac Filii: Sed an Chriſtus unus ſit ex Trinitate. Rectius itaque hunc locum ſupplevi ex optimo codice Florentino in hunc modum. ὃς ἐϛιν ὁ κύριος ἡμῶν ἰησοῦς χριϛὸς ὁ ἷς τῆς ἁγίας τριάδος, ϛωιδοξαζόμενος τῷ πατρὶ ϗ τῷ ἁγίῳ πνεύματι. Codex autem Tellerianus ita ſcriptum habet, ὁ ἐϛιν ὁ τῷ πατρὶ ϗ τῷ ἁγίῳ πνεύματι.

σύγχυσιν τῇ ἑνώσει ϗ ἐπεισάγομεν. Male hunc locum interpretatur Chriſtophorſonus hoc modo: *Non confuſionem in unitatem introducimus.* Nec rectius Muſculus qui ſic vertit: *Unitatem non confundimus.* Sed Muſculum quidem haudquaquam miror, qui in hoc edicto Juſtini ἕνωσιν perpetuo vertit *unitatem*, gravi errore. Eundem errorem admiſit vir doctus qui fragmenta Ephræmii Antiochenſis Epiſcopi in Latinum ſermonem vertit, quæ leguntur in Bibliotheca Photii. Chriſtophorſonus vero qui ἕνωσιν *copulationem* ubique interpretatur, cur hoc loco aliter interpretatus ſit, equidem neſcio. Ioannes autem Langus interpres Nicephori ita vertit. *In unione confuſionem non inducimus.* Recte omnino, ſi modo ſyllabam addideris hoc modo. In unitione. Unio enim licet hodie paſſim in ſcholis Philoſophorum ac Theologorum uſurpetur, barbarum eſt vocabulum, cum pro unitione ſumitur. Nam unio Latine unitatem ſignificat, ut ex Tertulliano, Hieronymo, Prudentio, Simplicio Papa, aliiſque probari poteſt. Proinde deſinant Zoili quidam nos reprehendere, quod in epiſtola Alexandri epiſcopi Alexandrini, quæ refertur à Socrate in libro primo capite 6. μονάδα verterimus unionem. Id enim ex Latinæ linguæ uſu ac proprietate fecimus: quam illi penitus ignorantes, unionem putarunt nihil aliud eſſe quam unitionem. Atqui inter unionem & unitionem tantum diſcriminis eſt, quantum inter μονάδα, & ἕνωσιν. In unione ſive unitate nihil eſt niſi ſimplex. In unitione vero aliquid neceſſario intelligitur compoſitum ex duobus. Certe vetus Interpres Synodi Chalcedonenſis, ἕνωσιν perpetuo vertit unitionem, vel adunationem.

νοεῖϛθαι δὲ μᾶλλον ϗ ὑπαρχούϛης. Rectius in Nicephoro ſcribitur, νοεῖϛθαι δὲ καὶ ὑπαρχούϛης μᾶλλον &c. Ego tamen mallem ita legere: νοεῖϛθαι δὲ, μᾶλλον δὲ ϗ ὑπαρχούϛης, &c. Id eſt, *Sed utraque natura intellecta, ut potius exiſtente in propriæ naturæ definitione atque ratione, unitionem factam eſſe dicimus ſecundum perſonam.* Nec dubito quin Iuſtinus Imperator ita ſcripſerit ut dixi: reprehendit enim ſe ipſum, quod dixerat, νοουμένης, quaſi duarum in Chriſto naturarum differentia in intelligentia tantum conſiſteret, non autem re vera extaret.

ἐν αὐτῷ γὰρ ἔχει τὴν ὑπόϛασιν. In Nicephoro legitur

tur ἐν αὐτῇ supple, τῇ σαρκὶ. Quod nullo modo ferri potest; neque enim Christus in carne propriam habuit subsistentiam, sed antequam carnem assumpsisset, propriam habebat subsistentiam, utpote qui secunda esset persona sacrosanctæ Trinitatis. Si quis tamen Nicephori scripturam tueri voluerit, equidem non valde repugnabo. Aptius enim cohæret cum præcedentibus. Sensus ergo est, filium Dei qui ab æterno propriam habebat subsistentiam, assumpta carne, in ea personaliter subsistitisse.

Pag. 424 ὑπὸ τῶν τῶν χριστιανῶν ἁπάντων ὁμοφρόνως. Assentior viris doctis qui jam pridem emendarunt ὑπὲρ τῆς, &c. Quamvis Nicephorus vulgatam scripturam retinuerit.

περὶ πρόσωπα συλλαβὰς. Prima vox, πρόσωπα scilicet, posita est ob hæresin Nestorii, qui in Christo duas personas asserebat, alteram hominis, alteram verbi. Vox autem συλλαβὰς, adjecta est propter Entychianos & Acephalos, qui Christum ex duabus quidem naturis constare dicebant ante unitionem; post unitionem vero, unicam in eo naturam esse dicebant. Contra vero Catholici, Christum in duabus naturis adorabant. Syllabæ igitur illæ sunt ἐν, & ἐκ. Quæ licet diversæ sint, tamen si recte intelligantur, ad unam eandemque fidem ac sententiam ambæ collineant, ut subjicit Justinus. Vide Evagrium supra in libro primo cap. 1. Cæterum hoc edictum à Justino juniore promulgatum est anno Imperii primo, Christi videlicet 566. ut notat Baronius: quo quidem edicto, nihil prorsus Ecclesiæ Catholicæ contulit Justinus: sed solam orthodoxam fidem exposuisse contentus, de Nestoriano, & Eutychiano dogmate disputationes in posterum prohibuit, unumquemque pro arbitrio suo de his rebus sentire permittens. Ex hoc itaque edicto nullam utilitatem consecutam esse recte scribit Evagrius. Male igitur Joannes Biclarensis in Chronico, de Justino juniore ita scribit: *Qui Justinus anno primo regni sui ea quæ contra Synodum Chalcedonensem fuerant commentata, destruxit. Symbolumque sanctorum Ecclesiæ Patrum Constantinopoli congregatorum, & in Synodo Chalcedonensi laudabiliter receptum in omni Ecclesia Catholica à populo concinendum intromisit, priusquam Dominica dicatur oratio.* Justino juniori ea tribuit Biclarensis, quæ seniori Justino potius conveniebant.

In Caput V.

Pag. 425. τῷ ἐπισκόπῳ ἐγχειρισθέντι. Hæc verba cum non intelligeret Nicephorus, prætermisit, ut videre est in capite 36. sic enim hunc Evagrii locum expressit. πεφύκασι δὲ μιλῶσαι τὸν ἐκεῖσε, ὅτιπερ ζητοῦντα χρήματα ἐπρόκριτο εἶναι. Sed facile erat locum Evagrii emendare in hunc modum. ὅτι δὲ ζητοῦντι χρήματα τῷ ἐπισκόπῳ ἐγχειρισθέντι ἐχίλιατο εἶναι. Atque ita legisse videntur Christophorsonus & Musculus. Sic enim vertit Musculus: *Dicitur autem Anastasio successisse, quod cum pecuniam pro Episcopatus collatione exigeret, dare illam noluerit.* Vetus igitur hæc odii causa erat adversus Anastasium, priusquam Justinus ad Imperium perveniisset. Quare Evagrius utitur verbo μιλῶσαι, quod vetustam iram atque abstrusam significat. Certe Anastasius, superstite adhuc Justiniano, Antiochensis Episcopus fuerat designatus. Solebant autem potentiores aulici, & qui plurimum apud Imperatorem poterant, pecunias à Patriarchis designatis exigere, ut exemplo Chrysaphii Eunuchi probari potest, qui pecunias à Flaviano Constantinopoleos Episcopo flagitavit, ut suprà retulit Evagrius. Quod tamen postea vetitum fuit Novellis Constitutionibus Justiniani.

προσεφέρετο δὲ καὶ ἑτέρα. Aliam certe causam affert Theophanes in Chronico, ob quam Anastasius Sinaita ex Antiochena sede depulsus est. Sed quoniam Interpretes sensum Theophanis minime assecuti sunt, verba ejus hic apponam. τῷ δὲ αὐτῷ ἔτει διαδέχεται ἐπίσκοπος ἀντιοχείας ὁ μέλας, καθαιρέτης ὢν τοῖς ἀντιχάλκοις τῶν συνοδικῶν ἰωάννου τοῦ κωνσταντινουπόλεως τὸν χειροτονήσαντος ἰωάννην τὸν ἀλεξανδρείας καὶ τοῦτο χειροτονηθέντος, ἐξεκλίθη τῆς ἰδίας ἐπισκοπῆς κατ' ἀγανάκτησιν ἰωάννου. Id est, ut interpretor. *Eodem anno magnus Anastasius Episcopus Antiochiæ, cum in responsione sua ad Synodicas epistolas reprehendisset Joannem Constantinopolitanum qui Joannem Alexandriæ Episcopum ordinaverat, & eum qui ab illo fuerat ordinatus simul perstrinxisset, pulsus est è suo Episcopatu ob indignationem Justini.* Lego igitur in Theophane καὶ τὸν χειροτονηθέντος, quæ certissima est emendatio. Joannes Alexandrinus Episcopus obstinatus fuerat Constantinopoli à Joanne Scholastico, anno 5. Imperii Justini, Christi vero 570. ut scribit etiam Baronius. Qui post ordinationem suam, cum Synodicas litteras ad Anastasium Antiochenum Episcopum scripsisset ex more, Anastasius litteris illis respondens, Ordinatorem ejus Ioannem graviter reprehenderat: quippe qui in locum viventis Eutychii contra regulas Ecclesiasticas intrusus fuisset. Simul etiam reprehenderat eum qui ab illo ordinatus, Ordinatoris sui vitium ac labem in se pertraxerat. Ea re offensus Iustinus Imperator, qui Ioannem Scholasticum diligebat, à quo videlicet fuerat coronatus, Anastasium è sede sua dejecit. Interpres Latinus Theophanis existimavit, eas Synodicas litteras quibus Anastasius responderat, scriptas fuisse à Ioanne Episcopo Constantinopolitano: quod tamen falsum est. Scriptæ enim erant à Ioanne Alexandrino in exordio Episcopatus. Itaque post vocem συνοδικὰς apponenda est subdistinctio, ut fecit Anastasius Bibliothecarius. Cæterum hanc Anastasii depositionem Baronius refert anno Christi 573. qui est octavus Imperii Iustini. Malim tamen cum Theophane eam conferre in annum quintum aut sextum ejusdem Iustini, cum paulo post ordinationem Ioannis Alexandrini

drini contigerit, quæ facta est anno Christi 570. ut A Baronius ipse testatur.

In Caput VI.

οὐ κλέος ἐυρὺ κατὰ πλὼ πολησιν. Pessime hunc locum interpretati sunt Musculus & Christophorsonus, quasi his verbis indicare voluisset Evagrius, Gregorium Antiochensem Episcopum poetica laude inclaruisse. Sed rectius Joannes Langus hæc verba ita vertit, *Cujus lata est gloria, ut Poeta verbis utar.*

τῆς τῶν βυζαντίων μονῆς. Joannes Langus hæc verba interpretatur hoc modo. *Primum vero Byzantii monasterio præfuit.* Evagrius tamen non dicit Gregorium Monachum vel Abbatem fuisse B Byzantii, sed Abbatem fuisse monasterii Byzantiorum. Videtur autem monasterium istud fuisse in Syria, in quo Gregorius adhuc adolescens monasticæ vitæ rudimenta perceperat. Theophanes in Chronico pagina 206. ait Gregorium fuisse Apochrysarium Monasterii Byzantiorum, id est procuratorem, sive actorem.

πάντα ἐν πᾶσι κράτιστον. Suspicor legendum hic esse πάντα τε ἐν πᾶσι κράτιστος. Sic enim loquitur Evagrius infra in cap. 19. hujus libri de Mauricio: ᾧ πάντα ἐν πᾶσιν ἀκριβῆ.

συνθάνοιντο πρεσπόντα. Mallem scribere πρεσθύτα. Nicephorus habet ἀνδρῶντα.

ᾧ ἰῶτά γε εἰς τὼν τοσαύτων ἀρχῶν δίυτιρα τῆς εἰς τὸν ἄνδρα τιμῆς. Hunc locum aliter legit Nicephorus. Nam pro voce τοσαύτων, habet κοσμικῶν. Longe rectius meo quidem judicio. Nicephori verba Joannes Langus ita vertit. *Et honorem mundanis dignitatibus debitum, præ viri hujus observantia secundo loco habebant.* C

ὐχ' ὑστερον. Hunc locum feliciter mihi video restituisse hoc modo ἐχ' ὑστερῶν. Id est, *Quippe qui ubi tempus aut necessitas postularet, semper præsto esset.*

In Caput VII.

Pag. 426 Παρὰ πιστῶν κακῶς ἔπαθον. Eandem causam defectionis Armeniorum refert Theophanes Byzantius apud Photium, & Joannes Biclarensis in Chronico. *Armeniorum*, inquit, *& Iberorum gens qui à prædicatione Apostolorum Christi fidem susceperant, dum à Cosroa Persarum Imperatore ad culturam idolorum compellerentur, renuentes tam impiam jussionem, Romanis se cum Provinciis suis tradiderunt. Quæ res Romanos inter & Persas pacis fœdera rupit.* Verum Abbas Biclarensis in eo fallitur, quod Armeniorum defectionem retulit anno primo Justini junioris. Pax enim inter Romanos & Persas dissoluta est anno septimo Imperatoris Justini, ut scribit Theophylactus in libro tertio Historiæ capite 9. & Theophanes, ejusque interpres Anastasius Bibliothecarius, & Cedrenus. Sed & ipse Joannes Biclarensis in ejus rei narratione à se dissentit. Subjicit enim paulo post *Anno quinto Justinus Imperator Armeniam & Iberiam, repulsis Persis, Romanas Provincias facit.*

ὅρκοις τε δεινοῖς. De hoc jurejurando quo Justinus Imperator fidem suam obstrinxerat, se nunquam proditurum esse Persis Armenios atque Iberos qui se Romanis dedidissent, loquitur Menander protector in excerptis legationum pagina 121. editionis Regiæ. λόγον γὰρ ἐκ πείσης ἐποιήτο πολλῷ ὁ καίσαρ τῶν ὁμωμοσμένων ὑπὸ ἰουστινιανῷ τῷ βασιλέως τοῖς περσαρμενίοις καὶ τοῖς μετ' ἐκείνων ἰβήρων. ὁμωμόκει γὰρ ὁ βασιλεὺς, &c. Quæ verba non intellexit Interpres. Primo igitur emendandum est ὑπὸ ἰουστίνου. Deinde totus locus ita vertendus. *Etenim Tiberius Cæsar Maximi merito faciebat ea Sacramenta, quæ ab Imperatore Justino præstita erant Persarmeniis & Iberis qui ad Romanos defecerant. Juraverat enim Imperator omni ope se annisurum, ut terram quæ ipsis aluerat, sua ditionis efficeret. Quod si rem illam exequi & bello finem imponere non posset, auctores tamen defectionis eorumque propinquos, & generaliter eos qui Romanæ Reipublicæ participes esse vellent, se nunquam Persis deditu rum.*

τὺς σφῶν ἄρχοντας. Surenam scilicet. Hic enim κλιμακαρχὴς seu Rector Armeniæ præpositus erat à Rege Persarum; quo interfecto, Persarmenii se Romanis dediderunt, ut scribit Theophylactus in libro tertio capite 9. & Theophanes Byzantius in excerptis apud Photium. Menander denique in excerptis legationum pag. 115.

In Caput VIII.

Μαρκιανὸν. Hunc Martinum vocat Theophanes Pag. 427 in Chronico, ejusque interpres Anastasius Bibliothecarius. Sed Theophanes Byzantius, cujus excerpta leguntur in Bibliotheca Photii, Marcianum eum vocat, Justini Imperatoris ἐξάδελφον, id est, consobrinum. Et à Justino Magistrum militum in Orientem missum esse dicit anno Imperii ejus octavo.

σκαπανέας καὶ βουλατίας. Et Manuscripto codice Florentino & Telleriano emendavi βουλάτας, quemadmodum etiam legit Nicephorus. Verum Nicephorus vocem hoc loco interserit. Sic enim habet D πρὸς ὃ σκαπανεῖς καὶ ὀυφεῖς καὶ βουλάτας: Id est, ut vertit Langus, *fossores, sartores, & boum actores.* Quam vocem Nicephorus legisse videtur in suo codice. Neque enim video unde illam haurire potuerit. Porro Sartorum usus fuit in castris, ad vestem militarem farciendam, aut ad pelles tabernaculorum consuendas.

ἐκ τῶν σωιτελῶν ἀφηρημένους. Male hunc locum verterunt Interpretes. Nam Musculus quidem ita vertit. *Et fossores quosdam ac bubulcos ex municipiis acceptos secum habent.* Christophorsonus vero sic interpretatur. *Inter quos habuit fossores & bubulcos ex numero vectigalium exemptos.* Ignorarunt scilicet quid

quid significaret vocabulum σωτιλεῖς. Usus est ea voce Evagrius suprà in libro 3. cap. 42. ad quem locum observavi, eo vocabulo significari provinciales tributarios, qui etiam collatores dicuntur in codice. Ab iis igitur fossores & bubulcos, & sartores per vim abstraxerat Martinus Magister militum, ut eorum operâ in exercitu suo uteretur: neque enim in numero militum eos habuit, ut sensisse videtur Christophorsonus.

In Caput IX.

Pag. 428 τότε ἀγυιὰς. In Nicephoro scribitur ἀγυιὰς per duplex ν. Sic paulò antè, ubi legitur ἀχάλεων: idem Nicephorus scriptum habet ἀχάλλων, quod est usitatius. Potest tamen id verbum efferri cum simplici λ. ut docet Hesychius.

Pag. 429 ὑ παρῆσαι τὸ πλῆθος. Scribendum puto παρήσειν ἐς τὸ πλῆθος. Atque ita legisse videtur Musculus. Sic enim vertit: *Exercitus porro adesse noluit.* Christophorsonus verò ita vertit: *Copias non ulterius ducunt.* Sed Græca eum sensum ferre non possunt.

In Caput X.

ἀδαρμάνης. Variè hoc nomen scriptum reperitur apud veteres Authores. Apud Theophanem in Chronico ἀρτακάνης dicitur, & ἀρδαμάνης in MS. codice Palatino. Anastasius autem Bibliothecarius Adermanum Ducem vocat. In Nicephoro scribitur ἀαδαμάνης. Apud Theophanem Byzantium βαρδαμάνης. In cap. 13. infra dicitur ἀρδαμάνης. Theophylactus in lib 3. Adormaanem vocat.

σελεύκου τοῦ νικάνορος. Scribendum est proculdubio νικάτορος. Seleucus enim primus Syriæ Rex, ob illustres victorias νικάτωρ cognominatus est, ut ex nummis veteribus discimus, qui id cognomentum ei adscribunt.

In Caput XI.

Pag. 430 τὸ σωιχθὲν. Scribendum est σωισχθὲν, quemadmodum in codice Telleriano scriptum inveni.

ὃν δὴ καὶ ἐπ' ἀβάρων αὐτοῖς ἐπεπόμφει. Justinus Imperator Tiberium Comitem Excubitorum cum exercitu satis valido, adversùs Avares misit, anno imperii sui nono, ut scribit Theophanes in Chronico. Joannes autem Biclarienſis id factum esse dicit anno quarto Imperii Justini: ubi Tiberium ex hoc prælio Victorem Constantinopolim rediisse scribit. Quod tamen falsum esse docet Evagrius ac Theophanes.

In Caput XII.

Pag. 431. τραπὸν δὲ παρὰ τὸν χοιρόλον. Hic Trajanus Patritius & Quæstor sacri palatii erat: de cujus ad Persas legatione loquitur Menander Protector in libro sexto Historiarum, pag. 157. & 165. Hic est, ut opinor, Trajanus Patritius qui breve Chronicon scripserat, prorsus admirandum ut testatur Suidas. Ejus mentionem facit Theophanes in Chronico, pag. 56. τραϊανὸς ὁ πατρίκιος ἐπὶ τῆς καθ' αὐτὸν ἱερείας φύσιν γόητας δεδοικώσης τὰς σκύδας λέγειν. Suidas quidem eum Justiniani Rhinotmeti temporibus vixisse scribit. Verùm ego Suidam falli existimo, cùm nullus eo nomine memoretur principatu Justiniani Rhinotmeti. Imperante autem Iustino juniore celebratur Trajanus Patritius à Menandro Protectore in libro sexto, & ab Evagrio nostro in hoc loco.

ἐν τοῖς παρατηρήσεσι μεῖναι. Hunc locum feliciter mihi videor restituisse, ita ut pro verbo μεῖναι, scribatur μὴ εἶναι. Nam in induciis, quæ inter Romanos & Persas pactæ erant, disertè cautum erat, ut per Orientem duntaxat ab armis cessaretur: In Armenia verò atque Iberia bellum gerere liceret. Vide Menandrum Protectorem in libro sextò Historiarum, pag. 157. qui hanc emendationem nostram prorsus confirmat. Ita etiam Theophylactus in libro 5. capite 12.

τοῖς ῥωμαίοις ὀπτίδιόθαι, πράγμασι. Rectiùs apud Nicephorum legitur, τοῖς ῥωμαίοις πράγμασι.

τὸ σίρμιον πρὸς τῆς βαρδάρων ἁλῶναι. Sic etiam legitur apud Nicephorum. Non dubito tamen quin scribendum sit πρὸς τῶν ἀβάρων, &c. Abares enim urbem Sirmium cepere, ut testatur Menander Protector in excerptis legationum, pag. 117. quæ cùm antea Gepidarum ditionis fuisset, Abares qui Gepidarum regnum destruxerant, eam urbem cum reliquis opibus Gepidarum, in suam potestatem transiisse asserebant, quemadmodum scribit idem Menander, pag. 114. & 130. Vide Theophylactum in cap. 3. libri primi.

In Caput XIII.

ἐν τῇ ὑπαίθρῳ αὐλῇ. Nicephorus vocem hîc addit hoc modo, ἐν τῇ ὑπαίθρῳ αὐλῇ τῶν ἀνακτόρων, id est, *in subdiali aula Imperialis palatii.* Hujus loci mentionem facit Theophylactus in cap. 1. libri 1. & Imperatores illic renuntiari solitos esse scribit, Φορᾶδλω γὰρ ἀχθεὶς ὁ τιβέριος ἐπὶ τῷ ὑπαίθρῳ τῶν βασιλείων αὐλίῳ, ἵνα τις παρήνωται τῇ πολυστιβάδι τῶν ἀνακτόρων ἐξέδρᾳ, &c. Quem locum Latinus Interpres longâ circuitione verborum ita expressit. *Tiberius namque in atrium palatii juxta domum, in qua multi ex herbis, seu frondibus, ad cœnandum, dormiendumve tori, sive lectisternia, vestibulum illustre, visendumque proscenium. Huc, inquam, gestatus, &c.* Ex quibus apparet, eum non intellexisse quid his verbis significaretur. Sed & Nicephorus Callistus, cùm hunc Theophylacti locum describeret, posteriora verba prætermisit. Ego verò existimo πολυστιβάδα εἶναι, à Theophylacto dici *domum* quæ Græcè δεκανικὰ ἀκκουβίτα dicebatur; eò quòd in ea novendecim accubita, seu stibadia essent, in quibus Imperator cum Proceribus discumbens epulabatur in Natali Domini, & solennioribus festis, ut scribit Theophanes & Anastasius Bibliothecarius, anno 31. Iustiniani, &

Luitprandus in libro 6. rerum per Europam gestarum, cap. 3. *Est domus*, inquit, *quæ decaennea accubita dicitur. Hoc autem ideò, quoniam quidem novendecim mensæ in Domini nostri Nativitate apponuntur. In quibus Imperator pariter & convivæ, non sedendo, ut cæteris diebus, sed recumbendo epulantur.* Juxta hanc domum erat tribunal, in quo Imperatores & Augustæ coronabantur. Nicephorus Constantinopolitanus, pag. 176. de Isauro Leone loquens. ἐν τῇ τριζυγαλίῳ λεγομένῳ δεκαεννέα ἀκκίτων εἶδος εἶν ἡσυ κωνσταντίνου εἰς βασιλέα. Idem scribit Anastasius, & Auctor historiæ Miscellæ, libro 21. Idem in libro 22. de Constantino loquens Copronymo: *Anno 28. Imperii sui coronavit Imperator Eudoxiam uxorem suam, cùm esset trigamus, in tribunali decem & novem accubituum.* Hinc est quod Codinus in Originibus Constantinopolitanis, τὸ σηκωμον ponit juxta domum decem & novem accubituum: quo nomine tribunal intelligit, in quo Imperatores coronabantur. Fuit autem hæc domus in regione tertiâ, juxta Hippodromum, ut testatur Luitprandus. Certè in ea regione Circum maximum fuisse, & porticum semirotundam quæ Sigma dicebatur, ac postremò tribunal fori Constantini docet vetus descriptio. Ac verisimile est, ex illa porticu factam esse domum decem & novem accubituum; quippe cùm Sigma idem sit quod stibadium, seu accubitum. Adde quòd ædes sancti Stephani juxta tribunal decem & novem accubituum ponitur à Codino, quam prope Sigma fuisse docet ex veteri Scriptore Petrus Gyllius, in libro 2. cap. 15. Cæterum hæc domus decem & novem accubituum, etiam Delphica dicta est, seu Delphicum, ut testis est Procopius in libro primo Vandalicorum, pag. 116. & Victor Turonensis in Chronico.

ἐνθα παλαιὸν ἐθος λέγει. Nescio cur Evagrius antiquam hanc fuisse consuetudinem dicat, ut Imperatores Constantinopolitani in atrio imperialis palatii renuntiarentur. Prisca enim consuetudo erat, ut in milliario septimo nuncuparentur Augusti, præsente exercitu, in campo extra urbem. Primusque Valens in eo suburbano à fratre Valentiniano Imperator fuerat appellatus. Post quem sequuti Imperatores Orientis eodem in loco renuntiati sunt, ut jam pridem observavi in Annotationibus ad librum 26. Ammiani Marcellini. Zeno quoque Imperator, in septimo à Leone filio suo coronatus est, ut scribit Victor Turonensis in Chronico. Sed & Basiliscus paulò post Imperator appellatus est in campo, quemadmodum tradit Theophanes. Erat autem campus in septimo, ut testatur Theophylactus in libro 8. capite 12. Quis verò primus in atrio imperialis palatii Augustus nuncupatus sit Constantinopoli, nondum liquidò comperi. Justinus quidem junior illic Augustus renuntiatus fuisse videtur, ut colligere est ex capite primo hujus libri.

τὸν τε ἀρχιῤῥῆσιον ἰωάννην. Theophanes in Chronico non Joannem Scholasticum, sed Eutychium Patriarcham Constantinopolitanum tunc fuisse testatur. Nam Joannes quidem Scholasticus obiit Indictione 10. mense Augusto, pridie Calendas Septembres. Eutychius verò eodem anno, mense Octobri, in sedem suam restitutus est, Indictione undecimâ, ut testatur Theophanes. Hic anno sequenti, qui fuit Christi 578. Indictione duodecimâ, Septembris 26. die, Tiberium Augustum coronavit, ut tradit idem Theophanes, & Author Chronici Alexandrini. Verùm re attentiùs examinatâ, nihil hîc reprehendendum animadverti: neque enim Evagrius hîc loquitur de Augusta nuncupatione Tiberii, sed de Cæsaris appellatione ei concessa. Tiberius porrò Cæsar factus est Indictione octavâ, ut docet Auctor Chronici Alexandrini: quo quidem tempore Joannes Patriarcha erat Constantinopolitanus.

πῶς τις εἶκασεν. Scribendum puto, εἰπέ τις εἶκασεν. Nec dubito quin Evagrius noster ita scriptum reliquerit. Conjecturam nostram confirmat codex Tellerianus, in quo ita diserte scriptum inveni. Faceſſat igitur interpretatio Musculi, qui sic vertit: *Insignis magis, quam ut quisquam illi conferri possit.* Christophorsonus verò ita interpretatur: *Pulchritudinis excellentia omnium opinione major.*

καὶ πρῶτον μὲν τὸ εἰς Θ ἄξιον. Rectiùs in codice Florentino scribitur: ὡς πρῶτον μὲν, &c. Alludit autem Evagrius ad versum illum Tragici notissimum. πρῶτον μὲν εἰς Θ ἄξιον τυραννί Θ.

ἢ ὅτι λαβεῖν. Mallem scribere, ἢ γοῦν τι λαβεῖν ὠφελον οἱ δίδυμοι, &c. quemadmodum legitur apud Nicephorum in cap. 1. lib. 18. In codicibus Florentino & Telleriano, pro ὤφελον scribitur, ὄφειλον.

ἐνὸς τέλεον χρόνου. Extat Constitutio Justini junioris, quâ reliqua tributorum præteriti temporis, provincialibus indulsit usque ad Indictionem octavam: μέχρι τῆς ὀγδόας ἐπινεμήσεως, ἣ αὐτῆς τῷ ἐνεστῶτι Θ κύκλῳ. Quod quidem fecisse videtur Justinus suasu Tiberii, quem Cæsarem paulò antè designaverat, ineunte octava Indictione, ut docet Auctor Chronici Alexandrini. Itaque in hac Constitutione prima Imperatoris Justini junioris, Tiberii quoque Cæsaris nomen adscribi debuerat.

αἱ ἀθέσμοι δόσεις. Extat hodie Constitutio Imperatoris Justini junioris, de Rectoribus provinciarum gratis promovendis. Quæ inter Justini Novellas Constitutiones est numero quartâ. Eâ Constitutione permittit Justinus Provincialibus, ut eos quos idoneos esse existimaverint ad regendam ipsorum provinciam Imperatori suggerant: spondetque Imperator, se gratis absque ullo munere codicillos & Magistratus insignia præbiturum esse. Quæ Lex cùm data sit anno octavo imperii Justini junioris, eam quoque Tiberii Cæsaris suasu ac suggestione editam esse non dubitamus.

In Caput XIV.

εἶλας ἱππίου. Scribendum est procul dubio ἴλαις. Quod miror nec à Nicephoro, nec ab Interpretibus animadversum fuisse. Pag. 43

ὑπὸ

ὑπὸ Ἰουστινιανῷ. Hujus Justiniani Magistri militum per Orientem meminit Menander Protector in libro 6. historiarum, pag. 159. Et Theophylactus in cap. 12. libri 3. Et Joannes Biclarensis in Chronico. *Anno 9. Justum Cosroes Persarum Imperator, cum nimia multitudine exercitus, ad vastandos Romanorum terminos promovet: cui Justinianus Romanæ Dux militiæ & Magister militum Orientis à Tiberio destinatus, bellum parat, & in campis qui inter Daras & Nisibis ponuntur, forti pugnâ congressus, habens secum gentes fortissimas, quæ barbaro sermone Hermani nuncupantur, memoratum Imperatorem bello superat.*

Ἰουστῖνον θειλαίως ἀνηρημένον. Hunc locum ex MSS. codicibus Florentino & Telleriano, ita supplevi: τ' ἀδελφῷ Ἰουστίνου τοῦ φησὶ Ἰουστῖνον θειλαίως ἀνηρημένον. Erat ergo hic Justinianus Germani filius, quod testatur etiam Theophylactus in libro 3. frater Justini filius, qui ab Imperatore interfectus fuerat, ut refert Evagrius initio hujus libri.

ἔπεισι κῦρος ὁ ταύθης. Hujus viri meminit Theophylactus in libro tertio cap. 16. & in libro primo cap. 9. Quibus in locis Interpres Latinus Cursium vertit. Melius tamen Cursum vertisset. Sic enim eum vocat Menander Protector in libro 6. historiarum, paginâ 159. editionis regiæ. In Theophanis Chronico, pag. 214. κρὲς dicitur corrupte.

Pag. 434 ἀνεκτοτέραν δὲ τῆς ἑαυτὲ ὑπηρεσίας. Magis probo lectionem Nicephori, quæ sic habet: ἀνεκτοτέραν δὲ τῷ ἑαυτὲ ὑπηρετοῦντα τὸν κῦρον ἡγεμόνα. Tantùm mallem articulum addere hoc modo: τῆς τὲ κῦρος ἡγεμόνος. Id est, ut vertit Joannes Langus: *Quod facilius impressionem suam, quàm ipsius Cursus sustineri posse existimaret.* Porrò hanc Persarum fugam, & Romanorum victoriam, Theophan. quidem in Chron. refert post mortem Imperatoris Justini junioris, cùm Tiberius singulare imperium obtineret. Verùm Theophylactus, ex quo sua videtur hausisse Theophanes, superstite adhuc Justino id accidisse testatur, cùm Tiberius Cæsaris duntaxat nomen ac dignitatem gerens, rempublicam administraret, ut videre est in cap. 14. libri 3. Cui consentit Evagrius noster: quippe qui mortem Justini junioris refert infrà, in capite 19. hujus libri. Ubi disertè scribit Tiberium, mortuo demùm Justino, Magistri militum dignitatem abrogasse Justiniano.

In Caput XV.

τοῦ δὲ χοσρόη. Mors Chosrois Persarum Regis præmaturè hic refertur. Mortuus enim est Chosroes Tiberio jam Augustum imperium obtinente, ut testatur Theophylactus in libro tertio, cap. 16. Quod confirmat etiam Menander Protector in excerptis legationum. Quare fallitur Theophanes in Chronico, qui mortem Chosrois, & inaugurationem Hormisdæ ejus filii, refert principatu Justini junioris.

ὁ τῦ ἰατίου. In MS. codice Telleriano scriptum inveni, ὁν τῦτ ἰατίον, &c. quam scripturam vulgatæ lectioni longè antepono.

In Caput XVI.

βόνος. Apud Nicephorum in libro 17. cap. 35. βόνος dicitur. Hic est quem Anastasius bibliothecarius & reliqui qui de vitis Pontificum Romanorum scripsere, Benedictum appellant. Eum Baronius Bonosi cognomentum habuisse existimat.

μηδενὸς νεωτερισθέντος. Hæc verba Christophorsonus ita intellexit, quasi Evagrius voluisset dicere, Ioannis Hierosolymitani Episcopi temporibus nullum tumultum in Ecclesia commotum fuisse. Mihi tamen aliud videtur significare Evagrius; toto scilicet eo tempore quo Pontifices illi sederunt, quos hoc loco nominat Evagrius, nullum in Ecclesia tumultum fuisse.

In Caput XVII.

τιβερίου καίσαρος ἔτος τέλος βασιλείαν διακυβερνῶντος. Niceph. quidem in cap. 3. lib. 18. tertium annum imperii Tiberii Augusti his verbis designari existimavit. Idem quoque sensit Christophorsonus & Musculus, ut ex eorum interpretatione licet colligere. Mihi tamen videtur Evagrius annum potiùs Cæsareæ dignitatis Tiberii intelligere. Primùm enim verba ipsa id satis significant. Deinde Evagrius mortem Iustini junioris & Tiberii coronationem nondum retulit. De his enim loquitur infrà in capite 19. hujus libri. Quamobrem ea quæ referuntur in hoc capite, superstite adhuc Iustino juniore acciderunt.

ἐς τ' αὐτὸ τῆς μεσημβρίας τὸ σατιρώτατον. Scribendum est ἐς αὐτό, ut habet codex Tellerianus, vel καθ' αὐτό, ut est apud Nicephorum. Pag. 436.

λέξων ἔρχομαι. Malim scribere ἔρχομαι: sic enim Græci loqui solent. Certè in codice Telleriano diserte scriptum inveni λέξων ἔρχομαι.

In Caput XVIII.

πολλῶν τε ὀπδιφρίων. In optimo codice Florentino diserte scriptum est, τῶν πολλῶν τι καὶ ὀπδιφρίων. Quomodo etiam legitur in Nicephoro. Porrò mirum est Interpretes tres in unius vocis expositione lapsos fuisse. Nam Ioannes quidem Langus ita vertit: *Erat Theopoli Anatolius quidam, ex plebeis ille quidem & ignavis unus.* Musculus verò ita interpretatur: *Unus ex multis illis, qui vitam delicate instituunt.* Christophorsoni autem interpretatio sic habet: *Anatolius vir quidam plebeius primum & mollis.* Quam quidem interpretationem hausisse videntur ex Suida & Authore Etymologici, qui ὀπδιφέειν exponunt ἀρχὴν καὶ γυναικῶδη. Verùm hæc vox aliud hic significat, ut colligitur ex præcedenti vocabulo. Quare non dubito quin sellularios artifices hac voce designet Evagrius, quos etiam Græci ἑδραίους vocant ob eandem rationem, eò quòd scilicet sedentes opus suum exerceant. Ita Pollux in libro 7. cap. 1. & Author Etymologici in voce βάναυσος.

τὸ

τὰ μὲν ἢ πράγματα διαλεξάμενος. Scribo τὰ μὲν ὡς διαλεξόμενος, expuncta voce πράγματα, quæ ex superiore linea huc irrepsit.

ἐνέπεσεν ἑαυτοῦ. Procul dubio scribendum est ἀνέπεσεν, quemadmodum scribitur apud Nicephorum.

ἐν τοὔμπαλιν. Scribendum est procul dubio: ἐς τοὔμπαλιν μετεγράφη. Atque ita legit Nicephorus, qui hunc Evagrii locum sic expressit. εἰς πάντα πανταπασιν ἀπεγράφη. Ex quibus verbis apparet, Nicephorum ante vocem τέλεον, distinctionem adhibuisse post verbum διελέγχθη. Quam quidem distinctionem magis probo.

τῶν βασιλικῶν φροντιστῶν. Id est, *Curator imperialium ædium.* Ædes enim imperiales tam in urbe regiâ, quàm in suburbanis, suos habebant Curatores, qui earum reditus administrabant. Eratque ea dignitas non postrema, quâ qui fungebantur, gloriosissimi dicebantur ac magnificentissimi, ut supra observavi ad caput tertium hujus libri. Jurisdictionem etiam videntur habuisse, ut indicat Agathias in libro quinto de Anatolio quodam loquens Exconsule. ἀνδρα τῇ τε τῆδε ὑπάτων ἀξίᾳ τετιμημένον, καὶ πρὸς γε τὸ φροντίδα τίθεσθαι, καὶ ὑπομίσειαν τῆδε βασιλέως οἴκων τε κτημάτων ἀρχὴν εἰληχότα. κυράτορας δὲ τούτους καλοῦσι ῥωμαῖοι. Id est, ut interpretor. *Virum qui consulari dignitate erat ornatus, & qui ut imperialium ædium ac possessionum curam ac sollicitudinem gereret, magistratum sortitus erat. Curatores illos Romani vocant.* Vox ἀρχὴν, quam Vulcanius in interpretatione sua prætermisit, minimè otiosa est, sed Magistratum significat ac jurisdictionem. Sed & vitta illa purpurea, & tabulæ quas privatorum domibus affigere solebat idem Anatolius, ut eas fisco vindicaret, quemadmodum subjungit Agathias, satis apertè testantur, eum ut Curatorem domorum imperialium jurisdictionem habuisse. Certè Constitutio Tiberii Imperatoris de divinis domibus, manifestè testatur, eos Curatores jurisdictionem habuisse. Quippe Tiberius eâ Constitutione disertè sanciit, ut actori qui adversùs Cartularium aut Conductorem vel colonum domus regiæ litem intenderit de aliquâ re ad domum Imperatoris pertinente, liceat, si voluerit coram gloriosissimo ac magnificentissimo Curatore litigare. Si verò eum suspectum habuerit, coram alio Judice qui ab Imperatore datus fuerit, causam suam prosequatur. Cæterùm Tiberius Imperator eâ lege prohibuit, ne Curatores tabulas ac titulos fiscales privatorum ædibus affigant, neve eos obsignent. Solebant enim Curatores hujusmodi titulos vendere tenuioribus, & pro patrocinio ac suffragio suo aliquid ab iis exigere, ut ibidem indicat Tiberius. Cæterùm hæ domus, earumque Conductores, multis privilegiis atque immunitatibus fruebantur, ut videre est in codice Theod. tit. de privilegiis domus Augustæ, & in dicta Constitutione Tiberii.

Pag. 437

In Caput. XIX.

Pag. 438 χειροτονεῖ δὲ μαυρίκιον. Immò Tiberius, superstite adhuc Justino, Mauricium Magistrum Orientalis militiæ creavit, remoto Justiniano, ut testatur Theophylactus in capite 15. libri 3.

ἀραβισσὸν τῇ καππαδοκῶν ὕρᾳ. Arabissus vel Arabissum, olim fuit oppidum Armeniæ secundæ, ut docet Hierocles in notitia provinciarum Orientalis imperii. Certè in Synodo prima Constantinopolitana, Arabissensis quidam Episcopus in Armenia minori recensetur. Sed & Philostorgius minori Armeniæ oppidum illud adscribit, ut videre est apud Suidam in εὐδόξιος. Postea tamen Cappadociæ attributum est, si Evagrio credimus. Nescio an idem sit Arabissus, cujus meminit Menander Protector in excerptis legationum, pag. 159. editionis regiæ, quod erat juxta Theodosiopolim. ἐπεὶ δὲ ἐγένετο αὐτῷ, ἐστρατοπεδεύσατο ἐς τὸ ἀραβισσῶν ὀνομαζόμενον, χωρίον ἀμφὶ τὸ μεσημβρινὸν κλίμα τοῦ ἄστεως.

καὶ ταύτας ἐσπεδασμένας. Hunc locum Musculus ita vertit: *Accessum ad se raros permittebat, eosque elaboratos.* Nec meliùs Christophorsonus: *Rarò ad se adeundi concessit potestatem, eamque nonnisi vehementer oranti, largitus est.* Neuter sensum hujus loci affectus est. Codex autem Florentinus veram hujus loci scripturam nobis indicavit. Nam pro ἐσπεδασμένας, scriptum habet ἐσπευδασμένον. Non dubito itaque quin totus locus ita legendus sit: τὰς μὲν ἓν ἐς αὐτὸν ἰσότιμους παρείχετο, καὶ ταύτας ἐσπευδασμένων παρὰ δὲ ἀκοὰς τοῖς περίτοις ἀπέφαινεν. Id est: *Rarò sui adeundi dabat facultatem, nec nisi de rebus seriis. Superfluis autem sermonibus aures suas obturabat.* Porrò in codice Florentino ad marginem hæc notata erant. διαλέγῃ περὶ μανουὴλ θαυμασίως, καὶ ἐπαίνων ἄξια. Aliud Mauricii Elogium satis elegans habetur apud Suidam in voce μαυρίκιος. Ex Menandri Protectoris historia: quod cum isto conferre non inutile fuerit.

τῷ ἀπῳκισμένῳ. Non assentior Christophorsono & Savilio, qui in hoc loco legunt ἐπῳκισμένῳ. Neque enim Græcè dicitur ἐπῳκισμένος: ut equidem censeo. Musculus quoque eodem modo videtur legisse, ut ex versione ejus apparet. Sic enim vertit: *Inscitiam verò matrem temeritatis, & ignaviam ejus domesticam ac sociam sic à se repellebat, &c.* Mihi tamen retinenda esse videtur vulgata lectio, quam sic interpretor: *Inscitiam quæ mater est temeritatis, & ab ea disjunctam, ac nihilominus conjunctam ignaviam ita à se depulerat, &c.* Eodem modo Evagrius in principio hujus libri, de Justino juniore dixit: θράσει δὲ ἢ δειλίᾳ ταῖς κακίαις κρατούμενος, &c. ubi legendum videtur ταῖς συμφύτοις κακίαις, ex hoc loco. Quod si quis ἐπῳκισμένῳ legere malit cum Savilio, locus tunc ita vertendus erit: *Et inquilinam ejus ac contubernalem ignaviam.* Nam inter verbum ἀπῳκισμένῳ & ἐπῳκισμένῳ tantùm differt, quantùm inter ἄποικος & ἔποικος. Est autem ἄποικος quidem: colonus, ἔποικος autem inquilinus, ut docet Suidas in voce ἔποικος. Qui in coloniam aliquam extra patriam deducebantur, vocabantur ἄποικοι, seu coloni. Is verò qui sua sponte relicta patria, vel in coloniam, vel in aliam urbem migrabat, ἔποικος dicebatur, seu μέτοικος. Proinde fallitur

fallitur Christophorsonus, qui hunc locum ita vertit: *Inscitiam autem matrem audaciæ, & timiditatem quæ ei vicina ac finitima est, sic à se depulit.* ἐπωκισμένην. Non significat *finitimam*, sed *inquilinam*, ut jam dixi. Et Latina vox, *inquilina*, Græco verbo egregiè respondet. *Inquilinus* enim dicitur ab incolatu. Præterea vox σωόθυρος non *vicinam* significat: id enim esset ἀγχίτυρος: sed *contubernalem*, qui sub eodem degit tecto. Cæterùm re nunc attentiùs examinatâ, malim hoc loco legere ἐπωκισμένῳ.

σωόθυρον αὐτῇ. Scribendum puto ἀυτῇ, supple τῇ ψράσει. Cujus emendationis rationem paulò antè adduxi. Porrò Nicephorus in cap. 8. lib. 18. hunc Evagrii locum describens ita expressit: ἄλειαν τῷ ἐπωκισμένῳ ᾗ, σωόθυρον αὐτῇ, pessimè.

Pag. 439. ἐξοικίσαι. In codice Florentino scriptum inveni, ἐξοικῦσαι. Nicephorus verò simpliciter posuit, οἰκίσαι. Ego non dubito quin Evagrius scripserit ἐσοικίσαι. Usus est eâ voce Evagrius in cap. 1. ac 2. hujus libri.

In Caput XX.

ὁ ταμοχερόης. Scribendum est procul dubio, ταμχοσρόης. Sic enim paulò ante Evagrius eum vocat. Meminit hujus Ducis Menander Protector in excerptis legationum, & Theophylactus in libro 3. Qualiter verò in prælio adversus Mauricium interfectus sit, refert idem Theophylactus in cap. 18. libri 3. Idque gestum esse testatur post mortem Imperatoris Justini, Tiberio jam ad Augustum culmen evecto. In codice Telleriano scriptum est χσρόης.

ᾗ Θεοδωρίχῳ. Hujus Theodorici Ducis meminit etiam Theophylactus in libro tertio, capite decimo septimo. Erat autem natione Gothus, ut ex nomine ipso colligitur.

In Caput XXI.

Pag. 440 κατὰ τὸν ἐῶαν. Id est, *cùm Mauricius in Oriente esset.* Sic Nicephorus hunc Evagrii locum exponit in capite nono libri decimi octavi. Paulò post, ex eodem Nicephoro, & ex codice Telleriano emendavi, ὑπὲρ, ἐκδίκησιν ζητῶν, cùm anteà legeretur una voce ὑπερεκδίκησιν, &c.

ἡ δὲ ϛ μήτηρ αὐτῶ. Assentior Henrico Savilio, qui in suo codice notavit fortè scribendum esse, κατ' αὐτὸν ἔφασκε τῷ ἀποτύξει, &c. Atque ita legitur apud Nicephorum. In codice Telleriano scriptum inveni, πρὸς αὐτῶ τῷ ἀποτύξει.

τῷ λεγομένῳ ἔμπυσαν. De Empusa vide, si placet, quæ notavi ad librum octavum Sozomeni, paginâ 161. hanc suâ ætate Gillo dictam fuisse tradit Nicephorus in capite nono, qui hujusmodi fabulas aniles meritò deridet. Similes fuerunt quas Romani strigas vocabant, de quibus Festus. Glossæ veteres στρίγλα, λαιστρυγὼν γυνὴ φαρμακὶς. De Gillo, seu Gello, quæ infantes rapere olim credebatur, multa notavit Leo Allatius in epistola ad Paulum Zachiam.

In Caput XXIII.

καθ' ἑαυτὸν μὲν ἔτη δυοκαίδεκα. Hic locus ansam Pag. 441 erroris præbuit Baronio; qui in Annalibus Ecclesiasticis Evagrium sequutus Auctorem, annos sexdecim Imperii cum mensibus novem Justino juniori tribuit. Sed reliqui Chronographi Justino pauciores annos assignant. Nam Joannes quidem Biclarensis undecim duntaxat annos ei tribuit; Cedrenus autem tredecim cum aliquot mensibus. Auctor verò Alexandrini Chronici duodecim annos eum regnasse dicit, ac menses octo. Postremò Dionysius Petavius diligentissimus temporum Scriptor, annos Imperii tredecim, uno mense minus, tribuit Justino. Quos quidem orditur ab anno Christi 565. mense Novembri, Indictione decimâ quartâ, quâ Justinianum mortuum esse censet cum Theophane ac Baronio. Cujus viri sententiæ lubenti animo subscribo. Certè annum primum Justini junioris, cum Indictione decima quarta cucurrisse docet ejusdem Justini Novella prima ad Julianum Præfectum urbi, quæ hanc habet subscriptionem: *Data 13. Calendas Octobres, Chalcedone, Imp. D. N. Justino PP. August. anno primo, Indictione decima quinta.* Annus enim primus Imperii Justini cœpit à mense Novembri, ut inter omnes constat. Quarta decima igitur tunc fuerit Indictio necesse est: si quidem mense Septembri sequentis anni, quinta decima Indictio numerata est. Etenim si Justinus Imperium auspicatus esset Indictione decimâ quintâ, ut Victor Turonensis & Joannes Biclarensis & Auctor Alexandrini Chronici scriptum reliquerunt, & quidem mense Novembri, certè mense Septembri sequentis anni prima cœpisset Indictio. Porrò ex his duodecim annis ac mensibus undecim, quibus integris Justinum regnasse diximus, solus quidem ac sine Collega imperavit annis octo, mensibus novem cum dimidio: simul autem cum Tiberio Cæsare regnavit annis quatuor, ac uno ferè mense.

σὺν τιβερίῳ δὲ ἔτη τρία, μῆνας ἑπτὰ. Tiberius Constantinus à Justino Cæsar factus est Indictione octavâ, die 7. mensis Septembris, ut legitur in Chronico Alexandrino. Imperium autem auspicatus est Indictione 12. mensis Octobris, die 5. Fiunt anni quatuor, ac dies 28. Cæsariæ potestatis Tiberii. Quòd si Theophylactum sequi malimus, qui Tiberium à Justino Cæsarem factum esse scribit Decembris die 7. feria 6. fient anni tres ac menses ferè decem, quod est ab anno Christi 574. ad annum 578. Porrò notandum est, Tiberium Constantinum post mortem Justini junioris, annos Imperii sui numerasse ab exordio Cæsareæ potestatis, ut discimus ex subscriptione sacræ Pragmaticæ ejusdem Tiberii de confirmatione Constitutionum Justinii Imperatoris, quæ sic habet: *Data tertio Idus Augusti, Constantinopoli, Imperatoris Domini nostri Tiberii Constantini Augusti anno 8. & post Consulatum ejus anno ter-*

tio. Et nobilissimi Flavii Tiberii Mauricii felicissimi Cæsaris anno primo.

In Caput XIV.

καὶ ὃν ὁ παρὼν ἡμῖν ἐξέλεξε πόνος. Scribendum est procul dubio καὶ ὧν ὁ παρὼν. Refertur enim ad id quod præcessit, διὰ τῶν ἱστορημένων, quod non viderunt Interpretes.

χάρακι. De Charace Pergameno Græcarum Historiarum Scriptore, vide quæ scripsit Vossius in libro de Historicis Græcis.

Pag. 442 νικοστράτου. Idem mihi videtur esse, qui à Vopisco in Aureliani vita dicitur Nicomachus, qui illorum temporum Historiam Græcè conscripserat, teste ibidem Vopisco. Alius ab hoc Nicostrato fuit Nicostratus Sophista, qui Marco imperante floruit, ut testatur Suidas, & Georgius Syncellus in Chronico.

ἀπὸ μυθικῶν ἀρξαμένων. Jam pridem in Annotationibus ad excerpta legationum è Dexippo, monui scribendum esse hoc loco: ἀπὸ σκυθικῶν. Nam Dexippus σκυθικὰ, id est, Romanorum bella adversùs Scythas gesta conscripserat, ut testatur Photius in Bibliotheca.

ἀριανῷ. Arrianus Parthica & Alanica scripsit, in quibus libris res à Romanis gestas adversùs Parthos & Alanos conscripserat. Hos igitur libros hîc designat Evagrius.

εὐσταθίῳ τῷ ἐπιφανεῖ. Hic est Eustathius Syrus, cujus testimonio sæpè usus est Evagrius noster in superioribus libris. De hoc Suidas ita scribit: εὐστάθιος ἐπιφανεὺς χρονικὸν, ἐπιτομὴν τῶν ἀπὸ αἰνείου μέχρις ἀναστασίου βασιλέως ἐν τόμοις. Scribe meo periculo, ἐν τόμοις β'. Cujus emendationis Auctorem habeo Evagrium.

ἰωάννῃ ἐμῷ τε πολίτῃ καὶ συγγενεῖ. Hic Joannes Epiphaniensis fuit. Nam cùm Evagrius eum civem suum appellet, Epiphaniensem eum fuisse necesse est, si quidem Epiphania Syriæ urbs, patria fuit Evagrii. Quare fallitur Vossius in libro de Historicis Græcis, qui Joannem hunc domo Antiochenum fuisse existimat.

καὶ μάλιστα τάχιστα. Scribendum puto καὶ μάλα τάχιστα, ad vitandam κακοφωνίαν. Pag. 444

HENRICI VALESII
ANNOTATIONES
IN LIBRUM SEXTUM
ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ
EVAGRII.

In Caput Primum.

Pag. 445 μεγαλοπρεπῶς τε ἐσταλμένους. Apud Nicephorum in cap. 8. libri 18. scribitur ἐστεμμένους. Id est: *Coronatos*: quod non probo. Neque enim moris erat apud veteres, quod quidem sciam, ut ii qui ad nuptias vocati erant, coronas gestarent perinde ac sponsi. Deinde verba quæ proximè sequuntur; hanc scripturam refutant. Subjicit enim Evagrius eos idcirco magnifice vestitos fuisse, quo dignosci faciliùs possent. Id autem ad coronas referri non potest. Neque enim ex coronis quas gestabant, dignosci potuissent.

δαμόφιλος μὲν φησὶ. De hoc Damophilo scribit Suidas in Lexico; quem Vossius in libro de Historicis Græcis describere contentus, nihil prætereà adjecit. Ego verò cùm & patriam ejus, & scribendi genus didicerim, in gratiam studiosorum hîc apponam. Fuit igitur Damophilus iste, seu Demophilus, natione Bithynus, qui ex libris veterum Scriptorum utiles quasdam narrationes excerpsit, ut docet Julianus in Misopogone. δαμοφίλῳ τῷ βιθυνῷ πεποίηται συγγράμματα τοιαῦτα, ἐν εἷς δρεπόμενος ἐκ τῶν πολλῶν, εἰργάσατο λόγους ἡδίστους νέῳ φιλήκοῳ καὶ πρεσβυτέρῳ. Certè Julianus eo loco profert narrationem quandam, quam Damophilus iste ex Plutarcho Chæronense excerpserat, quemadmodum etiam Evagrius noster hoc loco.

σαφῶς εἰπεῖν. Mallem legere σοφῶς, quemadmodum legisse videtur Christophorsonus. Porrò locus Plutarchi quem hîc designat Evagrius, extat in libro de fortuna Romanorum, haud procul ab initio.

In Caput IV.

προτίθει τινὰ. Hæc verba de Edictis à Prisco propositis intelligenda sunt. Id enim indicat vox προτιθέναι, quæ eam vim ac significationem habet quam dixi. Expositionem nostram confirmat Theophylactus in libro 3. cap. 1. quem omnino consule. Pag. 446

τινὶ τῶν παρόχων ἵππων. Musculus equum vehicularem vertit. Christophorsonus verò vectarium

rium interpretatur. Hos Latini Veredos vocabant, eo quod veherent Redas, ut scribit Festus. Utitur iterum hac voce Evagrius in capite 15. hujus libri. Ubi vide quæ notavi.

In Caput V.

ἐν φοινίκῃ λιβανησίας. Apud Nicephorum, in capite xi. libri 18. legitur ἐν λιβανησίᾳ τῆς φοινίκης, contrario errore. Scribendum enim est, ἐν φοινίκῃ λιβανησίᾳ. Duæ enim erant provinciæ Phœnicæ, altera Libanensis dicta: altera maritima

τόν γε ἐπ' αὐτοῖς. non dubito quin scribendum sit, τό γε ἐπ' αὐτοῖς, Id est, *Quantum in ipsis erat.* B Emendationem nostram confirmat Nicephorus, qui pro supra dictis Evagrii verbis hæc substituit: τό γε εἰς αὐτοὺς ἥκον. Certe in MS. cod. Tell. diserte scriptum inveni, τὸ γεῖπ' αὐτοὺς, &c.

συμμάχων δὲ ἢ πολιτείας ἄλλων. Hunc locum
Pag. 449 non intellexerunt Interpretes. Nam Musculus ita vertit: *Et ergo amicipes quidem multo moderatius quam barbari faciebant. Erga socios vero belli, & Reipublicæ ministros, admodum alieno erant animo.* Christophorsonus quoque eodem modo interpretatur. Verum Joannes Langus qui Compilatorem Evagrii Nicephorum Latine vertit, longe melius hunc locum exposuit. Sic enim habet: *Et mitiores quidem illi in vectigales & tributarios populos, quam barbari esse solent, fuere. At propugnatoribus vero, aut defensoribus Reipublicæ, aut quotandem eos nomine appellem, quam longissime abfuere.* Scilicet Nicephorus pro verbis illis: συμμάχων δὲ πολιτείας ἄλλων, hæc substituerat, συμμάχων δὲ ἢ πολιτείας ἢ συμμάχων, ἢ πῶς ἄν ἄλλως εἴποιμι, παντάπασιν ἀλλότριος διέκειντο. Ex quibus apparet, Nicephorum non intellexisse quid sibi vellent hæc Evagrii verba: πολιτείας ἄλλων. Militia apud Romanos jam inde à temporibus Augusti, servitus quædam fuit temporaria. Unde & milites punctis in cute notabantur, tanquam servi, ut docet Vegetius. Sed & missio militaris plane respondet manumissioni servorum. Certe Suidas, seu potius vetus quidam Scriptor apud Suidam in voce βετιρᾶνος, milites servitutem servisse docet, quamdiu merebant stipendia. βετεράνους παρὰ Ῥωμαίοις ὁ ἀπολυθεὶς τῆς στρατείας ἐπὶ εἰκοσαετίαν δι' ἔτους ἐδήλωνον. Sic etiam Petrus Chysologus in sermone D 15. de Centurione: *Vere Centurio, qui stipendia terrena Centenarium cœli mutavit in fructum, & servitutem militiæ sæcularis in divinam sustulit dignitatem.*

ὑδὲ μόναις ταῖς ἀποσκηνώσεσιν. Assentior Musculo & Christophorsono, qui μοναῖς emendarunt. Sic enim vertit Musculus: *Nec deputatis mansionibus contenti erant.* Quoties exercitus Romanus iter facturus esset, diu ante proponebatur edictum, quo singulæ mansiones in quibus milites mansuri essent, designabantur, ut docet Lampridius in Alexandro Severo: *Itinerum dies publice proponebantur, ita ut Edictum penderet ante menses duos, in quo scriptum esset: Illa die, illa hora ab urbe sum exiturus, &, si Dii voluerint, in prima mansione mansurus. Deinde, per ordinem mansiones, deinde statua, deinde ubi annona esset accipienda & id quidem. Eousque quamdiu ad fines barbaricos veniretur.* Hospitia quoque seu domus, in quibus milites ad bellum proficiscentes, vel ab expeditione redeuntes mansuri erant, à mensoribus notabantur, ut docet Vegetius in libro secundo, capite septimo, & Imperatores in codice Theod. titulo de metatis.

In Caput VI.

ἔς τινα ἐκείνῳ προσήκειν. Sic etiam legitur apud Nicephorum: nisi quod Nicephorus majoris perspicuitatis causa hæc adjecit, ἢ γένει, ἢ διαθέσει. Musculus tamen & Christophorsonus *favere* interpretati sunt, quamvis verbum προσήκειν hanc significationem non habeat. Proinde mallem legere προσέχειν.

In Caput VII.

ἄμφω τοιγαροῦν τῷ δήμῳ. Hunc locum ita exposuit Christophorsonus: *Ambo igitur, & optimates & populares in eandem cum plebe quasi pedibus iniere sententiam.* Musculus vero voces illas τῷ δήμῳ expunxit, ut ex versione ejus apparet. Sic enim vertit: *Utrique igitur in eandem sententiam conspirarunt.* Id est, *tam primores civitatis, quam plebeji.* Vel certe tam cives, quam artifices. Utrosque enim paulo ante distinxit Evagrius.

C περὶ τῆς ἐυετηρίας πόλεως. Annonæ fertilitatem *Pag.* 450. & copiam interpretatur Musculus. Langus vero & Christophorsonus pacem ac felicitatem. Certe vox ἐυετηρία utrumque significat, ut testatur Suidas.

ἐμοῦ παρεδρεύοντος. Quod hodie apud nos fieri solet in criminalibus judiciis, ut reos à Judicibus detur Jurisperitus, qui consilium ei suggerat. Id olim quoque in Ecclesiasticis judiciis obtinuisse docet hic Evagrii locus. Gregorius enim Episcopus Antiochiæ, cum in urbem regiam proficisceretur, coram Synodo Episcoporum & coram Senatoribus causam dicturus de incesto, Evagrium Scholasticum secum deduxit, qui Consiliarius ipsi & Assessor esset, & Concilium ipsi suggeret ubi D opus esset. Id enim significat vox παρεδρεύοντος hoc quidem in loco. Cæterum in hac narratione Evagrii, multa sunt observanda. Primum quod ait Gregorium Antiochensem Episcopum de crimine incesti accusatum ab homine laico coram sæculari Judice, ad Imperatorem, & ad Synodum provocasse. Ac de provocatione quidem ad Imperatorem, videnda est Epistola Concilii Romani ad Gratianum Augustum, quam primus edidit Jacobus Syrmundus. Præterea observandum est quod ait Evagrius, causam Gregorii disceptam fuisse coram Patriarchis ac Metropolitanis, & coram Senatoribus. Sic in Synodo Chalcedonensi Episcopis & sæcularibus Judicibus simul convenientibus, causa Dioscori Alexandrini Episcopi discussa & judicata est. In

qua Synodo gloriosissimi Judices & Senatores perpetuo nominantur ante Episcopos qui Synodo interfuerant: perinde ac in hoc Evagrii loco Senatores nominantur ante Metropolitanos: subjiciuntur tamen Patriarchis. A

In Caput VIII.

ἔτος ἑξδομον καὶ τριακοστὸν καὶ ἑξακοσιοστόν. Hic erat annus Christi 589. Anni enim Antiochenorum Natalem Christi antevertunt annis octo & quadraginta, ut supra observavi. Quod autem subjicit Evagrius, terræ motum hunc Antiochiæ contigisse anno uno & sexagesimo post priores terræmotus qui Antiochiam afflixerant, id cum rationibus nostris optime convenit. Prior enim ille terræmotus, Justiniano regnante, acciderat anno Christi 528. ut notavi ad librum quartum Evagrii. Porro ex his colligitur annus Synodi Constantinopolitanæ, quæ collecta est in causa Gregorii Antiochensis Episcopi. Hanc Baronius quidem refert anno Christi 587. Ego vero ex Evagrii authoritate biennio post collectam esse non dubito. Nam cum ea Synodus celebrata sit quatuor mensibus ante illum terræ motum, quo Antiochia concussa est; Terræmotus autem ille contigerit anno Antiochenorum sexcentesimo tricesimo septimo, ut testatur Evagrius: necessario efficitur id quod dixi, Synodum scilicet Constantinopolitanam anno Christi quingentesimo octogesimo nono collectam fuisse. B

ἀντερίδοντα ξύλα καλεῖν. Scribendum puto λαβεῖν. Emendationem nostram confirmat codex Tellerianus, & Nicephorus, qui hunc Evagrii locum ita expressit: διὸ καὶ ἀντερειδόντα ἔχει τὰ ξύλα, &c. Id est, ut vertit Langus, *Eaque de causa, tigna quæ id sustinebant, habuerat.* Græci hæc tigna ἀντερίδας vocant uno vocabulo, ut testatur Hesichius. Qua voce usum esse Philonem Mechanicum nuper deprehendi, cum ejus libros de Machinis in Latinum sermonem converterem. Gallice vocamus, *Des etais.* Latini vero *Fulturas* vocant: Qua voce utitur Livius in descriptione obsidionis Ambraciæ. C

Pag. 451 τὰ χαλούμενα βρισία. In codice Tellerianò, & apud Nicephorum legitur βρυσία, quod magis probo. Sic autem dicta videntur loca amœna ac florida, ἀπὸ τοῦ βρίειν, quod est florere, ut testatur Suidas, & Auctor Etymologici in voce βρίσαι.

οἱ κύριοι τοῦ πεδίου. Hunc locum non intellexerunt Interpretes, Langus, Musculus, & Christophorsonus, ut ex versione earum apparet. Sic enim interpretati sunt: *Omnes quoque turres in plano constitutæ, dissectæ sunt.* Ego πεδίον, *Campum* esse existimo, qui erat extra portas urbis Antiochiæ, in quo milites exercere solebant. Ejus loci mentionem facit Athanasius in libello precum, quem Arriani adversus ipsum obtulerunt Joviano Principi Antiochiæ commoranti. πρώτη ἐντυχία ἐποιήσαντο ἀπιόντος τοῦ βασιλέως εἰς κάμπον ἐκ τῆς ῥωμαϊκῆς πύλης. Id est, *Primus congressus quem habuerunt cum Imperatore, in porta Romanensi, dum Imperator procederet in campum.* D

ἑκάτερον τὸ πρὸς τὰς ὥρας διχρήσιμον. Nicephorus aliquot voces hic addit in hunc modum: πρὸς τὰς ἐκ διαμέτρου ὥρας, &c. Totum vero locum Joannes Langus ita vertit: *Et utrumque publicum lavacrum, ex pulcherrimo statu ad eam quæ ex diametro est deformitatem collapsum.* Quæ interpretatio ferri nullo modo potest. Nec multò melior est Musculi interpretatio, qui ita vertit: *Et ex publicis balneis alterum iisdem horis dirutum est.* Christophorsonus verò hunc locum ita exposuit: *Et utrumque publicum balneum, quod duobus distinctis temporibus inservit, eadem oppressit calamitas.* Ego verò horum verborum hunc esse sensum existimo. Duo erant Antiochiæ publica lavacra, pro anni tempestatibus divisa. Alterum æstivum, alterum hibernum. Ex his balneis alterum terræmotu illo corruisse ait Evagrius.

τῷ ἄρτῳ τεχμαιρόμενοι. Hunc locum ita exposuit Christophorsonus: *Et ut quidam conjecturam ex pane qui in tota civitate consumi solet, faciunt, hac lues sexaginta hominum millia extinxit.* Mihi tamen hæc interpretatio non placet. Neque enim ea ratione numerum mortuorum iniri potuisse existimo. Hunc igitur locum ita malim exponere. Quemadmodum Romæ, Constantinopoli, & Alexandriæ annona ex publico civibus erogabatur. Ita quoque Antiochiæ factum fuisse existimo. Erat enim Antiochia una ex quatuor maximis civitatibus Imperii Romani. Ex his igitur panibus qui quotidie erogari solebant, facilè erat colligere numerum mortuorum. Si quis tamen expositionem Christophorsoni sequi maluerit, non magnopere repugnabo. Præsertim cùm de annona publicaurbis Antiochiæ nullum extet veteris Scriptoris testimonium.

φορά δίων ἀνελόμενοι. Nicephorus aliquot verba hic adjecit hoc modo: φορά δίων σὺν τῷ σιτηρεσίῳ ἀνελόμενοι. Quod nescio utrùm ex conjectura addiderit, an in suo codice ita scriptum invenerit.

In Caput IX.

ὁ Γερμανὸς. De hac Germanii victoria strictim, ut solet, loquitur Theophylactus in lib. 3. cap. 3.

In Caput X.

ἀνδρίαν. Hunc Aristobulum vocare videtur Theophylactus in libro tertio capite tertio. Quem ait fuisse Curatorem domus Antiochi. Pag. 451

In Caput XI.

δι' αὐτῆς παρῆσαν. Hic locus non minimam habet difficultatem. Musculus quidem ita vertit:

quando ad militiam conscripti ex catalogo, per ipsum sunt admissi. Christophorsonus vero eodem fere modo interpretatur: *alii vestitu, cibo, & aliis rebus adjuti tum cum in album militum adscripti & per eum admissi fuerant.* Eundem quoque sensum secutus videtur Nicephorus, qui hunc Evagrii locum ita expressit, ἄλλως τε [illegible] ὅσοι ἐκ καταλόγου στρατολογηθέντες ἦσαν, δι' ἐκείνου παρέσαν. Quæ verba ita vertit Langus: *Tum autem quicunque delectu habito per Sacramentum militare in catalogum adscripti erant, per ipsum id consecuti fuerant.* Mihi tamen non placet hæc interpretatio. Neque enim adeo expetenda res eo quidem tempore fuit militia Romana, ut suffragio cujusquam opus fuerit ad hoc, ne quis militum numero adscriberetur. Quare existimo potius hæc verba ita esse exponenda: *Tunc cum militaribus numeris adscripti, per ipsius agros transirent.* Notat hoc loco Evagrius munificentiam Gregorii Antiochensis Episcopi, qui milites per agros suos transeuntes, non solùm hospitio excipiebat, sed & vestem, & cibos ac pecunias iis donabat. Certè παρεῖναι hoc sensu usurpat Justinianus in Novella 130. de transitu militum, ὥστε τοὺς τῷ ὑμετέρῳ στρατεύματος ἐν ἑκάστῃ ἐπαρχίᾳ παριόντας ἀμέμπτως ἀποτρέφεσθαι. In codice Tellerianο hunc locum ita scriptum inveni, ὅτι στρατολογηθέντες ἐκ καταλόγων δι' αὐτοῦ παρῆσαν.

ἐν λιτάρβοις. Vicus est in territorio Chalcidis urbis Syriæ, cujus meminit Julianus Imperator in epistola 27. Juxta hunc vicum erant Hibernacula Regis Antiochi, quorum reliquias adhuc sua ætate superfuisse testatur ibidem Julianus, ita scribens. μέχρι τῶν λιτάρβων ἦλθον. ἔστι καὶ ἡ κώμη καλχιδός, ἐν ἐνίτυχον ὀδῷ λείψανα ἔχουσι χειμαδίων ἀντιοχικῶν. Quem locum Martinius ita vertit. *Ad Litarbos veni, quod oppidum est in Chalcide: & casu incidi in viam quandam quæ reliquias adhuc Antiochensium Hibernorum habebat.* Ego vero sic interpretor. *Litarba adveni, qui vicus est in agro Chalcidico. Et viam offendi quæ reliquias habebat Hibernorum Regis Antiochi.* Ejusdem vici meminit Theophanes in Chronico pag. 151. ubi ait Alamundarum populatum esse Syriam primam usque ad fines Antiochiæ & usque ad Litarga & Scaphata. Verum in Theophane scribendum puto. τῶν λειομένων λιτάρβων καὶ σκαφάτων κτημάτων. Quam emendationem confirmant sequentia. Addit enim καὶ ἔκαυσε τὰ ἐξωτῆς χαλκίδος.

In Caput XII.

Pag. 453. ὅτε τὸν νεῖλῳ ὑμῶν κλόνον. Nescio quid de navali Romanorum pugna hîc somniavit Christophorsonus. Neque enim Romani eo tempore navalem pugnam commiserant, sed terrestri prælio cum Persis conflixerant. Metaphora igitur usus est hoc loco Evagrius noster: & castra quidem Romanorum comparat navi: seditionem vero quam excitaverant, comparat tempestati.

πῶς οὐκ ἔφομαι τῇ θείᾳ σου θέλῃ. Deerat hoc loco integra linea, quam ex optimo codice Florentino supplevi. Eadem quoque lacuna videtur fuisse in eo codice quo usus est Nicephorus. Neque enim omissurus erat præclaram illam sententiam quâ usus erat Mauricius. *Cor Regis in manu Dei*; si illam in exemplari suo reperisset.

παρῴδησυσλήπτους. In optimo codice Florentino totus hic locus ita legitur: καὶ ὥσπερ ἀγαναντῶν ὅτι γε παρῴδη, δυσλήπτῳ εἶναι κατάπαξ οὐκ ἀνέχεται. Optime, dummodo disjunctis vocibus legamus δυσλήπτους, quemadmodum legitur apud Nicephorum in capite 15. libri 18. Facessat igitur Christophorsoni & Savilii conjectura, qui εὐλήπτους hoc loco restituebant.

τῶν γὰρ ἀγαζόντων εὐζωλία. Scribendum est Pag. 454.
procul dubio εὐζωλία, & paulo post εὐπειθεία absque subscripto. Id enim postulant leges Gram-
B maticæ: atque ita etiam legitur apud Nicephorum.

In Caput XIII.

Λιτοῖς καὶ πρόσευχαῖς ἐξωσιοῦτο. Hæ preces atque Pag. 455.
orationes referri possunt, vel ad reconciliationem pœnitentium & ad absolutionem Sacramenti quo milites sese obstrinxerant; vel ad Missarum solennia, quæ Gregorius tunc celebravit coram Tribunis ac Centurionibus exercitus Romani, quibus etiam sacram Communionem impertiit, ut testatur Evagrius. Ita certè hunc locum exponit Nicephorus: λιταῖς, inquit, ἐξωσιεῖτο τὸ θεῖον καὶ τελοῦ θείας τελέσας μυσταγωγίας, τοῖς ἅπασι μετεδίδου.

ἀπαίσιπτος ἡμέρα. In optimis codicibus Florentino & Telleriano additur δευτέρα. Id est secunda Feria magnæ Hebdomadis. Eandem quoque emendationem in codice Vulcobiano ad latus scriptum inveni.

ἐκεῖ δ' ἐμίνον τε κατὰ τὸν βασιλίως. Assentior Christophorsono & Savilio, qui post hæc verba distinctionem apposuerunt. Est enim prorsus necessaria. Sed & ante illos Nicephorus hunc locum ita distinxerat. Melius tamen Nicephorus scriptum habet πρὸς τὸν βασιλίως.

In Caput XIV.

Τῶν ἐν μαρτυραπόλει δικάρχων. Rectius in Manuscriptis codicibus Florentino & Telleriano scribitur δικαδάρχων, quemadmodum etiam Vulcobius ac Savilius in margine suorum codicum emendarunt. Nicephorus in capite 17. libri 18. hunc Evagrii locum ita exponit: δικάδος ἄρχων στρατιωτικοῦ τάγματος καθεστηκώς. Hi à Latinis Decani dicebantur, non autem Decoriones, ut Musculus & Christophorsonus interpretantur. Testatur id Vegetius in cap. 8. lib. 2. agens de Centurionibus sive ordinariis: *Erant* inquit, *decani denis militibus præpositi, qui nunc caput contubernii vocantur.*

τῶν ἐγκαθημένων αὐτῷ. Procul dubio scribendum est αὐτῇ. Sic enim lex Grammatica postulat.

λόχον περσικὸν Quadragintos homines armatos, ut scribit Theophylactus in capite 5. libri 3.

In Caput XV.

Pag. 456 Τινὶ τῶν παρόχων ἵππων. Usus est hac voce Evagrius supra, in cap. 4. hujus libri, ubi Interpretes vehicularem & Vectarium equum utrobique interpretantur. Nicephorus verò in capite 18. libri 18. hunc Evagrii locum describens, vocabulum παρόχων, ita exponit. ἐνὶ τῶν ὅπισυρομένων ἵππων ὅπισθάλας, τῆς μάχης ἐξῆγε. Id est, *Nisi quidam ex satellitibus in unum ex equis qui post eum ducebantur, ipsum imposuisset.* Solebant enim duces cùm ad pugnam proficiscerentur, plures secum equos ducere, ut si fortè equus quo sedebant interfectus fuisset, in alium equum conscenderent.

ὀι περισωθέντες προπάσλω. Hunc locum egregiè mihi videor restituisse hoc modo. φεύγουσι δὲ ἐκ ὀι περσαι ἐκπεσόντες προπάσλω, &c. Certè verbum περισωθέντες nullo modo hic convenit. Neque enim qui servati sunt, amplius fugiunt. Nec Persæ περισωθέντες dici potuerunt, antequam Nisibin pervenissent. Itaque subdit Evagrius. κατὰ τὴν νίσιβιν διασώζονται. Pro voce προπάσλω, Nicephorus reposuit πρωτροπάσλω, quod est vulgatius.

κατὰ τὸ ὄκβας. Idem videtur esse quod à Theophylacto vocatur ἀκβὰς, castrum munitissimum. Hujus situm describit Theophylactus in libro primo capite 12. eodem prorsus modo quo Evagrius situm Castelli Ocbas describit. Itaque tam ex nominis similitudine, quam ex situ apparet, unum idemque esse Castellum Ocbas & Acbas: situm juxta fluvium Nymphium & urbem Martyropolim. Conjecturam nostram prorsus confirmat Theophylactus, in capite 2. lib. 4. ubi Castrum illud Ocbas quod Evagrius noster à Comentiolo captum esse dicit, ipse Acbas nominat.

In Caput XVII.

Pag. 457. ἐγκαθιζῶσι μετ' αὐτὸν βασιλέα χοσρόην. Hunc locum ex Manuscriptis codicibus Florentino & Tellerianо supplevimus hoc modo. ἐγκαθιζῶσι δὲ μετ' αὐτὸν, &c. Porrò Chosroes Rex Persarum constitutus est anno Christi 592. ut scribit Baronius in Annalibus. Qui fuit annus decimus Imperii Mauricii, non autem septimus, ut Baronius scribit. Nam anni Imperatoris Mauricii, æquo ferè passu cum annis indictionis progrediuntur, sicut & anni Imperii Justini junioris. Quare cùm anno Christi 592. decima fuerit indictio teste ipsomet Baronio, decimum quoque annum Imperii ejusdem Mauricii tunc fuisse necesse est. Auctor tamen Chronici Alexandrini, inaugurationem Chosrois, ejusque ad Romanos fugam anno uno antevertit. Sic enim scribit. Indictione nona, anno nono Imperii Mauricii Tiberii anno septimo. τούτῳ τῷ ἐνιαυτῷ χοσρόης ὁ περσῶν βασιλεὺς ἦλθε πρὸς ἡμᾶς, ἀνταρσίαν ὑπομείνας ἀπὸ βαράμ τοῦ αὐτοῦ συμφυλίτου, καὶ διὰ συμμαχίας ῥωμαϊκῆς ἀποκατέστη εἰς τὴν ἑαυτοῦ βασιλείαν. Id est, *Hoc anno Chosroes Persarum Rex, A cum Varamus contribulis ejus adversus eum rebellasset, ad Romanos confugit; iisdemque auxiliantibus in Regnum suum restitutus est.* Joannes autem Biclariensis in Chronico, anno citius id factum refert. Sic enim scribit: anno octavo Mauricii Imperatoris quo Chronicum suum terminavit. *Anno igitur sesimo ergo Constantini Imperatoris anno, quo tempore hæresis Ariana initium sumpsit, usque in octavum annum Mauricii Principis Romanorum, anni sunt ducenti sexaginta sex. In his ergo temporibus quibus omnipotens Deus prostrato venenosæ hæresis veneno pacem suæ restituit Ecclesiæ, imperator Persarum Christi suscepit fidem, & pacem cum Mauricio Imperatore firmavit.* Ubi notandum est quod ait Biclariensis, Persarum Regem, abjecto simulachrorum cultu, ad Christi fidem transisse. B Idem certè testatur Theophylactus in cap. 2. libri 5. & in cap. 10. libri 4.

παῖδα τε αὐτὸν αὐτομόλη καθίστησι. Theophylactus in cap. 3. libri 5. ait: Chosroem à Mauricio Imperatore filium duntaxat esse appellatum. Theophanes autem in Chronico pag. 224. disertè scribit Chosroem à Mauritio Imperatore filium esse adoptatum: τούτῳ τῷ ἔτει τεκνοποιηθεὶς μαυρικίῳ ὁ βασιλεὺς τὸν βασιλέα περσῶν &c.

In Caput XIX.

Καταλιυθεὶς ἀπεκολοπίσθη. Theophylactus in cap. 15. libri 4. Sittam jussu Comentioli Magistri militiæ flammis absumptum esse scribit. Pag. 451

In Caput XX.

Γολανδοὺχ μάρτυς ζῶσα. Rectiùs in codice Florentino scribitur γολανδοὺχ. Golinduch dicitur à Nicephoro in capite 25. libri 18. ubi vitam ejus ac martyrium & res gestas breviter describit, sicut à Stephano Hieropolitano Episcopo qui librum de ejus vita conscripsit, acceperat. Ex quo etiam discimus, quam ob causam Martyr vivens appelletur ab Evagrio. Nam post martyrium diu superstes vixit, quemadmodum scribit Nicephorus. Ejus diem natalem Græci celebrant, undecimo Julii, ut legitur in Monologio. Ejusdem sanctæ mulieris mentionem facit Theophylactus in cap. 12. libri 5. Pag. 451

In Caput XXI.

Ζαβεσπρὰμ μετὰ στρατοῦ. In libro 5. Theophylacti Simocattæ cap. 13. scribitur, διὰ τὸ ἐχθρῶς τὸν δυσυχῆ ζαβεσπράτλω ἐκ τοῦ στρατοῦ, &c. quod magis probo.

καὶ καταῤῥάξαι. Apud Theophylactum legitur καταταράξαι.

τοιαύτλω ἑαυτῷ ἔρωτα αἴτησιν. Apud Nicephorum scribitur: ἐν ἑαυτῷ, apud Theophylactum verò ἐν ἐμαυτῷ, quam scripturam magis probo. Pag. 460

τὸ ῥόδον χόσρον. Apud Theophylactum & Nicephorum legitur una voce ῥοσωχοσρών. Ita quoque scriptum habet codex Tellerianus.

ἐγὼ δὲ διδάσας. Legendum puto ἐγὼ διδίσας. Pag. 461

καὶ ἀμφίθυρον ὑννικὸν. Interpretes hunc locum non intellexisse, ex eorum versione satis apparet. Sic enim ambo verterunt, *& anicum utrinque apertum.* Ita quoque Raderus qui Theophylactum Latine interpretatus est, nisi quod *Hunnicum* habet, ut legitur in Græco Theophylacti codice. Langus autem interpres Nicephori, vocem Græcam retinuit hoc modo. *Et Amphithyrum Hunnicum.* Et subjecto scholio hanc vocem ita exponit. *Iudicio meo carceres, sive cancelli sunt, sacratiorem aræ mensam, vel circundantes, vel populum ab ea arcentes: in quorum parte utraque janua sit, & aditus ad eam ferens operis Hunnici.* Sed pace viri docti dictum sit, vocis hujus significationem non est assecutus. Græci ἀμφίθυρα vocabant *vela* pro foribus pendentia. Ita Chrysostomus in Homilia 84. in Matthæum, de Zacchæo loquens qui Dominum convivio excepit: ὅτε ἐμισθώσω εἰς αὐτὸν εἰσιέναι ὁ χριστὸς, πῶς αὐτὸν ἐκόσμησε ἐκεῖνος. ἡ γὰρ ἔδραμε πρὸς τοὺς γείτονας, ἀμφίθυρα αὐτῶν ἢ καθέδρας, ἢ βάτρα ἐξ ἐλέφαντος πεποιημένα. Id est, *Zacchæi domum cogitatione ingredere, & considera, cùm audisset Christum in eam ingressurum, quomodo eam ornavit. Non enim curriculo advicinos contendit, vela; sedes, subsellia mutuaturus eburnea.* Sic & in Ecclesiis Christianorum vela erant pro foribus, ut testatur Epiph. in epist. quadam quam Hieronymus Latine interpretatus est. Et ut ad rem propius accedamus, in ipso altari vela erant, quibus fores altaris sive chori tegebantur. Cumque sacerdos Eucharistiam facturus esset, ea vela reduci solebant, ut populus sacra mysteria è longinquo conspiceret. Id testatur Chrysostomus in Homilia 3. in epistolam ad Ephesios, his verbis: ὅτω δὴ καὶ ἐνταῦθα ἐκφερομένης τῆς θυσίας καὶ τῶ χερουβὶ τιθυμένου, ὅταν ἀκούσῃς δηθῶμεν πάντες κοινῶς, ὅταν ἴδῃς ἀνελκόμενα τὰ ἀμφίθυρα, τότε νόμισον διανοίγεσθαι τὸν οὐρανὸν ἄνωθεν, &c. Id est, *Ita hic quoque cum offertur sacrificium, & Christus sacrificatur & ovis Dominica: quando audieris; Oremus omnes simul: quando videris reduci qua in ostiis sunt cortinas, tunc existima cœlum superne aperiri,* &c. Vbi vides vocem ἀμφίθυρα sumi pro velis quæ ostiis altaris apposita erant. De his etiam velis mentio fit in vetere charta donationis Ecclesiæ Cornutianensis quam primus in lucem edidit Ioannes Suarezius. *Et pro ara ora vela Tramoserica Alba auroclava 2, vela blattea auroclava paragaudata 2,* &c. & infra *vela linea paragaudata Persicâ clavatura collomelina prasina 2, vela linea paragaudata Persica clavatura leucorhodina duo.* Et rursus infra. *Item ante Regias Basilicæ vela linea plumata majora fissa numerò tria. Item vela linea pura tria, ante consistorium velum lineum purum unum. In prænao velum lineum purum unum; & intra Basilicam pro porticibus vela linea rosulata sex. Et ante secretarium vel curricula vela linea rosulata pensilia habentia arcus 2.* Quem locum ideo integrum adscripsi, ut studiosus Lector intelligat, quam multiplex olim fuerit usus velorum in Ecclesia: & ut sciremus quid esset in hoc Evagrii loco Hunnicum velum. Nam ut Persica vela olim in pretio fuisse docet hæc charta donationis, sic Hunnica quoque vela præcipuè commendabantur. Porro de velis Persicis loquitur etiam Scholiastes Aristophanis ad Ranas: παραπιτάσμασι ταῖς σκηναῖς τοῖς περσικοῖς βήλοις, ἢ βηλοθύροις. Dicebantur enim hujusmodi vela βηλόθυρα, eo quod foribus appensa essent, ut supra dixi. Guilielmus Bibliothecarius in vita Stephani sexti. *Contulit in eadem Basilica Apostolorum cortinam lineam unam, velothyra serica tria in circuitu altaris.* Ex quo apparet βηλόθυρον & ἀμφίθυρον idem significare.

In Caput XXIII.

Ὡς καὶ τὰς ὀδόντας αὐτὸς ἀλλάξει. Hunc locum una voce inserta optime expositi Nicephorus: λόγος γὰρ μὴ ἔχει τοῦτον καὶ πρώτους ὀδόντας ἀλλάξαι ἐν τῇ ἕδρᾳ τοὺς κίονος. Id est, ut vertit Langus: *Perhibetur sane primos dentes in columnæ statione mutasse.* In optimis codicibus Florentino & Telleriano ἀυτὸ scribitur, non αὐτὸς. Vbi vox ἀυτὸ ponitur pro ἐκεῖ. Pag. 462

ὡς ἐκ ἀρίσκον τῷ θεῷ. Leges Grammaticæ postulant, ut ἀρισκόντων scribamus. Præcessit enim ἐκ τούτων.

In Caput XXIV.

Ἐπιτελυτᾶ δὲ αὐ γρηγόριος. Gregorii Antiochensis Episcopi obitum & restitutionem Anastasii Sinaitæ, Baronius quidem refert anno Christi 594. Dubitat tamen ibidem Baronius, an potius in annum sequentem id referri debeat; præsertim cùm Gregorius Magnus in registro epistolarum Indictionis 13. gratuletur Anastasio, quod in Antiochenam sedem restitutus fuisset. Verum Auctor Chronici Alexandrini, qui iisdem fere temporibus vixit quibus Gregorius, anno Imperii Mauricii decimo, indictione decima mortem Gregorii assignat, ita scribens. ἰνδοι. τούτῳ τῷ ἔτει ἀναστάσιος πατριάρχης ἀντιοχείας ἐπανῆλθεν ἐν ἀντιοχείᾳ μετὰ τελευτὴν γρηγορίου πατριάρχου γενομένην, τὸν ἐκδιαξάμενον πρὸ τούτου ἢ αὐτὸν ἀναστάσιον. Id est: *Hoc anno Anastasius Patriarcha Antiochenus reversus est Antiochiam, post mortem Gregorii Patriarchæ, qui antea eidem Anastasio successerat.* Ubi notabis Anastasium Patriarcham vocari etiam ante restitutionem: propterea quod, ut pote per vim nec legitimè depositus titulum Patriarchæ perpetuò retinuerat. Certè Gregorius Papa in tribus epistolis quas initio Episcopatus sui ad eum scripsit, eum semper Patriarcham agnoscit. Gregorium vero qui Anastasii superstitis cathedram non legitimè occupaverat, nunquam in numero Patriarcharum habuisse deprehenditur. Pag. 463

ἐκ τῆς ἑρμοδακτύλου. Hermodactylus planta fuit veteribus ignota. Certè nec Dioscorides, nec Galenus ullam ejus mentionem fecêre. Arabes vero post Serapionem, cum Colchico atque Ephemero eam confuderunt. Quos secuti Pharmacopolæ nostri, passim in Officinis pro Hermodactylo Colchicum substituunt. Sed hunc errorem jamdudum notavit Andreas Matthiolus

lus in Commentariis ad lib. 4. Dioscoridis, & post eum reliqui qui de plantis scripsere. Et in priori quidem editione Commentariorum suorum, nondum ipse Matthiolus satis cognitum habebat, quid esset Hermodactylus. Postea vero cùm eam plantam nactus esset ab illustri viro Augerio Busbequio, qui ex Constantinopolitana legatione eam attulerat, ejus typum nobis exhibuit pag. 1109. posterioris editionis. Ejus radices digitorum similitudinem referunt, adjectis etiam unguibus. Ex quo plantæ nomen est inditum. Hermodactylus enim Mercurii digitum significat. Porro ejus radix olim Arthriticis exhibebatur, tunc cum humores defluerent; quippe quæ & ipsa per se & ejus decoctum, vim habet purgandi, ut scribit Paulus Ægineta in libro septimo. Hodie vero Hermodactylus Podagricis præbetur, non eo tempore quo humores defluunt, sed vigente potius & confirmato jam morbo. Nam cum recentiores Medici usu ipso deprehendissent, medicamentum istud noxium esse in accessione morbi; Medicorum veterum consuetudinem hac in parte correxerunt, ut me docuit clarissimus vir ac doctissimus Tossanus de Fontaine, in Academia Parisiensi Medicinæ Doctor ac Professor Regius: Cui ob singularem erga me benevolentiam, & in curanda valetudine mea sollicitudinem ac diligentiam, plurimum me debere profiteor.

τῷ εἰπεῖν δεδοθέντος χρόνῳ. Ex his verbis colligitur omnino, Anastasium paulò ante mortem Gregorii in sedem Antiochenam restitutum fuisse. Ait enim Evagrius Gregorium Antiochenum mortuum esse Anastasio in sedem suam restituto. Nicephorus tamen his verbis nihil aliud significari existimavit, quàm Anastasium post mortem Gregorii in suam sedem restitutum fuisse.

μὴ τρεῖς ἢ ἔλαττον χρόνους. Anastasius depositus fuerat anno Christi 570. ut supra observavi in Annotationibus ad cap. 5. lib. 4. Ab hoc anno ad decimum Imperii Mauricii annum, quo in sedem suam restitutus est, ut tradit Auctor Chronici Alexandrini, id est ad annum Christi 592. anni sunt tres ac viginti.

διαδέξασθαι τὸς μαυρικίου. Ex his verbis suspicari quis fortasse possit id quod suspicatus est etiam Baronius, Gregorium Antiochenum Episcopum mortuum esse anno Imperatoris Mauricii duodecimo. Cur enim diceret Evagrius, anno duodecimo Imperii Mauricii se Historiam suam terminasse, nisi antea aliquid retulisset quod gestum erat anno ejusdem Mauricii duodecimo. Re tamen diligentius examinata, mihi non videtur Evagrius his verbis id significare voluisse. Ait enim Evagrius Gregorium Antiochenum fato functum fuisse, Gregorio quidem Romanam, Eulogio autem Alexandrinam Ecclesiam administrante: Joanne vero Hierosolymis præsidente. Qui cum haud multo postea è vivis abiisset, neminem adhuc in ejus locum suffectum fuisse dicit. Non igitur Gregorii morte historiam suam terminavit Evagrius, cum post ejus mortem Joannem Hierosolymitanum Episcopum obiisse referat, & post ejus interitum neminem adhuc eo tempore quo hæc scribebat, substitutum esse. Id ergo tantum his verbis significat Evagrius, se hæc scripsisse anno duodecimo Imperii Mauricii.

τῇ τῦ κοιαισωρείῦ ἀξιώσει. Non probo interpretationem Christophorsoni & Musculi, qui Quæsturæ honorem à Tiberio delatum esse putant Evagrio nostro. Atqui Evagrius non dicit delatam sibi esse dignitatem τῦ κοιαίσωρος, sed tantum τῦ κοιαισωρείῦ, id est, *Quæstorii*. Multum autem discrimen est inter Quæstorem & Quæstorium. Nam Quæstor est qui Magistratum Quæstoris gerit. Quæstorius vero is qui Magistratu illo jam perfunctus est. Cùm igitur dicit Evagrius delatum sibi esse honorem Exquæstore, codicillos ex Quæstore sibi ab Imperatore collatos esse intelligit: eodem prorsus modo quo codicillos ex Præfectis Prætorio à Mauricio Imperatore sibi delatos esse, statim subjungit. Porro qui codicillos hujusmodi meruerant, ii privilegiis omnibus fruebantur, quæ competebant honoratis qui dignitates illas gesserant, Quæsturæ scilicet ac Præfecturæ. Cæterum hoc loco scribendum videtur τὸ τῦ κοιαισωρείῦ supple ἀξίωμα. Page 444

ἐφ' ᾧ σωτηριάκῳ. Hunc locum non intellexerunt Interpretes. Nam Musculus quidem ita vertit: *Unde ista composuimus, cum ille Imperii ignominiam ablaturus, Theodosium in lucem produxit.* Christophorsonus vero sic interpretatur: *Quo regnante eas relationes composuimus: adque eo ipso tempore quo Theodosium in lucem edidit.* Existimavit scilicet Christophorsonus scribendum hic esse ἐφ' ᾧ. Verum hæc emendatio ferri non potest. Non enim regnante Mauricio opus illud relationum composuerat Evagrius, sed regnante Tiberio Constantino, sicut ipse affirmat paulo supra. Malui igitur hoc loco vulgatam scripturam retinere, subaudiendo vocem διαφορᾷ vel διαλέξει. Nam cum Mauricio Imperatori natus esset filius Theodosius, Evagrius orationem ad Mauricium Imperatorem scripsit, qua ei ob natalem filii gratulabatur, & tum Mauricio ipsi, tum Reip. Rom. summam felicitatem augurabatur, propterea quod Mauricius abolito vetusto Romani Imperii dedecore, masculam prolem tandem suscepisset. Nam ex Imperatoribus Romanis qui in Orientis partibus regnaverant, jam inde à Theodosio juniore, nullus mares liberos genuerat. Ob hanc igitur orationem ait Evagrius donatum se esse à Mauricio codicillis amplissimæ Præfecturæ.

ὅτι θεοδόσιον ἐφῶς προήγαγεν. Theodosius nobilissimus natus est in purpuris anno 3. Imperatoris Mauricii die 26. mensis Septembris, ac proinde indictione 4. quæ cœperat à Calendis Septembris hujus anni. Idem postea à patre Mauricio Augustus coronatus est indictione octava die 26. mensis Martii, cùm annos natus esset quatuor cum dimidio, ut scribit Theophanes in Chronico pag. 225.

Finis Annotationum in Historiam Evagrii.

HENRICI VALESII
ANNOTATIONES
IN EXCERPTA
EX HISTORIA ECCLESIASTICA
PHILOSTORGII.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

HENRICI VALESII
ANNOTATIONES
IN EXCERPTA
EX HISTORIA ECCLESIASTICA
PHILOSTORGII.

IN CAPVT PRIMVM LIBRI PRIMI.

Pag.467 Ἡ τὸν πίλιμον ἀπαγγέλλει. Scribendum est accentu mutato ἡ subauditur enim συνοψις. Certè in codice Manuscripto Samuelis Bocharti legitur ἃ τὸν πόλεμον. Paulò post ubi legitur τὸ ἀφ' ὃν τὸν ἐλεάζαρον, &c. mallem scribere, τὰ ἀφ' ὧν, &c.

In Caput II.

Pag.468 Εὐσέβιον ἐπαινῶν. In Manuscripto codice Samuelis Bocharti legitur ἐπαινέας, quod scriptum esse opinor pro ἐπαινέας.

In Caput III.

Κατεφράξατο. Leges Grammaticæ postulant ut scribamus καταφράξασθαι. Alioqui si vulgatam lectionem retineamus, dicendum esset αὐτὸς μᾶλλον ἀλέξανδρον φροτιμέας, &c.

In Caput IV.

Αὐτὴ ἐσωρευμένον. Hunc locum facile erat restituere ex Nicephori libro 8. cap. 5. in quo ita legitur: ὑπὸ τῶν μεταφρένων αὐτὴ σεσωρευμένον. Certè in codice Scoriacensi scriptum est αὐτῆ. In Manuscripto autem exemplari Samuelis Bocharti scribitur αὐτῆς ἐσωρευμένον, manifesto veræ lectionis vestigio. Porro his verbis indicat Philostorgius, hunc Alexandrum habuisse in dorso quandam carnis exuberantiam, quam Gallico sermone lupam vocamus, ex quorundam perspicillorum similitudine quæ figurâ convexâ fabricantur è vitro, ad hoc A ut litteræ majores & evidentiores conspiciantur. Quare in hoc loco mallem scribere ὑπὲρ τῶν μεταφρένων.

In Caput VI.

Καὶ ὅτῳ τοῖς ἄλλοις. Supplendum est adverbium hoc modo καὶ ὅτῳ ὁμοίως τοῖς ἄλλοις φθεγξάμενῳ. Interpres hoc loco suam Græcæ linguæ imperitiam satis prodidit, tum in versione, tum in Annotationibus.

καταπληττίσσης διατυπωμένας. Inepta est horum duorum participiorum conjunctio. Proinde aut B prius illud participium delendum est, aut certè scribendum καταπληκτικῶς.

In Caput VIII.

Βασιλέα τὸν ἀμασείας ἐπίσκοπον. Hujus meminit Pag.469 Constantinus Porphyrogennetus in libro primo de Thematibus capite secundo his verbis: φοίδιμῳ τινὶ ὀ ἀμασείας, καὶ βασιλεύς ὁ ἀοίδιμος, ὁ δὴ λικινίου μαρτυρήσας, &c. Ubi Interpres Regem vertit gravi errore: Basileus enim dicendus erat, sicut dicitur in Chronico Eusebii; Philostorgius quidem hunc Basileum interfuisse scribit Synodo Nicææ. Ve- C rum reliqui omnes illum persecutione Licinii extinctum esse consentiunt, quorum sententiæ libens accedo.

καὶ μελέτιον τὸν σεβαστοπόλεως. De hoc Meletio vide quæ notavi ad librum 7. Ecclesiasticæ Historiæ Eusebii Pamphili cap. 32. Interpres enim Philostorgii, quis esset hic Meletius ignoravit, eumque cum Meletio Sebasteno, qui postea Antiochensis Episcopus fuit, confudit.

HENRICI VALESII ANNOTATIONES IN LIBRUM SECUNDUM HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ PHILOSTORGII.

In Caput I.

Πρὸς τὴν ἐυσέβειαν. Rectius in Manuscripto codice Samuelis Bocharti scriptum est ἀσέβειαν. Eusebius enim Nicomediensis cùm formulæ Nicænæ fidei primum subscripsisset, paulò post ad pristinam impietatem rediit, ut testantur Socrates, Sozomenus ac Theodoritus.

Pag.470 συνιλθεῖν ἀπό. In Manuscripto codice Samuelis Bocharti ad marginem emendatum est ἀπό, quod quidem magis probo. De hac porro narratione idem sentio quod Photius, mera mendacia hæc esse ab imprudenti homine conficta.

In Caput III.

Ἐν τοῖς θεομαχεῖς. Totum hoc caput prodigiosis erroribus scatebat, non tam vitio codicis Manuscripti quo usus est Gothofredus, quam ob ejus imperitiam in legendis Græcis exemplaribus. Ego ope MSS. codicum, Scoriacensis scilicet & Bochartiani errores illos emendavi. B

Καὶ τοὺς πλείους ἀπὸν συναπενεχθῆναι. Scribendum puto ἀπὸ supple τοῦ ἀρείου.

In Caput V.

Pag.471. Διαβάντες ὃ ἐς τὴν ἀσίαν. Hunc locum emendavi ex MS. codice Samuelis Bocharti, in quo ita legitur, διαβάντες ὃ ἐς εἰς τὴν ἀσίαν, &c.

ἅμα τῷ τὴν ἀρχὴν ἄγοντι. Magis placet scriptura codicis Bocharti, ἀρχὴν ἔχοντι. C

In Caput VI.

Θεόφιλον εἰσάγει τὸν ἐυδόν. Hunc Theophilum Philostorgius perpetuo Indum vocat, ut videre est in excerptis ex lib. 3. & 4. sic autem dictus est Theophilus, seu quod oriundus esset ex India, seu quia legatus ad Indos, sive Æthiopes missus fuerat à Constantio, quemadmodum docet Philostorgius. Certè Gregorius Nyssenus in lib. 1. contra Eunomium, Theophilum hunc Blemmyn vocat, aitque familiarem illum fuisse Cæsaris Galli; quod quidem testatur etiam Philostorgius in lib. 4. Locus Gregorii Nysseni sic habet; γινώσκει τὴν καινοφωνίαν ταύτην ὁ βλέμμυς Θεόφιλος. ᾧ συνῆσθα τινὸς ἐξ ἐυδὸν τὴν γάλλων πρευπαρχόσης, ὁ αὐτὸς εἰς τὰ βασίλεια δι A ἀπὸ παριόντο. Nisi fortè dicamus Blemmyas perinde ac Æthiopas eorum vicinos, à Veteribus Indos esse appellatos. Sane Blemmyes Mauri etiam dicti sunt, uti discimus ex Ammonio in lib. de cæde Patrum in monte Sina.

σάβα μὲ πάλαι. In MS. codice Samuelis Bocharti scribitur σάβαι. Quam lectionem confirmat Stephanus Byzantius, qui metropolim ipsam ita dictam esse testatur in voce σάβαι. Arrianus verò in periplo maris Erythræi, urbem ipsam σάβα nominat, populos vero Sabaitas qui eidem Regi parebant cui Homeritæ. Proinde Sabæos ab Homeritis distinguit Arrianus. Uranius quoque in lib. 1. Arabicorum, Sabæos ab Homeritis separat, ut videre est apud Stephanum in voce χατραμῶται.

In Caput VII.

Φυγὼν ἀπὸ βασιλεὺς ἐτιμήσατο. Post vocem ἐπι- Pag.472
γραφαμένους apponenda est finalis distinctio, deinde scribendum est φυγὼν ὃ ἀπό. &c. In MS. codice Samuelis Bocharti pro ἐπιγραφαμένους scriptum inveni ἐπιγραφάμενοι.

In Caput VIII.

Ὅτι περὶ ἀγαπητοῦ. De hoc Agapeto plura habet Suidas in voce ἀγαπητὸς ex Philostorgio. Quanquam apud Suidam Eusebius Pamphyli ponitur pro Philostorgio. Atqui Eusebius Pamphyli in Ecclesiastica Historiâ nusquam mentionem fecit Agapeti. Proinde memoriæ vitio lapsus Suidas, Eusebium posuit pro Philostorgio. Nam ea quæ de Agapeto referuntur à Suida, prorsus conveniunt cum iis quæ ex eodem Philostorgio refert Photius.

In Caput IX.

Τῆς πολιτείας πολυτελῶς κόσμον. Hujus loci sensum non est assecutus Interpres, ut ex versione ejus apparet. Sic enim vertit: *Omnemque alium absolutissimæ dispositionis ornatum in ea constituisse.* Non hoc dicit Philostorgius, sed ait Constantinum civitatis CP. honorem mirum in modum auxisse, adeo ut par esset honori civitatis Romanæ. Privilegia scilicet concessit civibus CP. æqualia privilegiis quibus fruebantur cives Romani. Tale fuit jus Italicum, quod Constantinopolitanis postea concessum est lege Valentis Augusti, ut legitur in codice Theodosiano.

In

In Caput X.

τελευτᾷ τὸν δὲ. Alexandri Constantinopolitani Episcopi obitum rectè Philostorgius refert principatu Constantini Maximi. Sed quod Eusebium Nicomediensem in ejus locum subrogatum esse scribit, in eo fallitur, licet Theodoritus in lib. 1. Ecclesiasticæ Historiæ, idem quoque scribat. Qua de re vide quæ notavi in lib. 2. Observationum Ecclesiasticarum ad Socratem atque Sozomenum, capite primo.

In Caput XI.

Pag. 473. χρόνῳ τινὲς ὕστερον τοῦτο ἐφεστεωμένῳ. Malim scribere ὕστερον τούτῳ.

ἐκπαδήσαντα. Rectius in MS. codice Samuelis Bocharti scriptum est, ἐσωπαδήσαντα. Et paulò post ubi antea legebatur, τῶν μὲν χειροτονηθέντων, ex eodem codice emendavi χειροτονητῶν.

τὸν μὲν δίκλινον οὐκ εἰσέρχεσθαι. Non dubito quin scribendum sit, εἰς μὲν δίκλινον οὐκ εἰσέρχεσθαι; vel potius αὐτὸν μὲν δίκλινον οὐκ εἰσέρχεσθαι.

ἐκφυγεῖν διανούμενον. Leges Grammaticæ postulant ut scribamus διανούμενόν. Interpretem in hujus loci versione lapsum esse mirum non est; quippe qui Græcæ linguæ prorsus fuerit ignarus.

ὁ παρὼν χρόνος ἔχει. Assentior doctissimo viro Lucæ Holstenio, qui ad latus sui codicis emendavit χορὸς; quam emendationem confirmant sequentia. Ad hanc enim interrogationem Eusebii mulier illa sic respondet: ἐυφήμει ὦ δέσποτα· ὁ γὰρ ἐγώ γε, ἂν μαινοίμην, ὥστε ἀνδρῶν τοιούτων αἰσχρῶς ὑδονὰς δυλείαν καταγνῶναι. Id est: *Bona verba, Domine. Non enim tantopere insanio, ut cuiquam ex consessu tantorum virorum crimen fœdæ libidinis objicere ausim.*

Pag. 474 πέδιλοις σιδηραῖς ἐνδυσάμενον. Lego ἐνδησάμενον.

In Caput XIII.

ἀλλὰ μηδὲ ἀντικινεῖσθαι. In MS. codice Samuelis Bocharti scriptum inveni, ἀλλὰ μηδὲ αὐτῆς κινεῖσθαι. Quæ licet corrupta sit lectio, viam tamen ad veram scripturam nobis ostendit. Scribo igitur, ἀλλὰ μηδὲ αὐτῇ κινεῖσθαι τῶ δισμῶν καὶ πλοίων συγχωρούντων, &c.

ὥσπερ τ' ἐυσεβούντων. Sic etiam legit Nicephorus, ut videre est in libro 8. cap. 31. Magis tamen placet conjectura Lucæ Holstenii, qui ad latus sui codicis annotavit legendum sibi videri ἀσεβούντων.

In Caput XVI.

ἀκαράτητον τὴν ἀσέβειαν. Procul dubio scribendum est ἐυσέβειαν, ut legitur in MS. codice Bocharti.

Pag. 475. διαμαρτυρόμενος. Quis non videt scribendum

A hic esse διαμαρτυρόμενον. Certè in MS. codice Bocharti legitur διαμαρτυρόμῳ.

In Caput XVII.

κιλεῦσαι δὲ εἰ τῷ μήτι κἀκείνης. Hujus loci emendatio debetur codici Bochartiano, in quo ita scribitur: καὶ ταὐτὸν εἰς φράζεσθαι τὸν φρονταλαῖόν τε τῶν παίδων κιλεῦσαι, δίκει μή τι κἀκείνης ὑπ' αὐτὴν ὅμοιον ὑποζῆναι. Sic etiam Lucas Holstenius ad latus sui codicis emendarat, retento tamen articulo τὸ. Verum si articulus iste retineatur, expungendum erit adverbium μὴ, & locus ita legendus: δίκει τῷ κἀκείνης τι ὑπ' αὐτὴν ὅμοιον ὑποζῶναι.

ὡς ἐπεύσει. Dudum conjeceram scribendum esse, ὡς ὑπεύδει. Conjecturam meam posteà confirmavit codex Bocharti, in quo ita disertè scriptum inveni.

In Caput XVIII.

Θυσίαις τε ἱλάσκεσθαι. Non immeritò Photius reprehendit Philostorgium, quòd dixerit Constantini statuam victimis & sacrificiis cultam esse à Christianis. Id enim prorsus commentitium est, & à religione Christianorum alienum. Sed quod ait Philostorgius lucernas & cereos ad ejus statuam accensos fuisse, precesque ei allegatas, & morborum curationes ab eo postulatas, id verissimum est, nec reprehendi debuit à Photio. Idem certè testatur Theodoritus in lib. 1. Hist. Eccles. cap. ult. & ex eo Nicephorus in fine libri septimi. Auctor quoque Chronici Alexandrini, Gallicano & Symmacho Coss. de hac Constantini statua ita scribit: ποιήσας ἑαυτῷ ἄγαλμα ξύλου δότ' ξοάνου κεχρυσομένου, βαστάζοντα ἐν τῇ δεξιᾷ χειρὶ τὸν τύχην τῆς αὐτῆς πόλεως καὶ αὐτὸν κεχρυσομένην, κιλεύσας κατὰ πᾶν αὐτὸν ἡμέραν τὸ ἡνιοχικὸν ἱππικὸν εἰσιέναι πρὸς αὐτὸν τὸ ξοάνιον ξύλον, διεζευγυμένου ὑπὸ τ' στρατευμάτων μὴ χλανιδίων καὶ καμπαγίων, πάντων κατεχόντων κηρὸς λευκὰς, ἐξιέρχεσθαι τὸ ἅρμα τὸν ἀπὸ κάμπου καὶ ἔρχεσθαι εἰς τὸ σκάμμα κατέναντι τοῦ βασιλικοῦ καθίσματος, καὶ ἐπιγείρειν τὸν καιρὸν βασιλέα, καὶ προσκυνεῖν πρὸς ξύλον τὸ αὐτὸ βασιλέως κωνσταντίνου καὶ τῆς τύχης τῆς αὐτῆς πόλεως. Id est: *Cùm fecisset sibi aliam statuam ex veteri quodam simulachro, inauratam, quæ dextrà manu gestabat fortunam urbis Constantinopolitanæ, quæ ipsa quoque erat inaurata. Jussitque ut eo die quo Circenses ob natalem urbis Constantinopolitanæ edebantur, introiret eadem statua simulachri, deducta à militibus, lanas & campagos, seu calceos habentibus, & cereos albos manu gestantibus; utque currus quo statua vehebatur circumiret superiorem campum, & ad Scamma procederet ex adverso imperialis solii; utque Imperator qui temporibus illis regnaret, è solio assurgens adoraret statuam ejusdem Imperatoris Constantini, & fortunæ urbis Constantinopolitanæ.* In Græco textu emendavi, καμπαγίων pro γαμπαγίων. Præterea correxi ἐπιγείρειν τὸν κατὰ καιρὸν βασιλία. Quam emendationem confirmat Hesychius in libro de originibus urbis Constantinopolitanæ sub finem. Verùm dubitare quis non immeritò possit, utrum hanc Constantini statuam intelligat Philostorgius hoc loco, an alteram potiùs

Pag. 476

ex ære radiatam, quam idem Constantinus in foro urbis Constantinopolitanæ sibi erexerat supra columnam Porphyreticam, de qua loquitur Auctor Chronici Alexandrini, Januario & Justo Coss. Hanc igitur statuam, quam posteriore loco nominavi, potiùs intelligi puto à Philostorgio, duas ob causas. Primùm, quia Philostorgius eam statuam Porphyreticæ columnæ impositam fuisse dicit. Quod quidem verum est de posteriore statua Constantini, non autem de priore. Secundò, A quia Philostorgius ad illam Constantini statuam crebros ac penè quotidianos populi conventus fuisse scribit; quod quidem statuæ illi, quæ erat in foro Constantini supra columnam porphyreticam, melius convenit. Statua autem illa, ἀπὸ ξοάνου, quæ fortunam urbis dextrâ manu gestabat, semel tantum quotannis ab Imperatore & populo adorabatur in Circo, ut testatur Hesychius de originibus Constantinopolitanis, & Auctor Chronici Alexandrini.

HENRICI VALESII ANNOTATIONES IN LIBRUM TERTIUM ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ PHILOSTORGII.

In Caput IV.

Pag. 477 Καὶ τὸν σολομῶντα παραγεγόνει. Nicephorus in libro octavo capite 35. hunc Philostorgii locum describens, ita legit: ἐξ ἧς σολομῶντι παραγεγονέναι λόγος ἔχει τὴν τοῦ νότου βασίλησαν. Ego Photium scripsisse puto: πρὸς τὸν σολομῶντα.

ἐκπερίτομον δὲ τὸ ἔθνος. Scribendum est procul dubio ἐμπερίτομον, quemadmodum præferunt scripti codices, Scoriacensis scilicet & Bochartianus, quam scripturam confirmat etiam Nicephorus in lib. 8. capite citato.

πρὸς τούτοις οὖν διαπρεσβεύεται. Scribe meo periculo, πρὸς τούτους; Sic enim postulant leges C Grammaticæ.

καὶ πλήθει. Scribendum mihi videtur καὶ πιθοῖ, quam scripturam in interpretatione mea expressi. Certè vulgata lectio ferri non potest.

κακεῖθεν αὐτὶ καὶ τά. In MS. codice Bocharti scriptum inveni, κακεῖθεν αὐτῆς per compendium. Quod cum non intelligeret Gothofredus, edidit αὐτὶ; quæ vox nihil est. Sed procul dubio legendum est αὐτοῖς, supple ὀμπεῖταις. Scribendum etiam videtur χώραν εὗρων.

πρὸς τοὺς διβηνῶν καλουμένους. Assentior Lucæ Holstenio, qui ad latus sui codicis annotavit legendum sibi videri, παρὰ τῶν διβηνῶν καλουμένων. Quanquam πρὸς retineri etiam potest eodem sensu. Porrò ab his Divæis ait Philostorgius obsidem missum esse ad Constantinum Magnum, Theophilum Indum, dum adhuc esset adolescens. Erat igitur hic Theophilus Divæus, ortus ex Diva insula B maris Indici. Hujus nationis Indicæ meminit Ammianus Marcellinus, in libro 22. pag. 211. editionis nostræ: *Hinc nationibus Indicis certatim cum donis Optimates mittentibus ante tempus abusque Divis & Serindivis.* Quo in loco Divi quidem sunt, quos Divos vocat Philostorgius, qui Divu, vel Devu insulam incolunt. Hæc est fortasse insula quæ Diu vulgò vocatur, ad ostium Indi fluminis sita, Regi Cambajæ obnoxia; quam describit Hieronymus Osorius in libro 9. de rebus Emanuelis. Quod spectat ad Serindivos, assentior viro doctissimo Samueli Bocharto, qui Serindivos ait esse incolas insulæ Seilan, quæ & Serandib. Arabicè dicitur. Quam eandem esse cum Taprobane, multis argumentis probat Bochartus in libro primo de coloniis Phœnicum, capite ultimo.

ἐφόρου λαβεῖν παρὰ τῶν ὁμοδόξων ἀξίωμα. Id per invidiam atque æmulationem ab Arianis factum esse opinor. Nam cùm Athanasius paulò antè hæc tempora Frumentium Catholicum Episcopum ad Axumitas misisset, ut ex Rufino refert Socrates atque Sozomenus, Ariani Athanasii gloriæ invidentes, ut suum dogma in illis regionibus disseminarent, Theophilum Indum eò mittendum curarunt; quem Episcopi dignitate decorarunt, ut illum opponerent Frumentio. Quin etiam suaserunt Constantio Imperatori, ut ad Tyrannos Axumitarum (sic enim Regulos earum nationum appellare consueverant, ut docet Arrianus in Periplo maris Erythræi) litteras scriberet, quibus poscebat ut Frumentius ex illis regionibus ejiceretur, ut testatur Athanasius in Apologetico.

εἰς

εἰς τὸ κάλλιστα. Rectius in codice Bocharti legitur εἰς τὸ μάλιστα κεχαρισμένον, quemadmodum etiam scriptum est apud Nicephorum in lib. 9.

Pag. 478. καὶ ἀκοντὶ ἀντιπλέων. In MS. codice Samuelis Bocharti scriptum inveni, καὶ ἄχρι τοῦ ἀντιπνέον κατέδυ. Quæ lectio procul dubio vulgatæ præferenda est. Neque enim ἀντιπλέων Græcè dicitur; aut si dicitur ἀντιπλέον, non convenit tamen huic loco. Posset etiam legi καὶ ἅπαν τὸ ἀντιπνέον. Porrò de Judæorum malitia, qui Theophili prædicationi obsistebant, testatur etiam Metaphrastes in martyrio S. Arethæ & sociorum, cujus locum jam protulit Gothofredus in Annotationibus. Nec quicquam causæ erat, cur Gothofredus dubitaret utrum è Philostorgio, an ex Nicephoro narrationem illam hausisset Metaphrastes, cùm Nicephorus longè posterior sit Symeone Metaphraste.

In Caput V.

ἀνωδυνοτέρως. Existimavi aliquando scribendum esse ἀνωδυνοτέρως. Nunc tamen vulgatam lectionem retineo; eadem enim voce utitur Philostorgius in lib. 2. cap. 16.

In Caput VI.

κατάκεινται τῆς ἱρυθρᾶς. Rectius in MS. codice Bocharti scriptum est, κατῳκίωνται, quomodo etiam legit Nicephorus.

ὅπερ κλεῖσον μὴ κινυμένη. Scribendum est procul dubio μηκυνομένη una voce, ut habent MSS. codices. Atque ita etiam legit Nicephorus in lib. 9. cap. 18.

καὶ τὸ μὲν αὐτῆς ἐπ' αἰγύπτῳ χωρεῖ κλύσμα. Assentior doctissimo viro Lucæ Holstenio, qui ad latus sui codicis hunc locum ita interpretatus est: *Et unus quidem usque ad clysma Ægypti tendit.* Scribendum est igitur καὶ ὃ μὲν, &c. Nicephorus tamen in hoc Philostorgii loco legit τὸ μὲν, articulum hunc jungens cum vocabulo κλύσμα. Sic enim locum expressit in capite 18 libri noni: ὧν τὸ μὲν ἐν κλύσμα ταύτης ἐπ' αἰγύπτῳ χωρεῖ, ἔνθα δὴ τελευτᾷ τὸ πλοῦ ἐπωνυμίαν φέρον αὐτῆς. Sed procul dubio falsus est Nicephorus, quippe qui non animadvertit Clysma esse civitatem Ægypti, ad Arabicum sinum sitam. De qua Bochartus multa notavit in libro de sacra Geographia pag. 122. erudite omnino. Sed non probo quod eandem vult esse Arsinoem, contra Ptolemæi auctoritatem, qui eam à Clysma distinguit. Nec probo quod idem Bochartus scribendum esse dicit κλεῖσμα; quæ vox Græca non est. κλύσμα enim Græci omnes eam vocant, ἀπὸ τοῦ κλύζειν, eo quod maris Erythræi fluxus eam urbem alluat. Ex eo autem portu solvebant qui ab Ægypto in Indiam navigabant, ut docet Lucianus in Pseudomanti.

καθ' ὃ τελευτᾷ τὸ ἐπώνυμον φέρον. Hunc Philostorgii locum Nicephorus non intellexit, ut ex verbis ejus supra citatis colligere licet. Sed neque Gothofredus, neque Holstenius verba Philostorgii intellexerunt. Sic enim vertit Gothofredus: *Ubi nomen suum retinens occidit.* Holstenius vero ad oram sui codicis pro verbo *occidit*, emendat *desinit*. Atqui hoc non dicit Philostorgius, sed ait, sinum illum maris Erythræi, qui ad Ægyptum tendit, nomen accipere à loco in quo desinit; id est, sinum illum vocari clysma ex nomine urbis in qua terminatur. Eodem modo quo alter sinus maris Erythræi qui in Palæstinam fertur, Elaniticus cognominatur ab urbe Elana, quæ eadem est cum Aila, ut notavit Bochartus in libro de coloniis Phœnicum capite 44. Totum igitur hunc locum ita distinguendum puto, ἐπ' αἰγύπτῳ χωρεῖ. κλύσμα καθ' ὃ τελευτᾷ, τὸ ἐπώνυμον φέρον: ubi ἐπ' αἰγύπτῳ ponitur pro ἐπ' αἰγύπτου. Sic paulo post Philostorgius dicit ὅπ' παλαισίνης ἔρχεται.

δι' ἣ πάλαι καὶ τὸ ἰσραηλιτικὸν. Idem testatur Auctor Itinerarii Antonini Martyris p. 31. *Et transcendentes venimus in locum ubi intraverunt mare. Ibique est oratorium Moysi, & civitas parva quæ dicitur Disma, ad quam naves de India veniunt. In loco verò ubi transierunt, exit mare de majore pelago, & extenditur in multis millibus, quia habet accessa & recessa. Recedente autem mari apparet omnis submersio Pharaonis.* Ita legitur hic locus in Manuscriptis codicibus, sed pro *Disma* procul dubio scribendum est *Clisma*. Ejusdem urbis iterum meminit pag. 32. *Et inde exeuntes, venimus in civitatem quæ dicitur Disma.* Verum hoc loco Manuscripti codices clisma disertè scriptum habent.

Pag. 479 ἐν ἀριστερῷ τῆς ἔξωθεν. In codice Samuelis Bocharti scriptum inveni τοῖς ἔξωθεν. Quam scripturam magis probo, ut hic sit sensus, ad sinistram partem maris Erythræi externis illac navigantibus habitant Auxumitæ. Singula enim maria & sinus habent dextrum & sinistrum latus, respectu scilicet eorum qui sinus illos ingrediuntur. Ita dextrum ac sinistrum latus Ponti Euxini distinguunt Geographi. Nicephorus quoque in hoc Philostorgii loco legit τοῖς ἔξωθεν; sed locum aliter interpolavit. Sic enim habet, ταύτης τοίνυν τῆς ἱρυθρᾶς τοῖς ἔξωθεν μέρεσιν ἐν ἀριστερᾷ, αὐξωμῖται εἰσίν. Id est, ut vertit Langus: *In rubri istius maris partibus exterioribus, ad sinistram Auxumitæ sunt.* In quibus verbis nullus est sensus.

ἀλέξανδρῳ δὲ ὡσαύτως τούτοις. Scribendum puto ἀλέξανδρῳ γὰρ τούτοις ὁ μακεδὼν ἐκ τῆς συνείας ἀναχθείς, &c. Atque ita legit Nicephorus.

In Caput VIII.

Pag. 480. Ἔπειτα ἢ καὶ πλοῦ ἄλλου καὶ ταύτου ἢ καὶ πλοῦ ἄλλου. Sic etiam scribitur hic locus in codice Bocharti & apud Nicephorum. Verum in codice Scoriacensi ita legitur, ἔπειτα ἢ καὶ πλοῦ ἄλλου διαμφιβόλου, &c. Expunctis quinque illis vocibus, quæ prorsus inutiles sunt ac superfluæ.

καὶ ἕλικα διασπῶν. Vetustissima est hujus loci depravatio, quam retinuit etiam Nicephorus. Non dubito tamen quin hic locus ita scribendus sit, καὶ εἰς ἕλικα δίχα τόπων ὧν δίεισι ποικιλωτάτῳ κλασθείς, &c.

καὶ ταυτῶν ἀναχθέντων. In Manuscripto codice Samuelis

muelis Bocharti legitur ἡ, νῦν ἀναχέῃ. Sed melius scribitur in Nicephoro νᾶυς.

A

ὑποφθεγομένης φροντικίας. Scribendum puto ὑποφθεγγομένη. Refertur enim ad vocem quæ præcessit, τινὶ scilicet. Mox legendum existimo: βαρυτέρα τε μᾶλλον ἐστὶν ἢ ὀξυνομένη, addito vocabulo ἡ, id est: *Vox Sphingis gravis magis est quàm acuta.*

In Caput IX.

Τῷ ἀεὶ ὑπορρεομένῳ τε φρέατι. In codice Bocharti, & apud Nicephorum in lib. 9. legitur τὸ φρέαρ. Ego verò mallem scribere τῷ φρέατι. Id est: *Ob copiam ac vim undarum, quæ identidem aliæ super alias affluunt.* Joannes quidem Langus qui Nicephorum Latinè interpretatus est, totum hunc locum ita vertit: *Ubi unda eorum continuò & confestim confluentes, vi & magnitudine sua directum eos deinde cursum tenere cogunt.* In margine codicis Bocharti annotatum est, scribendum esse ὑπὸ τὸ φρέαρ χωρῶσιν.

B

Pag. 481. μάλιστ' ἂν ἐλλόφθαν. Codex Bocharti habet μάλις γ' ἀνελόφθαν. Et paulò post ubi legitur ὑπὸ τῷ ὑπὸ τὸ τίχος, idem codex scriptum habet ὑπὸ τὸ χεῖλος. Quomodo etiam legitur in Nicephoro. Quam quidem scripturam vulgatæ lectioni longe antepono.

ἢ τὸ ῥεῖθρον ἐφομαρτῆσαι. Hunc locum emendavi ex Manuscripto codice Bocharti, in quo disertè legitur ἐφομαρτῆσαν, quemadmodum etiam scribitur apud Nicephorum. Mox ubi antea legebatur διὰ τὸ τῆς χορήσους αἴνιγμα, ex iisdem codicibus restitui τῆς χορηγίας, qua emendatione nihil certius.

τοῖς μεταίσιοις αὐτοῖς κολπώμασιν. Procul dubio scribendum est αὐτῆς supple τῆς γῆς, quemadmodum legitur in codice Bocharti, & apud Nicephorum. Cæterum non assentior Philostorgio, qui versum hunc Davidis ex Psalmo 23. *Ipse super maria fundavit eam*, &c. de aquis subterraneis intellexit. Explicandus potius est versus ille juxta sententiam Veterum, qui terram Oceano velut fundamento superstare crediderunt. Idem certè repetitur in Psalmo 135.

C

ἢ τῷ βάσιν αὐτοῖς κρατυνάμενον. Etiam hoc loco scribendum est αὐτῆς. Quod si vulgatam scripturam retinere voluerimus, vox αὐτοῖς referenda erit ad vocabulum κολπώμασι, quæ nihil aliud quam sinum seu gremium terræ significat.

In Caput X.

Κατ' ἴτρον ἐπ' αὐτῇ. Assentior Lucæ Holstenio, qui ad latus sui codicis annotavit scribendum esse καθέτως, id est, *perpendiculariter.*

D

ὑπὸ γῆς ἅπας ῥεῖ. Scribendum est procul dubio, ὑπὲρ γῆς, quemadmodum legitur apud Nicephorum. Idque ex sequentibus manifestè convincitur.

ὡς εἰκάζει. Deesse videtur verbum. Quod suppleri potest hoc modo: ὡς ἐστὶν εἰκάσαι.

In Caput XI.

πλῷ ποικιλίαν. Mallem scribere τῇ ποικιλίᾳ. Paulò post etiam ὑψηλοτέρης lego pro ὑψηλοτάτης.

ἢ ἄλλαις πολλῶν ζωῶν εἰδέαις. Non dubito quin scribendum sit, ἄλλαις ἢ ἄλλαις πολλῶν ζωῶν εἰδέαις. Id enim est longè elegantius.

In Caput XII.

ἐνεῖναι αὐτῷ πλῷ ἐπισκοπῶν. Hunc locum emendavi ex codice Samuelis Bocharti, in quo diserte scriptum habetur ἐφεῖναι optimè. Pag. 485

ἢ τὰς μὲν ἄλλας μὴ προσδέχεσθαι. Hunc locum non intellexit Gothofredus, sicut ex versione & notis ejus apparet. Putavit enim Philostorgium id dicere, Athanasium dum per Palæstinam transiret, cunctos Episcopos ad consubstantialis fidem prædicationibus suis traduxisse. Atqui contrarium dicit Philostorgius: Athanasium scilicet cunctos Palæstinæ Episcopos ad quos accesserat, hortatum esse, ut consubstantialis fidem amplecterentur. Sed nullum monitis ejus obtemperasse præter Aetium. Et hæc quidem falsa esse testatur Synodus Episcoporum Palæstinæ, quæ eo tempore à Maximo Hierosolymorum Episcopo collecta est, ut scribit Athanasius in Apologetico.

δεῖναι δοκεῖν ἔμως. Hunc locum præclarè restitui ex MS. codice Samuelis Bocharti, in quo diserte ita scribitur, δεῖναι δ' οὖν ὅμως ὀξυτάτῳ δίκλῳ, &c. Porrò Interpres suam Græcæ linguæ imperitiam in hoc præcipuè loco patefecit, dum Aetium ob adulterii crimen in crucem sublatum, fractis cruribus interiisse censet. Mox pro σκάλακας ἐξύλωτα, in Bocharti codice MS. scriptum inveni ἐξύλωτος, quod magis probo.

ὁ κατὰ μαξιμιανὸν διωξάς. Maximianum pro Maximino posuit Philostorgius.

In Caput XIV.

πλῷ ὁμοδόξων σωτηρίῳ. Non assentior Gotho- Pag. 48
fredo, qui πλῷ ὁμοδόξων σωτηρίῳ, *Orthodoxos* sive *Homousianos* esse credidit. Rectiùs Lucas Holstenius hæc verba de Arianis intellexit, quibus Auctor fuit Aetius, ut ruptis omnibus amicitiæ & concordiæ vinculis, quibus hactenus juncti fuerant cum Orthodoxis, peculiarem ac propriam factionem constituerent. Certè Holstenius ad oram sui codicis, hunc locum ita interpretatur: *In eadem fide consentienti sibi conventus, ruptis omnibus quibus cum aliter sentientibus conjungebantur amicitia & consuetudinis vinculis, contrariam hisce factionem ut constitueret, Auctor fuit.*

In Caput XV.

ἢ ὃν χείλη γέγονε συεία. Articulus ἡ satis indicat nomen civitatis hic desiderari, ex qua oriundus erat Aetius. Certè Suidas in voce Αἴτιος, Philostorgii locum hunc describens, Antiochiam Aetio patriam assignat. Nicephorus verò in lib. 9. hunc Philostorgii locum ita expressit: παρεῖς δὲ αὐτῷ ἡ χείλη συεία λεῖ. Quem sequutus Gothofredus

dus hæc Philostorgii verba ita interpretatus est: *Aut Aetio patriam fuisse Coelen Syriam.* Verum hæc locutio impropria est, patria enim cujusque dicitur, non provincia ex qua oriundus est, sed civitas aut vicus ejus provinciæ. Observavi tamen patriam vocari solere à Philostorgio provinciam, ex qua quis ortus est. Sic in c. 8. lib. 4. Philostorgii, & in cap. 3. lib. 6.

τῶν ἐν στρατείᾳ δυσπραγίστερον ἐνηντιγμένων. Rectius apud Suidam hic locus refertur hoc modo: ὁ ὃ πατὴρ αὐτοῦ τῶν ἐν στρατιᾷ δυσπραγίστερον ἐνειλιγμένων γενόμενος ἐτεθράπτει. Ac primum quidem ἐν στρατιᾷ, libentius lego cum Suida, quam ἐν στρατείᾳ, ut habent nostri codices. Neque enim pater Aetii armatam militiam secutus est. Sed Officialis fuit, sive Apparitor Præsidis provinciæ; quæ militia cohortalis dicebatur; eratque longè vilior castrensi militiâ. στρατιὰν certè pro officio & apparitione sumi, jam pridem observavi in Annotationibus ad Ammianum Marcellinum. Porrò patrem Aetii non militem fuisse, sed Officialem Præsidis, hinc conjicere licet. Primò, quia Philostorgius subdit bona ejus fisco addicta esse à Præside provinciæ; quod procul dubio factum nunquam esset, si pater ille Aetii armatam militiam sequutus fuisset. Milites enim in alio foro judicabantur, in foro scilicet Judicum militarium. Præterea Suidas ex Philostorgio disertè scribit, parentes Aetii fuisse viles ac pauperes; quod utique non diceret, si Aetius militari genere ortus fuisset. ἐνειλιγμένων quoque, quomodo legitur apud Suidam, libentius amplector, quam ἐνηντιγμένων, vel ἐπηντιγμένων, ut legitur in codice Bocharti. Dicitur autem ἐνειλιγμένων pro ἐγκατειλιγμένων.

δημοσιοῦσι. In MS. codice Bocharti, & apud Nicephorum in libro nono scriptum inveni δημοσιῶσι, quod rectius mihi videtur. Alii dicerent δημεῦσι.

ὃ παυλῖνος μέν. De hoc Paulino, qui ab Episcopatu Tyri ad Antiochenam sedem translatus est, vide quæ notavi in Annotationibus ad librum decimum Historiæ Ecclesiasticæ Eusebii. Gothofredus enim graviter hic lapsus est, qui Paulinum hunc anno Christi 324. mortuum esse existimavit. Ab hoc Paulino distinguendus est alter Paulinus, qui post mortem Philogonii Antiochensis Episcopi, paulò ante Synodum Nicænam, eandem Ecclesiam rexit; de quo multa observavi in Annotationibus ad Sozomenum, pag. 116. Hujus Paulini præter Hieronymum meminit Nicephorus Patriarcha, in Chronogr. Zonaras in tom. 2. Ann. & Nicetas in Thesauro orthodoxæ fidei; qui tamen eum cum Paulino Tyriorum Episcopo, qui post Eustathium ad Antiochenam sedem translatus est, perperam confuderunt.

ὃν λέγων ἀμιλλαν. In codice Samuelis Bocharti scriptum erat ἀμιλλαις, sed per compendium. Quæ scriptura videtur etiam fuisse in codice Gothofredi; quam ille, utpote in Græcis exemplaribus legendis parum exercitatus, minimè intellexit. Nicephorus quoque ita videtur legisse; sic enim hunc Philostorgii locum expressit, ἀμιλλας ἐσῶν.

ἀπὸ αὐτοῦ ὃ ἰουλιανός. Hic locus Philostorgii A integrior extat apud Suidam in αἴτιος, hoc modo: ἐπεὶ ὃ παυλῖνος ἐτεθράπτει, ἰουλιανὸς τρίτος ἦν εἴκοσιν ἀπὸ τῶν ἀποστόλων ἐπίσκοπος τῶν Σρώνων, &c. In Chron. B. Hieronymi, & in Chronographia Nicephori Patriarchæ, Eulalius 25. numeratur Episcopus Antiochiæ post Apostolos; qui tamen potius 26. dicendus erat. Nam Paulinus Tyriorum Episcopus, qui ab illis omissus est, inter Antiochenses Episcopos quintum ac vicesimum locum obtinuit. Porrò quod Philostorgius dicit Eulalium vicesimum tertium fuisse post Apostolos, id non ita intelligendum est, quasi omnes Apostoli Antiochenam sedem obtinuerint; solus enim Petrus Antiochenam cathedram tenuit, ut inter omnes constat. Sed quod ab uno Apostolo gestum est, id ab omnibus simul Apostolis gestum esse dicitur, ob collegium & consortium Apostolatus. Quemadmodum in edicto unius Præfecti Prætorio jubere dicebantur etiam cæteri, propter auctoritatem ejusdem potestatis, ut scribit Auctor quæstionum Veteris & Novi Testamenti, capite 79. Ecclesia itaque ab uno Apostolo fundata, ab omnibus simul Apostolis rectè dicitur constituta. Certè Eusebius in libris Historiæ Ecclesiasticæ, Apostolicarum sedium successiones enumerans, Episcopos illarum semper vocat Apostolorum successores. Verbi gratiâ, Alexandrinæ Ecclesiæ Episcopos enumerans, non solius Marci, sed generaliter Apostolorum successores nominat; idem quoque observat in Episcopis Antiochiæ. Ita etiam Irenæus in libro primo, de Hygino loquens Romanæ urbis Episcopo, cum nonum locum Episcopalis successionis tenuisse dicit post Apostolos; sed & Latinos eodem modo locutos invenimus: Certè Rufinus de adulteratione lib. Origenis ita dicit: *Clemens Apostolorum discipulus, qui Romanæ Ecclesiæ post Apostolos Episcopus & Martyr præfuit.*

τῷ διδασκάλῳ δημοσίᾳ. Hunc locum emendavi ex codice Bocharti, in quo δημοσίᾳ disertè scribitur; & paulo post, ἐπ' ἀμαθείᾳ, optime procul dubio. Pag. 487

πλὴν ἀναζαρζὴν διεκόπτει. Lucas Holstenius ad latus sui codicis emendavit, δὲ ἐσκόπει. In Bocharti autem codice nescio quis annotavit, fortè scribendum esse δὲ διεσκόπει. Ego mallem legere, πλὴν ἀναζαρζὸν δ' ἐπεσκόπει.

ἀκροασάμενος λεοντίου. Procul dubio scribendum est ἀκροατήριον, quemadmodum legitur in MS. codice Bocharti.

λόγοις ἀπὸ τοῦ τῆς ἰδίας δόξης συμπλακεῖς. Assentior viro docto, qui ad latus codicis Bochartiani ad vocem τοῦ, annotavit scribendum videri ὑπὲρ; qua quidem emendatione nihil certius. Interpres quidem Gothofredus in hujus loci versione turpiter hallucinatus est, cujus versionem Lucas Holstenius in suo codice ita emendarat: *Et Borborianorum aliquis rationibus propriam opinionem propugnans, cum eo congressus, penitus ipsum confutavit.*

παριχομένης αὐτῷ σοφίας. Rectius in codice Bocharti scribitur αὐτῇ. Nec displicet conjectura Holstenii, qui in margine sui codicis annotavit scribendum sibi videri παρεσομένης.

Pag.488. καὶ τῆς ἰατρικῆς ἐξήπτο. Actium medicinæ artem leviter attigisse testatur etiam Gregorius Nyssenus in libro primo contra Eunomium, pag.293. Cujus libros si legisset Jacobus Gothofredus, plurimum ex eo utilitatis percipere potuisset; multa enim de Actio, ejusque studiis atque institutis illic refert Gregorius, quæ non leguntur in Philostorgio. Cujusmodi illud est, Actium primò quidem Amperidis cujusdam servum fuisse, deinde verò, nescio qua arte, manumissum, fabrum ærarium extitisse. Verba Gregorii Nysseni sic habent: ἐκδύντα γὰρ αὐτὸν ἤδη τὴν δικελείαν ἀμπελίδα καὶ τῆς κεκτημένης αὐτόν. τὸ δ' ὅπως ὑμῖν δίομαι λέγειν, ὡς ἂν μὴ δίξαιμι κακοηθέστερον τῷ διηγήματι καὶ ἀπίθανον εἶναι μὲν καμινευτὴν, &c. Quem locum prorsus infeliciter vertit Gretserus, hoc modo: *Quippe illum, relicta cultura vineæ quam possidebat (at quam justè tacebo, ne videar odiosius narrationem auspicari) principio quidem factum esse fabrum caminarium, &c.* Hunc Gregorii Nysseni locum citat etiam Nicetas in Thesauro orthodoxæ fidei, lib.5. cap.30.

τοῦτο δ' ἄρα ἐξεργαζόμενον. Malim scribere τοῦτο δὴ &c. pro ἐξεργαζόμενον, in codice Bocharti scribitur simpliciter ἐργαζόμενον.

In Caput XVII.

Pag.489. ὃς ἐνόμιζεν αὐτῷ. Non dubito quin scribendum sit ὅσον ἐνόμιζεν αὐτῷ εἰς τὴν τῶν θείων μαθημάτων ἐξαρκέσειν φιλοσοφίαν, &c.

πολὺς ὢν ἐπὶ τῷ ὁμουσίῳ. In codice Bocharti scriptum inveni, ὑπὸ τῷ ὁμουσίῳ. Quare non dubito, quin scribendum sit hoc loco, ὑπὲρ τὸ ὁμούσιον. Eundem errorem paulo antea observavi.

In Caput XVIII.

ὁ τῶν ἱερῶν τῆς ἀντιοχείας θρονιδίων. Assentior Gothofredo, qui hæc de Leontio, non autem de Eustathio dicta rectè observavit. Ejusdem Leontii Antiochensis Episcopi elogium extat in Chronico Alexandrino, pag.672.

In Caput XIX.

διὰ τὴν ἐπιμιξίαν τῶν τὸ ὁμούσιον, &c. In manuscriptis codicibus Scoriacensi & Bochartiano scriptum est: τῶν φρὸς τὸ ὁμούσιον, &c. Proinde malim legere, διὰ τὴν ἐπιμιξίαν φρὸς τὰς τὸ ὁμούσιον φρονούσας; quanquam pro vocabulo ὁμούσιον, libentius hoc loco legerem ὁμοιούσιον. Ariani enim, quorum Antesignani erant Secundus & Serras, non communicabant Homusianis; sed iis tantùm qui τὸ ὁμοιούσιον profitebantur. Verum re attentiùs examinata; nihil hic mutandum censeo. Ariani enim Homusianis eo quidem tempore in Oriente communicabant, ut docet Socrates in lib.2. cap.22.

In Caput XXI.

ἐγχώμιον ἀνατάξαιμι. Scribendum est συντάξαιμι, vel certè ἀναγράψαιμι.

In Caput XXII.

Κωνσαντίνα. In codice Bocharti κωνσαντία scribitur. Sed verum ejus nomen est κωνσαντίνα, ut in Annotationibus ad Ammianum Marcellinum observavi.

διότι ζώντων. Nemo non videt scribendum esse ζῶντι, quamvis manuscripti codices repugnent.

In Caput XXIV.

τὰς γαλλίας καὶ ἰταλίαν διοικήσῃ. In manuscriptis Pag.491. codicibus nostris hunc locum ita scriptum inveni: τὰς γαλλίας καὶ ἰταλίας διοικήσει τῶν ἰταλιῶν. Verum hæ voces καὶ ἰταλίας, prorsus expungendæ sunt, ut superfluæ. Certè Nicephorus in libro nono capite tricesimo secundo, hunc Philostorgii locum describens, duo hæc vocabula prætermisit.

In Caput XXVII.

ὅτι τ' αὐτὸ παροξύναι. Mallem scribere κατ' αὐτό. Pag.494. In manuscripto codice Samuelis Bochartile-gitur, ἐπὶ ταυτόν. Paulo post, ubi legitur, τὸν καίσαρα διαδιξαμένου, scribendum est διαδεξαμένου, ut in codice Bocharti scriptum inveni.

In Caput XXVIII.

καὶ τὸν μόντιον. Fallitur vir doctus, qui in margine codicis Bocharti annotavit fortè scribendum esse λεόντιον. Hic enim est Montius. Quæstor sacri Palatii, de quo Ammianus Marcellinus loquitur in libro decimo quarto. Ejusdem meminit Gregorius Nyssenus in libro primo contra Eunomium, pag.294. τοῦ φασὶ τὸν ὕπαρχον δομιτιανὸν καὶ μόντιον ἄγους πλημμελῆτα τολμηθέντα, &c.

οὐδὲ λογιστὴν ἐξεφοσοιεῖσθαι. Hunc lo- Pag.495. cum non intellexit Gothofredus. Nam Logistam quidem, Rationarium Præfecti Prætorio intellexit. φροχειρίζεσθαι verò accepit pro διαχειρίζεσθαι. Id est, *interficere*. Nos jam pridem in Annotationibus ad librum 14. Ammiani Marcellini, pag.36. & in Annotationibus ad Historiam Ecclesiasticam Eusebii, observavimus Logistas esse Curatores civitatum. φροχειρίζεσθαι vero idem esse quod *promovere*, vel *creare*, nemo est in Græcis litteris mediocriter versatus qui nesciat. Montius ergo Quæstor Gallum Cæsarem ita admonebat: *Non licet tibi ne Curatorem quidem urbis promovere, quanto minus licet Præfectum occidere.* Sciendum porro est, Curatores civitatum ab ipsis Imperatoribus promoveri solitos, ut notavi ad Amm. Marcellinum. Proinde Gallus, quippe qui Imperator non esset, sed Cæsar duntaxat, id est, Imperatoris minister, Curatoris creandi potestatem non habebat.

HEN-

HENRICI VALESII ANNOTATIONES IN LIBRUM QUARTUM HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ PHILOSTORGII.

In Caput I.

Οὐκ ἐπ' ἀγαθῷ συλλαβών. Scribendum puto συνβαλών. Id est, *conjectans.*

τοῦ προστάγματος γίνεται. In margine codicis Bochartiani annotatum est eadem manu, deesse hic aliquid; statimque alia manu adjectum est fortè πληρωθής. Quam tamen conjecturam non probo Neque enim hæc locutio satis elegans mihi videtur. Existimo igitur nihil deesse. Est enim locutio familiaris Philostorgio. Sic infra in hoc capite de eodem Gallo dicit: ἐξ οὗ καὶ ὁ Γάλλος μᾶλλον τοῦ δέους γενόμενος.

τὸν γάλλον εἰς ἰδιώτην. Procul dubio scribendum est, τὸν δὲ γάλλον, ut in margine codicis Bochartiani annotatur.

εἰς τὴν τοῦ πραιποσίτου τιμὴν ἐκβεβήκει. Codex Bochartihabet ἐβεβήκει.

Pag.493. τῇ τούτων παραδρομῇ. Scribendum est procul dubio περιδρομῇ. Est autem περιδρομὴ, *circumcursatio*, vel *ambitus.* Glossæ veteres, περιδρομεὺς, *ambitiosus.* περιδρομὴ, *ambitus.* Rectè igitur Lucas Holstenius Gothofredi interpretationem emendans, pro *velocitate* reposuerat *instantia.* Sumitur etiam hoc verbum pro fraude & insidiis ac circumventione.

In Caput III.

λιβέριον κατὰ τοῦ ὁμοουσίου. De Liberii subscriptione in Synodo Sirmiensi, vide, si placet, quæ notavi ad cap. 15. lib. 4. Historiæ Ecclesiasticæ Sozomeni.

In Caput IV.

ἐκ Γερμανικείας μεταστησάμενον. Ex codice Bocharti emendavi μεταστησάμενοι. Et paulò post, pro ὑπηνέγκατο, ex eodem codice restitui ὑπενήνεκτο. Porrò fallitur hic Philostorgius, & qui eum sequutus est Gothofredus, qui translationem Eudoxii ex Episcopatu Germaniciensi ad sedem Antiochenam, contigisse putant post lapsum ac restitutionem Liberii Pontificis Romani. Etenim Eudoxius Antiochiam translatus est anno Christi trecentesimo sexagesimo septimo. Liberius verò anno sequenti in propriam sedem est restitutus, ut ostendi in Annotationibus ad librum quartum Sozomeni.

καισάριος. De hoc Cæsario Eudoxii patre, deque ejus martyrio multa habet Suidas, ex Philostorgio procul dubio desumpta. Pag.494

In Caput V.

πρὶν εἰς τὸ ἀκριβέστατον ἐκεῖνον τῆς δόξης ἀνελθεῖν. Hunc Philostorgii locum levi mutatione restituendum esse existimo, in hunc modum, πρὶν εἰς τὸ ἀκριβέστατον τῆς ἐκείνων δόξης ἀνελθεῖν. Id est: *Eunomius Diaconatum sibi oblatum suscipere recusavit, priusquam universam eorum doctrinam, Eudoxii scilicet atque Aetii, accuratissimè percepisset.*

In Caput VIII.

πέτουσα τῆς φρυγίας. Assentior Lucæ Holstenio, qui ad latus sui codicis annotavit scribendum esse πέπουζα. Sic certè in codice MS. Samuelis Bocharti disertè exaratum inveni. Pepuza oppidum fuit Phrygiæ, quod Montanus novam Hierusalem cognominarat, ut docet Eusebius in libro quinto Ecclesiasticæ hist. cap. 18. Ex cujus oppidi nomine, Montanistæ Pepuziani vocati sunt. Pag.495.

In Caput IX.

πάντα πανταχοῦ φοιτῶντες. Gothofredus hunc locum ita interpretatur: *Omnia ubique versantes.* Quæ interpretatio ferri nullo modo potest. In MS. codice Samuelis Bocharti aliam hujus loci distinctionem inveni, ὅτι οἱ ἀμφὶ βασίλειον ταῦτα διαπραξάμενοι πάντα, πανταχοῦ φοιτῶντες, &c. Quam quidem distinctionem magnopere probo. Vox tamen πάντα delenda videtur, utpote superflua, & ex sequenti vocabulo peperam geminata. Paulò post pro ὁμοούσιον, procul dubio scribendum est ὁμοιούσιον. Quod confirmat Philostorgius in cap. 12. infra.

προαποκλιμένον. Hunc locum restitui ex MS. codi-

codice Samuelis Bocharti, cui consentit etiam Scoriacensis. Interpretationem autem Gothofredi, Holstenius ad latus sui codicis ita correxerat: *Inter alios Macedonium Constantinopolitanum, quamvis ante in Eunomii partes inclinatum in suam nihilominus sententiam pertraxerunt.*

In Caput XII.

Pag. 496 πρὸ ὃ τῆς γνώμης ἀθαρσεῖ. Ignaviam ac timiditatem Basilio Magno objicit Philostorgius Eunomianus: In hoc Eunomium ducem suum sequutus, qui idem vitium Basilio exprobraverat, ut testatur Gregorius Nyssenus in libro primo adversus Eunomium, pag. 318. Verum Nyssenus eam accusationem eleganter ac luculentè refutat in sequentibus.

ταύτης τῆς σιωπῆς γράμματα. Suspicatus sum Pag. 497 aliquando scribendum hic esse φράγματα. Ferri tamen potest vulgata scriptura, quippe quæ eundem sensum habet. γράμματα enim hoc loco non epistolas duntaxat, verum etiam acta totius Synodi designant. Certè verbum διατιθέμενον quod sequitur, non convenit solis epistolis.

HENRICI VALESII ANNOTATIONES IN LIBRUM QUINTUM ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ PHILOSTORGII.

In Caput I.

Pag. 498 Τὴν ἀγκύρᾳ ἀθανάσιον. De hoc Athanasio Ancyræ Episcopo, præter Socratem & Basilium à Gothofredo citatos, meminit Gregorius Nyssenus in libro primo contra Eunomium, pag. 292. τὰ γὰρ κατὰ τὸν αἴτιον τοῦτον ἀθανάσιόν ποτε τὸν γαλατῶν ὑπισχνουμένου λέγοντος ἤκουσα, ἀνδρὸς ὡς ἂν τι πρὸ τῆς ἀληθείας προτιμήσαντος, &c. Id est: *Nam quis & qualis fuerit hic Aetius, audivi quondam narrantem Athanasium Episcopum Galatiæ, virum cui nihil unquam veritate fuit antiquius.*

ὑπεκλίνετο. Scribendum puto ὑπεκλίνετο. Eodem verbo utitur Philostorgius in libro 4. cap. 9. καίτοι τοῖς θεῖ εὐνόμιον προαποκεκλιμένον. Gothofredus verò hunc locum aliter interpunxit, ut ex versione ejus apparet. Sic enim interpretatur: *At Meletius, initio quidem Imperatoris nutui serviens, ἐτεροούσιον simulavit.* Verum Græci sermonis proprietas hoc loquendi genus non admittit; τῇ τῆ βασιλέως ῥοπῇ θεραπεύων. Dicerent enim θεραπεύων, aut quid simile. Rectè igitur emendavi, ὑπεκλίνετο τῇ τῆ βασιλέως ῥοπῇ. Quæ elegans est metaphora à momento trutinæ desumpta. Jam verò θεραπεύων τὸ ἑτεροούσιον eleganter dicitur pro τιμῶν, ut paulo post loquitur Philostorgius.

ἔνθα ἂν ἡ δύναμις εἴπετο. Suspicatus sum aliquando hunc locum ita restituendum esse: ἔνθα ἂν ἡ δύναμις αὐτῷ πρὸς βασιλέως εἶδος, &c. Et in fine ἐγκαθίζησι. Sed nunc re attentius examinata, nihil mutandum censeo.

In Caput II.

ὁ βασιλεὺς θεῷ ἀκακίῳ. In Apographo Samuelis Bocharti post has voces in margine annotantur hæc verba: *Adde μαθὼν ex margine manuscripti exemplaris.*

εἰς ἄμβλασα. In manuscripto codice Samuelis Bocharti legitur, ἄμβλασα. Et paulò post pro ἀνυποίστως, idem codex habet ἀνυποστάτως, ὡς ἔστιν ὁ δυσεβὴς ψευδολογεῖ. Porrò cum hoc capite jungendus est locus Suidæ in voce ἀυξέντιος, qui absque ulla dubitatione descriptus est ex hoc Philostorgii libro. Nam & Actii & Eunomii elogium quod illic legitur, id manifestè declarat, & stylus ipse Philostorgium Auctorem indicat. ἱερεῖς enim ibi dicuntur Episcopi; quæ locutio peculiaris est Philostorgio.

HEN-

HENRICI VALESII ANNOTATIONES IN LIBRUM SEXTUM HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ PHILOSTORGII.

In Caput I.

Pag. 500. Ὁ δὲ περὶ τούτων μὲν ὑπεκρίνατο. Non dubito quin scribendum sit ἀπεκρίνατο, licet Manuscripti codices nihil mutent.

ὃν οἷς ἐδημιούργησε. Scribendum est, ni fallor, ἐδημηγόρησε, id est, in concionibus quas Eunomius habuit ad Clerum Constantinopolitanum, ut se ab hæreseos crimine apud illos purgaret. Certè Philostorgius paulò ante testatus est, Eunomium Apologeticum sive defensionem suæ fidei ac doctrinæ coram Clero urbis Regiæ instituisse. εἰς ἀπολογίαν ὁ εὐνόμιος τῷ κωνσταντινουπόλεως κλήρῳ καταστάς, &c. Et hæc est fortasse Apologia qua tantopere gloriabatur Eunomius, ut refert Gregorius Nyssenus in libro primo contra Eunomium.

B τὸ μέντοι ὅμοιον. Hunc locum mutilum esse Asteriscus ipse satis indicat. Nos vero ex Manuscripto codice Samuelis Bocharti hanc lacunam supplevimus hoc modo: τὸ μέντοι ὅμοιον κατὰ τὴν οὐσίαν οὐ προσίετο· ἴσον εἰς βλασφημίαν λέγων εἶναι, ὅμοιον κατ' οὐσίαν λέγειν τῷ πατρί &c. Id est, *Similem autem secundum substantiam neutiquam admittebat; ejusdem impietatis esse affirmans, similem secundum substantiam dicere Filium Patri, & non simillimum profiteri juxta rationes unigenito Filio convenientes ad Patrem qui sine passione genuit.* Quæ si cui fortasse obscura esse videbuntur, is legat expositionem fidei Eunomii, quam nuper edidi in Annotationibus ad librum 5. Historiæ Ecclesiasticæ Socratis pag. 62. & sequentibus. Sed verba ipsa Eunomii præstat hic adscribere, prout illa interpretati sumus; quippe quæ non mediocrem lucem allatura sint huic loco. *Hunc Filium Dei & unigenitum Deum agnoscimus; solum similem Patri ob præcipuam similitudinem & propriam ac peculiarem significationem, non ut Patrem Patri; neque enim duo sunt Patres. Non ut Filium Filio; quippe cum non sint duo Filii. Neque ut ingenitum ingenito. Unus enim ingenitus est, Deus scilicet omnipotens, & unus Filius, unigenitus scilicet. Sed similem, ut Filium Patri, quippe qui imago sit & sigillum omnis operationis ac virtutis paternæ, sigillum omnium operum ac sermonum & consiliorum Patris.*

A προσήκοντας. In editione Genevensi à Librariis, ut opinor, omissa erat vox λόγους, quam nos ex Manuscriptis exemplaribus nostris hic supplevimus.

τοῖς ἐμὲ ἀποκρίνουσιν. Scribendum est ἀνακρίνουσιν, ut legitur in Manuscripto codice Samuelis Bocharti. Verba sunt Pauli Apostoli ex epistola prima ad Corinthios cap. 9. quibus usus erat Eudoxius Constantinopolitanus Episcopus, cùm Apologiam Eunomii in Ecclesia audiisset. Quo audito, universus populus qui aderat, plaudens acclamavit; bene & commode dictum illud Apostoli ab Eudoxio prolatum esse significans. Sic enim interpretanda sunt verba illa Philostorgii, τὴν ἱερὰν ἀνειπόντος χρῆσιν; quemadmodum Lucas Holstenius ad latus sui codicis annotavit.

Caput II.

Καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ φοβερὸν ἡγοῦντο λέγειν. Veram hujus loci emendationem nobis indicavit codex Samuelis Bocharti, in quo ita scribitur: καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ, φοβερὸν οὐδὲν ἡγοῦντο λέγειν. Optime, si vocem unam addideris hoc modo, καὶ τὸ πνεῦμα ἔργον τοῦ υἱοῦ, φοβερὸν οὐδὲν ἡγοῦντο λέγειν. Id est: *Sed & Spiritum sanctum Filii opus dicere nequaquam reformidarunt.* Certè hoc fuisse dogma Eunomii, docet ejusdem expositio jam à nobis citata. Sed nihil addendum est. Supplendum duntaxat ἀπὸ κοινοῦ vocabulum quod præcessit, ὑπηρέτην καὶ δοῦλον. Pag. 501.

In Caput III.

C Εἰς τὸ τῆς οἰκονομίας πρόσχημα. Hunc locum Gothofredus non intellexit. Cujus interpretationem Lucas Holstenius in margine sui codicis ita emendavit: *Conniventiæ titulo nefarium ipsorum & involuntarium factum obtegens, vel cohonestans.* Verum hanc interpretationem probare non possum. Nam conniventia vitio verti solet; quippe quæ argumentum sit negligentiæ. Contra vero οἰκονομία semper in laude ponitur, & quidem jure merito, cum sit conjuncta prudentiæ. Quamobrem Philostorgius ait hoc loco, Eudoxium, qui non sincerè, neque ex

animo, sed per fraudem ac simulationem, Ariminensis fidei formulæ & Aetii condemnationi subscripserat, id factum οἰκονομίας specie prætexuisse. Quod quidem Philostorgius supra quoque notavit in libro 4. sub finem, ubi de Aetii depositione loquitur: οὐ τῶν ὀρθοδοξούντων μόνων ὑποσημηναμένων τῇ καθαιρέσει, ἀλλὰ καὶ αὐτῶν τῶν εἰς τὰ μάλιστα τῷ φρονήματι κοινωνούντων. τῶν μὲν καὶ τὴν γνώμην μεταβληθέντων, τῶν δὲ τὴν ἀκούσιον πρᾶξιν οἰκονομίας ῥήματι καταχηματιζόντων. Idem diu postea fecerunt Acephali: Qui cum duas in sectas divisi essent Alexandriæ, in Gajanitas & Theodosianos, postea inter se reconciliati unitatem fecere, quam specioso οἰκονομίας titulo prætexebant. Verum adversus hanc Acephalorum unitatem egregium librum scripsit Eulogius Episcopus Alexandrinus, in quo quænam esset œconomia seu dispensatio Ecclesiastica, & quot ejus species essent, accurate observavit, ut videre est in Bibliotheca Photii cap. 227. Primum igitur notat Eulogius, non omnibus promiscuè licere οἰκονομίᾳ seu dispensatione uti, sed iis duntaxat qui ministri sunt ac dispensatores mysteriorum Dei, præsidibus scilicet Ecclesiæ. Deinde notat, nunquam locum esse œconomiæ seu dispensationi, nisi salva prorsus atque illibata permanente fidei doctrinâ. His positis, Eulogius triplex distinguit genus œconomiæ Ecclesiasticæ. Primum consistit in rebus. Secundum in nominibus ac verbis. Tertium in personis. Hæc Eulogius in supradicto libro fusius persequitur. Verum Interpres, vir alioqui doctus & de litteris optimè meritus, pulcherrimum & utilissimum Tractatum interpretatione sua penitus obscuravit. οἰκονομίαν enim *incarnationem* ubique fere interpretatus est; quo nihil fingi potest absurdius. Quod cum ego ante annos triginta & amplius Francisco Florenti, docto inprimis Jurisconsulto indicassem, id ille in suos Juris Canonici commentarios retulit, & Præfationem integram de dispensationibus Ecclesiasticis ex illo Eulogii loco concinnavit: Me à quo illud acceperat, ne nominato quidem.

In Caput IV.

Ζήλων ὑπερβάλλεσθαι. In Manuscripto codice Bocharti scribitur ὑπερβαλλέσθαι. Sed parum refert utro modo scribatur hoc verbum. Vox autem ζήλων procul dubio corrigenda est hoc modo: τῷ ὀξυῤῥεπεστάτῳ ζήλῳ. Similis error sæpius occurrit in his libris, qui ex eo profluxit, quòd veteres ι adscribere solebant ad latus litteræ, non autem subscribere, ut nunc facimus.

In Caput VII.

Ἅτε δὴ ἀέτιον. Scribendum est transpositis vocabulis, ἀέτιον ἅτε δὴ, &c. Pag. 592.

HENRICI VALESII ANNOTATIONES IN LIBRUM SEPTIMUM HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ PHILOSTORGII.

In Caput I.

Μηδὲν τῶν μελετωμένων. Codex Bocharti scriptum habet μεμελετωμένων. Leges tamen Grammaticæ μεμελετημένων dici jubent.

In Caput II.

Γεώργιον τὸν ἀλεξανδρείας. Lucas Holstenius in margine sui codicis ad hæc verba id scholium annotavit: *De Presbyterorum Alexandrinorum collegio & prima inter ipsos Episcopi cathedra, ex sancti Hieronymi & Hilarii Diaconi Romani sententia loquitur.* Sed hanc Holstenii interpretationem probare non possum. Nam συνέδριον hoc loco non Collegium Presbyterorum significat, sed Synodum Episcoporum Ægypti, quos Georgius Alexandriæ collegerat. Nam cum Episcopi Synodi Constantinopolitanæ epistolam ad eum scripsissent, qua Aetium quidem anathemate damnaverant; reliquos vero Aetii sectatores, qui plurimi erant in Ægypto, à communione Ecclesiæ submoverant, indulto eis sex mensium spatio ad resipiscendum: Georgius acceptis his litteris Concilium Episcoporum Ægypti congregavit, in quo cunctos Aetii sectatores damnationi ejusdem subscribere compulit, ut hoc loco docet Philostorgius. ὁμοδόξους igitur hic intelligere debemus Aetianos, Serram videlicet, Stephanum & Heliodorum, Episcopos Libyæ, de quibus paulo post

post loquitur Philostorgius. τόμον verò τὸν κατὰ A
αἴτιν vocat epistolam Synodi Constantinopolitanæ, quam refert Theodoritus in cap. 28. lib. 2. Historiæ Ecclesiasticæ.

In Caput III.

Τιμπνότητός τι παρίχειν. Scribe meo periculo τιμπνότητός τι παρέχειν τοῖς φοιτῶσι θέαμα.

Pag. 503. καταζησάμενοι ἐν τῷ τῆς ἐκκλησίας διακονικῷ. Magis probo scripturam codicis Bochartiani, in quo ita legitur: τὸν ὃ ἀνδεικάντα μεταζησάμενοι, &c. Atque ita quoque scribitur apud Nicephorum in libro 10. cap. 30. De Ecclesiæ Diaconico multa hic B
erudite observat Jacobus Gothofredus, id esse, quod Latini olim Secretarium vocabant, nos Sacristiam dicimus; ubi vasa ac vestimenta sacra asservantur. Sed quod negat Diaconicum esse partem Ecclesiæ, in eo graviter fallitur. Verebatur scilicet Gothofredus, ne si Diaconicum pars Ecclesiæ esset, Christiani statuas atque imagines Christi olim in Ecclesiis habuisse viderentur. De Diaconico loquitur Joannes Moschus in Prato capite 25. εἰσῆλθεν ἐν τῷ διακονικῷ κλαίων καὶ ῥίψας ἑαυτὸν ἐπὶ πρόσωπον. Interpres vertit: *Ingressus est sacrarium plorans, corruitque in faciem suam.*

αὐτὸ ὃ τοῦτο. Scribendum est αὐτῷ ὃ τούτῳ supple τιμῶντες. Paulò post etiam scribendum καὶ τῶν μὴ ἁγίων, &c.

θεασαμένους. Scribendum est procul dubio θιασομένους. Verum in codice Bocharti longe aliter C
scribitur hic locus, hoc scilicet modo: καὶ τὸ μὴ ἡδονῆς ἐπιφοιτᾶν τῷ τόπῳ τὸ εἰδωτεραπευσομένους, τὸν ἀεὶ τὸ ἀρχέτυπον πόθον ἐπιδεικνύμενοι. Quam quidem lectionem verissimam esse existimo. τὸ εἰδωτεραπευσομένους. Id est, *imaginem illam observaturi.* Certè Philostorgius σεβασμὸν quidem & προσκύνησιν statuis & imaginibus nequaquam adhibendam esse affirmat: θεραπείαν. Vero, id est, *observantiam non denegat.* Nam paulò ante dixit de hac statuâ. τὸν ὃ ἀνδεικάντα μεταζησάμενοι, ἐν τῷ διακονικῷ τὰ φέποντα ἐθεράπευον. Hæc porro observantia in eo consistebat, ut statua quam maxime niteret, nec pulvere aut sordibus aut rubigine impleretur. In Manuscripto quoque Scoriacensi legitur ἐπιδεικνύμενοι, non ut Gothofredus D
edidit ἐπιδεικνυμένους.

τὰς ἐκκλησιαστικὰς. Scribendum est procul dubio τὰ ἑλληνικὰν, ut legitur in codice Bochartiano, & apud Nicephorum. Phrasis est Philostorgii, qua usus est paulo ante in cap. 2. hujus libri. Paulò post ex iisdem codicibus emendavi ἐκδησάμενοι.

ἐφ' ᾧ. In Manuscripto codice Samuelis Bocharti scriptum inveni ἐν ᾧ. Et statim pro verbo μάσασθαι quod nauci est, idem codex scriptum habet θεάσασθαι optimè procul dubio: Quemadmodum etiam conjeceram, antequam codicem illum nactus essem.

τῶν ταύτῃ οἰκούντων. Codex Bocharti scriptum habet τῶν ταύτῃ οἰκούντων.

In Caput IV.

Ἔχαιρε καὶ τῆς μέν. Quod in Annotationibus ad Pag. 504.
Evagrium observavi, in veteribus libris sæpe καὶ positum esse pro ὡς, idem quoque in Philostorgii libris erratum deprehendi. Lego igitur hoc loco ἔχαιρεν ὡς τῆς μὲν ἐπὶ τοῖς δρωμένοις δυσκλείας, &c. Paulò post scribendum est χρισιανῶν πολιορκουμένων, quod miror à Gothofredo animadversum non fuisse.

τὰς ἐν αἰτίαις ἐκδικουμένους. Scribendum est procul dubio ἐπ' αἰτίαις.

In Caput VI.

Ἀπὸ καισρατόπων. De hac urbe Holstenius ad oram sui codicis hæc annotavit. Scribo κιρτάπων. Hoc enim verum nomen in nummis ipsorum aliisque melioribus libris legitur. Idem ante Holstenium notaverat Ortelius in thesauro.

ἐξ ἑκατέρας λιβύης. Duæ erant Libyæ in Ægypto. Altera Pentapolis; altera siccior Libya appellata, ut docet Ammianus Marcellinus in libro 22. Et Serras quidem Episcopus fuit Paretonii siccioris Libyæ. Heliodorus vero Episcopus Sozuzæ Pentapolis Libyæ, ut legitur in subscriptione Synodi Seleuciensis apud Epiphanium in hæresi 73.

χειροτονῆσι τὸν αἴτιον. De Aetii Episcopatu illustre extat testimonium in epistola 31. Imperatoris Juliani, quæ inscripta est ad Actium Episcopum. Nondum tamen Aetius ad Episcopatum promotus fuerat tunc, cum Julianus epistolam illam ad eum scripsit. Factus est enim Episcopus, posteaquam ab exilio revocatus fuisset, ut testatur Philostorgius, & Epiphanius in hæresi Anomæorum. Porro cujusnam urbis Episcopus factus fuerit Aetius, obscurum est, nec ab ullo proditum quod sciam.

ὑπὸ τῶν μελλόντων χειροτονεῖσθαι. Non dubito quin scribendum sit ὑπὲρ τῶν, &c. Libentius etiam legerim προσνομίζοντα. Neque enim audiendus est Gothofredus, qui hunc locum ita vertit: *Eudoxio calculum iis qui ordinandi erant sæpius Aetianis præeunte.*

μεθ' ἓν τὰς ἀεὶ σέβραν. Assentior Holstenio, qui ad marginem sui codicis annotavit legendum sibi videri τοῖς ἀεὶ σέβραν, &c. Ita certè flagitant leges Grammaticæ. Paulò post ubi legitur καὶ τῷ ἱαπιείῳ τόμῳ ὑπογράψαιεν, melius scriberetur τῷ ἰαπιείων τόμῳ.

τὰς τόμους ἀπεγίλλειν. In Manuscripto codice Bocharti legitur, τὸν τόμον, rectius ut opinor.

In Caput VII.

Κατὰ τὸ δηλινὸν. *Circa vesperam*, vertit Gothofredus, secutus interpretationem Joannis Langi qui in libro undecimo Nicephori ubi hic Philostorgii locus describitur, ita verterat.

Ego

Ego verò *circa meridiem* vertere malui. Id enim significat Græca vox, ut testatur Suidas in δείλη, quæ utrumque tempus denotat, tam meridianum quàm vespertinum. Verum ex iis quæ subjicit Philostorgius, satis apparet meridianum tempus hic intelligi.

σημωῶν. Sic etiam in codice Bochartiano scriptum inveni. Lex tamen Grammatica scribi jubet σημοῦσθαι.

In Caput VIII.

ἀπὸ καιδρύματι. Hunc locum restitui ex Manuscripto codice Samuelis Bocharti, in quo ita scribitur, ἀπὸ καθιδρύματι. In eodem codice scriptum inveni γνώμῳ ἐμπεσεῖν, non ἐκπεσεῖν, ut edidit Gothofredus.

Pag. 506. τὸν ἐπίσκοπον φῶτα μέν. Ante hæc verba ponenda est finalis distinctio. Deinde supplenda est conjunctio hoc modo, τὸν δὲ ἐπίσκοπον, &c. ut hæc respondeant superioribus.

In Caput X.

Pag. 507. τῷ αἵματι ὑπολείποντι. In codice Samuelis Bocharti legitur ὑπολείματι καὶ πλὴν ψυχῶν ἀπέβαλε.

ἐπεμάσθω ἔκειτο. Hunc locum correxi ex Manuscripto codice Samuelis Bocharti, & ex libro decimo Nicephori capite 29. qui disertè scriptum habent ἐπατάσθω. Repudianda est igitur conjectura Lucæ Holstenii, qui ad oram sui codicis annotavit scribendum omnino esse ἐπωμάσθω, quæ lectio ferri nullo modo potest.

μικρὸν ὑποῤῥαῖσας. Pessime Gothofredus hunc locum vertit hoc modo: *Paulatim vero diffluens.* Longe melius Joannes Langus hæc verba interpretatus est in capite 29. libri 10. Historiæ Nicephori, ubi eadem verba leguntur ex Philostorgio desumpta, μικρὸν δὲ πως ὑποῤῥαῖσας, *& valetudine paululum recuperata*, &c. Harpocration in Lexico, ῥαῖσας, inquit, αντὶ τοῦ ῥᾴων ἐκ τῆς νόσου. Δημοσθένης φιλιππικοῖς. Locus Demosthenis, quem indicat Harpocratio, extat in prima Olynthiaca ubi de Philippo Macedone ita scribit; ἠσθένησε πάλαι ῥαῖσας καὶ τὸ βαθυμεῖν ἀπέκλινε. Ad quem locum Ulpianus notat verbum ῥαῖσας non significare ὑγιάνας, sed idem esse quod κυφότερον ἔχων, id est, *commodius se habens.* Eustathius ad librum 4. Odysseæ pag. 1509. λέγεται δέ, inquit, καὶ ἰσάων ὁ ἐκ νόσου ὑγίης καὶ ῥαΐζειν τὸ ἀπὸ νόσου ἀνασφάλλειν.

In Caput XI.

Περίφασιν ἰχύσης. Leges Grammaticæ postulant ut scribamus περίφασιν ἔχον, vel ἔχῃ. Subauditur enim ἱεράϊων ἔθνος. Potest etiam scribi, περίφασιν ἔχωσι, eamque scripturam magis probo.

In Caput XIV.

Ἀποροῦσι. Scribendum est procul dubio ἀπορον ἰοῦ. Pag. 508.

νικηρὸν καὶ ἀθιῶν. Ex codice Bocharti emendavi, καὶ ἀθιγῆ. Pag. 509.

μάτην ἐκεῖνος ἀεὶ πλὴν εἰκοδομὴν ποιεῖσθαι. Scribendum videtur πονεῖσθαι.

In Caput XV.

Ἤδη ἀπέχει. In codice Manuscripto Samuelis Bocharti, ad vocem ἀπέχει Asteriscus notatus est, & ad marginem adscripta sunt hæc verba; *locus non sanus.* Deinde emendationes aliquæ apponuntur adeo infelices, ut eas conjector ipse deleverit. Ego vero antequam codicem illum nactus essem, hunc locum ita emendaveram: γέρων δή τις τῶν ἀπὸ πέρσας τῆς Περσείας ἀφειμένων ἤδη, ἀπιξία μετέρχεται τὸ ἀπὸ βάθους. Rectius in codice Samuelis Bocharti scribitur hic locus in hunc modum: τὸ δὲ περσικὸν ὑπολαύνει κατ' αὐτῶν, &c. quod quidem miror ab Holstenio animadversum non fuisse. Paulò post ubi legitur φλάττει τῷ αὐτὸν ἐς ἰσχὺν, idem codex scriptum habet ἐς ἰσχύι. Atque ita fere codex Scoriacensis. Ego tamen scribendum puto ἰσχίῳ, id est, *in lumbis.* Ita glossæ veteres exponunt ἰσχίον lumbi.

HEN-

HENRICI VALESII
ANNOTATIONES
IN LIBRUM OCTAVUM
HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ PHILOSTORGII.

In Caput II.

Pag. 510. Οὐ μὴν γε παραινεῖν ταῦτα φαντάζεται. Pessime hunc locum vertit Gothofredus hoc modo: *Non ideo tamen suadere hæc, seu ad hæc hortari sustinuisse.* Quasi παραινεῖν legeretur. Atqui tum in textu, tum in Annotationibus suis Gothofredus φαίνειν constanter posuit. Quare non dubito, quin in Manuscripto codice quo usus est, scriptum sit παραίνειν, quomodo habent nostri codices Scoriacensis videlicet & Bochartianus. Est autem hic hujus loci sensus. Cum Euzoius & Antiochena Synodus, regnante Juliano collecta, Epistolam Synodicam de restitutione Aetii & consortium ejus scripsisset; ob persecutionem Christianorum quæ tunc maxime flagrabat, eam ad Eudoxium & reliquos Episcopos mittere supersedit, ut scribit Philostorgius in lib. 7. Post mortem vero Juliani, reddita jam Ecclesiis pace, epistolam quidem illam Synodicam ad Eudoxium & ad alios Episcopos transmisit; operam tamen non dedit ut res ad exitum perduceretur. Quare Aetius & Eunomius qui tum Constantinopoli morabantur, cum segnitiem Euzoii animadverterent, Theophilum Indum miserunt Antiochiam; præcipuè quidem eo consilio ut Euzoium urgeret atque excitaret, quo rem illam ad exitum perducere, & Synodi suæ sententiam executioni mandare vellet; sin minus, ut Aetianis illic degentibus præesset. Sic enim scribit Philostorgius infra: ἀφικνεῖται Θεόφιλος ὁ ἰνδὸς, ἐφ' ᾧ τὸν εὐζώϊον μὲ κατὰ τὸ φρονούμενον ἀναζῆσαι, εἰς τέλος ἀγαγεῖν τὰ ὑπὲρ αὐτῆς ἠγωσμένα. παραίνειν igitur idem valet quod εἰς τέλος ἀγαγεῖν.

Pag. 511. τῆς ἑνώσεως ἐλπίδας ὑποστήσοντα. Longe rectius in Manuscripto codice Samuelis Bocharti, scribitur ὑποστήσοντα. Eudoxius enim CP. Episcopus, ad id usque temporis spem fecerat Aetio & Eunomio, societatis atque unitatis cum illis ineundæ. Sed postquam vidit Eudoxius, Aetium eò temeritatis erupisse, ut Episcopum sectæ suæ Constantinopoli ordinaret, sese ab Aetii partibus penitus abrupit.

χειροτονῆσαι. Post verbum χειροτονῆσαι asteriscus appositus, quidpiam hic deesse significat. Desiderator autem nomen Episcopi, quem Aetiani seu Anomæi in Insula Lesbo constituerunt. Ejus nomen nobis servavit optimus codex Samuelis Bocharti, in quo disertè scriptum invenimus χειροτονῆσαι Θάλλον τῇ ῆ, &c. In authentico quidem exemplari Bocharti scriptum erat χειροτονῆσαι ὅλλον. Unde vir doctus ad oram codicis Bochartiani annotavit, legendum esse Θάλλον potius quam ὅλλον.

τῇ ῆ πρὸς τῷ ποντίῳ γαλατίᾳ. Lucas Holstenius in margine sui codicis hæc annotavit. Lego πόντῳ. Intelligit Ponticam regionem, in duas Provincias divisam, Helenopontum, & Pontum Polemoniacum. Idem fere annotarat vir doctus ad latus Manuscripti codicis Bocharti; vel scilicet scribendum esse πρὸς τῷ πόντῳ, vel unica voce προσποντίῳ. Sed prior emendatio magis placet.

ἐφρόνιον. Codex Scoriacensis scriptum habet ἐυφραίνιον. Bochartianus vero ἐυφραίνιον. Sed non dubito quin scribendum sit ἐυφρόνιον. Sic enim nominatur à Philostorgio in libro 9. capite 18.

ἔμιλλεν. Procul dubio scribendum est ἔμελλεν. Quam quidem conjecturam in margine codicis Bocharti adscriptam inveni.

In Caput III.

Ἡδονὰς ἀποκλίναι. Non probo interpretationem Gothofredi qui hunc locum ita vertit: *Et muliebres voluptates abhorruisse.* Ego vero ita vertendum esse existimo: *Ad lascivos mulierum amores desciviſſe.* Primum quia Philostorgius semper hoc sensu usurpat vocem ἀποκλίναι, ut superius observare memini. Deinde eo quod Philostorgius hoc loco vituperat Theodosium. Nullum autem esse probrum, si diceret Episcopum concubitus mulierum aversatum esse. Quare scribendum puto πρὸς τὰς δι' ᾧ γυναικῶν ἡδονὰς ἀποκλίναι. Postremo Philostorgius ipse interpretationem nostram confirmat. Scribit enim in sequenti capite, cum Aetius in Lydiam venisset, ut Candidum & Arianum Episcopos illic constitueret, Theodosium istum de quo nunc loquimur, veritum ne vivendi ratio illorum,

rum, suæ reprehensio atque objurgatio esset, adversus Aetium inimicitias suscepisse. Theodosii igitur vita dissoluta erat ac flagitiosa. Illi enim, Arianus scilicet & Candidus, ob vitæ sanctitatem à cunctis suspiciebantur, si Philostorgio credimus. Adde quod Philostorgius τὸν ἔνθεσμον πολιτείαν tribuit Theodosio, id est, *irregularem conversationem.*

A ipsum prolatam, antequam Episcopi qui eum Diaconatu exuerant ipsum restituissent, sicuti fieri oportebat; nihilominus ad majorem graduin promotus fuisset. ὁ δέον igitur idem valet, ac ἐσῳ ἔδει.

ὡς περὶ τὸν κοινὸν. In Manuscripto codice Samuelis Bocharti ad marginem notantur hæc verba ἔσω πῶς. Quæ quidem emendatio prorsus necessaria est.

In Caput IV.

Pag. 512. Εἰς τὸ καθ' αὐτὸ νόμον χειρογραφῶσι. Jam pridem conjeceram scribendum esse τὸν κατ' αὐτὸ τόμον. Postea vero codex Samuelis Bocharti quem absoluta interpretatione mea nactus sum, conjecturam B meam confirmavit. In eo enim diserte scribitur τόμον, sicuti legendum conjeceram. Per tomum vero intelligit Philostorgius epistolam Synodicam Concilii CP. de damnatione ac depositione Aetii, quam refert Theodoritus in lib. 2. Historiæ Ecclesiasticæ. Ejusdem mentionem facit Philostorgius supra in lib. 4. & in lib. 7. cap. 2. ubi τὸν κατὰ αἵτιν τόμον nominat, perinde ac in hoc loco. τόμος enim vocare solebant epistolam. Sic in Concilio Chalcedonensi epistola Leonis Papæ passim tomus appellatur. Et in Canonibus Synodi primæ CP. tomus Occidentalium nihil aliud est quàm epistola Damasi Papæ, ut jam monui in Annotationibus ad Theodoritum.

φοίβῳ κοινωσάμενος. Assentior Gothofredo, qui φοίβῳ emendavit, & Phœbum hunc Episcopum C fuisse Poluchalandi urbis Lydiæ monuit ex Epiphanio. Sed quod idem Gothofredus addit in Annotationibus, Phœbum hunc amicum fuisse Aetii, errat toto cœlo. Neque enim Aetii, sed Theodosii amicum illum fuisse dicit Philostorgius, tum ob vetcrem consuetudinem, tum ob vitæ ac morum similitudinem. Id enim significant hæc verba, ᾗ τῷ ἐνθέσμῳ πολιτείας τὸ ἀπαρέγκλητον. Quæ Philostorgii verba Gothofredus in prodigiosum quendam sensum detorsit, ut videre est in ejus Annotationibus.

ᾗ δὴ καὶ ἑτέρους ἑ. Hunc locum ex manuscriptis codicibus, Scoriacensi videlicet & Bochartiano, emendavi in hunc modum: καὶ δὴ καὶ ἑτέρους ἐξ τῶν ὑπηκόων συναγειρόμενοι, &c. Fuit igitur hæc Synodus Episcoporum novem Provin- D ciæ Lydiæ. Nam Theodosius unà cum Phœbo & Auxidiano sex alios Episcopos ex Lydia, aut ex finitimis Provinciis in unum collegerant.

ὥσπερ θεσμὸν γιγνομένου. Scribendum est procul dubio ὡς πῶς θεσμὸν γιγνομένου. Ita Philostorgius loquitur paulò post de ordinationibus Candidi & Ariani. ὡς πῶς τὸν κοινὸν νομοθετήσας γνώμην.

ὁ δέον καθελκόμενος. In Manuscriptis codicibus Scoriacensi & Bochartiano hic locus ita scribitur: ὁ ἢ καθελκόμενος, &c. magis tamen probo vulgatam scripturam, quam sic interpretor. Episcopi Lydiæ ordinationem Aetii incusabant, tum quod contra Canones facta esset; tum præcipuè eò quod Aetius post depositionis sententiam in

In Caput VIII.

Μετὰ τοὺς ὑπολειφθέντας. Sic etiam legitur in Pag. 513. scriptis codicibus. Leges tamen Grammaticæ postulant ut scribamus μὴ τῶν ὑπολειφθέντων.

στενόν τε τὴν ἐπάρχου. Gothofredus in Annotationibus ad hunc locum, notat hunc Secundum Præfectum Prætorio eundem esse cum Salustio: Et olim quidem ita senseram in Annotationibus, ad librum 22. Ammiani Marcellini pag. 266. meamque opinionem secutus est Gothofredus in dicto loco. Verum postea re attentius examinata, hunc Secundum Præfectum Prætorio deprehendi alium esse à Salustio, ut ostendi in Annotationibus ad lib. 6. Sozomeni pag. 137. Hujus Secundi Præfecti Prætorio mentionem facit Libanius in epistola 122. lib. 4. quæ scripta est ad Jovinum de Petronio quodam, qui primum Advocatus fuerat, postea Præses Euphratensis Provinciæ. εἶτ' ἐπὶ κράτιστον στενόν.

τὰ τῆ βασιλείας φοὺς αὐτὸν διανειμάμενον. Hunc locum non intellexit Gothofredus, ut ex interpretatione ejus apparet. Sic enim vertit: *Sirmii vero iis quæ ad Imperium pertinebant, dispositis, quatunque scilicet adornatum & reliquum ministerium spectabant.* Ego vero de officiis Palatii & de Comitibus hunc locum accipiendum esse ajo, quos Valentinianus cum fratre suo Valente partitus est. Idque testatur Ammianus Marcellinus in lib. 26. pag. 315. *Nassum advenerunt, ubi in suburbano quod appellatur Mediana, à civitate tertio lapide disparatum, quasi mox separandi, partiti sunt comites.* Et paulo post: *Quibus ita digestis, & militares partiti numeri. Et post hæc cum ambo fratres Sirmium introissent, diviso palatio, ut potiori placuerat Valentinianus Mediolanum, Constantinopolim Valens discessit.* Ubi vides triplicem divisionem inter Valentinianum ac Valentem Imperatores factam esse. Prima est divisio Comitum, quæ facta est Naisi, quod est oppidum Datiæ. Secunda fuit divisio legionum & auxiliorum. Postrema fuit divisio Palatii facta in urbe Sirmio. Per Palatium vero intelligo officia Palatina quæ erant sub dispositione Magistri officiorum, & sub Castrensi sacri Palatii; quod confirmat Philostorgius his verbis: ὁπόσα εἰς κόσμον, ᾗ τῷ ἄλλῳ ἐτέλεσε τεραπείαν.

In Caput XI.

Ὅσα γε τῷ εἰς τὸν ἱερὰν μάθησιν. Prius τῷ Pag. 514. deest in MS. codice Samuelis Bocharti. In Scoriacensi

censi autem codice scriptum habetur, ὅσα γε τοῖς εἰς τὴν, &c. Quare scribendum videtur, ὅσα γέ τοι εἰς τὴν ἱερὰν μάθησιν. Id est: *Quantum quidem ad sacræ Scripturæ intelligentiam pertinet, Apollinarem utroque præstantiorem fuisse ait Philostorgius.* Verba ipsa Philostorgii extant apud Suidam in voce ἀπολλινάριος. Ex quibus discimus cur Philostorgius dixerit, in Apollinare majorem fuisse scientiam scripturarum quàm in Basilio ac in Gregorio: Eò quòd videlicet Apollinaris Hebraicam linguam callebat.

ἀπολλιναρίου λαμπρότερος. Apud Suidam additur verbum πανηγυρίσαι, quod nescio cur Photius prætermisit, cum in eo pænè tota vis consistat sententiæ. Ait enim Philostorgius hos quidem tres, Apollinarem scilicet, Basilium atque Gregorium, omnium sui temporis disertissimos fuisse. Singulos tamen proprium ac peculiarem dicendi caracterem habuisse. Nam Apollinaris quidem stylum fuisse ad scribendos Commentarios aptissimum. Basilium vero in panegyrico dicendi genere excelluisse. Gregorii vero orationem magis fundatam fuisse, id est, ut vulgo loqui solemus, magis periodicam.

μείζων εἰς συγγραφάς. Hunc locum emendavi ex codice Samuelis Bocharti, in quo ita legitur: μείζων βάσιν εἰς συγγραφὰς εἶχεν ὁ λόγος. Quam scripturam confirmat Suidas in voce ἀπολλινάριος.

In Caput XV.

ἀπολλινάριον ἐπίσκοπον. Gothofredus in Annotationibus unicum profert testimonium beati Hieronymi, qui Apollinarem Laodicenum Episcopum vocat. Verum ante Hieronymum Athanasius in epistola Synodica ad Eusebium & Luciferum, disertè Apollinarem Episcopum appellat pag. 580. παρῆσαν δὲ καὶ τινὲς ἀπολλιναρίου τοῦ ἐπισκόπου μονάζοντες, παρ' αὐτοῦ εἰς τοῦτο πεμφθέντες. *Pag. 515.*

HENRICI VALESII
ANNOTATIONES
IN LIBRUM NONUM
HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ PHILOSTORGII.

In Caput II.

Pag. 516. Παρὴν ὁ αὐτὸς καιρός. Non dubito quin scribendum sit ὡσαύτως. Paulò post pro ὑπερήσπιζεν, emendavi ὑπερήσπισεν, ut legitur in codice Bocharti.

οὐνοβάστας. In Manuscriptis codicibus οὐρανοβάστας scriptum habetur. Quare suspicor legendum esse οὐρανοβάτας. Sic autem Euzoius Aetium & Eunomium per ludibrium appellabat ob audaciam ac dementiam, quod instar gigantum in cœlum conscendere tentarent, & de divinitate temere garrire præsumerent.

αἰθιόπίν τε τὸν θεόφιλον. Codex Bocharti habet αἰθίοπόν τε, &c. Sed omnino scribendum est αἰθίοπα. Hoc autem cognomentum Euzoius idcirco tribuebat Theophilo, quod esset oriundus ex Æthiopia. Erat enim Blemmys, ut ex Gregorio Nysseno superius observavi.

In Caput IV.

Πρόνοιαν ἐλάττων συνεισάγων. Nemo non videt scribendum esse ἐλάττω. Sic in superiore libro μείζων βάσιν legebatur pro μείζω. In margine codicis Bochartiani scriptum erat eadem manu. Lego πρόνοιαν ἐλάττονα.

ἐκκλησίας ἦρχεν ἀποτεταγμένος. Rectius in codice Scoriacensi & Bochartiano, legitur ἀποτεταγμένης. Idque miror à Gothofredo animadversum non fuisse, cum sequentia Philostorgii verba hanc emendationem confirment. Itaque Holstenius interpretationem Gothofredi correxit hoc modo: *Neuter vero eorum Ecclesiam sibi peculiariter destinatam rexit.*

ἐξὸν τῆς κυζίκου μετέστη. Hunc locum emendavi ex Manuscripto codice Bocharti, in quo scribitur ἐξ οὗ τῆς κυζίκου. Valeat itaque conjectura Lucæ Holstenii, qui in margine sui codicis ad hunc locum hæc annotarat: *Lego* ἐξ ὧν, & versionem Gothofredi ita emendaverat: *Imo Eunomius ne sacrum quidem ministerium, ex quo Cyzico demigravit; quin nec reliquo tempore quoad vixit, contigit.* Verum in hac emendatione, multa sunt quæ probare non possum. Primum enim ἐξ ὧν Græcum non est pro *ex quo tempore.* Nam Græci semper dicunt ἐξ οὗ. Deinde non placet quod verba illa Philostorgii τῆς ἱερουργίας ἥψατο, cum Gothofredo interpretatur, *sacrum ministerium contigit.* Quasi Philostorgius de sacris vasis hic loquatur. Atqui ἱερουργία est sacrificium Missæ; à quo Eunomium, ex quo Cyzicum reliquerat, perpetuò abstinuisse testatur Philostorgius. Sic Eusebius noster eam vocem usurpat in lib. 4. de vita Constantini pag. 549. θυσίαις

ἀνίμοις καὶ μυστικαῖς ἱερουργίαις τὸ θεῖον ἱλάσκοντο. Verum sacrificii nomen potuit fortasse displicere Gothofredo, quippe qui Calvini hæresin sectaretur. Holstenius vero utpote Catholicus, retinere illud debuit. Fatendum tamen est ἱερουργίαν generaliter sumi posse pro officio Sacerdotali. Sic enim Philostorgius in cap. 10. eam vocem usurpat pro Ordinatione.

ὅσον ἐπισίῳ χρόνον. Olim quidem existimavi scribendum hic esse ἐπισίῳ, quomodo etiam hunc locum intellexit Gothofredus. Potest tamen alius quoque afferri sensus horum verborum, quasi dicat Eunomium non modo post abdicationem Episcopatus Cyziceni, verum etiam antea, toto vitæ suæ tempore, sacra mysteria nunquam celebrasse. Qui quidem sensus verbis Philostorgii aptius convenit. Certè Holstenius hunc locum ita videtur intellexisse.

In Caput V.

Pag. 517. Ἡ σωτῆρι θεοδοσία. Jam pridem conjeceram scribendum esse φλωρεντίῳ ἣ ὅδε ἤρκισεν εἰς σωτηρίαν ἡ θεοδοσία. Postea verò nactus codicem Manuscriptum Samuelis Bocharti, eam emendationem in margine adscriptam inveni. In textu vero ita scriptum habet idem codex, ἡ σωτηρία θεοδοσία.

In Caput VI.

Pag. 518. Οὗτος ὁ ἐτ. Scribendum puto ὃν ὁ ἐτ. ὃν κατὰ πολλὴν ἐξουσίαν. Sed & paulo ante ubi legitur καὶ τῷ εὐνομίῳ συνῶσαν τε καὶ συνδιεβάλλοντο, melius ut opinor, scriberetur τῷ Αἰετίῳ. Accusatus enim, licet falsò, apud Procopium fuerat Aetius, quod partes Valentis foveret, ut paulò ante retulit Philostorgius. Eunomio verò id crimen objectum non fuerat. Quo enim modo id objici potuisset Eunomio, qui Procopium in agro suo Chalcedonensi occultaverat, & qui Cyzicum profectus fuerat ad Procopium, pro captivis intercessurus.

ὁ ὁ Αἰτι. τὰς. Scribendum procul dubio τύπους, id est, *Herennium & Gerresianum*; Qui unà cum ipso accusati fuerant Aetio.

τότε θέμα συνελθόντ. Rectius in Manuscripto codice Samuelis Bocharti scribitur συνελόντ.

In Caput VII.

Οὐκ ἀπιστράφη τοῖς γεγραμμένοις. Non dubito quin scribendum sit οὐκ ἐπιστράφη. Id est: *Eudoxius vero ea quæ ab Aetio ad ipsum scripta fuerant, non modo non attendit, vel non curavit.* Id enim significat verbum ἐπιστρέφεσθαι, ut docet Suidas.

μείζω παθ. δυσιραίνων ἀπεδείκνυτο. Hujus loci emendatio debetur codici Samuelis Bocharti. Quem ego antequam nactus essem, πάθοι emendaveram. Ita enim legendum esse ipsa syntaxis docet.

In Caput VIII.

Χειμῶν. ὄντ. ἐπήγετο. Scribendum procul dubio est ἀπήγετο, id est, *in exilium abducebatur.*

δεινοπαθῶς ἀναδιδαξάντων. In codice Samuelis Bocharti scriptum inveni ἀναδειξάντων. Vulgatam tamen scripturam magis probo.

ὑπατεύοντα μὲν ἁλῶναι. Scribendum puto ἐπικεί- Pag. 519.
ναμένου. Id est, *comprobante, & confirmante.* Id enim significat vox ἐπικεῖσθαι, ut testantur Grammatici. Porro notandum est electionem Episcoporum, præcipuè Patriarchalium sedium, ab Imperatoribus confirmatam fuisse. Cujus rei illustre exemplum est in libro primo Historiæ Philostorgii, ubi agit de electione Athanasii. συνοδικὸν autem ἅλωσιν ideo vocat, quod in Synodo facta fuisset hæc electio. Certè Patriarchas in Synodo Episcoporum electos & ordinatos fuisse, ostendi in libro 3. Observationum Ecclesiasticarum, cap. ult.

In Caput IX.

Ης ἰυλάμπι. μὲ ἡ ἐνομασία. Non dubito quin scribendum sit ἰυλάμπιον. Nam fœminarum nomina neutro interdum genere efferebantur. Sic Eustochium, & similia prope infinita.

In Caput XI.

Εἰς ἀξίαν τλὺ νῆσον. In Manuscripto codice Samuelis Bocharti scriptum inveni εἰς ναυξίαν, corruptè pro ναξίαν. Sic recentiores videntur nominasse Insulam maris Ægæi, quæ prius Naxus vocabatur.

In Caput XII.

Ὅτι μάζα κατὰ φρῶτον. Rectius in Manuscripto codice Samuelis Bocharti scriptum est μάζαν τὸ φρῶτον ἐκαλεῖτο ἡ καισάρεια. Idem error occurrit apud Sozomenum in lib. 5. cap. 4. Apud Hieronymum quoque in libro de Scriptoribus Ecclesiasticis μάζα dicitur. Sic enim habet vetus Lugdunensis editio, quæ penes me est: *Basilius Cæsarea Cappadociæ quæ prius Maza vocabatur Episcopus, &c.* Videtur tamen in Philostorgio scribendum esse μάζονα τὸ φρῶτον, &c.

In Caput XIII.

συὺ δωροθέῳ. Hic Dorotheus Episcopus erat Heracleæ in Thracia, qui Demophilum Constantinopolitanum Episcopum consecrarat, ut supra retulit Philostorgius in cap. 10. hujus libri, ubi Theodorus perperam nominatur. Qui locus Gothofredum in gravissimum errorem induxit. Putavit enim Theodorum hunc à quo Demophilus est ordinatus; & qui postea Antiochenus & Constantinopolitanus Episcopus fuit, eundem esse cum Theodoro illo Heracleota, Arianorum Principe, qui in Syno-

Synodo Sardicensi condemnatus est, & cujus mentionem facit Hieronymus inter Scriptores Ecclesiasticos. Atqui Theodorus Heracleotes, cujus meminit Hieronymus, & qui Synodi Sardicensis sententia damnatus est, obiit regnante Constantio, circa annum Christi 358. Eique in Episcopatu successit Hypatianus, ut notavi ad librum secundum historiæ Socratis Scholastici cap. 29. Mortuo demum Hypatiano, principatu Valentis Augusti successit Dorotheus, is qui Demophilum Constantinopolitanum Episcopum consecravit. Sic enim eum appellat Socrates & Sozomenus & Philostorgius infrà, in hoc libro. Sed & ipse Philostorgius, quod non animadvertit Gothofredus, Theodorum Heracleotem perspicuè distinguit à Dorotheo Heracleote; Nam in libro octavo cap. 17. enumerans Episcopos qui inter Homousianos celeberrimi extiterant, primo quidem loco nominat Theodorum Episcopum Heracleæ, & Georgium Laodiceæ. Alios deinde recenset, qui post illos vixerunt, Eustathium Sebastenum, Basilium Ancyranum, Macedonium Constantinopolitanum, & Eleusium Cyzicenum. Vides Theodorum hoc loco longè differre à Dorotheo; neque enim Dorotheus Eustathium, & Macedonium, atque Eleusium ætate antecessit.

τὴν δόξαν κρατύναντας. In manuscripto codice Samuelis Bocharti scriptum inveni κρατύνοντας. Posset etiam scribi κρατύναντα, supple ἐλευσίν. Quam scripturam in interpretatione mea sum secutus.

κυζικηνῶν προκλησιν. Hunc locum non intellexit Gothofredus, ut ex interpretatione, & Annotationibus ejus apparet. Cujus interpretationem rectè Lucas Holstenius correxit, hoc modo: *Cùm igitur Cyzicenorum provocationem Demophilus, itque qui cum eo erant, admisissent, & Aetium Eunomiumque anathemate perculissent, &c.* πρόκλησις est provocatio, ut exponitur in glossis Græco-Latinis. Malim tamen hoc loco vertere, *Protestationem*. Neque enim Cyziceni appellationem tunc ullam interposuerunt; sed potius obstiterunt Demophilo, qui Episcopum ipsis ordinaturus advenerat, protestatique sunt nunquam se passuros, ut Episcopum ipsis ordinaret, nisi prius Aetium & Eunomium sub anathemate damnasset. Quam conditionem cum admisisset Demophilus, & Aetio atque Eunomio anathema dixisset, postea Episcopum Cyzicenis consecravit eum, quem Cyziceni suffragio suo nominaverant.

ἀνόμοιόν τε τὸν ἰυνόμιον. Ferri quidem potest vulgata scriptura, cum Eunomius ἀνόμοιον, id est, *dissimilem Patri Filium palam asserverit*, ejusque sectatores anomœi sint appellati. Non displicet tamen conjectura, quam in margine codicis Bochartiani eadem manu adscriptam inveni. Ad vocem ἀνόμοιον· ἴσως ἀνόμιον; est enim elegans paronomasia, ut Anomius dicatur pro Eunomio.

ἐκ ἑτερόν τινα ταύτῳ ἐλθεῖν. Deesse videtur propositio, quæ suppleri potest, hoc modo: ἐκ ἑτερόν τινα πρὸς ταὐτὸν ἐλθεῖν ἀναγόρμον. *Pag. 520.*

λαμπρῶς ἐκηρύττετο. Codex Bocharti auctior hic est & emendatior. Sic enim habet ἰνθὺς λαμπρῶς ἐκήρυττε τὸ ὁμοούσιον.

In Caput XV.

τῶν ἐναντίων ὡς ὀλίγως. Non dubito quin scribendum sit hoc loco, τῶν ἀναιτίων. Id est: *Una cum illis multos quoque innocentes Valens supplicio affecit.* Emendationem nostram confirmat MS. codex Bocharti, in quo scriptum est, τῶν ἀναιτίων, prout legendum esse conjeceram.

In Caput XVI.

τέτταρά πως ἔτη. In MS. codice Samuelis Bocharti scriptum inveni, τέτταρά πω ἔτη; quod licet exiguum sit, haud quaquam tamen negligendum putavi. Cæterum de ætate Valentiniani junioris, consentit etiam Ammianus Marcellinus in libro tricesimo, sub finem; & Victoris Epitome, & Zosimus ac Zonaras. Natus est igitur Valentinianus junior anno Christi 371. Cæterum ab hoc Valentiniano juniore, qui filius fuit majoris Valentiniani, distinguendus est Valentinianus alter, filius Valentis Augusti, ut jam pridem observavi, tum in Annotationibus ad Ammianum Marcellinum, tum in Annotationibus ad Socratem.

τινὰς τῶν ἐπὶ τὰ νεωτερισάντων. Gothofredus legisse videtur, τῶν τὰ τὸ νεωτερισάντων: Sic enim vertit: *Sed & quosdam, qui id aggressi fuerant, punivit.* Videtur tamen aliquod mendum hic latere, ac fortasse scribendum est, κατ' ἐπὶ τὰ νεωτερισάντων, &c. nisi αὐτᾶ sumatur adverbialiter pro *illic*, id est, *in Pannonia*.

ἔχειν βασιλεύοντα. Melius scriberetur ἔχειν συμβασιλεύοντα.

In Caput XVII.

ὁμοίαν περὶ τὸ βασιλέως. Scribendum est procul dubio: ὁμοίαν περὶ τὸ βασιλέως λαβόντες ὑπόνοιαν.

HENRICI VALESII ANNOTATIONES IN LIBRUM DECIMUM HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ PHILOSTORGII.

In Caput I.

Διακάταρσιν. In manuſcripto codice Bocharti legitur diſtinctis vocibus, διὰ κάταρσιν. Unde quis ſuſpicari poſſit ſcribendum eſſe, ἰδίᾳ κάταρσιν ἀπῄτουν τοῦ βίου.

Pag. 522. τὴν πρόκλησιν οὐ προσήκαντο. Laudo verſionem Gothofredi, qui ſic interpretatur hunc locum: *Conditionem non admiſerunt.* Vide, ſi placet, quæ de hac voce notavi ad librum nonum hujus Hiſtoriæ.

In Caput II.

τῶν γινομένων μόνην. Ad hæc verba Lucas Holſtenius in ſuo codice hæc annotarat; legendum τῷ γεννήσαντι μόνῳ. Sic enim formula Ariminenſis apud Theodoretum in hiſt. Eccleſ. lib. 2. cap. 21. οὗ τὴν γέννησιν οὐδεὶς οἶδε, εἰ μὴ μόνος ὁ γεννήσας αὐτὸν πατήρ. *Et apud Hieronymum contra Luciferianos: Cujus nativitatem nullus novit, niſi ſolus qui eum genuit Pater; ſed ſcripturæ huic inhærendo legendum eſt,* τῷ γειναμένῳ μόνῳ. In manuſcripto Scoriacenſi, non τῶν, ſed τῷ expreſſe legitur, cujus doctiſſimi viri ſententiæ libens ſubſcribo.

In Caput III.

Pag. 523. τὸ δοξάζειν ὁμοούσιον. Non dubito quin Philoſtorgius ſcripſerit ὁμοιούσιον; neque enim Ariani conſubſtantiale unquam admiſerunt. Porrò in hoc capite Gothofredum nihil vidiſſe, ex ejus Annotationibus perſpicuè apparet.

In Caput V.

ἀξίωμα παρατίθεται. Scribendum eſt procul dubio πριτίθεται. Quomodo etiam in margine codicis Bochartiani ſcriptum inveni eadem manu: ἴσως πριτίθεται.

οὐ γὰρ ἤρκεσεν αὐτῷ. Holſtenius ad latus ſui codicis annotavit; lego ἤρεσεν. In manuſcripto autem codice Samuelis Bocharti ita ſcriptum eſt in margine; malim ἤρεσκεν.

In Caput VI.

Τοὺς ἁρπασαμένους ἐκπέμπει. Scribendum eſt procul dubio ἁρπασομένους. Sed hic ſolennis eſt error Librariorum, ut ſciunt qui manuſcriptos codices evolverunt.

πρὸς τὴν ἀλμυρίδα. Hujus urbis meminit Hierocles in συνεκδήμῳ; quem olim manuſcriptum vidi in Bibliotheca doctiſſimi viri Jacobi Syrmundi; ἐπαρχία σκυθίας ὑφ' ἡγεμόνα πόλεις ἴδ. τόμις, &c. Ultima urbs nominatur ἁλμυρίς. Citatur hic Hieroclis locus à Conſtantino Porphyrogenneto, in libro 2. de Thematibus; ſed corruptè; nam provincia Mœſia pro Scythia illic ſcribitur. Ejusdem urbis mentionem facit Stephanus Byzantius; κορκυρίς, inquit, πόλις αἰγύπτου ὡς ἀργυρὶς, ἁλμυρίς. Cæterum aſſentior Morello, qui in Annotationibus ad dictum locum Conſtantini Porphyrogenneti, ἁλμυρίδα eandem eſſe dicit cum Salmuride, cujus mentio fit in itinerario Antonini. Certè ut Latini Sexantapriſtin dicunt, quam Græci ἑξανταπρίστιν, & Salmydeſſum pro ἁλμυδέσσω; ſic etiam Salmuridem dixere, quam Græci ἁλμυρίδα. Solent enim Latini S ponere pro aſpiratione in nominibus quæ ſunt Græcæ originis, quod multis exemplis demonſtrari poteſt. Neminem porrò turbare debet, quòd Philoſtorgius Salmuridem Mœſiæ attribuit, quam Hierocles ponit in Scythia. Id enim factum eſt ob vicinam harum provinciarum.

δακορομνοὶ. In manuſcripto exemplari Samuelis Bocharti ſcriptum eſt δακοροννοί. Apud Nicephorum vero δακορηνοί. Cæterum non aſſentior Gothofredo, qui in Annotationibus ad hunc locum ſcribit Philoſtorgium, dum Conſtantinopolim proficiſceretur, vidiſſe Eunomium in agro Dacoreno, juxta Cæſaream Cappadociæ. Atqui non hoc dicit Philoſtorgius; ſed ſe annum agentem viceſimum, cum veniſſet Conſtantinopolim, vidiſſe Eunomium in ſupra dicta ſcilicet urbe Conſtantinopoli: Nam cùm Salmuridem urbem cepiſſent Barbari, illinc extractus Eunomius, per Conſtantinopolim

polim transiit, ut Cæsaream in exilium duceretur. Illic ergo Eunomius dum transiret, videri potuit à Philostorgio.

Pag.524. ὑδὲ πῶ τραυλότητα ἀπαιχυνθεὶς. In MS. codice Samuelis Bocharti scriptum inveni, ἐπαιχυνθεὶς, longe rectius, meo quidem judicio. Porrò interpretationem Gothofredi Holstenius in suo codice ita correxit: *Neque balbutiem eam sermonis elegantia cohonestare eum pudeat.*

ἀλλὰ κ᾽ τὰς ἀλφούς. Eunomium leprosum fuisse, his verbis indicat Philostorgius. ἀλφὸς enim lepram significat, ut docet Auctor Etymologici in voce ἀλφός. Certè Rufinus Eunomium leprosum fuisse diserte testatur in libro decimo cap. 25. *Vir corpore & anima leprosus, & interius exteriusque morbo regio corruptus.* Idem quoque de B Eunomio scribit Gregorius Nyssenus in lib. 1. contra Eunomium, pag. 307. his verbis: ὁ εἰς δύναν εἰς τὰς ὀπὰς αὐτοῦ λπτ@, ὑδὲ πῶ ὃν τῷ πάθος αἰδὰν τῇ καθ᾽ ἑαυτὸν διαγωγῇ φθορίμων, ἀδὲ πῶ φυσικῶ τῇ ὑγιαινόντων πρὸς τοιότους ἀποστροφῶ λογιζόμενος. Et hæc quidem de Eunomii lepra jam dudum à me observata sunt in Annotationibus Eusebianis. Nunc ad vocem ἀλφὸς redeamus, quam Latini ferè vitiliginem interpretantur. Glossæ veteres vitiliginem vocant; sic enim habent: Vituligo ἄλφος, ἀλωπεκία. Inquirendum itaque est, utrum vituligo rectius scribatur, quàm vitiligo. Neque enim vitiligo formari potest à vitio. An igitur vituligo dicta esse videtur à vitulis, eò quòd leprosi vitulinæ carnis albedinem referant. Certè ut Ophiasis, Alopecia, & Elephantiasis, quæ sunt leprarum species, ab animalibus C nominatæ sunt, ita & vituligo nominari potuit à vitulis.

In Caput VII.

ὅτι πλακιδίας. Scribendum est procul dubio, πλακίλλας, vel potius φλακίλλας. Sic enim dicta est uxor Theodosii, ut docent nummi veteres, & Greg. Nyssenus.

In Caput VIII.

φθορέντες αὐτὸν ἐξαπίναις@. Rectius in manuscriptis codicibus scribitur ἐξαπιναίως. Sed præterea corrigendus videtur locus hoc modo: οἱ ὃ θηφορέντες ἀπὸ ἐξαπιναίως, &c. κ᾽ τῶν τῆς βασιλείας φθασήμων ἀποδύσει.

In Caput IX.

εἰκάσας ἂν σμιλῶν. Rectius in manuscriptis codicibus Scoriacensi & Bochartiano scribitur, εἰκάτως, sed & σμιλῶν scribendum est pro σμιλῶν; & A ὀφὲ τὸν ἡγούμενον, non ὀφὲ, ut edidit Gothofredus.

σωιλίψεως. Holstenius ad latus sui codicis annotavit legendum esse σωβλίψεως, quomodo etiam in margine codicis Bochartiani annotatum inveni.

κ᾽ μαχαίρας ἄντικρυς ἀμφήκας. Jam pridem conjeceram scribendum esse ἀμφίκυς. Postea verò manuscriptum Bocharti codicem nactus, ita prorsus in eo scriptum inveni, uti conjeceram. Est autem ἀμφήκης μαχαίρα, ἡ ἑκατέρωθεν ἠκονημένη. Id est, *utrimque acuta*, ut exponit Suidas in voce ἀμφήκ@. At Lucas Holstenius ad latus sui codicis emendat ἀμφήκ@ ex codice Scoriacensi, ut opinor. Verùm hæc scriptura tolerari non B potest.

παρὰ τῶ ξιφοειδῶς δίεσιν ἀσίρ@. Scribendum est procul dubio, περὶ τῦ, quod miror ab Holstenio animadversum non fuisse. δίεσιν positum est pro διίξεσιν.

In Caput XI.

ἀλλ᾽ εἴσω κ᾽ πρὸς τὸ Cλ.... Hunc locum ex ma- Pag.525. nuscriptis codicibus Scoriacensi & Bochartiano supplevimus hoc modo: πρὸς τὸ βλαισὸν ὑποκαμπτομένων. Glossæ veteres Græco-Latinæ hanc vocem ita interpretantur, βλαισήπτης, Scaurus. In aliis glossis Latino-Græcis Vargus exponitur βλαισός.

μηδ᾽ ἀχαεῖσις. In manuscripto codice Samuelis Bocharti, ad marginem adscriptum est eadem C manu, ἴσως ἀχαείσεως. Ita quoque Holstenius legendum esse annotavit ad latus sui codicis.

In Caput XII.

Ἐψιλωμένου ὃ τῶν διῶν. Hunc locum ex manu- Pag.526. scriptis codicibus emendavi, hoc modo: τῶν ὃ ὧν ἡ διαδοχὴ τῦ γένους; id est: *Qui orbatus erat iis corporis partibus quibus liberi procreantur.* Quibus verbis Spado, sive Eunuchus designatur. Miror tamen Lucam Holstenium hæc verba non intellexisse. Sic enim ille hunc locum interpretatus est: *Orbatus cognatis, & successione* D *generis.*

τῦ κυρειακῦ πάθους φερούσας. Post hæc verba in MS. cod. Scoriacensi Lacuna est, & notatur deesse quatuor folia. λείπει τέτταρα φύλλα, ut testatur Lucas Holstenius. In exemplari autem Samuelis Bocharti notatur ad marginem, deesse hic ultra dimidiam paginam, quæ nostri codicis tres ferè pagellas continet, in qua erat undecimi libri principium.

HEN-

HENRICI VALESII ANNOTATIONES IN LIBRUM UNDECIMUM HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ PHILOSTORGII.

In Caput I.

Τὸ ξίφος ἕλκειν ἐπεβάλλετο. Rectius in Nicephoro scribitur ἐπεβάλετο. Paulò post, ubi legitur, τῆς ἐπινοίας τὸν ἀρβαγάστην ἀπάγειν. In MS. codice Bocharti adscriptum est ad marginem, ἴσως ὑπονοίας.

ὐαλεντινιανὸς ὑπεκρίνατο. Procul dubio scribendum est ἀπεκρίνατο, ut legitur apud Nicephorum in lib. 12. Et paulò pòst, ubi excusum erat, διότι βασιλεὺς, &c. Emendavi διότι βασιλεύων, &c. ut scriptum est in codice Bochartiano, & apud Nicephorum.

τὸ χεῖλος. Hujus loci sensus admodum obscurus est. Nicephorus quidem in libro 12. cap. 28. hunc Philostorgii locum ita interpolavit, περὶ τὸ τοῦ ποταμοῦ χεῖλος μεσούσης ἡμέρας παιγνίοις τισὶ σχολάζοντα, &c. Id est, ut vertit Langus: *Cùm eum pransum in abditiore regiæ loco ad fluminis ripam meridiano tempore ludicro cuidam vacantem vidisset, &c.* Verum Philostorgii verba aliud sonant. Non enim dicit Philostorgius, περὶ τὸ τοῦ ποταμοῦ χεῖλος, sed ἐπὶ τὸν ποταμὸν τὸ χεῖλος καλινδούμενον. Quæ Latino sermone interpretata significant, *Labra in fluvio mergentem.* Sic igitur hunc locum intelligo; Valentinianum juniorem post prandium oblectamenti causâ, unà cum paucis quos secum habebat scurris, ad fluvium se contulisse, qui Viennense Palatium alluebat, & in eo labra mersisse ac volutasse, ad bullas in aqua excitandas. Lego igitur, σὺν οἷς ἐματαιοσπουδεῖ. Id est, *unà cum iis, quibuscum hujusmodi ludicris vacare consueverat.*

In Caput II.

Pag. 527. βασιλέα ἀπεκώλυσε. Holstenius ad oram sui codicis emendavit βασιλεύειν, ex codice Scoriacensi, ut opinari licet. Nullam enim notam adjecit, quâ significaret emendationem hanc ex ipsius conjectura profectam esse.

βασίλειον παρατίθησι στέφανον. Non dubito quin scribendum sit περιτίθησι. Eundem errorem jam suprà observare memini.

A ἐν ὅλοις δὴ βασιλεύων. Corrupta sunt hæc verba; nec quomodo restitui possint equidem video. Certè Nicephorus hunc Philostorgii locum describens, ea prætermisit. Incipit enim ab his verbis: εἰς ὑψηλοὺς τοῦ βίου καταλήξας τέρμονας. Quæ verba Joannes Langus perperam interpretatus est hoc modo: *Cum ad finem vitæ satis longum pervenisset.* Atqui non hoc dicit Philostorgius aut Nicephorus sed Theodosium Imperatorem, illustrissimum ac beatissimum vitæ finem adeptum esse. Quippe qui post tot victorias de Tyrannis relatas, duobus filiis Imperatoribus relictis, in suo lecto expiravit.

In Caput III.

B νέμειν οὐ παραιτούμενος. Scribendum existimo μένειν οὐ παραιτούμενος; quam scripturam in versione mea sum sequutus. In MS. codice Samuelis Bocharti scriptum inveni, νέμειν ἐπαραιτούμενος; & in margine adscriptum est eadem manu, ἴσως παραιτούμενος. Quam lectionem si sequamur, sensus erit, Rufinum & Stiliconem nomen quidem atque habitum Imperii recusasse, nec voluisse illud tanquam hereditatem cum Imperatoribus suis sortito dividere: Vim tamen ejus ac potestatem penes se retinuisse. Sed verba Græca, meo quidem judicio, hunc sensum non admittunt. Ait enim Philostorgius, ἑκατέρῳ τῶν βασιλέων νέμειν; quod significare non potest: *Partiri cum utroque Imperatore.* Dicendum enim esset νέμειν σὺν ἑκατέρῳ. Quare prior interpretatio magis placet, quam confirmat etiam Nicephorus in lib. 13. cap. 1. ubi pro verbis illis, νέμειν οὐ παραιτούμενος, ponit simpliciter χαριζόμενος. Pag. 528.

C διὰ χειρὸς καὶ γλώσσης εἶχεν. In MS. codice Samuelis Bocharti desunt verba illa, καὶ γλώσσης. Quæ quidem otiosa prorsus mihi videntur ac superflua. Sed post verba illa, διὰ χειρὸς εἶχεν desideratur integra pericope, quam nos ex conjectura restituimus hoc modo: ὁ μὲν στελίχων ἐν στρατηγοῦ, ὁ δὲ ῥουφῖνος ἐν ὑπάρχου προσηγορίᾳ, &c. Quâ quidem conjectura nihil certius esse existimo. De ambobus enim simul loquitur Philostorgius. Nicephorus tamen vulgatam scripturam sequutus est in cap. 1. lib. 13.

ὁ στελί-

ὁ φιλίχων ἦ. Ante hæc verba deerat integra pericope, quam nos ex optimo codice Samuelis Bocharti adjecimus in hunc modum, ὁ μὲν γὰρ ῥυφῖνος, ὃς τὸ τῆ βασιλείας ὄνομα εἰς ἑαυτὸν μεθέλκειν ἐτύγχανεν. Quam scripturam confirmat Nicephorus in capite 1. libri 13.

ἐν τῷ λεγομένῳ πρικουναλίῳ. De hoc tribunali quod erat in septimo, multa notavi in Commentariis ad Ammianum Marcellinum pag. 316. quæ Jacobus Gothofredus in Annotationibus ad hunc Philostorgii locum magna ex parte descripsit.

οἱ στρατολόγοι. Quinam sint isti qui ad delectus militum agendos missi erant, non satis expressit Philostorgius. Videntur tamen fuisse principales milites, quorum maxima erat auctoritas in exercitu: Quos Rufinus pecunia corruperat, ut Imperatorem ipsum proclamarent. Hæc vox tamen mihi valde suspecta est, nec video quomodo convenire possit huic loco. Nam Philostorgius paulò ante dixit, universos milites infensos fuisse Rufino. Cur ergo nunc στρατολόγοι isti Rufinum purpurâ induere conantur? omnino ἀστρολόγοι scribendum hic mihi videtur, non στρατολόγοι. Astrologi enim seu Mathematici Rufino imperium prædixerant. Occisus est autem Rufinus eo ipso die, quo Astrologi illum Imperatorem fore pronuntiaverant.

εἰς τοῦτο ἀφίκοψιν. Melius ni fallor scriberetur φοίκοψιν. In Manuscripto codice Bocharti scriptum inveni πορίκοψιν. Sed Nicephorus emendationem nostram confirmat, φοίξιν enim posuit, quod idem est ac φοίκοψι.

In Caput IV.

Καὶ πλὴν τῶν φραισσόρτων τιμιλὼ ἀναζάς. Addenda videtur præpositio hoc modo, καὶ εἰς πλὴν τῶν φραισσόρτων, &c.

In Caput VI.

Pag. 529. Βραϋκαυομένων. In Manuscripto codice Samuelis Bocharti legitur βραυκανομένων cum diphthongo. Et ad marginem adscriptum est eadem manu, ἴσως κραυγαζομένων. Sed nihil opus est hac emendatione, cum βραυκανομένων Græca vox sit, ut testatur Hesychius his verbis, βραυκανᾶσθαι· δηλῆ τῶν κλαιόντων παιδίων λέγεται, ὡς μίμημα φωνῆς.

βοσκήμασιν ἀπεκρήσατο. Longe melius in codice Samuelis Bocharti scribitur κοσμήμασιν. Quam scripturam confirmat Nicephorus in cap. 4. lib. 13. ubi hunc Philostorgii locum ita expressit, κόσμοις πυρῖ κξίαν ἐχρήσατο, ὃς μόνῳ ἔξεστι βασιλεῖ ἀμφιέννυσθαι. *Purpuram* igitur intelligo, quâ Eutropius Kalendis Januarii, dum Consul procederet, usus fuerat.

κατὰ τὸ καλούμενον παντυχίον. Rectius in codice Bocharti scriptum est παντίχιον, & ad marginem annotatum eadem manu; vel πανίχιον. *Nam prior quidem scriptura erat cum τ; sed postea medium inter τ & ι insertum est longiusculum.* Ex quo conjicere licet, scriptum fuisse in hoc codice πανιεί-χιον cum diphthongo, quemadmodum scribitur apud Sozomenum in lib. 7. cap. 21. Dicta est autem ea Statio Pantichium, eò quòd nihil aliud haberet quàm murum. Ab eadem causa Panormus olim nominata est urbs Siciliæ. Cæterùm non assentior Gothofredo, qui σωιδεῖον hoc loco interpretatur Consistorium. Atqui σωιδεῖον nunquam Consistorium significat, nisi aliquid amplius addideris. Sic in Hesychii Lexico legitur κοινὸν θέατρον. θεῖον σωιδεῖον. Consistorium porrò dici non potest, nisi in quo Princeps judicat, assidentibus Judicibus Consistorianis, ut alibi notavi.

In Caput VII.

B ἕ καθ' ἕκαστον ὑπιξελθεῖν. Scribendum puto, ἅν Pag. 530. τὸ καθ' ἕκαστον ἐπιξελθῶν. Quam lectionem confirmat Nicephorus in cap. 36. lib. 13. ubi hunc Philostorgii locum ita expressit: ἀεὶ ἂν καθ' ἕκαστον ἐπιξελθεῖν, ὑπὲρ πᾶσαν ἀνθρωπίνῳ ἂν εἶη δυνάμιν. Posset etiam scribi, ἃ καθ' ἕκαστον ἐπιξελθεῖν, &c. In MS. codice Bocharti καθἑκαστον scribitur una voce, non malè.

In Caput VIII.

ἐυφρατησιάν τε ἐπιθεῖσαν. Scribendum est procul dubio ἐυφρατησίαν, quemadmodum in MS. exemplari Samuelis Bocharti ad marginem emendatum inveni. De hac Hunnorum irruptione in Orientales provincias Imperii Romani, præter Scriptores à Gothofredo laudatos, loquitur etiam Hieronymus in Epitaphio Fabiolæ.

μέχρι πυρσῶν αὐτῶν ἀφικομένων. Non dubito Pag. 532. quin scribendum sit, ἀφικόμενοι, supple *Isauri*. Certè in MS. codice quo usus est Bochartus, scriptum erat ἀφικόμε, accentu in antepenultima, & supra ultimam litteram apponitur ν, quæ nota indicare mihi videtur syllabam νοι.

κατὰ δὲ ἅπυτα ἄν ἔκει. Longè rectius in MS. codice Samuelis Bocharti legitur hoc modo: κατὰ ζ ἰάπυγα ἄνεμον καὶ θρασκίαν. Sic etiam in Scoriacensi codice scriptum fuisse testatur Holstenius, qui Latinam Gothofredi interpretationem ita correxit: *Ad Japygem autem & Thrasciam ventum.* Hoc est: *Ad Occasum æquinoctialem, &* D *Septentrionem versus. Inde enim Corus & Cacias spirant.*

καὶ Καππαδόκας ἀναστάντες. In MS. codice Samuelis Bocharti hic locus auctior habetur. Sic enim codex ille: καὶ Καππαδόκας τὸ πλεῖστον ἀναστήσαντες, &c. Id est: *Et Cappadocibus magna ex parte in servitutem abductis, ad Pontum usque progressi sunt.* ἀναστάντες enim idem est quod ἀναστάτους ποιήσαντες. Quod cum non intelligeret Gothofredus, hunc locum pessimè interpretatus est. Cujus versionem Holstenius ad latus sui codicis emendavit hoc modo: *Et Cappadocibus vastatis, ad Pontum usque progressi sunt; modisque pessimis, præ aliis Barbaris captivos ipsi afflixerunt.*

HENRICI VALESII ANNOTATIONES IN LIBRUM DUODECIMUM HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ PHILOSTORGII.

In Caput II.

Ζώντι μεταπεμπτῷ. In MS. codice Samuelis Bocharti verbum additur hoc modo, μεταπεμπτῷ ἰῶ. Quod idcirco monui, ne quis fortè existimaret, nos ex conjectura quidquam supplevisse.

φάρμακον ἀπὸ ἀγωνίας ἐγχειρίζοιμι. Hunc locum correxi ex manuscriptis codicibus Scoriacensi & Bochartiano, in quibus ἀγονίας disertè scriptum habetur. Quare Holstenius interpretationem Gothofredi correxit hoc modo: *Sed & venenum, quod prolis procreandæ facultatem extingueret, potandum exhibuisse.* Melius medicamentum vertisset.

Pag. 533. τυραννίδα προσεπιγκεῖν. In codice Bocharti ad marginem adscriptum inveni, ἴσως προσεπιγκεῖν. Quæ conjectura certè non displicet. In textu autem scriptum erat προσέγκειν. B

In Caput III.

τῶν μὲν τῷ Στιλίχωνι τιμωρούντων. In manuscriptis codicibus legitur τιμωρῶντες. Quare non dubito, quin totus locus ita restituendus sit, τὸ μὲν τῷ Στιλίχωνι τιμωροῦντες, τὸ δὲ, &c. Id est: *Tum ut Stiliconem ulciscerentur, tum quod fame oppressi erant.* Potest etiam scribi, τῦτο μὲν, &c. τῦτο δὲ, &c.

σιτοδείᾳ ἢ ταῖς ἄλλαις μηχαναῖς. In MS. codice Samuelis Bocharti, ad vocem ἢ tria puncta notata sunt; & in margine leguntur hæc verba, ἴσως ᾗ, quæ corruptio τῦ ᾗ, in ἢ occurrit. *In M. Aurel. Anto. libris*, id est, *in Marci Aurelii Antonii libris de vita sua.* C

πλὴν στρατιωτικῆς ἀρχῆς. Longè rectius in manuscripto Samuelis Bocharti legitur πλὴν στρατηγικῆς ἀρχῆς, id est, *Magistri militum dignitatem.* Atque ita legit Nicephorus in capite 35. libri decimi tertii.

ὁ δὲ τὸν πόρτον καταλαβών. Non possum assentiri Jacobo Gothofredo, qui portum hic intelligi censet, non urbis Romæ, sed Ravennæ, qui A classis vocabatur. Nam cùm Philostorgius portum simpliciter dixerit, portum urbis Romæ intelligamus necesse est; sic enim paulò ante portum urbis Romæ absolutè vocavit. Quod si portum urbis Ravennæ nunc intelligeret, procul dubio nomen urbis Ravennæ adjecisset. Sed & ipsa rerum gestarum series quæ hic à Philostorgio narrantur, satis ostendit portum urbis Romæ hic intelligi, non autem portum Ravennæ. Alarichus enim post Attalum Imperio exutum, Ravennam venisse dicitur; quod quidem confirmat etiam Sozomenus ac Zosimus. Certè Sozomenus disertè scribit, Alarichum portum Ravennæ qui Classis dicitur, occupasse post exauctorationem Attali.

ἀπενδὰς διετρίβετο. Fallitur hic Gothofredus, qui Pag. 534. hæc Philostorgii verba de Attalo accepit, cùm de Alarico intelligenda sint. Alarichus enim cùm in animo haberet pacem inire cum Honorio Imperatore, Attalum qui huic consilio impedimentum allaturus videbatur, è medio tollendum esse statuit. Neque enim pacem unquam initurus erat cum Alarico, Honorius nisi Attalo prius exauctorato.

μὴ ἀνάξιον. In manuscripto codice Samuelis Bocharti, ad marginem adscriptum est eadem manu; lego μὴ ἂν ἄξιον, vel μὴ ἄξιον. Prior quidem emendatio placuit Lucæ Holstenio. Eam enim ad latus sui codicis apposuit. Posteriorem tamen magis probo.

ὡς πολέμιον ἐπιλαύνει. In MS. codice Bocharti scribitur ὑπὸ πολέμιος ἐπιλαύνει τῇ χώμῃ. Fortè scribendum est ὡς πολέμιος. Nec dubito quin Philostorgius ita scriptum reliquerit.

In Caput IV.

ὁ δὲ τῆς ἀπὸ γυναικὸς ἀδελφός. Post hæc verba in MS. quidem codice Jacobi Gothofredi deerant novem lineæ, ut ipse Gothofredus testatur. Lucas tamen Holstenius in margine sui codicis notavit, in manuscripto codice Scoriacensi nullam hic Lacunam esse. Verum ex verbis, quæ proximè sequuntur, satis apparet, mul-

multa hic desiderari. Certè in manuscripto codice Samuelis Bocharti vacuum spatium hic relictum est novem linearum, perinde atque in codice Gothofredi. Eam Lacunam supplere conati sumus ex conjectura; de qua velim judicent eruditi.

βαρβαρικῆ γὰρ γένει τῶν σαυροματῶν. Hæc de priore Ataülfi uxore intelligenda esse arbitror, quam Ataülfus repudiavit, ut Placidiam uxorem duceret. Causa autem repudii hic affertur à Philostorgio, quòd ex barbara gente Sarmatarum oriunda esset. Porrò ex hac priore conjuge Ataülfus liberos susceperat, quos Sigerichus posteà ad regnum Gothorum evectus crudeliter interfecit, ut narrat Olympiodorus. Non dissimulabo tamen in manuscripto exemplari Bocharti scriptum esse χρηματίζειν αὐτός. Quam lectionem si sequamur, non de uxore Ataulfi hæc erunt intelligenda, sed de ipso Ataulfo & de Gothis, quos origine Sarmatas fuisse scribit Philostorgius.

τὴν σωσφθῆναι τότε τῷ ἑσπερίῳ γένει. Alludit Philostorgius ad somnium illud Regis Nabuchodonosor, quod refertur in capite secundo Danielis, ubi pedes statuæ illius quam in somnis viderat Nabuchodonosor, partim ex testa, partim ex ferro constati fuisse dicuntur. Hanc igitur prophetiam Philostorgius Honorii temporibus bis completam esse dicit. Et primò quidem quando completa fuerat, relatum erat in superiore Lacuna. Iterùm verò adimpletam esse subdit, tunc cùm Ataulfus Gothorum Rex Placidiam Honorii sororem matrimonio sibi sociavit. Jam igitur divinandum nobis est, quando primùm completam esse hanc Danielis prophetiam scripserit Philostorgius. Olim quidem conjeceram, Philostorgium censuisse hanc prophetiam primùm impletam esse, tunc cum Ataulfus Placidiam sibi despondit uxorem. Sed nunc, re attentius examinatâ, hæc conjectura non placet; nam sponsalia & nuptiæ cùm ad unam eandemque rem spectent, pro duobus diversis unius prophetiæ complementis accipi non possunt. Aliud igitur inquiramus necesse est. Proinde existimo Philostorgium in priore illa Lacuna scripsisse, prophetiam Danielis primùm adimpletam esse, tunc cùm Ataulfus Gothorum Rex pacem fecit cum Honorio, & relicta Italia in Gallias se recepit. Quod quidem anno Christi 412. factum esse censet Sigonius in lib. 11. de Imperio Occidentali.

τῇ πλακιδίᾳ σωείπετο. Scribendum videtur συνήπλετο. In manuscripto codice Samuelis Bocharti ad marginem adscriptum est, ἴσως συνῆπτο. In textu autem scriptum est συνήπετο. Porrò de nuptiis Placidiæ & Ataulfi dissentiunt Scriptores. Sigonius quidem scribit Ataulfum, cùm in locum Alarici, Rex Gothorum creatus esset, ante omnia Placidiam sibi despondisse anno Christi 411. Deinde sub exitum ejusdem anni, apud forum Cornelii Æmiliæ civitatem nuptias cum Placidia celebrasse. In quo Jordanis sententiam sequitur, qui in rebus Geticis idem scribit. Sed Olympiodorus in libro undecimo Historiæ, & Idatius in Chronico, eas nuptias Narbone in Gallia celebratas esse tradunt, anno Christi quadringentesimo duodecimo. Quo quidem tempore alteram Danielis prophetiam impletam esse ait Idatius, qua prædictum erat, filiam Regis Austri sociandam esse Regi Aquilonis.

πλὴν γὰρ ἑσπερίου φύσιν. Post hæc verba duas lineas desiderari in suo codice monuit Gothofredus. Verùm in nostris exemplaribus, Scoriacensi videlicet & Bochartiano desunt octo circiter vel novem lineæ; quas quidem ita commodè suppleri posse existimo, πλὴν γὰρ ἑσπερίου φύσιν εἶναι πλὴ ῥωμαίων ἀρχήν. πλὴν ὁ ἐν σιδήρῳ τὸ σ' γόνθων γένος. μετὰ ὃ ταῦτα ἀδελφὸν τὰς πρὸς ῥωμαίους σπονδὰς διαλύσαντος, κωνσάντιος στρατηγὸς ἐπέμφθη κατ' αὐτὸν ἐλπίδας τρέφων, &c. Si non eadem verba, hic saltem sensus fuit Philostorgii; quæ Latinè reddita ita sonant: *Testam enim Philostorgius ait esse Imperium Romanum. Ferrum autem esse Gothorum nationem. Post hæc cùm Ataulfus pacem quam cum Romanis pepigerat, violasset, Constantius Magister militum adversus eum missus est cum exercitu; hanc spem tacitè animo fovens, &c.* Ex his patet quantopere falsus fuerit Gothofredus, qui paulò ante pro ἑσπερίῳ γένει emendavit ἑσπερουσθένῳ. Qua emendatione nihil fingi potest ineptius, cùm testa illa, ut suprà vidimus, non Gothos designet, sed potius Romanos, eò quòd imbelles tunc essent atque infirmi. Adde quòd Græcè dici non potest ἑσπερουσθένῳ; dicendum enim erat, ἑσπερουσθικῷ.

καὶ πολέμιον ἀδελφόν. Hunc locum emendavi ex manuscripto codice Scoriacensi, qui disertè scriptum habet καταπολιμήσας. In Manuscripto codice Samuelis Bocharti legitur κατὰ πολεμίας; & in margine adscriptum est eadem manu; *lego* καταπολιμήσας.

In Caput V.

χρεὼ δὴ γλώττης. Quæri meritò potest, quid significet, quod ait Philostorgius, Honorium Imperatorem Romam ingressum, manu & lingua instaurationem urbis comprobasse; an per manum intelligit signum ab Honorio datum protenta manu; an potius constitutionem Honorii intelligit, ejus manu subscriptam, qua cives Romanos ad instauranda urbis mœnia incitabat.

ὁ πλὴν πρώτῳ ἀπὸ βαθμίδα. Holstenius in suo codice notavit, pro ὁ fortè scribendum esse ὡς. Et corruptissimam Gothofredi interpretationem restituit hoc modo: *Tribunal verò conscensurus, primi gradus loco Attalum conscendendum supposuit.* Ego verò articulum ὁ expungendum censeo, utpote superfluum. Illud quoque in Holstenii versione reprehendi potest, quòd verbum ἀναβὰς interpretatus est: *Tribunal conscensurus*, cum tamen Græca vox non futurum tempus designet, sed præteritum. Denique verbum διαβαίνειν simpliciter positum, significare non potest: *Ad transeun-*

dum, nisi addideris πρὸς τό. Porro ingressus Honorii in urbem Romam, & triumphus iste de Attalo contigit Honorio undecimum, & Theodosio iterum Coss. anno Christi quadringentesimo decimo septimo, ut scribit Prosper in Chronico.

διαβαίνειν ὑπατίθει. Holstenius in margine sui codicis annotavit, fortè scribendum esse ὑπατίθει. Quam Holstenii emendationem laudo equidem ac probo; sed totum hunc locum longè aliter interpretor quàm ille; sic enim verto: *Cumque Tribunal conscendisset, ad primum ejus gradum transire Attalum jussit.* Honorius enim cùm Romam ingressus esset, præeunte currum ipsius Attalo, rectà in forum contendit; ubi cùm tribunal purpureis gradibus structum conscendisset, Attalum ad primum Tribunalis gradum adduci jussit. Illic B duos dextræ manus digitos ei jussit abscindi. Lego igitur: εἰς πρώτιον αὐτὸ βαθμίδα τὸν Ἄτταλον διαβαίνειν ὑπατίθει. Nicephorus in capite tricesimo quinto libri decimi tertii, hunc Philostorgii locum ita expressit: Ἄτταλος δὲ ὑπὸ πόδας βήματος προτεθέντος γιγονὼς ὀνυχίου τὰς δύο τῶν δακτύλων μόνας ἀφῃρέιτω. Quæ Nicephori verba malè Langus interpretatus est hoc modo: *Attalus ad infima Tribunalis subsellia positus, ubi se Honorii potestati permisit; posteà duobus tantùm digitis ei amputatis, &c.* Ego verò ita interpretor: *Exstructo Tribunali, Attalus pedibus Honorii advolutus, duobus duntaxat digitis amputatis, &c.* βαθμίδες sunt *subsellia*, ut docet Simeon Thessalonicensis. Primum igitur subsellium Honorius Attalo posuerat juxta Tribunal suum.

ὧν ὁ μὲν. Post hæc verba lineam hic deesse monet Gothofredus. Sed Lucas Holstenius in suo codice hæc ad marginem adscripsit. In manuscripto Scoriacensi unum tantùm vel alterum verbum deesse puto, ἀντίχειρ. Ita quoque in manuscripto exemplari Samuelis Bocharti.

Pag. 535. τύτως φυγαδεύει. Holstenius in suo codice ad marginem hæc notavit. τοῦτον *ex Nicephoro legendum apparet. De solo enim Attalo hic loquitur.*

In Caput VI.

ἐπανίσῃ εἰς φθορὰν ἀπίσω. In manuscripto codice Samuelis Bocharti, hic locus ad marginem D suppletur hoc modo: ἐπανίσῃ τῷ βασιλεῖ, ἢ ταχὺ εἰς φθορὰν ἀπίσω.

ἰδοκεῖ δικῶν. Post hæc verba duæ circiter voces deerant in manuscriptis codicibus Scoriacensi & Bochartiano. Et in codice quidem Bocharti hic locus ad marginem ita suppletur: ὁ δὲ..... μιμησάμενος τύτως, &c. Holstenius verò ita supplet hunc locum: ὁ δ' Ἡρακλιανὸς μιμησάμενος, &c. Quæ fuit etiam conjectura Gothofredi, cui nos libenter accedimus. Hi enim tres Tyranni uno eodemque anno aboliti sunt, Lucio solo Consule, qui fuit annus Christi 413. ut scribunt Idatius in Fastis, & Prosper in Chronico. Heraclianus quidem initio ejus anni, Consul processerat; sed posteà hostis publicus declaratus, ejusque nomen è Fastis expunctum est, ut testatur Prosper. De Heraclani tyrannide loquitur Hieronymus in libro tertio adversus Pelagianos: *Scripsit dudum vir sanctus & eloquens Episcopus Augustinus ad Marcellinum, qui posteà sub invidia tyrannidis Heraclianæ, ab Hæreticis innocens cæsus est, &c.* De eodem Heraclianо intelligenda sunt ejusdem Hieronymi verba in epistola ad Demetriadem de servanda virginitate, ubi de Juliana Demetriadis matre loquitur: *Quæ de medio mari fumantem viderat patriam, & fragili Cymba salutem suam suorumque commiserat, crudeliora invenit Africæ littora. Excipitur enim ab eo quem nescias utrum avarior, an crudelior fuerit; cui nihil dulce præter unum & pretium; & qui sub occasione partium clementissimi Principis, saevissimus omnium extitit Tyrannorum, &c.* Et paulò post: *Et miratur æmuli; virtus enim semper invidiæ patet, cur tantarum secum pudicitiam tacitâ proscriptione mercata sit, cùm & ille partem dignatus sit accipere, qui totum potuit auferre, & hac quasi Comiti negare non ausa sit, quæ se intelligebat sub nomine privatæ dignitatis Tyranno servientem.* Heraclianum intelligit comitem rei militaris per Africam, qui sub nomine Comitis diu tyrannidem in Africa exercuit.

ἢ ἀλίῳ τῷ τῆς τύχης γίλω. Non placet hæc scriptura. Mallem omninò scribere, ἢ πλέον, id est: *Longius quam illi, Jovinus scilicet ac Sebastianus, progressus.* Vel si mavis, *altius sublatus.*

τῆς θείας ἐμφανῶς ὀπτηρυτλώσης. Non assentior C Jacobo Gothofredo, qui Philostorgium hic loqui censet de divina Scriptura. Atqui fatetur ipsemet Gothofredus, nusquam legi in sacris libris id quod hic dicitur à Philostorgio. Ego verò de divina justitia ac providentia hunc locum intelligendum esse affirmo, ut ex sequentibus manifestè colligitur. Itaque post vocem ὀπτηρυτλώσης, addendum est omninò φρονούσας, vel potius δίκης.

ὑδὲ ἀκόσμητον ἐᾷ. In manuscripto codice Samuelis Bocharti, ad marginem adscriptum est eadem manu. Deest ὅτι τῷ ἐννόμῳ βασιλείαν ὑδὲ, &c. Id est: *Divinâ providentiâ clarè pronuntiante, se legitimum imperium, ne quidem male ordinatum deserere.* Quæ conjectura sive Bocharti sive alterius cujuspiam, profectò non displicet. Posset etiam emendari ac suppleri locus hoc modo, ὅτι ὑδὲν ἀκόσμητον ἐᾷ.

τύτῳ καὶ αὐτὴ συμφωνοτάτη ἐστί. Scribendum est τύτοις, ut patet ex præcedentibus. Atque ita in margine codicis Bochartiani ex conjectura emendatum inveni.

In Caput VII.

Τὰς βασιλικὰς σημειώσει. Jacobus Gothofredus *Imperiales dispositiones* interpretatur. Ego vero *annotationes* malim vertere. Nam σημείωσις propriè annotationem significat, ut jam pridem monui in Annotationibus Eusebianis. Porro Annotationes dicebantur olim rescripta Principum, & jussiones. Interdum etiam à sacris Pragmaticis & edictis distinguuntur, ut docet Brissonius in Lexi-

Lexico. Sic in Notitia Imperii Romani, ubi officium Consularis Palæstinæ describitur: *Excepto-res*, inquit, *habet & cæteros cohortalinos, quibus non licet ad aliam transire militiam, sine annotatione clementiæ principalis.* Ita quoque in officio Præsidis Thebaidos. In actione prima Chalcedonensis Concilii pag. 98. hæc leguntur; *Idem devotissimus exceptor dixit: Est in recitata prece etiam divina annotatio sacratissimi & pissimi Imperatoris, &c.* In Græco est θεία ὑποσημείωσις. Post hæc recitatur annotatio Principis, quæ subjecta erat libello precum Eutychis his verbis: *Deponant apud reverendissimos Episcopos, &c.* in pagina autem 116. actionis primæ ejusdem Concilii, sacra subnotatio dicitur, ἡ θεία ὑποσημείωσις.

A

B

In Caput VIII.

Ἄυχμὸς ὥτω πῇ πάθει. Lego ἀυχμὸς τοσῦτος πῇ πάθει σωσείπιτος, ut scribitur apud Nicephorum, in cap. 36. libri 13.

κώνη σῆμα ἐφηδύσμησεν. Sic etiam scribitur apud Nicephorum in loco supra citato, ubi Langus interpretatur; *coni seu metæ similitudinem gerens.* Certè hoc verbum raro admodum legere memini. Vide Suidam in ἐφηδύσμαι.

ὕδιν ὧν κομήτας ἐφάσμιον. In Manuscripto Scoriacensi legitur κομήθης, quemadmodum etiam legitur in Nicephoro. Melius tamen scriberetur ὑδὲν ὧν κομήταις ἐφαπλήσιον.

Φρυαλλίδος ἀπό τινος μορφῆς. Male hunc locum Langus interpretatus est hoc modo: *Nec radii ejus aliqui stellæ cujusquam formam subiere.* Interpretationem Langi compilavit, ut solet, Jacobus Gothofredus. Atqui non id dicit Philostorgius. Sed ait flammam illam instar cujusdam magnæ lampadis per se solam apparuisse, nullo subtus astro, instar ellychnii subsistente. Quid sit Φρυαλλὶς docent glossæ Græco-Latinæ, Φρυαλλὶς flumus. Ubi *flumus*, idem est quod Græcè φλῶμος. Suidas φλώμος, inquit, βοτάνη ἢ ἐξ ἀντὶ ἐλλυχνίου χρῶνται. Eadem ferè habet Hesychius; φλόμος, ait, πόα τις ἢ ἐξ ἀντὶ ἐλλυχνίου χρῶνται. ἢ αὐτὴ ἡ ἐξ Φρυαλλὶς.

C

Pag. 536. ἐπίπλειστον. Non probo interpretationem Langi, qui totum hunc locum ita vertit: *Et videre erat spectaculum novum, fluctus ipsos perinde ac regiones quasdam marinas plurimum igni ardere.* Gothofredus vero interpretat. Langi ita interpolavit: *Et videre erat mirum spectaculum, procellas ut plurimum, velut regiones quasdam marinas igni ardentes.* Atqui δὶς πλεῖστον, significat *diuturno tempore*, vel certè, *per longissimum spatium.* Aut enim subauditur χρόνον, aut τόπον. Prætereà verba illa ὥσπερ λασίων χωρίων, non sunt regiones marinæ, ut Langus interpretatus est; sed potius loca fruticosa, ut Holstenius ad latus sui codicis annotavit.

D

In Caput IX.

Καὶ ἀῤῥαγμῶν. Sic etiam excusum est apud Nicephorum magis. Tamen placet scriptura codicis Bochartiani, ἀραγμῶν, per simplex ῥ.

ἐξ ᾗ δ σιτοβολῶν. Scribe meo periculo σιτοβολῶνες, id est, *horrea.* Hesychius σιτοβολῶνες ὅρεια. Ubi ὅρεια vox est Latina Horrea. σιτοβολῶνες leguntur etiam apud Suidam in voce σιτοβολίοις. Ubi Suidas notat utrumque dici, σιτοβίλια scilicet & σιτοβολῶνας de horreis seu apothecis. Certè in Glossis Græco-Latinis legitur σιτοβόλιον granarium. Male igitur in Nicephoro excusum est καί τινες τῶν σιτοβόλων pro σιτοβολώνων. Auctor vitæ B. Athanasii δημοσίους σιτοβολῶνας, vocat publica horrea. Utitur etiam hac voce Palladius in Lausiaca, ubi de Severiano. Et Philo, in libro 5. Mechanicorum, ubi docet, quomodo construendi sint σιτοβολῶνες si materiæ copia desit.

διὰ τῶ πάλων. In Nicephoro legitur διὰ τῶ πάτων. Ubi Langus interpretatur per *rimas patentes.* Langi interpretationem secutus est suo more Gothofredus. Ego vero pabulata malim vertere, πάτος enim *pavimentum* significat, ut docent Glossæ Græco-Latinæ. πάτοι igitur hoc loco sunt tabulata, quæ nos *plancaria* Gallicè appellamus: Quæ cum terræ motu divulsa fuissent, per ea frumentum quod erat in horreis, effundebatur in eos qui subtus habitabant. Certè quod Philostorgius hoc loco πάλων seu πάτων dixit, statim appellat ἔδαφος.

ἀπερρύη σῖτος. In Manuscripto codice Samuelis Bocharti legitur ἀπερρύκει, & ad marginem hæc notata sunt. In Manuscripto obliteratum est τὸ κει.

In Caput XII.

Τῷ ἀντιφίλῳ ἐφεστάθησιν. Scribendum est ἐφεστάθησιν. Quem errorem jam supra non semel castigavi.

σαλώνας ἀναιρῦσι κατάρατος. Manuscripti quidem codices nihil variant. Nihilominus tamen scribendum est ἀιρῦσι; quemadmodum legitur apud Nicephorum in lib. 14. cap. 7.

τὰς ἀποστράτους τῶ τυράννου. Gothofredus in- Pag. 538.
terpretatur exauctoratos à tyranno. Quod nullo modo probare possum. Neque enim Philostorgius hic loquitur de iis quos tyrannus exauctoravit; sed de ducibus qui sub illo militabant. Adde quod, ἀποστράτους Græcè non dicitur. Proinde non dubito quin scribendum sit hoc loco ὑποστράτους. In Manuscripto codice Bocharti legitur ἀποστράτους accentu in ultima. Et in margine adscriptum est eadem manu, ἴσως ὑποστράτους.

πῶ..... προσέφατμηθείς. Apud Nicephorum hic locus ita legitur πῶ χεῖρα πρῶτον διατμηθείς, &c. In MS. codice Samuelis Bocharti ad marginem ita adscriptum invoni. Deest vocabulum, fortè γλωτταν.

HENRICI VALESII
NOTÆ IN SUPPLEMENTA
PHILOSTORGII.

Pag. 539. Ἰοῦσον. Ita correxi ex conjectura. Nam in Lexico Suidæ, ex quo hic Philostorgii locus descriptus est, hodie legitur ὅσον. Certè Scriptoris Historici nomen prorsus hic desideratur. Aut igitur Justi nomen hic substituendum est, aut Josephi. Quæ sequuntur Philostorgii verba, id potius suadere nobis videntur, ut Josephi nomen substituamus. Sequitur enim τοὐναντίον ᾗ ὧν ὁ ἰώσηπος, &c. Ex quibus verbis colligitur, paulo antea sermonem fuisse de Josepho. Eligat itaque studiosus Lector utrum voluerit. Porro hoc fragmentum Philostorgii depromptum est ex Procœmio ejus Historiarum. Quo in loco Philostorgius Scriptores omnes Historiæ sacræ commemorabat. Ac primo quidem Mosen, deinde Scriptorem Historiæ Macchabæorum recensebat, postremo loco Justum ac Josephum rerum Judaicarum scriptores referebat. B

Pag. 541. ὧν ἐξ ἑκατέρας Pessimè hunc locum Joannis Antiocheni verterat Jacobus Gothofredus; cujus nos versionem hoc loco emendavimus. Sic enim interpretatus est: *E quo utrinque effunditur fluvius*; cùm vertendum esset, *ex utroque horum fontium profluit amnis*; *alter Jordanes, alter Danites dictus.* Non animadvertit scilicet Gothofredus subaudiendum hic esse nomen πηγῶν.

ἐκ τοῦ ὅρκου ῥιόμου. Unius litteræ mutatione locum hunc sanavi hoc modo; τοῦ οἰκείου ὁλκοῦ. Emendationem nostram confirmant Suidas & Esichius, qui ὁλκὸν viam & tractum seu impetum fluminis significare scribunt. Facessat igitur conjectura Gothofredi.

Pag. 542. ἰουσίῳ ὁ παμφίλου. Hic memoriæ vitio lapsus est Suidas, qui Eusebium posuit pro Philostorgio. C Agapeti enim Synnadorum Episcopi in Historia Ecclesiastica nusquam meminit Eusebius Cæsariensis. Ejus autem mentionem facit Philostorgius in lib. 2. cap. 2. ubi eadem fere leguntur quæ apud Suidam.

κ᾽ αὐτὸν οἱ ἴφοροι. Hoc insigne fragmentum, ex Philostorgii Historia descriptum esse, multis argumentis convinci potest. Nam & locutio plane Philostorgium redolet. Verbi gratia, ἴφοροι hoc loco dicuntur Episcopi. Quod quidem alibi quàm apud Philostorgium difficilè reperias. Præterea quæ sub finem adduntur de Actio & de Eunomio, perspicuè indicant fragmenti hujus auctorem esse Philostorgium; quis enim alius hæreticorum illorum dotes ac laudes tam ambitiosè commemoraret? *Pag.* 544

τόν τε εὐδόξιον αὐτοῦ. Procul dubio scribendum est, τόν τε εὐνόμιον. Neque enim Eudoxii magister fuit Actius, sed Eunomii. Eudoxius quidem Antiochensis Episcopus, in divinis litteris magistrum habuit Lucianum Martyrem, ut tradit Philostorgius in lib. 2. cap. 15. Ego tamen Eudoxium discipulorum Luciani auditorem potius fuisse crediderim. Nam cùm Eudoxius Valentis principatu extremum diem obierit, quomodo Luciani Martyris qui regnante Maximino passus est, auditor esse potuerit, equidem non video. Asterium quidem Cappadocem qui unus fuit ex discipulis Luciani, magistrum habuisse videtur Eudoxius, ut indicat Philostorgius in lib. 4. cap. 4.

ἐν τῇ βίβλῳ ἀντὶ τοῦ Scribendum videtur ἐν τῇ ζ᾽ βίβλῳ ἀυτοῦ, &c. Nam Philostorgius hujus Leontii mentionem facit in lib. 7. cap. 6. *Pag.* 545

ὁμοῦ σύμπαντα φύσειν. Hic Philostorgii locus de Demophilo Episcopo Constantinopolitano, descriptus est ex lib. 9. ejus Historiæ. Certè in excerptis ejusdem libri cap. 14. eadem fere verba leguntur de Demophilo, τῇ δ᾽ δημόφιλον φύσειν τι πάντα κ᾽ συμχεῦν ἀκρατέστατον, κ᾽ μάλιστα γε τὰ ἐκκλησιαστικὰ δόγματα, &c. *Pag.* 546

ἢ ἴσως αὐτὰ γινόμενα. Primam vocem suppleviex conjectura. Deest enim in vulgatis Suidæ editionibus. *Pag.* 547.

Finis Annotationum in excerpta ex Historia Philostorgii.

HENRICI VALESII
ANNOTATIONES
IN EXCERPTA
EX HISTORIA ECCLESIASTICA
THEODORI LECTORIS.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

HENRICI VALESII ANNOTATIONES IN EXCERPTA EX HISTORIA ECCLESIASTICA THEODORI LECTORIS.

IN LIBRVM PRIMVM.

Pag. 551. Εἰς λευκὸν ποταμὸν παραχθείς. Theodosius A junior exercendi corporis causa ex urbe regia egressus, cùm inter venandum ex equo prolapsus esset, in fluvium Leucum decidit. Unde extractus & lectica Constantinopolim revectus, sequenti nocte è vivis excessit, ut scribit Auctor Chronici Alexandrini. Leucus ergo fluvius fuit haud procul Constantinopoli, à candore aquarum ita dictus, ut Melas à nigredine. Idem porro esse videtur quem Lycum vocat Cedrenus in Claudio, ubi de Apollonio Tyanensi, ita scribit: καὶ λύκον δὲ τὸν ποταμὸν ἐστοιχείωσεν, ὥστε μὴ πλημμυρήσαντα τὸ βυζάντιον καταλυμήνασθαι, id est, *Lycum quoque amnem magicis quibusdam figuris & incantationibus consecravit, ne exundans Byzantiorum urbi exitium aut noxam inferret.* Lycus etiam dicitur in Originibus Constantinopolitanis pag. 73. ubi infra templum Apostolorum fluxisse dicitur.

Pag. 552. κζ'. κανόνων. Certè in editione Moguntina totidem numerantur Canones Concilii Chalcedonensis. Græci tamen addunt præterea Canonem vicesimum octavum, qui est de privilegiis sedis Constantinopolitanæ.

πολλὰ κατορθώματα. Hunc locum Theodori Lectoris descripsit Theophanes in Chronico p. 91. hoc modo: πολλὰ ποιήσασα κατορθώματα.

τὴν χαλκοπρατίων, τὴν ὁδηγῶν. Tres Basilicas in honorem beatæ Mariæ Virginis Pulcheria ædificavit Constantinopoli, seu potius juxta urbem Constantinopolim. De quibus videndus est Nicephorus in libro 14. cap. 2. & in lib. 15. cap. 14. In Hodegis quidem deposuit imaginem Deiparæ, quàm à B. Luca Evangelista depictam Eudocia Augusta ad Pulcheriam transmiserat, ut Theodorus noster paulò ante scripsit; ἣν ὁ ἀπόστολος λουκᾶς καθιστό- C ρησεν. verbum καθιστορεῖσαι propriè dicitur de pictore qui præsentem aliquem depingit, quem ipse oculis contemplatur. Utitur eodem verbo Nicephorus in libro 15. capite citato: ἣν λουκᾶς ὁ θεῖος ἀπόστολος χερσὶ καθιστόρει. ζώσης ἔτι καὶ τὸν τύπον ὁρώσης, καὶ τὴν χάριν τῇ μορφῇ ἐνιείσης. Dicta porro est hæc Basilica Hodegorum, eo quòd cæci, meritis beatæ Virginis cujus illic imago erat deposita, visum recuperarent, nec amplius ὁδηγῷ, id est, ductore opus haberent, ut docet Codinus in libro de originibus Constantinopolitanis pag. 41. editionis Regiæ. Unde lucem accipiunt verba Nicephori quæ proximè sequuntur, ἥτις εἰκὼν ἐν τῷ τριβουναλίῳ λεγομένῳ πρώτως τὸ ἐς δεῦρο τελούμενον αὐτῇ διεπράξατο. Id est: *Hæc imago primum in loco qui tribunal dicitur, miraculum illud quod hactenus ab illa fieri solet, perpetravit.* Quibus verbis indicat Nicephorus, sua etiam ætate cæcos ad illam imaginem Deiparæ, lumen oculorum recuperasse.

ἀνατόλιον τὴν ἐπίσκοπον προστρο.* Scribo προέτρεψεν vel προετρέψατο, id est: *Anatolium verò urbis Episcopum hortatus est, ut juxta morem Episcopo-* B *rum urbis Regiæ à Tauro usque ad Campum, lecticâ vectus, ad supplicationem procederet.* De supplicationibus publicis quæ fiebant in Campo, videndus est Cedrenus & reliqui Chronographi, in rebus Theodosii junioris, ubi agunt de Proclo Constantinopoleos Episcopo, & de hymno Trisagio primum instituto. Erat autem Campus iste in septimo, in quo milites exerceri solebant, ut docet Theophanes in Phocâ. Ubi etiam ætate Phocæ, Campum illum extra urbem fuisse testatur. Porro hic locus Theodori Lectoris extat etiam in Theophanis Chronico pag. 94. sed verbis paululum immutatis.

τῷ ἰανουαρίῳ μηνὶ κϛ'. Post hæc verba notandus est asteriscus. Desunt enim nonnulla, quæ sic suppleri possunt: ἕκτῃ δὲ ἐφεξῆς ἡμέρᾳ ἐτελεύτησεν. Id est: *Sexto autem post die abiit è vita pridie Kalendas Februarias.* Malè apud Theophanem in Chronico scriptum est pridie Kalendas Majas. Id enim refellit ipse Theophanes, qui paulò post scribit Leonem Marciano mortuo subrogatum fuisse mense Februario. Erat hic annus Christi 457.

μελανείᾳ τινὶ χρισάμενον. Hunc Theodori locum describit Nicephorus in cap. 16. libri 15. quibusdam adjectis in hunc modum : μελανείᾳ τινὶ ᾗ ἀσχόλῃ χρισάμενον νυκτὸς τὰ καταγώγια τῶν μοναχῶν διερχόμενον, ἐκάλει ἕκαστον ἐξ ὀνόματος ὅστινος χοιροτυφὺς ἦν ἐκεῖνα καλάμου. Id est, *Fuligine nigroque colore oblitus, noctu circum Monachorum cellas obambulavit, singulos nominatim appellans, per calamum scirpeum excavatum.* Sed difficultas hic se offert, cur Timotheus fuligine oblitus esse voluerit, qui se Angelum esse fingebat. Neque enim hic color Angelis convenit. Quare pro μελανείᾳ libentius scripserim μαγγανείᾳ, ut legitur in Chronico Theophanis pag. 94. ubi hic locus Theodori describitur. Mihi quidem videtur Timotheus ob hanc causam cognominatus esse Ælurus, id est Felis, quod instar Felis seu Æluri, noctu obambulare solitus esset. A B

Pag. 553. ὁ νισζινὸς ὢν μέγας Ἰάκωβος. Non dubito quin scribendum sit, ὅτι νισζινὸς ὤν, &c. Sic enim incipere solent hujusmodi excerpta. Porro hunc Theodori locum describit Nicephorus in libr. 15. cap. 22. Sed graviter hallucinatur. Nam Jacobum Monachum qui Leonis Augusti temporibus vixit & encyclicis ejus respondit, confudit cum Jacobo Nisibeno qui Constantii temporibus vixerat, & miraculum illud de puellis canitie respersis perpetraverat, teste Theodorito in Philotheo. Porro ambo isti Jacobi patria Nisibeni fuerunt, ut notavi ad librum secundum Evagrii cap. 9.

ὁ κατὰ τὸ θαῦμα φὴσι πῶλον. Scribendum C videtur ὁ τέτο τὸ θαῦμα.

ἐν τῷ φιλοθέῳ ἱστορίᾳ. Locus Theodoriti quem indicat Theodorus noster, extat in cap. 21. Philothei.

λάρνακα ἡτοίμασε. Idem de se testatur Theodoritus in Historia Philotheo capite jam citato, pag. 866. editionis Jacobi Sirmundi κατεσκεύασα δὲ κἀγὼ θήκην ἐν τῷ τῶν ἀποστόλων καθιστίκων σηκῷ, &c.

συμψήφου γενομένου. Hujus vocabuli significationem non intellexit Musculus, ut ex interpretatione ejus apparet. Sic enim vertit : *Suffragatore ejus Acacio Orphanorum nutritore.* Atqui σύμψηφος hoc loco non significat suffragatorem. Quidenim prodesse poterat Gennadio suffragium Acacii. σύμψηφοι dicebantur à Græcis, quicunque populi clericique suffragiis simul nominati erant ad Episcopatum gerendum. Plures enim initio proponi consueverant, donec conspirantibus omnium suffragiis unus electus fuisset. Hi σύμψηφοι & συμψηφίζεσθαι dicebantur. Sic Theophanes in Chronico pag. 116. ubi de electione Palladii Episcopi Antiocheni loquitur, hæc addit συνψηφίσθη ὁ παλλαδίῳ καὶ ἰωάννης ὁ κωνσταντίνου καὶ ἀναστάσιος ὁ σιλεντιάριος, ὁ κακῶς βασιλεύσας. Quæ interpres, vir alioqui doctus & de litteris bene meritus, ita vertit : *Cum Palladio etiam electi sunt Joannes Constantini, & Anastasius Silentiarius, &c.* Sed vertendum erat. *Una cum Palladio quorundam suffragiis nominati sunt Joannes Constantini filius, &c.* Idem fere significat vocabulum συνψηφισθῆναι, de quo vide quæ notavi ad Historiam Sozomeni. Porro hunc Theodori locum describsit Nicephorus in cap 16. libri 15. ubi vocabulum illud σύμψηφος retinuit. Sed Joannes Langus illud non intellexit. A

τῆ μεγάλης ἐκκλησίας πάντα νομιζομένης. Describsit hunc locum Nicephorus in cap. 22. lib. 15. Sed verba paululum immutavit hoc modo, ἄγειν ἐκείνῃ πάντα τῇ καθόλου ἐκκλησίας νομιζομένης. Ubi notandum est Nicephorum majorem, Ecclesiam vocare τὴν καθόλου; non quod reliquæ Ecclesiæ huic subjectæ, non essent Catholicæ; sed per excellentiam quandam major Ecclesia Patriarchalis dicebatur Catholica. Sic Epiphanius in hæresi Arianorum haud procul ab initio, Catholicam Ecclesiam vocat majorem Ecclesiam urbis Alexandriæ, quæ subjectas habebat plures minores Ecclesias. B

λέων ἐνομοθέτησε. Hunc locum exscripsit Nicephorus in capite jam citato lib. 15.

φησὶ ὁ ἱστορῶν. Hunc Theodori locum describsit Pag. 554 Theophanes in Chronico pag. 97. suppresso tamen ejus nomine.

τὸν τῆ ἁγίᾳ κυριακῇ. Scribendum est κυριακῇ, ut legitur apud Theophanem in Chronico pagina 97. ubi hunc Theodori nostri locum describit.

κατὰ φατρίας διῃρέθησαν. Pessime Musculus vertit : *Contra fraternitatem divisi sunt.* Quasi legeretur κατὰ φατρίαν. φατρία Græcè dicitur, *Factio.* Unde φατριάζειν est *dissidium excitare, & populum in factiones dividere.* Vetus Auctor apud Suidam in verbo φατρία. ἀναστάσιος, inquit, ὁ σιλεντιάριος ὅτι ἐνθυμίᾳ πατριάρχου κωνσταντινουπόλεως καθεῖρον κατασκευάς μετά τινων ἑταιριάζειν. Porro Anthimus & Timocles eas factiones excitasse videntur in Ecclesia CP. licet Theodorus noster id apertè non dicat. Videntur autem fuisse Presbyteri. Ait enim Theodorus eos qui Chalcedonensem Synodum sectabantur, collectas egisse cum Anthimo. Anthimus ergo Presbyter fuit, qui plebem colligebat. Cæterum hic Theodori locus extat etiam apud Nicephorum in lib. 15. capite citato. Sed corruptè apud eum editur, ὅσοι ἰχθροδῶς ἐκείνῳ ἐφέροντο, pro ἐκείνῃ.

πέτρος ὁ ἀρισθυτὴς τὸ ἐν χαλκηδόνι ναῦ βάσης. Totum hunc Theodori locum describsit Theophanes in Chronico pag. 97. & Nicephorus in lib. 15. cap 28.

ἐν οἷς καὶ τὸν λαὸν εἰς διαίρεσιν ἤγαγε. Mallem scribere ἐφ' οἷς καὶ τὸν λαὸν, &c. D

χειροτονεῖ εὐθὺς ἐπίσκοπον ἀπαμείας Ἰω* Scri- Pag. 555. bendum est procul dubio Ἰωάννην, ut legitur apud Theophanem in Chronico pag. 98. Fallitur tamen Theodorus Lector, eumque secutus Theophanes, qui Joannem à Petro Fullone Apamensem Episcopum factum esse scribunt Principatu Leonis Augusti, paulò post quàm Petrus Fullo, pulso Martyrio Antiochenam sedem occupasset. Non enim eo tempore Joannes à Petro factus est Episcopus, sed aliquanto post, cùm regnante Basilisco idem Petrus ab Ælurο Antiochiam remissus fuisset. Id manifestissimè docet Auctor gestorum de nomine Acacii quæ à Jacobo Sirmundo sunt edita. *Illo enim tempore quo de Petro damnato*

reli-

retulerat; non longe post etiam de Petro & Joanne A *scripserat; Petrum apud Constantinopolim monasterium gubernasse. Sed hoc propter crimina derelicto, Antiochiam fugisse. Ibi, pulso Martyrio Catholico Episcopo per hæreticos, sedem, ipsius occupasse, continuoque damnatum à Leone tunc Principe ad Oasitanum exilium esse directum. De quo lapsum Constantinopolim rediisse, ac dedisse fidem quod nullas ulterius turbas facere prorsus auderet. Sed sicut superiùs dictum est, Basilisci temporibus, à Timotheo illo damnato qui Constantinopolim venerat, ad Antiochiam remissum fuisse, ut iterum illic Episcopatum teneret. Quo facto idem Petrus Joannem quendam Presbyterum ordinat Apameæ Episcopum. A quibus non receptus venit Antiochiam & Petrum Episcopatus sui pellit* B *auctorem & invadit ejus Ecclesiam. Quos iterum damnatos dicit Acacius, petens ab Apostolica sede, ut si forte ad eam confugerent, nec visu dignos haberet; & si jam aliquam indulgentiam forsitan impetrassent, irritam esse debere, nec eorum pœnitentiam recipiendam esse.* Eadem ferè leguntur in epistola Synodica Felicis Papæ ad universos Presbyteros & Archimandritas Constantinopoli & per Bithyniam residentes, & apud Liberatum in Breviario, capite 18. Ex quibus apparet verissimum esse id quod dixi, Petrum scilicet Fullonem, non in prima invasione Episcopatus Antiocheni, id est anno Christi 451. sed in secunda quæ sub Basilisco Tyranno contigit, Joannem Apamenis Episcopum ordinasse. Quam ob causam damnatus est ab Acacio in Synodo Constantinopolitana. Idque manifestè docet Acacius ipse in epistola quam C ea de re scripsit ad Simplicium Papam, cujus excerpta referuntur in gestis de nomine Acacii.

ἀπὸ καθαιρέσεως. In Chronico Theophanis pag. 98. scriptum est ἀπὸ καθαιρέσιων ὄντα, quod idem valet ac καθαιρεθέντα.

πεμφθῆναι εἰς ἐξορείαν. In Oasitanum exilium missus esse dicitur Fullo in gestis de nomine Acacii, quæ paulò ante citavi. Ex quibus corrigendus est Liberatus in Breviario, capite 18.

ψόφῳ ἡ κοινῇ ἰδιανοί. Idem legitur apud Theophanem in Chronico pag. 98. De hoc Juliano Martyrii successore loquitur etiam Victor Turonensis in Chronico.

ἐμφασμὸς ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ. Extat hic locus apud D Theophanem in Chronico pag. 97. & apud Nicephorum in lib. 15. cap. 22. Porro de Ecclesia sancti Thomæ quæ τῶν ἀμαντίων, dicebatur, mentio fit apud Codinum in originibus Constantinopolitanis pag. 52.

ἡ κόνις κατῆλθε. Eadem verba leguntur in Chronico Theophanis pag. 103.

κατὰ συσσεισμὸν. Nemo est qui non videat scribendum esse συνέσεισε. Paulò post ubi legitur ἅπαν τὸ συμβεῖχε ἀπλάστου μέλλοντος, scribendum puto, μόνον ἅπαν τὸ συνέβειχε ἀπλάστου μέλλοντος, &c.

γενάδιος νυκτὸς κατελθών. Melius εἰσελθών scribitur apud Suidam in verbo γενάδιος. Idem refertur à Nicephoro in lib. 15. cap. 23. & apud Theophanem in Chronico. Sed in Theophane perperam excusum est φάντασμα δαιμονίου pro φάσμα.

βασιλεὺς ἐν τῷ ἱπποδρομίῳ ἀνηγόρευσε. Idem habet Theophanes in Chronico pag. 103. ὁ τῷ φιλοκαισαρείῳ μόνῳ ἴσως ζηλώσας τὸν ἴδιον πατέρα ἐν τῷ καθίσματι τῷ ἱπποδρομίου, emendandus est igitur Victor Turonensis in Chronico, ubi scribit, Leone minore Aug. Cos. *Zenon à Leone Augusto filio in septimo contra consuetudinem coronatur.* Lego: *In Hippodromo contra consuetudinem coronatur.* Id enim ut novum atque insuetum notat Victor, quod cùm superiores Imperatores Constantinopolitani jam indo à Valentis Augusti temporibus, in septimo coronari soliti essent, primus Zeno in Hippodromo coronatus sit, sive ἐν τῷ καθίσματι τῷ ἱπποδρομίου, ut loquitur Theophanes. Eadem voce utitur Auctor Chronici Alexandrini in Constantino, Januario & Justo Coss. ubi agit de Circo quem Constantinopoli condidit Constantinus. ποιήσας ἐν αὐτῷ κάθισμα θεωρεῖν βασιλικὴν καθ' ὁμοιότητα τοῦ ἐν ῥώμῃ ὄντος. Id est: *Tribunal in eo fecit unde Imperator ludos Circenses spectaret, ad similitudinem ejus quod est Romæ.* Addit idem Scriptor, eundem Constantinum juxta Circum sive Hippodromum ædificasse palatium, & in eo constituxisse ascensum per cochleam ad κάθισμα seu Tribunal Circi. Ejusdem loci iterum meminit paulò post, Gallicano & Symmacho Coss. Post Zenonem reliqui deinceps Imperatores in Circo coronati sunt. De Anastasio id diserte testatur Theophanes in Chronico, pagina 117.

καί τινων τῶν ἀπ' αὐτοῦ. Apud Theophanem in *Pag. 556.* Chronico pagin. 103. ubi hic Theodori locus describitur, excusum est, καί τινων τῆς συγκλήτου. Quam scripturam in interpretatione mea secutus sum.

ὄχλον ἄτακτον ἀλεξανδρίων. Posset etiam legi ἀτάκτων, quemadmodum scribitur apud Nicephorum in libro 16. cap. 7. & apud Theophanem in Chronico pag. 104.

ὅπ' αὐτὸν λεγομένων ὀκταγώνου. Sic etiam legitur apud Theophanem in Chronico, paginâ jam citatâ, ubi hic Theodori locus describitur, suppresso tamen ejus nomine. Sed difficultas est quidnam fuerit ἐκτάγωνοι, utrum porticus, an aliud quidpiam. Certè ædificium quoddam, seu opus publicum Constantinopoli ita dictum fuisse testatur Cedrenus in Justiniano, anno 5. ejus Imperii, τότε δὲ ἐνεφράξθη ἡ τὸ ὀκτάγωνον.

μετ' εἰρώνης ὑφέρπυσεν. Procul dubio scribendum est, μετ' ἀιρύτης, ut legitur apud Theophanem, & apud Nicephorum in locis jam citatis.

διελίχθη ὁ μοναχὸς ὁλύμπιος. In Chronico Theophanis pag. 105. ubi hic Theodori locus describitur, desunt hæc verba, ὁ μοναχὸς ὁλύμπιος.

ἐκ τοῦ δικαίου τῷ θρόνῳ ἀπίδωκε. Intelligit jus Pa- *Pag. 557.* triarchicum, sive jus ordinationis Metropolitanorum ac reliquorum Episcoporum, quod Basiliscus datis antecyclicis litteris, restituit Ecclesiæ Constantinopolitanæ, ut docet Evagrius noster

in libro 3. cap. 7. ad quem locum vide, si placet, quæ notavi.

ἐν βουσάμοις. De loco in quo Basiliscus tyrannus interiit, dissentiunt antiqui Scriptores. Marcellinus quidem in Chronico, & ex illo Jordanes in libro de Successione Regnorum, Basiliscum in oppido Cappadociæ Limnis periisse tradunt, quibus consentit Auctor Chronici Alexandrini; sed Victor Turonensis in Chronico. Basiliscum Sasimis Cappadociæ mortuum esse scribit cum uxore ac liberis. Quod quidem propius accedit ad scripturam Theodori nostri. Theophanes vero in Chronico pag. 107. Basiliscum unà cum uxore & liberis Cucusum Cappadociæ deportatum fuisse scribit.

ῥωμύλον καὶ προκόπιον. Idem legitur apud Theophanem in Chronico pag. 109. De motu Marciani & Procopii loquitur etiam Candidus Isaurus in lib. 2. Hist. & Malchus in excerptis legationum pag. 68. editionis Augustanæ, ubi προκόπιον καὶ βουσάλβον vocat quos Theodorus ac Theophanes Procopium & Romulum appellant. Contigit porro hic motus Indictione quarta, Placido solo Cos.

HENRICI VALESII
ANNOTATIONES
IN EXCERPTA EX LIBRO II.
HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ
THEODORI LECTORIS.

Ἀπὸ δεκαοκτὼ μιλίων. Theophanes in Chronico pag. 114. scriptum habet ἀπὸ δώδεκα μιλίων. Sed vulgatam Theodori nostri Lectionem retinuit Nicephorus in libro 16. cap. 10. De hac translatione reliquiarum Eustathii, Victor Turonensis ita scribit: *Post Consulatum tertium Longini viri clarissimi Calendio Antiochenus Episcopus, reliquias prædecessoris sui Eustathii Episcopi & Confessoris, ex Philippis Macedoniæ colligit, & Antiochiam summo cum honore perducit.*

τὸ κατὰ ματθαῖον εὐαγγέλιον. Hic Theodori locus extat apud Suidam aliquot vocibus auctior in voce θύϊνα.

πάλιν βασιλικῶς ἔπραττον. Delenda est vox πάλιν, utpote superflua.

Pag. 558. ἐν τῷ ἄλλῳ στεφάνῳ. Assentior Christophorsono & Savilio, qui ad oram sui codicis emendarunt ἐν τῷ ἁγίῳ στεφάνῳ. Certè Ecclesia sancti Stephani erat in Palatio, ut docet Codinus in originibus Constantinopolitanis. Alexander Monachus in Enchomio sancti Barnabæ apud Surium in tomo tertio, de hac re ita scribit: *Evangelium illud Imperator in manu suâ sumpsit, & deosculatus est; auroque multo exornatum in Palatio suo reposuit, ubi ad hodiernum usque diem servatur, & in magna quinta Paschæ Feria quotannis in Palatii oratorio Evangelium ex eo libro recitatur.*

προδοσία τῆς γαμετῆς προμένδου. Hunc locum supplevi ex Theophanis Chronico pag. 114. ubi ita scribitur: προδοσία τοῦ ἀδελφοῦ τῆς γαμετῆς προκήνδου, δόλῳ πεμφθέντος ὑπὸ ζήνωνος. Verum in Theophane, perinde ac in Theodoro nostro A corrigendum est τροκούνδου. Fuit hic Trocundus frater Hilli Magistri officiorum. Qui Consulatum gessit anno Christi 482. una cum Severino. Sic enim in Chronico Marcellini hic annus notatur Indictione quinta, Trocundo & Severino Coss. Nec aliter in Chronico Alexandrino. Ex quo emendandum est Chronicon Victoris Turonensis, in quo scriptum est: *Tricundio V. C. Cos.*

ἐν ἐδέσσῃ. Hujus Edessenæ scholæ nullam alibi mentionem reperio. Cassiodorus quidem in præfatione divinarum Institutionum scribit, suâ adhuc ætate Nisibi scholam fuisse Ecclesiasticorum dogmatum. Sed Cassiodorum memoriæ vitio lapsum esse existimo, & Nisibin urbem pro Edessâ posuisse. Nisibis enim Cassiodori ætate sub ditione Persarum erat, jam inde à temporibus Joviani Augusti qui Persis eam tradiderat. B De hac Edessena schola iterum loquitur Theodorus infra, ubi eam à Zenone sublatam esse dicit.

προκαθημένων τοῦ τόπου. Ante hæc verba subdistinctionem apposui, prorsus necessariam. Quod cum Musculus non animadvertisset, pessime hunc locum interpretatus est. Porro hæc verba duobus modis intelligi possunt; aut de iis qui huic Edessenæ scholæ præerant; aut de ipsis Episcopis qui Edessenam Ecclesiam administrabant. Vocabulum enim τόπος utrumque significare non incommode potest. Certè Ibas Edessenus Episcopus Nestorianam hæresin fovisse à plerisque existimatus est, ut constat ex actis Chalcedonensis Concilii.

καὶ τῶν

καὶ τῶν χριστιανῶν ἀνάξιον. Rectius apud Theophanem in Chronico, pag. 117. adduntur hæc verba, τῆς βασιλείας.

ζῆλω ὕσης. Scribendum est ζηλωτρίας ὕσης, ut legitur apud Theophanem in Chronico pag. 117. ubi hic Theodori locus describitur, dissimulato tamen ejus nomine.

πρὸ ὁμολογίαν αὐτοῦ βιαίως. Malim omnino scribere βιαίως, quemadmodum legitur in Chronico Theophanis pag. 120.

Pag. 559. καὶ ἵνα κατυαεὶς ἐξέβαλε. Hæc uberius exposita leguntur apud Theophanem in Chronico, pagin. 118. De hac clade Isaurorum ad Cotiæum Phrygiæ loquitur Marcellinus in Chronico, Indictione 15. Anastasio Aug. & Rufo Coss.

ὑπὲρ τῶν ἰσαύρων καλεῖν. Scribendum est procul dubio συγκαλεῖν, quemadmodum legitur apud Theophanem in Chronico pag. 119. Paulò post, ubi legebatur πρὸς ἰωάννιλλον τὸν φρίκιον, emendavi, τὸν παρρίκιον, ut legitur apud Theophanem. Error natus est ex scripturæ compendio.

αἱ ἰυχαί σου. Post hæc verba Asterisçus in editione Roberti Stephani appositus, locum hunc mutilum esse indicat. Verum ex Theophanis Chronico pag. 120. locus supplendus est hoc modo: αἱ ἰυχαί σου ὦ μέγα τὰς φίλας σου ἠσέβλωσαν. Id est: *Orationes tuæ, ô Magne vir, amicos tuos fuligine impleverunt.* Apud Cedrenum tamen in Chronico, ad annum 5. Anastasii aliter scriptum inveni, hoc scilicet modo: αἱ ἰυχαί σου αἱ μεγάλαι τὰς φίλας σου ἠσέβλωσαν. Sed Theophanis scriptura rectior mihi videtur. Porrò Anastasius his verbis exprobrabat Euphemio Patriarchæ, amicitiam & societatem cum gente Isaurorum: Quibus nihil profuisse ajebat orationes Euphemii.

ἔμφοβον τῷ μετατωρίῳ. Theophanes in Chronico pag. 119. scriptum habet, φρὸ τοῦ μαρτυρίου: Atque ita legit Anastasius Bibliothecarius, qui Theophanem Latinè interpretatus est. Sed verior est scriptura Theodori nostri, ἔμφοβον τῷ μετατωρίῳ. Metatorium locus erat in Ecclesia, in quem descendebat Patriarcha post peractum officium, & ex quo procedebat ad altare, quemadmodum scribitur in Euchologio Græcorum; ubi idem esse dicitur cum Diaconico, sive Secretario. De Metatorio locus est illustris in vita Imperatoris Leonis Philosophi, qui ob quartas nuptias excommunicatus erat à Patriarcha: ἔδει δεῦρο τὸν δεξιὸν μέρος διάρχετο εἰς τὸ μετατώριον. Quæ verba leguntur etiam apud Cedrenum pagin. 495. editionis Augustanæ. Ex quo colligitur, Metatorium separatum fuisse ab Ecclesia, seu potius ab altari. Ejusdem loci mentio fit à Codino in originibus Constantinopolitanis.

τὴν λεγομένην σέραν. Apud Theophanem in Chronico pagin. 120. scriptum est, τῇ λεγομένῃ σείρᾳ, cujus Interpres in Annotationibus, genus gladii fuisse existimat. Ego verò adduci non possum ut credam, gladio aut hastâ armatos fuisse Clericos, dum Patriarcha ad altare procederet Missarum solennia celebraturus. Ego potius feram esse crediderim, quâ fores obseranA tur. Eustathius ad Odysseam, χ'. ἐντεῦθεν δὲ εἰλῆφθαι δοκεῖ καὶ ἡ ἰδιωτικὸς, σίρα ἡ τὰς θύρας κλείουσα. Cæterum Theophanes hic dissentit à Theodoro. Nam Theodorus noster insidiatorem Euphemii non à Paulo Defensore occisum esse tradit, sed ab alio quodam Clerico.

ἐφ ὃις εἰς τὸ ἱπποδρόμιον ἐδίφρευον. Pro ἐν ὃις scribendum videtur ἐφ ὃις, uti jam suprà emendavi. Si quis tamen vulgatam lectionem retinere malucrit, non magnopere repugnabo. Videtur enim phrasis esse familiaris Theodoro nostro.

ὃν καὶ ἀδελφιδοῦς. Eadem habet Theophanes in Chronico pag. 121. Et Nicephorus in libro 16. cap. 26. Interpres quidem Nicephori ἀδελφιδοῦς, fratris filium vertit. Musculus verò nepotem ex Bsorore. Medius inter utrumque Jacobus Goar, qui Theophanem Latinitate donavit, Nepotem simpliciter interpretatur.

τὸ ὠμοφόριον τὸ ὑπατικόν. Quæri non imme- Pag. 560. rito potest, quâ de causâ Macedonius Constantinopolitanus Episcopus pallium sibi auferri præceperit. Mihi quidem videtur id honoris Euphemii causa fecisse, ne Euphemio præsente, & adhuc intra Ecclesiam consistente, ipse in Episcopatum ejus invasisse videretur; Euphemius enim per vim depositus fuerat.

εἰσπλεῖν πρὸς τὸν ἐυφήμιον. Musculus legisse videtur εἰσῆλθεν, quam scripturam magis probo. Apud Theophanem in Chronico pag. 121. legitur εἰσπλέων, φανειζόμενός τι, &c.

τῶν κορυφαίων ἀποστόλων. Scribendum puto, τῶν ἀποστόλων κορυφαίων πέτρου καὶ παύλου. Petrus enim propriè & per excellentiam vocari solet à Græcis Coryphæus Apostolorum, ut jam alii observarunt. Interdum tamen Petrus simul ac Paulus coryphæi dicuntur Apostolorum. Ita Prudentius in libro περὶ στεφάνων.

Hic nempe jam regnant duo,
Apostolorum Principes:
Alter vocatur gentium;
Alter Cathedram possidens
Primam, &c.

Quare scribendum erit hoc loco, τῶν κορυφαίων ἀποστόλων.

δι' αὐτὸν τὸν φίλον δίκας. Scribendum est procul dubio συνοδικάς. Certè apud Nicephorum in libro 16. cap. 35. ubi hic Theodori locus describiD tur, legitur τὰ συνοδικά, supple γράμματα. Apud Theophanem autem in Chronico, pagin. 123. scriptum est τὸ συνοδικὸν in singulari numero. De his porro Synodicis litteris multa observavit Bernardinus Ferrarius in libro secundo de Ecclesiasticis litteris capite sexto. Nonnulla etiam scripsi in libro tertio Observationum Ecclesiasticarum ad Socratem atque Sozomenum.

ὑπεδέξατο λάθρα τῷ βασιλεῖ. Musculus legisse videtur, ὑπέσχετο, ut ex interpretatione ejus apparet. Sic enim vertit: *Festus verò, sicut fertur, Imperatori clanculum pollicitus est, persuasurum se Romano Episcopo*, &c. Vulgatam tamen scripturam confirmat Nicephorus in capite tricesimo quinto libri 16. ubi hunc Theodori locum ita refert: ὁ δὲ φῶς ἐκ λάθρα μαλ-

μᾶλλον βασιλεῖ προσιὼν ὑπετίθει ἱκανῶς ἔχειν καὶ ἀναστάσιον τὸν πρόεδρον ῥώμης πείθειν τῷ ζήνωνος ἑνωτικῷ συντίθεσθαι, καὶ αὐτόχειρα τούτῳ ὑποσημαίνειν. Id est, ut Langus vertit : *Et Festus in secreto colloquio Imperatori significavit, Anastasium Romanum Antistitem se facilè adducere posse, ut Zenonis Henotico assentiretur, eique manu sua subscriberet.* Certè verbum ὑπέθετο id significat. Sic enim Theodorus noster id verbum usurpavit paulò antè, ubi de quodam sicario agit, qui Euphemium occidere voluerat. Verum apud Theophanem in Chronico, pag. 123. ubi hic Theodori locus describitur, legitur συνέθετο ; quod quidem magis placet. Hæc autem duo verba longè diversum efficiunt sensum. Prius enim illud ὑπέθετο, designat Festum id consilium dedisse Anastasio Imperatori, ut persuadere conaretur Anastasio Papæ, ut Zenonis Henoticum susciperet. Alterum autem verbum συνέθετο, denotat Festum ab Imperatore Anastasio sollicitatum, promisisse ei, persuasurum se Anastasio Papæ, ut Zenonis Henotico subscriberet. Atque hic posterior sensus verior videtur.

δι' ὀχήματα Hunc locum Nicephorus ita expressit : διὰ σπουδῆς ἐποιεῖτο ὀχήματι τὸ ὑποχειμένον καθυποχάφειν. Id est, ut vertit Langus : *Proinde operam dedit, ut vel per speciem aut simulationem, ea quam pollicitus fuerat, subscriptio perficeretur.* Ego verò scribendum esse existimo δι' ὀχίσματα, ut hic sit sensus hujus loci. Festus Romam reversus, cùm Anastasium Papam mortuum deprehendisset, schisma in Ecclesia Romana excitavit, ut ejus occasione perficeret, id quod pollicitus fuerat Anastasio Imperatori.

οὐδὲ τὸ ἔθος ῥωμαίοις τινά. Dubitari non immeritò potest, cur præter consuetudinem id factum esse scribat Theodorus ; an quia moris non erat, ut ex civibus Romanis eligeretur Episcopus urbis Romæ. Sed hoc dici non potest, cùm & Anastasius Papa qui paulò antè obierat, & multi ante illum Episcopi urbis Romæ facti sint natione Romani, ut videre est in vitis Episcoporum Romanorum. Verba igitur illa, οὐδὲ τὸ ἔθος, non referuntur ad id quod proximè sequitur. Referenda sunt igitur potius ad id quod antecedit: ψηφίζονται εἰς ἐπίσκοπον οὐδὲ τὸ ἔθος. Neque enim hæc consuetudo fuerat Romanorum in electione Episcopi urbis Romæ, ut decretum seu psephisma fieret de electione Pontificis Romani. Hujusmodi enim decreta fiebant in electione Metropolitanorum, ut docet Canon 28. Synodi Chalcedonensis.

θευδέριχος ὁ ἄφρος. Quæret hic quispiam, cur Theodoricus Gothorum Rex Afer dicatur. Sic enim cognominatur, non solum à Theodoro nostro, sed etiam à Theophane ac Nicephoro. Equidem fateor hujus cognomenti causam mihi prorsus ignotam esse. Græci quidem Theodoricum hunc Valamerem cognominant, eò quòd Valameris Regis Gothorum filius esset, aut potiùs nepos. An fortasse Vafer cognominatus est, ob eximiam prudentiam atque astutiam ; quod cognomentum postea Græci in A ἄφρος mutarunt ; cum Vafrum idem esse cum Afro existimarent. Sed hæc levis conjectura est.

πίστως ὑποσὰς. Scribendum est procul dubio, ἀποσὰς, ut legitur apud Suidam in voce θευδέριχος, ubi hic Theodori locus describitur. Eandem historiam ex Theodoro nostro describit Nicephorus in cap. 35. libri 16. Verùm ejus Interpres gravi contumelia affecit Theodoricum, dum eum puerorum amore arsisse fingit ; quod tamen non dicit Nicephorus. Sic enim ille : διάκονός τις τῇ ὑγιαινούσῃ συνεχῶν, ἀφελμανῶς ἠγαπᾶτο τῷ ἄφρῳ, καὶ παντὸς τοῦ ἥδοντος παρ' ἐκείνου ἀπέλαυε. Quæ sic vertenda erant : *Ministrum quendam, Catholicæ fidei sectatorem, Theodoricus Afer mirum in modum adamabat, & cuncta quæ illi jucunda essent, promptissimè tribuebat.* B

τοῖς ἀρείοις ἐφρόνησεν. Rectius apud Suidam scribitur, τὰ ἄρεια ἐφρόνησεν.

καὶ βάνοι τοῦ πόντου κατέδραμον. Scribendum procul dubio est καὶ τζάνοι Tzani, seu Zani populi erant Lazis finitimi & Armeniis ; de quibus multa scripsi in Annotationibus ad librum 25. Ammiani Marcellini, haud procul ab initio. Hoc autem mendum natum est ex affinitate litterarum ; nam τζ & β magnam inter se habent similitudinem.

κατὰ τῆς ἐκκλησίας, κατὰ τῶν μακεδόνων. Lego κατὰ τῆς ἐκκλησίας, καὶ μακεδονίου. Vide Theophanem pag. 128.

ἀκολουθεῖν ταῖς λιταῖς. Idem scribit Theophanes in Chronico pagin. 128. ubi non probo verbionem Interpretis, qui sic vertit : *Ut Præfectus in conventibus Ecclesiasticis, vel publicis processionibus Imperatorem pone sequeretur, novo commento Anastasius edixit.* Atqui Theophanes non dicit Præfectum urbis à tergo Imperatorem secutum esse ; sed simpliciter jussum esse sequi. Non igitur Imperatorem sequebatur à tergo Præfectus urbi, sed populum urbis Constantinopolitanæ, neforte seditionem commoveret. Neque enim semper Imperator supplicationibus publicis intererat. C

τὸν ὑπὸ τῆς τετάρτης συνόδου ζῆλον. Lego τὸν ὑπὲρ τῆς τετάρτης, &c.

εὐχώλιόν τινα. Melius apud Theophanem in Chronico pag. 128. scriptum est ἀχόλιον ; vel ut quidam manuscripti codices habent, ἀχώλιον. Sic Acholius Thessalonicensis Episcopus, qui Theodosii senioris temporibus floruit, à quibusdam Acholius, ab aliis Ascholius nominatur. Eucholius autem Græcum non est. D

αὐτὸς δὲ μόνος. Post hæc verba in editione Roberti Stephani lacuna est trium circiter verborum capax, quam ex Theophanis Chronico pagin. 129. ita suppleo : αὐτὸς ὁ μόνος ἀντέγραψε τῷ βασιλεῖ ἀναθεματίζων, &c. Id est : *Ipse verò solus rescripsit Imperatori, anathematizans,* &c.

καὶ πλὴν ἐν χαλκηδόνι σύνοδον. Corrigendum est Theophanis Chronicum, pag. 130. in quo ita legitur : καὶ πλὴν ἐν χαλκηδόνι σύνοδον ἀποδεχόμενος. Vox illa ἀποδεχόμενος, adjecta esse videtur à quodam Heliæ Hierosolymitani Episcopi fautore, qui illum culpa liberare satagebat. Verùm

ipse

ipse Theophanes paulò pòst, hanc adjectionem refutat, & quartam Synodum Chalcedonensem ab Helia Hierosolymitano Episcopo condemnatam fuisse testatur. Sic enim scribit in eadem pagina: ὁ δὲ βάσιλεὺς μακεδόνιον τὸν κωνσταντινουπόλεως ἰωάννην ἀναθεματίζει πλὴν ὅτι χαλκηδόνι σύνοδον καθαίρει καὶ Ἠλίας ἱεροσολύμων. Et iterum pag. 131. ἠλίας δὲ ὁ ἱεροσολύμων καὶ πλὴν τὰ χαλκηδόνι ἐγράψεν ἀποβάλλεσθαι. Id est: *Helias verò Hierosolymorum Episcopus, Chalcedonensem Synodum rejicere se scripto testatus est.* Delenda est igitur in Theophane vox ἀποσκορδυλ, quæ nec in codice Palatino habetur. Scio quidem Anastasium Bibliothecarium eam vocem in versione sua expressisse. Verùm ejus interpretationem refutant ipsius Theophanis verba, quæ superiùs protulimus.

Pag. 562. βαπτίζων τινὰ βάρβαρον. Sic etiam legitur apud Theophanem in Chronico pag. 130. Verùm ibi Vaticanus codex rectius scriptum habet: βάρβαν. Certè paulo post in Theodoro nostro dicitur βάρβας. Victor Turonensis in Chronico, ipsum Episcopum Arianum ita appellat; Sic enim scribit: *Patritio & Hypatio Coss. Barbas quidam Ariani erroris Episcopus, dum præsumit contra regulam supra baptizandum dicere: Baptizat te Barbas in nomine Patris per Filium in Spiritu sancto; protinus aqua ex qua futurus erat baptizare hominem, nusquam comparuit; vas verò ipsum in quo aqua erat, confractum est.* Vide Cedrenum ad annum 20. Anastasii.

οἱ ὃ ἀποχισταί. Sic vocabantur obtrectatores Synodi Chalcedonensis. Et Theodorus quidem noster paulo post, ἀποχιστὰς μοναχῶν vocat, eò quod horum Antesignani essent Monachi. Theophanes verò pag. 132. Clericos etiam & Episcopos eis accenset. Inter epistolas Ephremii Antiochensis Episcopi, una fuit inscripta: πρὸς τοὺς ἀποχιστὰς καλλινίκου. Id est: *Ad schismaticos Monasterii Callinici*, ut testatur Photius in Bibliotheca cap. 228. Hi etiam alio nomine διακεκριμένοι vocabantur, id est, *Separati*, ut ad Evagrium notavi.

ὕστερον ὃ μὴ πολλῶν. Scribendum est μὴ πλανῶν, ut legitur apud Theophanem in Chronico pagin. 132. ubi hic Theodori locus compendiosè refertur. Sed videntur plura hîc desiderari, quæ ex Theophane ita suppleri possunt: ὕστερον ὃ μὴ πολλῶν πλανῶν αὐτὸς ἐξέλυσεν. Quam emendationem confirmat etiam Nicephorus in lib. 16. cap. 45. ubi hunc locum Theodori describens, sic ait: ὁ ὃ λαὸς ζήλῳ διαθεμανθεὶς ἀκράτῳ ἐκείνους τῆς ὀκνηρίας ἀπέλαυνον.

κατὰ μακεδονίου κείμενον. Scribendum puto κεκινημένον. Paulò post etiam lege μὴ κραυγῶν.

Pag. 563. λιτροβύλλῳ καὶ κύλωνα. Apud Theophanem in Chronico pag. 233. excusum est: λιτροβύλλῳ καὶ κάλωνα. Ubi vide quæ notavit Interpres.

τὰς εἰκόνας μακεδονίου. Mos erat, ut Patriarcharum imagines in Ecclesiis collocarentur. Nec verò Patriarcharum solum, id enim minus mirandum esset, cùm Patriarchæ non minus quàm Imperatores ipsi colerentur; verum etiam Orphanotrophorum, & aliorum Clericorum imagines, honoris causâ collocabantur in Ecclesiis. Testatur id vetus Auctor, Malchus ni fallor, apud Suidam in ἀκάκιος; ubi dicit eos qui ab Acacio beneficiis affecti fuerant, vivente adhuc Gennadio Patriarchâ, imagines ejus in cunctis Ecclesiis erexisse. Præcipuè verò in Ecclesia quæ est juxta navale, Gennadium Patriarcham, & Acacium depinxisse, atque inter hos medium Servatorem nostrum Jesum Christum, qui hæc Gennadio diceret: *Destrue hanc Ecclesiam, & successoris tui temporibus illam restaurabo.* Scribe igitur apud Suidam: καὶ μεταξὺ τούτου τὸν σωτῆρα λέγοντα τῷ γενναδίῳ, &c. Scio quidem Baronium ad annum Christi 488. existimasse eas imagines Acacio positas fuisse dum esset Patriarcha; sed Baronium refellunt verba Malchi apud Suidam, qui Ecclesiam illam juxta navale, in qua imago erat Acacii, Tessellato opere fabricatam, sub Gennadio Patriarcha absolutam esse testatur; nec verum est quod idem Baronius illic observat, primum ex Patriarchis Acacium hunc honorem affectasse. Nam ex Suidæ loco à nobis allato apertè convincitur, eum morem Gennadii temporibus jam invaluisse.

ἰωάννης ὁ διακεκριμένος μὴ σεβήρῳ ἱστορεῖ. Hunc Theodori locum describit Nicephorus in cap. 29. libri 16. ἱστορεῖ ὃ ἰωάννης ὁ αὐτὸ διακεκριμένος, &c. Quæ Nicephori verba Joannes Langus ita vertit: *Joannes porrò, qui cum illo, Severo scilicet, judicio contendit, scriptum reliquit, &c.* Verum ut liberè dicam id quod res est, nec Langus, nec Nicephorus ipse intellexit quid esset διακεκριμένος hoc in loco. Obtrectatores Chalcedonensis Synodi, qui Eutychis ac Dioscori doctrinam defendebant, διακεκριμένοι sese appellarunt, ut docet ipse Nicephorus in libro 18. cap. 45. Ex horum numero fuit Imperator Anastasius, uti docet Leontius Scholasticus in libro 5. de Sectis: τῶν γὰρ διακεκριμένων ἓν ὁ ἀναστάσιος. Leunclavius quidem qui Leontium Latinè vertit τοὺς διακεκριμένους, Hæsitantes perpetuò interpretatur; quod non probo. Melius Joannes Langus segregatos vertit. Ita enim hoc verbum usurpat Socrates Scholasticus in Historia Ecclesiastica, ut memini legere: Et hæc quidem de voce διακεκριμένος. Cæterum hic Joannes videtur esse, qui Ecclesiasticam Historiam scripserat libris decem, quorum quinque duntaxat priores à se lectos fuisse testatur Photius in Bibliotheca. Quibus in libris Joannes ille Chalcedonensem Synodum probris onerabat, ut ibidem scribit Photius. Meritò igitur à Theodoro nostro vocatur διακεκριμένος. Citatur hic διακεκριμένος non semel ab anonymo, qui Græcè scripsit de Originibus Constantinopolitanis. Et in septima Synodo actione 5. citatur locus ex Historia Ecclesiastica Joannis Dacrinomeni, de Xenaia.

μὴ σεβήρῳ ἱστορεῖ. Scribendum est procul dubio, σὺν σεβήρῳ, quemadmodum legisse videtur Musculus. Cujus versionem hic magnopere laudo.

αἰτηθεὶς ὑπὸ τῶν συνδιαφόρων αὐτοῦ. Hæc verba ad Severum referenda sunt, qui à familiaribus suis rogatus, Synodum Chalcedonensem anathemati-

matizavit, ut ex hoc Theodori loco scribit Nicephorus in lib. 16. cap. 19. Pessimè igitur Musculus hæc ad Timotheum retulit Constantinopolitanum Episcopum.

τιμόθεον τὸ τῶν πεντακοσίων. Idem scribit Nicephorus in cap. 35. libri 16. ubi hunc Theodori locum describit. Alii tamen Auctores sunt, Petrum Fullonem primum in Ecclesia instituisse, ut Nicænum Symbolum recitaretur in singulis collectis, quemadmodum scribit Nicephorus in loco citato, & Theodorus noster infrà pag. 566.

πρεσβυτέρου ἐπίσκοπον. Assentior viris doctis, qui jampridem emendarunt ἡγούμενον. Ita certè legit Theophanes in Chronico pag. 135. & Nicephorus in lib. 16. cap. 25.

Pag. 564. χαλεπῶς αὐτὸν ἠνείμασεν. Scribendum est procul dubio ἠτίμασεν, ut legitur apud Theophanem in Chronico, pag. 135.

ταῦτα μαθὼν ἐβασίλευσεν. Scribendum est, τοῦτο λαβὼν ἐβασίλευσατο, quemadmodum legitur apud Theophanem in Chronico p. 130. nisi quòd Theophanes pro verbo ἐβασίλευσατο, scriptum habet ἐπέζευθεν. Castri quoque appellatio non nihil diversa est apud Theophanem.

ἦλθε δὲ ἀφ' τῶν Ἰουδαίων, supple μαγείαν. Plures enim magicæ artis species fuerunt; prima, Persica, secunda, Judaica, ut docet Plinius in libro tricesimo. Habuerunt certè Judæi Exorcistas, qui dæmonas certis carminibus ambigebant.

θεὸς γυμνὸν σαφῶς κατεδέξατο. Assentior Savilio, qui in margine sui codicis annotavit scribendum sibi videri γυμιόν. Ita certè scribitur apud Theophanem in Chronico pag. 136. ubi hic Theodori locus describitur. Et apud Nicephorum Callistum in cap. 35. libri 16. & apud Cedrenum in Chronico.

Pag. 565. ἀσυντάκτως ὑπανεχώρησεν. Idem adverbium legitur apud Nicephorum in loco supra laudato. Verum nec Langus nec Musculus ejus vocis vim ac significationem intellexere. ἀσυντάκτως idem valet ac μὴ συνταξάμενοι, hoc est, *Vale non dicto abierunt.*

σφραγίζειν τῷ τάφῳ. Apud Theophanem in Chronico pag. 138. nec non apud Cedrenum legitur τῷ σαυρῷ; quam scripturam vulgatæ lectioni Theodori nostri longè præferunt viri docti qui Theophanem notis illustrarunt. Neque enim Macedonius crucis signo tumulum suum obsignavit; sed populum qui aderat, ut se adhuc Patriarcham esse ostenderet. Certè si tumulum duntaxat signo crucis obsignasset Macedonius, dicendum erat σφραγίζειν τὸν τάφον, non autem τῷ τάφῳ.

Συμπέμπει τὸ σῶμα. Hucusque excerpta ex libro secundo Ecclesiasticæ Historiæ Theodori Lectoris. Quæ verò deinceps sequuntur, videntur esse nova collectanea ejusdem Scriptoris; quæ Nicephorus, cùm Theodori Lectoris Historiam diligentius perlegisset, ex eodem Scriptore collegit, & appendicis loco hic adjecit.

ἀνδρίας ἢ τῶν σαμοσάτων. Hunc locum certissima conjectura emendavi hoc modo: ἀνδρίαν ἢ τῶν σαμοσάτων, &c. Etenim Andreas Samosatensis Episcopus, mandatu Joannis Antiocheni Episcopi, A scripsit adversus duodecim Cyrilli capitula, una cum Theodorito, ut testatur Liberatus in Breviario cap. 4. & ex illo Baronius ad annum Christi 430. & 431. Quare in fine hujus capitis scribendum est omninò: ὡς γράψαντα κατὰ τῶν δώδεκα κεφαλαίων μὴ τῶν Θεοδωρείτου. Porrò quod paulò antè affirmat Theodorus noster, Theodoritum post reconciliationem inter Ægyptios atque Orientales factam, scripsisse adversus duodecim Cyrilli capitula; id est, anno Christi 432. id nullatenus probabile mihi videtur. Cæterum hic Andreas Samosatensis Episcopus, in secunda Ephesina Synodo depositus est à Dioscoro, ut in Chron. testatur Theophanes.

μεταπεμψάμενοι τῷ ξένῳ. Scribendum videtur μεμψάμενοι τῷ ξένῳ. Vulgata enim scriptura ferri non potest. Paulò post etiam corrigendum est, ἀκοινωνησίαν αὐτῷ ἔπεμψαν; id est, γράμματα τῆς ἀκοινωνησίας. B

ὅπερ ἱστορεῖ καὶ Θεοδόριτος. Id certè non extat in Pag. 566. quinque libris Ecclesiasticæ Historiæ Theodoriti quos habemus. Hi enim libri usque ad Imperium Theodosii junioris duntaxat progrediuntur. Quod si quis contendat opus Ecclesiasticæ Historiæ Theodoriti decem libris comprehensum fuisse, à Vicennalibus scilicet Constantini Magni usque ad Imperium Leonis Augusti, ut scribit Gennadius in libro de Scriptoribus Ecclesiasticis; ne sic quidem verum esse poterit quod in his excerptis legitur. Neque enim principatu Leonis Augusti, sed Zenonis temporibus Petrus Mongus Salophacioli reliquias ex sepulchro effodit Baronius ad annum Christi 494. Theodoritum juniorem hic intelligi censet; ex cujus Ecclesiastica Historia locum affert Joannes Damascenus. C

καὶ ἀφ' τῆς σύνοδον. Id est, *Ob Synodum Chalcedonensem*, quam idem Petrus Mongus publicè in Ecclesia anathematizaverat.

καλανδίωνα λέγει ὁ βυζαντίῳ χειροτονηθῆναι. Post mortem Stephani junioris Calendio in ejus locum subrogatus, Antiochenam Ecclesiam gubernavit, Trocundo & Severino Coss. anno Christi 482. ut ex epistola Simplicii Papæ doctè observavit Baronius. Hunc Acacius Constantinopolitanus Episcopus, jussu Zenonis Augusti Episcopum ordinavit Constantinopoli, sicut & decessorem ejus Stephanum prius ordinaverat, quemadmodum scribit Theophanes in Chronico pag. 130. Idem etiam confirmat Nicephorus in libro 15. cap. 28. his verbis: μὴ δὲ φέρειν καλανδίωνα τῷ κωνσταντίνου ἐπισκοπῇ τὰς τῆς ἐπισκοπῆς δίκαιας ἐγχειρίζεται. Sed & in gestis de nomine Acacii, quæ Jacobus Sirmundus in Lucam edidit, id ipsum disertè refertur his verbis: *Cujus Acacii audacia deteriora committens, etiam Petrum Antiochenum, ejecto Catholico Calendione quem ipse ordinaverat, ad Antiochenam mittit Ecclesiam.* Denique Simplicius Papa in epistola ad Acacium Constantinopolitanum Episcopum id ipsum non obscurè significat. Quid enim aliud sonant hæc verba: *Antiocheni exordium Sacerdotis quâ ratione seriùs fuerit indicatum, quamvis minimè nos latere potuerit, tamen & ipse, vel Synodus ejus indicavit. Quod sicut non optavimus fieri, ita faciles excusationi quam necessitas fecit, exti-*

existimus; quia quod voluntarium non est, non potest vocari in reatum, &c. Quis enim reatus? quæ necessitas excusanda fuit apud Simplicium, nisi quòd Calendionem contra leges Ecclesiast. Constantinopoli ordinaverat Acacius, jussu Zenonis Augusti, ut ex Theophane suprà monuimus. Denique Candidus Isaurus in lib. 3. Historiæ idem testatur, ita scribens: ὡς πέτρου τοῦ δυσεβοῦς τοὺς τῆς ἀνατολῆς ταραξαντος ἐκκλησίας, καλανδίωνα ζῶντι ἐβασιλεὺς εἰς τὸ ἱερᾶσθαι ἀντιοχείας ἀπέστελλε. Id est: *Quemadmodum Zeno, dum Petrus ille impius Orientis turbaret Ecclesias, misit Calendionem, ut Episcopus esset Antiochiæ.* Porrò non primus ex Constantinopolitanis Episcopis Acacius, Antiochensem Episcopum ordinare præsumpsit. Sed jam antea Anatolius Constantinopolitanus Episcopus Antiochenum Episcopum, Maximum scilicet, sine ullo exemplo, contra statuta Canonum, ordinare præsumpserat, ut scribit Leo Papa in epist. 54. ad Marcianum, quæ data est xi. Cal. Junii, Herculano V.C. Cos. qui fuit annus Christi 452. id est, 4. annis post ordinationem Maximi. Tanto temporis spatio Leo Papa istud Anatolii factum dissimulaverat.

συμφωνῶν τῷ Θεοδώρῳ. Musculus legisse videtur, σὺμφωνον, ut ex versione ejus apparet. Sic enim vertit: *Calendion Theodoro consentiens, Byzantinus Episcopus ordinatus fertur.* Ego verò scribendum existimo: συμφωνῶν τῷ Θεοδωρήτῳ; id est: *Calendionem Constantinopoli ordinatum fuisse scribit Theodorus, cum Theodoritò consentiens.* Sic paulò antè horum fragmentorum Collector notavit, Theodorum nostrum de Petro Mongo idem retulisse, quod scripserat Theodoritus, ὅπερ ἱστορεῖ ὁ Θεοδωρήτος, ubi Theodoritum juniorem intelligo, diversum à Theodorito Episcopo Cyri; qui prioris Theodoriti Historiam Eccles. adjectis quinque aliis libris, continuaverat.

Καλανδίωνα λέγει προσθῆναι τῷ τρισαγίῳ. Ex hoc loco emendandus est Theophanes in Chron. p. 115. ubi de Petro Fullone ita scribit: φωτεινὸν τῷ τρισαγίῳ προσθῆκεν, χριστὲ βασιλεῦ ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς. πέτρος ὁ πάλιν ἐλθὼν ἀνελίξας τὸν χριστὲ βασιλεῦ. Scribendum est omninò in hoc Theoph. loco: φωτεινὸν ὃν ὁ καλανδίων τῷ τρισαγίῳ, &c. Quod disertè confirmat Theodorus noster, & Nicephorus in cap. 28. lib. 15. Vidit hoc ante nos Jacobus Sirmundus in notis ad Epist. 3. Aviti. Cujus sententiam immeritò reprehendere conatus est Franciscus Combefisius vir doctiss. in Annot. ad Chron. Theophanis. Quid enim certius ex conjectura Syrmundi, quam Theodorus testimonio suo confirmat, & quam ipsa Theophanis verba necessariò videntur exigere. Cùm enim dicat Theophanes: πέτρος ὁ πάλιν ἐλθὼν, &c. omninò significat alium fuisse à Petro, qui clausulam illam addiderat Trisagio: *Christe Rex.* Calendionis igitur nomen eo loco omissum est negligentiâ Librariorum. Scio quidem Cedrenum Combefisii sententiæ adstipulari. Sed major est apud me Theodori Lectoris authoritas, quàm Cedreni.

τὸ μυστήριον ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. Scribendum est procul dubio, τὸ μύρον, ut viri docti jam pridem observarunt. Ita certè Savilius in margine sui codicis emendavit. Quam emendationem confirmat Nicephorus in cap. 28. lib. 15. & Cedr. in Chron. pag. 249. edit. Basil. Porrò de hac sancti unguenti seu Chrismatis consecratione, quæ fiebat feriâ 5. magnæ Hebdomadis. Vide Euchologium Græcorum pag. 628. & seq. & quæ illic notavit Jacobus Goar, vir harum rerum peritissimus.

ἐπὶ τῶν ἐν τοῖς Θεοφανίοις ἐπίκλησιν. Apud Nicephorum in l. 15. c. 28. scriptum est ἐπίκλυσιν, malè. Sic enim habet Nicephorus: φασὶ γε μὴν τὸν αὐτὸν πέτρον καὶ τέσσαρα ταῦτα καλλίστα τῇ καθόλου ἐκκλησίᾳ θεσπίσαι. Ἅ τῷ θείῳ μύρῳ καταχρίειν ὅπερ πάντες τὸν λαὸν ἁγιάζεσθαι. Ἃ ἐν τοῖς ἁγίοις Θεοφανείοις ἐν ὕδατι ἐν ἱερᾷ θείαν ἐπίκλυσιν. Quæ sic vertit Langus: *Petrum Cnapheum quatuor ista Ecclesiæ Catholicæ commodissima reperisse ferunt, ut sacrum unguentum in populi totius præsentia consecraretur, ut ad vesperam sanctorum Theophaniorum unda in sacrum lavacrum infunderetur.* Verum in Nicephoro emendandum est: ἐπὶ τῶν ὑδάτων θείαν ἐπίκλησιν, quemadmodum scribitur etiam in Cedreni Chronico. Cæterum assentior Jacobo Goar, qui in Annot. ad Euchologium, pag. 467. Petrum Fullonem id solum instituisse censet, ut aquarum benedictio in pervigilio Theophaniorum fieret ad vesperam; cùm anteà hujusmodi benedictio media nocte fieri consuevisset, ut ex Joanne Chrysostomo rectè observavit idem Jacobus Goar, vir de Græcorum ritibus ac ceremoniis optimè meritus.

ἐν πάσῃ συνάξει τὸ σύμβολον λέγεσθαι. Musculus vertit: *Ut in quavis Synaxi Symbolum diceretur.* Xylander verò ita interpretatur: *Ut in quavis Cœnæ mysticæ celebratione Symbolum fidei recitaretur.* Langus vero ita vertit: *Ut Symbolum sanctum, quod semel tantum antea magno & sancto Parasceves die dici solitum fuerat, in quavis Synaxi & conventu Ecclesiæ decantaretur.* συνάξεις generaliter dicebantur omnes sacri conventus; præcipuè tamen ii, in quibus sacra mysteria peragebantur. Ob hanc enim maximè causam populus fidelium in Ecclesiam conveniebat, ut sacrificium Dominicum perciperet. Quare cum Petrus Fullo institutisse dicitur, ut in quavis Synaxi Symbolum recitaretur, de Missarum solennibus id intelligendum est; in quibus etiam nunc Symbolum fidei recitatur. Porrò ex hoc loco suspicari quispiam fortasse possit, horum fragmentorum Authorem diversum esse à Theodoro Lectore. Nam Theodorus Lector paulò antè scribit, Timotheum Constantinopolitanum Episcopum primum instituisse, ut Symbolum Nicænum in singulis collectis recitaretur. Nisi fortè dicamus Timotheum id primum instituisse Constantinopoli, quod Petrus Fullo longè anteà instituerat Antiochiæ. Sanè ritus isti qui à Fullone primum instituti esse dicuntur, non illico ab omnibus Ecclesiis usurpati sunt, sed progressu temporis paulatim inoleverunt.

βλάσιον. Theoph. in Chr. pag. 106. βλάσιν vocat.

γραμματεῖον ποιῆσαι. Idem tradit Theophanes in Chronico pag. 124. editionis regiæ.

ἀκίνητα μὴ κρατεῖν δίκαια. Hunc locum non intellexit Musculus, ut ex interpretatione ejus appareret. Sic enim vertit: *Ecclesiæ Rom. mos esse fertur, ut jura non sint immota.* Savilius autem ad oram sui codicis hæc verba ita interpretatur: *Ecclesia* Pag. 567.

Romana poſſeſſiones accipere non ſolet rerum immobilium. δίκαια igitur impropriè hoc loco ſumitur pro bonis ſeu corporibus. Sed non aſſentior Savilio qui κρατεῖν interpretatur, *poſſeſſiones accipere.* Melius vertiſſet, *retinere poſſeſſionem.* Neque enim Eccleſia Romana poſſeſſiones ſibi oblatas recuſabat accipere; ſed acceptas non ſervabat. Illico enim eas vendebat, Apoſtolicorum temporum morem in hac parte ſtudens imitari. Primi enim illi Chriſtiani poſſeſſiones ſuas vendere ſolebant, earumque pretia offerebant ad pedes Apoſtolorum, ut in eorum Actibus legimus. Hæc tamen conſuetudo Eccleſiæ Romanæ brevi pòſt immutata eſt. Quippe temporibus Gregorii Magni patrimonium Beati Petri per omnes provincias Imperii Romani latè diffuſum erat, ut ex ejus epiſtolis diſcimus.

εἰς μοίρας τρεῖς. Melius dixiſſet Theodorus εἰς μοίρας τέσσαρας. Quatuor enim, tam de reditu Eccleſiæ, quàm de oblatione fidelium fiebant portiones. Prima erat Pontificis; ſecunda Clericorum; pauperum tertia; quarta fabricis Eccleſiæ deputabatur, ut ſcribit Gelaſius Papa in c. 27.

κωνόπις νόμον ἔθετο. Idem ſcribit Theophanes in Chronico pag. 106.

ὄναρ τιθέσθαι βαρθολομαῖον. Idem refert Niceph. in c. 37. lib. 16. ex hoc Theodori noſtri loco.

ἰμμιρίωσι. Nicephorus in cap. 37. lib. 16. *Immeras* vocat, ubi hunc Theod. noſtri locum deſcribit. Ego *Homeritas* eſſe exiſtimo. Omnia enim quæ Immirenis tribuit Theodorus, Homeritis planè conveniunt. Etenim Homeritæ ad extimos fines habitant Oceani meridiani, & metropolim habent Saba; cujus loci Regina olim ad Salomonem viſendum profecta eſt. Præterea origine ſunt Judæi, orti ex Chettura Abrahæ. Poſteà verò ad ſuperſtitionem gentilium deſciverunt, ut docet Philoſtorgius in lib. 3. hiſt. Eccleſiaſticæ.

ἐκ τῆς ἐλθούσης. Niceph legiſſe videtur, ἐλθόντες μ' τῆς ἐλθούσης πρὸς σολομῶντα βασιλέα ἔτι νότου. χρόνῳ ὕστερον ἐγένοντο ἐθνικοί. Obſtat tamen id quod apud Theoph. & alios legimus, Homeritas Juſtiniani demùm temporibus fidem Chriſti ſuſcepiſſe.

σεβῆρ. ἄρχων δύς. Idem relatum jam fuit in lib. 2. excerptorum ex Theod. Lectore. Unde non immeritò quiſpiam ſuſpicari poſſit, hanc appendicem ex alio Scriptore collectam eſſe.

εἰσῆλθον ἐν κωνσταντινουπόλει τὰ λείψανα. Idem refertur in faſtis, quos nomine Idatii edidit Jacobus Sirmundus. Conſtantio octavùm, & Juliano Cæſare Coſſ. *His Coſſ. introierunt Conſtantinopolim reliquiæ Apoſtoli Timothei, die Kalendas Junias.* Et anno ſequente, Conſtantio nonùm, & Juliano iterum Coſſ. *His Coſſ. introierunt Conſtantinopolim reliquiæ ſanctorum Apoſtolorum Andreæ & Lucæ, die 5. Nonas Mart.* Eadem quoque leguntur in Chr. Alexandrino. Conſtantio Aug. octavum & Juliano Coſſ. ἐπ' τούτων τῶν ὑπάτων μηνὶ παϋνὶ ᾳ τιμοθέου τοῦ ἁγίου τὰ λείψανα ἠνέχθη ἐν κωνσταντινουπόλει. Quæ ſic vertenda ſunt: *His Coſſ. menſis Panemi ſeu Julii die primâ allata ſunt Conſtantinopolim reliquiæ ſancti Timothei, &c.* Ubi vides Authorem Chronici Alexandrini, quod ſpectat ad diem, conſentire cum Faſtis Idatii; in menſe verò diſſentire.

ἐν τῷ πέτρᾳ. Hujus Baſilicæ ſanctæ Euphemiæ martyris mentio fit in orig. Conſt. pag. 47. τὸν ὁ ἁγίαν εὐφημίαν τῷ πέτραν ἀνασάσι & ὁ δίκας & ἀ ἀειάδνα ἀνόιξαν. Et hoc tamen Theodori teſtimonio apparet, Baſilicam iſtam diu ante principatum Anaſtaſii ſtetiſſe. Hæc portò Baſilica cognominata eſt in Petra, ad diſcrimen alterius Baſilicæ ſanctæ Euphemiæ martyris, quæ erat in Hippodromo, cujus mentio fit in orig. Conſtant. Pag. 162

λείψανα τῶ ἁγίω σαμυήλ. De hac translatione reliquiarum Samuelis Prophetæ ex Palæſtina Conſtantinopolim uſque, videndus eſt B. Hieronymus in lib. adverſus Vigilantium, ubi ita ſcribit: *Sacrilegus dicendus eſt & nunc Aug. Arcadius, qui oſſa beati Samuelis longo poſt tempore de Judea tranſtulit in Thraciam. Omnes Epiſcopi non ſolum ſacrilegi, ſed & fatui judicandi, qui rem viliſſimam & cineres diſſolutos, in ſerico & vaſe aureo portaverunt. Stulti omnium Eccleſiarum populi, qui occurrerunt ſanctis reliquiis, & tanta lætitia, quaſi præſentem viventemque Prophetam cernerent, ſuſceperunt, ut de Palæſtina uſque Chalcedonem jungerentur populorum examina, & in Chriſti laudem una voce reſonarent.*

ἐν τῷ προφητείῳ. Eccleſia in honorem Prophetæ ædificata, vocabatur προφητεῖον, eodem modo quo Eccleſia in honorem Apoſtoli conſtructa, ἀποστολεῖον; & Eccleſia in honorem Martyris extructa μαρτύριον dicebatur. Sic in actione tertia Conc. Conſt. ſub Mena pag. 693. ἔφιλεν ὁ προάστειον αὐτὸν ἔχειν πλησίον τῦ προφητείου, &c. Ubi Eccleſiam Samuelis Prophetæ intelligendam puto, quæ ſimpliciter & abſolutè προφητεῖον dicebatur. Eccleſia quidem S. Joannis Bapt. quæ erat in Septimo, ipſa quoque προφητεῖον vocabatur, ut notavit Murſius in Gloſſario. Sed frequentius μαρτύριον dicta eſt, ut docet locus Menæi ibidem prolatus à Murſio. Cæterùm ex eo quod hic ſtudiosè relatum legimus; quorum Sanctorum reliquiæ, & quibus temporibus Conſtantinopolim delatæ ſint, ſatis appareret Theod. Lectorem hujus operis Auctorem eſſe. Qui cùm Lector eſſet Eccleſiæ Conſt. diligenter in hiſtoria ſua recenſuit omnium Sanctorum reliquias, quibus urbs regia erat communita.

τῆς θείας μνήσεως. Poſt hunc locum Theod. Lect. recitatur in Synodo 7. locus alter ex hiſt. Eccl. Joan. Diacrinomeni. Quem quidem locum deſumptum eſſe exiſtimo ex hiſt. Eccl. Th. Lect. qui de Xenaja loquens, Joannis Diacrin. hiſtoriam adduxerat. Sic enim de Severo Acephalo ſcribens, eundem Joannem Diacrinomenum laudat Authorem, ut videre eſt pag. 563. Pag. 563

κατὰ ἀστρολόγων καὶ εἱμαρμένης. Diodorus Tarſenſis libros octo ſcripſerat contra Fatum, quorum excerpta habentur in Biblioth. Photii cap. 223.

πατριάρχλω ὀνομάζει ἀλόγως. Fallitur Theoph. qui Theſſal. Epiſcopum malè à Theodoro Lect. Patriarcham vocari dicit. Nam Theſſ. Epiſc. optimo jure Patriarcha dictus eſt, utpote qui Primas eſſet totius Illyrici. Primates enim, ſive ἔξαρχοι, olim Patriarchæ dicebantur, ut jam pridem monuit Jacobus Sirmundus. Vide, ſi placet, quæ notavi ad lib. 3. Evagrii cap. 6. & ad lib. 5. ejuſdem Evagrii.

Finis Annotationum in Theodorum.

HENRICI VALESII
OBSERVATIONUM ECCLESIASTICARUM AD EVAGRIVM LIBRI DUO.

PRIMUS EST DE PETRO ANTIOCHENO EPISCOPO,
Et de Synodis adversùs eum congregatis.

SECVNDVS EST DE ACACIO EPISCOPO
Constantinopolitano, & de duabus Synodis Romanis
in quibus damnatus est.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

DE PETRO ANTIOCHENO EPISCOPO QUI FULLO COGNOMINATUS EST, ET DE SYNODIS ADVERSUS EUM COLLECTIS.

Caput Primum.

PETRUS Monachus primum fuit Accœmitensis, & in eo monasterio Fullonis artem exercuit; unde & Fullonis cognomentum ei inditum, ut scribit Alexander Monachus in laudatione sancti Barnabæ. In hoc igitur monasterio Petrus cum adversus Chalcedonensem Synodum assiduè declamaret, & Eutychianum dogma palam defenderet, tanquam corruptor Apostolicæ fidei, à fratribus ejectus est monasterio. Inde igitur digressus, Chalcedonem se contulit, & in ea urbe Presbyter fuit Ecclesiæ sanctæ Bassæ, ut testatur Theodorus Lector, & Theophanes in Chronico. Verum cum in ea quoque urbe Eutychianum dogma publicè prædicaret, & Chalcedonensem Synodum convitiis & maledictis appeteret, inde quoque expulsus venit Constantinopolim. Erat tunc in urbe regiâ Zeno vir potentissimus, Patricius & Comes Excubitorum, cui Leo Aug. Ariadnem filiam suam desponderat. In ejus amicitiam Petrus callidè sese insinuavit. Et cùm idem Zeno à Leone Magister militum per Orientem in locum Ardaburii factus, in Orientem proficisceretur, Petrus ejus comitatui adhæsit, & unà cum illo venit Antiochiam. Id factum est Leone quartum & Probiano Coss. anno Christi 471. ut in Annalibus Ecclesiasticis rectè observavit Baronius. Neque enim audiendus est Theophanes, qui hunc Zenonis ac Petri adventum in urbem Antiochiam diu ante retulit. Sed cum constet ex Candidi Historia, Zenonem magistrum Orientalis militiæ factum non fuisse, nisi post cædem Asparis & Ardaburii: Etenim Ardaburius magister erat rei militaris per Orientem, ut testatur Damascius apud Suidam in voce στρατηγὸς; cumque præterea constet ex Marcellini & ex Victoris Thuronensis Chronico, Asparem & Ardaburium eo quem dixi anno cæsos esse, prorsus necesse est, ut Zeno & Petrus qui eum comitatus est, eo Consulatu Antiochiam advenerint. Erat tunc in urbe Antiochena Præsul Martyrius, vir Catholicus, & Chalcedonensis Synodi propugnator. Hunc Petrus Zenonis gratiâ atque opibus adjutus, omnibus modis oppugnare aggressus est: Nestorianum eum appellans, & Clericos Antiochenses Ecclesiæ adversus eum incitans. Erant in urbe Antiochena plurimi Apollinaris sectatores, jam inde à Vitale Antiocheno propagati, qui Meletii ac Paulini temporibus schisma in ea Ecclesia & sui nominis sectam condiderat. Horum igitur partibus adjunctus Petrus Fullo, Theopaschitarum dogma palam prædicare cœpit, anathema dicens iis qui Deum crucifixum negarent. Quin etiam Trisagio hymno qui in Ecclesia cani consueverat, clausulam illam adjecit: *Qui crucifixus es pro nobis.* Quâ ex re plebs Antiochena duas in partes divisa est. Et alii quidem Petrum Fullonem sequebantur: Reliqui vero martyrio adhæserunt. Is tunc temporis Constantinopolim profectus fuerat ob Ecclesiastica quædam negotia, ac fortasse etiam ob tumultus illos quos Petrus Fullo in Antiochensi Ecclesia excitaverat. Cùm igitur Constantinopolim venisset Martyrius, Gennadii Constantinopolitani Episcopi operâ ac suffragio à Leone Augusto benignè susceptus est, idque cujus gratia potissimum venerat ab Imperatore obtinuit; legem videlicet quâ interdictum erat, ne quis Monachus relicto suo monasterio, in urbe Antiochena, vel in alia qualibet civitate moraretur, & de religione disputando turbas ac tumultus in Ecclesia excitaret. Ea Constitutio Leonis Aug. ad Zenonem Magistrum militum missa refertur in libro primo codicis Justiniani, qua Petrus Fullo tacito nomine denotatur, ut rectè à Baronio observatum est. Reversus post hæc Antiochiam Martyrius, cùm seditiones ac dissidia quotidie augeri animadverteret, & Zenonem Magistrum militiæ spreta Leonis Constitutione Fulloni favere, in publico Ecclesiæ conventu palam Episcopatu sese abdicavit, retenta nihilominus sibi sacerdotii dignitate. Quo facto, Petrus Fullo in Antiochenam sedem tanquam vacuam insiluit. Quæ cùm Gennadius comperisset CP. Episcopus, cuncta

Leoni Augusto nuntiavit. Imperator vero his rebus commotus, Synodum Episcoporum Antiochiæ fieri præcepit, in qua Petrus Fullo depositus est ac damnatus, & in ejus locum ordinatus est Julianus, ut scribunt Theodorus Lector & Theophanes. Porro Imperator Leo Petrum Fullonem Synodali sententiâ damnatum, Oasin in exilium deportari jussit, ut testatur Acacius Constantinopolitanus Episcopus in epistolâ ad Simplicium Papam, quæ refertur à Gelasio in gestis de nomine Acacii. Hujus epistolæ verba operæ pretium fuerit hîc apponere. Ex iis enim colligitur id quod superius dixi, Petrum Fullonem in Synodo esse damnatum. Sic igitur habent. Cui dum Acacii scripta legeremus quæ de Petro & Joanne Antiochenis miserat, excessus Acacii etiam in hac causa gravissimos deprehendit. Illo enim tempore quo de Petro Alexandrino damnato retulerat, non longè post etiam de Petro & Joanne scripserat: Petrum apud Constantinopolim monasterium gubernasse; sed hoc propter crimina derelicto, Antiochiam fugisse. Ibi pulso Martyrio Catholico Episcopo, per hæreticos sedem ipsius occupasse; continuoque damnatum, à Leone tunc Principe ad Oasitanum exilium esse directum. De quo lapsum, Constantinopolim rediisse, ac dedisse fidem quod nullas ulterius turbas facere prorsus auderet. Hæc est prima Petri Fullonis damnatio. Quam si quis non in Synodo ab Episcopis factam esse contendat, sed ab ipso Leone Augusto, is meminisse debet, Episcopos nunquam solitos esse in exilium mitti à Christianis Imperatoribus, nisi post damnationis sententiam in eos legitimè prolatam. Sic Photinum, Nestorium ac Dioscorum legimus esse relegatos post Synodale judicium, ut omittam Arium Presbyterum. Certè Liberatus in cap. 18. Breviarii, locum hunc ex epistola Acacii describens, disertè dicit Petrum ab Episcopis esse damnatum, & Leonis imperio in Oasin deportatum. Cæterum Petrus Fullo in hac primâ Episcopatus Antiocheni invasione, brevi admodum tempore sedisse videtur. Nam in epistola Acacii ad Simplicium Papam, cujus verba superius relata sunt, post arreptum Episcopatum continuo damnatus esse dicitur.

Caput II.

POst mortem Leonis Augusti, Zeno de quo supra diximus, à Leone filio suo coronatus, Imperii regimen accepit. Sed mox Basiliscus tyrannide arrepta, eum cum Ariadne conjuge in Isauriam fugere compulit. Ita Basiliscus citra sanguinem Imperium adeptus, statim adversus Chalcedonensem Synodum insurrexit, & promulgata sanctione eandem Synodum ab omnibus Episcopis damnari præcepit. Ac primum quidem Timotheum Ælurum ab exilio revocavit. Petrum deinde Fullonem sedi suæ restitui jussit, ut tradunt Theodorus Lector & Theophanes. Quibus rebus acceptis, Julianus Antiochensis Episcopus gravi dolore perculsus interiit. Petrus igitur Fullo cùm Antiochenam sedem Præsule suo viduatam reperisset, eam iterum occupavit. Ac primum quidem Joannem quendam qui Synodali sententia depositus fuerat, Episcopum Apamenis ordinavit. Sed cum Apameni Joannem Episcopum admittere noluissent, Joannes Antiochiam reversus, adversus Petrum auctorem Episcopatus sui insurrexit. Et collectâ Episcoporum Orientalium Synodo, Petrum è sede sua deturbavit. Ipse in ejus locum suffectus trium circiter mensium spatio Episcopatum obtinuit, ut tradit Theophanes in Chronico. Joanne igitur post trimestre spatium depositio, communi Orientalium Episcoporum suffragio Stephanus Episcopus Antiochiæ ordinatur anno Christi 378. Qui mox Synodicas litteras ad Acacium Constantinopolitanum Episcopum misit, quibus ei & ordinationem suam, & damnationem Petri ac Joannis Antiocheni significabat. His litteris acceptis, Acacius Synodum Episcoporum qui tunc fortè Constantinopoli morabantur, collegit, & Petrum Fullonem ac Joannem supra memoratum, una cum Paulo quodam Ephesiorum, ni fallor, Episcopo damnavit: Deque ea re litteras scripsit ad Simplicium Papam, petens ab Apostolica sede, ut si fortè ad eam confugerent, nec visu dignos eos haberet; & si jam aliquam indulgentiam forsitan impetrassent, irritam esse debere affirmans; nec eorum pœnitentiam recipiendam esse. Hujus epistolæ verba, haud certè sensum ipsum refert Gelasius in gestis de nomine Acacii. Meminit etiam ejusdem epistolæ Acacii ad Simplicium Gelasius Papa in epistola ad Orientales his verbis: *Hic autem ille*, est Petrus Antiochenus quem nec per pœnitentiam ad communionem Catholicam recipi etiam à sede Apostolica popposcit Acacius.“ Sed & Felix Papa in epistola quam scripsit universis Archimandritis & Monachis Constantinopoli & per Bithyniam consistentibus, ejusdem epistolæ meminit ita dicens: Adjectum etiam tunc cùm ista in examinatione tractantur, quod Acacius Joannem illum Tyriorum Ecclesiæ fecerit præsidere, qui Apamenis à Petro Antiochenæ Ecclesiæ tyranno fuerat Episcopus ordinatus, sed minime receptus, proprio Ordinatore depulso eandem sedem non timuit occupare. Quos tunc hypocrita Acacius ita fecit ab Apostolica sede damnari, ut his etiam Christianorum vocabulum tolleretur, quod gesta apud eum habita manifestant.“ Ex quibus verbis colligitur, Petrum Fullonem in Constantinopolitana Synodo ab Acacio esse damnatum. Hæc enim verba Felicis Papæ; quod gesta apud eum habita manifestant, non nisi de Synodalibus gestis intelligi possunt.“ Cæterum in iisdem litteris ad Simplicium Papam Acacius etiam de Paulo quodam retulerat, ut didici ex epistola Gelasii Papæ ad Orientales quæ sic habet: Quos si à fide integra, communioneque Catholica putaretis errare, ad

Apostо-

Apostolicam sedem, secundum scita majorum & sicut semper est factum, referre debuistis: sicut de Petro Alexandrino, vel de Antiocheno Petro, de Joanne & Paulo feciſſe monstratur Acacius. Sed & in commonitorio ad Faustum, ejusdem Pauli & Joannis mentionem facit. Quos ab Apostolica sede damnari ac deponi fecit Acacius. Quem etiam præceptionem sedis Apostolicæ executum fuisse, ibidem ait Gelasius. Equidem non dubito, quin hic Paulus de quo Acacium ad Simplicium Papam retulisse scribit Gelasius, sit Ephesinus Episcopus; qui dum ob quædam crimina exutus fuisset Episcopatu, Basiliſci tyranni temporibus restitutus fuerat per Timotheum Ælurum & Paulum Antiochenum Episcopum, ut scribit Evagrius in libro 3. cap. 5. & 6. Porro Simplicius Papa, acceptis Acacii litteris, in quibus de Petro & Joanne Antiochenis retulerat, continuò respondit, eos à se damnatos esse significans, & ab Ecclesiæ communione præcisos. Et epistola quidem Simplicii ad Acacium ea de re scripta, hodie non extat. Ejus tamen meminit ipse Simplicius in epistola ad Zenonem Augustum, qua ei gratulatur ob vindicatam sedem Stephani Antiochensis Episcopi. Ubi Simplicius inter cætera hoc "dicit: Sed ut loquar fiducialiter Principi Chri-"stiano, si præteritarum litterarum, quas de "Petri aliorumque nomine ad fratrem & Co-"episcopum meum Acacium scripsisse memi-"ni, ordo teneretur, ad hoc non potuit per-"venire quod jure nunc meruit vindicari. Man-"daveram namque, ut facta suggestione pietati "vestræ, prædictus ut & cæteri qui per occasio-"nem tyrannicæ dominationis invaserant Eccle-"sias Dei, extra metas vestri pellerentur Impe-"rii, &c. Eadem repetit Simplicius Papa in epistola quam de eadem re scripsit ad Acacium. Nec dubium est quin de Antiocheno Petro hic loquatur Simplicius Papa. Etsi enim de Alexandrino Petro idem Acacio mandaverat Simplicius, ut ex ejus epistolis cognoscimus, tamen cum hic sermo sit de Antiochena Ecclesia, non de alio Petro loqui existimandus est Simplicius, quàm de Antiocheno. Et hæc est Baronii sententia. Quatuor igitur Synodis condemnatum Petrum Fullonem jam vidimus. Quarum prima quidem & secunda Orientalium fuit Episcoporum, Antiochiæ collecta; tertia fuit Constantinopolitana; quarta Romana.

Caput III.

STephanus cum per anni circiter spatium Antiochenam Ecclesiam gubernasset, ab hæreticis crudeliter in Ecclesia interfectus est. Cadaver ejus tractum per urbem & in Orontem fluvium projectum est anno Christi 479. post Consulatum Illi viri clarissimi, ut ex epistolis Simplicii Papæ rectè observavit Baronius. Quam ob cædem graviter commotus Zeno, misit Antiochiam qui hoc facinus vindicarent, & in auctores seditionis animadverterent. Antiocheni vero, Legatos ad Imperatorem miserunt qui veniam deprecarentur, peterentque ab Imperatore, ut ad vitandos tumultus Episcopus ipsis Constantinopoli ordinaretur. Igitur Zeno eorum petitionibus annuens, mandavit Acacio Constantinopolitano Episcopo, ut Antiochenum Antistitem in urbe regia ordinaret. Idque factum pacis Ecclesiasticæ causa, tam Imperator ipse, quam Acacius apud Simplicium Papam excusavit, polliciti ordinationem Antiocheni Antistitis juxta Canonum præcepta à comprovincialibus Episcopis posthac esse faciendam. Et litteræ quidem Zenonis atque Acacii hodie non extant. Verum litteræ Simplicii Papæ quas ad utrumque rescripsit, etiamnum habentur. In quibus hæc verba leguntur inter cætera: Si præteritarum litterarum quas de Pe-" tri aliorumque nomine ad fratrem & Coepisco-" pum meum Acacium scripsisse memini, ordo" teneretur, ad hoc non potuit pervenire, quod" jure nunc meruit vindicari. Mandaveram" namque ut facta suggestione pietati vestræ," prædictus ut & cæteri qui per occasionem ty-" rannicæ dominationis invaserant Ecclesias Dei," extra metas vestri pellerentur Imperii; ne" pestiferis sensibus quibusque simplicioribus ore" sacrilego virus infunderent, & verbis impiis" contra fidem orthodoxam innocentiores ani-" mas fauciarent." His piis ac salutaribus monitis Simplicii Romani Pontificis permotus Zeno, Petrum Fullonem Pityuntha in exilium misit, qui locus est in Ponto circa fines Imperii Romani situs, & noxiorum exilio deputatus, ut testatur Justinianus in Novellis. Sed Petrus Fullo clam Pityuntha digressus, ad sanctum Theodorum se contulit, qui erat in oppido Euchaitorum, ut tradunt Theophanes & Cedrenus. Quisnam sit hic Theodorus, equidem nondum comperi; nisi fortè sit Theodorus Trichinas, cujus mentio sit in Græcorum Menologiis, die Aprilis vicesimo. Ordinatus est igitur ab Acacio Antiochensis Episcopus, Stephanus junior, vir pietate spectabilis. Qui cum tres annos sedisset, variis hæreticorum seditionibus agitatus, post ejus obitum Zeno præcepit iterum Acacio, ut in urbe regia Episcopum Antiochensibus ordinaret. Acacius igitur Constantinopoli, Calendionem ordinavit Antiochensem Episcopum, ut scribunt Theodorus Lector ac Theophanes, & ante eos Gelasius in gestis de nomine Acacii. Orientales autem Episcopi, tanquam nescientes id quod actum erat Constantinopoli, Joannem nomine Codonatum eidem Antiochenæ Ecclesiæ consecrant Episcopum, ut scribit Victor Thuronensis in Chronico post Consulatum secundum Longini, & Theophanes, pag. 110. id factum est anno Christi 482. Trocundo & Severino Coss. ut discimus ex epistola Simplicii Papæ ad Acacium. Ordinatus Constantinopoli Calendio, mox Antiochiam profectus est. Ubi collectâ Episcoporum Provincialium Synodo, primò qui-

quidem ordinationem suam omnium suffragio comprobari voluit; deinde Synodicam epistolam misit ad Simplicium Papam per Anastasium Episcopum. Qui per Constantinopolim transiens, acceptis ab Acacio intercessionis litteris, Romam profectus est. Ubi cum litteras Calendionis simul & Acacii Simplicio obtulisset, Simplicius libenti animo Calendionem in communionem suam suscepit. Litteras quoque ejus rei testes Anastasio tradidit, tum ad Calendionem, tum ad Acacium perferendas. Extant hodie litteræ Simplicii ad Acacium quæ sic habent. Antiocheni exordium sacerdotis, qua "ratione fuerit serius indicatum, quamvis nos "minime latere potuerit, tamen & ipse, vel "Synodus ipsius indicavit. Quod sicut non optavimus fieri, ita faciles excusationi quam necessitas fecit, extitimus; quia quod voluntarium "non est, non potest vocari in reatum, &c. Data idibus Juliis Severino V. C. Coss. Quot annos Calendio Episcopatum gesserit, non convenit inter antiquos. Theophanes quidem in Chronico quatuor ei annos assignat. Victor autem Thuronensis tres duntaxat ei tribuit. Sed in Victore Thuronensi mira est annorum perturbatio. Baronius in Annalibus Ecclesiasticis annum tantummodo ei tribuit. Verum biennii spatio eum sacerdotio functum esse reperio. Certè Gelasius Papa in gestis de nomine Acacii, cum post damnationem Acacii in Synodo Romana factam, depositum esse testatur. Synodus autem Romana adversus Acacium celebrata est anno Christi 484. Theoderico & Venantio Coss. Depositus autem est Calendio, specie quidem propterea quod Illo favisset qui tyrannidem arripuerat Antiochiæ; sed re verâ eo quod à Felicis Papæ & à Joannis Alexandrini communione sese abrumpere noluisset, ut testatur Liberatus. Pulso in hunc modum Calendione, Petrus Fullo à Zenone Imperatore in sedem Antiochenam remissus est. Id factum suggestione Acacii, in odium Felicis Papæ, à quo damnatus paulo ante fuerat Acacius, affirmat Gelasius in gestis de nomine Acacii sub finem, ita scribens: "Cujus audacia deteriora committens, etiam Pe"trum Antiochenum, ejecto Catholico Calen"dione quem ipse ordinaverat, ad Antioche"nam misit Ecclesiam. Idem quoque testatur Felix Papa in epistola 2. ad universos Presbyteros & Archimandritas Constantinopoli & per "Bithyniam constitutos, his verbis. Sic au"tem Acacius impietatem pestiferæ damnatio"nis tetendit, ut etiam dejectus insultet, ut "scissus sævire non desinat; & cum omnino ex"tra corpus habeatur, ejus tamen membra di"laceret, & de se scriptum esse testetur. Im"pius cùm venerit in profundum malorum, "contemnit: Adjiciens deteriora prioribus, "persequendo jam mortuus; ejus anima gravi"ter delinquendo condemnationem secundæ mor"tis incurrit; qui Calendione Episcopo sancto "quemadmodum cognovimus, nuper ejecto, "Petrum toties & ante à se damnatum in ejus "immisit Ecclesiam, ita ut plurimi, si verum est, Catholici cesserint relictis suis sedibus sacerdotes, & nostræ projectæ sint porcis & canibus margaritæ. Gelasius tamen in epistola ad Orientales, Petrum Fullonem à Zenone Imperatore introductum esse dicit in sedem Antiochenam. Verba Gelasii sunt hæc: Ut taceam quod per Zenonem Imperatorem, qui utique Antiocheno Petro quem introduxerat, & cujus sacerdotium comprobaverat, sine dubio comunione permixtus communicabat Acacius. Idem Gelasius in epist. 13. ad Episcopos Dardaniæ, Zenonem quidem id sua auctoritate fecisse scribit: Sed Acacium id fieri passum esse; & palam quidem à Petri Antiocheni communione abstinuisse; Imperatori tamen Petrum promoventi minime restitisse. Zenonem itaque in litteris suis scripsisse ait, istud à se factum esse ex consilio ac dispositione Acacii. At Calendio cùm se per fraudem & calumniam destitutum videret, litteras scripsit ad Felicem Papam, quibus ei & destitutionem suam, & violentam Petri Fullonis post tot damnationis sententias restitutionem nuntiabat. Quibus cognitis Felix Papa habitâ Synodo apud sanctum Petrum, cui interfuerunt quadraginta tres Episcopi, Petrum Fullonem Antiochensis Ecclesiæ pervasorem, & unà cum illo Petrum Moggum Alexandrinum Episcopum, & Acacium Constantinopolitanum damnavit. Damnationis sententiæ primus inter Episcopos qui Concilio intererant subscripsit Candidus Tiburtinus, his verbis: Candidus Tiburtinæ civitatis Episcopus, Petro Alexandrinæ Ecclesiæ pervasori, & Acacio quondam Ecclesiæ Constantinopolitanæ, nec non etiam Petro Antiocheno, ab Episcopatus & Christianorum numero olim jure & merito segregatis, omnibusque sequacibus eorum, sequens auctoritatem Sedis Apostolicæ secundum nostrum & Catholicæ Ecclesiæ statum justa deliberatione prolatam, anathema dicens subscripsi. Et quadraginta duo Episcopi similiter subscripserunt. Hæc est quinta Petri Fullonis damnatio, facta à Felice Papa in secunda Synodo Romana quæ habita est causa Antiochenæ Ecclesiæ, anno Christi 484. ut supra demonstratum est. Prima enim Synodus Romana, sub eodem Felice Papa collecta fuerat ob causam Alexandrinæ Ecclesiæ, & ob prævaricationem Vitalis ac Niseni Episcoporum eodem anno, Consulatu Theoderici & Venantii.

Caput IV.

HÆc sunt quæ de Petri Fullonis damnationibus ex optimis Scriptoribus, & ex certissimis documentis collegimus. At Baronius in Annalibus Ecclesiasticis, eumque secutus Binius in collectione Conciliorum generalium, duas præterea Synodos in quibus Petrus Fullo damnatus est, nobis obtrudunt: Constantinopolitanam scilicet ab Acacio collectam, anno Christi 483. & Romanam, habitam à Felice

lice Papa eodem anno. Epistolas etiam proferunt multorum Episcoporum, partim occidentalis, partim orientalis Ecclesiæ. Quas ego falsas esse ac supposititicias conabor ostendere. Hujus enim rei potissimum causa, tota hæc à me susceptа est disputatio; ac primo quidem loco de epistolis dicam, quarum falsitatem non difficile erit convincere. Omnes illæ epistolæ à diversis Episcopis ad Petrum Fullonem scriptæ, quæ leguntur in tomis Conciliorum, & in Annalibus Baronii, ex Græco sermone in Latinum conversæ sunt. Quod quidem evidenter apparet, tum ex elocutione quæ barbara est & inconcinna, tum ex eo quod duæ habentur earum interpretationes longe inter se diversæ. Porro Græcæ illæ epistolæ falsitatem suam multis indiciis produnt. Primo enim nomina ipsa Episcoporum qui ad Petrum Fullonem scribunt, haud dubie conficta sunt & commentitia. Cui enim notus est Faustus Apolloniadis, Pamphilus Abydorum, Asclepiades Trallium, Anthæon Arsinoes Episcopi. Cui compertus est Quintianus Episcopus Asculanus, aut Justinus Episcopus Siciliæ? Neque enim additum est nomen urbis: sed totius Insulæ Episcopus appellatur. Nullus certè ex istis Episcopis, in Historia illorum temporum nominatus reperitur. Et Felicem quidem Romanæ urbis Episcopum atque Acacium Episcopum urbis Constantinopolitanæ per litteras corripere atque admonere Petrum Fullonem, ut ad meliorem frugem revertatur, haudquaquam certè miramur; id enim juris habuerunt in collegam & consortem Patriarchalis dignitatis. Isti vero modicarum urbium Episcopi, nulla auctoritate præditi, & in diversis Provinciis longè ab Antiochensi Diœcesi positi, qua ratione impulsi sunt, ut Antiochenum Patriarcham scriptis ad eum litteris admonerent. Quibus id sufficere oportebat, ut Petri Fullonis hæreticam novitatem ad suos Patriarchas deferrent. Ipsi vero per se ac suo nomine ad Petrum Fullonem scribere nequaquam debuerant; verum id munus Metropolitanis suis ac primatibus reservare. Denique omnes illæ epistolæ, licet à diversis Episcopis & ex Provinciis longe inter se dissitis conscriptæ, uno tamen eodemque stylo elaboratæ sunt, id est, rudi ac barbaro sermone. Quo maximè argumento falsitas earum deprehenditur. Neque enim fieri potest, ut tam diversarum nationum Episcopi eodem prorsus genere sermonis utantur. Præterea cur Episcopus Asculanus, cur Pontifex Romanus Græcè scribit ad Petrum Fullonem? Neque enim solebant illis temporibus Episcopi Romani alia quàm Latina lingua litteras scribere ad Episcopos Græcos, ut testantur Epistolæ Pontificum Romanorum. Quid autem dicturi sumus de epistola Flacciani Rhodopensis Episcopi ad eundem Petrum Fullonem scriptâ, quam ex codice Vaticano primus protulit Baronius ad annum Christi 483. In quâ post exordium insulsum penitus atque ineptum leguntur hæc verba: "Quis est igitur qui pro-"cellas excitavit hæresum, nisi tu qui sollici-"tasti aures Principis Innocentis, & falsis litte-"ris cor Pontificis erexisti, ut ad communionem te susciperet, dicendo: Non mihi fiat" ulterius crucem apponere Trinitati, prædicando tantum Christum crucifixum. Cui enim" non videatur horrere sermo impudentiæ? Ubi" ergo ex hoc declinans remaneam non susceptus" à vobis; & ubi sunt viscera Christi ad Petrum?" Baronius ait hæc esse verba ex epistola Petri ad Acacium, scripta tunc cum se simulavit esse Catholicum, eo consilio ut susceptus in communionem Acacii, sedem suam recuperaret. Verum ex Gelasii Papæ epistola ad Orientales, constat Acacium nunquam Petro Fulloni communicasse. Scribit enim Gelasius in epistola supra memorata, idque frequenter inculcat, gloriari solitum esse Acacium, quod Petro Antiocheno, id est Fulloni, nunquam communione sociatus fuisset. Idem quoque testatur in epistola 13. ad Episcopos Dardaniæ. "Quâ Synodo" Calendionem idem expelli fecit Acacius? nihilominus eidem Petrum tam manifestum hæreticum, ut eidem palam nec se communicare præ-" tenderet, sua passus est dispositione substi-" tui. Sic enim locus ille scribendus est." Quo igitur modo litteras ab eo accepit Acacius aut ad eum misit, fratrem illum appellans. Sic enim legimus in epistola illa Acacii ad Petrum Fullonem. Postremo, quid ineptius est iis verbis quæ leguntur in epistola 3. Felicis Papæ ad eundem Fullonem, qua damnationis sententiam in eum contorquet. "Etenim sit in te hæc fixa damnatio à" me, & ab his qui sub me constituti Episcopa-" les sedes gubernare noscuntur, & Acacio Con-" stantinopolitanæ Ecclesiæ pastore, & venerabi-" libus Episcopis ejus juri subjectis, tanquam &" ipsis minime consentientibus, &c." Multa sunt in his verbis quæ tolerari non possunt. Primò enim hic mos non erat Pontificum Romanorum, ut Episcoporum qui unà cum ipsis in Synodo confederant, in decretis suis ac sententiis mentionem ullam facerent. Certè hanc consuetudinem fuisse Pontificum Romanorum Felix ipse testatur in epistola secunda ad universos Presbyteros & Archimandritas Constantinopoli & per Bithyniam constitutos, his verbis: "Quoties" intra Italiam propter Ecclesiasticas causas, præ-" cipuè fidei, colliguntur Domini sacerdotes," consuetudo retinetur ut Successor Præsulum" Sedis Apostolicæ ex persona cunctorum totius" Italiæ sacerdotum, juxta sollicitudinem Eccle-" siarum sibi competentem cuncta constituat." Quid quod Acacium sibi adjungit, quasi ejus sententiam in damnando Petro Antiocheno secutus esse videatur; omissa mentione Simplicii Papæ, à quo idem Petrus diu ante fuerat condemnatus, quemadmodum supra docuimus. Cæterum notandum est, in Græco textu hujus epistolæ longe aliam scripturam haberi: Sic enim legitur: κ᾽ γε πεπαγιωμένη ἐς ω σὲ ἡ καθαίρεσις αὕτη ὑπ᾽ ἐμοῦ, καὶ τῶν διαπόντων μετ᾽ ἐμοῦ τὸν ἀποστολικὸν θρόνον, &c. Id est: *Hæc igitur tui depositio fixa sit à me, & ab iis qui mecum Apostolicam sedem gubernare noscuntur.* Quæ verba de Presbyteris & Episcopis Cardinalibus potius intelligenda sunt, qui quasi Coadjutores quidam erant Romani Pontificis, ut in quadam

epistola loquitur Petrus Cluniacensis. Dicet hic fortasse aliquis, eas epistolas non ex Græco in Latinum sermonem esse translatas; sed Græcas potius ex Latinis factas videri; ego vero in præsentiarum id non inquiro. Hoc tantum dico, etsi epistolas illas demus ex Latino sermone in Græcum conversas esse, ne sic quidem à falsi nota & suspicione liberari. Nam quæ supra attulimus argumenta ad convincendam earum falsitatem, in utramque partem valent. Et hæc quidem adversus epistolas illas supra memoratas dicta sufficiant. Nunc ad Synodos ipsas veniamus, Constantinopolitanam scilicet ac Romanam. Has Baronius eumque secutus Binius, adversus Petrum Fullonem Antiochenum Episcopum collectas esse dicunt anno Christi 483. Consulatu Fausti viri clarissimi. Atqui Petrus Fullo eo anno nondum Antiochenam sedem invaserat. Nam Calendio per vim & calumniam depositus est anno sequente, qui fuit Christi 484. statimque in ejus locum Petrus est subrogatus, ut ex certissimis testimoniis Felicis ac Gelasii Romanorum Pontificum superius ostendimus. Deinde quorsum Acacius Petrum Fullonem iterum damnare necesse habebat, quem Simplicii Papæ temporibus in Constantinopolitana Synodo jam ante damnaverat, ut supra demonstratum est ex epistola ipsius Acacii ad Simplicium Papam, & ex litteris Felicis Papæ ad universos Presbyteros & Archimandritas Constantinopoli & per Bithyniam residentes. Quorsum item Felix necesse habebat, Petrum Fullonem sententiâ suâ damnare, qui jam antea à Simplicio fuerat condemnatus? Quod si quis respondeat novum crimen Petri extitisse, ac proinde opus fuisse nova damnatione, nego novum ullum crimen admissum tunc esse à Petro Fullone. Clausula enim illa, *qui crucifixus es pro nobis*, diu ante annum Christi 483. & 484. à Petro Fullone adjecta fuerat Trisagio. Nec in tertia ejus restitutione, sed post primum enthronismum, Leone Augusto Imperium gubernante, addita fuerat à Petro, ut docet Theodorus Lector in libro primo, & Theophanes in Chronico, & Cedrenus.

Caput V.

NOtandum porrò est clausulam illam à Petro Fullone adjectam hymno Trisagio, in orientalibus Ecclesiis perpetuò deinceps usurpatam fuisse à Catholicis sacerdotibus, licet Constantinopolitana Ecclesia, & pleræque Occidentalium, clausulam illam rejicerent. Certè Ephremius Patriarcha Antiochenus, quem Catholicum fuisse constat, adhuc sua ætate passim in omnibus Orientis Ecclesiis clausulam illam cani solitam esse testatur in epistola ad Zenobium Scholasticum; nec ullum dissidium inter Orientales & Occidentales hujus rei causa extitisse; cum Orientales quidem hymnum illum Trisagium ad Christum referrent: Occidentales vero eum referrent ad Trinitatem. Ex quo etiam convincitur falsitas epistolarum quas supra memoravi, Felicis scilicet & Acacii. Nam si Petrus Fullo ob adjectionem illius clausulæ à Sede Romana & Constantinopolitana damnatus fuisset, nunquam profecto appendix illa Trisagii retenta esset ab Orientalibus, nec Constantinopolitani & reliqui Occidentales communicare deinceps sustinuissent Orientalibus, qui eam clausulam retinebant. Adde quod Avitus Viennensis Episcopus, in epistola ad Gundobadum Burgundionum Regem, clausulam illam: *Qui crucifixus es propter nos, miserere nobis*, ambabus, quod ajunt, ulnis amplectitur, & hæreticos censet eos qui illam rejicerent. Quod profecto nunquam ab Avito factum esset, si Petrus Fullo ob ejus clausulæ adjectionem à Felice Papa in Romana Synodo damnatus fuisset. Vixit enim Avitus paulò post tempora Felicis Papæ, Sedi Romanæ addictissimus.

DE

DE DUABUS SYNODIS ROMANIS, IN QUIBUS DAMNATUS EST ACACIUS.

Caput I.

HIstoriam damnationis Acacii rectè quidem ac diligentissimè, ut solet, exposuit Baronius in Annalibus Ecclesiasticis. Unum tamen est quod ejus diligentiam fugit. Neque enim animadvertit Acacium à Felice Papa bis damnatum fuisse. Sed neque Blondellus, qui Acacii Historiam post Baronium retractavit, in libro de primatu Ecclesiæ id observasse deprehenditur. Et Baronio quidem danda est venia, quippe qui nullum habebat veterem Scriptorem, ex quo iteratam hanc Acacii damnationem haurire posset. Blondellus verò excusari nullo modo potest, qui gesta de nomine Acacii à Jacobo Sirmundo edita studiosè legerat, in quibus disertè scriptum habetur id quod dixi. Sic enim loquitur Felix Papa in epistola ad Vetranionem Episcopum. "Unde meritò præ"dictus Acacius, Apostolicæ Sedis, quæ nunc "executrix utique sæpe dicti Chalcedonensis Con"cilii pro fide Catholica tunc probati non defuit, "iterata excommunicatione depulsus est, ne per "eum, quod absit, nos quoque reddamur com"plices perditorum." Nostrum igitur est sedulo inquirere, quando primùm, & quando iterum ab Apostolica sede excommunicatus fuerit Acacius.

In Caput II.

PRimum quidem damnatus est Acacius in Synodo Romana quæ collecta est anno Christi 484. Venantio & Theodorico Coss. ad audiendam rationem legationis Vitalis atque Miseni. Huic autem legationi causam dederat Joannes Alexandrinus Episcopus, quem Græci quidem Tabennesiotam cognominant, eò quòd esset ex numero Tabennensium Monachorum, qui apud Canopum Monasterium habebant jam inde à Cyrilli Episcopi temporibus: Liberatus verò Talaiam perpetuò cognominat, vel Talaidam. Sic enim scribit Baronius: Ego verò Thladiam mallem rescribere, id est Eunuchum. Ita enim Græci appellare solent Spadones. Hic Joannes post mortem Timothei Salofacioli, à Catholicis ordinatus est Episcopus Alexandriæ anno natalis Dominici 481. Statimque post ordinationem suam Synodicas litteras ex more misit ad Simplicium Papam, & ad Calendionem Episcopum Antiochiæ, ut ex Gelasio in gestis de nomine Acacii, & ex Liberati Breviario didicimus. Ad Acacium verò Constantinopolitanum Episcopum Synodicas mittere neglexit, seu quod amicitiæ Hilli magistri officiorum nimis confideret, seu quod jam diu antea infensus erat Acacio, ut innuit Liberatus. Ea res Acacii animum graviter commovit. Qui se à Joanne despectum videns, Imperatoris animum adversus eum exasperavit, minus idoneum Episcopatui Alexandrino eum esse dicens, qui olim de Ecclesia exire voluisset, & Timotheo Salofaciolo suasisset, ut nomen Dioscori sacris diptychis insereret; ad hæc perjurii reum esse affirmans, quippe qui jurasset olim Imperatori, nunquam se Alexandrinam sedem ambiturum. Petrum verò Mongum magis idoneum esse Episcopatui asserebat, utpotè gratum atque acceptum populo Alexandrinorum; ejusque opera Ecclesias urbis Alexandrinæ ac totius Ægypti ad unitatem reduci posse. His adductus Imperator Zeno, scripsit primo litteras ad Simplicium Papam per Uranium subadjuvam, quibus Joannem supra memoratum, tanquam perjurii reum, quod quidem Acacio etiam Episcopo notum esse perhibebat, sacerdotio judicabat indignum. Satius autem esse dicebat, ut ad procurandam Ecclesiarum Ægypti unitatem atque concordiam, Petrus in eam sedem restitueretur. His Imperatoris litteris acceptis, Simplicius Papa qui Joannis Apochrisarios in communionem suam recipere, ejusque ordinationem sententia sua confirmare jam paratus erat, pedem repressit, ne contra Imperatoris testimonium quidquam præproperè egisse videretur. Mox per eundem Uranium subadjuvam rescripsit Imperatori: Quod quidem ad Joannis

ordinationem attinet, lecto Imperatoris testimonio suspendisse se ab ejus confirmatione; quod verò ad restitutionem attinet Petri, eum utpote hæreticum & ab hæreticis postulatum, nec posse nec debere restitui, quippe qui Apostolico judicio damnatus, in pristino errore adhuc permaneret. Scripsit etiam Simplicius litteras ad Acacium Constantinopolitanum Episcopum, quæ etiamnum extant. Harum litterarum mentio fit in libello citationis, per Vitalem ac Misenum legatos ad Acacium directo. At Zeno cùm id quod maxime cupiebat, restitutionem scilicet Petri, sibi à Simplicio denegatum videret, graviter offensus est, quemadmodum testatur Gelasius in gestis de nomine Acacii. Spreta igitur responsione Simplicii Papæ, scripsit ad Pergamium Ducem Ægypti & ad Apollonium Augustalem, ut Joannem quidem ex urbe Alexandrina expellerent, Petrum vero in Episcopali sede collocarent. Has Imperatoris litteras Amon Abbas, & qui cum illo erant Apochrysarii Petri, ex urbe regia Alexandriam detulerunt; hunc in modum ejectus Joannes, Romam ad Simplicium se contulit, ut ejus ope ac suffragio pristinam sedem recuperaret. Ac Simplicius quidem Papa eum benignè, uti par erat, excepit, & ad eum omni ope juvandum ac restituendum, promptum se ac paratum exhibuit. Verum fatali morte præreptus, totum illud negotium Successori suo perficiendum reliquit. Mortuo Simplicio Papa anno natalis Dominici 483. Cœlius Felix in ejus locum substituitur. Cui mox post peracta ordinationis solennia, in celeberrimo Conventu Episcoporum totius taliæ, Joannes Alexandrinus Episcopus libellum obtulit, varia adversus Acacium criminationis capita continentem. Felix igitur ex consilio Episcoporum, legationem ad Zenonem Imperatorem mitti decernit. Electi ad id munus obeundum Vitalis ac Misenus Episcopi, cumque his Felix defensor Ecclesiæ Romanæ, perituri ab Imperatore, primò quidem ut Chalcedonense Concilium firmaretur; deinde vero ut Petrus tanquam hæreticus ex Alexandrina pelleretur Ecclesia; utque Acacius Romam mitteretur, libello Joannis Alexandrini responsurus, quemadmodum scribit Evagrius in libro tertio Historiæ Ecclesiasticæ. Extant hodieque epistolæ duæ Felicis Papæ ad Zenonem Augustum, quas Vitalis & Misenus Episcopi secum detulerunt, in quibus continetur id quod supra dixi. Illud autem inprimis observandum est, quod cum in supradictis litteris Felix omni studio ab Imperatore contendat, ut Petrus de Alexandrina sede exturbetur, de Joanne tamen in suum locum restituendo ne verbum quidem ullum dicit. Quod quidem prudenti consilio à Felice factum esse suspicor, ne Imperator Joannis nomine offenderetur. Invisus enim erat Zenoni Joannes, tum ob admissum perjurium ut jam dixi, tum ob amicitiam quæ ei cum Hillo intercedebat. Nam & ante Episcopatum Joannes cùm esset Oeconomus Ecclesiæ Alexandrinæ, & omnium Ecclesiarum reditus ac pecunias administraret, multa munera ad Hillum Magistrum officiorum miserat, quibus ejus gratiam ac suffragium sibi compararet. Et posteaquam Episcopatu dejectus fuisset, eundem Hillum adierat Antiochiæ, de rebus suis cum eo collocuturus, ut scribit Liberatus in Breviario. Detulerunt præterea iidem Legati Sedis Apostolicæ, litteras Felicis Papæ ad Acacium, quibus eum admonebat Felix, ut memor veteris instituti, sese ab omni suspicione liberaret, & pro Chalcedonensis Concilii auctoritate firmanda modis omnibus apud Principem laboraret. Dum hæc legatio in itinere esset, Cyrillus Acœmitensium Præfectus, litteras misit ad Felicem Papam, quibus de nimia ejus tarditate conquerebatur, cùm interim tam gravia ac nefaria contra rectam fidem admitterentur. Scripsit itaque Felix ad Vitalem ac Misenum Episcopos, ne quidquam agerent, priusquam cum Cyrillo collocuti essent, & quid agendum esset ab eo didicissent. Alias etiam instructiones seu commonitoria ad eos misit. Alteram item Epistolam ad Zenonem Augustum, in qua tum de Chalcedonensi Concilio, tum de persecutione Catholicorum ab Hunerico in Africa excitata, eum commonebat, ut testatur Evagrius. Verum hæ posteriores Felicis ad Zenonem litteræ hodie non extant. Legati cum Abydum venissent, illic ab Imperatoris satellitibus comprehensi, & chartis eorum ablatis, custodiæ mancipati sunt. Anastasius quidem Bibliothecarius, apud Heracleam Thraciæ oppidum eos captos esse scribit. Verum Theophanem potius sequendum esse existimo; quippe qui in hujus rei narratione certiora dixerit quàm Anastasius. Conjectis in custodiam Legatis, primo quidem minatus est Imperator sese eos interfecturum, nisi Petro & Acacio communicarent. Sed cum minæ nihil proficerent, ad blanditias conversus, donis ac muneribus eos corrumpere aggressus est. Addito etiam jurejurando, tam ipse quam Acacius iisdem pollicitus est, integram causam Apostolicæ Sedi servandam esse, nec ullum inde præjudicium causæ futurum, si Legati cum Acacio ac Petro communionis societatem iniissent. Testatur id Gelasius Papa in epistola ad Episcopos Dardaniæ, haud procul ab initio ita scribens: Sed Acacius non solum " despexit satisfacere postulatis, verum etiam ipsam Legationem Sedis Apostolicæ, blandimentis, præmiis perjuriisque deceptam, quibus ei cum Imperatore promisit, integram " Præsulis Apostolici causam de omnibus esse " servandam, Petri communione pollutam redire perfecit. His artibus decepti Legati, " cum è custodia producti essent, unà cum " Acacio & Petri Apocrisiariis ad Ecclesiam processerunt, & Missarum solennia celebrarunt, reclamantibus licet Orthodoxis, & prævaricationem hanc esse ac perditionem rectæ fidei, semel

semel, iterum ac tertiò contestantibus. Primum quidem protestationis libellum funiculo ad hamum circumligantes, uni ex Legatis suspenderunt; secundum verò in codicem immiserunt: tertium olerum cophino inserentes, ad Legatos miserunt, ut scribit Theophanes in Chronico. Cujus verba ex versione Anastasii Bibliothecarii ita sunt corrigenda: δεύτερον δὲ τῷ βίκῳ ἐνίβαλον. His ita gestis, Legari sedis Apostolicæ opperti ignominia ac dedecore revertuntur; cùm non solum ea ad quæ agenda missi fuerant, non egissent: sed cum Petro, ad quem expellendum directi erant, inita communione polluti essent. Porro Zenonis & Acacii litteras, quas illi ad Felicem Papam rescripserant, Romam redeuntes secum detulerunt, plenas contumeliarum in Joannem: Petri verò laudibus ac præconiis refertas. Epistolæ quidem Zenonis Augusti partem refert Evagrius in libro 3. De Acacii autem epistola Felix Papa, & Synodus Romana, & Gelasius in gestis de nomine Acacii passim loquuntur. Post discessum Legatorum ex urbe Constantinopoli, Felix defensor Ecclesiæ Romanæ, quam Felix ex Latere suo Legatum miserat, cùm Vitalis atque Misenus ex sacerdotali collegio delecti fuissent, ut testatur Felix in libello ad Zenonem Augustum, cogente morbi necessitate tardius subsecutus, ita contumeliosè exceptus est ab Acacio, ut nec eum in conspectum suum admittere sustinuerit, ut testatur Felix in sententia damnationis Acacii. Addit Liberatus Felicem præterea detrusum esse in custodiam, & chartas ejus ablatas: ideo scilicet quod Acacio ac Petro, sicut Vitalis ac Misenus fecerant, communicare noluisset. Priusquam Legati Romam reversi essent, fama adventum eorum præveniens, prævaricationem eorum ubique divulgaverat. Sed & Monachi Acœmitenses, quorum dux erat Symeones, veloci cursu prægressi, Felicem Papam de cunctis quæ acta erant Constantinopoli, certiorem fecerant. Tandem igitur ingressis in urbem Legatis, Felix Papa Synodum sexaginta septem Episcoporum collegit in Basilica beati Petri. Illic Vitalis ac Misenus cùm legationis sibi mandatæ rationem reddere juberentur, ad vanas excusationes conversi, vim sibi factam, seque hostili more captos, & in carcerem detrusos chartis omnibus sibi ablatis, conquesti sunt. Fraudibus denique ac fallaciis circumventos, se nescientes Petro Alexandrino communicasse dixerunt. Quæ cùm dicerent, inductus in judicium Symeones Monachus, convicit eos mendacii. Eo enim tempore quo ad celebranda Missarum solennia una cum Acacio processerunt, Apocrisiarios Petri simul adfuisse & nomen Petri, quod antea nonnisi tacite & occulte in Ecclesiasticis tabulis legebatur, ipsis tunc præsentibus, palam inter Altaria recitatum esse docuit. Præterea Legatos nunquam sermonem conferre voluisse cum Orthodoxis qui eos adibant Constantinopoli, nec litteras Felicis Papæ reddendas iis curasse ad quos fuerant scriptæ. Quin etiam Silvanus Presbyter, qui unà cum Legatis versatus erat Constantinopoli, cuncta quæ à Symeone dicta erant, verissima esse, testimonio suo confirmavit. Quibus compertis, Felix Papa primò quidem Vitalem ac Misenum Episcopos Sacerdotio simul & Communione privavit. Petrum deinde Alexandrinum, & Acacium Constantinopolitanum à sacerdotali collegio, & ab Ecclesiastica Communione pronuntiavit alienos. Hæc est prima damnatio Acacii in Synodo Romana, quæ collecta est anno Christi 484. die 5. Cal. Augusti, Theodorico & Venantio Coss. ut colligitur ex sententia depositionis, quam Felix Papa ad Acacium misit. Hujus autem Synodi Romanæ unicum hodie superest fragmentum, quod refert Evagrius in cap. 21. libri 3. pars scilicet sententiæ ab universa Synodo prolatæ in Petrum & Acacium. Quanquam in supradicto Evagrii loco Acacius diserte non dicitur fuisse depositus. Nempe Evagrius priorem duntaxat partem sententiæ Synodalis referre satis habuit; Posteriorem verò partem in qua depositus & excommunicatus erat Acacius, de industria prætermisit: sive quod id ipsum jam antea retulerat, in cap. scilicet 18. ejusdem libri: sive quod honori sedis Constantinopolitanæ consulturum se existimavit, si id reticeret, quod Constantinopolitanos Antistites molesto animo ferre non ignorabat.

Caput III.

De secunda damnatione Acacii.

POst damnationis sententiam, omnium Episcoporum, qui tunc aderant ore in Acacium prolatam, Felix Papa aliquantisper substitit, nec eam protinus ad Acacium mittendam putavit; expectans videlicet num Acacius resipisceret, & mutato proposito sese ab hæreticorum communione revocaret. Verum Acacius, tantum abest ut priora delicta correxerit. Quin potius ex Principis favore ac patrocinio fiduciam sumens, graviora adhuc adjecit. Quippe Calendione Orthodoxo Episcopo è sede sua dejecto, quem ipse Episcopum ordinaverat, Petrum Fullonem, & à sede Apostolica, & ab ipso antea damnatum in Antiochensium Ecclesiam immisit. Ex quo factum est, ut Eutychianis hæreticis aditus panderetur. Pulsis enim Catholicis Sacerdotibus, in eorum locum subrogati sunt hæretici, ut testatur Gelasius, tum in Epistola quam scripsit ad Episcopos Dardaniæ, tum in ea quam scripsit ad Episcopos Orientales. Quod si quis Episcoporum Orientis, qui tunc jussu Zenonis depositi sunt, nomina scire desiderat, hæc sunt: Nestor Tharcensis, Cyrus Hierapolitanus, Joannes Cyrestensis, Romanus Chalcidis, Eusebius Samosatenus, Julianus Mopsuestenus, Paulus Constantinæ, Manus Hemeriæ, Andreas Theodosiopolis Episcopi; quos Imperator Zeno ob

eandem causam ac Calendionem sedibus suis ejecit ; eò quòd scilicet Illo ac Leontio Tyrannis faviſſe dicerentur. Et hic quidem erat prætextus Imperatoris. Vera autem causa expulsionis illorum hæc fuit , quod Henotico Zenonis edicto subscribere recusarent, ut scribit Theophanes in Chronico pag. 115. & Nicephorus in libro 16. cap. 12. Hanc calamitatem Antiochensis Ecclesiæ cùm Felix Papa , sive ex Calendionis , sive ex aliorum litteris didicisset, Synodum Episcoporum collegit in Basilica B. Petri Apostoli : cui interfuerunt quadraginta tres Episcopi , quorum princeps erat Candidus Episcopus Tiburtinus. In hac Synodo Petrus quidem Fullo , utpote qui tyrannico more Antiochensem Ecclesiam occupasset , anathemate percussus est. Acacius verò cum Petro Alexandrino , iteratâ excomunicatione damnatus. Extat Epistola Synodica hujus consilii scripta ad universos Presbyteros & Archimandritas Constantinopoli & per Bithyniam consistentes. In qua duplex Acacii excommunicatio , duæ item Synodi Romanæ , in quibus damnatus est Acacius , clarè ac distinctè commemorantur. Nam prima quidem Synodus Romana designatur his verbis quæ leguntur initio hujus epistolæ : *Cùm Vitalis atque Misenus nostro judicio constituti, causas mandatæ sibi profide legationis exponerent , quoniam astutiores sunt filiis lucis filii tenebrarum, prævaricatores mandatæ sibi legationis circumveniente magisque opprimente Acacio, sunt reperti , &c.* Deinde prima Acacii damnatio refertur his verbis : *Acacium quoque membris Christi perniciosius inhiantem, & per civitates ac provincias unam de fide Catholica Ecclesiam dissipantem , inter Episcopos sanctos , atque inter Christianos judicavimus non haberi , &c.* Altera autem Synodus Romana , & secunda ejusdem Acacii damnatio paulò post memoratur his verbis : *Unde nunc causa Antiochenæ Ecclesiæ apud beatum Petrum Apostolum collecti , rursum dilectioni vestræ morem qui apud nos semper obtinuit , properavimus indicare.* Et aliquantò post: *Sic autem Acacius impietatem pestiferæ damnationis tetendit , ut etiam dejectus insultet, ut scissus sævire non desinat ; & cum omnino extra corpus habeatur , ejus tamen membra dilaceret. Et de se scriptum esse testatur : Impius cùm venerit in profundum malorum contemnit , adjiciens deteriora prioribus , persequendo jam mortuos, ejus anima graviter delinquendo , condemnationem secundæ mortis incurrit. Qui Calendione Episcopo sancto, quemadmodum cognovimus, nuper ejecto, Petrum toties & à se ante damnatum , in ejus immisit Ecclesiam.* Dicet hic aliquis non duplicem Synodum Romanam his verbis quæ protulimus, designari ; sed duplicem duntaxat actionem seu consensum unius Synodi : idque ex eo satis declarari , quod ea quæ in utroque consessu gesta sunt , unica epistola continentur : cùm si duplex revera fuisset Synodus , duæ quoque scribendæ fuissent Epistolæ. Ego verò primùm quidem ita respondeo ; quod ad hanc disputationem attinet , parum referre , utrum duplex an una tantum fuerit Synodus Romana. Mihi enim sufficit , dum Acacium iterata excommunicatione damnatum esse ostendero , quod initio hujus disputationis probandum susceperam. Verum ulterius jam progredior , & plusquam pollicitus sum , demonstrabo ; duas scilicet fuisse illas Synodos , in quibus damnatus est Acacius ; non autem duas actiones unius Synodi. Id autem his rationibus evincam. Utraque quidem Synodus eodem anno, eodemque in loco collecta est , in Basilica scilicet B. Petri Apostoli, Venantio V. C. Consule ; id est , anno Christi 484. Sed prior quidem collecta est die quinto Calendas Augusti, ut colligitur ex subscriptione sententiæ depositionis à Felice Papa ad Acacium missæ. Secunda verò congregata est Calendis Augusti , ut colligo ex subscriptione epistolæ Felicis Papæ ad Zenonem Augustum , quam primus in lucem edidit Jacobus Sirmundus , vir de litteris optimè meritus. Ita quatuor duntaxat dierum spatium inter utramque Synodum interceſſit. Ex quo factum esse opinor , ut ea quæ in utraque Synodo gesta erant , unica epistola complexi fuerint Episcopi. Cæterum priori quidem Synodo interfuerunt sexaginta septem Episcopi ; qui etiam sententiæ depositionis Acacii omnes subscripserunt , ut docet subscriptio ad calcem illius sententiæ subjecta. Secundæ verò Synodo interfuére quadraginta tres Episcopi , quorum princeps erat Candidus Tiburtinus , ut legitur in epistola Synodica ejusdem Concilii ad universos Presbyteros & Archimandritas Constantinopoli & per Bithyniam consistentes. Denique prior quidem Synodus Romana à Felice Papa collecta est ad audiendam rationem legationis Vitalis atque Misceni, qui Alexandrinæ Ecclesiæ causa missi fuerant Constantinopolim. Altera verò Synodus causa Antiochensis Ecclesiæ congregata est in urbe Roma , ut testatur epistola Synodi Romanæ , ad universos Presbyteros & Archimandritas Constantinopoli & per Bithyniam consistentes , cujus verba superius adduximus.

In Caput IV.

De Actis posterioris Synodi Romanæ.

HUjus posterioris Synodi , quæ Antiochensis Ecclesiæ causa Romæ celebrata est , Acta omnia interciderunt , præter Epistolam Synodicam , quæ scripta est universis Presbyteris & Archimandritis Constantinopoli & per Bithyniam consistentibus. Huic Epistolæ subjuncta erat sententia Felicis Papæ in Acacium. Quæ cùm in priore Synodo Romana perscripta fuisset, suppressa est aliquandiu , sicut anteà observavi. Tandemque paucis post diebus, cùm de Calendionis destitutione , & de violenta Petri Antiocheni irruptione nuntiatum fuisset , collecta iterum Synodo constitutum est , ut eadem sententia per Tutum defensorem Ecclesiæ Romanæ ad Acacium portaretur. Traditæ sunt eidem Tuto litteræ ad Zenonem

nonem Augustum perferendæ, quibus supplicabant Episcopi, ut decretis Synodi obtemperare vellet. Aliæ item litteræ ad Clerum & Senatum ac populum Constantinopolitanum. His duabus autem epistolis subjectæ erant supradictæ litteræ Synodicæ, scriptæ ad universos Presbyteros & Archimandritas Constantinopoli & per Bithyniam consistentes, quibus universi & singuli subscripserant Episcopi, numero tres & quadraginta. Quod quidem eo consilio factum est ab Episcopis, ne ipsorum litteræ à malignis hominibus mutari possent, aut pravis interpretationibus corrumpi, ut testantur Episcopi in Epistola illa Synodica, his verbis; *Ne quid autem malignè in litteris nostris mutari apud pravissimas mentes, aut aliter interpretari possit, primùm has easdem litteras nostras clementissimo Principi, sicut oportuit, supplicantes, ad Dilectionem vestram, Clerum, prebemque, & amplissimum Senatum direximus, quibus singuli universique subscripsimus.* Extant hodie litteræ, tum ad Zenonem Augustum, tum ad Clerum & plebem Constantinopolitanam scriptæ, quas primus edidit Jacobus Sirmundus sub Felicis Papæ nomine, quas ad hanc Synodum pertinere non dubium est. Scriptæ sunt enim à Felice Papa totius Synodi nomine, sicut mors erat Ecclesiæ Rom. jam inde ab antiquis temporibus, quemadmodum disertè testantur Episcopi in epistola supra memorata. Subscriptiones autem Episcoporum ex parte tantùm supersunt. Solius enim Candidi Tiburtini Episcopi legitur subscriptio. Reliquorum autem duorum & quadraginta Episcoporum qui similiter subscripserant, nomina desiderantur. Scripsit præterea Felix ad Orientales Episcopos, mandans eis, ut à Petri Antiocheni, utpote hæretici, & Synodali sententiâ damnati, Communione abstinerent. Hæc epistola Felicis hodie quidem non extat; sed ejus mentionem facit Victor Turonensis in Chronico, ita scribens: *Theodorico V. C. Cos. Felix Romanæ Ecclesiæ Præsul, Monachis & Clericis per Orientem, Ægyptum, & Bithyniam commorantibus scribit, ut Petrum Alexandrinum Episcopum, Chalcedonensis Synodi obtrectatorem, & ejus communicatores, id est, Acacium & Petrum Antiochenum, tanquam hæreticos vitent.*

In Caput V.

His Literis acceptis, Tutus defensor Ecclesiæ Romanæ in Orientem navigavit. Cúmque Abydum venisset, vitatis insidiis quæ illic dispositæ erant ad intercipiendos eos qui ex Occidentis partibus veniebant, Constantinopolim pervenit, ubi cum Monachis Acœmitensibus collocutus, eorum operâ ac ministerio sententiam damnationis quam attulerat, Accacio inter altaria tradidit, ejusque pallio affixit, ut scribit Victor Turonensis, & Liberatus, ac Theophanes. Epistolas quoque Felicis Papæ iis ad quos scriptæ erant, reddidit. Sed & Edictum sententiæ Felicis Papæ universis in urbe Constantinopoli legendum proposuit. Inter sententiam verò & edictum sententiæ hoc discrimen est, quòd sententia quidem ipsum nominatim alloquitur Acacium. Nihil enim aliud est quàm epistola Felicis Papæ ad Acacium, causas depositionis illius continens, ut ex lectione ejus apparet. Edictum verò est, quo interdicitur universis, tam Clericis, quàm Laicis, ne Acacio inposterum communicent. Id autem sic se habet: *Edictum sententiæ Felicis Papæ, propter Acacii Episcopi Constantinopolitani damnationem. Acacius, qui secundò à nobis admonitus, statutorum salubrium non destitit esse contemptor, meque in meis credidit carcerizandum, hunc Deus cœlitùs prolatâ sententiâ, de sacerdotio fecit extorrem. Ergo si quis Episcopus, Clericus, Monachus, Laicus post hanc denuntiationem eidem communicaverit, anathema sit, Sancto Spiritu exequente.* Erravit igitur Blondellus, qui in libro de Primatu, scribit Tutum defensorem, vel potiùs Monachos Acœmitenses, edictum sententiæ Felicis Papæ Acacio tradidisse. Immò sententiam ipsam tradiderunt Acacio, ut præter Scriptores suprà memoratos, disertè testatur Evagrius in libro 3. His omnibus fideliter peractis, sicut in mandatis acceperat, Tutus, cùm se ad reditum jam pararet, dolis Acacii circumventus est. Missus enim ad eum senex quidam Maronas nomine, magnam vim pecuniæ ei pollicitus est, si Acacio consentire vellet, eique omnia quæ Romæ contra ipsum agebantur, aperire. Quod quidem Tutus amore pecuniæ corruptus, scriptis litteris se facturum spopondit. Verùm Rufinus & Thalassius Archimandritæ, & cæteri Monachi Constantinopoli & per Bithyniam constituti, simul atque Tutus Romam reversus est, litteras scripserunt ad Felicem Papam, quibus cum de proditione Tuti certiorem fecerunt, missi etiam Tuti ipsius litteris. Quibus in conventu Episcoporum recitatis, cùm eas à se scriptas esse Tutus confessus fuisset, officio pariter & sacrosancta Communione privatus est, ut docet Felix in epistola ad supradictos Archimandritas, quam primus in lucem edidit Jacobus Sirmundus. In ea epistola corrupta sunt hæc verba: *Lectæ sunt enim litteræ ipsius in conventu fratrum, qualiter pacta, interpositâ personâ, Marone condemnato, ei cui sententiam portarat, inhæsisse creditur.* Quæ sic corrigenda esse existimo: *Qualiter pacto interposito, per senem Maronam condemnato ei cui sententiam portarat, inhæsisse creditur.*

In Caput VI.

Cæterùm in edicto sententiæ quod superiùs adduximus, difficultate non carent hæc verba: *Acacius qui secundò à nobis admonitus, &c.* Primò quidem admonitum esse scimus Acacium à Felice Papa per epistolam ad ipsum scriptam, quam Legati sedis Apostolicæ Vitalis atque Misenus Constantinopolim detulerunt. Sed secunda ejusdem admonitio quæ-

quænam sit, & quando missa fuerit, obscurum est. Liberatus quidem in Breviario scribit, post damnationem Vitalis atque Miseni, cùm Acacius manifestè deprehensus esset hæreticus, Felicem Papam in Synodicis Litteris quas ad eum scripsit, ita posuisse: *Peccasti: ne adjicias; & de prioribus supplica.* Liberatum sequutus est Baronius in Annalibus Ecclesiasticis. Verùm observavi, in Acacianæ historiæ narratione Liberatum sæpiùs hallucinari: idque ex hoc loco manifestissimè convincitur. Qui enim fieri potest, ut Felix Papa has Synodicas litteras quas refert Liberatus, post damnationem Vitalis ac Miseni ad Acacium scripserit, cùm constet Felicem Papam, quarto aut quinto die post damnationem illorum, sententiam depositionis misisse ad Acacium, ut superiùs demonstravi. Alia igitur quærenda est admonitio, quâ Acacius secundò admonitus fuerit à Felice. Mihi quidem hæc secunda admonitio non alia videtur esse, quàm Libellus citationis à Felice Papa ad Acacium transmissus per Vitalem ac Misenum Legatos: qui sic incipit: *Episcopali diligentiâ commonente, debuerat dilectio tua, &c.* Nec dubitabit, ut spero, quicunque eum libellum legerit, quin hæc sit secunda admonitio Felicis Papæ ad Acacium missa. In hac enim epistola Felix Papa benignè monet Acacium, ut accepto libello accusationis quem Joannes Tabennesiota sedi Romanæ adversùs ipsum obtulerat, Romam quamprimùm proficisci maturet, objectis criminibus responsurus in conventu Episcoporum Italiæ.

In Caput VII.

IN sententia item depositionis quam Felix Papa misit Acacio, locus est quidam qui lectorem conturbare meritò possit. Sic enim legitur in fine ejus sententiæ: *Sublatum tibi nomen & manus ministerii sacerdotalis agnosce. Sancti Spiritus judicio, & Apostolicâ authoritate damnatus, nunquamque anathematis vinculis exuendus.* Nimia enim profectò videtur illa severitas, & aliena ab Antistite Christiano, hominem anathematis vinculo ita obstringere, ut eo nunquam exui penitùs possit. Sed non hæc fuit mens Felicis Papæ, qui omnibus votis semper optavit, ut Acacius abjecto pristino errore, & repudiatâ hæreticorum Communione, ad unitatem Ecclesiæ Catholicæ reverteretur. Cùm ergo dicit Acacium nunquam anathematis vinculis exuendum esse, verba sunt comminantis, quibus Acacio denuntiat nunquam illum anathematis vinculo liberandum, nisi resipuerit & ab hæreticorum communicatione se se penitùs abruperit. Ita certè hunc locum explicat Gelasius Papa in tomo de anathematis vinculo, in quo respondet Orientalibus, in sententia damnationis Acacii hæc Felicis Papæ verba reprehendebant. Verba Gelasii sunt hæc: *Quod etiam in Acacii sententia rationabiliter intuendum est; in qua etiamsi ei dictum est; Nunquamque solvendus: non est adjectum tamen: Etiamsi resipueris; etiamsi ab errore discesseris; etiamsi prævaricator esse destiteris. Quapropter in aperto est, ita dictum: Nunquam solvendus: sed talis scilicet, qualis est & ligatus: non autem talis effectus, qui sicut ligandus non erat, sic absolutus esse dicebatur.* Et aliquando pòst: *Itaque ipse in se insolubilem fecit esse sententiam, qui talis permanere delegit, qualis veraciter non posset absolvi, &c.*

In Caput VIII.

Refellitur Baronii sententia.

HÆc sunt quæ ad illustrationem historiæ Acacianæ ex optimis Scriptoribus collecta, pro virili parte contulimus; quæ aut à Baronio prætermissa, aut secùs quàm oportuit, commemorata sunt. Nam Baronius ad annum Christi 484. postquàm retulit damnationem Vitalis atque Miseni, de Acacio ita scribit. His peractis, aliâ sessione cognita est Acacii causa; allatisque in medium cunctis manifestis ab eo perpetratis criminibus, sententiâ omnium est judicatus, hæreticorum participatione pollutus. Atne sic quidem in eum excommunicationis sententiam intorquere Patribus hactenus visum est: sed scriptis ad eum rursùm litteris Synodalibus, admonitus est ut resipiscceret: aliàs sciret, se excommunicationis sententiâ percellendum. De hac autem quæ præcessit sententiam admonitione testatur Liberatus. Et paulò pòst: Porrò desiderantur ejusmodi litteræ Synodales ad Acacium missæ. Constat autem tantùm abfuisse, ut Acacius resipiscceret: ut mox Joannem illum Apameæ Episcopum electum, qui nuper ipso Acacio agente, fuerat à Romano Pontifice cum Petro excommunicatus, idem Acacius crearit Tyri Episcopum: Petrum verò Fullonem confirmarit in sede Antiochena, ut Papæ Felicis litteræ datæ ad Clerum Constantinopolitanum declarant, quæ inferiùs recitandæ erunt. Multa sunt in hac narratione quæ Baronio concedere non possumus. Primò enim quæ de Synodalibus litteris à Felice Papa ad Acacium missis scribit ex Liberato Diacono, ea nos paulò suprà abundè, ut opinor, refutavimus. Deinde quod Baronius affirmat dilatam fuisse damnationis sententiam in Acacium, id manifestè refellitur ex epistola ipsius Synodi Romanæ ad universos Presbyteros & Archimandritas Constantinopoli & per Bithyniam consistentes. In hac enim epistola quæ gestorum in illa Synodo Romana accuratam narrationem complectitur, primò quidem Vitalis ac Misenus damnati esse dicuntur: posteà verò, nulla interposita dilatione, Acacius à sacerdotali honore & Ecclesiastica Communione removetur. Verba Epistolæ sunt hæc: *His ergo deterioribus compertis, Vitalem atque Misenum à sacerdotali collegio & sacrosanctâ Communione suspendimus. Acacium quoque membris Christi perniciosius inhiantem, &*

per

per civitates atque provincias, unam de Fide Catholica Ecclesiam dissipantem, inter Episcopos sanctos, atque inter Christianos judicavimus non haberi. Qualiter enim fieri poterat, ut scindens tunicam Christi, quam nec crucifigentes eum dividere ausi sunt, in numero fidelium censeretur. Igitur omnia quæ nobis in timore Dei competunt, cogitantes, ac providentes, ne toties extincta Eutychianæ pestis hæreseos, cujus Acacius defensor est ac patronus, serpens ut cancer Christi membra disperderet; eum jam nunc ut partem putridam anathematizamus sententiâ memoratâ abscissum. Vides nullam hic mentionem fieri dilationis interpositæ; sed post damnationem Vitalis atque Miseni, sententiam excommunicationis continuò in Acacium esse vibratam. Quod si dilatio interposita fuisset, procul dubio id retulissent Episcopi in Epistola Synodica ad Archimandritas. Id enim ad exaggerandum crimen Acacii, non mediocre pondus habuisset; Sed nec Gelasius Papa in Gestis de nomine Acacii, mentionem ullam facit interpositæ dilationis. Sic enim scribit: "Quibus rebus habita Synodo commotus beatissimus Papa, Vitalem & Misenum ab officio "& communione suspendit, Acaciumque damnavit. Quod autem Baronius addit, Acacium post damnationem Vitalis atque Miseni, Joanni Antiochensi Episcopo Tyriorum Episcopatum tradidisse, in eo graviter hallucinatur. Diu enim ante Synodum Romanam qua Vitalis ac Misenus damnati sunt, Joannem illum ad Episcopatum Tyri promoverat Acacius, ut docet Gelasius in Gestis de nomine Acacii. Ibi enim scribit Joannem Tabennesiotam, cùm Romam venisset, legereturque illi Epistolla Acacii ad Simplicium Papam, qua postulabat ut Petrus & Joannes Antiocheni judicio sedis Apostolicæ condemnarentur, hac etiam in parte gravissimos Acacii lapsus atque excessus observasse. Verba Gelasii sunt hæc: *Quod cum præfatus Joannes Alexandrinus Episcopus relegisset, tacere non potuit, quòd Joannem illum quem Acacius damnaverat cum Petro, & sine remedio pœnitentiæ fecit ab Apostolica sede damnari; post tot damnationes Tyriorum miserit Ecclesiæ præsidere. Postquam ergo non solùm nihil profecisse litteras prædecessoris sui sanctus Felix Papa cognovit, & ludibria quædam ab Acacio fieri in eversionem totius Ecclesiasticæ disciplinæ, electis Vitale Episcopo, &c.* Cùm igitur Joannes Alexandrinus Romam venerit Trocundo & Severino Coss. hoc est, anno Christi 482. Joannis Antiocheni promotio ad Episcopatum Tyri, quæ ab Acacio facta esse dicitur, ante illius adventum accidere necesse est. Neque enim Joannes Alexandrinus narrabat Romanis, nisi ea quæ ante ipsius adventum contigerant, & quæ Romani nondum didicerant. Sed & Felix Papa in sententia damnationis adversus Acacium prolata, ubi omnes illius excessus, seu, ut verbo ejusdem Felicis utar, transgressiones, servato temporum ordine commemorat, hanc "primam refert: 'Alienarum tibi provincia-"rum jura temerariè vindicasti; hæreticos per-

A vasores, atque ab hæreticis ordinatos, & quos" ipse damnaveras atque ab Apostolica institisti" sede damnari; non modò communioni tuæ" recipiendos putasti, verum etiam aliis Eccle-" siis, quod nec de Catholicis fieri poterat, præ-" sidere fecisti; aut etiam honoribus quos non" merebantur, auxisti. Testatur hoc Joannes," quem à Catholicis Apameæ non receptum, pul-" sumque de Antiochia, Tyriis præfecisti. Sed &" Liberatus in Breviario cap 18. hanc promotionem Joannis Antiocheni ad Episcopatum Tyri, quæ per Acacium facta est, refert ante legationem Vitalis ac Miseni, perinde ac Gelasius in Gestis de nomine Acacii; cujus etiam verba describit. Fefellit Baronium Epistola Synodi Ro-
B manæ ad universos Presbyteros & Archimandritas Constantinopoli & per Bithyniam consistentes; in qua leguntur hæc verba: Adjectum" est etiam tunc cùm ista in examinatione tractan-" tur, quod Acacius Joannem illum Tyriorum" Ecclesiæ fecerit præsidere, qui Apamenis à Pe-" tro Antiochenæ Ecclesiæ Tyranno fuerat Epi-" scopus ordinatus, &c." Verum hæc verba non id dicunt quod Baronius existimavit, Joannem scilicet Tyriorum Ecclesiæ ab Acacio præpositum fuisse, tunc cum Acacii causa in Romana Synodo examinaretur; sed id tantùm dicunt: Dum Acacii crimina in supradicta Synodo discuterentur, adjectum illud esse inter cætera, quòd Joannem Antiochenum olim à se damnatum, & quem à sede Apostolica unà cum Petro Antio-
C cheno damnari curaverat, Tyriorum Ecclesiæ præfecisset. In quo duplex erat delictum; tum quod provincias nihil ad se pertinentes temerè invasisset, Antiochenum scilicet, & Tyriorum Episcopum ordinando; tum quòd hominem, & à se, & à sedis Apostolicæ judicio condemnatum, citra ejusdem sedis consensum, non modo in communionem suam recepisset, verum etiam ad honorem sacerdotii promovisset. Quod si quis scire desiderat, quandonam id factum fuerit ab Acacio, tempus ipsum mihi videor deprehendisse. Nam cùm Calendio jussu Zenonis Augusti, Antiochensis Episcopus ab Acacio ordinatus fuisset Constantinopoli; id autem factum
D est anno Christi 482. Trocondo & Severino Coss. Antiochenses ejus regni ignari, Joannem cognomento Codonatum eodem tempore Episcopum creaverunt. Quod cùm Imperatori nuntiatum fuisset, Zeno suasu Acacii qui apud ipsum plurimum poterat, præcepit ut Joannes in Episcopatum Tyri transferretur. Refert id Theophanes in Chronico pag. 110. his verbis: ζήτων ὁ ἀβᾶ τὰ τολμηθέντα εἰς Φέρνον, ἐκέλευσεν τὸν ἀσάκιον τὸν Κ. Π. χειροτονῆσαι ἐπίσκοπον ἀντιοχείας. ᾧ ἐχειροτόνησε Καλανδιόνα. ἅπαν ὁ οἱ ἀντιοχεῖς χειροτονήσαντες ἀβᾶ ἄγνοιαν ἰωάννιλλον τὸν λιγόμενον Κωδωνάτον, ὃν ὁ Καλανδίων εἰς τύρον προτόθρονον τῆς ἀντιοχείας μετενεθρονίασεν. Ejusdem Joannis Codonati meminit Victor Thuronensis in Chr. sed præpostere ut solet. Sic enim scribit: Post Consula-" tum secundum Longini V. C. Petrus Antioche-" nus sub damnatione moritur, & in ejus loco Calendionem ordinat Acacius. Orientales au-"

"tem Episcopi, tanquam nescientes, Joannem "cognomento Codonatum eidem Antiochenæ "Ecclesiæ consecrant Episcopum. Theophanes quidem Joannem Codonatum in Episcopatum Tyri ab Acacio translatum esse non dicit. Sed verisimile est Calendionem qui ab Acacio consecratus fuerat suasu Acacii Joannem illuc transtulisse. Quod ergo suadente & auctore Acacio factum fuerat, rectè ab eo actum esse dicunt Episcopi Italiæ in Epistola Synodica, & Felix Papa in sententia damnationis Acacii. Unum adhuc supereſt in Baronii verbis superius allatis, quod meritò quis reprehenderit. Epistolam enim illam Synodi Romanæ ad universos Presbyteros & Archimandritas Constantinopoli & per Bithyniam consistentes, vocat Baronius litteras Felicis Papæ ad Clerum Constantinopolitanum. Et quod ad Felicis quidem nomen attinet, id Baronio facilè concesserim; modò eæ litteræ à Felice scriptæ intelligantur totius Synodi nomine. Sed quod dicit Baronius eas ad Clericos Constantinopolitanos datas esse, in eo non assentior Baronio. Datæ enim sunt ad Archimandritas urbis Constantinopoleos & provinciæ Bithyniæ, qui Presbyterorum erant honore decorati. Certè Episcopi in Epistola illa ad universos Presbyteros & Archimandritas Constantinopoli & per Bithyniam consistentes, testantur se easdem litteras misisse ad Clerum urbis Constantinopolis. Distinguendi sunt igitur Presbyteri & Archimandritæ Constantinopolis à Clero ejusdem civitatis. Eosdem porrò esse Presbyteros & Archimandritas docet Epistola tertia Felicis Papæ à Jacobo Sirmundo edita, quæ hanc habet inscriptionem: Felix Rufino, Thalassio, Presbyteris & Archimandritis, & cæteris Monachis circa Constantinopolim & Bithyniam constitutis.

LUCÆ

LUCÆ HOLSTENII DISSERTATIONES TRES.

DISSERTATIO PRIMA, de locis quibuſdam Concilii Nicæni.

DISSERTATIO SECUNDA, IN loca quædam Concilii Nicæni.

DISSERTATIO TERTIA, DE Syneſio & de fuga Epiſcopatus.

DISSERTATIO PRIMA
DE LOCIS QUIBUSDAM
CONCILII NICÆNI.

NEMINEM vestrûm esse existimo, Auditores, qui quidem Græcas litteras & sacrarum Antiquitatum studium ex merito æstimet, cujus animum nobilissimus hic Consessus singulari quadam non perfundat lætitia; dum Musas ortu quidem cultuque Græcas, sed Romanæ civitati longo quondam & benigno hospitii usu non solum familiares, sed vernaculas, nunc demum postliminii jure, loco ac dignitati suæ restitutas videt. Nostri hæc sæculi felicitas est, sacram hanc eminentissimæ dignitatis purpuram protractas ex tenebrarum latebris Græciæ disciplinas nova luce novoque splendore perfundere; aut, ut verius dicam, ex Græcarum litterarum splendore purpuram ipsam dignitatis ac gloriæ incrementum sibi mutuari. Vestræ hoc, Eminentissimi Principes, humanitati debemus, Græcas litteras pertinaci multorum ignorantia in capitis discrimen jampridem vocatas non solum caput nunc efferre, sed etiam quam latissime propagari. Neque sanè fortiori telo retundi & jugulari poterat inscitiæ error, qui non solum Græcas litteras ut otiosas atque inanes negligit, verum etiam uti tempori, rei pretiosissimæ, frustra consumendo perniciosas ac noxias contemnit, & veluti de victis Achivis in sua sibi ignorantia trophæum erigit. Cui quidem opinioni, ut ingeniorum pesti & præsentissimo omnis bonæ eruditionis veneno, cum tota hæc doctorum hominum cohors vestro ductu vestrisque auspiciis, cunctis sese animi ingeniique viribus opponere, manusque contra conserere sit parata, tum vero mihi velitari leviter ex hoc loco constitutum est adversus nonnullorum ignaviam dicam an væcordiam, qui ideo se Græcis litteris tempus frustra conterere negant, quod nihil in Græcorum adytis tam abditum reconditumque lateat, quod doctorum hominum industria non in lucem protraxerit, atque ita in Latinum transfuderit sermonem, ut universa jam Græcia, Romana civitate & Latii jure donata, pallium cum toga commutarit. Horum inquam hominum errorem, non tam verborum copia, aut conquisitarum undique rationum momentis oppugnare, quam evidentissimo veritatis exemplo ob oculos omnium proposito revincere conabor. Quod quidem exemplum non ex vulgari aliqua eruditionis parte, sed ex sacrosancta Conciliorum generalium doctrina, quæ proximum à sacris litteris in Ecclesia locum obtinent, deprometur. Neque enim vestrum quenquam latere arbitror, quanto studio post repurgatos Bibliorum fontes, Conciliorum generalium accurata omnibusque numeris absoluta editio à Clemente VIII. S. P. suscepta, & à Paulo V. demum perfecta fuerit. Quæ ut magno applausu accepta in vulgus prodiit, ita quamplurima habet, in quibus pressiorem curam docti viri desiderant; ii inquam qui Græca legere & de Græcis recte judicare possunt. Ego sane qui nulla aut perexigua admodum in hisce facultate me instructum sentio, cùm nescio cujus controversiæ occasione in aliquot sextæ & septimæ Synodi loca diligentius inquirere cœpissem, ita me partim Græci textus nævis, partim Latinarum versionum portentosis erroribus offensum fateor, ut in illud Comici proruperim; *Hui tantamne rem tam negligenter agier.* Itaque ab ovo, quod ajunt, rem exordiri, & quæ supersunt Nicæni Concilii ἀποσπασμάτια sub examen revocare placuit: Cujus privati laboris ac studii specimen in publico hoc consessu vobis exhibendum duxi, quandoquidem disserendi necessitatem vestra benignitas mihi imposuit. Eæ autem sunt duæ Alexandri Alexandriæ Episcopi epistolæ, quæ ex Socratis & Theodoreti Ecclesiastica Historia depromptæ προπαρασκευὴν Concilii illius constituunt. Egregiè sane illæ & δεινῶς scriptæ, quibus Latina Christophorsoni versio adjungitur; sed à Romanis editoribus nonnullis in locis interpolata. Ita scilicet non solum versionis Conciliorum, sed universæ Historiæ Ecclesiasticæ gustum aliquem me vobis præbiturum putavi. Sed mihi vestra principio patientia exoranda est, ut æquo animo per confragosæ orationis salebras aspirantem subsequi non gravetur. Cum sive casus, sive consilium eam mihi objecerit materiam, quæ orationis cultum haud quaquam admittit, & quod Oratorum princeps de rebus Geographicis ajebat, ἀνθηρογραφεῖσθαι nullo modo potest.

Ad hæc cum in alieno labore ingenii acumen experiri & judicii censuram exercere instituerim, ut ego Germano candore ac fide optima calumniam ejuro, ita invidiam deprecor, ne quis alienis erratis exagitandis doctrinæ aut industriæ

laudem me aucupari existimet. Publica hæc studia sunt, quibus promovendis publicam utilitatem, non privatam laudem quærimus. Vos vero, Eminentissimi Principes, submisse rogo, ut cum voluntas atque auctoritas vestra in hunc me protraxerit locum, humanitatis ac benevolentiæ vestræ aura, orationis cursum inter syrtes & brevia æstuantem sublevetis.

Et mihi quidem differendi principium ipsum epistolæ exordium præbet, quod cùm ex sacræ scripturæ locis adumbratum sit, non omninò ex ejusdem scripturæ mente conversum existimo. Ubi hoc item mihi præstandum, si leviora quædam sub examen adducere, & ἐξουχίζειν, vel diligentius resecare videar, nemo me vel nodum in scirpo quærere, vel animi morbo λεπτολογίας sectari arbitretur. Neque enim leve est aut dilutum, quod veritati confirmandæ, & sacræ Scripturæ illustrandæ facit. Sic ergo Alexander orditur: ἑνὸς σώματος ὄντος τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας. Quod in veteri Interprete, & in nova Conciliorum versione sic redditur: *Cùm sit unum corpus Ecclesiæ Catholicæ.* Haud negaverim, *Corpus Ecclesiæ*, sive σῶμα τῆς ἐκκλησίας, eodem modo dici posse, quo *Corpus provinciæ*, & *Corpus civitatis*, Livio, *Corpus Reipublicæ* Ciceroni; quo Jurisconsultis *Corpora collegiorum*, sive *fabrorum*, aliaque usurpantur. Sed illud contra contendo, multò significantius ad sacræ Scripturæ mentem sic converti: *Cùm unum sit Corpus Ecclesia Catholica*; vel, *Cùm Ecclesia Catholica uno constet corpore.* Hæc inquam, scripturæ loquendi ratio, ut Ecclesiam Christi Corpus ubique vocet, non autem Ecclesiæ, vel tanquam capiti, vel tanquam animæ corpus distinctum ac peculiare attribuat. Ita enim Divus Paulus Rom. 12. vers. 4. *Sicut in uno corpore membra multa habemus, ita multi unum corpus sumus in Christo*: ὥτως ἐι πολλοὶ ἓν σῶμα ἐσμεν ἐν χριστῷ. Hoc est: *Unam constituimus Ecclesiam*, sive, *una sumus Ecclesia in Christo* scilicet, ἔχοντες κεφαλὴν τὸν χριστὸν, ἡμεῖς ὁ ἀλλήλων μέλη, explicante Oecumenio. Sed multò & clarior & copiosior sui Interpres est ipse Apostolus 1. Corinth. 12. ubi περὶ τῶν χαρισμάτων, sive ut ipse ait, περὶ πνευματικῶν disputat. Nam v. 12. & 13. ait: *Corpus unum est, & membra habet multa. Omnia autem membra corporis cùm sint multa, unum tamen sunt corpus; ita & Christus. Etenim in uno spiritu nos omnes in unum corpus baptizati sumus.* Quo loco facere non possum, quin Oecumenii interpretamentum addam. *Ita & Christus*, inquit: οὕτως, φησὶν ὁ χριστὸς, πολλὰ μὲν ἔχει μέλη τὰς καθ' ἑκαστον. ἓν δὲ σῶμα πρὸ κοινότητα τῆς ἐκκλησίας. ὅτε γὰρ πολλῶν ζυγκειμένη, ἓν ἐστι σῶμα, κεφαλὴν ἔχουσα τὸν χριστόν. ὡς εἶναι πρὸ ἐκκλησίαν καὶ τὸν χριστὸν ἓν αὐτοτελὲς σῶμα. Nihil sanè magis accommodum ad Apostoli mentem, neque ad institutum nostrum dici potuit. Quale est illud quod addit: *Baptizatos nos omnes in unum corpus*, τυτέστιν, εἰς τὸ ποιῆσαι πάντας σῶμα ἓν. Unde planè divinum in modum postea in ejusdem capitis explicatione ait, *nos*, hoc est, *Ecclesiam*, ἐν τῇ ἑνώσει τὸ εἶναι ἔχειν. Hoc est, esse, sive essentiam in Ecclesiæ unione consistere, sive formam essentialem, vel ut cum Philosopho loquar, τὸ τί ἦν εἶναι. Quâ sublatâ, neque res, neque nomen Ecclesiæ amplius subsistere possit. Et sane quisquis, uti par est, arctum illud & sacrosanctum considerarit vinculum, quo mystica Christi membra in unius corporis unionem constringuntur ac coalescunt, haud facile puto, concesserit corpus Ecclesiæ eodem planè modo dici, quo civitatis, vel Reipublicæ, aut collegiorum corpora vulgò appellari solent. Quod ut perspicuè clareat, luculenta Pomponii J. C. divisio ex 41. Digestorum libro tantisper nobis facem allucebit. *Tria*, inquit ille, *genera sunt corporum. Unum, quod continetur uno spiritu, & Græcè ἑνωμένον vocatur; ut homo, lignum, lapis, & similia. Alterum, quod ex contingentibus se, hoc est, ex pluribus inter se cohærentibus constat, quod συνημμένον vocatur, ut ædificium, navis, armarium. Tertium, quod ex distantibus constat, ut corpora pluranon soluta, sed uni nomini subjecta, veluti populus, legio, grex.* Hæc Pomponius sanè accuratè. Cujus ad tertium genus, cùm corpora illa quæ diximus, sive συσώματα πολιτικὰ pertineant, quis non videt Ecclesiam, mysticum Christi corpus, ad primum genus referendum, quod Pomponius uno spiritu contineri ait? Nonne enim sic Paulus ad Ephes. 4. v. 4. ἓν σῶμα καὶ ἓν πνεῦμα. *Unum corpus, & unus spiritus.* Unde πρὸ ἑνότητα τοῦ πνεύματος unitatem spiritus ei studio servandam hortatur. Cujus ipse quasi rationem affert 1. Corinth. 12. καὶ γὰρ ἐν ἑνὶ πνεύματι ἡμεῖς πάντες εἰς ἓν σῶμα ἐβαπτίσθημεν. *Nam in uno spiritu nos omnes in unum corpus baptizati sumus.* Et quid non unionem hanc docet suadetque in Ecclesia? Unus, inquit Paulus, Deus & Pater omnium, unus Dominus, una Fides, unum Baptisma, una spes vocationis. Unde etiam sequitur: καρδία καὶ ψυχὴ μία. *Cor unum, & anima una.* Qualem in primitiva illa Ecclesia Lucas Act. 4. 32. nobis describit: Nisi quis fortè minus validam firmamque existimaverit unionem illam spiritualem mentium, quam corporum coagmentationem; cùm non solùm ex Platonicorum elementis Theologicis, sed ex admiranda illa D. Dionysii θεοσοφία, omne unitum, sive ἑνωμένον eò sit præstantius ac perfectius, quantò propius, quantoque magis ἐγγύτερον τοῦ αὐτοείδους, ab ipso illo primo Uno unitur; ac proinde, τῷ αὐτοένῳ καὶ τῷ ἀυταγαθῷ, ut propius, ita plenius & perfectius sit particeps. Sed ego quod est Græcorum in proverbio, ὑπὲρ τὰ ἑσαμμένα πηδῶ. Ita ultrò affluens rerum copia, ingenii cursum provocat. Redeo ad lineam; & ne quid dissimulem, duo proponam loca quæ censuram hanc nostram elidere videntur. Prior est ad Ephes 5. *Vir*, inquit Apostolus, *est caput mulieris, sicut & Christus caput est Ecclesiæ; & ipse Salvator corporis ejus.* Ecce tibi, inquies, corpus Ecclesiæ. Audio quidem, sed Interpretis, vel potius Interpolatoris vocem, non Apostoli. Neque enim Græcus textus eam mantissam agnoscit: καὶ αὐτὸς ἐστι σωτὴρ τοῦ σώματος. Hoc est, *Et ipse est Salvator corporis*, subintellige sui, hoc est, Ecclesiæ. Neque aliter vetus Ecclesia legit Latina, ut testis est unus omnium instar Fulgentius ad Thrasimundum Regem

libro

libro 1. cap. 10. qui additamentum hoc nequaquam agnoscit. Alter locus est ad Colossens. 1. v. 18. *Et ipse est caput corporis Ecclesiæ.* καὶ αὐτός ἐστιν ἡ κεφαλὴ τοῦ σώματος τῆς ἐκκλησίας. Qui nec ipse, quicquid prima fronte appareat, nos ferit. Cum certum sit duas illas voces, *Corporis Ecclesiæ*, non vi regiminis, ut Grammaticorum classes vocant, sed per appositionem conjungi. Et ecce tibi luculentum sui interpretem ipsum Paulum, qui mox seq. v. 24. *Adimpleo*, inquit, *ea quæ desunt Passionum Christi in carne mea pro corpore ejus, quod est Ecclesia.* ὑπὲρ τοῦ σώματος αὐτοῦ, ὅ ἐστιν ἡ ἐκκλησία. καὶ ταῦτα μὲν περὶ τούτων.

Narrat deinde Alexander, Arii apostasiam & blasphema dogmata quibus Christum Dominum B statu graduque divinitatis movere, & Creatorem in creaturæ censum dejicere conabatur. In quibus nonnulla sunt parum rectè constituta in Græcu textu, vel minus accuratè ab interprete observata, vel in quibus antiquus Interpres Epiphanius Scholasticus, aliam suo tempore lectionem secutus videtur. Quæ cum pressioris sint considerationis, commemorare singula nihil attinet. Illud indicandum, interrogatos Arium ac socios, nunquid ergo Verbum Dei, quod illi creatum asserebant, mutari posset, quemadmodum diabolus mutatus fuerat, non veritos respondere, posse. Addunt rationem sic in Romana editione expressam: τρεπτὸς γὰρ φύσεώς ἐστι γενητός, καὶ τρεπτὸς ὑπάρχων; quod vertunt: *Nam & mutabilis naturæ factus est, & mutabilis existit.* Qua in C re & interpretis Britanni & Romanorum editionem judicium requiro. Nam ut taceam sensum loci jam olim à veteri Interprete rectè expressum, quis rationis hujus pondera ac momenta perpendens, vel Græcorum lectione paulo exercitatior, non facile animadvertit ex ipsa loquendi consuetudine, minus rectam distinctionem vitiosam peperisse versionem. Affirmabat Arius Filium Dei, τὸν λόγον, posse mutari; adjungens rationem; τρεπτὸς γὰρ φύσεώς ἐστι. Nam naturæ mutabilis est, vel naturam mutabilem obtinet, γενητὸς καὶ τρεπτὸς ὑπάρχων, quippe qui factus sive creatus, ac proinde mutabilis est. Quocirca haudquaquam negligenda hoc loco vox γενητὸς, in qua vis omnis D ac nervus impiæ illius assertionis consistit; quam ipse Alexander sequenti epistola repetit, sed verbis magis perspicuis deductam, principio pagin. 11. Ajunt, inquit, Filium Dei cum antea non fuisset, postea factum, factumque talem, ubi factus fuit, quales cæteri sunt homines. συναναλαμβάνοντες τῇ τῶν ἁπάντων κτίσει καὶ τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, *Comprehendentes etiam Filium Dei reliquarum creaturarum rerum numero.* Statim subjungit: ὡς ἀκολούθως καὶ φασὶν αὐτὸν τρεπτὸν εἶναι φύσεως, ἀρετῆς τε καὶ κακίας δεκτικόν. *Quibus etiam consequenter addunt, eum mutabilis esse naturæ, & virtutis ac vitii capacem.* Videtis supposito hoc, Filium Dei factum vel creatum esse, ut necessariam inde deduci consequentiam, eundem quoque τρεπτὸν sive mutabilem esse. Atque sic ratiocinatur Damascenus lib. 1. de Orthod. fide A cap. 3. τὰ κτιστὰ, πάντως καὶ τρεπτά. ὧν γὰρ τὸ εἶναι ὅπερ προσῆκε λαβεῖν, ταῦτα τῇ τροπῇ ὑποκείσεται πάντως, ἢ φθειρόμενα, ἢ καθ' προαίρεσιν ἀλλοιούμενα. *Creata*, inquit, *omnino etiam mutationi obnoxia. Quorum enim esse à mutatione incipit, ea necessario mutationi subjacebunt, dum vel intereunt, vel voluntate alterantur.* Ita scilicet Arius Filium Dei ἀρετῆς καὶ κακίας δεκτικὸν asserebat; quandoquidem, ut Justinus Martyr alicubi in quæstionibus scribit, τροπῆς γνώρισμα τὸ τὰ καλὰ καὶ τὰ κακὰ λαμβάνειν εἰς ἔννοιαν. *Mutationis signum ac nota est, bona ac mala in animum sibi inducere.*

Expositis Arii dogmatibus, Catholicæ Ecclesiæ orthodoxam sententiam Alexander opponit, ut veritatis luce prolata stygis tenebras discutiat. Urget χριτομάχας illos D. Joannis auctoritate; qui verbum in principio fuisse, atque omnia per ipsum facta prædicat. Inde rationibus instat; si Verbum est unigenitus Filius Dei, quomodo asserunt isti, ὅτι εἷς ἐστι τῶν ποιημάτων; *Ipsum unam esse ex creaturis?* Etsi omnia per ipsum facta sunt, πῶς δύναται ἴσος εἶναι τῶν δι' αὐτοῦ γενομένων; *Qui poterit ipse par esse rebus quæ per ipsum facta sunt?* Quo postremo loco Gelasius Cyzicenus, & Epiphanius Interpres rectius jam olim legere, πῶς δύναται εἷς εἶναι; *Quomodo potest unus esse horum, quæ per ipsum facta noscuntur?* Quam lectionem Græci sermonis constructio apertè requirit. Quamvis ad sensum loci nihil intersit, utrum ἴσος cum vulgato, an εἷς cum veteri Interprete legas. Si tamen ἴσος retineatur, mutanda hoc modo constructio; πῶς ὁ δύναται ἴσος εἶναι τοῖς δι' αὐτοῦ γενομένοις, non autem, τῶν δι' αὐτοῦ γενομένων. Ita D. Paulus Phil. 2. v. 6. Christum ait non existimasse rapinam, τὸ εἶναι ἴσα θεῷ, *Esse se æqualem Deo.* Ita ipse Alexander epistola sequenti Arianos prædicasse scribit, Christum τοῖς πᾶσιν ἴσον εἶναι; quod versio Romana, *Christum cæteris hominibus nihil præstantiorem esse*, reddit; nimis sane anguste. Neque enim ad solos homines æqualitatem illam restringebat Arius, sed ad creaturam quoque omnem τῶν λογικῶν καὶ ἀλόγων creaturam. Neque enim aliud istic loci est, τοῖς πᾶσιν ἴσον εἶναι, quam hic τοῖς πᾶσι συναριθμεῖσθαι; Hoc est: Verbum ex ipsorum sententia factum & creatum ex nihilo, reliquarum omnium creaturarum numero inferendum; utpote reliquis omnibus creaturis conditione atque essentia par & æquale. Quamvis ego τὸ ἴσον, in hisce locis, *æquale* potius quam par vertere malim, quo etiam profani Auctores pro coætaneo & coævo passim utuntur, adeoque πρὸς τὴν ὁμουσιότητα καὶ συναϊδιότητα, contra Arianos exprimendam est peraccommodum. Hæc pauca ad priorem Alexandri epistolam Encyclicam illam sive Catholicam observasse sufficiet.

Sequitur nunc altera ejusdem ἀνεπίγραφος in Romana editione, quod nescio qua incuria in tam diligenti opere admissum fuerit; cùm & Theodoretus & Tripartita Alexandro Constantinopolitano Episcopo inscriptam missamque testentur. Equidem cum perlecta primum hac epistola, non unum aliquem, sed plures subinde Alexandrum alloqui observassem, subiit suspi-

suspicio, certo consilio ἐπηρεφῶς, in Romana editione omissam. Quod negligentia factum, postea ex erratorum indiculo deprehendi. Quidquid sit, mihi fixa hæc sedet sententia, non privatam aliquam sive tractatoriam hanc epistolam esse, sed & ipsam quoque circularem ac generalem, missam ad diversos Europæ Episcopos. Quod nemo facilè negaverit, qui & hujus epistolæ partem extremam cum cura legerit, & Ecclesiasticarum epistolarum formam modumque non plane ignoret. Nam & clausula harum litterarum plane eadem est quæ præcedentium Encyclicarum, qua reliquo Clero per Episcopos salutem impertitur; tum ut sæpius in reliquo epistolæ contextu, ita in fine plures oratione se affari ostendit. Unde ad plures quoque scriptam fateri necessum est. Cùm verissimè illud non minus quam doctè à B Francisco Bernardino Ferrario lib. 3. de antiquo epistolarum Ecclesiasticarum genere, observatum sit, morem antiquitus invaluisse, ut iidem honorum tituli sub finem epistolarum iterarentur, quibus initio singuli ad quos scribebant, fuerant appellati. Sed quorsum hæc, inquies? Non ut Alexandro Constantinopolitano Episcopo hanc epistolam scriptam negem; sed ut ad alios quoque vicinos Episcopos, vel in regia urbe negotiorum caussa tum versantes, ejusdem quoque exempla per circulum missa ostendam. Neque ego hic Theodoreto futilem Gelasii Cyziceni Diobolaris βαλμῷ auctoritatem oppositurum, qui Alexandrum illum hoc tempore Constantinopolitanæ Ecclesiæ necdum præfuisse affirmat; quemque paulò post Nicæno Concilio privatum adhuc Presbyterum pro Metrophane extrema senectute C confecto interfuisse scribit. Cujus fidem incerti quoque auctoris narratio de CCCXVIII. Nicænis Concilii Patribus sequitur, quæ in Historiis Sanctorum Lipomanni extat; cujus exemplar ex regio codice in Galliis aliquando me transcripsisse memini. Hæc inquam, tanti non sunt ut Theodoreti aliorumque meliorum auctorum fidem apud nos elevent. Sed nunc epistolam ipsam aggredimur; in cujus limine Romanos editores προθέσεως vox offendit, cui obolis confossæ προαίρεσιν substituunt. Sed nescire me fateor, quid caussæ habuerint, cur vocem ἰλλυϊκωτάτῳ Grariſmi censu expunxerint. Vocem, inquam, probam, nec solum Polybio; ut ex Suida apparet, sed & D. Paulo semel itemque usurpatam, Rom. 8. 28. τοῖς κατὰ πρόθεσιν κλητοῖς, D *Vocatis secundum propositum*, & Ephes. 1. vers. 11. προορισθέντες κατὰ πρόθεσιν, *Prædestinati secundum propositum*: Et post Paulum, doctissimo cuique SS. Patrum. Clemens Alexandrinus item lib. 3. ἐγκυκλίας πρόθεσιν, propositum cœlibatus, & libr. 7. τοὺς κατὰ πρόθεσιν δικαίους, prædestinatos Apostolum secutus vocavit. Justinus Martyr XIX. quæstione ad orthodoxos, palpitationes, sternutamenta & tinnitus aurium ἐπὶ τῷ ἡμετέραν πρόθεσιν, fieri scribit. Omitto alios. Sane Constantinus Magnus litteris ad Alexandrum nostrum & Arium datis μίαν ψυχὴν πρόθεσιν scripsit. Quid verò? nonne ipse Alexander mox hac ipsa pagina τῷ μοχθηρᾷ πρόθε-

A σιν repetit? Quod & ipsum ne censores jugularent, salvum atque indemne præstare poterat quod pag. 16. se Episcoporum ad quos scribit ἐφόδῳ προθέσει, confidere ait. Videtis puto, auditores, quam cautè & religiosè in antiquorum scriptis versandum sit, quam non temere quidquam mutandum. Cæterum si quis Græcum hujus epistolæ exordium cum veteri Epiphanii versione contendat, longe diversam ejus codicem sententiam prætulisse reperiet.

Illi autem malorum hominum, quam modo dixi, προθέσει respondet quod sequitur, eos diaboli impulsu veluti œstro percitos ferri οἷς πλὴν προκειμένοις αὐτοῖς ἡδονῇ. Quo cum certum & destinatum animi consilium significetur, B rectius à veteri Interprete, *Propositam animo libidinem*, quàm à Camerario, *obviam voluptatem*, aut à nostro Interprete Britanno, *voluptates quæ fortè se offerunt*, converti existimo. Quis enim non videt, πλὴν τυχούσῃ ἡδονῇ ἢ πλὴν προκειμένοις, longissime inter se differre; cum illa casum, hæc consilium & voluntatis, ut dixi, propositum conjunctum habeat.

Addit hanc scribendi causam sibi fuisse, ut moneret cæteros Orthodoxos, improbos illos cavendos esse: μή τις αὐτῶν τολμήσῃ, inquit, ἐν ταῖς ὑμετέραις παροικίαις σπεῦσαι: *Ne quis vestras quoque provincias invadere audeat.* Quod ut vetus & germanus Theodoriti Interpres rectè & simpliciter vertunt; ita Anglus noster sanè magno & importuno verborum ambitu, *Erroris sui vestigia Ecclesiis imprimere* reddit. Quæ cò à me dicuntur, quod fucos & phaleras longè à casta Sanctorum Patrum oratione amandari velim: Easque, ut ipsi studiosè caverunt, ita nec interpretes eorum menti exprimendæ admittendas censeo. Ita sub principio pag. seq. vetus Interpres: πλὴν σωτήριον χάριν εἰκονομίαν ἢ δι' ἡμᾶς ταπείνωσιν: *Salutarem dispensationem & humilitatem pro nobis susceptam*, vertit, ut reliqui Latinæ Ecclesiæ Patres, & vulgatus Bibliorum Interpres loqui amant; ubi noster œconomiam & abjectionem, potius quam *humiliationem* probavit.

Sequitur deinde locus sanè insignis, quo Alexander egregiè describit malas Arianorum artes, quibus veritatem ejusque defensores, qua aperta vi, qua fraude occulta, per cuniculos oppugnabant. Ac primum quidem Dei hostes Ecclesiæ castris ejecti, ad Gentiles & Judæos transfugere, cum his ad Christianam Religionem exscindendam fœderis societate sese conjungere; apud hos gratiam laudemque sibi quærere, dum Christianorum dogmata ac sacra, quæ Judæis scandalum, Gentibus stultitia erant, risui ac ludibrio eorundem exponerent; unde religionis exitium sequi necesse erat. Ipsis deinde veritatis propugnatoribus turbas, seditiones, ac persecutiones gravissimas excitabant; scilicet ut Dei Ecclesia horum præsidio orbata, ipsis prædæ cederet. Hæc duo accusationis capita. Quorum utrumque quibus modis efficere conarentur Ariani, mox ostendit. Posterius quidem, inquit, seditiones & persecutiones

cutiones scilicet excitant, divexando Catholicos, & lites iisdem intentando, per mulierculârum amicitiam & prensationes: Christianissimum verò traducerent, dum ipsorum juvenculæ liberè sine modo & modestia, vagabundæ per civitates oberrant: quorum utrumque est contra Apostoli doctrinam, qui priori ad Timotheum 5, 19. Viduas sexaginta annorum eligendas; adolescentiores autem sive juvenculas devitandas præcipit. Tum verò versu decimo tertio ejusdem capitis monet, ne otiosæ discant circuire domos, verbosæ & curiosæ, &c. Neque enim dubium illud est, quin ex hisce Apostoli verbis totus hic locus intelligendus sit atque explicandus. In cujus sensu exprimendo Interpres noster mirè sequutus est, divellens & confundens omnia pro libito. Unde pro una continua Alexandri sententia, meras nobis scopas dissolutas exhibet: quæ singula prosequi tædiosum foret. Id miror, & veterem & novum Interpretem inverso unius Græcæ vocis spiritu, tanquam vehementiori procella abreptos, in scopulum impegisse Alexandri verba sunt, τὸν γὰρ ἐλληνισμὸν καὶ Ἰουδαίων ἀσεβῆ καὶ χριστῷ δόξαν κεκτημένους, τὸν παρ' αὐτῶν ἔπαινον ὡς ἐπὶ μάλιστα θηρῶντας. Ubi neuter perspexit, παρ' αὐτῶν leni spiritu legendum: Et non ipsos Arianos, sed Græcos & Judæos intelligi, apud quos Christum communi opera oppugnando, laudem studiosissimè captabant Ariani. Quod tamen Camerarium Theodoreti, & Langum Nicephori Interpretem non fugit. Quamvis apud hunc non παρ' αὐτῶν, sed παρ' αὐτοῖς legatur. Cæterum ut reliqui omnes hæretici, ita Arius quoque parentis sui diaboli ingenium artesque imitatus, ficta pietatis specie sequioris sexus simplicitati illusit. Cumque Christum divinitatis gloria spoliasset, sanctissimum quoque ejus peculium invedare ac intervertere non dubitavit. Qui septingentas Virgines Christo consecratas primo omnium in suas partes pertraxit: cum interim vix septem Presbyteros, & Diaconos duodecim sibi conciliasset. Ita scilicet, ἰούλιόν τινα καὶ σφαλερὸν καὶ ἐπαγόμενον τὸ τῶν γυναικῶν ἦθος. Sed cum Alexander hoc loco mulierum opera Ecclesiam ab Ario scribat oppugnatam, dubitaverit quis haud injuria, num seductas illas & fatuas virgines, ad aliud potius fœminarum genus vir sanctus intelligat: quas quidem ipse *mulierculas impuras*, si Anglo Interpreti credimus, & tenellas meretriculas vocat, sed vereor profecto, ne ille Alexandri mentem ac verba nimis inclementer expresserit. Quas enim *impuras* ille vertit, γυναικάρια ἄτακτα Alexander voce à D. Paulo mutuata appellat. Ita enim Apostolus 2. Thessal. 3, 6. monet, ut nos subtrahamus ἀπὸ παντὸς ἀδελφοῦ ἀτάκτως περιπατοῦντος, *Ab omni fratre inordinatè ambulante.* Ubi egregie Scholiastes Græcus, ἄτακτός ἐστιν ὁ δίχα τάξεως καὶ τοῦ θείου νόμου περιπατῶν. Quod equidem sic explicaverim, ἄτακτον sive inordinatum dici qui suæ vocationis ordinem legesque à DEO propositas non observat: cui impuri nomen propriè tribuendum haud puto. Mulierculas verò impuras nemo, credo, intelliget, nisi quæ voluptatum ac libidinum cæno immersæ, fœdam corporis sui copiam aliis faciunt. Illud verò gravius est, quas Alexander loco superius à nobis allato, simpliciter τεωτέρας vocat, *tenellas meretriculas* verti. Quod Romani editores hoc loco interpolantes, *tenellas juvenculas* substituerunt: Clementius quidem illud, sed nescio tamen, an satis ad Alexandri mentem. Quam ut planius pleniusque perspiciamus, copiosius nonnihil disserendum erit de mulieribus illis, quæ gradum, aut ordinem, aut ministerii officium in Ecclesia olim obtinuerunt: quarum originem ex sacris literis unâ eademque opera deductam explicabimus. Et mihi quidem recte ad tria genera revocari videntur. Quorum dignitate primum est Virginum institutum, non heri aut hodie introductum, ut hæretici nostri temporis impudenter simul & imperitè affirmant: sed unà cum Ecclesia natum, aut etiam Ecclesia ipsâ antiquius: quippe cujus exempla aut præludia in veteri quoque fœdere agnoscimus. Quamvis multo splendidior ejus gloria in novo refulserit: Ubi Virginis filius, Ecclesiæ castæ Virginis sponsus, Virginitatem & doctrina & exemplo suo gloriosius consecravit: & Apostolus περὶ ἰσαγγελίας πολιτείας suum consilium prolixe Corinthiis in 1. epistola cap. 7. exposuit. Virginitatem deinde sequitur viduatus, ut Tertulliani voce utar, sive ordo viduarum, quæ post primas nuptias, sive ut idem Tertullianus loquitur, post unum matrimonium interceptum, exinde sexui & sæculo renuntiabant. De his quoque Apostoli præceptum extat ad Timotheum priori epistola capite 5. vers. 9. *Vidua eligatur non minus annorum sexaginta.* Quo loco Apostolus & virtutes in viduâ requisitas recenset, & ætatem præterea eligendæ definit. Sed cui fini, cui operi, cui ministerio eligebatur? Scholiastes Græcus, qui in aliis succum & mendullas sanctorum Patrum exhibere solet, dubius hærere videtur. Φασὶ τὰς δὲ εἰς τὸ χηρικὸν τεταγμένας λέγειν, *Ajunt*, inquit, *Apostolum loqui de illis, quæ ad viduitatem ordinatæ erant.*

Sed quid ipse Scholiastes per τὸ χηρικὸν intelligat, æque obscurum, parique investigatione acquirendum videtur. D. Hieronymus epistola ad Salvinam de viduitate servanda, hunc Apostoli locum explicans, de collegio vel ut nunc loquimur, hospitio viduarum accipit, quæ publicis Ecclesiæ sumptibus alebantur: *illas*, inquit, *vult Ecclesia opibus sustentari, quæ propriis manibus non queunt laborare: quæ verè viduæ sunt, quas & ætas probat & vita.* Sed vereor, ut Apostoli mens ad solam hanc pauperum & ætate confectarum viduarum sustentationem restringi possit. Nam ministerio Ecclesiæ virtutibus & ætate probatas eligi præficique solitas vel illud argumento est,

quod viduas illas primum discere jubet Apostolus, qui propriam domum bene regant μανθανέτωσαν πρῶτον, inquit, τὸν ἴδιον οἶκον εὐσεβεῖν. Similem enim publici muneris πρόκρισιν in Episcopo paulò ante eidem Timotheo tradit: rectam scilicet privatæ familiæ gubernationem. Sed quid circuitione opus est: cum & privata Sanctorum Patrum, & publica Conciliorum auctoritate ἀναντιῤῥήτως evincatur, viduas hic ab Apostolo intelligi mulieres illas quas à ministrandi officio Græci διακόνους, Latini etiam *ministras*, ut ex Plinij junioris celebri illa de Christianis epistola constat, & Diaconissas appellarunt. De quibus Apostolus disertim ante, sed paucis meminerat cap. 3. ejusdem epistolæ. Nam ubi de Diaconis probandis suscipiendisque agit, subjungit aut interjungit potius: γυναῖκας ὡσαύτως σεμνάς, &c. *Mulieres similiter pudicas*, γυναῖκας, inquit Græcus Scholiastes, οὐ τὰς ὁπωσδήποτε, ἀλλὰ τὰς διακόνους. *Non quascunque*, inquit, *mulieres intelligit, sed Diaconissas.* Cur enim inter Clericos quarumvis de vulgo mulierum mentionem injiceret? Neque aliter D. Hieronymus in Comment. ad hunc locum; *Mulieres*, inquit, *similiter ut Diacones eligi jubet. Unde intelligitur, quod de his dicat quas adhuc hodie in Oriente Diaconissas appellant.* Apparet ergo διακόνων nomen, utriusque sexus personis Ecclesiæ ministrantibus in hoc Apostoli loco esse commune: quod in διακόνους & διακονίσας postea distinctum fuit. Hasce autem Diaconissas, viduarum quoque nomine à D. Paulo intelligi testatur idem Hieronymus, qui ad verba Apostoli de viduæ electione, sic notat. *Tales voluit eligi Diaconissas quæ omnibus essent exemplum.* Testatur & Epiphanius in Collyridianorum hæresi, cap. 4. ubi observandum monet, τὸ ἐκκλησιαστικὸν τάγμα, ordinem Ecclesiasticum non ultra Diaconissas extendi; addens χήρας τὰ ἀνώμασε, καὶ τούτων τὰς ἔτι χαριτίδας πρεσβύτιδας, ἤδαμοῦ δὲ πρεσβυτερίδας ἢ ἱερείσας. *Quas*, inquit, *Apostolus etiam viduas appellavit, earumque ætate provectiores πρεσβύτιδας sive seniores*: Non autem presbyteridas vel sacerdotissas. Quo telo Collyridianas Epiphanius jugulat, quæ suis sibi maritis conjunctæ, hoc est ἑνὶ γάμοι καὶ ἀνδρί, offerendi munus in Ecclesia impiè sibi arrogabant. Cum Apostolus ultra Diaconatum, altiorem gradum fœminis in Ecclesia non concesserit, eumque non conjugatis, sed viduis voluerit conferri. Quo loco Epiphanius officium Diaconissarum luculenter describit, uti etiam in expositione fidei Catholicæ, quam operi adversus hæreses subjunxit. Ubi & hoc additur, ex quo genere legi & in Ecclesiæ ministerium adoptari consueverint: *Diaconissæ*, inquit, *hunc tantum in usum constituuntur, ut mulieribus decoris & honestatis caussa inserviant, ubi id necessitas requirit. Sive cum Baptismi lavacro initianda, sive corpus earum inspiciendum sit.* καὶ αὗται δὲ μονόγαμοι ἐχειροτονήθησαν: *Suntque illæ*, inquit, *univiræ continentiam professæ.* ἢ χηρεύσασαι ἀπὸ μονογαμίας, vel post unas nuptias viduæ: ἢ ἀειπαρθένοι, vel perpetuæ Virgines. Ubi tria recensentur Sanctimonialium genera, ex quibus Diaconissarum ordo constabat, primæ, Virgines sine matrimonio à nativitate; Secundæ, Virgines in matrimonio ex consensu vel condicto: tertium genus viduæ continentes post primum matrimonium ex arbitrio: ut Tertullianus in exhortatione castitatis eleganter distinguit, & Tertullianum secutus D. Hieronymus in epistola ad Ageruchiam de monogamia. Verum, ut principio dixi, cum maxima hujus ordinis pars ex viduis constaret, viduæ & Diaconissæ promiscuo ferme nomine fuerunt appellatæ. Ita Basilius Magnus in epistola Canonica ad Amphilochium cap. 24. *Viduam quæ in viduarum numerum relata est*, hoc est, *quæ ab Ecclesia in Diaconatum suscepta est, censuit Apostolus nubentem despici.* Sed omnium clarissime Concilij Epaonensis Canon vigesimus primus ordinem hunc in Ecclesia abrogans: *Viduarum*, inquit, *consecrationem, quas Diaconas vocant, ab omni regione nostra penitus abrogamus.* Quamvis jam ante Arausionense primum sustulerat, cujus sententiam præter Epaonense, etiam Aurelianense secundum confirmavit. Quamvis ex verbis D. Hieronymi paulò antè allatis, in Latina Ecclesia vel nunquam receptum, vel jam exoleviſse hunc ordinem appareat.

Supereſt tertium mulierum Ecclesiasticarum genus, non publicum illud, sed privatum, si tamen Ecclesiasticum dici tas sit genus mulierum, quod ille de Mathematicis ait, vetitum semper in Ecclesia, semperque retentum. Genus inquam mulierum, ut re ipsa, ita & nomine incertum, varium ac multiplex. Contubernales illæ Clericorum, neque tecti duntaxat, sed sæpius etiam lecti sociæ. Quas quidem ipsi Agapetas sive dilectas, & sorores: cæteri συνεισάκτους vel εἰσακτους, hoc est, subintroductas & extraneas appellabant. Hujusmodi mulieres omnis ordinis Clerici jam olim in ædes recipere, easque vel Virgines sanctimoniam professas ad mutua, ut ajebant, pietatis solatia, vel orbatas parentibus puellas, proindeque pia & pudica aliqua tutela fovendas, vel privato familiæ domusque ministerio necessarias, sive ingenuas, sive ancillas. Hoc suspectum & pudendum contubernium, speciosо dilectionis & germanitatis Christianæ velo obtegebant. Sed ridet vani nominis fucum Divus Hieronymus epistola ad Eustochium de Custodia Virginitatis. *Pudet dicere*, inquit, *pro nefas: triste, sed verum est. Unde in Ecclesias Agapetarum pestis introiit? Unde sine nuptiis aliud nomen uxorum? Immo unde novum concubinarum genus? Unde mentrices univiræ? Eadem domo, uno cubiculo, sæpe uno tenentur & lectulo. Et suspiciosos nos vocant, si aliquid extimemus.*

Rident

Ridet & Cyprianus, vel quisquis suppar sane Cypriano Auctor est libri de singularitate Clericorum. *Et adhuc*, inquit, *de charitate causantur, qui secundum verbum Esaiæ, amaritudinem pro dulcedine decorantes, nudam fœditatem velamento boni nominis tegunt; dum apud eos sub falsa dilectione vera dilectio violatur.* Neque dilectas tantum, sed & sorores appellatas constat ex Ancyrani Concilii Canone XVIII. cujus hæc sunt verba: τὰς συνεισερχομένας παρθένους τισὶν, ὡς ἀδελφὰς, κωλύομεν. *Virgines sororum instar quibusdam cohabitantes prohibemus.* Testantur etiam Imperatores Arcadius & Honorius leg. 19. cod. de Episcopis & Clericis. *Eum*, inquit, *qui probabilem sæculo disciplinam agit, decolorari consortio sororiæ appellationis non decet.* Sed frequentius est συνεισάκτων sive subintroductarum nomen, quo Antiochenos Pauli Samosatensis & Cleri illius agapetas sive dilectas contubernales vocasse, testes sunt Antiocheni Concilii Patres apud Euseb. lib. 7. cap. 24. unde porro in universa Ecclesia receptum videtur. Sed antequam ex hoc diverticulo in viam redeam, nominis pariter ac rei originem pressius investigare libet, cum utraque juxta in obscuro sita sit. Et Balsamon quidem commentario ad 3. Concilii Nicæni Canonem, περὶ μέν τοι τῶν συνεισάκτων, inquit, λέγω πολὺς ἐγένετο κατὰ διαφόρους καιρούς. De subintroductis, diversis temporibus crebra facta est mentio, & alii quidem dixerunt ἐπείσακτον vel συνείσακτον esse τὸν αὐτὴ νομίμου γυναικὸς συνείσακτον ἢ συνοικεῖν τινὶ πορικῶς, quæ legitimæ uxoris loco introducitur & meretricio contubernio alicui cohabitat. Alii autem ita vocari dixerunt, πᾶσαν γυναῖκα συνοικοῦσαν τινὶ ἀλλοτρίαν πάντως, κἂν ἀνύποπτος ᾖ, quamvis mulierem alicui cohabitantem, omnino extraneam, sive nullo sanguinis aut necessitudinis vinculo junctam, etiamsi ab omni suspicione sit immunis. Atque hanc posteriorem sententiam uti veriorem probat, idque auctoritate epistolæ Canonicæ D. Basilii Magni ad Gregorium Presbyterum, quem ille licet septuaginta annorum senem à juvencula subintroducta, intentata etiam excommunicationis pœna, separari præcipit. Multa in utramque originationem afferri possent de ἐπισάκτοις, sive introductis apud veteres concubinis. De quibus etiam vulgatus sacræ Scripturæ Interpres qui *superintroductionis* voce utitur Genes. 31. v. 50. Multa quoque suppeterent exempla optimorum Auctorum, quibus ἐπείσακτον, pro externo vel peregrino usurpatum docere haud difficile foret, nisi longius jam & extra oleas oberrassem. Sed ut meam de ἐπεισάκτων origine paucis explicem sententiam, tertium quoque hoc mulierum sive sororum genus καποζηλία, quadam Apostolici instituti in Ecclesiam vel potius Clericorum ædes irrepsisse puto: Cum testante D. Paulo, 1. ad Corinth. 9. 5. moris fuerit plerisque, & quidem præcipuis Apostolorum, ἀδελφὴν γυναῖκα περιάγειν, *sororem mulierculam circumducere.* Quem locum uxorata hæreticorum ministeria propudiosis sûis conjugiis frustra obtendunt. Constantem adversus hosce SS. Patrum sententiam, Tertulliani verbis consignatam accipite: *Non uxores demonstrat ab Apostolis circumductas, sed simpliciter mulieres quæ illis eodem instituto quo & Dominum comitantes ministrabant.* Sic ille libro de Monogamia. Neque aliter Cyprianus lib. de singul. Cleric. Ambrosius; & Latinis Patribus adstipulantes Græci, Chrysostomus, Theodoretus & Græcus epistolarum Divi Pauli Scholiastes nunquam pro merito satis laudandus, dum ait: αἱ ἐυπορώτεραι γυναῖκες πιστεύσασαι ἠκολούθουν ἑαυταῖς τῶν ἀποστόλων, εἰς τὰς ἀναγκαίας αὐτῶν χρείας χορηγοῦσαι, ὡς αὐτὰς λοιπὸν ὄντας περὶ τὰ τοῦ κηρύγματος ἀποσχολεῖσθαι. Hoc est: *Ditiores mulieres fideles nonnullos Apostolos sequebantur, sumptus necessarios ipsis subministrando, ut illi hac curâ liberati, soli prædicationi attenderent.* Sed quod ad nostrum institutum facit, habetis hic religiosum comitatum; & pietatis glutine conjunctum contubernium; habetis mulieres non uxores; habetis sororium piæ germanitatis titulum; habetis circumducendi vocabulum Apostolorum περιόδοις accommodum. Cui in fixa certaque Clericorum commoratione τὸ συνεισάγειν, hoc est, unà secum introducere vel contubernalem habere, haud malè respondet. Nam & hoc loquendi modo Patres illi Antiocheni apud Eusebium utuntur, dum sese haud ignorare ajunt, ὅσοι ὑπὸ τῶν συνεισάγειν ἑαυτοῖς γυναῖκα ἐξέπεσον: *Quam multi ceciderint, dum mulieres sibi contubernio jungunt.* Nec absimili ratione idem Apostolus ad Galat. 2. παρεισάκτους ψευδαδέλφους, hoc est, juxta vulgatum Interpretem, *Subintroductos falsos fratres* dixit. Unde haud dubiè in Latina Ecclesia inolevit, συνεισάκτους quoque & ἐπεισάκτους, *subintroductas*, sacræ Scripturæ voce appellari, quas *cointroductas* vel *superinductas*, rectius vocassent. Sed redeo tandem unde digressus sum. Ex iis quæ hactenus de triplici mulierum genere differui, satis constare existimo, rebus turbandis maximè opportunum fuisse tertium hoc genus, τὰς ἐπεισάκτους scilicet, quas Alexander proinde ἀτακτα γυναικάρια vocat, quòd nullas modestiæ leges agnoscerent, nullo pudoris freno cohiberentur. Quin immo pestem hanc Ecclesiam potissimum afflixisse certissimo inde colligitur argumento, quod Nicæni ut Patres Ecclesiæ malis mederentur, huic carcinomati primo ferme loco censuerunt occurrendum. Unde tertio Canone severissimè omnibus in Clero quocunque tandem gradu ac nomine degentibus, τῶν συνεισάκτων consuetudine interdixerunt. Atque hinc liquere arbitror, cujusmodi mulierum prehensationes, quarum juvencularum circumcursitationes immodestas Alexander hoc loco intellexerit.

Proferimus nunc gradum cum eodem Alexandro, qui Arianos Concilii auctoritate damnatos circuisse vicinas Provincias & Catholicorum Episcoporum animos tentasse scribit, σχήματι μὲν εἰρήνης καὶ ὁμονοίας ἀξίωσιν ὑποκειμένης. Quod cum Interpres noster vertat: *Specie quidem pacis & concordiæ simulata, veniam petere præ se ferre*; mentem ejus haud quaquam me perspicere fateor, uti nec Camerarii illud: *Consilii quidem pacis & concordiæ specie simulata.* Quinam enim nobis persuadebunt, ἀξίωσιν vel veniæ petitionem, vel consilium aut hoc ipso, aut quovis alio apud Græcos Scriptores loco significare? Et si vel maxime significaret,

caret, quinam id vel rei ipsi vel Alexandri menti convenire poterit? Epiphanius vetus Interpres, *figura pacis & unitatis dignitatem se exercere fingunt.* Sane ἀξίωσιν dignitatem significare Suidas aliquot exemplis docet; & vulgo Græcis, ὁ ἐπ' ἀξιώσεως, qui in dignitate sunt constituti. Sed quis dignitatis exercendæ locus erronibus istis in aliena Provincia? Ego ἀξίωσιν hoc loco, βούλημα, illud quod petimus ac postulamus, seu finem & scopum quo tendit voluntas, quemque sibi obtingere desiderat, explicandum puto; cum verbum ἀξιῶν petere ac postulare ut plurimum significet. Ita ut loci sensus sit, errones illos pacis & unionis specie animi sui mentem, quidque petant ac pertendant, & ut cum vulgo loquamur, intentionem suam dissimulare; cum revera hoc moliantur, ut eos ad quos accedunt, seducant, & in partes suas pertrahant.

Inde ut leviora quædam præteream, sub finem pag. 11. principio Evangelii Joannis varie Arianos premit. Qui cum omnia per Verbum facta dixerit, subjungit ipse: *Si ergo omnia per ipsum facta sunt, quomodo is qui omnibus rebus creatis essentiam tribuit ipse aliquando non fuerit?* οὐ γὰρ πῶς ὁ λόγος τὸ ποιῶν τοῖς γενομένοις τῆς αὐτῆς εἶναι φύσεως διορίζεται. Quæ quidem verba & vetus & novi Interpretes vertendo sic pervertunt: *Nulla enim ratio vult, ut quod creat, ejusdem sit cum creatis naturæ.* Cum ὁ λόγος haud quaquam hoc in loco de ratione apodictica, sed de æterno Verbo accipi omnino debeat. Itaque vertendum: *Neque enim Verbum quod creat, ejusdem cum creatis naturæ esse dicitur*, vel *statuitur*, scilicet, à Joanne Evangelista cujus verba præmisit. Quod quamvis nemini non per se manifestissimum, ipsa loci ἀκολουθία, & Græci sermonis constructio probat. Subjungit enim rationem ex Evangelii verbis petitam, cur ὁ λόγος ejusdem naturæ cum rebus creatis esse nequeat. εἴγε αὐτὸς μὲν ἦν ἐν ἀρχῇ, siquidem ipse, scilicet ὁ λόγος, erat in principio; reliqua autem omnia per ipsum facta sunt. Sed Interpres noster, cùm præcedentibus verbis male conversis non haberet quò referrent vocem αὐτὸς, sententiam male luxavit, neque ullam in sequentibus periodis sanam expressit sententiam. Sed interposita παρενθέσει miras sibi ipsi aliisque offudit tenebras. Romani vero editores, Interpretis errorem vel fluctuationem prolata longius parenthesi non parum augentes, rationum atque argumentorum vim ac nervos plane succiderunt, quos sane & crebros & validos sanctissimus hic Episcopus in Arianos torquet. Sed cum & vos patientia, & me laterum vires destituant, cætera commodiori tempori reservabimus.

Habita Romæ in Academia Basiliana 1635. audientibus Eminentissimis Cardinalibus

J. B. Pamphilio.

Francisco Barberino.

..... Brancaccio.

DIS-

DISSERTATIO SECUNDA,
IN LOCA QUÆDAM
CONCILII NICÆNI.

QUOD Græcorum adagio fertur, Auditores, δὶς κράμβη θάνατος, id mihi in veteri & recocto argumento novum ingenij mei & vestræ patientiæ periculum facturo ne quis ingerat, plurimùm vereor. Sed ita plerique omnes naturâ comparati sumus, ut quandoque etiam errores nostros amemus; & ne errasse videamur, veteri errori novi erroris patrocinium paremus. Cùm sub ipsum hujus Academiæ principium mihi differendi partes vestra, Eminentissimi Cardinales! authoritas imposuisset, casu nescio, an consilio eam mihi materiam delegi, quæ in sacris, si non principem, proximum saltem à primo locum obtineret, & in qua Græcæ linguæ exercitatio non proletaria institui posse videbatur. Erant illæ Alexandri Alexandriæ Episcopi contra Arianos Epistolæ duæ, quæ in Romana Conciliorum generalium editione Nicænæ Synodo præmittuntur. Quibus pertractandis illud ὀφθαλμοφανῶς à me demonstratum iri sperabam, prudentissimo vos consilio Græcas litteras in urbem & Ecclesiam revocare, quarum præsentissimo præsidio nulla non sacræ eruditionis pars nititur: & frustrà sibi quemquam veram solidamque polliceri doctrinam, sive in arcanis Scripturæ sensibus eruendis, sive in cognoscendis Conciliorum Patrumque scitis, nisi animum Græcis litteris probè excultum afferat: Cùm earum adminiculo destitutus subleſta Interpretum fide seduci, & avios à vero passim exerrare necesse sit. Hoc institutæ tum Dissertationis argumentum cùm exequi ob rerum copiam & angustiam temporis non licuerit, reliqua nunc paucis expositurus benevolentiæ vestræ fiduciâ accedo. Quòd si dum in aliorum ἀκρισίαν censuram exerceo, vestri limatissimi judicij censuram rudis hæc & impolita exercitatio meruerit: τῆς ὑμετέρας ἂν εἴη φιλανθρωπίας, ut magni illius Areopagitæ verbis utar, ἐπανορθώσασθαι τὸν ἀκούσιον ἁμαρτόντα, καὶ μεταδοῦναι λόγου τῷ μαθεῖν δεομένῳ. Nunc abruptum primæ Dissertationis filum ad reliquam institutæ censuræ partem pertexendam connecto.

Urget contra Arij blasphemias Alexander Episcopus, æternam Verbi Dei ex Patre originem authoritate Joannis Evangelistæ, qui in ipso limine Evangelij sui, Verbum in principio fuisse; cætera verò omnia deinde per Verbum facta testatur. Quo loco Evangelistam arcano & religioso quodam consilio verbum ἦν, sive, *Erat*, adhibuisse; γένεσιν autem & ποίησιν nomine abstinuisse docet. Primò, ne iisdem vocibus de Creatore & creatura uteretur. Secundò, quòd Verbi æterni productionem non solùm Evangelistarum, sed & Angelorum intellectum excedere crederet. Tertiò, quòd impium existimaret arcana illa Divinitatis mysteria, curiosâ pervestigatione subtiliùs scrutari. In cujus loci sensu exprimendo non semel offenderunt Interpretes: quandoquidem Græca verba vitio non carent. Illud tantùm indicavero, ubi ait: τὸ ὑπερβαίνειν τῆς τῶν γενητῶν διανοίας, vocem illam, *Erat*, universam creaturarum intelligentiam transcendere, haud dubiè γενητῶν non γενητῶν legendum: quorum hoc ἀπὸ τοῦ γενᾶσθαι, illud ἀπὸ τοῦ γίνεσθαι deducitur. Quas quidem voces, licet origine & significatu affines, sacri & profani Authores cautè distinguit: cùm tamen in vulgatis Justini M. Eusebij, Epiphanij, aliorumque editionibus, sexcentis locis confusas observare liceat. γένεσις enim & γενητὸν, ut Proclus libro 2. in Timæum ait: τὸ ἀπὸ τοῦ δημιουργοῦ πρόσωθεν significat: hoc est, creationem & productionem ex nihilo. Unde, ut Justinus Martyr ait in responsionibus ad Græcos: τὸ γενέσθαι καὶ τὸ ποιεῖσθαι λέξεσι μὲν ἕ ταὐτὸν, ἔργῳ δὲ ταὐτόν. Verbo differt, re ipsa idem est. γένησις autem προσθολὴ ἀπὸ τοῦ πατρός. Hoc est, generatio, sive, ut cum vulgo Theologorum loquar, productio viventis à vivente, similis producenti in substantia & natura. Et γενητὸν, ut apud eundem Justinum habetur, τὸ γενητοῦ γενόμενον, sive τὸ γενητῶς τὸ εἶναι ἔχον, quod per modum generationis subsistit. Unde Clemens Alexandrinus, cùm γενέσεως nomen promiscuè accipi videret etiam pro generatione, quarto Stromatum libro ita eam distinguit, ut alia sit τῶν γενωμένων, alia τῶν γινομένων. Scilicet, ne quis τὸ γενητὸν καὶ γενητὸν confunderet. Unde & Plato principio Timæi disquirendum proponit: περὶ τοῦ παντὸς, εἰ γέγονεν ἢ ἀγένητός ἐστιν. Factumne sit universum, an non factum. Hoc est, ut Proclus explicat, εἰ γενητὸς ἢ ἀγένητος ὁ κόσμος. Atque ita antiquissimus ille Italiæ Philosophus Ocellus Lucanus insigni operâ probare instituit, τὸ πᾶν ἀνώλεθρον εἶναι καὶ ἀγένητον, mundum ortu interituque carere. Quod enim vulgò ἀγένητον passim apud Occellum scribitur, id contra optimos Vaticanos codices esse deprehendi: cum quibus aureum illud opusculum diligenter aliquando contuli. Rectè igitur universum hoc,

& quicquid rerum creatarum universo continetur, ratione primæ productionis γενητὸν appellabimus: γενητὸν verò haud quaquam: quod uni Verbo Æterno convenit, cui soli Pater Æternus dixit: υἱός μου εἶ σὺ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε; *Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Cætera autem omnia, εἰ αὐτῷ ἐγένετο. καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν, ὃ γέγονεν. Unde & Psaltes regius: αὐτὸς εἶπεν καὶ ἐγενήθησαν; *Ipse dixit, & facta sunt.* Contrà Mundus rectè ἀγέννητος, non autem ἀγένητος. Filius autem Dei ἀγέννητος, non ἀγένητος. Quæ fortassis levia videri possent, nisi unius litteræ interstitio rectus Catholicæ veritatis trames à gravissimorum errorum præcipitiis dispesceretur. Unde Joannem Damascenum libro 1. cap. 9. magno hæc studio annotasse videmus: & Epiphanius hæresi 69. Arianos hæc nomina confundentes gravissimè perstrinxit. Quàm bene autem Interpres Anglus, τὰ γενητὰ, *Mortalium* nomine explicet, mox commodiori loco videbimus. Ineptum quoque, quod idem noster Interpres Verbum Æternum, causam efficientem rerum omnium: τὸ ποιοῦν, *gignens* appellat; cum omnis Arianotum astutia in hujusmodi verborum confusione versetur, quæ sanctissimus hic Auctor contrà diligentissimè distinguit. Tutiùs sanè cum vulgato Bibliorum Interprete, *faciendi* & *factoris* vocabulo uteretur, novis illis verborum lauticiis relictis, quæ animo sacris litteris innutrito nauseam commovent. Ita in orationis progressu, ubi Alexander filios per gratiam adoptatos, à Verbo Æterno, vero & proprio Deo Filio quàm longissimè removet; quoniam hîc natura Dei Filius; illi verò, depositò spiritu servitutis, τὸ τῆς υἱοθεσίας λαβόντες πνεῦμα. Hoc est, ut noster Interpres reddidit: *Spiritu adoptionis filiorum assumpto*, filij adoptivi evadunt. Quid ni potiùs cum divo Paulo ad Rom. 8. v. 15. Spiritu adoptionis accepto: vel, Spiritum adoptionis filiorum accipientes, dixerim? Cùm *accipere*, gratiam donumque Dei præsupponat; *sumere* autem, sive *assumere*, propriam quodammodo authoritatem subindicare videatur. Quod enim Apostolus ait ad Hebr. 5. v. 4. οὐχ ἑαυτῷ τις λαμβάνει τιμήν: *Non sibi ipsi quisquam sumit honorem, sed qui vocatur à Deo.* Ita nec gratiam Spiritus Sancti quisquam sibi ipsi sumit, nisi cui data fuerit desuper à Patre luminum, à quo omne datum optimum, & omne donum perfectum descendit. Cui & illud addiderim, quod sub fine pag. 14. Arij asseclas πονηρευομένων σύνοδον, *improborum turbam* potiùs quàm *Concilium malignantium*, scripturæ verbis reddere maluit

Sed longum foret singula persequi, quoties Interpres Authoris mentem vel divellat, vel invertat, vel pro claris & manifestis dubia & obscura nobis supponat. Propero ad locum totius Epistolæ, meo quidem judicio difficillimum, qui principio pag. 15. Romanæ editionis legitur. In quo cùm Cimmerias mihi tenebras offusas cernerem, lucem ab aliorum illustri ingenio & conspicuâ doctrinâ petendam ratus, problematis loco illum priori Dissertationi subjunxit. Et vos quidem, Auditores, meminisse existimo, quàm facundam & reconditæ Thologiæ plenam de sacrosanctæ Trinitatis mysterio orationem tum instituerit magnum illud, quod veneror, doctrinæ ac scientiarum miraculum simul & oraculum. Meministis, inquam, ut ille vere ἀϊστὸς ἐν νεφέλαις, in ipsam divinæ caliginis nubem sese penetraverit. Mihi verò cum caligantis ingenii oculos ad tantam lucem erigere, & debile alarum remigium tam alte explicare non liceat, tutiori consilio terras legam & littora: hoc est, pressius & pensiculata cura, Græci contextus verba mentemque rimabor; & quid de hoc loco constituendum videatur, paucis planissime proferam. Ariani, inquit Alexander, ut Christum Deitatis gloria spoliarent, eas voces, eaque Scripturæ loca semper in ore habebant, quæ ad passionem & exinanitionem ejus pertinent, penitus obliti istorum, quæ ad gloriam & majestatem & æqualitatem cum Patre significandam faciunt. De quorum numero est illud Joan. 10. *Ego & Pater unum sumus.* Cujus loci sententiam Catholicam adversus Arium explicaturus Alexander, hanc ἐπιξήγησιν subjungit. Quod quidem Dominus dicit, non Patrem seipsum pronuntians: οὐδὲ τὰς τῇ ὑποστάσει δύο φύσεις μίαν εἶναι σαφωίζων. Hoc est, ut Interpres ad verbum reddit: *Neque duas secundum hypostasin naturas unam esse declarans*: sed quod Filius, inquit, perfectè paternam similitudinem servat. Quæsitum à me fuit, quis sensus illorum verborum: οὐδὲ τὰς τῇ ὑποστάσει δύο φύσεις μίαν εἶναι σαφωίζων. *Neque duas secundum hypostasin naturas unam esse declarans.* Cum enim hic nequaquam de Incarnacionis, sive οἰκονομίας mysterio, & hypostatica Verbi carnisque unione agatur; sed ad sanctissimæ Trinitatis mysterium, sive ad θεολογίαν locus pertineat, manifestè duas diversas & distinctas Patris & Filii naturas ponere videtur: quod impium Arii dogma erat, cui refellendo tota hæc Epistola opposita est. Quid igitur? num forte ἄκων ἐπιτρέπει αὐτὸς ἅλκεσι βρύειν; sed absit, ut sanctissimum virum hujusmodi labe aspergere quisquam conetur. Mihi vero loci hujus sententiam animo versanti duæ occurrebant rationes, quibus si non explicari, saltem excusari posse videbatur. Videlicet Authorem, ut Arianorum sententiam refellat, ipsorum sibi voces ac formulas mutari. Vel, si suo sensu, suisque verbis locutum velimus, φύσιν, sive naturam pro ὑποστάσει accepisse: quod forte antiquissimorum Authorum exemplis non caret. Sed dum pressius singula expendo, neutrum mihi loci sensus admittere videtur. Primum enim, suis non Arianorum verbis eum loqui manifestissimum est. Deinde utcunque exempla quis proferat φύσεως, sive naturæ vocem pro ὑποστάσει aliquando acceptam, nihil tamen hæc destina sententiam fulcit: cum ipse φύσεως nomen passim usitato Ecclesiæ sensu usurpet: idque mordicus contra Arium tueatur, unam esse eandemque Patris ac Filii naturam, & Verbum φύσει Filium Patris esse. Sicuti è contra contendit Filium non esse τῆς αὐτῆς φύσεως τοῖς γενομένοις. Quare superest, ut verba Græca, uti nunc quidem vulgo

leguntur, vel hæreticorum malitiâ, vel inscitiâ Librariorum corrupta dicamus. Quod facilè concedet, quisquis vestrum non ignorat, Auditores, quantum calamitatis & errorum utraque pestis sanctorum Patrum scriptis intulerit: quæ gressu nimis libero per Orientem aliquando grassabatur, cùm dissectâ in hæreses & partium studia Ecclesiâ, malis hujusmodi artibus, suæ quisque causæ patrocinium quæreret. Huic autem loco vitium factum antiquus historiæ Ecclesiasticæ Interpres Epiphanius Scholasticus liquidò ostendit: quem Græca verba non quidem mutata, sed transposito articulo, hoc modo olim legisse apparet: διὰ τῆ ὑποστάσει δύο φύσεις τὸν μίαν εἶναι σαφηνίζων, B dum vertit. *Neque substantialiter duas naturas, quæ est una, declarans.* Quem verum & Catholicum hujus loci sensum esse facilè perspiciet, quisquis hoc modo rem mecum consideraverit, Catholicæ Ecclesiæ fides, quæ unum Deum in Trinitate, & Trinitatem in Unitate veneratur, inter oppositos errorum scopulos, & multiplices mendaciorum ambages regiæ viæ instar, medio loco incedit, devitans hinc inde imminentia hæresium monstra, quæ insano clamore veritatem allatrant: ut neque personas cum Sabellio confundat, neque cum Ario substantiam separet. Hanc Catholicæ veritatis cynosuram Alexandrum quoque hoc loco sequutum constat, qui propositis Christi verbis, duos hinc C inde adulterinos sensus removens, tertium deinde verum & genuinum subjungit. *Ego*, inquit, *& Pater unum sumus*, non ut se Patrem esse affirmaret, quo personarum confusionem, & Sabellij μονοπάτορα tollit. Neque ut substantialiter duas naturas, quæ est una, declararet: Hoc est, non ut unam ac simplicissimam Patris Filiique naturam in duas divideret: quo substantiæ separationem ab Ario introductam removet. Tandem, sublatis hinc inde errorum extremis, Catholicam ejus loci mentem subjicit; videlicet, Filium naturâ Patri per omnia similem, & invariatam Patris imaginem esse: quo ille & unam eandemque Patris & Filii naturam, & distinctas prototypi &, imaginis hypostases confitetur. Sed hîc mihi aurem quis vellicet, & quid δύο τῆ ὑποστάσει φύσεις sibi velint, D haud immeritò quærat: cùm apud cæteros Ecclesiæ Patres haud facile hujusmodi loquendi modum sit reperire. Sed non uno hujus Epistolæ loco ostendi potest, ὑποστάσεως vocabulum non tam individuum seu distinctum personalibus proprietatibus subjectum, vel personalem subsistentiam Authori nostro significare, quàm modum subsistendi, quem Justinus Martyr, aliique Græci Theologi τὸν τρόπον τῆς ὑπάρξεως, vel etiam simpliciter, τὸν ὕπαρξιν appellant. Ita pag. 11. Joannem Evangelistam dicentem: *In principio erat Verbum, & omnia per ipsum facta sunt*: τὸν ἰδιότροπον ὑποστάσιν, proprium ejus subsistentiæ modum, sive ut Epiphanius vertit, propriam ejus substantiam designasse ait: ipsum scilicet Verbum, per quod facta sunt omnia, fuisse ante omnia & esse sive subsistere diversum quid à cæteris omnibus, A quam ille signanter, ἰδιότροπον ὑπόστασιν vocat. Quibus paulò pòst subjungit, mundum ex nihilo productum νεωτέραν ἐχειν τῆς ὑποστάσεως καὶ πρόσφατον γένεσιν, *Recentiorem habuisse generationem*, sive, ut Epiphanius ad verbum reddit, *Novellam habere substantiæ recentemque nativitatem.* Ubi nihil aliud ὑποστάσεως voce intelligi potest, quàm ipsa ὕπαρξις & existentia. Unde quam modò τῆς ὑποστάσεως γένεσιν, productionem ad existendum dixit, mox æquipollenti vocabulo ποίησιν appellat. Et paucis interjectis Filij unigeniti ἀνεκδιήγητον ὑπόστασιν vocat: de qua Spiritus Sanctus prophetico oraculo dixerat: τὴν γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται, *Generationem ejus quis enarrabit?* Ubi ὑπόστασιν & γενεὰν promiscuè pro uno eodemque poni quis non videt! Quæ licet in divinis sint inseparabilia; in cæteris tamen γενητοῖς γενεὰ, via ad ὑπόστασιν esse videtur. Verùm & illud ex locis hactenus à me productis vos perspexisse arbitror, Epiphanium veterem Interpretem, ubique ὑποστάσεως vocem, non subsistentiam ex recepta sanctorum Patrum & Scholæ consuetudine, sed substantiam cum vulgato Bibliorum Interprete reddidisse. Unde & hoc loco, τὰς τῆ ὑποστάσει δύο φύσεις, *substantialiter duas naturas* vertit: Hoc est, quarum utraque diversam substantiam, sive subsistendi modum habeat.

Atque hæc quidem ad difficilem, & verè Gordium hujus Epistolæ nodum, vel solvendum, vel scindendum attuli. Quæ ego doctiorum judicio lubens submitto. De quo loco si quis certiora me docuerit, ne ille magnam sibi gratiæ mercedem apud me promeruerit.

Ex prædicto Divi Joannis loco probaturus Alexander Filium Dei per omnia exprimere & referre Patris naturam, ejusque ἀπαράλλακτον, sive invariatam imaginem exhibere, ipsius Christi Domini verbis ex eodem Evangelista id confirmat, *Qui videt me, videt & Patrem*, & subjungit: ὥσπερ γὰρ δι' ἐσόπτρου ἀκηλιδώτου καὶ ἐμψύχου θείας εἰκόνος αὐτὴν διαμορφοῦται τὸ πατρός. *Quandoquidem Pater per ipsum, velut per speculum purissimum idemque animatum, in quo Dei exprimitur & elucet imago, manifestè cernitur*: ita magno verborum apparatu Interpres noster Anglus. Vel ut Epiphanius ad verbum: *Tanquam per speculum sine macula, & animatum, per divinam ejus imaginem contemplaretur Patrem.* A quibus nec Cameranus Theodoreti Interpres recedit: *Tanquam per ipsum, velut immaculatum & animale speculum, divinæ imaginis Pater conspiceretur.* Hæc Interpretes. Quorum neminem Authoris mentem penetrasse præfidenter, sed verè affirmaverim: cùm transposita distinctio Glaucoma ipsis offuderit. Sed cùm ex levi erroris occasione elegans differendi materies se offerat, illud principio monuerim, quemadmodum nobilissimam Corinthii æris mixturam, ex auri aliorumque metallorum colliquatione enatam Veteres prodidere: ita ex variis divinorum eloquiorum conflatis inter se & contessellatis locis, tanquam ex auro probato septies, pulcherrimum illum & verè aureum sanctorum Patrum loquendi characterem existere. Quem qui in rerum sacrarum tracta-

tractatione negligunt, illi plerumque persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis turgidi, ostensione autem spiritus & virtutis destituti, Æs sonans, ut Apostoli verbis utar, & cymbalum tinniens evadunt. Mihi autem inter cætera sanctorum Patrum monumenta, quæ nunc ad manum sunt Alexandri Epistolæ pulcherrimam vermiculati vel Mussivi operis speciem referre videntur. Ita perpetuis sacræ Scripturæ emblematis interstinctæ relucent. Quod præ cæteris, vel unius hic locus luculenter ostendit. Cùm enim Sapientiæ cap. 7. inter alia innumera elogia, Sapientia divinâ vocetur ἀπαύγασμα φωτὸς ἀϊδίε, καὶ ἔσοπτρον ἀκηλίδωτον τῆς τοῦ θεοῦ ἐνεργείας, καὶ εἰκὼν τῆς ἀγαθότητος αὐτοῦ: hoc est: *Candor lucis æternæ, & speculum sine macula Dei majestatis, & imago bonitatis illius*: Quis non videt divi Pauli exemplo locum hunc inde vivis coloribus adumbratum? Cujus ego ductu & auspiciis, duo illa epitheta speculi ἀκηλιδώτε καὶ ἐμψύχε, malè ab Interpretibus conjuncta distinctione interpositâ diviserim: & posteriùs ad divinam imaginem retulerim: ὥσπερ δὶ ἐσόπτρε ἀκηλιδώτε, καὶ ἐμψύχε θείας εἰκόος ἑαυτὸ θεωμένε τὸ πατρός. *Quoniam per ipsum tanquàm per speculum sine macula, & veram, sive animatam divinam imaginem ipse etiam Pater conspicitur.* Etenim cùm Apostolus ad Coloss. 1. vers. 15. Filium εἰκόνα τοῦ ἀοράτε, *Imaginem Dei invisibilis* appellasset, & Arius improbè ad stabiliendum errorem suum eo loco abuteretur, eleganti sane adjuncto noster Author ἔμψυχον, sive animatam imaginem eundem appellat, ut similitudinem perfectissimam inter Patrem Filiumque significantissimâ voce contra hæreticorum offucias tueatur, & ζῶντα λόγον ὑπὸ ζῶντος πατρὸς prodiisse doceat. Cum enim duplex sit imago, ut Scholasticorum Antesignanus parte 1. q. 35. & jam olim Epiphanius in Anomœorum hæresi cap. 3. docuit: Altera in re ejusdem naturæ, ut imago Regis in Filio: altera in re diversæ naturæ expressa: qualis est imago Principis in nummo, vel tabula, aut statua. Sive, ut Epiphanii verbis utar: altera, διὰ τῆς γενητικῆς ὁμοουσιότητος: altera δι' ἀλλοτρίων ὑποκειμένων, vel per aliam quamcunque materiam diversam, & ἀνομοίωσιν expressa, Arius, ejusque sectatores Filium Patris imaginem posteriori modo intellexere, ut diversæ à Patre naturæ eum esse evincerent. Quin imò hoc ipso Filium minorem Patre ostendere conati sunt, quia Patris imago vocatur. Ita Marcellus apud Eusebium libro 1. ex Asterii mente affirmat: τοσοῦτον τὸν θεὸν τοῦ λόγε διαφέρειν, ὅσον ὁ ἄνθρωπος τῆς ἑαυτοῦ εἰκόνος διαφέρειν δοκεῖ. Hoc est: *Deus in tantùm à Verbo suo differre videtur, in quantum homo ab imagine sua.* Idem Marcellus Catholicam Asterii assertionem exagitans, qua Verbum invariatam Patris imaginem affirmaverat, multis debacchatur, quæ & apud Eusebium & Epiphanium hæresi 72. ex Acacio habentur. Sed fanatici hominis deliria castigans Acacius: Tu, inquit, Dei imaginem ἀζωϊα γεγράφας, sive, vita ipsa privans, neque Dominum, neque Deum esse concedis; sed immobilem duntaxat imaginem, ὁποῖ ἄψυχον καὶ ἄζωον, ut anima vitaque destitutam: viventis autem viventem Dei imaginem esse negas. Idem quoque Epiphanius hær. 76. contra Aëtium Anomœorum principem, Filium ex Patre natum contendit, ut Deum de Deo, lumen de lumine, æqualem per omnia & consubstantialem Patri; cujus, inquit, imago est οὐκ ἄψυχος, ἀλλὰ παντὸς χαρακτηρίζουσα ἀμοίε: *Non expers animæ, sed paternum genus exprimens.* Hæc Epiphanius. Neque dissentit Eusebius, qui cùm libro 2. Theologiæ Eccles. varia protulisset loca, quæ Patris divinitatem gloriamque prædicant, addit deinde, horum omnium Unigenitum Dei Filium imaginem cogitandum esse: οὐχ' ὡς ἄψυχῳ ὕλῃ, ἀλλ' ὡς ἐν ἐμψύχοις ζῶσι μεμορφωμένῃ: *Non tanquam in materia inanimi, sed ut in Filio vivente expressam.* Quibus verbis egregiè duplex illa imaginis ratio ex Epiphanio & D. Thoma à nobis proposita explicatur: quarum altera ἄψυχος, ex Acacii & Eusebii verbis; altera ζῶσα καὶ ἔμψυχος, ex correcto à nobis Alexandri loco vocari poterit; Quin etiam ex ipso Eusebio libro 1. contra Marcellum Ancyranum, ubi commemoratis ejus deliriis quorum modò meminimus, hominem valde cæcutire ait; nec considerare: ὡς καὶ ὁ υἱὸς δυνατὸς ἔμψυχός τε εἶναι ἰδίᾳ πατρὸς λογικῆς: *Posse etiam Filium vivam Patris imaginem dici, cùm sit Patri quàm simillimus.* Quam ille sententiam multò copiosiùs explicat lib. 5. Evang. Demonstr. capite 4. ubi docet, sicuti Regis imaginem propter ipsum Regem veneramur; ita etiam Filium unigenitum unicam Dei Patris invisibilis imaginem, Deitatis honore prosequendum: utpote, qui naturâ Deus est de Deo, καὶ δι' ὅλε σώζει τὸ μόνε θεοῦ τέλε ἔμψυχον καὶ ζῶσαν τοῦ ἀοράτε εἰκόνα, καὶ πάντα τοῦ πατρὶ παρομοιούμενον: *Et per omnia Dei Patris animatam & vivam, & intelligentem imaginem, Patrique in omnibus simillimam conservat.* Videtis, ni fallor, Auditores, quàm bene Alexander Filium Dei ἔμψυχον θείαν εἰκόνα appellet, & quàm ea vox nihil humile & indignum Deo tribuat; sed summam, & ad vivum expressam naturæ gloriæque paternæ similitudinem nobis designet.

Eam porrò vocem ex medio Græciæ usu desumptam, nescio cujus veteris Authoris sententia apud Stobæum testatur: Cui Rex ἔμψυχος εἰκὼν θεοῦ dicitur. Ita Longinus notissimo illo elogio Eunapii: βιβλιοθήκη ἔμψυχος καὶ περιπατῶν μουσεῖον. Et Marcellus Arcadii Imperatoris Magister, Suidæ Lexicographo, minùs fortè noto, sed non minùs eleganti encomio: κόσμος ἀρετῆς ἁπάσης, ἢ τό γε ἁρμονικώτερον εἰπεῖν ἀφετὴ τις ἔμψυχος: *Omnis virtutis ornamentum, vel potiùs viva & animata quædam virtus.* Græcas hasce sermonis lauticias feliciter expresserunt Latini. Quid enim *Spirantia signa*, & *spirantia mollius æra*, & *vivi de marmore vultus*, Maronis. Quid Propertii, *Vivida & animosa signa*. Quid Ammiani *spirantia signorum figmenta*, nisi ἔμψυχα? Sed portum de proximo prospicio, quem subibo, si ex variis quæ sub finem hujus Epistolæ Interpretes peccat, unum adhuc addidero,

Alexan-

Alexander ut hæreticorum curiositatem freno injecto compescat ὑπόστασιν filii, sive existendi modum ut dixi, πάσῃ τῇ γενητῇ φύσει impervestigabilem asserit; neque πῶς τῶν λογικῶν φύσιν comprehendere posse, quomodo Pater genuit Verbum. In utroque hallucinatur novus noster Interpres. Primum quidem quod πῶς γενητὴν φύσιν, de qua superius egi, *naturam mortalem* reddidit. Neque enim tam angustis limitibus creata natura circumscribenda, cum & Angeli sint γενητοὶ sive creati, quos tamen mortales cum saniori Theologorum parte haud quaquam appellaverim. Neque melius in secundo membro ἢ τῶν λογικῶν φύσις, natura humana rationisque particeps explicatur. Nisi quis ἐν διὰ δυοῖν Interpretem reddidisse existimet. Sanè ad naturam τῶν λογικῶν etiam Angelos, & quidem præcipuo jure pertinere quis dubitet? Quibus tamen æque ac hominibus, divinæ generationis arcanum ignotum & ineffabile esse, testatur etiam ipse Alexander superius pag. 12. *Unigeniti subsistentia*, inquit, *non solum Evangelistarum solertiam, sed fortassis etiam Angelorum intellectum superat.* Sed quod noster in dubio relinquere videtur, id cæteri Patres disertim & constanter affirmant. Et nunc quidem ex Græcis unus mihi Eusebius testimonio dicendo adsit. Is lib. 1. Theol. Eccl. cap. 12. Unigeniti generationem non nobis solum impervestigabilem affirmat, ἀλλὰ καὶ πάσαις ταῖς κρείττοσιν ἢ καθ' ἡμᾶς δυνάμεσι; *Sed etiam cunctis superioribus virtutibus.* Accedat ex Latinis Ambrosius, lib. 1. de fide cap. 5. *Mihi impossibile est generationis scire secretum. Mens deficit, vox silet, non mea tantum, sed & Angelorum.*

Qui locus & me opportune silentii admonet, ut decurso dissertationis stadio lampada aliis tradam.

PRoblematis loco, sequenti congressu examinandum propono locum M. Aurelii Antonini Imp. & Philosophi. Is 3. Commate libri 11. de propria vita rectè instituenda, contemptum rerum omnium facilem esse ait, animo semper prompto & parato ad discedendum è corpore, modo promptitudo ista proficiscatur à certo judicio: μὴ κατὰ φιλὴν παράταξιν, ὡς οἱ χριστιανοί. Quibus verbis cum φιλοσοφώτατος Imperator SS. Martyrum in morte pro Christo oppetenda alacritatem & constantiam perstringat, velim enucleatius disquiri quid verba ista κατὰ φιλὴν παράταξιν sibi velint.

Habita Romæ in Academia Basiliana, anno 1636. audientibus Eminentissimis Cardinalibus.

FRANCISCO BARBERINO.

&.....BRANCACCIO.

DISSERTATIO TERTIA,

DE SYNESIO

ET DE FUGA

EPISCOPATVS.

SI ex divini Platonis effato, Eminentissimi Cardinales, omnis oratio rebus ipsis de quibus instituitur cognatione quadam atque affinitate respondere debet; accuratissima sanè atque omnibus ingenij artisque luminibus picta hodierno die mihi afferenda esset: quæ sublimi quadam gravitate nativas illas Platonis gratias atque omnes Poëtarum veneres conjungeret: Cum de Synesio, Philosophorum omnium, uno Platone excepto, eloquentissimo apud vos disserere ex hoc loco statuerim. Quo in munere cum non tam meæ voluntati, quam necessitati temporis atque aliorum imperio obtemperandum fuerit, supplebit vestra humanitas, quidquid ex temporali dissertationi aut ingenij mei imbecillitas, aut perplexa obscurioris argumenti difficultas negarit. Quin potius ipsum hujus loci institutum veniam mihi apud vos impetrabit, quod non tam copiosam & ad ostentationem Academicam compositam orationem, quam planum ac familiare differendi genus requirit: præsertim ubi res perspectu difficilies, ab ultima antiquitatis memoria in lucem usumque revocantur.

Neque enim mihi animus est, eloquentissimi juxta ac sapientissimi Philosophi laudes pertexere, aut orationis accuratissimæ virtutes persequi, aut reconditam philosophandi rationem in lucem protrahere. Sed unum duntaxat ex epistola cv. locum nodo sane difficili impeditum expendendum, & si tantum sperare liceat, expediendum proponam: Ubi ille causas exponit, cur Episcopatum Ptolemaidis, ad quem civitatis istius votis postulabatur, nequaquam sibi subeundum existimet. Hunc ego locum dum discutere instituo, illud summopere à vobis contendo, ut cum summorum hominum sententia mihi convellenda sit, æquum animum & solitam benevolentiam ad me audiendum, & ad totam hanc controversiam dijudicandam afferatis. Ita ad cætera ejusdem argumenti persequenda fiduciam addetis.

Nunc ut futuræ Dissertationi viam aperiam, facemque præluceam, cujus ductum deinde sequamur, operæ pretium erit ipsam Synesij epistolam accuratius expendere, de qua tota hæc nobis suscepta est Disceptatio. Ubi primùm se à Ptolemaidensibus ad Episcopale munus postulatum intellexit, rei novitate perculsus, prolixe Euoptio fratri suo scribit, causasque aperit ob quas oblatum Episcopi munus nequaquam sibi recipiendum judicet. Et principio quidem civitatis populique erga se studium affectumque prædicat, qui propemodum divinum honorem indigno sibi conferre voluerant, eo quod Philosophi munus aliqua cum laude hactenus eum sustinuisse perspexisset. Sed dum ipse & oneris oblati magnitudinem & suas vires humerosque expendit, multas ob causas id sibi declinandum existimat. Primo, quod cùm vita omnis in seria & ludicra ipsi divisa esset, seria quidem, & præsertim rerum divinarum studia, privato & secreto quodam in otio tractaret: ludicra autem, utpotè natura φιλοπαίγμων, publice atque in omnium conspectu. Cum Episcopale munus contraria omnia postulet: scilicet, ut rerum divinarum studia in propatulo tractentur, ludicra autem omittantur penitus, utpote homine sacris addicto plane indigna: quippe qui Dei imaginem vicemque gerit. Hæc prima quasi prælusio. Accedit secundo natura μισόφρωντις, & ingenium ab omni non tantum civilium, sed & privatarum rerum cura planè abhorrens: cum Episcopo uni omnium curæ & sollicitudines sustinendæ. Addit deinde, sacrum illud munus penitus à philosophiæ studio & rerum consideratione abhorrere. Hæc enim per quietam contemplationem animum à corporis consortio abducere, & ab affectibus corporeis expurgare, & secundum solam mentem operari studet. Cura autem Episcopalis, non solum contemplationis munus impedit, sed animum curis negotiisque immergit, adeoque divinæ auræ particulam obruit, & quasi extinguit. Quarto loco naturâ se ad peccandum proclivem, & conscientiâ non satis firmâ esse dicit: cum Episcopum ab omni macula & peccato purum liberumque esse oporteat, quippe qui alios

à pec-

à peccatorum sordibus expurgandi munus incumbit. Subjungit deinde causam sonticam, conjugij & rei uxoriæ, quòd conjugem ritè & liberorum quærendorum causâ ductam, nec deserere publicè, neque clanculum cum ea consuescere vellet.

Sed omnium tandem gravissimam causam hanc adfert, quòd ipse Platonicæ Philosophiæ præceptis imbutus, à præcipuis aliquot fidei Christianæ capitibus dissentiret; easque opiniones ita animo fixas esse ait, ut licet dissimulare pacis & concordiæ causâ, dimittere tamen, aut mutare easdem nolit. Dogmata autem præcipuè tria proponit. Primum, animam præexistere, neque corpori jam formato immitti. Alterum, de mundi æternitate, quem ut interiturum aliquando crederet, neutiquam adduci poterat. Tertium, de mortuorum resurrectione, quam mysticum & arcanum aliquem sensum recondere, nec cum vulgo accipiendam esse asserit.

Hæc rationum summa, in qua nihil se simulare, nihil fingere, Deum hominesque testatur. Hæc fratri, hæc amicis, hæc Theophilo Alexandriæ Patriarchæ, qui electionem ratam habuerat, nota esse asserit. Ideoque Ecclesiasticæ historiæ Scriptores Evagrius & Nicephorus, cæterique antiquorum qui de Synesio mentionem fecere, hujus Epistolæ verbis persuasi, Synesium semipaganum ad Episcopi munus accessisse affirmant. Cùmque cæteræ virtutes, quæ hominem omnibus numeris absolutum reddere possent, in eo elucerent, κατ' ὀικονομίαν ab Ecclesia ordinatum fuisse scribunt; eâ spe, fore ut ad tantum virtutum cumulum, veræ quoque Religionis vertex & colophon accederet: neque eam spem eos fefellisse. Hæc, inquam, veterum omnium, hæc recentium sententia. A qua magnus ille & incomparabilis Ecclesiasticorum Annalium parens sibi discedendum putavit, qui ad annum Christi quadringentesimum decimum, maximo errore eos labi pronuntiat, qui seriò ista à Synesio inculcata fuisse putant: Sed arte hæc ad declinandum Episcopi munus ab eo producta, ut portentosis contestationibus Theophilum cluderet. Cui sententiæ stabiliendæ summus vir duo potissimùm argumenta affert. Primum quidem, quòd non solùm absurdum, sed etiam ab omni Ecclesiastica disciplina & Christiana pietate sit alienum, Theophilum virum piissimum, & acerrimum Christianæ Religionis vindicem, non solùm per Baptismi lavacrum ad Fidelium numerum, sed etiam per manus impositionem ad Ecclesiæ regimen admittere voluisse hominem Christianæ Religionis dogmatibus non acquiescentem. Quî enim Baptismi gratiâ illuminare poterat hominem Gentilium errorum tenebras obstinatâ pervicaciâ defendentem? Aut quî veritatis viam aliis ostenderet, qui falsarum opinionum devia sectabatur? Alterum deinde telum ab ipso Synesio petit, qui epistolâ undecimâ ad Ecclesiæ suæ Presbyteros scriptâ, distertis verbis testatur, se Episcopi onus ἀπάσῃ μὲν μηχα- A ναῖς: *Totis viribus & omnibus machinis declinasse.* Iis verbis hasce artes & contestationum machinas ait intelligi. Sanè ea excellentis virtutis natura est atque vis, ut splendidissimæ lucis instar quæ præcelsa in specula refulget, omnium animos ad se convertat, omniumque favorem blando quodam & occulto illicio sibi conciliet. Ego verò amplector & exosculor quidem magni viri affectum, qui omnem caliginis nebulam dispellere studet, quæ clarissimam Synesij famam offuscare, quæ Theophili gloriæ officere, quæ Ecclesiasticæ disciplinæ splendorem, & candidos piissimi sæculi mores denigrare videbatur. Sed multa sunt præfectò, quæ à recepta antiquiorum sententia in novam hanc discedere me nequaquàm patiuntur. Nam ipsa Synesij verba adeò quidem perspicua sunt, adeò certa & manifesta, ut quâ ratione in dubium vocari possint, planè non videam. Contestationes verò adeò sanctis ac religiosis verbis sunt conceptæ, ut qui iis ludere, aut eludere alios voluerit, cum & conscientiam fidemque profligasse, & veritatem, Deumque veritatis præsidem ludibrio habuisse jure merito credas. Scribit fratri, atque in ejus sinum internos animi motus sensusque effundit. Publicam hanc contestationem esse cupit, ut apud Deum hominesque culpâ careat, si res malè evenisset. *Nolo*, inquit, *ementiri dogmata: hac Deum, hac homines testor. Veritas Deo affinis est, apud quem criminis expers omnis esse cupio.* Et quis non seriò & ex animo eum loqui existimet?

Neque verò unâ hac tantùm Epistolâ, sed & aliis in locis testatur, se ad Episcopatum accessisse, nullis Ecclesiæ dogmatibus imbutum, nulla sacrarum litterarum cognitione instructum; quin imò extra Ecclesiam, & quidem alienis dogmatibus innutritum. Epistola 13. ad Petrum Presbyterum, συγγιγνώσκω μὲν ἐμοὶ τοῦτο, ἔγκλημα δὲ ὑμῖν, ὅτι τὸν ἐκ εἰδότα τὰ λόγια τῆ θεῆ τῶν εἰδότων ἀνθείλεσθε. *Mihi quidem condonandum, sed vestræ culpæ tribuendum, quod me divinarum scripturarum imperitum, earundem peritis antetulistis.* Et Epistola 66. ad Theophilum: ἐγὼ μὲν οὐκ ἄντε πόρρωθεν ἐνετράφην τοῖς νόμοις τοῖς ἱεροῖς, ἄτε οὐδὲ μοι καθήκει πολλὰ μεμαθηκέναι, πέρυσιν ὑπογεγονότι τῷ καταλόγῳ. *Ego verò neque à multo tempore sacris legibus institutus sum, nec multa admodum adhuc me didicisse par est, qui superiori anno Episcoporum numero nec dum eram adscriptus.* Et in fine Epistolæ 67. ejusdem Theophili precibus se commendat, quandoquidem propriis ipsius votis precibusque numen haudquaquam respondebat: διὰ ῥιψοκινδυνίαν τόλμαν, inquit, ὅτι ἄνθρωπος ἐν ἁμαρτίαις, ἀπότροφος ἐκκλησίας, ἀγωγὴν ἑτέραν ἡσμένος, θυσιαστηρίων ἁψάμενος θεῦ. *Ob projectam temeritatem meam, quòd homo peccatis irretitus, extra Ecclesiam educatus, alio disciplinæ genere institutus, ad altare Dei accedere non dubitaverim.* Sed ut hæc compendi faciam, illud puto longè efficacissimum fore argumentum, si ex aliis Synesij locis planè convincam, eum jam non solùm Christianum, sed etiam Episcopum,

Platonicam illam de animæ origine & præexistentia sententiam retinuisse. Sanè primum hymnum à Christiano scriptum editumque testatur sacrosanctæ Trinitatis mysterium, quod obscuris quidem verborum involucris adumbrat potiùs quàm describit; ita tamen describit, ut per timidæ orationis nebulam in sacra quadam caligine animus Christianus facilè agnoscatur. Nam Deum Patrem, αὐτόσυτον ἀρχὴν, Filium φωτόπορον εἰδῶ: totam verò Trinitatem, τριπόρυμβον ἀλυκὴν appellat.

Ea verò quæ de humanæ mentis origine ex intellectualibus mundis deducta, atque in materiam delapsa subjungit, pura puta sunt Platonica, & cum Origenis dogmate planè consentiunt. Nam mens universi totum hoc universum animat, voluitque: inde jam quasi particulæ quædam divisæ, aliæ stellis, aliæ Angelis attributæ: ὅθι καὶ ἑίποντι δισμὸν χθονίαν ἔυρετο μορφὰν: *Alia deorsum vergenti vinculo terrenam sortita est formam, ubi Authoris & parentis sui oblita, tenebrosam hausit oblivionem.* Ut cætera taceam, quæ Platonicis verbis sensuque de animæ reditu ad Deum ibidem subjunguntur. κάθοδον autem, sive descensus ejus in corpus, quin προϋπαρξιν supponat, nemo vel obiter in Platonica Philosophia versatus dubitaverit. De secundo hymno similia producere licet, quem Authoris jam Christiani fœtum esse sacrosanctæ Trinitatis δοξολογια, multò clarior priori, illa satis superque indicat. Cui deinde succedit series mentium, Angelorum, Heroum, dæmonum, hominum: quam Pythagoricam & Platonicam catenam ex uno Hierocle discere facile est. Quod autem sub finem ejus hymni Deum rogat, ἵνα μὴ τὸ σὸν πίδωμα ἐπιδείσῃ χθόνος ἅτα: *Ne mentis alas aggravet terra noxa*: nonne Platonicam πτεροβρυΐαν innuit, & illum ἄτης λειμῶνα, in quo anima φυγὰς θεόθεν καὶ ἀλήτης, *divinitùs exul & errans*, juxta Empedoclem Pythagoreum, miserè versatur? Tertium verò hymnum, jam sacris initiatum & Episcopum se scripsisse, nisi me omnia fallunt, liquidò hisce versibus indicat: εἴδε καὶ ψυχὰν ὀλιγοδρανίαν, ὀλιγοπίλεα θῆκας λιβύας, θῆκας σὰς ἱερὰς ἱερωπολίας, ὁσίαις ἰυγαῖς θαμειλομένην. *Respice & animam languentem, deficientem in tua Libya, in tuis venerandis sacris, sanctis precibus intentam.* Nam ἱερωπολίαν sacerdotium hic significare nemo credo negaverit, qui Poëtas Musarum Sacerdotes μυσοπόλους, & Jovis Sacerdotes alicubi λιμφιπόλους, peculiari nomine dictos non ignorat. Quin etiam nomine θημελείας ἰυγῶν, non solas preces, sed universum Episcopi munus non hoc solùm loco, sed etiam Epistolâ decimâ tertiâ, quinquagesimâ septimâ, & centesimâ vigesimâ primâ, & alibi Synesius complectitur. Atque hoc ipso in hymno, ut taceam νέας ἀστρίας ζωσίους καὶ λιζώτας, ex Chaldæorum Theurgia peritos, illa animarum divisio in ἀκλιτὴν & κλινομένην, an non Platonis atque Origenis sectatorem γνησιώτατον ostendit? Quid enim anima ἀκλινὴς, nisi ea quæ constanter in divino amore & summi boni contemplatione persistit, neque ad inferiora hæc affectu & inclinatione vergit? Hasce animas, θεῶν ὑπαδοὺς, *Deorum assectas* vocant Platonici: de quibus Proclum videre est elemento Theologico CLXXXV. Altera autem illa κλινομένη, sive inclinatior est, quæ relicta statione cœlesti mortale corpus subiit, in quo tanquam in tenebroso carcere pœnas luit. Hunc errorem Origenis palmarium notavit damnavitque quinta Synodus: ex qua multa mihi proferre liceret ad hujus dogmatis confirmationem, nisi tempore simul & vestra patientia abuti vererer; unum duntaxat locum libri 2. περὶ ἀρχῶν, ex dicti Concilii actis afferam, cum Synesii verbis oppidò quàm consentientem. ἡ ψυχὴ, inquit Origenes, ὀλισθήσασα τοῦ καλοῦ, καὶ τῇ κακίᾳ προσκλινομένη ἀποκτᾶται τὴν ἀποθειότητα, καὶ αἰρεῖται, φησὶ τὸ ἀλογωθῆναι καὶ τὸν ἐνυδρον βίον. *Anima defluens à bono, & inclinata ad malum, fit jumentum, & efferatur, eligitque ut obbrutescat, vitam aquatilem.* Ad postremum hoc alludens Synesius, hoc ipso hymno, homines διψῆς Homerico Epitheto appellat: ὡς διύχους τὰς ψυχὰς ἔχοντας: *Quòd animas humore perfusas habeant*, ut ait Porphyrius libro de antro Nympharum. Idem de mystica & arcana resurrectione, cæterisque Platonicis dogmaticis, ex iisdem hymnis probarem, nisi hæc jam abundè ad fidem faciendam sufficere existimarem.

Sed hîc mihi nescio quis aurem vellicat, ecquid tandem, inquit, gravissimo Baronii argumento respondes? Qua conscientia Ptolemaidenses hominem tot erroribus imbutum ad Ecclesiæ regimen vocarunt; aut quo animo Theophilus vocatum ordinare non dubitavit? Itane tandem Apostolorum præcepta, Conciliorum Canones, Ecclesiæ decreta, statuta Patrum penitùs conculcare ausus est? Non ne audierat Paulum præcipientem Timotheo, μὴ νεόφυτον, *Non Neophytum, ne inflatus in judicium incidat & laqueum diaboli?* An ignorabat Apostolicum Canonem octuagesimum: τὸν ἐξ ἐθνικῆς βίου προσελθόντα καὶ βαπτισθέντα οὐ δίκαιον εἶναι παρ' αὐτὰ προχειρίζεσθαι ἐπίσκοπον. *Ex ethnica seu gentili vita conversum & baptizatum, non æquum est statim Episcopum eligere.* Cui rationem adjunxerunt: *Quia injustum est, eum qui nullum sui documentum dederit, aliorum esse doctorem.* Nonne à magno & celebri Nicæno Concilio idem severissimè interdictum, & mox in Sardicensi Concilio repetitum noverat? Fateor, Auditores, certas clarasque esse Ecclesiæ sanctiones & Patrum regulas. Sed nonne ipsius Pauli exemplo constat, gratiam divinam sæpenumerò sacras atque humanas leges transcendere? Unde in Apostolico Canone cautè exceptum, εἰ μήτου κατὰ θείαν χάριν τοῦτο γίνεται: *Nisi id per divinam gratiam alicubi fiat.* Ea quippe legum angustias dedignatur, neque ullis se limitibus circumscribi patitur. Quin imo multa quotidie in primæva illa Ecclesia contra Apostolica instituta evenisse, ipsa Nicæni Canonis verba ostendunt: *Quoniam plura, inquit, aut per necessitatem, aut alias cogentibus hominibus adversus Ecclesiasticam fidem facta sunt regulam, ut homines ex gentili vita nuper accedentes ad fidem, & instructi brevi tempore,*

re, mox ad lavacrum spirituale perducerent, simulque ut baptizati sunt, etiam ad Episcopatum vel Presbyterium promoverent : optime placuit, nihil tale de reliquo fieri. Nam & tempore opus est ei qui catechizatur, & post Baptisma probatione quam plurima. Rectè, inquam, ostendit multa secus facta, ἢ τοι ὑπὸ ἀνάγκης, ἢ ἄλλως ὑπ' ἀγνοίας τῶν ἀνθρώπων. Atque hujus rei tria nobis luculenta exempla, una Nicolai I. ad Photium epistola suppeditat, Nectari scilicet, & Tarasii in Constantinopolitana, S. Ambrosii in Mediolanensi Ecclesia. Quorum electiones Ecclesia necessitate adacta fecit, aut factas probavit; *sed ut iterum fierent, non confirmavit, nec instituit.* ὰ νόμοις ταῦτα τιθεῖσα, ἅμα τοῖς καιροῖς τὰ πρόσκαιρα παράττουσα, ait Nicephorus. Atque omnes hasce causas in Synesii electione concurrisse facilè perspiciet, qui ea quæ diversis in locis ipse de se prodidit, consideret. Nam vi atque ingratiis le ad hoc munus fuisse pertractum, nihilque tale cogitantem, quin etiam renitentem, & deprecantem, passim testatur : qui mortem & gravissima quæque præ Episcopatu lubens elegisset. Quid si maximam præsentissimamque ejus eligendi necessitatem fuisse dixerim ? Facilè mihi adstipulabitur, qui calamitosa illa ruentis Imperii tempora, qui corruptissimos ejus sæculi mores, qui afflictissimum Africanarum Provinciarum statum æqua animi lance expendat. Quæ quidem omnia nemo luculentius, nemo accuratius ipso Synesio depinxit. Videmus isthic Imperatores pueros, omnium regnandi artium expertes, domi inter eunuchorum, morionum, & adulatorum greges in otio & deliciis delitescentes, subditis & præsertim militibus non nisi per picturam notos, qui extremas illas Imperii lacinias partim Magistratum avaritiæ & inexplebili cupiditati, partim Barbarorum invasionibus diripiendas & exscindendas relinquebant : de quibus nec conqueri impune licebat : aut si extrema necessitas subditos ad Principis aures compelleret, longis & sumptuosis ac plerumque irritis legationibus exhauriebantur. Unum miseris affulgebat anxilium, ut virum aliquem eloquentiæ aut civilis prudentiæ facultate, aut magnorum virorum gratia & amicitiis pollentem, sibi patronum & quasi tutelare numen legerent, sub cujus umbra delitescerent, qui imminentes calamitates averteret, Provincias & civitates pessundatas erigeret & confirmaret : quod elegantissime aliquot ipsius Synesij ad Pylæmenem epistolæ abunde docent. Præsentissimum autem ab Episcopis affulgebat subsidium, qui ipsa muneris authoritate instructi atque armati videbantur adversus Provincialium magistratuum oppressiones. Hæc necessitas, hæc spes Ptolemaidenses impulit, ut Synesium sibi Episcopum poscerent, cujus opem universa illa Provincia illustri Legatione apud Arcadium. vel, ut aliis placet, apud Theodosium ejus filium, fuerat experta. Videbant præterea hominem illustri nobilitate & magna sapientiæ laude conspicuum, & principum virorum amicitia ac favore subnixum : quæ quidem omnia magno sibi præsidio futura haud vane conjiciebant. Sed profectò major quædam vis, hoc est Dei gratia ; Synesium ex privato otio ad Ecclesiæ suæ ornamentum pariter & præsidium protaxit. Hunc ille consilij istius Auctorem epistola 11. & 95. agnoscit; huic ille vocanti manus dedit collumque submisit. Neque aliam electionis caussam Evagrius, Nicephorus, & Photius retulerunt. Scilicet perspectum habebat Theophilus animum πρὸς τὸν θειασμὸν τῦ χριστιανισμῦ νεύσαντα : *Ad Christianam religionem propensiorem.* Experimento didicerat, quam facilè veritati cederet; & quam nullo negotio homo Platonicis dogmatibus imbutus ad exactam Christianæ veritatis cognitionem traduceretur.

Sed maximam interim & difficillimam quæstionis partem mihi superesse video ; quinam homo tot erroribus inquinatus, ad Baptismi lavacrum fuerit admissus ? Ego ut meam vobis sententiam quam planissimè explicem, id vos, Auditores, cum animo vestro repetere velim, quòd paulò ante à me demonstratum fuit, eadem hæc dogmata, quæ Synesio pertinacius insidebant, jampridem ab Origene Alexandrinam Ecclesiam fuisse invecta. Ubi ille permultos habuit sectatores; eos præcipuè qui ex Gentilium Philosophorum schola ad Christi Ecclesiam transibant. Quin imo haud verear affirmare, Christianos, ut prolato Ecclesiæ pomærio quam plurimos ad suas partes adducerent, eos præsertim qui secularis sapientiæ & eruditionis gloria excellerent, multa per συγκατάβασιν & συμπεριφορὰν & ut Nicephori verbis utar, κατ' οἰκονομίαν ad tempus toleraſse, quæ vel usu ipso, vel longiori magisque accurata institutione emendari posse existimabant. Quod sane nuspiam majori cum fructu fieri potuit quam Alexandriæ, ubi non solum ob veteris Musæi gloriam, sed etiam ob recentem Platonicorum Academiam ex Athenis eò traductam, ingens doctorum hominum multitudo versabatur. Quam etiam ob caussam Christianæ religionis Antistites, δημοδιδάσκαλοι illi, qui scholam Catecheticam à S. Marco institutam ordine rexerunt, Pantænus inquam, Clemens, Origenes, Dionysius, Ammonius, aliique, magnam externæ quoque sapientiæ & potissimum Philosophiæ operam impenderunt, ut scilicet humanam sapientiam suis artibus irretitam stultitiæ Crucis Christi submitterent. Origenis autem dogmata quod multos eosque celeberrimos haberent defensores, diu in Ecclesia delituerunt. Quæ licet privatis nonnullorum scriptis exagitarentur, nunquam tamen ante extrema Justiniani tempora, hoc est 553. Christi annum generali Synodo damnati fuere. Neque id silentio prætereundum, quod Theophilus ipse Origenem, quem publicè suggillabat, & quem mortuum primus Ecclesiastica communione privatum diris devovit, privatim diligentissime legere non verebatur, ut Socrates lib. 6. cap. 15. prodidit. Quæ res Synesium, Platonis ac proinde etiam Origenis studiosissimum, ob intimam cum Theophilo familiaritatem latere non potuit. Quo-

circa non adeo mihi mirandum videtur, in tanto Origenistarum & Platonicorum numero Synesium quoque ad Baptismum fuisse admissum : Cum omnia Alexandriæ & Ægypti monasteria iisdem opinionibus essent infecta, quod ex iis Theophili & successoris ejus Cyrilli litterarum fragmentis apparet, quæ in quinta Synodo referuntur ; quæ ad horum temporum Historiam cognoscendam inprimis faciunt. Iis quæ hactenus à me certissimis, ni fallor, rationibus comprobata fuere, multas addere possem haud quidem levioris momenti conjecturas, quibus Synesii animum etiam post susceptum Christianæ religionis Sacramentum nimio adhuc affectu in Platonicæ Philosophiæ dogmata & Platonicum vivendi institutum propendentem & quodammodo ἐπαμφοτερίζοντα arguerem. Sanè magna Dionis pars, & postrema ad Hypatiam magistram epistola, satis ea quidem prolixa, doctrinam studiaque Platonica contra Monachos Ægyptios τὰς ἐκ τῆς ἐτέρας ἀγωγῆς, ut ipse loquitur, eorumque asceticam vitam non sine aculeis tuetur, quamvis ipse sive metu, sive reverentia, animi sensa sermone admodum αἰνιγματώδει involvat. Neque mihi sublato sipario omnium oculis animisque ea objicere libet, ne quis fortè aut nimis me morosum in tanti viri nævis atque erroribus pervestigandis, aut in iisdem persequendis justo prolixiorem existimet : Præsertim cùm maximis virtutibus & insigni Catholicæ religionis zelo paulò post eosdem redemerit. Etenim cum epistola 95. statim post susceptum munus septem mensibus se peregrè à suo Episcopatu abfuisse scribat, πόρρωθεν διαπειρώμενος τὸ πρᾶγμα, *è longinquo rei periculum faciens, donec quæ ejus muneris natura esset, accuratè penitusque didicisset*; Haud dubium est, quin serió tum seduloque Christianæ religionis mysteriis pernoscendis incubuerit, quibus docendis Deus eum Ecclesiæ præfecerat. Prima enim rectè gerendi muneris pars est, novisse quod susceperis. Et profecto magnam Catholicæ fidei defendendæ ac conservandæ sollicitudinem, & pulcherrimam boni pastoris ideam nobis exhibet epistola v. qua Presbyteros suos de Eunomianis cavendis præmonet. Ut & CXXVIII. qua Episcopum ab Arianis sede sua pulsum consolatur; ubi genus illud pestiferum, ut θεομάχους, πατράσιν ἁγίοις πολέμιον, hoc est, *Deo sanctisque Patribus inimicum & rebelle*, perstringit. Taceo summam erga Alexandrinam sedem observantiam, pacis & concordiæ studium, erga Coepiscopos benevolentiam ; animum non minus in damnandis sceleratis intrepidum, quàm in lapsis revocandis recipiendisque mitem & benignum. Sed mihi de singulis divini hujus viri virtutibus commodiorem erit disserendi locus, ubi alterum propositæ epistolæ nodum contra æquivocationum & restrictionum mentalium patronos vindicandum proposuero. Dixi.

Problematis loco proximo confessu disquirendum propono, quid sibi velit ὑδρομέλιτον titulus quem Synesius epistola 121. Anastasio cuidam tribuit.

Finis Dissertationum Lucæ Holstenii.

ADDEN.

ADDENDA IN ANNOTATIONIBUS.

PAGINA 7. linea 28. post hæc verba : *separatum fuisse.* Adde : Cæterum hanc vocem ἀποσυνάγωγος, mutuatus est Alexander ex Ioannis Evangelio cap. 16. ubi Christus prædicit Apostolis suis, quod Judæi ipsos è Synagogis suis ejecturi essent : ἀποσυναγώγους ποιήσουσιν ὑμᾶς.

Pag. 25. columna 2. lin. 19. Post hæc verba: Pag. 107. adde: & infra in lib. 3. cap. 4. & in lib. 4. cap. 14.

Pag. 45. col. 2. lin. 57. Post has voces : *Partibus invaluerant* : Scribe à capite.

εἴ τις εἶπε, ὅτι ἐν τῷ πάθει. Hunc anathematismum Damasi Papæ aliter citat Theodoritus in Dialogo tertio Eranistæ, pag. 162. Sic enim habet : εἴ τις εἶπεν, ὅτι ἐν τῷ πάθει τοῦ σαυτοῦ πόνου ὑπέμεινεν ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ καὶ θεὸς, καὶ οὐχὶ ἡ σὰρξ μετὰ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ ἣν ἐνεδύσατο ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου, ἰδίᾳ αὐτῷ ἔλαβε, καθὼς εἴρηκεν ἡ γραφὴ ἀνάθεμα ἔστω. Quæ cum Latinis ipsius Damasi verbis, quæ interpretationis loco edidimus, melius conveniunt.

Pag. 46. lin. 26. Post hæc verba: *scribere* προστιγκεῖν, scribe à capite.

τῇ πνευματικῇ νομοθεσίᾳ. Quid per spiritualem legem Theodoritus intelligat, obscurum est. Ego Nicænæ fidei Symbolum intelligi puto, quo definitum est, Filium Patri consubstantialem esse. Decreta enim Synodorum, leges sunt Spiritus Sancti. Nota sunt verba Apostolorum quæ leguntur in Actibus, cap. 15. *Visum est enim Spiritui Sancto & nobis &c.*

Pag. 47. lin. 41. Post hæc verba: *ad Aristonem,* scribe à linea.

καὶ τὰς δημοθοινίας κατὰ τὸν ἀγορᾶν. Gentiles quibusdam festivitatibus in publico discumbere & epulari consueverant. Id certe Liberalibus usitatum fuisse docet Tertullianus in Apologetico cap. 42. *Liberalibus*, inquit, *in publico non discumbo, quod bestiariis supremam cœnantibus mos est.* Eodem referenda sunt verba Augustini in tractatu de Pastoribus, ubi dicit : *Et festa ista quæ celebrantur per universas civitates in lætitia convivantium, & publicis mensis se ipsos, ut putant, jucundantium, re vera magis perdentium, ite, celebrate.* Ad hunc morem videntur etiam referenda Ammiani Marcellini verba, in lib. 22. p. 225. ubi de Juliani sacrificiis ita loquitur. *Adeo ut in dies pene singulos, milites carnis distentiore sagina victitantes incultius, potusque aviditate corrupti, humeris impositi transeuntium per plateas, ex publicis ædibus, ubi vindicandis potius quam cedendis conviviis indulgebant, ad sua diversoria portarentur.* Olim quidem cum illum Marcellini locum exponerem, per publicas ædes, templa deorum intelligi existimavi. Nunc vero, *porticus* potius intelligendas esse arbitror, in quibus Julianus post sacrificia sua epulum populo ac militibus præbebat. Porro hoc vocabulum δημοθοινία apud Suidam & auctorem Etymologici exponitur : ἡ τοῦ δήμου εὐωχία ἢ θυσία. Quod confirmat etiam Pollux initio libri sexti, ita scribens ; αἱ δὲ δημόσιαι ἑστιάσεις, εὐωχίαι, θάλειαι, δημοθοινίαι. Restituendum est id nomen in epistola 72. Theodoriti ad Hermesigenem, ubi sic loquitur, καὶ ἄλλοι δὲ ἄλλων ἐπετέλουν ὠμοθοινίαν δαιμόνων. Lego δημοθοινίαν. Sic enim loquitur idem Theodoritus in sermone septimo de sacrificiis. τούτοις καὶ ἑορτὰς, καὶ πανηγύρεις, καὶ δημοθοινίας ἐπιτελεῖν ὁ τῶν ἀνθρώπων ἀλάστωρ ἐνομοθέτησε.

Pag. 49. col. 2. lin. 40. Post has voces : *Nominibus appellant.* Adde. Sic etiam Leo Magnus in Sermone septimo de Nativitate Domini : *Quid autem est Sol, & quid luna, nisi visibles creaturæ, & corporeæ lucis elementa?* Sed & Maximus Taurinensis ita loquitur in Homilia de defectu lunæ, ubi dicit; *Clamabatis enim, ne tacentibus vobis perderetur elementum.*

Pag. 49. col. 2. lin. 46. Post hæc verba : *Eusebianis* pag. 54. scribe à linea.

ἐν ἐπιστολῇ συγγράμματι. Hujus operis sui adversus Magos meminit Theodoritus in epistola 82. ad Eusebium Episcopum Ancyræ.

Pag. 58. lin. 34. Post hæc verba, *verius puto.* Adde : Certe Liberatus in Breviario cap. 13. ubi singulas Sessiones Chalcedonensis Concilii refert, huic posteriori sententiæ adstipulatur.

Pag. 63. col. 2. lin. 5. Post hæc verba : *ut testatur Suidas* Adde, ejusdem Cyri Consulis ac Poëtæ mentionem facit Theophylactus in lib. 8. Historiæ, cap. 8. ubi Ecclesiam Deiparæ Virginis Constantinopoli ab eo ædificatam esse scribit Theodosii Augusti temporibus.

Pag. 67. lin. 9. Post has voces : *Evagris verbis.* Adde, eadem voce utitur Theophylactus in lib. 8. cap. 14. de Ephemiæ Martyris sepulchro ita loquens, perinde ac Evagrius : ἐνθα φησὶ τοὺς λόγους καθίσαι, τὸ παίσιον σῶμα ἐπὶ σκηνῆ καθίσαι τῆς μάρτυρος. Idem Theophylactus in cap. 5. ejusdem libri loquens de Ecclesia Deiparæ, quæ erat in Blachernis, eandem vocem usurpat. λέγεται γὰρ πιεσθῆναι τῆς παρθένου μαρίας, ἐν σκηνῇ χρυσοπάσῃ ἀποτεθῆναι ἐνταῦθα. Interpres tamen utrobique *arcam* vertit.

Pag. 72. lin. 26. Post hæc verba : *Synodicis apparet.* Adde, cæterum Eulogius Alexandrinus Episcopus in libro 9. testatur Amphilochium hunc Episcopum Sidæ, quamvis initio affirmasset in litteris suis ad Leonem Imp. se Chalcedonensi Synodo minime assentiri, paulo post tamen eidem Synodo consensisse ac subscripsisse. Eulogii verba refert Photius in Bibliotheca cap. 879.

Pag. 73. lin. 11. Post hæc verba : *Figulinæ ibi essent.* Adde : Glossæ veteres, *fictile* reddunt ἐσχάριον.

Pag. 71. col. 2. lin. 6. Post hæc verba : *ita dici scribit.* Adde, hi Navicularii Alexandrini, fiscales species, ac præcipue onus frumentarii commeatus ex Ægypto & ex urbe Alexandria Constantinopolim suo periculo transportabant, ut docet lex 32. Cod. Theod. de Naviculа-

cularijs, & lex sexta Cod. Justiniani de Naviculariis & Naucleris. Porro eorum prædia obnoxia erant Naviculariæ functioni, ita ut quisquis ea quolibet modo comparasset, eidem functioni seu translationi teneretur obnoxius, pro eâ parte quam possidebat, ut docet titulus de prædijs Navicullariorum. Ex quo intelligendus est Augustini locus in Sermone primo de vitâ Clericorum suorum, ubi dicit: *Bonifacij hæreditatem suscipere nolui: non misericordiâ, sed timore. Navicullariam nolui esse Ecclesiam Christi. Multi sunt quidem qui de Navibus acquirunt. Tamen una tentatio est, si vel navis & naufragaret. Homines ad tormenta daturi eramus, ut de submersione navis secundum consuetudinem quæreretur, & torquerentur à judice qui essent de fluctibus liberati. Sed non eos daremus. Nullo enim pacto hoc facere deceret Ecclesiam. Onus ergo fiscale persolveret.* Id est, fiscales species, quas navis transferebat ex Africa in portum urbis Romæ. Id enim disertè jubet Imperator in lege 32. citatâ, his verbis: *Itaut super naufragiorum quæ contigerint casibus, usitato more habitâ quæstione, si qui calculus modiationis dicatur tempestate maris deperisse, sub tuæ sedis auditione nequaquam feratur acceptus: Sed hæc dispendij lacuna in omne Navicullariorum Concilium, pro ratâ scilicet contingentis muneris deferatur.* Vide legem 2. in Codice Theodosiano de naufragiis.

Pag. 73. col. 2. lin. 43. Pro his verbis: *nondum comperi.* Scribe: Docet Theodorus Lector in libro quarto Historiæ Ecclesiasticæ; cujus verba citantur à Joanne Damasceno in libro 3. de Imaginibus. Dicta est enim ὁμόνοια eo quod centum & quinquaginta Patres Synodi Constantinop. Principatu Theodosij Senioris, illuc convenientes, in unam eandemque sententiam de Trinitate consubstantiali conspiraverint.

Pag. 75. col. 2. lin. 18. Post hæc verba: *in imperativo.* Adde, paulo ante ubi legitur ἐπεῖξαι δι, scribendum est ἐπῆξαι δι, &c.

Pag. 79. col. 2. lin. ultima. Post hæc verba: *Cap. 2. Breviarij.* Adde, extat quoque epistola Theodoriti ad hunc Sabinianum Episcopum data, quæ inter ejus epistolas numeratur 126.

Pag. 94. lin. 25. Post has voces: *essent Monasteria.* Adde: hujus regionis meminit Theophanes in Chronico. Pag. 151. ubi de Alamundari in Syriam irruptione scribit: καὶ ἔκαυσε τὰ ἔξω χαλκίδος, καὶ τὴν κυνηγίαν χώραν.

Pag. 103. lin. 24. Post hæc voces: διαπαλαίσας βίον. Adde. Ejusdem Joannis Chozebitæ Cæsariensis Episcopi, mentio fit in Menologio, die 3. & 28. Octobris, ubi etiam Chozeba vocatur locus Eremi, in quo Monasterium ejus situm fuit.

Pag. 124. lin. 6. Post hæc verba: *Tamen Patriarchalis.* Adde à lineâ.

τῶν ἑκάστοτε πατριάρχων. Patriarcharum nomine hic intelligere debemus, non solum majores Patriarchas, id est, Constantinopolitanum, Alexandrinum & Hierosolymitanum, sed etiam reliquos primates, sive exarchos. Hos A enim Patriarcharum vocabulo interdum designat Evagrius, ut superius observavi. Certè vox ἑκάστοτε tribus tantum Patriarchis convenire non potest. Cæterum Constantinopolitanus Patriarcha tunc erat Joannes; qui cum in supradicta Synodo, Oecumenici titulum sibi assumpsisset, Pelagius Papa scripta ad eum epistola, graviter eum objurgavit, & cuncta ejusdem Synodi gesta, exceptis iis quæ in causa Gregorii Antiochensis Episcopi acta fuerant, auctoritate B. Petri infirmavit, & Diaconum suum qui apud Imperatorem Mauricium apocrysiarii munus implebat, cum eodem Joanne Missas celebrare prohibuit, ut docet Gregorius Papa in epistolis. Epistola quidem Pelagii ad Joannem Constantinopolitanum hac de re scripta, hodie non extat. Extat tantum epistola ejusdem Pelagii ad B universos Orientis Episcopos, quam Baronius ad annum Christi 587. perperam accepit pro epistola illa Pelagii Papæ ad Joannem, cujus exemplar Gregorius Magnus misisse se dicit ad Eulogium Alexandrinum Episcopum.

Pag. 135. lin. 2. Post has voces, *Nicephorum in libro 9.* scribe à capite.

ἐν ᾧ καθεζόμενοι. Moris fuit ut Christiani qui Missarum solennibus intererant, stantes, retecto capite, & baculis humi depositis, Evangelii lectionem audirent. Ac de capite quidem nudo & de baculis disertè testatur ordo Romanus. De statione vero, versus sunt elegantes Hildeberti Cenomanensis Episcopi in libro de expositione Missæ, C quos ex veteri Codice Claromontani Collegii descriptos hic apponam.

De Evangelio.

Inde sinistrorsum Domini sacra verba leguntur.
Plebs baculos ponit, stat, retegitque caput.
Neve superveniens zizania seminet hostis,
Frontibus imprimitur mystica forma crucis.
Rejiciente fidem Judæa, gratia Christi
Transit ad Gentes, Israel errat adhuc.
Transitus hic quoties Evangelium recitatur
Mentibus occurrit, exprimiturque loco.
Ad lævam legitur, quia quo transivit aberrans
Et velut ad lævam gens idolatra fuit.
Ut sis attentus, patiens, erectus in hostem, D
Et caput, & baculus, & status ipse docent.
Quippe caput retegens attente audire moneris.
Parcere, cum baculum projicis, instrueris.
Stans discis, quoniam stantes pugnare solemus,
Quod te pugna gravis sub vigili hoste manet.

Ejusdem moris illustre extat exemplum in vita sancti Anselmi Lucensis Episcopi, ubi de Mathilde Comitissa hæc leguntur: *Præscripta Domina multis diebus febribus nimium laboraverat, & capitis dolor vehemens ipsam fatigaverat. Cum vero die quadam ex more Missarum solennia adesset, enitens, dum legebatur Evangelium, erecta esse in pedibus, fatigata mox infirmitate decidit.* Item in vita Manuscripti sancti Wilelmi Abbatis Monasterii Eskilensis in Daniâ, scripta ante annos quingentos ab Eskilensi Monacho, Petri Roskildensis Episcopi æquali. *In Vigilia Pentecostes, expletis Prophetis & glorificationibus, Diacono Evangelium pronuntiante*

tiante audivit vocem (mulier contracta) *dicentem sibi: Mulier surge; non decet Christianos ad Evangelium sedere, sed cum reverentia stare, & auscultare quod legitur.* Quem locum debeo indicio viri doctissimi & veterum monumentorum studiosissimi Hadriani Valesii fratris mei. Eundem morem fuisse in Africa docet Augustinus in libro 50. Homiliarum, sermone 26. Ex eadem consuetudine & illud profluxit, ut populus in Ecclesia stans sacras conciones audiret, quippe quæ nihil aliud essent quam Evangelii expositio. Testatur hoc Eusebius noster in lib. 4. de vita Constantini, cap. 33. Et Augustinus in Serm. 2. de SS. Martyribus: Item in tractatu 112. in Evangelium Joannis; & in sermone de communi vita Clericorum suorum ad populum Hipponensem: Et in sermone 122. habito in Basilica Fausti. Vide Ferrarium in lib. 2. de sacris concionibus cap. 21.

Pag. 165. col. 2. lin. 2. Post has voces, θύρας κλείσας. Adde, in veteri glossario μοχλὸς θύρας exponitur sera.

Pag. 166. lin. 54. Post hæc verba: *Synodi Chalcedonensis.* Adde; Sed neque hæc expositio mihi satisfacit. Nam & in Patriarcharum electione decretum fieri consueverat, & omnium Episcoporum subscriptione firmari, ut docet Theodoritus in lib. 2. hist. cap. 31. agens de Ordinatione Meletii Antiochensis Episcopi. Dicendum igitur est potius, tunc præter consuetudinem id evenisse, ut uno jam electo Pontifice, alter supereligeretur Episcopus. Quod quidem raro admodum Romæ contigisse fatendum est, præterquam in Pontificatu Damasi.

Pag. 168. lin. 42. Post hæc verba: *Dicto abierunt.* Adde, utitur eadem voce Theodoritus in epistola 80. ad Eutrechium Præfectum prætorio, οἶσθ' γὰρ ὅπως εἰς τὴν ἀντιόχειαν εἰσιὼν, ἀσωτάκτως ἐξῆειν. Id est: *Scis enim quomodo Antiochiam cum venissem, vale non dicto abierim.*

Pag. 182. lin. 59. Post has voces: *Vide infra c. 14.* Adde; Porro hic Zachariæ Rhetoris locus inprimis notandus est. Ex eo enim colligitur, licet Timotheum Ælurum, Chalcedonensem Synodum publice anathematizaret, Eutychis tamen dogma minime approbasse. Idem de illo scribit Leontius Scholasticus in libro de Sectis pag. 464. οὗτος ὁ Τιμόθεος ἀνεθεμάτιζε τὴν τῶν σύνοδον, καὶ τὸν Εὐτυχῆ· τὸν μὲν Εὐτυχῆ, ἐπειδὴ μὴ ἔλεγεν ὁμοούσιον ἡμῖν τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ· τὴν δὲ ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον, ὅτι δύο φύσεις ἔλεγε τοῦ Χριστοῦ. Id est: *Hic Timotheus Synodum simul & Eutychen anathematizabat. Hunc quidem, propterea quòd corpus Christi ejusdem negaret esse substantiæ cum nostris. Synodum vero, quod duas Christi naturas esse diceret.*

INDEX RERUM
ET VERBORUM MEMORABILIUM,
QUÆ IN HIS ANNOTATIONIBUS EXPLICANTUR.

A.

ABares quando primum innotuerint Romanis. pag. 113
Acacius Constantinopolitanus Episcopus Petro Fulloni nunquam communicavit, 86. in nulla speciali Synodo damnatus est, 87. 88. depositionis sententia quando in eum lata sit. 89. in duabus Synodis Rom. damnatus est. 179
Accœmitarum Monasteria duo Constantinopoli. 88. 93
διδάσκων στρατηλατεία potestas Magistri militum perpetui, 91. locus Theophanis emendatur. *ib.*
Adjutor, princeps erat officii Magistri Officiorum. 76
Adelphius hæreticus Monachis suis interdicebat ne operarentur. 35
Adulter vocatur qui Episcopi adhuc superstitis Sedem invadit. 85
Aerius Martyr dictus est Symeon Stylita. 59
ἀγέννητος & ἀγένητος multum inter se differunt. 20. 21
ἅγιοι θεοφόροι cognominantur Patres qui Nicæno Concilio interfuerunt. 44
αἰγίδες Pelles Caprinæ. 47
Alexandrini Episcopi olim Papæ dicti, 55. refutatur Nicephori opinio. *ibid.*
ἀμφίδυρα vela pro foribus pendentia, 127. eorum multiplex usus in Ecclesia. *ibid.*
ἀμφήκης utrimque acutus gladius. 151
ἀναβολεὺς strator. 91
ἀναφορὰ relatio Præsidis ad Imperatorem. 57
ἀνάβασις locus prope Constantinopolim. 99
ἀνάστασις Ecclesia S. Resurrectionis Hierosolymis. 69
Anastasius Sinaita Episcopus Antiochiæ, quando expulsus fuerit. 115. 116
Anatolius Constantinopolitanus Episcopus Maximum Antiochensem Episcopum ordinavit. 169
Andreas Samosatensis Episcopus scripsit contra duodecim capitula Cyrilli. 168
Angeli creati sunt à Deo mutabilis naturæ, & virtutis ac vitii capaces. 6
Antiochia ex quatuor urbibus constabat, 4. una ex iis palea dicta. 4. 26
Antiochiæ tria erant fora seu tribunalia, ac totidem Advocatorum Scholæ, 62. in eadem urbe erat prætorium Magistri militum Orientis. 62. 63.
Antiochena Synodus anno 358. celebrata, & res in ea gestæ. 41
Antiochenorum anni, à quo mense initium sumant. 72
ἀντηείδες, Latinæ fulturæ. 124
Apamia metropolis Syriæ Cœles seu secundæ Syriæ. 95
ἀπάτορες Spurii. 37
Apollinaris Laodicenus Episcopus. 147
Apostoli dicuntur columnæ Ecclesiæ. 5
ἀποτίθεσθαι, quid significet. 54
Apocrisarius Monasterii, 94. id est procurator, 109. Apocrisarii seu responsales Patriarcharum & Episcoporum in aula Imp. 110
Archidiaconus electione Episcopi ad eum locum promovebatur, 16. Cor Episcopi dicebatur. *ibid.*
Arius in duabus Synodis cum socii ab Alexandro Episcopo damnatus. 8
Arianos Catholici non habebant pro Christianis. 23
Arianorum duo genera. 31
Asia quot rectores seu judices habuerit. 48
ἀσπαστικὸς εἶκων salutatorium & secretarium Ecclesiæ. 46
Athanasii epist. ad Jovianum Imp. de Fide, scripta est Antiochiæ, non autem Alexandriæ ut vult Baronius. 30
ἀποχίσαι quinam dicti sint. 167
Avitus quot menses imperaverit. 69
Aurea virga Impp. Romanis præferri solita. 112. 113
ἀξιωματικοὶ Honorati, 24. οἱ ἐν ἀξιώματι, 29. 36. junguntur cum Decurionibus. 71

B.

BAptismus σφραγὶς vocatur, id est, signum Dominicum. 36
Basileus Amasiæ Episcopus, martyr sub Licinio. 120
Basiliscus Marcum filium suum, primum quidem Cæsarem, postea August. nuncupavit. 81. 82
Basilius Magnus ter à Valente August. impugnatus est. 36
βαθμίδες Subsellia. 156
Berytiensis Synodus quo anno collecta sit. 58
Botrys urbs Phœnices, 108. Theophanes & Antoninus martyr emendantur. *ibid.*
βουκαταδῦσαι quid significet. 153

C.

CÆsarium Ecclesia Alexandriæ, unde ita dicta. 71
χαλκηδονεῖς ponitur interdum pro χαλκηδόνιοι, 79. 89. urbs ipsa χαλκηδὼν scribitur in veteribus nummis. 89
Calendio Antiochenus Episcopus ordinatus est Constantinopoli ab Acacio contra Canones, 85. 86. 168. quot annos sederit. 90. 176
Calendio in Trisagio hymno adjecit hæc verba, *Christe Rex*, 169. Theophanis locus emendatur. *ibid.*
καμάρα Basterna seu lectica matronalis. 28
Campus locus extra urbem in quo milites exercebantur

Index rerum & verborum memorabilium.

bantur, 39. 124. campus in Septimo extra urbem Constantinopolitanam. 161
Castalius fons prope Antiochiam. 62
Castrensis panis à Diocletiano donatus urbi Alexandrinæ, 68. Procopii locus de hac annona emendatur. *ibid.*
καθίσμα solium seu tribunal in Circo. 163
καθιζορῆσαι pingere. 161
καθολικὴ ἐκκλησία dicebatur major Ecclesia. 162
Chalcedonensis Synodi exemplaria quibus usus est Evagrius, diversa erant à nostris, 76. 77. quænam certiora ac fideliora sint, utrum Evagrii an nostra. 78
Chalcedonensium civitati nomen duntaxat Metropoliticum donatum est ab Imp. Marciano, 79. jus Metropoliticum ea lege donatum non est, *ibid.* jura Metrop. quænam sunt. *ibid.*
Chosroes Persarum Rex quando mortuus sit. 119
Christiani occurrentibus Episcopis caput submittebant ut benedictionem acciperent. 31
Chronicum Alexandrinum male sic nominatum est à Radero 21. melius Antiochenum vocaretur. 22
Chrysargyrum, Lustralis auri collatio & Auraria functio dicitur in codice. 96. Vectigal dicitur ab Impp. *ibid.* tributum vocatur à Libanio, quod quarto quoqe anno pendebatur à Negotiatoribus. 96. aurum pœnosum ab eo distinguendum videtur. *ibid.*
χλανὶς pro Chlamyde. 47
Claudianus initio Græca carmina scripsit, 63. quando primum Latinos versus scribere aggressus sit. 63
Clausula illa adjecta Hymno trisagio: *qui crucifixus es pro nobis*, perpetuo retenta est ab Orientalibus. 178
κλιθειδία quid significet. 60. 67
κληροῦν Clero adscribere. 109
Clysma urbs Ægypti ad Arabicum sinum sita, 135. non est eadem cum Arsinoe, *ibid.* unde ita dicatur. *ibid.*
Colluthus hæreticus Arium accusavit, 4. pro Episcopo se gessit, & Presbyteros ac Diaconos accepto pretio ordinavit. *ibid.*
Comitatenses largitiones. 37
Concilium Chalcedonense quo ritu prædicatum & publicatum fuerit, 104. tres Synodi Oecumenicæ simul cum eo prædicatæ à Diacono in Ecclesia post lectionem Evangelii, & Diptychis insertæ. *ibid.*
Concilii Chalcedonensis Canones viginti septem. 161
Concilium Ephesinum ab Eutychianis celebratum regnante Basilisco, & quid in eo gestum sit. 81
Constantina urbs Phœnices, cujus Episcopus fuit Sophronius. 58
Constantinopolitana Synodus in qua Eudoxius Episcopus ejus urbis creatus est, & magna Ecclesia dedicata, quo anno celebrata sit. 26
Constantinopolitanam Synodum occidentales Episcopi initio non habuerunt pro Oecumenica. 44
Constantinopolitana Synodus ob causam Gregorii Antiochensis Episcopi, quo anno collecta sit. 124
Constantinopolitanus Episcopus simpliciter & absolute dicitur Patriarcha. 76
χωρικοὶ homines rusticani, qui & χωρητικοὶ dicebantur, 18. χωρῖται aliter dicuntur. 107
κορυφαῖοι τῶν ἀποστόλων Petrus & Paulus. 165
χρυσοτέλια quidnam fuerit. 97
Curatores domorum Imperialium quinam fuerint, 114. jurisdictionem habuerunt, 120. glorioſissimi & magnificentissimi dicebantur. *ibid.*
Curiales olim tributa exigebant, 97. Anastasius Imper. tandem eis ademit tributorum exactionem, 98. sequentes Impp. eam legem abrogarunt. *ibid.*
Curopalates olim vilis, postea summa Palatii dignitas fuit, 113. diversus fuit à Comite excubitorum. *ibid.*
Cuzyba Monasterium & Laura. 102
Cyrillus Alexandrinus Episcopus, in Synodo Ephesina Vicarius fuit Romani Pontificis. 55
Cynegica Regio juxta Antiochiam. 94

D.

DAMOPHILI Bithyni collectanea, 122. vixit post Plutarchi tempora. *ibid.*
Decani δεκαδαρχοί. 125
Delphicum, ædes in qua erant Imperatoris stibadia. 101
Dengisich Attilæ filius, 73 ejus nomen in Chronico Alexandrino corruptum emendatur. *ibid.*
Depositiones Episcoporum quibusnam verbis concipi solerent. 77
Dexippi Historici σκυθικά. 122
διακοσικὸν Secretarium Ecclesiæ, seu Sacristia. 143
διακεκριμένοι dicti sunt Chalcedonensis Synodi obtrectatores. 167
διαγκυλημένον δόρυ. hasta amentata. 91
δημοσιῶσαι pro δημεῦσαι publicare. 137
Dioscorus junior Alexandriæ Episcopus quando ordinatus sit, 93. error Liberati in ejus Ordinatione referenda. *ibid.*
δοξολογία seu glorificatio Trinitatis quænam sit. 24

E.

ECCLESIA comparatur navi. 3
Ecclesia ab uno Apostolo fundata, ab omnibus Apostolis dicitur constituta, 137. ejus rei causa. *ibid.*
Ecclesia S. Mariæ τῶν ὁδηγῶν unde dicta. 161
Ecclesia sanctæ Euphemiæ duplex fuit Constantinopoli. 170
Ecclesia Romana res soli non possidebat, 179. oblationes fidelium in tres partes dividebat. Primam Ecclesiæ. Secundam Episcopo. Tertiam Clericis dabat. *ibid.*
ἐκδιδυσκημένος βίος dissoluta vita. 80
Edictum sententiæ in Acacium, 183. discrimen inter sententiam & edictum sententiæ. *ibid.*
ἕνωσις unitio est, non unitas. 114
εἰσφορὰ tributaria functio sive illatio. 12
Electio Episcoporum, ac præcipuè Patriarcharum, ab Imp. confirmari solebat. 148
Eleusinius Sasimorum Episcopus, 93. de eo locus Theophanis emendatur. *ibid.*
Elpidius Episcopus Illyrici, missus ad Asianos ad rectam fidem stabiliendam. 33

Index rerum & verborum memorabilium.

ἐμποδὼν quid significet apud Antiquos. 56
Encyclicæ Leonis Aug. cum responsionibus Episcoporum. 71.72
ἐνθρονιστικαὶ epistolæ Patriarcharum, 101. item ἐνθρονιστικαὶ Homiliæ. 101
ἐντυχία libellus Supplex. 5
Ephesinus Episcopus olim ab Episcopis Provinciæ suæ ordinabatur, 82. Patriarchicum jus ei ademptum est à Synodo Chalcedonensi. *ibid.*
Ἐπιδήφριοι Cellularii opifices. 119
ἐπινέμησις τρίτη indictio. 94
Episcoporum filii ad Episcopatum promovebantur. 34
Episcopi aliarum urbium, in æde Apostolorum humari solebant Constantinopoli. 108
Epistola Alexandri Alexandriæ Episc. ad Alexandrum Constantinopolitanum, scripta est ante Epistolam ejusdem Alexandri ad universas Ecclesias, 4.7. argumenta quibus id probatur, 8. utraque epistola fuit Synodica. *ibid.*
Epistola Constantini ad Nicomedienses quo anno scripta sit. 14.15
Epistola, sive edictum Valentiniani Imp. ad Episcopos Asiæ quo anno scripta sit. 31.32
Epistola Synodica Damasi Papæ contra Timotheum quo anno scripta, 45. epistola ejusdem Damasi ad Paulinum Antiochensem quo anno scripta. *ibid.*
Epistolæ diversorum Episcoporum ad Petrum Fullonem scriptæ, tam Græce, quam Latine, falsæ sunt & supposititicæ. 177
ἔποικος inquilinus. 120
Eruli à Græcis ἕλκρες dicuntur. 105
Eucharistiæ partes quæ supererant, pueris consumendæ olim dabantur. 109
Eudocia Augusta bis Hierosolymam profecta est, 64. secunda Eudociæ profectio in urbem Hierosolymam quando facta fuerit. *ibid.*
Eusebius Nicomediensis, non Alexandro, sed Paulo successit in Episcopatu Constantinopolitano. 15
Eustathio Antiocheno Episcopo successit Paulinus, non autem Eulalius. 16
ἔξαρχοι quinam fuerint. 104
Excommunicatio etiamsi illegitima sit, timenda est, 49. ab eo ipso qui excommunicavit solvenda. *ibid.*
Expositio Fidei quæ adjecta est ad calcem epistolæ Synodicæ Concilii Serdicensis, spuria est & adulterina. 20
Expeditio Vandalica sub Leone Augusto duplex, 74. de eâ expeditione locus Candidi Isauri emendatus. *ibid.*

F.

FLACCILLUS Episcopus Antiochiæ quo anno sedere cœperit. 16.19.
Formula Actorum in sacro Consistorio. 21

G.

Γέννητος & γένητος multum inter se differunt. 20.21.
Gillo & Gello dæmonium quoddam, 121. idem quod ἴμπουσα. *ibid.*
Glicerius Imp. non Portuensis Episcopus factus est, sed Salonitanus. 74
Gregorius quando fuerit Nazianzi Episcopus. 42
γύνις cognomentum Bacchi. 28

H.

HELIAS Hierosolymitanus Episcopus, Chalcedonensem Synodum anathematizavit. 167
Henoticum sive unitivum Zenonis edictum de unitione Ecclesiarum, οἰκονομία dicitur. 84
Heraclianus Comes diu tyrannidem exercuit in Africa. 156
Hermodactylus planta quænam sit, 127. 128. ejus radix utilis arthriticis. *ibid.*
Hieropolis metropolis Euphratensis Provinciæ. 41
Hypostasis nomen varie acceptum, in Ecclesia Antiochena turbas excitavit. 40

I.

IACOBUS Monachus ad quem Leo Imp. epistolam scripsit, an fuerit Nisibenus. 71.162
ἱερὸν Navale in ostio Ponti situm. 418
ἱερουργία sacrificium Missæ, 147. interdum pro universo Sacerdotali officio sumitur. 148
Imago & statua Imp. Constantini, quo cultu honorata fuerit à Christianis. 17
Imago Christi apud Edessam. 106
ἰμμιγλωσσοι Immireni, iidem cum Homeritis. 170
Imperatores Constantinop. olim in Septimo renuntiari solebant, 118. primus Zeno in Circo coronatus est, & post eum reliqui fere Imperatores Constantinop. 163. victoris Chronicon emendatur. *ibid.*
Ioannes Alexandrinus Episcopus ordinatus est Constantinopoli à Ioanne Scholastico Patriarcha Constantinopolitano. 118
Ioannes Episcopus Apamiæ, filius fuit Publiæ Abbatissæ. 29.41
Ioannes Apamenus Antiochiæ Episcopus post Petrum Fullonem. 83
Ioannes quando à Petro Fullone factus sit Apamensis Episcopus. 162.163
Ioannes Codonatus Antiochensis Episcopus, 86. ad Tyriorum sedem translatus, 185. idem cum Ioanne Apamensi qui pulso Fullone Antiochenum Episcopatum invasit. *ibid.*
Ioannes Rhetor Historiæ Scriptor, differt à Ioanne Epiphanensi Historico. 61
Ioannes Tabennesiota, Episcopus Alexandriæ, unde ita dictus. 83. 84. Oeconomus fuit Ecclesiæ Alexandrinæ, 84. Liberati locus de hoc Ioanne Oeconomo correctus, *ibid.* non provocavit ad Simplicium Papam 85
S. Ioannis Baptistæ Ecclesia in urbe Alexandrina, fuit major Ecclesia. 84
Iulianus qui in secunda Synodo Ephesina vices egit Romani Pontificis, Coënsis fuit Episcopus, non Puteolanus. 58
Iupiter colebatur Apamiæ in Syria. 47
Iustiniani expeditio Vandalica, quoto Christi anno suscepta sit. 105

Index rerum & verborum memorabilium.

Justinus senior, ab aliis Thrax dicitur, ab aliis Illyrius, 100. ante Imperium comes fuerat excubitorum. *ibid.*
Justinus junior quot annos regnaverit. 121

L.

LAICI coram Episcopis & Monachis sanctitate vitæ insignibus, caput inclinabant benedictionis accipiendæ causa. 108
Laura quid sit, & in quo differat à Cœnobio. 64
Legati à Concilio mitti solebant ad Imperatorem, qui gesta ei referrent. 33
λειτουργία non pro Missâ solùm, sed pro officio Ecclesiastico etiam sumitur. 25. 27
Leonis epistolam quomodo Dioscorus legi prohibuerit in Ephesino conciliabulo. 75. 76
Leucus fluvius juxta Constantinopolim, 161. Lycus etiam dictus est. *ibid.*
Lex divina de pœnitentibus quænam sit. 46
Lex Theodosii de supplicio in tricesimum diem differendo, cur Gratiano tribuatur in Codice. 46
Leges Impp. Constantini & Theodosii de cremandis hæreticorum libris. 81
Libyæ in Ægypto duæ. 143
Litarba vicus in agro Chalcidico, 125. ejus nomen corruptum in Theophanis Chronico emendatur. *ibid.*
λογισταὶ Curatores civitatum, 138. ab Imperatore promovebantur. *ibid.*
λόγοθέτης dicitur Præfectus prætorio. 98
Longus murus dictus est Anastasianus ex conditoris nomine. 95
Lucianus martyr, Pauli Samosatensis errorem sequutus est, 6. separavit se à communione trium Episcoporum. 7
Lues inguinaria quæ quinquaginta & amplius annos grassata est, quando cœperit. 106

M.

MACARIUS Hierosolymorum Episcopus, quando ordinatus & quando expulsus fuerit, 109. quo anno in suam sedem restitutus sit. 110
Macedonius Episcopus Constantinop. initio Episcopatus communicavit Henorico Zenonis edicto. 93
Mandra Monasterium, & ἀρχιμανδρίτης Abbas Monasterii. 59
μαρτύριον Ecclesia S. Euphemiæ martyris, 78. Oratorium martyrii quodnam fuerit. *ibid.*
Maximus Cynicus à tribus Episcopis Ægyptiis ordinatus est Episcopus Constantinopolitanus, non autem à septem Episcopis ut vult Baronius, 43. Baronius Navicularios Alexandrinos sumpsit pro Episcopis. *ibid.*
Mazaca vel mozoca prius dicta est Cæsaræa Cappadociæ. 148
μητρόπολις dicta est urbs Roma, item Constantinopolis. 43
Meletius quo anno translatus fuerit ad sedem Antiochenam. 26
Menandri Protectoris locus corrigitur. 116
Metatorium locus in Ecclesia, ex quo Patriarcha procedebat ad Altare, 165. idem quod Diaconicum seu Secretarium. *ibid.*
μίτανλος seu μίσανλος quid significet, 100. interdum pro porta, interdum pro atrio seu curte sumitur. 101
Militia genus servitutis fuit apud Romanos. 123
Missæ vespertinæ in Quadragesima. 35
μυσταγωγία pro Missa sumitur. 104
Mutua communio inter Episcopos quomodo fiebat. 35

N.

Ναυκλῆρος quid significet. 71
νία seu καινὴ κυριακὴ Dominica prima post Pascha. 55
Nepos quot annis imperaverit. 74
Novella Justiniani 42. quo anno data sit. 104
Nubæ dicti sunt etiam Nomades. 56
Numerus Episcoporum qui Concilio Nicæno interfuerunt. 31
Nymphæum templum Nympharum. 73

O.

OCBAS & Acbas castrum munitissimum juxta Nymphium fluvium. 126
ὁμοιοομία non est conniventia, 141. οἰκονομία est dispensatio Ecclesiastica, 142. quinam & quando ea uti possint. *ibid.*
ὁλοκότινος seu ὁλοκόττινος solidum significat. 23
Orationes funebres in obitu unius Episcopi, à pluribus Episcopis dictæ. 43
Ordinationes extra ordinem à Catholicis Episcopis factæ, contra regulas Eccles. 35. 42
Origenes non damnatus est in quinta Synodo Constantinopolitana, sed diu ante. 111
Ostracine locus seu vicus Antiochiæ, unde dictus. 73
ὀμοούσιαται Actius & Eunomius, cur ita dicti. 147

P.

ΠΑχυς quid significet. 103
παλαιὰ Regio Antiochiæ, 26. in ea fuit Ecclesia quæ παλαιὰ dicebatur. *ibid.* & 27
παλιγκάπηλος Dardanarius. 165
παναεὶδ μος. 58
Pantichium oppidum unde dictum. 153
παραγγέλλειν quid significet, 66. sumitur etiam pro eo quod est militaribus numeris adscribi, *ibid.*
παραγγελία album militare seu matricula. 66
παρέλκον superfluum. 26
παρόχοι ἵπποι veredi. 123. 126
πάτος quid significet. 157
Patriarcha accusatus à Laico, provocat ad Imp. & ad Synodum, 123. judicatur in Auditorio mixto ex Ecclesiasticis & laicis. *ibid.*
Patriarcharum imagines in Ecclesia collocatæ. 167
Paulus Constantinopolit. Episcopus non interfuit Serdicensi Concilio, nec ab eo restitutus est. 19
Paulus Alexandriæ Episcopus hæreticus fuit, 103. Liberatus eum Catholicum facit. 104
περιόδευμα quid significet. 139
Petrus Fullo mortuus est ante Petrum Mongum, 90. 91.

90.91. damnatur in Synodo Antiochena, 174. item in Synodo Constantinopolitanâ, & Rom. 175
πεζέταιροι milites quinam sint, 28. id est domestici pedites, ut est in Notitia Imperii Romani, ubi de Comite domesticorum, ibid.
φαντασία, seu phantasma Eutychetis, 82
φατρία factio, 162. φατριάζειν populum in factiones dividere, ibid.
Pheno seu phæno viculus Palæstinæ, in quo erant metalla ad quæ noxii damnabantur, 36.38
Phœnicæ duæ, altera Maritima, altera Libanensis, 94. subjacebant Patriarchæ Antiocheno, 95. Dux Phœnices, ibid.
Phosphorion & Bosporium portus Constantinopoli, 73
Pisandri Poëtæ duo, prior Rhodius, posterior Larandensis qui scripsit sexdecim libros de Nuptiis Dearum & Heroum, 63.64
πολιτευόμενοι Curiales vel Decuriones, 29
πολλοὶ Theodoritus vocat laicos, 49
πολυσχιδὴς multifidus, 39
Polybii locus emendatus, 37.111
Pontica Diœcesis, quot Provincias & rectores habuerit, 48
Præfectura prætorii, vertex erat omnium dignitatum, 95. duas arcas habebat, 98. item Numerarios auri, 96
Præsentes seu Præsentales milites quinam essent, 100. τὸ φραισεντὶλον Græci vocant, ibid.
Presbyteri una cum Episcopo Missas celebrabant, 58.59
Priscus Rhetor Historiæ Scriptor, Thrax fuit ex Panio Thraciæ oppido, 74. Theophanis locus emendatus, ibid. non fuit oriundus ex Thebaïdis Panopoli ut scripseram, 68
προβόλοι rupes in mare prominentes, 38. item moles in mare projectæ, 39
πρόκλησις protestatio, 149.150
προσοχὴ cura, sollicitudo, 85
προσομιλεῖν πόνοις labores tolerare, 55. ὁμιλεῖν τύχαις varios casus experiri, ibid.
προφητεῖον Ecclesia in honorem Prophetæ constructa, 170
πρόθεμα edictum, 77. προτιθέναι edictum proponere, 122

Q.

QUirus pro Cyro, & Quinegius pro Cynegio, 93

R.

ΡΑΐζειν commodius se habere, & ὑποραΐζειν, 144
Recusatorii libelli, quibus Patriarchæ poscebant ab Imperatore ut Episcopatum dimittere ipsis liceret, 102
Reordinationes tam Episcoporum, quam Presbyterorum, olim in Ecclesia usurpatæ, 11
Roas & Ruas Hunnorum Rex, qui & Roila, 49

S.

SAbæi ab Homeritis distincti, 130
Salmuris urbs Scythiæ Græcè ἅλμυρις, 150
Sæculares judices, qui Concilio intererant cùm de negotiis criminalibus ageretur, sententiam dicebant: In causa Fidei non item, 67.76
Secundus Præfectus prætorio, alius est à Sallustio, 146
σέρα quid significet, 165
Serras Presbyter Libyæ, postea Parætonii Episcopus, 25
Severiani locus emendatur, 57
Severus Aug. dictus est etiam Serpentius seu Serpentinus, 70
σιτοβολῶνες horrea, 157
σηκὸς Capella in qua erat tumulus Martyris, 66.67
σημεῖα excepta, 76. σημειώσεις Origenis, Latine excepta dici debent, non autem excerpta, ibid. βασιλικαὶ σημειώσεις annotationes divinæ, 156
σπαθῶται dicuntur à Græcis ejusdem factionis homines, 17
Statua Constantini Magni Constantinopoli adorata etiam ab Imp. 133. duplex fuit Constantini statua, 134
Stephanus junior Antiochensis Episcopus, ordinatus est Constantinopoli ab Acacio, 85
στίβιζειν stibio oculos inungere, 37
στοιχεῖα dicuntur à Græcis Sol & Luna, 49. item duodecim signa Zodiaci, ibid.
στρατιὰ & στρατεία quid inter se differant. 137. στρατιὰ est cohortalis militia, Officialium scilicet seu Apparitorum, ibid.
συλλογίζειν & συλλογίζεσθαι quid significet, 23
συμμύστης quid significet, 14
συμπεριφέρεσθαι sustinere & tolerare 26
συμφωνῶ paciscor, 54. σύμφωνον pactum, ibid.
σύμψηφοι & συμψηφίζεσθαι quid significet, 162
σύνοδος μικρὰ Synodus particularis, opponitur generali Synodo, 57. σύνοδος ἐνδημοῦσα, Synodus Episcoporum qui in urbe Regia versabantur, ibid.
Synodus Illyriciana sub Valentiniano, quo anno celebrata sit, 33
συντακτήριος λόγος quid sit, 112
συντελεῖς tributarii, 97.116.117
Supplicia de noxiis olim extra portas urbium sumebantur, 109
σύντυχος quid significet, 121
Syncellos habebant Patriarchæ, id est, concellaneos seu cohabitatores, 54. erant Syncelli tam ex ordine Presbyterorum, quàm Diaconorum, ibid. non soli Patriarchæ, sed alii etiam Episcopi Syncellos habuerunt, ibid.
Synesius non Cyrenarum Episcopus fuit, sed Ptolemaïdis, 61. quid de Resurrectione crediderit, ibid.

T.

ΤΕλειοῦσθαι significat baptizari, 30
Θεοφόρος dictus est sanctus Ignatius, 61. ejus reliquiæ diu ante Theodosium juniorem translatæ fuerant Antiochiam, ibid.
Terræmotus Antiochiæ sub Justino, quonam anno contigerit, 102
Thecla per syncopen pro Theoclia, 83. Protomartyr cognominata, ibid.
Theodoriti error in obsidione Nisibis, 26. Theodoriti error in assignando tempore quo Eustathiani se ab Arianis separarunt 27

Index rerum & verborum memorabilium.

Theodoritus Meletion nimium fauens, Paulinum falso accusat. 41
Theodoriti Historia unde incipiat, & à quo Christi anno. 50
Theodoriti duo historiæ Ecclesiasticæ scriptores. 168
Theodorus Heracleota quando mortuus sit, 148. diversus à Dorotheo. 149
Theodoro Mopsuestiæ Episcopo Orientales Episcopi impensè faverunt. 450
Theodotus Antiochenus Episcopus, quo anno mortuus sit. 50
Theodulus Presbyter quibus temporibus scripserit. 54
Theopaschitarum seu Deipassionorum hæresis. 40
Theophilus Indus, à Gregorio Nyssæno Blemmys dicitur, 130. ortus fuit ex Insula Divu, 134. Æthiops dictus est. 147
Thessalonicensis Episcopus vocabatur Patriarcha. 170
Thimotheus Salofaciolus, dictus est etiam Albus. 72
Tholi balneorum. 35
Tiaram seu mitram non gestabant olim Episcopi. 25
Tiberius Constantinus quot annos regnaverit. 121
Timotheus cur cognominatus sit Ælurus. 162
τόμος sumitur pro epistola. 8.143.146
Tomus Occidentalium in Canone 5. Concilii Constantinop. quisnam sit. 41. 44. Baronii sententia refutatur. 44
Trajanus Patricius Historiæ Scriptor, quando vixerit. 117
Translationes Episcoporum invidiosæ. 45
Tribunal decem & novem accubituum. 117. 118. Theophylacti locus de hac domo explicatur. 117
Triplex divisio Imperii inter Valentinianum ac Valentem. Prima Comitum, secunda Militum, tertia Palatii. Adde & quartam Provinciarum. 146
Tripolis urbs Phœnices maritimæ, in qua sepulchrum fuit martyris Leontii. 94. 108
Trisagius Hymnus in Ecclesia. 99
Trocundus Hilli frater, 80. ejus nomen corruptum in Theophanis Chronico, *ibid.* item in Chronico Victoris Thuronensis. 164
θρυαλλὶς & φλόμος quid sit. 157
τυχαῖον templum Genii publici. 61. 62
Tyranni vocabantur Reges Axumitarum. 134

V.

VAlentinianus Imp. liberam omnibus tribuit facultatem colendi numinis prout quisque vellet, 32. idem fecerat Jovianus Imperator. 31
Vicarius Thraciæ, quas sub se habuerit Provincias. 28. 48
Victoris Turonensis locus illustris emendatur. 54
Vigilius Papa consensit quidem Synodo Constantinop. ei tamen interesse noluit. 110. 112
Vindices ab Anastasio instituti. 98
Vitiligo unde dicta sit & quomodo scribi debeat. 151
Unio pro unitione, barbarum est vocabulum non Latinum, 114. unio Latine unitatem significat. *ibid.*
ὑπασπιστὴς Spatharius. 66
ὑπηχεῖν quid significet. 22
ὑπερθέσεσι νυσσεῖαι superpositiones. 65
Uranius Subadjuva, 88. locus ex epistola Felicis Papæ emendatur. *ibid.*

Z.

ZAcharias occisus à militibus in sanctuario Templi. 33
Zozimus Historiæ Scriptor, non vixit temporibus Theodosii junioris. 96

FINIS.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


HISTORIA
ECCLESIAST
EVAGRII
Th
1356a